ARRIANOU NICOMEDEOS ANABASEOS ALEXANDROU BIBLIA EPTA...

Flavius Arrianus, Jacobus Gronovius, ...

1. 1. 19,0

ΑΡΡΙΑΝΟΥ
ΝΙΚΟΜΗΔΕΩΣ
ΑΝΑΒΑΣΕΩΣ ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΥ
ΒΙΒΛΙΑ ΕΠΤΑ
ΚΑΙ
ΙΝΔΙΚΗ.

ARRIANI
NICOMEDIENSIS
EXPEDITIONIS ALEXANDRI
LIBRI SEPTEM
ET
HISTORIA INDICA.
EX
BONAV. VULCANII INTERPRETATIONE LATINA
post variam aliorum induſtriam
Ita lacunis vel cognitis vel ignotis etiamnum & obſcuris ſuppletis,
Ita Auctoris in Græcæ Linguæ nativo uſu præſtantia & facultate reſtituta
ex plurium MSStorum & præſertim unius Optimi collatione,
ut nunc demum prodire hic auctor videri debeat,
OPERA
JACOBI GRONOVII.



LVGDVNI BATAVORVM,
Excudit PETRVS VANDER AA, Bibliop.
MDCCIV.

SERENISSIMO ET CELSISSIMO

PRINCIPI AC DOMINO

COSMO III

MAGNO ETRURIÆ DUCI

Arrianus hic Florentiam versus simul mentem sustinens intendere & iter, non opinatur admitti ab se aliquid pœnitendum, aut cujus veniam in excusandi meditatione collocare debeat. Ipse naturæ impetus hoc agere tum hodieque cernitur, tum olim fuit agnitus, ut omnia quæ vivunt, jucunditas quædam trahat vertatque ad loca, ubi aliquando refici ea & pasci contigerit. Talia vero Arriani fuerunt fata, ut per annos bene multos in benigno illic tutoque & fideli repositorio latuerit, sed plane tanquam Saturnus ab ingratis manibus regno ejectus. Etenim per immunda, quæ sola per populos famamque circumferebantur, exemplaria ab pristina venustate & naturali pulchritudine, quam ab parente suo acceperat, depulsus ac male destitutus, tamen in Pietatis Mediceæ Palatio velut Latio altero sepositus, conscientiam fortunæ prioris ac nobilitatem opperiens sua tempora retinuit. Ibi inter tot magnorum veterum vivas imagines quum non dememinerit servatam esse præstantiam suam, & nunc quoque salutem ac novum natalem illi loco debere se agnoscat, festinat frequentare mansionem incolumitatis suæ. Etiam

phœnicem in Arabia renatum & recenti corpore vividum, ubi robur adoleverat, dixerunt non cunctari, quin Heliopolin, sedem solitam majorum, quorum corpus excepit, rediret, originis suæ admonitionem voluptati ducens. Ipsi jam sunt tres & triginta anni, quando ad noscenda vetustatis per inæstimabiles membranas fulgentis monumenta Serenissima Regia Celsitudo Tua me admisit: nec infinitam istam indulgentiam aliunde Tibi, PRINCEPS CLEMENTISSIME, allatam subnatamque credidi, nisi quod spei bonæ in me appareret nebula, quæ in aliqua doctrinæ parte posset respondere exspectationi Tuæ, quando tempestivis veluti his ac felicibus imbribus porro fœcundare has vires voluisti. Tunc perstrinxit & obstupefecit me codex Arriani, perinde ut antea deploraverat crebrò corruptæ suæ apud posteros lucubrationis indignam absurditatem. Ferreus fuissem, si tantæ felicitati aliquid non satisfaciens commisissem, nulla ope huic eruditissimo homini, cujus domesticæ vitæ meam similem optaveram, præstita. Immo dignus erat Arrianus, quem ante omnia foveri a me cuperem. Quis enim auctor ad studia majori cum utilitate proferri poterat? Quo volumine tractari res aut majoris aut paris ad historiam momenti dicemus? Non enim Typhona novum ex fabulis repetimus, cujus extentæ manus orientem & occidentem apprehenderent. Immo dum regnum illud Persicum ccxxx circiter annos regnatum intra paucos annos adfligit, quid aliud, quam divinitatem faticinæ ex Judæo prædictionis declarat, & quemadmodum Persicus ille aries ab Græco hirco (utraque fataliter agnoscimus dicta nomina) fuerit contusus, aut qua ratione ille æneus colossi venter in somnorina imagine magno Nebucadnezari visus vere exstiterit, ac denique ille pardalus quatuor alis in tergo & totidem capitibus designatus impleri, & sic illa Arabum inclita epocha annorum Dilcarnaim constitui inceperit? Hæc enim omnia scriptor iste confirmat & exsequitur, dum ex Philosophicis & Geographicis egressus, & delibare aliquid Historicum statuens, forsan Aristotelem pro monitore habet, & Alexandri expeditionem sumit stilo suo satis polito curam materiamque decentissimam, sicut iste philosophus Protogenem dicebatur monuisse, ut Alexandri Magni opera pingeret propter æternitatem rerum. Quam ut nomi-

ne

ne adeptus fuit, ita certe industria ejus in hoc genere adhibita fere nonnisi ad interitum & posteritatis offensionem vergit, dum violata variis dolis & offuciis nequivit ingenui splendoris speciem custodire, nisi in unico Tuo, DOMINE, exemplari. Unde dum sperare licet fore, ut differenet ista prior obscuritas, simul futurum erit, ut tanto beneficio, æterno sane illo, devinctus Arrianus, etiam porro fundet amplietque laudem felicium istorum S. Laurentii pluteorum. Ego quidem quam sanctissime potui, fidem meam in hoc Benignitatis Tuæ deposito seu reddendo seu cum pluribus communicando seu reverenter adspiciendo liberare conatus fui; sed dum hoc egi, quid aliud quam vetus miles Tuus, non ab tribuno lectus, sed Tuo, IMPERATOR UNICE, ore citatus & evocatus hanc alteram aram Magnificentiæ Majorum Liberalissimæ & Tuæ Clementissimæ Indulgentiæ, qua januam tam splendidæ gazæ patere mihi olim jussisti, ab animo meo erectam exstare volui, ad quam assiduis votis pro Incolumitate Tua supplicarem, Deum obsecrans, ut illam Pacis Perpetuæ sapientiam, ignoratam Magno Alexandro, per tot annos fortunatissime populis ac regionibus Etruscis expertam & nunc quoque vigentem, quum ubique turbatur, in Tua Moderatione perannare longissime velit. Quod precor

Serenissimæ Regiæ Celsitudini Tuæ

devotissimus & obsequentissimus

cliens ac beneficiarius

Lugduni ad Rhenum
Nonis Martiis
cIↃ IↃ c c III.

JACOBUS GRONOVIUS.

JACOBUS GRONOVIUS
LECTORI
S. P. D.

Si quid vulgaris causæ in animum tuum admittis, unde ad hanc editionem Arrianus per me venerit, omnino non satis circumspecto præjudicio hanc totam rem consideras. Exemplarium erat affatim, ut quisque legendo ei imminens satiare desiderium hoc & implere sine invidia posset. Non etiam pro neglectiore jacuerat hic scriptor, ut paucos eum dignatos fuisse in manum sumere imagineris. Ipsa nomina præsto sunt, & talia, ut vitam suam solis studiis inclarescere voluerint. Sed & pars hæc historiæ veteris habet eam rationem, ut quum in media sæcula rebus gestis clara & virtutes Asiaticas cum Europæis jam miscentia incidat, ab ullo rerum veterum noscendarum cupido prætermitti nequeat, certe non debeat. Itaque ex his omnibus præsagire licebat adolescenti in vitam, hoc est, in hanc Asiæ Græciæque ætatem cognoscendam, ingressuro, pronam adeo planamque viam sibi a prioribus, quos paulatim variis ætatibus ab ipso numine evocatos ad restituenda vetera monumenta audit ac veneratur, stratam esse, ut liquida omnia parataque accessui ipsius esset reperturus. Ita certe me & formabam & solabar illo tempore, quo ex progrediendi ordine in hoc spatium deferebar. Magnum quid audienti spondet opinio vetus de Sigismundo Cæsare primum, mox & Rege Alphonso; ut quibus non decuerit quidquam offerri, nisi partibus omnibus emendatum, etsi de priore scribat Facius paulo licentiore stilo. Magnum tot interpretationes: quum ,, & Alexander Gabuardus scribat hæc verba: Quos industria & labore Bartholomei ,, Facii Latinos, ut vides, habemus. Thadæus ille Ugoletus Parmensis vir in utraque ,, pagina doctissimus me suis literis admonuit se legisse interpretationem Arriani à Nico-,, lao Sagundino factitatam fuisse. Magnum Francisci Philelphi exspectatio & mandatum, quo ab Pet. Perleone petit Arrianum historicum, quo imperia Persarum & Macedonum vel suâ historiâ Latinis cognita esse velit. Sed & P. Bembus per epistolam cum Jac. Sadoleto de hoc egerant. Magnum scripta Eliæ Vineti in Arriani vitam Alexandri, prout referuntur in Indice operum ejus. Magnum labor Bonaventuræ Vulcanii, de quo audimus Scaligerana, il tourne fort heureusement ce qu'il traduit: & ,, in Epistolis 396. Vulcanius noster sane vir optimus & doctissimus est, & cui in aucto-,, ribus Græcis Latine vertendis quidvis tribuere ausim. Sed plus ab ingenio, quam a corpore potest. Quum tamen ad eundem visus respicere Casaubonus ad Strabonem scribat eum qui Callimachi poematia novissime vertit, tam infeliciter hæc reddidisse, ut ejus se valde misereat pag. 29. Magnum Salmasii cura de Palatinis exemplaribus ab ipso signata in Solinianis pag. 694. Nec minus magnum anxia Freinshemii lectio Curtianaque cum Arrianeis studiose comparantis industria & aßiduitas.

Itaque ad hæc omnia sedulo, prout ferebat ætas, aggressus fui. In quibus ut crebro fatebar molliri quidem nonnihil, quod morabatur simul progressum simulque claram veri naturam & faciem vetabat aspicere; ita quantum supererat in ambiguo hærens, ad quod acies mea penetrare non poterat? Immo ut nunc licet fateri & cogor, quantum erat, in quo decipiebar credens fortasse intelligi a me, unde eram remotus longissime? adeo ut ne suspicari quidem possem, aliquid intelligentiam meam effugisse. Opinor tales non tunc modo, sed his duobus sæculis plures lectores habuit Arrianus; & ut ipso exemplo id patefiat, talem mihi proponit ipsa res Palmerium a Grentemesnil, cujus

notulas in hoc auctore quondam etiam rebar aliquid afferre commodi; sed Musarum fidem! quam minutum & vix ita appellandum, si consideres ea quæ nunc proferuntur, & inde exigas quam perdite editus fuerit optimus Arrianus, ita ut quid qua mente scriberet, hinc ignoratum fuerit. Non sermonis Græci ingenuitas placere poterat, non relatio facti operosi absque scrupulo profligabatur, & nulla pars erat sana. Quid igitur in eo egistis viri egregii, ut post tantas operas etiam nobis deberet esse tam molestus & querelæ plenus, quia non intelligebamus, Arrianus? Navigavistis utique in cæca nocte sine specula & pharo, aut quum opinaremini in formosa & bene strata xysto vos spatiari, inter caricem & stimulos sensu lapsi incessistis. Sed ecce, dum sic æstuo, anno sæculi præcedentis LXVIII proferri potuerunt, & vidit ea ætas, nova quædam auxilia, si sic fas appellare; & laboris continuati per annos complures in Zelandia & Frisia, etiam duobus codicibus MSS. instructi (quorum unus membranaceus ex grandioribus literis exaratus, ut audis pag. 169) sed præsertim diligentiæ indefatigabilis, jactatio exiit, me certe non inter postremos plaudente, cujus aviditas ad repetendum ita Arrianum ex continenti lacessita fuit sine dubio sperantis multa, quædam certe, egregia & utique melioris venæ; sed & in hoc omine statim falsum me deprehendi, traducente se Ulysse in lorica Achillis. Quum longa tractatione mihi essent cogniti loculi, in quibus aliquid bonæ notæ Arrianeum foret abditum, potui statim per singula fraudis vestigia apprehendere & concipere furtorum perpetuorum indecentiam meramque cercopis alicujus Ἀῤῥιανοπιθήκου vafritiem. In qua parte ut non diu hæream, & ex uno specimine videas omnia, præfationi suæ Vulcanius adjunxit breviarium integra pagina conceptum, ubi collatio est Basileensis editionis cum Manuscripto, tum enumeratio locorum, quos ex conjectura videbatur emendavisse, numero circiter 140. Hæc in totidem notas illic mutata sunt, in quibus tamen nihil aliud dici videas, quam quod dixerat Vulcanius, quum interim reticeatur nomen ejus; quod merito exsecrabar, sic aliena & quidem nullius commodi, quippe notissima, huc esse, sed tali modo, immissa. Quid dicam de infinitis aliis, quæ justis auctoribus videbam ablata, non artificioso sed astuto silentio huc translatis? Unde quidquid istic est, debet utique apud illum, cui cor est, σικελίζειν. Charta profecto ipsa tantam pestem opinor deploravit & abominata fuit; & si in miseria etiam jocandi locus est, crediderim non calceos, ut rustici, non maxillas, ut iste liguritor apud Athenæum ex Diphilo Chærephon, sed manus, sed digitos, sed oculos clavis suffixos habere debuerat. Unde tamen sub dedicatione & ipsa furtivis cogitationum, quas Grotius & alia magna ingenia pepererant, spoliis consuta subrepentem facinorose in illum & studiorum præmia collata sunt, ut tam degeneris otii studia Professorius quoque decor exornaverit: quod eo minus mireris oportet,. quia etiam animadvertas ab hominibus non satis cautis & furti ignaris aut similibus huic labro lactucis bona verba in eum effundi, non dubitante & Nesselio scribere quod nesciebat, & Crophio in Macedonicis aliquoties citare hunc hominem in negotio, quod ab alterius industria venerat.

Hanc ego causam esse quum deprehenderem Arriani, scriptoris quem nemo nosse potest, nisi etiam legere desideret; immo de quo judicia plurima hic illic exstantia nemo audire potest, quin, quicquid ejus superest, hilarissime recognoscere festinet, siquidem perverso genio natus non sit; quam, oro, viam sequi debui? An dedere me favori Daventriensium meorum & Viri studiis ac morum honestate tunc præstantissimi & bono illius urbis nati, nisi præpostera fuissent fata, Theophili Hogersii, ut præmature involutus & infasciatus simili titulo, quem modo dixi, verba etiam venderem de eo, quod defunctorie didiceram, aut potius non didiceram, nec vel spem discendi habere poteram, & sic præsepe frondibus qualitercunque instruens, in hac certe historici studii parte ubique præ ignorantia offenderem, idque uno pecuniæ alicujus annuæ studio, cujus solius contemplatione istæ appellationes ab nascentibus affectantur ita, ut in hoc judicio primas teneant? Certe etsi profectuum non pœniteret, etsi ad manum mihi esset, qui tenera ista principia mea fulcire & posset & vellet

vellet, nequivi ab animo meo satis accurate disceptante impetrare, ut vitæ meæ quantulumcunque duraturæ annos voluptatesque tantopere abjicerem & spretui haberem, ut vix parum bene intellectum à me obtineretur, aut hic illic in re non magni momenti carpenda obhærerem, quæ sunt hodiernorum librorum dotes, quum interim notabilior omnino portio ut præclusa deploraretur. Et licet ego sciam multos fuisse eorum, qui titulum istum gesserunt, qui susque deque habuerunt, quid in Arriano ageretur; mihi tamen possessio hæc illustrationis Arrianeæ multorum istorum nominum & munerum instar fuit. Quod si causam quoque hanc Arriani ut decet, transferre etiam placet ad alios, quos certe examussim perdidicisse debuerant; quid habent illi homines adornamentum istius spartæ, ad quam adeo cæca velocitate decurrentes nihil postea nisi quædam diu cocta & crebro prolata auditoriis inferre, multo minus aliquam partem novâ luce palam illustrare valent. Monebat me Casaubonus epist. 40. Equidem sic semper judicavi, sic statui, qui ad hoc scribendi genus sine MSS. auxilio se applicant, parum caute, ne dicam, imprudenter facere; *quod ipsum millies in bonis libris occini audias. Quod si non aliunde hæc, quam ex peregrinarum regionum instrumentis & elegantia peti possunt, quid aliud mihi optare vel proponere potui? quid est, quod sordidi hodierni sustinent effutire in libris per trivia legi solitis, nec multos annos peregrinationum per Italiam hoc vel istud perficere posse, quum profecto ubique judicent in tenebris, & sic veros unicosque proficiendi modos adhuc obturare & præscindere malevole conentur? Ego vero unum ad hæc omnia solatium respexi ex Italia, & vel ibi illud constituendum esse censui, vel nusquam. Fateor, ita domum deserui, & cum ea optimum patrem, non etiam denuo visurus, unde in variam fraudem, in errores multos parum profuturos, in damnosas impensas, conjectus fui. Sed nunc id ipsum animo tranquilliore commemorare queo, quia jam paulatim salvus appropinquo tempori, quod reliquias meas ossibus illius rursum junget; & quia vexationum quarumcunque tædia mihi exorta satis uberi solatio fovit, pensavit ac refecit illa postmodum fortunatissima & non sine majoris favoris aspiratione deductio ad comitatem, doctrinam, juvandique, tum dexteritatem, tum ingenuam naturalemque & infinitam cupiditatem Viri Illustrissimi, & per verissima merita in libris nunc omnibus ac paginis decantati* ANTONII MAGLIABECHII.

Hic deus ille, deus, cui non nostra ara quotannis
Bissenos fumare dies solet. Omnis ad illum
Hora, dies nexu votivo pertinet omnis.
Et quid ni? Nec enim nostris solatia Musis
Contigit ulla dari; quæ mollia prorsus abunde
Contigit inde dari; quorum lautissima quædam
Nunc placet ad Musas & publica commoda ferre.
Quò per Alexandri Magni decus aptaque Regi
Scripta, viri nomen tanti ac benefacta canantur,
Nec quisquam ignoret, merito cui gratia reddi
Debeat & cujus mactari nomen honore.

Hoc dico, etsi infesta & sterilis me jactatio pro ludo & joco diu habuerit, tamen non fuisse pigitum, simulatque meam laborandi & veterum membranarum evolvendi cupidinem licuit indicare & asseverare promptissimæ humanissimæque benignitati incomparabilis hujus Viri; quippe cujus interventu quum statim pandi & aperiri contingeret bibliothecam Mediceam S. Laurentii, ego vero non desii repente irruere in Arrianos, quum se offerrent duo ejus exemplaria formæ circiter octuplicis, quorum priori erat addita declamatio Polemonis pro Cynægiro; tertium in forma maxima & charta serica, cui alligata in calce erant aliqua Plutarchi & Diodori Siculi, cui mox accedebat quartum in Abbatia S. Petri Perusiæ etiam in charta, cui adnotatum erat ἐπληρώθη ἐν μηνὶ ὀκτωβρίῳ κδ, ἔτει ͵αυϛ ἀπὸ τῆς χυ̅ γεννήσεως. *Quod totum*

ut

prout magno labore mihi constiterat, qui forsan non satis æquo compendio honoraretur, id tamen profecisse me lætabar, ut ita scirem, qualis ab vulgo olim lectus fuerit Arrianus; utque inde possem cum nostro rationem non paulo accuratiorem, quam licebat aliis, deducere. Sicut jam olim multa exemplaria Arriani hujus exstitisse testatur Eustathius in loco noto de scriptura vocis Πίγρης *vel* Τίγρης, *ut agnoscat* πολλὰ τ̃ παλαιῶν ἀντιγράφων, *ita ne hæc quidem tempora bonam copiam ejurant, servato satis magno eorum numero; sed quam correcte, patet ex isto* Πίγρης, *quod & ipse olim & alii nunc vident, adeo ut hinc quoque non potuerit immunis esse vel optimus codex. Sed qualia ista quatuor deprehenderam, talia mihi imaginabar fuisse & Palatina exemplaria apud Salmasium, & simile penes Glareanum; etiam talia vidit Vulcanius vel Constantinopolitanum vel Augustanum, nec alia duo adhibita dicuntur ad posteriorem editionem, universa scilicet ex eodem valetudinario progressa, & plura alibi obhærebunt, ut amant illa errare. Itaque non eram tanto opere aut illi tempori quod impensum erat infensus; aut infelicitate mea per quam non videbar incidere in satis pretiosa operæ meæ oblectamenta, delassatus, quin iterare constituerem pensum idem, si daretur copia. Quando jam ad alia admotum, & quod tunc intelligebam intentum volumini, quo Origenis Philosophumena continebantur, advertit eidem alligata hæc ipsa scriptorum Arriani pars: in quo sicut Origeniana illa hactenus laudabat Holstenius, ut mereri lucem adscriberet; ita Arrianum segniter prætergressus, adeo ut nihil nisi nominare dignetur. Me tamen illa custodia Origenianorum commovebat ad bene existimandum de fide chirographi, quod plane unum idemque erat. Hoc enim quum rari exempli sedulitas in ista parte servasset, etiam in Arriano forsan exsuperavisse omnium diligentiam suspicabar. Accedebat, quod in eodem volumine exstat quoque Hieroclis Expositio in aureum carmen, quam idem Holstenius hoc elogio prosequebatur [,, exemplar omnium quot-*
,, quot vidi (vidi autem plura) longe correctissimum, ex quo editum exemplar quam
,, plurimis locis insigniter emendavi:] Nec erat ejus expositionis chirographum diversum. Unde non potuit non in flammam exagitari promtitudo mea huic Arriano imminens, ne discederem ab hoc volumine, nisi etiam explorato hoc Arriani documento. Et quid multa? Statim eum ἐκ παρθηκίν *debui dicere & illi mihique gratulari: adeo longe aliter jam ipse Arrianum contemplabar, adeo longe aliter ipse me. Itaque brevi die obtinui, quod adspiciens non modo gaudere potui tot itineribus peractis, sed quod hos triginta vitæ meæ annos oblectamento incredibili reficere pot..t; quum interim riderem adeo irritas Arriani lectiones & citationes, quas quotidie prodire cernebam. Quod si licet his addere, quod mente diu fovi, opinarer huic Mediceo codici simillimum fore aut illum quem vides in Cæsareæ Bibliothecæ Nesselii quinta parte & Historicos complexa, num.* IV *poni, quoniam & illic citatur ejusdem* Ἰνδικὴ, *ut suspicor, ex ipso Msto, quum non ita sit in editione N. B. quæ illi omnium optima & accuratissima est: aut illum qui ibidem num.* LXXXIX *recensetur cum iisdem signis, ubi etiam tertius indicatur num.* CXI. *Unde & quando eos inspiciendi facultatem! Sed quod dicere inceperam, mi lector, ut & ipse tandem facere queas, quod modò ex me audivisti, & hac saltem in parte possint studia per pronum magis solum & molle & ut ita dicam elapidatum incedere, tulit animus te quoque vocare in consortium, quod spero quibusdam placiturum, non omnibus; nec enim in speciem laboravi, & ea sunt tempora, ut oporteat habere quosdam ab hac voluptate exemptos quippe illaudatos, & quos conspuere melius est; & quid mea refert? Credesne tantum illic intercidisse verborum, ex quibus amissis manca profecto est historica narratio? credesne librarios scribas adeo plurimam partem fuisse vitiosos, ut nihil minus quam quæsiverint emendatum exemplar quod describerent? credesne ipsam Arriani manum, illam politissimo Græci sermonis usui adsuefactam, tanta fæce potuisse inquinari? Ita nempe habemus auctores Græcos; ita nobis causa est in urbibus nostris desiden-*

di, nostram vicem satis securos egregia esse, quæ vel possidemus vel legimus & unde tum explicantur multa, imo omnia illustrari creduntur: ita typographis indulgendum novas editiones affectantibus cum magna notarum mole, unde ipse auctor aut nihil aut parum adjuvatur, nisi in præfationum choragio. Ego certe domum reversus quam dulces Arrianeis his attendens soles condidi! quam grata lucubratione tenebras delibans dulci mox somno declinavi lumina! Gustum quidem statim a te non averti, ut quædam utique loca haberes integra, & scires quid foret Arrianus: sed cætera mihi reservans non quò projicerem ut ignota, sed ut longo usu exigerem, expolirem, & Alexandri illam κοσμοκρατορικὴν *expeditionem penitus pernoscerem. Mirari enim non desino calamos veterum ita fuisse tritos in isto per arma conspicuo Pellæi juvenis transitu Asiæ minoris ac majoris, ut quo ordine ac summa rerum processerint ista arma, enarrarent, non etiam rite exsequentes, quid vel per singulas urbes vel regiones constituerit ac mutaverit, aut quæ ipsas mutatio incesserit blandiri novo regimini suo gestientes. Hinc non omisi perrepere omnes angulos & annotare, quid illa orbis conversio hic illic legeretur peculiare diversis locis intulisse, præsertim postquam & nummi tantopere adjuvarent per plurima loca Alexandrum monstrantes. Sed liceat illa servare mihi, & nunc vix quidquam dare, nisi quod ad Arrianum pertineat & ejus restitutionem, quæ maxime requirebatur, nec ultra decus augeatur libri mensura. Quod tamen forsan sic quoque videbitur fieri, dum conor nonnulla meis quoque verbis approbare, quum suffecisset forsan sola ponere, ut in multis feci, & ubique politiore Arriano in nova lectione, quam illa corrupta, quæ præcesserat. Itaque hæc pro tempore sit nobis conveniens megalographia; nec enim nunc vacat scribere digressiones. Sed & medio tempore fortunam constantem in fovendo quæ inceperat deprehendi, incidens in ipsum volumen, quo postea Bonaventura Vulcanius fuit usus. Non enim modo post editionem Stephani subodoratus fuit interpretationem multis locis nimium licenter discessisse ab Græcis, sed ipsam commoditatem Latini sermonis instaurandam esse, unde inductis plurimis ad marginem alia adscripsit, quæ supponi mallet; cujus ego mandatum non dubitavi exequi fideliter, ut inde scias petita esse, quæ nunc alia leges in Latinis, quam huc usque fuerunt lecta. Sed etiam vir ille doctissimus nactus exemplar hujus historiæ Augustanum, quod incipiebat ab verbis* καὶ πλεῖστα ἐπὶ τῷ Φιλίππῳ δοθέντα, *universum magno cum studio perspexit & varias lectiones in ora annotavit, quibus etiam idcirco me usum fuisse videbis. Verum ex eo didici, quod te quoque scire interest, Vulcanio non satis placuisse rationem Stephani, qua in ea editione usus fuit, dum nescio qua immodica laborum suorum jactantia ipse verbis Vulcanii præfantis interponit vel* quorum innumeros errores eum in præclaro illo suo linguæ Græcæ Thesauro detexisse comperissem, *vel* ut Henr. Stephanus interpretandum censet, *vel* quem ab Henr. Stephano accepi, Constantinopoli ad eum una cum quibusdam Aristotelis aliorumque Græcorum scriptorum libris missum, *vel* neque id religiosa Henr. Stephani diligentia permissura fuerit, *quibus propterea præscripsit Vulcanius modò* adjecta ab Henr. Stephano plane ἀπρεπῶς, *modò* adjectum ab Henr. Stephano, *modò* adjecta me inscio ab Henr. Stephano, *modò* adjecta ab Henr. Steph. impudenter. *Ita peracto, quod meum fuit, vel cum Græcis* τὸν Εὑρέτην Δία *vel cum Latino Hercule Inventorem Patrem venerans, tibi precor, ut aliquando lacunam de Hephæstione, unam residuam in Arriano, aut reperiens hoc Alexandrinæ historiæ corpus ipse suppleas penitus, aut denique ab alio suppletum tractes; & eorum, quæ apposita vides, rationem velis habere, ut corrigas.*

Pag. 15 vers. 3 procubiis *lege* procubitu. 2, 10 *dele* in terram. 45, 4 ἄλλων *lege* ἄλλα. 210, 11 *dele* quidem. 269, 18 ante *lege* a me. 315, 7 pependerunt, *adde*, quæ Cyrus imperavit. 325, 15 concedere *lege* condere. In notis pag. 2 col. 1 vers. quarto a fine *delenda* mox pro ἰδίως optimus ἰσίδωρος. Pag. 111 col. 1 vers. 1 ex senatu *adde*: dato legatorum vel præfectorum nomine, prout proprie sic administrata Ægyptus, & ut notat auctor, ex equite. Pag. 313 col. 1. vers. 5 Παλιμπαισις *lege* Παλαιαις.

APPIA-

ΑΡΡΙΑΝΟΥ ΑΝΑΒΑΣΕΩΣ ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΥ

ΒΙΒΛΙΟΝ ΠΡΩΤΟΝ.[1]

ARRIANI DE EXPEDITIONE ALEXANDRI

LIBER PRIMUS.

ΠΡΟΟΙΜΙΟΝ.

Πτολεμαῖος ὁ Λάγου, καὶ Ἀριστόβουλος ὁ Ἀριστοβούλου, ὅσα μὲν ταὐτὰ ἄμφω περὶ Ἀλεξάνδρου τοῦ Φιλίππου ξυνέγραψαν, ταῦτα ἐγὼ ὡς πάντη ἀληθῆ ἀναγράφω[2]· ὅσα δὲ οὐ ταὐτά, τούτων τὰ πιστότερα ἐμοὶ φαινόμενα καὶ ἅμα ἀξιαφηγητότερα ἐπιλεξάμενος[3]. ἄλλοι μὲν δὴ ἄλλα

PRAEFATIO.

Quaecunque Ptolemæus Lagi, & Aristobulus Aristobuli filius, de Alexandro Philippi filio consentientes inter se memoriæ prodiderunt, ea ipsa tanquam verissima conscribo: ex iis vero in quibus inter se dissentiunt, quæ mihi fide pariter & narratione digniora videbuntur, selegi. Certe de Alexandro

1 Ἀῤῥιανοῦ ἱστοριῶν ἀναβάσεως Ἀλεξάνδρου βιβλίον πρῶτον] Hunc titulum à Venetis primo, mox Basileensibus usque propagatum video, tantum appellatione Ἀλεξάνδρου statim subjuncta nomini scriptoris. Sed haud liquide idem affirment eum ab Arriano sic conceptum esse, quippe qui in sequentibus libris eundem non conservent, sed hoc modo mutent Ἀῤῥιανοῦ Ἀλεξάνδρου ἀναβάσεως ἱστοριῶν δεύτερα usque ad ipsum finem; quod à Vulcanio passim deinde ita mutatum, ut huic primæ inscriptioni responderent omnes sequentium librorum tituli, Amstelodamæa editio retinuit. Omnes haud dubio tantundem de auctoris manu fuere solliciti. Certe verisimilius edidissent Ἀῤῥιανοῦ λόγων ἀναβάσεως, ut ipse auctor in Indicis hoc opus vocat λόγον, & in ipso libro primo ξυγγραφήν. Equidem in auctore nostro citando variant scriptores. Ab Eustathio ad Dionysii periegesin video citari Ἀῤῥιανοῦ τὰ περὶ Ἀλεξάνδρου, cujus verba sic referuntur in MS. Oxoniensi. Ἄλλοι δὲ καὶ τὴν ἀρχαιοτέραν μετὰ τοῦ π προφέρουσι. καὶ εὕρηται τοιαύτη γραφὴ παρά τε τῷ Γαληνῷ καὶ παρὰ τῷ Ἀῤῥιανῷ δὲ ἐν τοῖς περὶ Ἀλεξάνδρου. πολλὰ γὰρ τῶν παλαιῶν ἀντιγράφων ἔχουσιν οὕτω· Τῶν ποταμῶν τοῦ Εὐφράτου καὶ τοῦ Πιγρήτου οἱ τὴν μέσην σφῶν Ἀσσυρίαν ἀπείργουσιν, ὅθεν καὶ Μεσοποταμία πρὸς τῶν ἐπιχωρίων κλήζεται, ὁ Πίγρης πολύ τι ταπεινότερος ἐστιν Εὐφράτου, quod unice verum est & cum Arriano conveniens. Sed Eustathius ex suo ingenio, nec multum satagens, quæ vera hujus operis fuerit inscriptio, ista allegavit: certe tam genuina est illa inscriptio, quam appellatio fluvii Πίγρης per Π; quod licet sit, ut ipse ait, ἐν ἀντιγράφοις παλαιοῖς, nos in duobus modo invenimus, non sane illis optimis, qualia & Eustathio visa suspicamur. Sed quum Stephano in voce Ἀσπανοὶ citetur Ἀῤῥιανὸς τετάρτῃ τῆς ἀναβάσεως Ἀλεξάνδρου; & ab eodem in Χαρμάνδη advocetur plane parili modo Ξενοφῶντος ἐν Κύρου ἀναβάσει; Etymologo etiam Ξενοφῶν ἐν τῇ ἀναβάσει in voce Δίσπαμι; consultissimum mihi videtur vocem ἱστοριῶν relegare ad auctorem suum, præsertim quum in plerisque atque adeo etiam optimo MS. habeatur, Ἀῤῥιανοῦ ἀναβάσεως Ἀλεξάνδρου βιβλίον πρῶτον, quæ optime procedunt, & verissima esse judico, sic ut nunc id sequutus sim. Nuspiam quoque mihi apparuit vox προοίμιον, quam hic præfixerunt, quæ quantis erroribus & corruptelis causam dederit, statim apparebit.

2 Ὡς πάντη ἀληθῆ ἀναγράφω] Satis supine, quasi hoc procemium ut vocant, ab Arriano conceptum fuisset ante inchoatum hoc volumen, quum tamen absoluto demum & finito adjectum fuisse aperte constet ex sequentibus, in quibus etiam præteriti temporis figurâ utitur. Itaque etsi vulgatum illud in uno forsan aut altero MS. codice & inde in editis omnibus hæreat, præferendum tamen puto, quod & plures, & meliores, ac in his optimus agnoscunt ἀνέγραψα. Quid quod jam Facius olim interpretatus est *literis mandavi*, & *delegi*? & Vulcanius omnino excusari nequit, dum nunc *conscribam* & *seligam* inquit, inferius vero *commemoravi*.

3 Ἀξιαφηγητότερα ἐπιλεξάμενος] Non temere sollicitandum hoc verbum, quo familiarissime uti hunc auctorem novi, atque adeo alibi à nobis restitui. Varian-

λα ὑπὲρ Ἀλεξάνδρου ἀνέγραψαν, οὐδ᾽ ἔστιν ὑπὲρ ὅτου πλείονες, ἢ ἀξυμφωνότεροι ἐς ἀλλήλους. Ἀλλ᾽ ἐμοὶ Πτολεμαῖός τε καὶ Ἀριστόβουλος πιστότεροι ἔδοξαν ἐς τὴν ἀφήγησιν· ὁ μὲν, ὅτι συνεστράτευσε βασιλεῖ Ἀλεξάνδρῳ, Ἀριστόβουλος· Πτολεμαῖος δὲ, πρὸς τῷ ξυστρατεῦσαι, ὅτι καὶ αὐτῷ βασιλεῖ ὄντι αἰσχρότερον ἢ τῷ ἄλλῳ ψεύσασθαι ἦν· ἄμφω δὲ, ὅτι τετελευτηκότος ἤδη Ἀλεξάνδρου ξυγγράφουσιν, ὅτε αὐτοῖς ἥ τε ἀνάγκη καὶ ὁ μισθὸς τοῦ ἄλλως τι, ἢ ὡς συνηνέχθη, ξυγγράψαι, ἀπῆν. Ἔστι δὲ ἃ καὶ πρὸς [4] ἄλλων ξυγγεγραμμένα, ὅτι καὶ αὐτὰ ἀξιαφήγητά τέ μοι ἔδοξαν [5], καὶ οὐ πάντη ἄπιστα, ὡς λεγόμενα μόνον ὑπὲρ Ἀλεξάνδρου, ἀνέγραψα. Ὅστις δὲ θαυμάσεται, ἀνθ᾽ ὅτου ἐπὶ τοσοῖσδε συγγραφεῦσι, καὶ ἐμοὶ ἐπὶ νοῦν ἦλθεν ἥδε ἡ συγγραφὴ, τά τε ἐκείνων πάντα τις ἀναλεξάμενος, καὶ τοῖσδε τοῖς ἡμετέροις ἐντυχὼν, οὕτω θαυμαζέτω.

dro alii alia scripserunt: neque ullus est de quo aut plures extent scriptores, aut magis inter se dissentientes. Sed mihi Ptolemæus & Aristobulus præ cæteris historicis fide digni visi sunt: hic quidem, quod regi Alexandro socius expeditionis fuerit; Ptolemæus autem, quia præterquam quod una militarit, turpius in eo (quippe qui rex etiam esset) mendacium quam in alio quopiam esset futurum: uterque, quod mortuo jam tum Alexandro scribunt, quum neque necessitas neque merces, qua adducti aliter quidpiam atque accidisset scriberent, esset proposita. Nonnulla etiam ab aliis conscripta, quod & illa non indigna narratu judicarem, neque prorsus incredibilia, tanquam de Alexandro sparsim dictum, commemoravi. Quisquis vero mirabitur, ecquid mihi in mentem venerit, ut post tam multos scriptores ipse etiam ad hanc historiam conscribendam me conferrem, is, evolutis omnibus illorum scriptis, quum ad meorum lectionem accesserit, tum demum miretur.

riantes tamen hoc loco MSStos invenio, partim ἀναλεξάμενος, partim ἀπολεξάμενος, id quod habet etiam optimus. Et sane cap. 10. pro his δέκα πρέσβεις ἐκ πάντων Ἀθηναίων ἐπιλεξάμενος, in optimo erat ἀπολεξάμενος, cujus fides omnino debet prævalere.

4 Ἔστι δὲ ἃ καὶ πρὸς] In aliis legitur ἔστι δὲ καὶ ἃ. Hæ sunt insulsæ interjectiones. Longe rotundius simpliciusque in MS. Opt. ἐστὶν ἃ καί.

5 Ἀξιαφήγητά τέ μοι ἔδοξαν] Omnes MSS. ἔδοξε. Deinde pro τοσοῖσδε συγγραφεῦσι præferebat optimus τοσοῖσι. Et sane τοσοῖσδε Arriano non est tam multus, sed tantus. Sic primo statim capite habes τοσῷδε μᾶλλον. VII, 9. ἐς τοσόνδε ἐπαισίωσεν. Et c. 12. τοσῷδε φιλοτιμότερον.

ΚΕΦ. Α. CAP. I.

ΛΕΓΕΤΑΙ δὴ Φίλιππον μὲν τελευτῆσαι [1] ἐπὶ ἄρχοντος Πυθοδήμου Ἀθήνησι. παραλαβόντα δὲ τὴν βασιλείαν Ἀλέξανδρον, παῖδα ὄντα Φιλίππου, ἐς Πελοπόννησον παρελθεῖν· εἶναι δὲ τότε ἀμφὶ τὰ εἴκοσιν ἔτη Ἀλέξανδρον. ἐνταῦθα ξυναγαγόντα τοὺς Ἕλληνας

PHILIPPUM ferunt mortem obiisse archonte Pythodemo Athenis: Alexandrum autem ejus filium, accepto regno in Peloponnesum profectum, viginti circiter tunc temporis annos natum. Ibi, coacta Græcorum quot-

1 Λέγεται δὲ Φίλιππος μὲν τελευτῆσαι] Occurrit sane hæc constructio lib. VII. cap. 5. Λέγεται δὲ γνῶναι ὁ δίοις αὐτῆ τῇ στρατιᾷ, ἐς τάλαντα δισμύρια. Sed illa adeo nequit hic tolerari, ut certe sit indignissima in ipso primo clivi ascensu offensio. Et procul fide omni. Quod enim hujus principii exemplum? & cui elegantiæ ista adversativa? maxime quum omnino appareat præcedentes periodos demum ab Arriano annexas fuisse post absolutum hujus historiæ corpus, ut hæc sint prima verba, quæ Arrianus scripserit: quæ quis ab ista particula inchoabit? Hinc, opinor, inductus Isaacus Casaubonus in principio notarum ad Suetonium verba hæc Arriani citat omissa vocula, dicens librorum Arriani principium esse λέγεται Φίλιππος τελευτῆσαι &c. In qua citatione nos deprehendimus duo esse aliena ab calamo Arriani & te confirmaturum, lector, mihi persuadeo. Primum audaciæ nimiæ est, expungere particulam, quæ in omnibus omnino antiquis codicibus Casaubono occurrit, & aliis, ut & mihi, præterquam in optimo, ex quo solo ocius rescribe λέγεται δὴ, verissima correctione. Præterea idem iste omisso illo μὲν habet Φίλιππον τελευτῆσαι, quomodo scripsisse Arrianum indubitato argumento sunt sequentia, in quibus eundem casum quartum continuare pergit, παραλαβόντα Ἀλέξανδρον, quum potuisset, ac debuisset alioquin παραλαβὼν Ἀλέξανδρος, & id debuit advertere tam Casaubonum, quam editores in vetere elegantia non insipidos. Quippe hac scribendi consuetudine utitur auctor, ut hujus libri cap. 13. Ἀρρίβαν δὲ λέγεται εἰπεῖν ἐν τῷ συλλόγῳ, quum posset Ἀρρίβας. Quin etiam lib. VII, 13. ἐν ταύτῃ τῇ ὁδῷ καὶ τὸ πεδίον λέγεται ἰδεῖν Ἀλέξανδρος. MS. optimus cum alio tam illic exhibebat Ἀλέξανδρον, quam statim post νῦν δὲ Ἀλέξανδρον οὐ πολὺ πλείονας. Nec sane sic noster modo, sed & alii eruditiores. Dionysius Halic. I, 59. συμπλεῦσαι δ᾽ αὐτὸν τοῖς Τρωσὶ λέγεται &c. Ælianus III. Var. hist. 19. λέγεται τὸν διαδοχὸν Ἀριστοτέλους πρὸς Πλάτωνα γενέσθαι. Immo sic quoque Latini. Mela III, 10. *insulæ, quas Hesperidas tenuisse memoratur*. Et ex poetis Ovidius IV. Fast. 507. *Dicitur hoc Celei rura fuisse senis*. Sic quoque igitur Pompopius in tit. de origine juris: *Romulum traditur populum divisisse*. Nam quæ affert illic Rupertus, sunt aliena. Certe, viri docti, si Xenophonteus est Arrianus, patiamini oro eum quoque Xenophontis more loqui, qui libro I. Κύρ. παιδ. Καὶ τὸν Κῦρον δὲ ἐνταῦθα λέγεται εἰπεῖν. Mox pro ἔδωκαν optimus ἐδίδοσαν. Quam vero castigator nuperus hoc loco notat ἀνοιαν consanguinitatis in Attalo, eam omnem, si inspexeris Freinshemiana ad Curtium VI, 9, 17. plane invenies, & quod de vocabulo θεῖος dicit, & unde illud ἀδελφιδοῦς.

λῶνας ὅσοι ἐντὸς Πελοποννήσου ἦσαν, αἰτεῖν παρ' αὐτῶν τὴν ἡγεμονίαν [1] τῆς ἐπὶ τοὺς Πέρσας στρατιᾶς, ἥντινα Φιλίππῳ ἤδη ἔδοσαν· καὶ αἰτήσαντα λαβεῖν παρ' ἑκάστων, πλὴν Λακεδαιμονίων· Λακεδαιμονίους δὲ ἀποκρίνασθαι, μὴ εἶναι σφίσι πάτριον, ἀκολουθεῖν ἄλλοις, ἀλλ' αὐτοὺς ἄλλων ἐξηγεῖσθαι. Νεωτερίσαι δέ ἄττα καὶ τῶν Ἀθηναίων τὴν πόλιν· ἀλλὰ Ἀθηναίους γε τῇ πρώτῃ ἐφόδῳ τῇ Ἀλεξάνδρου [3] ἐκπλαγέντας, καὶ πλείονα ἔτι τῶν Φιλίππῳ δοθέντων, Ἀλεξάνδρῳ εἰς τιμὴν ξυγχωρῆσαι. Ἐπανελθόντα δὲ ἐς Μακεδονίαν, ἐν παρασκευῇ εἶναι τοῦ ἐς τὴν Ἀσίαν στόλου· [4] ἅμα δὲ τῷ ἦρι ἐλαύνειν ἐπὶ Θρᾴκης, ἐς Τριβαλλοὺς καὶ Ἰλλυριούς, [5] ὅτι τε νεωτερίζειν ἐπύθετο Ἰλλυριούς τε καὶ Τριβαλλοὺς, καὶ ἅμα ὁμόρους ὄντας οὐκ ἐδόκει ὑπολείπεσθαι, ὅτι μὴ πάντῃ ταπεινωθέντας [6], οὕτω μακρὰν ἀπὸ τῆς οἰκείας στελλόμενον [7]· ὁρμηθέντα δὴ ἐξ Ἀμφιπόλεως ἐμβα-

quotquot in Peloponneso erant, concilio, petiisse ab iis, uti imperator militiæ adversus Persas crearetur: quod quidem Philippo antea concesserant. Id à singulis impetratum, exceptis Lacedæmoniis: à quibus responsum fuisse, Lacedæmonios eam consuetudinem à majoribus non accepisse, ut aliis parerent, sed ipsi aliis præessent. Athenas vero novi etiam aliquid fuisse molitas: sed Athenienses primo statim Alexandri adventu perculsos, plus etiam, quam Philippo, Alexandro honoris detulisse. Deinde, in Macedoniam reversum, exercitum quem in Asiam duceret apparasse. Ineunte autem vere statuisse in Thraciam, item in Triballos & Illyrios excurrere, quos & novis rebus studere acceperat, & quia finitimi erant nonnisi plane domitos relinquendos putabat, quum adeo longinquam atque remotam à domo expeditionem susciperet. Arrepto itaque ex Amphipoli itinere, irrupisse

1 *Αἰτεῖν παρ' αὐτῶν τὴν ἡγεμονίαν*] Sic II, 14. *βασιλεὺς παρὰ βασιλέως γυναῖκα αἰτεῖ*. Sed alibi mavult particulam ἐξ adhibere, lib. VI. cap. 15. *ὅτε τι χρέος ἐξ Ἀλεξάνδρου*. Plane eadem variandi indole, qua I, 18. mavult scribere *ἀπαξιώσας τι παθεῖν πρὸς αὐτὰ ἀρχὴν*, quum II, 14. scripserit *ἐδὲν ἐκ Περσῶν ἀρχὴν παθών*. Et libro VII. cap. 24. *ἐδὲν παθὼν ἐξ ἐμοῦ ἀρχὴν*. Alii Græci simpliciter dixissent *αἰτεῖν αὐτοὺς ἡγεμονίαν*, quam syntaxin illis placuisse docet eruditus ille P. Leopardus lib. III. Emend. cap. 13. Ergo & ipse Polybius dixit *οἱ Δέλοι ἠγαγόντο ῥύσια τοὺς Ἀχαιοὺς*, quod illustravit Henr. Valesius in notis postumis ad Harpocrationem pag. 178. Qui potuit igitur fieri, ut vir tantæ doctrinæ, quam nos & coram in ipso fuimus admirati non minus quam nunc in scriptis ejus, potuerit notare ad Excerpta Peiresc. pag. 753? Sequens acroteleution forte sic concipiendum est, *σε δίκας αἰτοῦσι Σεβῆρος*, ut sensus sit, *Ambo Severi pater & filius à te pœnas exposcunt*. Verum id non satisfacit; dicendum enim fuisset *παρὰ σοῦ*, non *σε*. Quum tamen in ipso illo sensu toties id usurpari eximius ille Leopardus demonstret. Etiam recte mox in solo opt. *ἐδόθησαν*, id enim requiritur.

3 *Τῇ πρώτῃ ἐφόδῳ τῇ Ἀλεξάνδρου*] MS. Opt. *τοῦ Ἀλεξάνδρου*.

4 *Τοῦ ἐς τὴν Ἀσίαν στόλου*] Parum satisfacit Vulcanius, *exercitum quem in Asiam duceret*. Plenius Faciana, *uti in Asiaticum bellum apparatus moliretur*. Debuerant *expeditionem in Asiam*. Id patet ex voce *στελλόμενον*, qua paulo post utitur, & clarissime cap. 2. *πυθανόμενος τοῦ Ἀλεξάνδρου τὸν στόλον*. Cap. 10. *σπουδῇ τοῦ ἐς τὴν Ἀσίαν στόλου*, ubi ipse Vulcanius, *studio trajiciendi in Asiam*. Lib. II, cap. 17. *ὁ ἐς Αἴγυπτον στόλος ἀσφαλὴς ἡμῖν γίγνεται*, ubi idem *expeditio in Ægyptum*.

5 *Ἐλαύνειν ἐπὶ Θρᾴκης, ἐς Τριβαλλοὺς καὶ Ἰλλυριούς*] Sic primi distinxerunt Basileenses, quum Veneti omne id ignorarent. Vulcanius *per Thraciam in Triballos & Illyrios excurrere*. Facius *per Thraces iter faciens Triballos atque Illyrios petere*. Quam Geographiam ego non capio. Ut Rex Macedoniæ bello petiturus Triballos & Illyrios, debeat per Thraciam proficisci? Enimvero nimia deliratio! nec ea mens Arriani, qui tres distinctas expeditiones hic innuit. Nec magis mirari debemus, quod quum primo dicat *ἐπὶ*, postea usurpet voculam *ἐς*, quam quod primo nomen regionis illi placuerit, at postea appellationes populorum. Itaque quod has tres destinationes diversa scribendi ratione expresserit, haud dubie solitæ sibi suavitatis causa, id non excusat interpretes & lectores, ut male intelligerent, & Thraciam collocarent inter Triballos ac Macedonas, nedum inter hos & Illyrios. Verte, *excurrere in Thraciam, contraque Triballos & Illyrios*. Et ordine tria hæc bella deinceps sequuntur. Sane hic genius Arriani apparet quoque lib. IV. cap. 15. *Αὐτὸς δὲ ἐπὶ τὸν Ὦξον τε ποταμὸν ᾔει αὖθις, καὶ ἐς τὴν Σογδιανὴν χώραν προχωρεῖν ἐγνώκει*. MS. Opt. etiam *ὅτι νεωτερίζειν* sine copula *τε*.

6 *Οὐκ ἐδόκει ὑπολείπεσθαι ὅτι μὴ πάντῃ ταπεινωθέντας*] Quam fidem ad conservandam Vulcanio famam, aut in Græca lingua peritiam attulerit ultimus editor, hic primum locus documento est. Nam quum præter receptam in contextum versionem, *quia finitimi erant, neque satis adhuc domiti, minime negligendos putabat*; quæ longe est insulsissima, apposuisset Vulcanius marginii, *& quod nisi omnino domitos relinquendos non putabat*, ille hanc omisit, quum sit necessaria, & unice Græcas voces exprimat. Itaque maluit cum Freinshemio, qui ad Curtium III. 1. 19. perperam vertit, *nondum perdomitos à tergo relinquendos*, vitiose transcurrere, quam Vulcanii *δεύτερον πλοῦν* considerare. Receptæ versioni ne una quidem vox in Græcis respondet, vel applicari potest. Particulas illas *ὅτι μὴ* pro *nisi* amat Arrianus, nec pro alio queunt poni. Sic hoc lib. cap. 17. *διέφυγε μὲν οὐδεὶς, ὅτι μὴ διέλαθέ τις ἐν τοῖς νεκροῖς*. Ex cap. 27. *ἀεὶ δὲ ταύτῃ ἡ ὁδὸς οὐκ ἄλλως, ὅτι μὴ τῶν ἀπ' ἄρκτου ἀνέμων πνεόντων*, *nisi ventis à septentrione flantibus*. II. 2. *ἄπορον ἄλλως ἐδόκει, ὅτι μὴ προσχωρήσαντας τοῖς Πέρσαις, σώζεσθαι*. Ubi recte interpres, *nisi se ad Persarum voluntatem aggregarent*. *Nisi quod* dicere solet Suetonius. Græcarum etiam particularum vim satis solide percepit Vulcanius, ut inprimis apparet ex postrema versionis ejus correctione, *nonnisi plane domitos relinquendos*; quod placuit, adscivimus. Cæterum vox *domare* tantæ est efficaciæ; uti ei Græcum *ταπεινοῦν* vix queat respondere: neque Alexander unquam poterit dici *domuisse*, vel *perdomuisse* Thracas, sed optime *τεταπεινωκέναι*, quod est depressisse, imminuisse, & infirmos reddidisse, ut insultare absentiæ suæ nequirent. Sic cap. IX. Atheniensium civitas *τῷ μήκει τοῦ πολέμου ἐς ταπεινότητα ἀφιγμένη*, ubi uterque simpliciter *imminutum imperium*. Sic lib. VII. cap. 9. in Alexandri oratione, Philippus *τὰ Φωκέων ἔθνη ταπεινώσας*, ubi durissime interpretatur *afflicta*, & mox *Ἀθηναίους τε καὶ Θηβαίους ἐφεδρεύοντας αἰεὶ τῇ Μακεδονίᾳ ἐς τοσόνδε ἐταπείνωσε*, *sic accidit eorum vires*.

7 *Οὕτω μακρὰν ἀπὸ τῆς οἰκείας στελλόμενον*] Ita sine va-

ἐμβαλεῖν ἐς Θρᾴκην, τὴν τῶν αὐτονόμων καλουμένων Θρᾳκῶν, Φιλίππους πόλιν[8] ἐν ἀριστερᾷ ἔχοντα, καὶ τὸν Ὄρβηλον τὸ ὄρος. Διαβὰς δὲ τὸν Νέσσον ποταμὸν[9], λέγουσιν ὅτι δεκαταῖος ἀφίκετο ἐπὶ τὸ ὄρος τὸν Αἶμον. Καὶ ἐνταῦθα ἀπήντων αὐτῷ κατὰ τὰ στενὰ τῆς ἀνόδου τῆς ἐπὶ τὸ ὄρος, τῶν τε ἐμπόρων πολλοὶ ὡπλισμένοι, καὶ οἱ Θρᾷκες οἱ αὐτόνομοι, παρεσκευασμένοι εἴργειν τοῦ πρόσω, κατειληφότες τὴν ἄκραν τοῦ Αἵμου, τὸν στόλον[10], παρ' ἣν ἦν τῷ στρατεύματι ἡ πάροδος. Ξυναγαγόντες δὲ ἁμάξας, καὶ προβαλόμενοι πρὸ σφῶν[11], ἅμα

pisse in Thraciam, liberorum & privatis suis legibus atque institutis viventium Thracum, Philippos urbem & Orbelum montem à sinistra relinquentem. Trajecto autem Neso flumine, ajunt cum decimo postquam iter ingressus esset die ad Æmum montem pervenisse. Hic, ad fauces & angustias ascensus, negotiatorum non pauci armati, & liberi Thraces occurrerunt, ut vertice montis occupato, exercitum inde arcerent, qua aditus militibus patebat. Congregatis ergo plaustris & ante se dispositis, non pro val-

rietare MSS. cæteri; unus ille optimus deficitur prima vocula. Quid dicemus? certe non magis ea hic necessaria est, quam apud Justinum XI, 5. *ne qua materia seditionis, procul se agente, in Macedonia remaneret.* Cur enim hic quoque non dixit *tam procul*? & ibidem: *obliti omnes conjugum, liberorumque, & longinquæ domo militiæ.* Ibi etiam potuit *tam longinquæ.*

8 Φιλίππους πόλιν] Fæda confusio urbium in hoc loco exhibetur ab MSS. dum ab aliis retinetur edita scriptura, alii præferunt Φιλιππόπολιν, quod in duobus mihi fuit obvium, & quum Vulcanio idem contigisset, non dubitavit is approbare, & versionem quoque suam ita corrigere, *Philippopolim & Orbelum montem à sinistra relinquentem*, ex quibus quum reliqua adsumpsimus, tum in hac una nostro arbitrio potius quam Vulcaniano utendum putavimus. Et sane id fieri potuit, si adeo profunde se in Thraciam immergere voluisse in ipso itinere Alexandrum constaret. Sic enim Livius XXXIX, 53. *Mediam in Thraciam exercitum in Odrysas & Bessos duxit: Philippopolin urbem cepit.* Immo jam olim quoque Facius, *à sinistra Philippopolis & Orbelus.* Sed tamen si sequamur ordinem itineris, quem nobis nunc describit Arrianus, nullo modo Philippopolis intelligi potest, sed Philippi urbs, multis casibus clara: ad hanc ex Amphipoli primam venit. Inter hanc & mare transiens venit ad Nessum: inde mediterranea petens perrexit ad Æmum: quum si Arrianus intellexisset Philippopolin, debuisset potius pro Nesso Ebrum substituisse, ut perspicuum est ex situ istorum locorum, & de Rhodope aliquid adjungere, cui monti adsitam fuisse eam urbem constat ex nummis & Luciano in Fugitivis. At urbs Philippi, quia in confiniis Macedoniæ & Thraciæ, nunc huic, nunc illi attribuitur, eamque præterire debuit. Par situs fuit montis Orbeli, de quo nihil potuit dici convenientius, quam facit Ptolemæus, scribens ἀπὸ δυσμῶν finiri Thraciam τῇ ἄνω Μοισίᾳ καὶ Μακεδονίας μέρει τῷ ἀπὸ τοῦ εἰρημένου Ὀρβήλου ὄρους. Neque sane scio, quid velit Lucas Holstenius in annotationibus ad Ortelium, ubi errare scripsit Ptolemæum, quum Philippos & Philippopolim urbes diversas facit, & Philippopolin esse eandem cum Philippis. Hoc ipse viderit. Quum autem in supplemento suo ita hæc concinnet Freinshemius, scribens *vere novo ex Amphipoli movens, adversus liberas Thraciæ gentes decimis castris ad montem Æmum pervenit*, nescio an bene agat, quum dubium sit, utrum decimis castris, ex quo Amphipoli movit, ad Æmum pervenerit, an vero ex quo Nessum transiit, quod videtur sane innuere Arrianus, qui aliis verbis agit plane idem, quod Livius lib. XXXIX c. 27. *veterem regiam, quæ Thraciæ Paroreiam subeat, nusquam ad mare ferentem viam.*

9 Τὸν Νέσσον ποταμὸν] Non sine admiratione video alios nuper ad istum modum hic garrivisse, scribentes, *Libri omnes Arriani* Νέσον, *& unica litera interposita emendo.* Sed sane quod ad posterius attinet, id jam præstitit Ortelius, scribens in v. Nessus. Νέσος *corrupte apud Arrianum 1 Alexandr.* Quod ad prius, plene falsum est. Nam & Vulcanius in MS. Aug. invenit Νέσσον, & ego similiter in duobus, ex quo facile patet ratio corruptelæ. Immo quæ ista ineptissimæ arrogantiæ ferocia, loqui de omnibus libris Arriani, quum vix editiones duas & totidem, si id verum est, MSStos libros Richelianum & Gandavensem videris?

10 Εἴργειν τοῦ πρόσω, κατειληφότες τὴν ἄκραν τοῦ Αἵμου, τὸν στόλον] Reponit Grentemesnilius στενὸν; quod licet dicat sibi non laborandum, ut id persuadeat, tamen tale est, ut intelligi vix possit. Τὰ στενὰ dicuntur Græcis angustiæ, non στενὸς ita simpliciter. Oportebat Alexandrum adscendere & transire Æmum. Hoc iter impedire volebant Thraces, idque vocat στόλον, non *exercitum*, ut Vulcanius interpretabatur, (nam Facius insulsissime, *inde ne longius moveret exercitum, qua patebat transitus, obstituri*) sed ipsam viam. Sic cap. 11 ἦν δὲ αὐτῷ ὁ στόλος παρὰ τὴν λίμνην, ubi ineptissime vertunt, *& per lacum classem agit.* Neque enim ibi agitur de navali exercitu, sed de peditibus & equitibus ac itinere terrestri, neque *per lacum* Græca verba notant, sed *secundum, propter*, ut etiam cap. 30 hujus libri verti debuit. Itaque vertendum illic; *erat autem illi iter juxta lacum.* Lib. VII cap. 12 Craterum vocat ἡγεμόνα τοῦ στόλου *ducem itineris* vel *reditus*. Hinc στόλος pro coloniæ missione apud Casaubonum ad librum III Strabonis. In MSto Perusino erat τὸν στόλον παρ' ὃν, sed id nihil est. Cæterum difficilior cogitanti mihi scopulus est, quid hoc loco faciant mercatores? quomodo illi in tam barbara gente armati Alexandro primi occurrant? Id tamen ait paulo ante τῶν τε ἐμπόρων πολλοὶ ὡπλισμένοι, vertitque Vulcanius *negotiatorum non pauci*, Facius, *negotiatorum ingentem manum.* Sane quidem in historia Romana negotiatores fuisse loco vel speculatorum vel tabellariorum vel ὁδηγῶν sæpe legimus. Livius IV, 24. *Quum renunciatum à mercatoribus esset.* VI, 2. *Etruriæ principum ex omnibus populis conjurationem de bello ad fanum Voltumnæ factam mercatores adferebant.* IX, 36. *Silva Ciminia nulli ad eam diem ne mercatorum quidem adita.* XLV, 6. *Oroandem Cretensem cui nota Thraciæ ora erat, quia mercaturas in ea regione fecerat.* Immo & in Marcomannis negotiatores Romanos perhibet Tacitus II ann. 62. Sed ut illi primi pugnam & hostilem impetum excipiant, idque in illis tam minime delinicis per commercia regionibus, videtur aliquid habere molesti. Et sane mihi dubium non videtur, quin illic corrigendum sit vel ἐμπείρων, *quibus ea loca cognita erant*, (unde postea scribit paucos è viris captos fuisse διὰ τὴν τῆς χώρας ἐμπειρίαν) vel ἐγχωρίων, incolarum. Certe & Freinshemius hujusmodi hominum non meminit.

11 Προβαλόμενοι πρὸ σφῶν] Notior est hæc vox in bellicis narrationibus, quam ut cum Vulcanio verteremus *in orbem dispositis*, vel cum Freinshemio intelligeremus, *castra plaustris in modum valli circumdederat.* Alibi sic licet interpretari. Sed nunc non fuit id necesse, nec à tergo habebant aliquid timendum. Optime Facius, *curribusque oppositis.*

ἅμα μὲν χάρακι ἐχρῶντο ταῖς ἁμάξαις, εἰς τὸ ἀπομάχεσθαι ἀπ' αὐτῶν, εἰ βιάζοιντο· ἅμα δὲ ἐν νῷ εἶχον ἐπαφιέναι ἀνιοῦσιν, ᾗ ἀποτομώτατον τοῦ ὄρους, ἐπὶ τὴν φάλαγγα τῶν Μακεδόνων τὰς ἁμάξας. Γνώμην δὲ πεποίηντο, ὅτι ὅσῳ πυκνοτέρᾳ τῇ φάλαγγι[12] καταφερόμεναι συμμίξουσιν αἱ ἅμαξαι, τοσῷδε μᾶλλόν τι διασκεδάσουσιν αὐτὴν βίᾳ ἐμπεσοῦσαι. Ἀλεξάνδρῳ δὲ βουλὴ γίγνεται, ὅπως ἀσφαλέστατα ὑπερβάλῃ τὸ ὄρος, καὶ ἐπειδὴ ἐδόκει διακινδυνευτέα (οὐ γὰρ εἶναι ἄλλην τὴν πάροδον) παραγγέλλει τοῖς ὁπλίταις, ὁπότε καταφέροιντο κατὰ τοῦ ὀρθίου αἱ ἅμαξαι, ὅσοις μὲν ὁδὸς πλατεῖα οὖσα παρέχοι λῦσαι τὴν τάξιν, τούτους δὲ διαχωρῆσαι, ὡς δι' αὐτῶν ἐμπεσεῖν τὰς ἁμάξας· ὅσοι δὲ περικαταλαμβάνοιντο, ξυννεύσαντας τοὺς δὲ καὶ πεσόντας ἐς γῆν[13], συγκλεῖσαι ἐς ἀκριβὲς τὰς ἀσπίδας, ὡς καὶ αὐτῶν φερομένας τὰς ἁμάξας, καὶ τῇ ῥύμῃ κατὰ τὸ εἰκὸς ὑπερπηδώσας[14], ἀβλαβῶς ἐπελθεῖν. καὶ οὕτω ξυνέβη, ὅπως παρῄνεσέ τε Ἀλέξανδρος, καὶ εἴκασεν. οἱ μὲν γὰρ διέσχον τὴν φάλαγγα, αἱ δὲ ὑπὲρ τῶν ἀσπίδων ἐπικυλισθεῖσαι ὀλίγα ἔβλαψαν· ἀπέθανε δὲ οὐδεὶς ὑπὸ ταῖς ἁμάξαις[15]. Ἔνθα δὴ οἱ Μακεδόνες θαρσήσαντες, ὅτι ἀβλαβεῖς αὐτοῖς ἃς μάλιστα ἐδεδίεσαν αἱ ἅμαξαι ἐγένοντο, σὺν βοῇ ἐπὶ τοὺς Θρᾷκας ἐνέβαλον[16]. Ἀλέξανδρος δὲ τοὺς τοξότας μὲν ἀπὸ τοῦ δεξιοῦ κέρως, πρὸ τῆς ἄλλης φάλαγγος, ὅτι ταύτῃ εὐπορώτερα ἦν, ἐλθεῖν ἐκέλευσε, καὶ ἐκτοξεύειν ἐς τοὺς Θρᾷκας, ὅπῃ προσφέροιντο· αὐτὸς δὲ ἀναλαβὼν τὸ ἄγημα, καὶ τοὺς ὑπασπιστάς, καὶ τοὺς Ἀγριᾶνας, κατὰ τὸ

εὐώ-

vallo solum ac propugnaculo iis utebantur, ut ex iis, si premerentur, pugnarent: verum etiam in animo habebant, adnitente in adversum hoste, ex editissimo montis præcipitio plaustra in Macedonum phalangem deturbare. Ita enim secum statuebant, quanto confertior phalanx esset in quam plaustra propulsa ferrentur, tanto magis vi sua atque impetu eam dissipatura. Alexander vero consilium init, quo pacto quam tutissime montem superaret. Postquam ergo statuit periculum omnino adeundum esse (neque enim alius aditus ostendebatur) milites statarios monet, ut quum plaustra è sublimi delabi cernerent, ii quibus per viæ latitudinem integrum id esset, soluto ordine cedant, ita ut proruentia plaustra ipsos non feriant. Quotquot vero angustiis viæ premerentur, ii reclinati atque in humum flexi scuta inter se accurate consererent, ut nimirum plaustra in ipsos delapsa, impetu ipso ut par est transilientia, nihil damni inferrent. Neque aliter quam jusserat atque animo conceperat Alexander, evenit. Nam alii phalangem laxarunt: aliis plaustra scutis devoluta parum damni intulerunt; nemo enim plaustrorum ruina interiit. Tum Macedones alacriores facti, quod plaustra quæ præcipue metuerant nullo ipsis damno fuissent, clamore edito in Thraces feruntur. Alexander sagittarios à dextero cornu ante aliam phalangem (quod illac facilior aditus videretur) progredi jubet, utque Thracas, quacunque proruant, telis petant: ipse agema sumens, scutatos & Agrianas in

lævum

12 *Ὅσῳ πυκνοτέρᾳ τῇ φάλαγγι*] Quæ hæc sit ratiocinatio, parum liquet, certe mihi. Si enim aliquod pondus superne dejiciatur ad densam aciem, quæ montem adscendit, turbandam ac rejiciendam, id quidem intelligo in vacuum utique non casurum; sed adeo non protinus illam dissipabit, ut contra, quanto erit ista confertior, tanto facilius exceptura sit ac sustentatura id quod immittitur, densitateque & frequentia ordinum se in gradu tueri valida futura. Etsi enim priores turbentur, restituet rem multitudo posteriorum simul ita connitentium, ut perrumpi omnia non possint. Plane contrarium ei, quod hic ab Arriano ex Thracum opinione statuitur; nisi quod hactenus id concedi potest, quod barbari & inconditi & inconsulti sic temere cogitent: si tamen modo vel id verbum Arriani est, vel id consilium his ab Arriano adscriptum fuit, de quo vehementer dubito. Certe in Perusino erat *πλαγιωτέρᾳ*, quasi obliquam aciem vocet, quæ non per clivum planum recta incedat, sed per præcipitia & ductos huc illuc tramites adscendat. Vulcanius adscripsit veterem codicem habere *πυκνότερα*, quasi adverbium esset, ac de curribus ipsis dictum vellet, *quanto densiores injicerentur in phalangem*. Verum abblanditur quod verissimum est, quodque in duobus aliis offendi *πρανεστέρᾳ*, hoc est, quanto pronioribus & velut incumbentibus in adscensione militibus plaustra immittantur. Huc alludunt illa *ᾗ ἀποτομώτατον τοῦ ὄρους*, & quæ sequitur, *ῥύμῃ*. Nec enim dubium est, quin tanto periculosiores sint futuri desuper immissi currus; quanto arrectior erat clivus, & quanto propterea flexiore in anteriora corpore cogebantur eniti. Egregie huc quadrant, quæ de significatione verbi *incumbere* notavit Pater ad Senecam III de ira. Sane quamvis hi barbari sint, tamen assueto pugnandi modo satis callentes.

13 *Ξυννεύσαντας τοὺς δὲ καὶ πεσόντας ἐς γῆν*] Facius: *Corpora humi sternant.* Vulcanius, *ii reclinati atque in humum flexi.* O squallidæ versiones! Longe amplius perfectiusque sonant Græca: *ii conferti*, constipati, sibi invicem adpliciti, *& in humum demissi.* Utrumque in testudine inprimis necessarium.

14 *Ὑπερπηδώσας*] In uno *ὑπερπηδησάσας*.

15 *Ἀπέθανε δ' οὐδεὶς ἐπὶ ταῖς ἁμάξαις*] Unde hanc lectionem duxerint editores, videant: certe in nullo prorsus antiquo libro eam legi, qui omnes concorditer habent *ὑπὸ ταῖς ἁμάξαις*, quomodo rescribendum.

16 *Ἐπὶ τὰς Θρᾷκας ἐνέβαλον*] MSSti *ἐς τοὺς*, & cur mutatum oportuit? Nonne cap. 2. legitur *ὅτε φάλαγξ ἐνέβαλεν ἐς αὐτάς*, & sic millies. Et hoc autem & præcedens observatum etiam Vulcanio ex codice Augustano.

εὐώνυμον ἦγεν. Ἔνθα δὴ οἱ τοξόται βάλλοντες τοὺς προεκθέοντας τῶν Θρᾳκῶν, ἀνέστελλον· καὶ ἡ φάλαγξ προσμίξασα, οὐ χαλεπῶς ἐξώσεν ἐκ τῆς χώρας ἀνθρώπους ψιλοὺς, καὶ κακῶς ὡπλισμένους[17] βαρβάρους· ὥστε Ἀλέξανδρον ἀπὸ τοῦ εὐωνύμου[18] ἐπάγοντα οὐκέτι ἐδέξαντο, ἀλλὰ ῥίψαντες ὡς ἕκαστοι προὐχώρει τὰ ὅπλα[19], κατὰ τοῦ ὄρους ἔφυγον. Καὶ ἀπέθανον μὲν αὐτῶν ἐς χιλίους καὶ πεντακοσίους, ζῶντες δὲ ἄνδρες μὲν ὀλίγοι ἐλήφθησαν, δι' ὠκύτητα, καὶ τῆς χώρας ἐμπειρίαν· γυναῖκες δὲ ὅσαι ξυνείποντο αὐτοῖς, ἑάλωσαν πᾶσαι· καὶ τὰ παιδάρια, καὶ ἡ λεία πᾶσα ἑάλω. 2 Ἀλέξανδρος δὲ τὴν μὲν λείαν ὀπίσω ἀπέπεμψεν ἐς τὰς πόλεις τὰς ἐπὶ θαλάσσῃ, Λυσανίᾳ καὶ Φιλώτᾳ παραδοὺς διαθέσθαι· αὐτὸς δὲ τὸ ἄκρον ὑπερβαλὼν, προῄει διὰ τοῦ Αἵμου ἐς Τριβαλλοὺς, καὶ ἀφικνεῖται ἐπὶ τὸν Λύγινον ποταμόν[20]· ἀπέχει δὲ οὗτος ἀπὸ τοῦ Ἴστρου, ὡς ἐπὶ τὸν Αἷμον ἰόντι[21], σταθμοὺς τρεῖς. Σύρμος δὲ ὁ τῶν Τριβαλλῶν βασιλεὺς, ἐκ πολλοῦ πυνθανόμενος τοῦ Ἀλεξάνδρου τὸν στόλον, γυναῖκας μὲν καὶ παῖδας τῶν Τριβαλλῶν προὔπεμψεν ἐπὶ τὸν Ἴστρον, διαβαίνειν κελεύσας τὸν ποταμὸν ἐς νῆσόν τινα τῶν ἐν τῷ Ἴστρῳ· Πεύκη ὄνομα τῇ νήσῳ ἐστίν· ἐς ταύτην δὲ τὴν νῆσον καὶ οἱ Θρᾷκες οἱ πρόσχωροι τοῖς Τριβαλλοῖς, προσάγοντος Ἀλεξάνδρου, ἐκ πολλοῦ συμπεφευγότες[22] ἦσαν. Καὶ

lævum cornu duxit. Sagittarii, prout quique Thracum prosiliebant, sagittis ferientes reprimunt. Tum phalanx immissa, parvo negotio nudos homines, maleque armatos barbaros loco movit: ita ut Alexandrum à læva irruentem sustinere non possent, sed abjectis prout cuique licebat armis per montem diffugerent. Cæsi ex iis mille circiter & quingenti. Virorum pauci in potestatem vivi venerunt, pedum celeritate & loci notitia elapsi: fœminæ quotquot eos sectabantur, omnes captæ: pueri etiam & præda omnis abducta. 2 Ac prædam quidem Alexander eo unde venerat in maritimas urbes remisit, Lysaniæ & Philotæ ejus administrandæ negotio dato: ipse autem superato vertice per Æmum in Triballos contendit, & ad Lyginum flumen (distat id ab Istro, si quis Æmum petat, itinere tridui) pervenit. Syrmus autem Triballorum rex, cognita multo ante Alexandri expeditione, fœminas & pueros Triballorum in Istrum ablegarat, jusseratque, ut transmisso flumine in quandam Istri insulam, cui Peuce nomen est, sese reciperent. In quam etiam insulam Thraces illis finitimi imminente Alexandro jam pridem profugerant: quinetiam Syr-

17 *Ἀνθρώπους ψιλοὺς καὶ κακῶς ὡπλισμένους*] Vulcanius: *exiles homines maleque armatos*, & secundæ editioni intentus correxit *exilis staturæ hom.* Neutrum nobis placuit. An igitur nobilis illa Thracum ferocia in tam exilibus corporibus habitavit? Quanto rectius in supplementis Curtianis Freinshemius, *hostem nudum ac leviter armatum*. Id enim notat hoc loco ψιλὸς, ut ψιλὰ ὄρη, ψιλοὶ τόποι, in quibus nulli frutices, omnia æquata. Nonnulli etiam MSSti ὑψηλοὶ, sed melius vulgatum. Etymologus in voce ψιλός. *ψιλὸς στρατιώτης, ὁ ἄοπλος καὶ γυμνός.*

18 *Ἀπὸ τοῦ εὐωνύμου*] MS. Opt. *ἐκ τοῦ εὐων.* Durius autem hæc ab Vulcanio in Latinum versa sunt *sustinere non possent* οὐκέτι ἐδέξαντο.

19 *Ῥίψαντες ὡς ἕκαστοι προὐχώρει τὰ ὅπλα*] *Abjectis prout cuique licebat armis*, in qua oratione nescio quid fastidii est. Quando enim aut quomodo non licet unquam abjicere arma? Certe qui nec sacramenti militaris nec vitæ aut honoris sui curam habet, ei super id licet. Sed & in MSS. invenio aut *προχώρει*, aut *προεχώρει*, aut *προσεχώρει*, quod habet quoque optimus. Unde puto scribendum *προσεχώρει*, hoc est, *abjicientes, prout quibusque accedebat, arma*. Et vide infra quæ de hac confusione. Sequentia etiam sic possent distingui ac verti *ῥίψαντες ὡς ἑ. π. τὰ ὅπλα κατὰ τοῦ ὄρους, ἔφυγον. Abjectis de vel in monte armis, fugiebant*. Vide ad IV, 22.

20 *Λύγινον ποταμόν*] Sic habent MSS. omnes, quos adhibui, nisi quod in uno tantum offendi *Λύγιον*, quam appellationem nescio unde in posteriore Latina versione retentam, video quidem ab Vulcanio adnotatam esse, non tamen correctam. In tanto autem consensu librorum veterum nefas est aliquid secus suspicari. Ortelius quidem quum Ciadrum scripsisset Daciæ fluvium, subjicit, *Forte Lyginus Λύγινος Arriano dicitur 1. Alexandri.* Sed neque hic de Dacia agimus, sed regione inter Danubium & Æmum: neque quum Ciadrus in Danubium exeat, potest is absolute dici tridui itinere ab eo abesse. Et quanquam Cedrus apud Dionem lib. 21 huic narrationi pulchre conveniat, tamen non opinamur eosdem esse, sed alium illum, alium Arriani Lyginum. Quod si tabulam Daciæ Mæsiarumque ab Ortelio concinnatam inspicias, mire videbis huc convenire Pingum fluvium, quem in Thesauro ex Plinio recenset Dardanorum in Mæsia fluvium, etiam ipsa voce accedente ad Arrianum.

21 *Ὡς ἐπὶ τὸν Αἷμον ἰόντι*] Mirificos lectores & interpretes sortitus est Arrianus, ex quibus Facius, *quod tridui itinere per Æmum iter facientibus ab Istro abest.* Vulcanius, *si quis Æmo transeat.* Papæ! an istæ voces id exprimunt? Quid refert, si aut Æmo quis transeat aut per Æmum iter faciat, quum nihil sit Lygino & Æmo? Imo Arrianus vult, *Æmum versus proficiscenti.* Ratio loquendi & ista tertii casus usurpatio clara ex iis, quæ notavit pater ad Livium 1, 8.

22 *Ἐκ πολλοῦ συμπεφευγότες*] Plenus vibicum hic locus. Et quanto sodes tempore hi Thraces illuc confugerant ante Alexandri adventum? quum Arrianus clare testetur de solo Syrmo enim præscivisse adventum Alexandri. Quod primum est, duas illas priores voculas ex præcedentibus quidam insulse repetiit; quas ego rursum induco & voluntate optimi codicis rejicio. Major nodus illigatus est sequentibus. *Τὸ δὲ πολὺ πλῆθος τῶν Τριβαλλῶν ἔφυγεν ὀπίσω ἐπὶ τὸν ποταμὸν ἐς νῆσόν τινα τῶν ἐν τῷ Ἴστρῳ.* Etenim si pugna quam commisit Alexander contra illos *πολλοὺς τῶν Τριβαλλῶν*, facta est ad Istrum; (quod fieri debuit, si & illi, & ipse Syrmus cum suis eo confugerunt, ut plane hoc loco affirmatur) quomodo post finitam eam potuit Arrianus dicere deinde eum *τριταῖον ἀφικνεῖσθαι ἐπὶ τὸν Ἴστρον*, qui ad illam ipsum confixe-

Καὶ αὐτὸς ὁ Σύρμος ἐς ταύτην ξυμπεφευγὼς ἦν ξὺν τοῖς ἀμφ' αὐτόν. Τὸ δὲ πολὺ πλῆθος τῶν Τριβαλλῶν ἔφυγεν ὀπίσω ἐπὶ τὸν ποταμόν, ἐς νῆσον ἄλλην τὴν ἐν τῷ Ἴστρῳ, ἔνθεν περ τῇ προτεραίᾳ ὡρμήθη Ἀλέξανδρος. Ὡς δὲ ἔμαθεν αὐτῶν τὴν ὁρμήν, καὶ αὐτὸς ὑποστρέψας τὸ ἔμπαλιν, ἐπὶ τοὺς Τριβαλλοὺς ᾔει, καὶ καταλαμβάνει καταστρατοπεδεύοντας ἤδη· καὶ οἱ μὲν καταληφθέντες [22] πρὸς τῇ νάπῃ τῇ παρὰ τὸν ποταμόν, παρετάσσοντο. Ἀλέξανδρος δὲ καὶ αὐτὸς τὴν μὲν φάλαγγα ἐς βάθος ἐκτάξας ἐπῆγε· τοὺς δὲ τοξότας καὶ τοὺς σφενδονήτας προεκθέοντας ἐκέλευσεν ἐκτοξεύειν τε καὶ σφενδονᾶν ἐς τοὺς βαρβάρους, εἴ πως προκαλέσαιτο αὐτοὺς ἐς τὰ ψιλὰ ἐκ τῆς νάπης. Οἱ δέ, ὡς ἐντὸς βέλους ἐγίγνοντο, παιόμενοι ἐξέθεον ἐπὶ τοὺς τοξότας, ὅπως ἐς χεῖρας ξυμμίξειαν γυμνοῖς οὖσι τοῖς τοξόταις. Ἀλέξανδρος δέ, ὡς προήγαγεν αὐτοὺς ἐκ τῆς νάπης ἔξω, Φιλώταν μέν, ἀναλαβόντα τοὺς ἐκ τῆς ἄνωθεν Μακεδονίας ἱππέας, προσέταξεν ἐμβάλλειν κατὰ τὸ κέρας τὸ δεξιόν, ᾗπερ μάλιστα προυκεχωρήκεσαν ἐν τῇ ἐκδρομῇ· Ἡρακλείδην δὲ καὶ Σώπολιν, τοὺς ἐκ Βοττιαίας τε καὶ Ἀμφιπόλεως ἱππέας, κατὰ τὸ εὐώνυμον κέρας ἐπάγειν ἔταξε. Τὴν δὲ φάλαγγα τῶν πεζῶν, καὶ τὴν ἄλλην ἵππον, πρὸ τῆς φάλαγγος παρατείνας, κατὰ μέσους ἐπῆγε· καὶ ἔς τε μὲν ἀκροβολισμὸς παρ' ἑκατέρων ἦν, οἱ Τριβαλλοὶ οὐ μεῖον εἶχον· ὡς δὲ ἥ τε φάλαγξ πυκνὴ ἐνέβαλλεν ἐς αὐτοὺς ἐρρωμένως, καὶ οἱ ἱππεῖς οὐκ ἀκοντισμῷ ἔτι ἀλλ' αὐτοῖς ὠθοῦντες τοῖς ἵπποις, ἄλλῃ καὶ ἄλλῃ προσέπιπτον, τότε δὴ ἐτράπησαν διὰ τῆς νάπης ἐς τὸν ποταμόν. Καὶ ἀποθνῄσκουσι μὲν τρισ-

Syrmus ipse cum familia eo confugerat. Ingens vero Triballorum multitudo per flumen ad aliam quandam insulam in Istro sitam sese contulerat, unde Alexander pridie solverat. Quos ut Alexander eo appulisse intellexit, revocato itinere in Triballos movit, ubi eos jam in castris degentes offendit: hi vero deprehensi, ad sylvam flumini vicinam aciem instruebant. Alexander etiam ipse phalangem densius instructam adducit: deinde sagittarios ac funditores præmittit, qui sagittis & fundis barbaros lacessant, si forte ea ratione è sylvis in aperta provocari possint. Triballi intra teli jactum constituti, & sagittis icti in sagittarios proruunt, ut cum sagittariis qui inermes erant cominus manus consererent. Quos ubi Alexander extra sylvam produxit, Philotam sumpto equitatu superioris Macedoniæ, in dextrum cornu, qua maxime excurrendo processerant: Heraclidem autem & Sopolin, cum equitatu quem ex Bottiæâ & Amphipoli adduxerat, in sinistrum cornu impetum facere jubet. Ipse cum peditum phalange, reliquo equitatu fronti prætento, in medios fertur. Et quidem, quam diu velitatum utrinque fuit, Triballi haud inferiores erant: simulac vero densa phalanx valido in eos impetu ruit, equitesque non jam hastarum ictu sed ipsis equis prementes undequaque irruerunt, protinus in fugam conjecti, per sylvam flumen repetunt tribus millibus in fugâ cæsis.

fixerat? Huic quæstioni nihil potest responderi. Quod magis lepidum est, quomodo Alexander progressus ex Æmo ad Lyginum, & triduo separatus ab Istro pridie potuit solvisse ab insula in Istro sita? quod ex Vulcanii narratione procedit. Deinde quod est in Græco ἔφυγεν, in Latinis non est, nisi id resideat in illis *postea sese contulerat*. Quod sane indignum Vulcanio. Sed is id quidem in nova correctione induxit, & nunc nos ejus auctoritate. Tum etiam Græca illa ἔφυγεν ἐπὶ τὸν ποταμὸν non queunt significare *per flumen*, non magis, quam supra ἐπὶ Θρᾴκης *per Thraciam*. Denique læsisse hic Vulcanium ostendit, quod in versione immittat *aliam insulam*, quæ prior vox in Græcis est nusquam; sensum vero eum à Facio mutuatus est, qui vertit *alteram* omissis *per flumen*. Sed hanc alteram insulam prorsus ipse formavit ad decipiendum Vulcanium, quum nuspiam dicatur ad aliquam insulam fuisse Alexander, idque pridie. Nam Freinshemius oppido parce & maligne in Supplementis transcurrit, tantum obiter monito alium Triballorum exercitum paucis ante diebus à Macedonibus cæsum; quod credo ipse somniavit, aut in aere commissam pugnam vidit. Sic hi tres nihil nisi hac canis, hac lupus. Quare opinor satis commendavero hunc laborem, si sine periculo tantum præceps superandum posthac præbuero, & in his tam corruptis egregiam opem tulero præstanti Arriano. Unde primum MSto optimo id exigente ejiciendæ sunt illæ voces ἐς νῆσόν τινα τῶν ἐν τῷ Ἴστρῳ, quæ nescio qua stoliditate ex superioribus etiam sunt repetitæ. Deinde sciendum hanc pugnam non prope Istrum esse factam, sed prope τὸν ποταμόν, ἔνθενπερ τῇ προτεραίᾳ ὡρμήθη Ἀλέξανδρος. Quis autem ille? nempe non alius, quam quem supra memoravit Lyginum. Ad hunc in silvas retro confugerat Triballorum magna pars, quæ prius vel cum rege Syrmo vel eum præcedens aut sequens, volebat quoque fugere ad Danubium, quamcunque ob rationem, quam reticuit Arrianus vel alii ante eum. Hinc pridie solverat ad famam Syrmi in Istro latentis: sed audito alios Triballos retro fugientes se abscondisse in silvis, illuc rediit, hostemque invenit; quo cæso, dein tridui iter fecit ad Syrmum. Verte igitur: *Ingens vero Triballorum multitudo retro fugit ad fluvium, unde pridie Alexander moverat*. Prorsus enim hic accidit, quod in prælio ad Issum: è qua urbe quum pertexisset in Asiam Alexander, postea Darium cognoscens alia via in eam ipsam venisse, & κατόπιν αὐτοῦ vel ὄπισθεν γενέσθαι, tum ipse quoque προτέρημα τινας προκαταλαμβανομένους τὸν ἰσθμὸν τὸν ἀκί-... , & sic sequitur lib. II cap. 8.

22 Καὶ οἱ μὲν καταληφθέντες] Procul dubio legit Vulcanius, καταληφθέντες, *deprehensi*, quia præcedit καταλαμβάνει: immo sic ipse manu sua correxit. Sed nullus ita MS.

τρισχίλιοι ἐν τῇ φυγῇ, ζῶντες δὲ ὀλίγοι καὶ τούτων ἐλήφθησαν, ὅτι ὕλη τε δασεῖα πρὸ τοῦ ποταμοῦ ἦν, καὶ νὺξ ἐπιγενομένη τὴν ἀκρίβειαν τῆς διώξεως ἀφείλετο τοὺς Μακεδόνας. Αὐτῶν δὲ τῶν Μακεδόνων τελευτῆσαι λέγει Πτολεμαῖος ἱππέας μὲν ἕνδεκα, πεζοὺς δὲ ἀμφὶ τοὺς τεσσαράκοντα. 3 Ἀπὸ δὲ τῆς μάχης τριταῖος ἀφικνεῖται Ἀλέξανδρος ἐπὶ τὸν ποταμὸν τὸν Ἴστρον, ποταμὸν τῶν κατὰ τὴν Εὐρώπην μέγιστον ὄντα, καὶ πλείστην γῆν ἐπερχόμενον, καὶ ἔθνη μαχιμώτατα ἀπείργοντα, τὰ μὲν πολλὰ Κελτικά, ὅθεν γε καὶ αἱ πηγαὶ αὐτῷ ἀνίσχουσιν· ὧν τελευταίους, Κουάδους καὶ Μαρκομάννους· ἐπὶ δὲ Σαυροματῶν μοῖραν, Ἰάζυγας· ἐπὶ δὲ Γέτας τοὺς ἀπαθανατίζοντας[24]· ἐπὶ δὲ Σαυρομάτας, τοὺς πολλούς[25]· ἐπὶ δὲ Σκύθας, ἔς τε ἐκβολὰς[26], ἵνα ἐκδιδοῖ κατὰ πέν-

fis. Pauci etiam ex his vivi capti, quod densa sylva flumini immineret, & nox ingruens persequendi facultatem Macedonibus præriperet. Ex Macedonibus Ptolemæus equites quidem undecim, pedites circiter quadraginta desideratos scribit. 3 Tertio post hanc pugnam die Alexander ad Istrum flumen pervenit, omnium quæ in Europâ sunt maximum, quodque plurimum terræ alluit, & bellicosissimas nationes suo tractu complectitur, ac quidem præcipue Celticas, à quibus etiam fontes ejus oriuntur. Harum nationum extremi sunt Quadi & Marcomani, deinde Iazyges, Sauromatarum pars: ulterius Getæ qui Apathanatizontes, hoc est, animas à morte liberas statuentes, dicuntur: exinde Sauromatarum natio: postremo Scythæ, ad exitum fluminis usque, ubi per quinque ostia

24 *Γέτας τοὺς ἀπαθανατίζοντας.*] Cur in nupera editione dicunt se retinuisse Græcanicum vocabulum, quum non aliter fecerit Vulcanius? Hoc primum. Deinde cum ista nota refert conferri ea, quæ Henr. Stephanus in Thesauro ad eam vocem collegit, ex quibus patebit fons, unde iste iners hauserit illud satis insulsum *immortalitatem agentes*, unde locum Aristotelis, Herodoti, Curtii. Mihi plane non videtur Græcos, dum id verbum usurparunt de Getarum consuetudine, id illo sensu fecisse; adeo quum in aliis occasionibus illud adhibent, prorsus ab hoc intellectu abeunt. Immo qui sunt illi, qui immortalitatem agunt? vivi, an quos mortuos putamus? Vivi immortalitatem agere non poterant, quos finire hanc vitam videbant. Illos, qui decesserant, non vocaverunt Græci *ἀπαθανατίζοντας*, sed vivos illos populos. Non opinor posse commodius exprimi aut alio sensu accipi, quam pro immortalibus consecrantes. Id docemur ab Diodoro lib. II cap. 20. *Τὰς Ἀσσυρίους τὴν Σεμίραμιν τιμῆσαι ὡς θεὸν ἀπαθανατίζοντας τὴν Σεμίραμιν.* Item lib. IV. *Πολυμήν τε τι ἀπὸ τοῦ διὰ πολλὰς ἡμέρας ἐπιφανεῖς κατασκευάζων τοὺς διὰ τῶν ποιημάτων ἀπαθανατιζομένους τῇ δόξῃ.* Id docemur ab Strabone in Inscriptione sepulchri Indi, qui se combussit ipse *Ζαρμανοχηγὰς Ἰνδὸς ἀπὸ Βαργόσης κατὰ τὰ πάτρια Ἰνδῶν ἔθη ἑαυτὸν ἀπαθανατίσας κεῖται.* Vertant oro id per τὸ immortalitatem agere. Id docemur ab Dione lib. XLV. *τοῦτο δὲ Καίσαρι αὐτῷ, ὡς καὶ ἀπαθανατισμῷ, καὶ ἐς τὸν τῶν ἄστρων ἀριθμὸν συγκαταλεγομένῳ ἀνετίθεσαν*, quod Fulvius Ursinus interpretabatur *immortalitatem jam adepto*. Item ab Justino martyre Apol. II pag. 67. *καὶ τί λέγομεν ἀποθνήσκοντας παρ' ὑμῖν αὐτοκράτορας ἀεὶ ἀπαθανατίζεσθαι ἀξιοῦντες*; Ab Luciano in Scytha. *Οὐ Σκύθας μόνον ἐπιχώριον ἀπαθανατίζειν καὶ πέμπειν παρὰ τὸν Ζάμολξιν, ἀλλὰ καὶ Ἀθηναίοις ἐξεῖναι θεοποιεῖν Σκύθας.* In Concilio Deorum. *Τοιγαροῦν οἱ Σκύθαι καὶ οἱ Γέται ταῦτα ὁρῶντες αὐτῶν, μακρὰ ἡμῖν χαίρειν εἰπόντες, αὐτοὶ ἀπαθανατίζουσι*: in quibus vertunt *immortalitate donare*. Ab Porphyrio lib. II ἀποχῆς. *Ταύτῃ τοὺς φαινομένους οὐρανίους θεοὺς τῇ θυσίᾳ δεξάμενοι, καὶ διὰ τοῦ πυρὸς ἀπαθανατίζοντες αὐτοῖς τὰς τιμάς.* Egregie autem ab Scholiaste Nicandri pag. 32. *Ἡ Δημήτηρ Κελεοῦ λαβοῦσα ἀνέτρεφεν ὡς υἱόν. Βουλομένη δὲ ἀπαθανατίσαι, συνεχῶς εἰς τὸ πῦρ ἐβαλλεν.* Hoc ille videlicet interpretabitur *agere immortalitatem*. Etiam Phavorinus alicunde scribit pag. 1169. *Αἰτίνιον παρὰ Δυνάμεσι, ἔνθα μὴ δεδοικυίας τὸν Περσέφονην, παρέσχεν ἀπαθανατίσθη.* Qui ergo sunt *ἀπαθανατίζοντες*? Certe nihil minus, quam immortalitatem agentes: sed quos eximie inter Græcos exponit Lucianus, apud quem quum Mnesippus quæsivisset ex Toxari, *τίμιος δὲ ὑμῖν καὶ ἀνδράσιν ἀγαθοῖς ἀποθανοῦσι θύειν, ὥσπερ θεοῖς*; respondet Scytha. *οὐ μόνον, ἀλλὰ καὶ ἑορταῖς καὶ πανηγύρεσι τιμῶμεν αὐτούς.* Inter Latinos Mela, II, 2. *Ad mortem paratissimi, Getæ utique. Id varia opinio perficit: alii redituras putant animas obeuntium; alii etsi non redeant, non extingui tamen, sed ad beatiora transire: alii emori quidem, sed id melius esse quam vivere.* Nihil pote clarius ad nostra Græca illis mediis, & ex quibus ab Mela patet non appellari eos immortalitatem agentes, ut nunc nostri ture loquuntur. Quid autem Romani per id intellexerint, aut quo ænigmate *ἀπαθανατιζόμενοι* talem expresserint, demonstrat nummus Postumi, in quo Hercules exhibetur Cerberum incatenatum tenens, cum elogio HERCVLI IMMORTALI. Adde Etymologicum in *Ζάμολξις*.

25 *Σαυρομάτας τοὺς πολλούς.*] Vulcanius, *Sauromatarum vulgus.* Et sane persæpe sic sumitur. Lucianus in principio Scythæ, *οὐ τοῦ βασιλείου γένους, οὐδὲ τῶν πιλοφορικῶν, ἀλλὰ Σκυθῶν τῶν πολλῶν καὶ δημοτικῶν.* Sed ita si nunc accipiamus, colligetur Iazygas, qui ante dicuntur *Σαυροματῶν μοῖρα*, esse nobiles & proceres eorum, ex hujus sententia. Contra tamen intellexit Facius, vertens *Iazyges Sarmatarum gens-deinde Sarmatarum magna pars.* At libro VII cap. 19 ubi legitur *Ἄραβας τοὺς πολλούς*, vertit Facius *contra Arabes gentem numerosam*, Vulcanius *in Arabas populosam gentem.* Hæc quomodo conveniunt? Immo in hoc loco Iazygas intelligit accessionem & partem Sarmatarum, nunc ipsum grande corpus, unde prognati Iazyges. Et de Arabibus non ita loquitur, quod prædicare vellet eorum multitudinem, sed more suo Arrianus exprimit ipsas Arabum sedes & rempublicam, quam visitare sic volebat. Hic stylus est Arriani plane non intellectus. Sic cap. 25 *ὅτε τῶν κάτω ἐπρέσβευον Λυκίων τῶν κάτω οἱ πολλοί*, ubi Vulcanius, *neque pauci ex inferiore Lycia legatos miserunt.* Facius, *eademque de re complures Lyciæ inferioris populi.* Plane ad eam interpretationem Freinshemius in supplemento II, II, 3 *idem petebant multarum urbium oratores ex inferiore Lycia.* Latina hæc *λιτότης* plane non probatur ab Græca illa loquutione, in qua non *multæ urbes*, non *complures populi*, non *neque pauci*, sed prorsus omnes inferioris Lyciæ populi comprehenduntur. Sic lib. IV cap. 1. *Τῶν Σογδιανῶν οἱ πολλοί*, ubi Vulcanius *Sogdianorum plerique*, Facius *Sogdianorum plurimi.* Ego interpretor ipsum commune Sogdianorum.

26 *Ἔς τε ἐκβολάς.*] Certe perfectius & plenius in optimo MS. *ἔς τε ἐπὶ τὰς ἐκβολάς.* Infra cap. 7. *ἔς τε ἐπὶ τὸ στρατόπεδον προβαλίζοντο.* Et cap. 15. *ἔς τε ἐπὶ τὸ μέσον τῆς πάσης τάξεως.* Cap. 16. *ἔς τε ἐπὶ τὸ ὕδωρ καταβαίνοντες*, quod erronee interpretatur Vulcanius *in amnem descen-*

στόματι ἐς τὸν Εὔξεινον πόντον. Ἐνταῦθα καταλαμβάνει αὐτῷ ἡκούσας ναῦς μακρὰς ἐκ Βυζαντίου, διὰ τοῦ πόντου τοῦ Εὐξείνου, κατὰ τὸν ποταμόν[27]. Ταύτας ἐμπλήσας τοξοτῶν τε καὶ ὁπλιτῶν, τῇ νήσῳ ἐπέπλει, ἵνα οἱ Τριβαλλοί τε καὶ οἱ Θρᾷκες συμπεφευγότες ἦσαν· καὶ ἐπειρᾶτο βιάζεσθαι τὴν ἀπόβασιν. Οἱ δὲ βάρβαροι ἀπηντῶν ἐπὶ τὸν ποταμὸν, ὅπῃ αἱ νῆες προσπίπτοιεν[28]· αἱ δὲ, ὀλίγαι τε ἦσαν, καὶ ἡ στρατιὰ ἡ πολλὴ ἐπ' αὐτῶν· καὶ τῆς νήσου τὰ πολλὰ ἀπότομα ἐς προσβολὴν, καὶ τὸ ῥεῦμα τοῦ ποταμοῦ τὸ παρ' αὐτὴν, οἷα δὴ ἐς στενὸν συγκεκλεισμένον, ὀξὺ καὶ ἄπορον προσφέρεσθαι. Ἔνθα δὴ Ἀλέξανδρος ἀπαγαγὼν τὰς ναῦς[29], ἔγνω διαβαίνειν τὸν Ἴστρον, ἐπὶ τοὺς Γέτας τοὺς πέραν τοῦ Ἴστρου ᾠκισμένους· ὅτι τε συνειλεγμένους ἑώρα πολλοὺς ἐπὶ τῇ ὄχθῃ τοῦ Ἴστρου, ὡς εἴρξοντας, εἰ διαβαίνοι (ἦσαν γὰρ ἱππεῖς μὲν ἐς τετρακισχιλίους, πεζοὶ δὲ πλείους τῶν μυρίων) καὶ ἅμα πόθος ἔλαβεν αὐτὸν ἐπέκεινα τοῦ Ἴστρου ἐλθεῖν. Τῶν μὲν δὴ νεῶν ἐπέβη αὐτός· τὰς δὲ διφθέρας, ὑφ' αἷς ἐσκήνουν[30], τῆς κάρφης πληρώσας, καὶ ὅσα μονόξυλα πλοῖα, ἐκ τῆς χώρας ξυναγαγὼν (ἦν δὲ καὶ τούτων εὐπορία πολλὴ, ὅτι τούτοις χρῶνται οἱ προσοικοι τῷ Ἴστρῳ ἁλιείᾳ τε τῇ ἐκ τοῦ Ἴστρου, καὶ εἴποτε παρ' ἀλλήλους ἀνὰ τὸν ποταμὸν στέλλοιντο, καὶ λῃστεύοντες[31] ἀπ' αὐτῶν οἱ πολλοί·) ταῦτα ὡς πλεῖστα ξυναγαγὼν, διεβίβαζεν ἐπ' αὐτῶν τῆς στρατιᾶς ὅσους δυνατὸν ἦν ἐν τῷ τοιῷδε τρόπῳ. Καὶ γίγνονται οἱ διαβάντες ἅμα Ἀλεξάνδρῳ, ἱππεῖς μὲν ἐς χιλίους καὶ πεντακοσίους, πεζοὶ δὲ ἐς τετρακισχιλίους. Διέβαλον δὲ τῆς νυκτὸς[32], ᾗ λήιον ἦν σίτου βαθύ· καὶ ταύτῃ

ostia in Euxinum pontum profluit. Hîc Alexander naves aliquot longas offendit, quæ Byzantio per pontum Euxinum adverso flumine advenerant. In his tanto numero sagittariorum & armatorum quantum capere poterant imposito, insulam in quam Triballi & Thraces confugerant petit. Quumque summâ vi pedem in terrâ ponere niteretur, barbari ad flumen concurrentes quacunque naves appellebant exitum prohibebant. Porro & naves paucæ erant, & exigua in iis militum manus: & insulæ situs maximâ ex parte præruptus ac præceps, fluminisque ipsius cursus (utpote arctis spatiis conclusus) rapidus & ad appellendum difficilis. Idcirco Alexander, subductis navibus, mutato consilio Istrum trajicit, & Getas trans Istrum habitantes petit; quod ad ripam Istri multos confluxisse videret, tanquam repulsuros, si trajiceret (erant enim equitum quatuor millia, peditum supra decem) simul etiam quod illum cupiditas ceperat trans Istrum eundi. Naves itaque ipse conscendit: pelles vero sub quibus in castris degebant paleis impleri jubet, & quotquot in eâ regione erant lintres simul convehi. Erat autem magna earum copia, quod Istri accolæ iis utantur partim ad piscandum, partim ut inter se commeare possint, multi etiam ut prædationes exerceant. Iis igitur quamplurimis collectis, quantam eâ ratione fieri poterat exercitus partem traducit. Numerus eorum qui cum Alexandro trajecerunt, fuit equitum mille & quingenti, peditum quatuor millia. Trajecerunt autem noctu, eâ parte 4 quâ densa erat frumenti seges: quo factum est,

scendentes. Non enim tetigerunt amnem, sed usque ad aquam extremam degressi sunt. Habuit autem id Vulcanius ex prima æmulatione versionis Facianæ *alii ex amni tela mittere*. Non intrarunt amnem, nedum ut ex eo tela miserint. Cap. 28 καθέσει ἐς τε ἐπὶ τὴν ὁδόν. Sic pronunciandum & legendum censeo proverbium vetus in Suida, ἐς τ' ἐφ' ὕδωρ κακῶς, ubi vulgo sine sensu & vi ἐπ' ἐφ'. Sed & pleniorem & explicatiorem ejus interpretationem nobis præbet membrana Medicæa, de qua & diximus alibi, & unde hanc emendationem promsimus, ubi sic illa exhibetur. Ἐπὶ τῶν δυσαλλακτῶν· ἐν γὰρ τοῖς δικαστηρίοις τὸ φαυλότατον τῶν ἔργων ἦν ὕδωρ ἐγχεῖν τοῖς δικαζομένοις. ἐγίνετο δὲ οὗτος ἀπὸ κλήρου. Passim vero sic Arrianus.

27 Κατὰ τὸν ποταμὸν] Herodotus maluit dicere ἀνὰ τὸν ποταμὸν lib. IV cap. 89 de navibus Darii, quæ etiam ex Bosporo Thraciæ per Euxinum navigarunt in Istrum; at istud Arrianus generaliter accipit εἴ ποτε παρ' ἀλλήλους ἀνὰ τὸν ποταμὸν στέλλοιντο.

28 Ὅπῃ αἱ νῆες προσπίπτοιεν] MS. Opt. cum duobus aliis ὅποι, etsi diverso modo infra.

29 Ἀπαγαγὼν τὰς ναῦς] Notandus est omnino Vulcanius ob temerariam usurpationem phraseos Latinæ in vocibus *subducere* & *deducere naves*. Quæ quum pueris notæ sint, ut certæ soleant esse, & nemo Latinus eas confundat, ipse tamen non hoc solum loco male eas adhibet, sed & fine libri IV ταῖς κατὰ τὸν Ἰνδὸν ποταμὸν ὥρμοντο, *navibus in Indum flumen subductis*. VI, 3 σημῆναι ἐς ἀναγωγὴν *signum deducendis navibus*, quum jam remigio & aliis ornamentis instructæ diu in aqua stetissent. Id quod tanto intentius advertere debui, quia nuperus homo, licet ab Suida exposita illi fuisset ἀναγωγὴ, quod esset ὁ τῶν νεῶν ἔκπλους, licet ipse deductionem interpretatus esset, cum in flumen aut mare naves traherentur, ipse tamen in illo eodem loco ἀνήγοντο ἐν κόσμῳ vertit *ordine deducuntur*, idque cum reprehensione interpretis, qui male verterit *subducuntur*. Utique utrumque tantidem est, & ipse suam imperitiam in usu Latinitatis arguit. Nam naves deducuntur ante ἀναγωγὴν, quum ἀνάγονται, jam deductæ sunt, & navigando procedunt. Eant igitur, qui historicos Græcos ex versionibus intelligere se satis gloriantur.

30 Διφθέρας ὑφ' αἷς ἐσκήνουν] Non modo interpres, dum vertit *sub quibus*, videtur voluisse, sed & MSSti quos inspexi omnes habent ὑφ' αἷς. Et sic ipse Arrianus lib. III cap. 29 ξυναγαγὼν δὲ τὰς διφθέρας ὑφ' αἷς ἐσκήνουν οἱ στρατιῶται &c.

31 Καὶ λῃστεύοντες] Ita quidem & omnes MSS. sed tralaticii. In optimo καὶ ληιστεύοντο, non temere.

32 Διέβαλον δὲ τῆς νυκτὸς] Non debuit hoc sollicitare Grentemesnilius. Hic enim usus verbi hujus est, ut apud alios Græcos, ita Arrianum nostrum, & jam satis

 diu

τῇ μᾶλλόν τι ἔλαθον προσχόντες τῇ ὄχθῃ. Ὑπὸ δὲ τὴν ἕω Ἀλέξανδρος διὰ τοῦ ληΐου ἦγε, παραγγείλας τοῖς πεζοῖς, πλαγίαις ταῖς σαρίσσαις ἐπικλίνοντας τὸν σῖτον, οὕτω προάγειν ἐς τὰ οὐκ ἐργάσιμα. Οἱ δὲ ἱππεῖς, ἔστε μὲν διὰ τοῦ ληΐου προῄει ἡ φάλαγξ, ἐφείποντο. Ὡς δὲ ἐκ τῶν ἐργασίμων ἐξήισαν[33], τὴν μὲν ἵππον ἐπὶ τὸ δεξιὸν κέρας αὐτὸς Ἀλέξανδρος παρήγαγε, τὴν φάλαγγα δὲ ἐν πλαισίῳ Νικάνορα ἄγειν[34] ἐκέλευσεν. Καὶ οἱ Γέται οὐδὲ τὴν πρώτην ἐμβολὴν τῶν ἱππέων ἐδέξαντο· παράδοξος μὲν γὰρ αὐτοῖς ἡ τόλμα ἐφάνη τοῦ Ἀλεξάνδρου, ὅτι εὐμαρῶς οὕτω τὸν μέγιστον τῶν ποταμῶν διεβεβήκει ἐν μιᾷ νυκτὶ τὸν Ἴστρον, οὐ γεφυρώσας τὸν πόρον· φοβερὰ δὲ καὶ τῆς φάλαγγος ἡ ξύγκλασις[35], βιαία δὲ ἡ τῶν ἱππέων ἐμβολή. Καὶ τὰ μὲν πρῶτα ἐς τὴν πόλιν καταφεύγουσιν, ἣ δὴ ἐπεῖχεν[36] αὐτοῖς ὅσον παρασάγγην[37] τοῦ Ἴστρου· ὡς δὲ ἐπάγοντα εἶδον σπουδῇ Ἀλέξανδρον[38] τὴν μὲν φάλαγγα παρὰ τὸν ποταμόν, ὡς μὴ κυκλωθεῖέν πῃ οἱ πεζοὶ ἐνεδρευσάντων τῶν Γετῶν, τοὺς ἱππέας δὲ κατὰ μέτωπον, λείπουσιν αὖ καὶ τὴν πόλιν οἱ Γέται κακῶς τετειχισμένην, ἀναλαβόντες τῶν παιδαρίων καὶ τῶν γυναικῶν ἐπὶ τοὺς ἵππους ὅσα φέρειν οἱ ἵπποι ἠδύ-

est, ut ad ripam appellentes minus ab hoste cerni possent. Sub auroram Alexander aciem per segetem ducit, imperans peditibus ut transversis sarissis frumentum reclinantes, ita progrediantur donec arva excesserint, & in campum non cultum pervenerint. Equites vero, quamdiu phalanx per segetem procedebat, sequebantur. Ubi extra culta ventum est, Alexander ipse equitatum ad dextrum cornu ducit: Nicanori, ut quadrata acie phalangem ducat, jubet. Getæ ne primum quidem equitatus impetum tulere, inauditâ Alexandri audaciâ perculsi, quod ita facile unicâ nocte Istrum omnium fluminum maximum nullo per vadum ponte ducto transisset. Terrorem etiam eis incutiebat phalangis densitas, & violentus equitum impetus. Ac primo quidem ad urbem confugiunt, unâ tantum parasangâ ab Istro distantem. Ceterum ubi conspicati sunt Alexandrum summâ diligentiâ phalangem secus flumen ducere, ne pedites circumveniri ex insidiis à Getis possent, equitatum autem à fronte dispositum, rursus Getæ urbem utpote male munitam deserunt: tantumque puerorum & fœminarum quantum equi ferre poterant

diu annotatus. Cap. 11 *αὐτόν τε κυβερνῶντα τὴν στρατιὰν διαβάλλειν*, quamvis illic in optimo MS. erat *διαβαίνειν*. Et hæc sunt ipsa verba, quæ Suidas ad Oxi amnis transitum citat. Cap. 14 *ταύτῃ παρέξειν ὅδον εὐπετῶς τῷ στρατῷ διαβάλλειν τὸν πόρον*. VII, 20. *παρ' ὀλίγον ἐλθεῖν διαβαλεῖν ἐς αὐτήν*. Sed & hæret hactenus in eorundem verborum ambigua vicinitate lib. V cap. 20, ubi dicetur, quod res est. Et *διαβάλλειν τὰς κλεῖς* per foramen ait Achilles Tatius lib. II p. 109.

33 *Ἐκ τῶν ἐργασίμων ἐξήισαν*] In nullo prorsus codice vetusto id verbum offendi, in omnibus *ἐξήλασαν*, etiam Vulcanius in Augustano, etiam H. Stephanus in suo, ut merito alterum facessat. Vice versa accidit libro VII cap. 14 in his, *οἱ ἐπὶ Βαβυλῶνος ἐλαύνων*, ubi codex ille tam raræ innocentiæ habebat *ἤει*, reliquis cum vulgato conspirantibus.

34 *Τὴν φάλαγγα ἐν πλαισίῳ ἄγειν*] Adeo omnis hæc narratio concinna apparet, ut religio futura esset quidquam in illa accusare. Etiam ratio phalangis instar *πλαισίου* ordinatæ apud antiquos & doctos satis nota. Quid tamen est, quod Vulcanius nunc verterit *quadrata acie*, aut Facius *quadrato agmine*; at libro IV cap. 5 *ἐς πλαίσιον ἰσόπλευρον ταξάντες* etiam modo uterque vertat *quadrato agmine*? An nulla differentia inter aciem formâ *πλαισίου* & *πλαισίου ἰσοπλεύρου*? Certe vero. Deinde quid ad *φάλαγγα ἐν πλαισίῳ ἀγομένην* proprie facit vulgata illa, quæ sequitur, *ξύγκλασις*? Equidem nihil. Et quæ à nobis pro ea supponetur *ξύγκλεισις*, ostendit non fuisse ne tunc quidem phalangis ordinarium in quadrato agmine incessum hoc loco. Occurrit haud dubie aliquid in via Alexandro, cur non explicare & ostentare phalangem potuerit, etsi jam extra sata, quod subticuit Arrianus ex narratione ipsa intelligi satis ab lectoribus posse opinatus. Immo etiam ab latere fluvii discedere noluit, ut omnino ordines agminis accommodaverit situi itineris: vide paulo post. Hæc quum sic contemplemur, accedit intemerata codicis Medicei bonitas, quam ut nuspiam facile ausim rejicere, ita ne nunc quidem. Is vero plane exhibet *ἐν πλαισίῳ*. Dixi tibi, lector, omnia, & ipse tantum nunc considera. Idem quoque habebat *ἡ τῶν ἱππέων ἐμβολή*.

35 *Τῆς φάλαγγος ἡ ξύγκλασις*] Utrum hæ voces notare queant *phalangis series*, ut Facius, an melius *phalangis densitas*, ut Vulcanius, delibero. Certe alibi Vulcanius *τὸ βαθύτατον* aciei sic solet interpretari, ut adeo sic Latinos lectores deducat. In quibusdam MSS. inveni *ξύγκλεισις*, in aliis *ξύγκλεισις*, quomodo ego crediderim Vulcanium legisse; quippe quod expressit, nec aliter etiam in Augustano invenit, idque ab Arriano scriptum opinor. Ita infra de eadem phalange *δοράτων ξυγκλείσει* dicit, ubi mirifice interpretatur Vulcanius *flexis hastarum cuspidibus*. At nihil in Arriano legitur de cuspidibus. Itaque Freinshemius, quum in Supplementis I, 12, 24 ipsa verba Vulcanii integra assumeret, cuspides omisit, sed, quod sane rideas, ita ut omnem quoque *δοράτων ξύγκλεισιν* omiserit. Lib. III *ἡ ἀναπλήρωσις ἡ ξυγκλεῖσαι τὴν φάλαγγα*· lib. V cap. 17 *τοὺς πεζοὺς ξυνασπίσαντας ὡς ἐς πυκνοτάτην ξύγκλεισιν ἐπάγειν τὴν φάλαγγα*. Et eodem, *πυκνώσαντες τὴν ξύγκλεισιν τῆς φάλαγγος πεποιηκότες*. Hac re video densatam & horrentem sarissis phalangem posse esse *φοβεράν*; *ξύγκλασις* vero prorsus est aliud, neque tam ad terrorem hostium, quam ad agilitatem phalangis in motuum conversionumque decore facit.

36 *Ἣ δὴ ἐπεῖχεν*] Id absurdum. Lege ex optimo & quibusdam aliis *ἀπεῖχεν*, ut factum lib. V cap. 12 *ἦγεν ἀφανῶς πολύ τι ἀπέχων τῆς ὄχθης*, quum illic Basilea edidisset *ἐπέχων*.

37 *Ὅσον παρασάγγην*] Satis fateor bene & cap. 18 novimus eam particulam admissam. Nihilominus in optimo eadem prior vocula aberat. Et sane quum cap. 2 placuerit Arriano simpliciter *ἀπέχει ἀπὸ Γέρρων σταθμοὺς τρεῖς*, potest & nunc sic videri loquutus.

38 *Ὡς δὲ ἐπάγοντα εἶδον σπουδῇ Ἀλέξανδρον*] Et bona hæc scriptura, & à plurimis retinetur. Non est tamen celandum, quod in uno inveni, *ὡς δὲ ἐπάγοντος εἶδον σπουδῇ Ἀλεξάνδρου*, qui casus commodissime quidem dependet à sequentibus *φάλαγγα* &c.

ἠδύναντο· ἵν' ἂν αὐτοῖς ἡ ὁρμὴ ὡς πορρωτάτω ἀπὸ τοῦ ποταμοῦ ἐς τὰ ἔρημα. Ἀλέξανδρος δὲ τήν τε πόλιν λαμβάνει, καὶ τὴν λείαν πᾶσαν ὅσην οἱ Γέται ὑπελίποντο· καὶ τὴν μὲν λείαν Μελεάγρῳ καὶ Φιλίππῳ ἐπαναγαγεῖν δίδωσιν· αὐτὸς δὲ κατασκάψας τὴν πόλιν, θύει τε ἐπὶ τῇ ὄχθῃ τοῦ Ἴστρου Διὶ Σωτῆρι, καὶ Ἡρακλεῖ, καὶ αὐτῷ τῷ Ἴστρῳ, ὅτι οὐκ ἄπορος αὐτῷ ἐγένετο. Καὶ ἐπανάγει αὐτῆς ἡμέρας σώους σύμπαντας ἐπὶ τὸ στρατόπεδον. Ἐνταῦθα ἀφίκοντο πρέσβεις ὡς Ἀλέξανδρον, παρά τε τῶν ἄλλων ὅσα αὐτόνομα ἔθνη προσοικεῖ τῷ Ἴστρῳ, καὶ παρὰ Σύρμου τοῦ Τριβαλλῶν βασιλέως· καὶ παρὰ Κελτῶν τῶν ἐπὶ[39] τῷ Ἰονίῳ κόλπῳ ᾠκισμένων ἧκον (μεγάλοι οἱ Κελτοὶ τὰ σώματα, καὶ μέγα ἐπὶ σφίσι φρονοῦντες) φιλίας δὲ πάντες τῆς Ἀλεξάνδρου ἐφιέμενοι ἥκειν ἔφασαν. Καὶ πᾶσιν ἔδωκε πίστεις Ἀλέξανδρος καὶ ἔλαβε· τοὺς Κελτοὺς δὲ καὶ ἤρετο, ὅ, τι μάλιστα δεδίττεται αὐτοὺς τῶν ἀνθρωπίνων, ἐλπίσας ὅτι μέγα ὄνομα τὸ αὐτοῦ καὶ ἐς Κελτοὺς καὶ ἔτι προσωτέρω ἥκει· καὶ ὅτι αὐτὸν μάλιστα πάντων δεδιέναι φήσουσι. Τῷ δὲ παρ' ἐλπίδα ξυνέβη τῶν Κελτῶν ἡ ἀπόκρισις· οἷα γὰρ πόρρω τε ᾠκισμένοι Ἀλεξάνδρου, καὶ χωρία δύσπορα οἰκοῦντες, καὶ Ἀλεξάνδρου ἐς ἄλλα τὴν ὁρμὴν ὁρῶντες, ἔφασαν δεδιέναι μήποτε ὁ οὐρανὸς αὐτοῖς ἐμπέσοι· καὶ τούτους φίλους τε ὀνομάσας καὶ ξυμμάχους ποιησάμενος, ὀπίσω ἀπέπεμψε· τοσοῦτον ὑπειπὼν, ὅτι ἀλαζόνες Κελτοί εἰσιν. 5 Αὐτὸς δὲ ἐπ' Ἀγριάνων καὶ Παιόνων προὐχώρει. Ἔνθα δὴ ἄγγελοι ἀφίκοντο αὐτῷ, Κλεῖτόν τε τὸν Βαρδύλεω ἀφεστάναι ἀγγέλλοντες, καὶ Γλαυκίαν προσκεχωρηκέναι αὐτῷ τὸν Ταυλαντίων βασιλέα. Οἱ δὲ τοὺς Αὐταριάτας ἐπιθήσεσθαι αὐτῷ κατὰ τὴν πορείαν ἐξήγγελλον. Ὧν δὴ ἕνεκα κατὰ σπουδὴν ἐδόκει ἀναζευγνύναι. Λάγγαρος δὲ ὁ τῶν Ἀγριάνων βασιλεὺς[40], ὃς καὶ Φιλίππου ζῶντος ἀσπαζόμενος Ἀλέξανδρον δῆλος ἦν, καὶ ἰδίᾳ ἐπρέσβευσε παρ' αὐτὸν, τότε δὲ παρῆν αὐτῷ μετὰ τῶν ὑπασπιστῶν, ὅσους τε καλλίστους καὶ εὐοπλοτάτους ἀμφ' αὐτὸν εἶχε. Καὶ ἐπειδὴ ἔμαθεν ὑπὸ τῶν Αὐταριατῶν πυνθανόμενον Ἀλέξανδρον, οἵτινές τε καὶ ὁπόσοι εἶεν, οὐκ ἔφη χρῆναι ἐν λόγῳ τίθεσθαι Αὐταριάτας (εἶναι γὰρ ἀπολεμωτάτους τῶν ταύτῃ) καὶ αὐτὸς ἐμβαλεῖν ἐς τὴν χώραν αὐτῶν, ὡς ἀμφὶ τὰ σφέτερα μᾶλλόν τι ἔχοιεν. Καὶ κελεύ-

terant abducunt, & quam longissime possunt à flumine in solitudines sese recipiunt. Alexander urbem capit, & prædam omnem à Getis relictam, eamque Meleagro & Philippo abducendam tradit. Ipse vero, urbe solo adæquatâ, in Istri ripâ Jovi Servatori, atque Herculi ipsique adeo Istro (quod se haud difficilem in transitu præbuisset) sacrum facit: eodemque die omnes suos incolumes in castra reducit. Eo loci legati ad Alexandrum venêre cum ab aliis liberis suique juris nationibus quæ Istrum accolunt, tum à Syrmo Triballorum rege, & à Celtis qui Ionium sinum incolunt. Sunt porro Celtæ & proceræ staturæ, & multum sibiipsis tribuentes. Omnes autem se Alexandri amicitiam poscentes venire afferebant. Fides utrinque & data & accepta est. At Celtas percunctatus est Alexander, quid in rebus humanis maxime extimescerent: ratus nominis sui splendorem ad Celtas multoque ulterius penetrasse; quodque ipsum præ rebus omnibus timerent responsuros. Cæterum à Celtis longe aliter ac sperarat ei responsum fuit: se videlicet quod procul ab Alexandro agerent, & loca accessu difficilia habitarent, ipsumque alio expeditionem facere viderent, vereri ne cælum in ipsos ruat. Alexander eos amicos appellans & in confœderatorum numerum recipiens, remisit, hoc unum subdens, Celtas arrogantes esse. Inde in Agrianos & Pæonas movit. 5 Ubi nuntium ei allatum est Clitum Bardylis filium ab eo defecisse, Glauciamque Taulantiorum regem se eidem conjunxisse. Nuntiabant etiam Autariatas ipsum in itinere adorituros. Quibus de causis celeriter inde movendum censuit. Langarus vero Agrianorum rex, quia dum Philippus adhuc in vivis esset, Alexandro charus fuerat, & privatim ad eum legatos miserat, ac tunc temporis cum lectissimis optimeque armatis scutatis militibus ei aderat, quum audiret Alexandrum sciscitantem quinam illi aut quot numero Autariatæ essent, monuit, Autariatas nihili faciendos esse, quod essent omnium illius regionis hominum minime bellicosi: seque in eorum regionem irrupturum, ut domi potius haberent quod agerent. Jubente igitur Alexandro populabun-

39 Καὶ παρὰ Κελτῶν τῶν ἐπὶ] In uno legebatur καὶ παρὰ Κελτῶν δὲ καὶ τῶν ἐπί. In reliquis omnibus καὶ παρὰ Κελτῶν δὲ τῶν, quæ vera est scriptura. Mox nescio cur otiosæ manus maluerint scribere bis Κελτικούς. Sane in omnibus scriptis constanter erat Κελτούς, ut supra Κελτοὶ & Κελτῶν, & sic Vulcanius ex Aug.

40 Λάγγαρος ὁ τῶν Ἀγρ. βασ.] Videtur idem nomen esse, quod Livio XXXI, 28 dicitur *Longarus Dardanorum rex*. MSSti tres bis hoc loco Λάγγαρος, sed non etiam optimus. Immo non aliud videtur esse, quod memorat Polyænus lib. IV cap. 1, ubi incipit Ἀργαῖος βασιλεὺς Μακεδόνων, Ταυλαντίων Ταύλαρος, ubi MS. Mediceus primo loco habet Γάλαυρος, in posteriore Τάλαυρος, transpositis consonantibus Λ & Γ vel Τ, quum codex Cantabrigiensis bis præferat Γάλαυρος. Quæ autem de Bardyle nuper hic fuerunt allita, unde rapta sint, cognosces inspiciens Freinshemium vel in indice Curtiano in ea voce, vel citata ad Supplement. 1, 12, 12.

λεύσαντος Ἀλεξάνδρου, ἐσβάλλει ἐς αὐτοὺς καὶ ἐμβαλὼν ᾔει καὶ ἔφερε τὴν χώραν αὐτῶν. Αὐταριᾶται μὲν δὴ ἀμφὶ τὰ αὑτῶν εἶχον. Λάγγαρος δὲ τά τε ἄλλα ἐτιμήθη μεγάλως πρὸς Ἀλεξάνδρου, καὶ δῶρα ἔλαβεν ὅσα μέγιστα παρὰ βασιλεῖ τῷ Μακεδόνων νομίζεται· καὶ τὴν ἀδελφὴν τὴν Ἀλεξάνδρου Κύναν, καὶ ταύτην ὡμολόγησε δώσειν αὐτῷ ἐς Πέλλαν ἀφικομένῳ Ἀλέξανδρος· ἀλλὰ Λάγγαρος μὲν ἐπανελθὼν οἴκαδε, νόσῳ ἐτελεύτησεν. Ἀλέξανδρος δὲ παρὰ τὸν Ἐριγόνα ποταμὸν πορευόμενος, ἐς Πέλλιον πόλιν[41] ἐστέλλετο. Ταύτην γὰρ κατειλήφει ὁ Κλεῖτος ὡς ὀχυρωτάτην τῆς χώρας· καὶ πρὸς ταύτην ὡς ἧκεν Ἀλέξανδρος, καταστρατοπεδεύσας πρὸς τῷ Ἐορδαϊκῷ ποταμῷ, τῇ ὑστεραίᾳ ἐγνώκει προσβάλλειν τῷ τείχει. Οἱ δὲ ἀμφὶ τὸν Κλεῖτον, τὰ κύκλῳ τῆς πόλεως ὄρη ὑπερδέξιά τε ὄντα καὶ δασέα κατεῖχον, ὡς πάντοθεν ἐπιτίθεσθαι τοῖς Μακεδόσιν, εἰ τῇ πόλει προσβάλλοιεν. Γλαυκίας δὲ αὐτῷ, ὁ τῶν Ταυλαντίων βασιλεύς, οὔπω παρῆν. Ἀλέξανδρος μὲν δὴ τῇ πόλει προσῆγεν, οἱ δὲ πολέμιοι σφαγιασάμενοι παῖδας τρεῖς καὶ κόρας ἴσας τὸν ἀριθμόν, καὶ κριοὺς μέλανας τρεῖς, ὥρμηντο μὲν ὡς δεξόμενοι ἐς χεῖρας τοὺς Μακεδόνας. Ὁμοῦ δὲ γενόμενοι[42] ἐξέλιπον χω-

bundus eorum agrum ingreditur & vastat: atque ita Autariatæ sedibus suis se continuere. Langarus amplissimis honoribus ab Alexandro affectus, munera etiam accepit quæ apud Macedonum reges habentur summa. Sororem etiam Alexandri Cynam nomine, ubi Pellam reversus esset, uxorem se illi daturum spondet: sed Langarus domum reversus morbo obiit. Post hæc Alexander secus Erigonem fluvium iter faciens, Pellion venit: quam urbem Clitus occupârat, ut totius regionis munitissimam. Quo simulac venit Alexander, castris ad Eordaïcum flumen positis postridie muros adoriri statuit. Clitus suis copiis montes urbi circumjectos qui maxime alti & sylvis densi erant insederat, ut si Macedones urbem adorirentur, omni ex parte irruere in eos posset. Glaucias vero Taulantiorum rex nondum advenerat. Quum itaque jam Alexander urbi immineret, hostes mactatis tribus pueris & totidem puellis tribusque nigris arietibus, erumpunt tanquam cum Macedonibus manus conserturi. Quumque jam propius convenissent, loca quæ occuparant

41 Ἐς Πέλλιον πόλιν] Valde vacillat in MStis hoc urbis nomen. Invenio enim præter vulgatum quoque Πηλίον cum gemino πόλιν πόλιν & Πέλλιον πόλιν & Πελλίον ac Πέλιον πόλιν, quod retinet optimus: neque aliter habet in versione Facius. Etiam in Supplementis Curtianis Freinshemius probat Pelium, quod Dassaretiæ oppidum, ex Livio XXXI, 40, quem margini apposuit, illic appellat; & merito dices, si inspexeris Ortelii eum præcedentis in hac sententia Thesaurum in eo vocabulo, ubi committit Livium, Arrianum & Stephanum, putatque tres illos eandem innuere urbem. Hoc unum maxime miror, vel cur vel unde sibi vindicaverit Freinshemius, ut id oppidum dixerit Eordaico flumini imminens. Certe Arrianus id non dicit, neque quisquam alius antiquorum. Et ex Arriani narratione apparet Alexandrum hactenus juxta ripam Erigonis profectum, illic, ubi minimo distabant intervallo, ab eo deflexisse ad flumen Eordaicum, qui est ipse Apsus: trans quem fluvium videtur sita fuisse urbs Pellium. Et utique potest quis castris alicubi positis sequenti die aggredi urbem aliquot stadia inde distantem. Et tale quid hic accidisse manifestum est ex hac ipsa narratione, ubi dicitur sequenti die nil aliud nisi oppidanos compulsos in urbem, coactos relinquere circumjecta in agris castella, ex quibus eos tunc ejecerit Alexander. Facius *Eordiacum*. MSS. Opt. statim Ἀλέξανδρος στρατοπεδεύσας.

42 Ὁμοῦ δὲ γενόμενοι] In uno MS. erat γενομένων, in optimo γενομένων; nec est, cur ultra lolio victitare cupiamus, aut Arrianum suo fraudemus. Sunt enim verba per se absoluta; & subintelligitur Ἀλεξάνδρῳ καὶ τῶν πολεμίων, prorsus quasi diceret, ὡς δὲ ὁμοῦ ἐγένοντο, quomodo alias loqui solet. Sic cap. 6 ὅτι χάραγμα ὁ τάφρος προβεβλημένος, εἶτα δὲ ξὺν φόβῳ ἀπαλλάχθαι εἰρημένον Ἀλέξανδρον, quum nihil impediret quarto casu uti εἰρημένος. Lib. IV cap. 4 ὁ δὲ βάρβαροι μὲν ἔφερον ὁ γεγενημένον. Omnino poterat γεγενημένα usurpare. Sic violatus est hic auctor lib. V cap. 10 βοῶντες ἐπῄεσαν καὶ ἠλαλάζοντο τῷ Ἐνυαλίῳ, καὶ τ' ἄλλα ὅσα ἐπὶ διαβάσει συσκευαζόμενα. Quæ quidem non nego bene se habere, sed MSS. omnes etiam ille optimus συσκευαζομένων, ut prorsus constet, non affecutos eam scripturam fuisse illos, qui libros MSS. tractaverunt: hoc est, quæ ab transitum apparantibus fieri solent. Immo sic plane & Basileensis editio, ut plane vel Stephano vel Vulcanio importuna hæc mutatio exprobrari debeat, quorum hic tamen postea etiam in MS. August. invenit συσκευαζομένων. Contrariam vicem expertus est Arrianus lib. VI cap. 6 ἐς δὲ τὰς ἄκρας ξυμφυγόντες χρόνον μέν τινα ἠμύνοντο, horrendo sane nuperi Tiresiæ stupore. Nam quum id absque dubio operarum negligentia primo invasisset in editionem Stephani vel Vulcanii, iste longus homo fide bona imitatus est, nec à Richelianis aut Gandavensibus foedis admonitus est ad aperiendos oculos, quum non modo MSS. omnes quos consului, etiam optimus, sed editio quoque Basileensis, etiam Veneta, manifeste præferant ξυμφυγόντες, cui in tanto consensu litem movere, erit calces stimulo impingere. Inprimis quum etiam insulsissime vertat Vulcanius, & distinctiones ab Arriano positas vane immutet dicens: *quumque multi vulneribus acceptis inutiles ad pugnandum effecti in arcem se recepissent, ii se aliquamdiu ex loco edito aditque difficili tutati sunt*. Quod plane ineptum. Si enim per vulnera inepti facti fuerant ad pugnandum è muris, quomodo potuerunt tutari arcem, hoc est, pugnare pro arce & ex loco edito se tutari? Sed satis est id non dicere Arrianum, & τραυματίας intelligit non alios, quam per vulnera inutiles effectos. Sed præter & occisos & τραυματίας alii in arcem se receperunt & eam tutati sunt. Id dicit clare auctor. Maxime mirifica ἀνακόλουθα reperitur lib. II cap. 7. Καὶ ἴσα ὅσα κατέστησαν ἐς τὸν Εὔξεινον πόντον καὶ ἰδεῖν σφίσιν ἐγένετο. Jam ergo non opinor esse, cur quidquam negotii facessat Evangelista Lucas VIII, 20. καὶ ἀπηγγέλη αὐτῷ, λεγόντων· Ἡ μήτηρ σου καὶ οἱ ἀδελφοί σου ἑστήκασιν ἔξω. Mavult vero optimus codex plurali numero quam duali uti. Sic enim IV, 8. Ὅπως ἐκ Διὸς ἀπενεχθεὶς αὐτοῖς ὁ γόνος, scilicet Διονύσου, ubi tamen ille habebat αὐτοῖς.

καίτοι χαλεπὰ ὄντα τὰ κατειλημμένα πρὸς σφῶν χωρία, ὥστε καὶ τὰ σφάγια αὐτῶν κατελήφθη ἐπικείμενα. Ταύτῃ μὲν δὴ τῇ ἡμέρᾳ κατακλείσας αὐτοὺς ἐς τὴν πόλιν, καὶ στρατοπεδευσάμενος πρὸς τῷ τείχει, ἐγνώκει περιτειχισμῷ ἀποκλεῖσαι αὐτούς· τῇ δὲ ὑστεραίᾳ παρῆν μετὰ πολλῆς δυνάμεως Γλαυκίας ὁ τῶν Ταυλαντίων βασιλεύς. Ἔνθα δὴ Ἀλέξανδρος τὴν μὲν πόλιν ἀπέγνω ἑλεῖν ἂν ξὺν τῇ παρούσῃ δυνάμει, πολλῶν μὲν ἐς αὐτὴν καὶ μαχίμων ξυμπεφευγότων, πολλῶν δὲ ἅμα τῷ Γλαυκίᾳ προσκεισομένων, εἰ αὐτὸς τῷ τείχει προσμάχοιτο· Φιλώταν δέ, ἀναλαβόντα τῶν ἱππέων ὅσους ἐς προφυλακήν, καὶ τὰ ὑποζύγια τὰ ἐκ τοῦ στρατοπέδου, ἐς ἐπισιτισμὸν ἔπεμπεν. Καὶ ὁ Γλαυκίας μαθὼν τὴν ὁρμὴν τῶν ἀμφὶ Φιλώταν, ἐξελαύνει ἐπ᾽ αὐτούς, καὶ καταλαμβάνει τὰ κύκλῳ ὄρη τοῦ πεδίου, ὅθεν οἱ ξὺν Φιλώτᾳ ἐπισιτιεῖσθαι ἔμελλον. Ἀλέξανδρος δέ, ἐπειδὴ ἀπηγγέλθη αὐτῷ ἐπὶ κινδυνεύσειν οἵ τε ἱππεῖς καὶ τὰ ὑποζύγια, εἰ νὺξ αὐτοὺς καταλήψεται, αὐτὸς μὲν ἀναλαβὼν τούς τε ὑπασπιστὰς καὶ τοὺς τοξότας καὶ τοὺς Ἀγριᾶνας καὶ ἱππεῖς ἐς τετρακοσίους, ἐβοήθει σπουδῇ· τὸ δὲ ἄλλο στράτευμα πρὸς τῇ πόλει ἀπέλιπεν, ὡς μή, ἀποχωρήσαντος παντὸς τοῦ στρατοῦ, καὶ οἱ ἐκ τῆς πόλεως ἐπιδραμόντες τοῖς ἀμφὶ Γλαυκίαν ξυμμίξειαν. Ἔνθα δὴ Γλαυκίας προσάγοντα Ἀλέξανδρον αἰσθόμενος, ἐκλείπει τὰ ὄρη· οἱ δὲ ξὺν Φιλώτᾳ, ἀσφαλῶς ἐπὶ τὸ στρατόπεδον διεσώθησαν. Ἐδόκουν δ᾽ ἔτι τὸν Ἀλέξανδρον ἐν δυσχωρίᾳ ἀπειληφέναι οἱ ἀμφὶ τὸν Κλεῖτον καὶ Γλαυκίαν· τά τε γὰρ ὄρη τὰ ὑπερδέξια κατεῖχον, πολλοῖς μὲν ἱππεῦσι, πολλοῖς δὲ ἀκοντισταῖς καὶ σφενδονήταις, καὶ ὁπλίταις δὲ οὐκ ὀλίγοις· καὶ οἱ ἐν τῇ πόλει κατειλημμένοι προσκείσεσθαι ἀπαλλαττομένοις ἔμελλον· τά τε χωρία, δι᾽ ὧν ἡ πάροδος ἦν τῷ Ἀλεξάνδρῳ, στενὰ καὶ ὑλώδη ἐφαίνετο, τῇ μὲν, πρὸς τοῦ ποταμοῦ [43] ἀπειργόμενα, τῇ δέ, ὄρος ὑπερύψηλον ἦν καὶ κρημνοὶ πρὸς τῷ ὄρει· ὥστε οὐδὲ ἐπὶ τεσσάρων ἀσπίδων ἂν τῷ στρατεύματι ἡ πάροδος ἐγένετο. 6 Ἔνθα δὴ ἐκτάσσει τὸν στρατὸν Ἀλέξανδρος ἐς ἑκατὸν καὶ εἴκοσι τῷ βάθει τῆς φάλαγγος. Ἐπὶ τὸ κέρας δὲ ἑκατέρωθεν [44] διακοσίους ἱππέας ἐπιτάξας, παρήγγελλε σιγῇ ἔχειν, τὸ παραγγελλόμενον ὀξέως δεχομένους· καὶ τὰ μὲν πρῶτα ἐσήμαινεν, ὀρθὰ ἀνατεῖναι τὰ δόρατα τοὺς ὁπλίτας, ἔπει-

parant aspera alioqui & munita deserunt, adeo ut etiam hostiæ ibidem relictæ sint repertæ. Eo ipso die hostibus intra mœnia conclusis, castrisque ad muros positis, statuerat Alexander alio in orbem muro ducto ipsos intercludere. Postridie vero quum Glaucias Taulantiorum rex cum ingenti exercitu eo pervenisset, nec speraret Alexander se iis quas adduxerat copiis urbem capere posse, quod & multi & strenui in urbem confugissent, multique cum Glaucia aggressuri essent, si ipse murum oppugnaret: Philotam, sumto equitatu qui præsidio sufficeret, cum jumentis castrensibus frumentatum mittit. Glaucias, cognito Philotæ adventu, in eos movit, & montes campo in quem Philotas frumentatum iturus erat circumjectos occupat. Alexander, simulac ei renuntiatum est, equitatum & impedimenta in magno discrimine versari, si nox eos occupet, ipse confestim scutatis & sagittariis atque Agrianis equitibusque quadringentis secum sumtis, auxilio advolat, reliquo exercitu ad urbem relicto; ne universo exercitu discedente, oppidani excurrentes cum Glaucia conjungerentur. Glaucias, ut sensit Alexandrum adventare, montes deserit, atque ita Philotas tuto se in castra recepit. Existimabant adhæc Clitus & Glaucias difficultate locorum interceptum esse Alexandrum. Nam & montes opportunos magno equitum, jaculatorum & funditorum numero insederant, & armatis militibus non paucis; & qui in urbe relicti erant, in abeuntes irrupturi erant. Præterea loca per quæ Alexandro transeundum erat angusta & sylvosa erant: hinc flumine, atque inde monte excelso atque prærupto viam adeo coarctantibus, ut ne quatuor quidem scutatis militibus conjunctim iter esset. Alexander aciem ita instruit, ut 6 centum viginti in spissitudine phalanx habeat: equitesque in utroque cornu ducentos locans, mandat, ut silentio habito mandata celeriter excipiant. Ac primo ut loricati erigerent hastas imperat, deinde ut signo

43 Τῇ μὲν πρὸς τοῦ ποταμοῦ] Opt. τῇ μὲν γὰρ πρός. Et licet in versione Vulcanius duas periodos miscuerit, tamen Græca necessario sic dividi & legi debent, ὑλώδη ἐφαίνετο. Τῇ μὲν γὰρ πρὸς &c. Dein MSS. libri omnes non τῷ βάθει τῆς φάλαγγος, sed τὸ βάθος.

44 Ἐπὶ τὸ κέρας δὲ ἑκατέρωθεν] Parum capio, cur Freinshemius id interpretatus sit *ante utrumque phalangis cornu* in Supplementis 1, 12, 24. Haud dubie veretur, ne labes hic quædam sit, quum Arrianus, ubi ante dixit viam vix quatuor scutatis permeabilem, nunc ab phalange eam transiri, idque tot equitibus in cornua, affirmet. Sed cogitare debemus nondum se demisisse Alexandrum in eas angustias: quas introiturus, variis aciei agitationibus alia minatur, alia aggressus est; ut duntaxat hic ejus ordo ab Arriani manu sit alienus. Mox etiam optimus ἐς προβολήν. Et sane προβολὴ δοράτων nulla est. Notavit quoque Vulcanius ex Augustano. Qqin & olim sic Basileenses ediderunt & Veneti.

Al. solertia contra eosdem.

ἔπειτα ἀπὸ ξυνθήματος ἀποτεῖναι ἐς προβολήν, καὶ νῦν μὲν ἐς τὸ δεξιὸν ἐγκλῖναι τῶν δοράτων τὴν σύγκλεισιν, αὖθις δὲ ἐπὶ τὰ ἀριστερά. Καὶ αὐτὴν δὲ τὴν φάλαγγα ἔς τε τὸ πρόσω ὀξέως ἐκίνησε, καὶ ἐπὶ τὰ κέρατα ἄλλοτε ἄλλῃ παρήγαγε· καὶ οὕτω πολλὰς τάξεις τάξας τε καὶ μετακοσμήσας ἐν ὀλίγῳ χρόνῳ, κατὰ τὸ εὐώνυμον, οἷον ἔμβολον ποιήσας τῆς φάλαγγος, ἐπῆγεν ἐπὶ τοὺς πολεμίους. Οἱ δὲ πάλαι μὲν ἐθαύμαζον, τήν τε ὀξύτητα ὁρῶντες καὶ τὸν κόσμον τῶν δρωμένων· τότε δὲ προσάγοντας ἤδη τοὺς ἀμφὶ Ἀλέξανδρον οὐκ ἐδέξαντο, ἀλλὰ λείπουσι τοὺς πρώτους λόφους[45]. Ὁ δὲ καὶ ἐπαλαλάξαι ἐκέλευσε τοὺς Μακεδόνας, καὶ τοῖς δόρασι δουπῆσαι πρὸς τὰς ἀσπίδας[46]· οἱ δὲ Ταυλάντιοι ἔτι μᾶλλον ἐκπλαγέντες πρὸς τῆς βοῆς, ὡς πρὸς τὴν πόλιν ἐπανήγαγον σπουδῇ τὸν στρατόν. Ἀλέξανδρος δὲ λόφον τινὰ κατέχοντας ἰδὼν οὐ πολλοὺς τῶν πολεμίων, παρ' ὃν αὐτῷ ἡ πάροδος ἐγίγνετο, παραγγέλλει τοῖς σωματοφύλαξι καὶ τοῖς ἀμφ' αὐτὸν ἑταίροις, ἀναλαβόντας τὰς ἀσπίδας ἀναβαίνειν ἐπὶ τὸν ποταμὸν, ἐπὶ τοὺς ἵππους[47], καὶ ἐλαύνειν ἐπὶ τὸν γήλοφον· ἐκεῖσε δὲ ἐλθόντας, εἰ ὑπομένοιεν οἱ κατειληφότες τὸ χωρίον, τοὺς ἡμίσεας καταπηδῆσαι ἀπὸ τῶν ἵππων, καὶ ἀναμιχθέντας τοῖς ἱππεῦσι πεζοὺς μάχεσθαι. Οἱ δὲ πολέμιοι τὴν ὁρμὴν τὴν Ἀλεξάνδρου ἰδόντες, λείπουσι τὸν γήλοφον, καὶ παρεκκλίνουσιν ἐφ' ἑκάτερα τῶν ὀρῶν. Ἔνθα δὴ καταλαβὼν Ἀλέξανδρος τὸν γήλοφον σὺν τοῖς ἑταίροις[48], τούς τε Ἀγριᾶνας μεταπέμπεται, καὶ τοὺς τοξότας ὄντας ἐς δισχιλίους· τοὺς δὲ ὑπασπιστὰς διαβαίνειν τὸν ποταμὸν ἐκέλευσε, καὶ ἐπὶ τούτοις τὰς τάξεις[49] τῶν Μακεδόνων· ὁπότε δὲ διαβάντες τύ-

signo dato in adversum dirigant, tanquam impetum facturi, ac modo dextrorsum, modo sinistrorsum hastarum cuspides flectant. Ipse interea phalangem celeriter promovit, & in cornua aliter atque aliter duxit: atque ita immutatâ in varias formas brevi tempore aciei structurâ, à læva tanquam in cuneum redacta phalange in hostes fertur. Hi vero diu mirati sunt quantâ celeritate quoque ordine res gesta esset: neque jam Macedonum impetum sustinentes, primos montes deserunt. Tum Alexander clamores edi, hastisque scuta quati jubet. Quo clamore vehementius perculsi Taulantii exercitum celeriter urbem versus movere. Alexander animadvertens exiguam quandam hostium manum collem tenere quâ iter fecerat, corporis sui custodibus, & amicis qui circa eum erant, imperat uti assumtis scutis, ad flumen equos conscendant & collem petant. Quo ubi ventum esset, si hostes qui locum illum occupabant eos opperirentur, dimidia pars ex equis desiliant, & equitibus misti, pedites confligant. Hostes, adventantem Alexandrum conspicati, collem deserunt, & utrinque per montana diffugiunt. Eum collem Alexander cum amicis capit, & Agrianorum atque sagittariorum duobus circiter millibus ad se vocatis, scutatos flumen trajicere jubet: postque hos, Macedonum cohortes. Ubi

45 Λείπουσι τοὺς πρώτους λόφους] Vulcanius *montes deserunt*. Distinctius vides agi in Græcis. Paulo ante etiam quatuor scripti & in his optimus ἔς τε τὸ πρόσω, quod secutus sum. Sic & Vulcanius ex August.

46 Τοῖς δόρασι δουπῆσαι πρὸς τὰς ἀσπίδας] Pro vocula πρὸς unus ex MSS. habebat καὶ, sed optimus utramque ignorabat. Et sane sic Polybius xv, 12 συμψοφήσαντες τοῖς δόρασι τὰς θυρεούς. Et xi, 28. συνεψόφησαν ταῖς μαχαίραις τοὺς θυρεούς. Lucianus solet dicere τὰ ξίφη vel τὰ δόρατα κρούειν πρὸς τὰς ἀσπίδας. Diodorus Sic. 1, 67 τοῖς κοντοῖς τὰς ἀσπίδας κατακρούειν.

47 Ἀναβαίνειν ἐπὶ τὸν ποταμὸν ἐπὶ τοὺς ἵππους] Tres illæ voces ἐπὶ τὸν ποταμὸν non modo nihil bene hoc loco significant, sed omnino importunæ veniunt. Accesserat jam Alexander ad πρώτους λόφους relictos ab hoste, hinc festinans ad aliam hostium partem, quam in colle alibi restare conspiciebat, jubet partem suorum equos conscendere collemque istum petere. Non potest non insipida & præter auctoris mentem apposita esse hujus fluvii mentio, ut apparet tum ex interpretatione Facii *ex ipso flumine inscensis equis collem petant*, tum ex Vulcanii *ad flumen equos conscendant*. Ad flumen fuerunt omnes, quum urbem obsiderent: non nunc. Itaque indicante palmariam hanc restitutionem optimo MSto eas tres prorsus ejiciendas pronuncio.

48 Καταλαβὼν Ἀλέξανδρος τὸν γήλοφον σὺν τοῖς ἑταίροις] Facius *cum collem cum amicorum cohorte Alexander cepit*. Plenissime, ut vides. Ergo quum & hæc & locum hunc sic distinctum videret nuperus Swartardus, & Vulcanius unde unde illa σὺν τοῖς ἑταίροις prætermisisset, subjicit ea addenda fuisse Græcis, editque *cum amicis capit*. Sit ita. Sed quare magis cum amicis, quam cum σωματοφύλαξι, quos prorsus ante dixit impetum cum ἑταίροις & ipso Alexandro illuc fecisse? Sed videlicet sic debuerunt nunc distinguere, quod τοὺς ἀμφ' αὐτὸν ἑταίρους Alexandrum secum habuisse paulo ante audierant. Sed scire oportet eam distinctionem primam ortam esse ab Basileensibus, quum Veneti continuo ductu habeant σὺν τοῖς ἑταίροις τούς τε Ἀγριᾶνας. Sed quid, o miseri, an nescitis alios esse, quos Arrianus vocat τοὺς ἀμφ' αὐτὸν ἑταίρους, alios, quos simpliciter ἑταίρους? Immo vero diversi: & illi sunt, quos alibi vocat ἑταίρων βασιλικὴν ἴλην, hi, quos ἄλλας τάξεις ἑταίρων vel ἴλας, vel ἱππαρχίας. Ita prorsus distinguit auctor infra cap. 19 & III, 11 & 19. Eam ipsam distinctionem v, 12 sic effert τοὺς τε ἑταίρους τὸ ἄγημα καὶ τὴν Κλείτου τάξιν. Nam Clitus erat præfectus βασιλικῆς ἴλης. Vertendum erat: *Postquam eum collem Alexander ceperat, cum amicis & Agrianas & sagittarios, omnes ad duo millia, arcessit*, distinctione posita post vocem γήλοφον, & dein σὺν τοῖς ἑταίροις τούς τε Ἀγρ. Nihil potuit facere tutius Freinshemius in Suppl. 1, 12, 27, quam omnes ἑταίρους omittere: sed & nil sordidius.

49 Καὶ ἐπὶ τούτοις τὰς τάξεις] Certe non memini medias voces ita uspiam ab Arriano poni pro *post hos*. Unde etiam in tribus MSS. inveni ἐπὶ τούτῳ deleta ultima literà, sed ex optimo scribendum ἐπὶ τούτοις, quomodo semper Arrianus. Fine capitis 9. Ἐπὶ τούτοις ἔγνωσαν. *Post hæc decreverunt*. Cap. 10. καὶ τῶν ὕστερον ἐπὶ τῇ Φιλίππου τελευτῇ πλημμεληθέντων, hoc est, *de eorum quæ deinceps*

Liberat transitum Istri.

τύχοιεν, ἐπ' ἀσπίδα ἐκτάσσεσθαι [50], ὡς πυκνὴν εὐθὺς διαβάντων φαίνεσθαι τὴν φάλαγγα. Αὐτὸς δὲ ἐν προφυλακῇ ὤν, ἀπὸ τοῦ λόφου ἀφεώρα τῶν πολεμίων τὴν ὁρμήν. Οἱ δὲ ὁρῶντες διαβαίνουσαν τὴν δύναμιν κατὰ τὰ ὄρη ἀντεπιπήεσαν, ὡς τοῖς μετ' Ἀλεξάνδρου ἐπιθησόμενοι τελευταίοις ἀποχωροῦσιν [51]. Ὁ δὲ, πελαζόντων ἤδη, αὐτὸς ἐκθεῖ σὺν τοῖς ἀμφ' αὐτὸν, καὶ ἡ φάλαγξ, ὡς διὰ τοῦ ποταμοῦ ἐπιοῦσα, ἐπηλάλαξεν· οἱ δὲ πολέμιοι, πάντων ἐπὶ σφᾶς ἐλαυνόντων, ἐγκλίναντες ἔφευγον· καὶ ἐν τούτῳ ἐπῆγεν Ἀλέξανδρος τούς τε Ἀγριᾶνας καὶ τοὺς τοξότας δρόμῳ, ὡς ἐπὶ τὸν ποταμόν. Καὶ πρῶτος μὲν αὐτὸς φθάσας διαβαίνει· τοῖς τελευταίοις δὲ, ὡς εἶδεν ἐπικειμένους τοὺς πολεμίους, ἐπιστήσας ἐπὶ τῇ ὄχθῃ τὰς μηχανὰς, ἐξακοντίζειν ὡς πορρωτάτω ἀπ' αὐτῶν ἐκέλευσεν, ὅσα ἀπὸ μηχανῶν βέλη ἐξακοντίζεται· καὶ τοὺς τοξότας δὲ ἐκ μέσου τοῦ ποταμοῦ ἐκτοξεύειν, ἐπεσβάντας καὶ τούτους. Καὶ οἱ μὲν ἀμφὶ τὸν Γλαυκίαν εἴσω βέλους παρελθεῖν οὐκ ἐτόλμων· οἱ Μακεδόνες δὲ ἐν τούτῳ ἀσφαλῶς ἐπέρασαν τὸν ποταμὸν, ὥστε οὐδεὶς ἀπέθανεν ἐν τῇ ἀποχωρήσει αὐτῶν. Τρίτῃ δὲ ἀπ' ἐκείνης ἡμέρᾳ καταμαθὼν Ἀλέξανδρος κακῶς αὐλιζομένους [52] τοὺς ἀμφὶ Κλεῖτον καὶ Γλαυκίαν, καὶ οὔτε φυλακὰς ἐν τῇ τάξει αὐτοῖς φυλαττομένας, οὔτε χάρακα ἢ τάφρον προβεβλημένους (οἷα δὴ ξὺν φόβῳ ἀπηλλάχθαι οἰομένους Ἀλέξανδρον) ἐς μῆκός δὲ οὐκ ὠφέλιμον ἀποτεταγμένην [53] αὐτοῖς τὴν τάξιν, ὑπὸ νύκτα ἐπιλαβὼν διαβαίνει τὸν ποταμὸν, τούς τε ὑπασπιστὰς ἅμα οἷ ἄγων, καὶ τοὺς Ἀγριᾶνας, καὶ τοὺς τοξότας, καὶ τὴν Περδίκκου καὶ Κοί-

Ubi vero trajecerint, ad sinistram declinent aciem, ut densa statim eorum qui transissent phalanx esse videretur. Ipse in procubiis cum esset ex colle hostium motus spectabat. Hi vero quum exercitum transeuntem cernerent juxta montes obviam iverunt, veluti in eos qui postremi ab Alexandro discesserant impetum facturi. In quos jam appropinquantes ipse cum suis excurrit, quum phalanx transmisso jam flumine clamores edit. Hostes, totâ Macedonum vi in eos irruente, in fugam vertuntur: Alexander Agrianas & sagittarios raptim ad flumen inducit: atque ipse quidem primus transit, quumque extremos ab hoste premi cerneret, machinis in ripâ collatis, quam longissime in eos tela, quæcunque machinis torqueri possunt, emitti jubet. Sagittariis etiam, qui & ipsi flumen ingressi erant, ut è medio flumine hostem sagittis petant imperat. Glaucias intra teli jactum progredi non audebat. Interea Macedones incolumes trajiciunt, ita ut nemo eorum in discessu desideratus fuerit. Triduo post Alexander, quum audisset Clitum & Glauciam iniquo loco castrametatos, & neque excubias in castris agere, neque vallo aut fossâ sese cinxisse (quippe qui Alexandrum metu impulsum discessisse crederent) aciemque ipsorum in longum, parum ex eorum commodo, porrectam; clam sub noctem flumen transit, sumtis secum scutatis atque Agrianis, sagittariisque, & Perdiccæ ac Cœni copiis,

ceps post Philippi mortem erant commissa, non ut Blackardus, *sub Philippi obitum*. Quod si voluisset dicere Arrianus, vel scripsisset ὑπὸ τὴν τελευτὴν vel saltem ἐπὶ τὴν τελευτήν. II, 7. Ἐπὶ τῷδε τῷ ἀγῶνι. Et 23 ἐπὶ τούτῳ ubi Vulcanius *eodem tempore*, sed potuit simplicius, *post Admetum Alexander*. IV, 11. Ἐπὶ τῷδε *ab hoc* Cyro.

50 Ἐπ' ἀσπίδα ἐκτάσσεσθαι] Nonne est indecentissimum, Professores Græcæ Linguæ nihil in his verbis olim vidisse, & hodiernos plane non esse meliores? quum jam ante tot annos Yvo Villiomarus in Titium, J. Lipsius lib. V milit. Rom. id genus loquendi explicuerint, quum & Tactici & tot Græci scriptores frequentissime hoc genus loquendi adhibeant. Vulcanius *scuta inter se exporrigant*. Facius *junctis scutis*. Et hoc in Frisia pulchrum est. Scilicet sive jungant scuta sive exporrigant, id vero faciet ad speciem confertioris aut rarioris phalangis. Recte Freinshemius: *statim aciem instruerent, levum cornu quod à flumine hostibusque propius aberat, in speciem multitudinis quantum possent explicantes*. Id enim est ἐκτάσσειν ἐπ' ἀσπίδα, quum ἐκτάσσειν ἐπὶ δόρυ dicatur de dextro. Hoc autem testari possum ab Vulcanio postea fuisse deprehensum, qui, ut vides, sic mutavit sua. Nuperi ut fuerint tam supini, equidem vix capio. Add. III, 13. Sic quoque apud Heliodorum lego IX pag. 441. παρατείναντες γὰρ ἐπ' ἀσπίδα τὰς φάλαγγας οἱ Αἰθίοπες. En quam bene & ingeniose vertant viri docti! *expansis enim phalangibus in formam scuti orbicularem*.

51 Ὡς τοῖς μετ' Ἀλεξάνδρου ἐπιθησόμενοι τελευταίοις ἀποχωροῦσιν] Vulcanius: *in eos qui postremi ab Alexandro discesserant, impetum facturi*. Longe à Græcis. Potius, *in eos, qui cum Alexandro postremi discess.* Jam & Freinshemius olim in Supplementis, *ut transjecta gravi armatura extremum agmen, in quo ipse rex transiturus erat, adorirentur*. Deinde ὡς διὰ τοῦ ποταμοῦ ἐπιοῦσα, non est *transmisso jam flumine*, ut Vulcanius, vel *tanquam superato jam flumine*, ut Facius, sed ut bene ibidem Freinshemius, *quasi iterum transmisso amne subsidio suis itura*.

52 Κακῶς αὐλιζομένους] Non puto intelligendum cum Facio & Vulcanio *iniquo loco castrametatos*. Nihil huc facit iniquus locus, sed κακῶς hic est ῥαθύμως, negligenter & remisse. Optime Freinshemius, *metu vacuos passim nullo ordine tendere*. Sequitur οὔτε φυλακὰς ἐν τῇ τάξει αὐτοῖς φυλαττομένας, quod Vulcanius Facium secutus Latine transtulit *neque excubias in castris agere*. Quasi τάξις hoc loco notaret στρατόπεδον, sumereturque ut alibi & statim post de ordinibus & numeris militum, cum sit justus ille circuitus horarum, ut nunc hi, nunc illi tam die quam nocte stationes obeant, & verti debeat, *vicibus, per ordinem successionesque alternatim*. Quomodo III, 4 de fonte Ammonis ἀεὶ δὲ μέσων νυκτῶν ψυχρὸν ἐν τῇ τάξει. hoc est, vicissim, rursus. Nam & ibi Vulcanius parum attente, *paulatim*.

53 Ἀποτεταγμένων] Sic Vulcanius & postrema editio, ut opinor, operarum vitio: nam & MSS. omnes ἀποτεταγμένην, etiam utraque vetustior editio, & id res ipsa postulat: ideoque revocavi.

Κοίνου τάξιν. Καὶ προστέτακτο μὲν ἀκολουθεῖν τὴν ἄλλην στρατιάν· ὡς δὲ καιρὸν εἶδεν εἰς ἐπίθεσιν, οὐ προσμείνας ὁμοῦ γενέσθαι πάντας, ἐφῆκε τοὺς τοξότας καὶ τοὺς Ἀγριᾶνας· οἱ δὲ, ἀπροσδόκητοί τε ἐπιπεσόντες, καὶ φάλαγγι κατὰ κέρας[54], ἧπερ ἀσθενεστάτοις αὐτοῖς καρτερωτάτῃ τῇ ἐμβολῇ προσμίξειν ἔμελλον, τοὺς μὲν ἔτι ἐν ταῖς εὐναῖς κατέκτεινον, τοὺς δὲ φεύγοντας εὐμαρῶς αἱροῦντες· ὥστε πολλοὶ μὲν αὐτοῦ κατελήφθησαν[55] καὶ ἀπέθανον· πολλοὶ δὲ ἐν τῇ ἀποχωρήσει ἀτάκτῳ καὶ φοβερᾷ γινομένῃ, οὐκ ὀλίγοι δὲ καὶ ζῶντες ἐλήφθησαν. Ἐγένετο δὲ ἡ δίωξις τοῖς μὲν ἀμφὶ Ἀλέξανδρον μέχρι πρὸς τὰ ὄρη τῶν Ταυλαντίων· ὅσοι δὲ καὶ ἀπέφυγον αὐτῶν, γυμνοὶ τῶν ὅπλων διεσώθησαν. Κλεῖτος δὲ ἐς τὴν πόλιν[56] τὸ πρῶτον καταφυγὼν, ἐμπρήσας τὴν πόλιν, ἀπ-

7 ῴχετο παρὰ Γλαυκίαν ἐς Ταυλαντίους. Ἐν τούτῳ δὲ τῶν φυγάδων τινὲς τῶν ἐκ Θηβῶν φευγόντων, παρελθόντες νύκτωρ ἐς τὰς Θήβας, ἐπαχθέντων τινῶν αὐτοὺς ἐπὶ νεωτερισμῷ ἐκ τῆς πόλεως, Ἀμύνταν μὲν καὶ Τιμόλαον τῶν τὴν Καδμείαν ἐχόντων, οὐδὲν ὑποτοπήσαντας πολέμιον, ἔξω τῆς Καδμείας ἀπέκτειναν ξυλλαβόντες[57]· ἐς δὲ τὴν ἐκκλησίαν παρελθόντες, ἐπῆρον τοὺς Θηβαίους ἀποστῆναι ἀπὸ Ἀλεξάνδρου, ἐλευθερίαν τε προϊσχόμενοι, παλαιὰ καὶ καλὰ ὀνόματα, καὶ τῆς βαρύτητος τῆς Μακεδόνων ἤδη ποτὲ ἀπαλλαγῆναι· πιθανώτεροι δὲ ἐς τὸ πλῆθος ἐφαίνοντο, τεθνηκέναι Ἀλέξανδρον ἰσχυριζόμενοι ἐν Ἰλλυριοῖς· καὶ γὰρ καὶ πολὺς ὁ λόγος οὗτος, καὶ παρὰ πολλῶν ἐφοίτα· ὅτι τε χρόνον ἀπῆν οὐκ ὀλίγον, καὶ ὅτι οὐδεμία ἀγγελία παρ' αὐτοῦ ἀφῖκτο· ὥστε (ὅπερ φιλεῖ ἐν τοῖς τοιοῖσδε) οὐ γιγνώσκοντες τὰ ὄντα, τὰ μάλιστα καθ' ἡδονὴν σφίσιν εἴκαζον· πυθομένῳ

copiis, reliquo exercitu subsequi jusso. Ut vero tempus illi commodum irruptioni faciendæ visum est, non exspectato reliquorum adventu, sagittarios & Agrianas immittit. Qui quum præter omnem expectationem in illos irruerent, & phalanx ad cornu quâ debiliores erant validiorem acrioremque impetum faceret, alios in lectis decumbentes interficiunt, alios fugientes facile capiunt: adeo ut multi capti, multi cæsi fuerint: neque pauci in illâ inordinatâ trepidâque fugâ vivi in potestatem venerint. Alexander fugientes ad Taulantiorum montes usque persequutus est. Quotquot vero illorum fugerunt, abjectis armis evaserunt. Clitus, qui in urbem primo confugerat, eâ incensâ, ad Glauciam in Taulantios abiit. Dum hæc geruntur, profugorum qui ex 7 Thebis fugerant nonnulli, noctu urbem ingressi, ac per cives aliquot ad novandas res sollicitati, Amyntam & Timolaum Cadmeæ arcis præfectos nihil hostile exspectantes, extra arcem comprehensos trucidant. Deinde in concionem prodeuntes, Thebanos ad defectionem ab Alexandro moliendam concitarunt, libertatis vetustum speciosumque nomen allegantes: utque sese à gravi Macedonum imperio assererent. Quod quidem eo facilius multitudini persuaserunt, quod Alexandrum apud Illyrios vita functum constanter affirmarent. Nam & frequens erat eâ de re sermo, lateque spargebatur. Siquidem & multo jam tempore abfuerat, & nullus nuntius ab eo venerat. Quapropter, (ut in ejusmodi rebus fere fit) quum nihil certi haberent, id quod gratius ipsis esset, fingebant. Alexander de Thebano-

54 **Φάλαγγι κατὰ κέρας**] Vide, si placet, infra ad caput 14. Nihil enim recte intelligitur.

55 **Αὐτοῦ κατελήφθησαν**] Est hic in Arriano satis inscita **περισσολογία**, quam augent interpretes. An sani hominis narratio est, *alios in lectis dec. interficiunt, alios fugientes facile capiunt, adeo ut multi capti, multi cæsi fuerint?* Quis posteriora concedens, negaret priora, ut hæc collectio adjungi debuerit? Imo etiam adjectunt, *neque pauci in illa fuga vivi in potestatem venerint.* Scilicet aliud erat *fugientes facile capiunt*, &, *multi capti.* Inscita omnia. Vides, lector, errare eos primam vocem negligendo, notantem *in ipso illo loco*, & oppositam occisis vel captis in fuga, quod sequitur. Hinc quum tandem nimia hæc largitas Vulcanio videretur, accidit, ut hæc sequentia **οὐκ ὀλίγοι δὲ καὶ ζῶντες ἐλήφθησαν** non attenderit. Et sane quid opus erat dicere non paucos etiam vivos captos fuisse, ubi jam dixit **τοὺς φεύγοντας εὐμαρῶς αἱροῦντες**? Agnosce igitur exactam ejus MSti, quem optimum voco, fidem, dum duabus literis, quæ à cunctis reliquis codicibus contemptæ sunt, servandis maximo incommodo succurrit, legens **εὐμαρῶς αἰκιζοῦντες**, quæ est ipsa Arriani scriptura, ut alios in lectis, alios in fuga occisos narret. Sed & præterea gratissime accipiendum, quod offert idem MStus **αὐτοῦ ἐγκατελήφθησαν**. Nihil enim adhuc dicitur de captis: sed hoc verbo innuit illic deprehensos & trucidatos. Simili ratione agit cap. 9 idem codex **τῇ σφαγῇ ὁρμήσαντες τῶν ἐγκαταληφθέντων**, ubi vulgo **καταληφ.** cui sane decomposito illic sua inest Venus. Sed & deinde MSSti omnes **ἐγένετο δὲ ἡ δίωξις τοῖς ἀμφὶ Ἀλέξανδρον**, omissa particula **μὲν**, ut & Basileensis editio cum Veneta. Vide jam nitidam & vere Arrianææ dulcedinis narrationem ex hac versione: *alios etiamnum in lectis interficiunt, alios fugientes facile occidunt, ita ut multi illic oppressi sint & cæsi, multi vero in fuga illa inordinata ac trepida: non pauci etiam vivi in potestatem venerunt.*

56 **Κλεῖτος δὲ ἐς τὴν πόλιν**] Quum statim ante dixerit, quam procul eos fugaverit Alexander, nempe ad montes usque Taulantiorum (quo sane innuit Arrianus non parvum illud spatium fuisse) miror, cur Freinshemius non maluerit potius sequi sola auctoris nostri verba, quam potius malam interpretationem adjicere, per hanc **πόλιν** intelligens ipsum illud Pelium, unde tam longe fugati erant. Neque id nunc solum affirmat, sed etiam postea dicit Alexandrum septimo die quam à Pelio movisset, Pellenen Thessaliæ oppidum pervenisse. Nihil de eo Arrianus. Præplacet mihi Facius propinquam aliquam urbem intelligens.

57 **Ἀπέκτειναν ξυλλαβόντες**] In uno erat **ξυμβαλόντες** *aggressi*. Sed sic quoque IV, I **οἱ βάρβαροι τοὺς στρατιώτας τῶν Μακεδόνων ξυλλαβόντες ἀπέκτειναν.**

Expeditio adversus Thebas.

μένῳ δὲ Ἀλεξάνδρῳ τὰ τῶν Θηβαίων, οὐδαμῶς ἐδόκει ἀμελητέα εἶναι, τήν τε τῶν Ἀθηναίων πόλιν δι' ὑποψίας ἐκ πολλοῦ ἔχοντι, καὶ τῶν Θηβαίων τὸ τόλμημα οὐ φαῦλον ποιουμένῳ[58], εἰ Λακεδαιμόνιοί τε πάλαι ἤδη ταῖς γνώμαις ἀφεστηκότες, καί τινες καὶ ἄλλοι τῶν ἐν Πελοποννήσῳ, καὶ Αἰτωλοὶ οὐ βέβαιοι ὄντες, συνεπιλήψοιντο τοῦ νεωτερισμοῦ τοῖς Θηβαίοις. Ἄγων δὴ παρὰ τὴν Ἐορδαίαν τε καὶ τὴν Ἐλυμιῶτιν, καὶ παρὰ τὰ τῆς Τυμφαίας καὶ Παραυαίας ἄκρα, ἑβδομαῖος ἀφικνεῖται ἐς Πελλήνην[59] τῆς Θετταλίας. Ἔνθεν δὲ ὁρμηθεὶς, ἕκτῃ ἡμέρᾳ ἐσβάλλει ἐς τὴν Βοιωτίαν· ὥστε οὐ πρόσθεν οἱ Θηβαῖοι ἔμαθον εἴσω Πυλῶν παρεληλυθότα αὐτὸν, πρὶν ἐν Ὀγχηστῷ γενέσθαι ξὺν τῇ στρατιᾷ πάσῃ. Καὶ τότε δὲ οἱ πράξαντες τὴν ἀπόστασιν στράτευμα ἐκ Μακεδονίας Ἀντιπάτρου ἀφῖχθαι[60] ἔφασκον, αὐτὸν δὲ Ἀλέξανδρον τεθνάναι ἰσχυρίζοντο, καὶ τοῖς ἀπαγγέλλουσιν ὅτι οὗτος αὐτὸς προσάγει Ἀλέξανδρος, χαλεπῶς εἶχον· ἄλλον γάρ τινα ἥκειν Ἀλέξανδρον, τὸν Ἀερόπου. Ὁ δὲ Ἀλέξανδρος ἐξ Ὀγχηστοῦ ἄρας τῇ ὑστεραίᾳ[61], προσῆγε πρὸς τὴν πόλιν τῶν Θηβαίων, κατὰ τὸ τοῦ Ἰολάου τέμενος[62]. Οὗ δὴ καὶ ἐστρατοπέδευσεν, ἐνδιδοὺς ἔτι τοῖς Θηβαίοις τρίβειν, εἰ μεταγνόντες ἐπὶ τοῖς κακῶς ἐγνωσμένοις πρεσβεύσαιντο παρ' αὐτόν. Οἱ δὲ τοσούτου ἐδέησαν ἐνδόσιμόν τι προσχεῖν ἐς ξύμβασιν, ὥστε ἐκθέοντες ἐκ τῆς πόλεως οἵ τε ἱππεῖς καὶ τῶν ψιλῶν οὐκ ὀλίγοι ἔστε ἐπὶ τὸ στρατόπεδον, ἠκροβολίζοντο ἐς τὰς προφυλακὰς, καί τινας καὶ ἀπέκτειναν οὐ πολλοὺς τῶν Μακεδόνων. Καὶ Ἀλέξαν-

banorum rebus certior factus, nullâ ratione negligendas eas putavit: tum quod Atheniensium urbem à multo tempore suspectam haberet, tum quod Thebanorum audaciam non levis momenti esse judicaret, si Lacedæmonii (quorum animi jampridem erant alienati) aliique ex Peloponnesiis, atque Ætoli, utpote parum constantes, Thebanorum seditioni sese conjunxissent. Eordæam itaque & Elymiotin, rupesque Tymphæas & Parauæas cum exercitu prætergressus, septimo die Pellenen Thessaliæ urbem pervenit. Inde profectus, sexto post die Bœotiam ingressus est. Neque prius Thebani cognovêre Alexandrum Pylas transisse, quam Onchestum cum universo exercitu pervenit. Ac tunc quoque, qui defectionis autores fuerant, venisse ex Macedoniâ ab Antipatro exercitum fingebant: ipsum vero Alexandrum diem obiisse contendebant. Quumque nonnulli referrent ipsummet Alexandrum adventare, indigne ferebant, alium quempiam Alexandrum Aeropi filium venire dicentes. Postridie Alexander motis ab Onchesto castris, proprius ad Thebanam urbem juxta Jolai lucum venit. Eo loci castra fixit, Thebanis morâ concessâ, si forte facinoris sui pœnitentiâ ducti legatos ad eum mitterent. Illi vero tantum abfuit ut aliquod compositionis invitamentum præberent, ut confestim ex urbe proruentes equites & velites non pauci in ipsas usque exercitus procubias tela mitterent, ac nonnullos Macedonum interficerent.

58 Οὐ φαῦλον ποιουμένῳ] Memini & alibi Arrianum aliosque auctores sic loqui. Optimus tamen nunc ἐγκρίνω.

59 Ἐς Πελλήνην] Tam Pella, quam Pellene Achaiæ æque huc conveniunt. Neque Vulcanius alterutram harum potuit videri respexisse; siquidem is clare sed ex Facio vertit *Pellam Thessaliæ urbem*, quia ut chirographo suo testatur, V. C. habuit Πέλλαν, de Augustano tamen innuens, quod videtur etiam in alio reperisse. In MSStis erat vel πέλα, vel πελίναν, vel πελίναν vel πελλίναν, quod erat in optimo. Pelinnan in Thessalia ex Stephano docuit Salmasius in Solinianis, ut frustra inculcet Πελλαιαῖον Grentemesnilius, quem in reliquis audiendum putavi edens tam Τυμφαίας quam Παραυαίας: quod etiam ad Stephanum advertit Holstenius: vel ideo ut sic caveremus ab interrogatione, quam ponit Freinshemius ad Curt. III, 13, 1, an scribendum Παρθυαίας, *Parthyæas*. Sed & Holstenius ad Ortelium notaverat apud Arrianum lib. 1 Alex. pag. 8 Παρύαιοι pro Παραυαῖοι male legi. Sed ad Stephanum video Παραυαίας pro Παραυαίας, ubi etiam hic vult Πελίνην. Pellinam quoque adfirmat Car. Sigonius ad Livium lib. XXXI cap. 39, sed gravissime in ea citatione hallucinatus. Non enim consul ibi idem iter habuit, quod nunc describitur de Alexandro, ut eadem Pelinna vel Pellina intelligi possit in utroque loco. Consul ab Apso flumine versus Macedoniam movit, & Stubera urbem transgressus, & ex Pelagonia coacto frumento, Pelinam venit & inde ad Osphagum flumen. Hæc loca longe ab Thessalia, de qua nunc agitur.

60 Στράτευμα ἐκ Μακεδονίας Ἀντιπάτρου ἀφῖχθαι] Ita scriptum offendi in omnibus. Editio Veneta perspicue Ἀντιπάτρου, & sic levissima mutatione nupero legendum visum fuit. Ut scias unde id habeat, considera verba ejus, *ad Peloponnesios, quorum haud invalida manus ad Isthmum convenerat, misisse petitum, ne cum Alexandri hostibus consilia miscerent*, & junge Freinshemium in Supplem. Curt. 1, 13, 7. Sed nihil est, quod solliciti simus de constanti vetere lectione. Sæpe tertius ille casus sic Græcis adhibetur, & recte Facius.

61 Ἐξ Ὀγχηστοῦ ἄρας τῇ ὑστεραίᾳ] Vocem posteriorem neglexerat in versione Vulcanius. Ergo edidit nuperus sine ullo scrupulo *motis ab Onchesto castris, postero die propius ad Th. urbem venit*. Debuerat igitur addere, quot millia eo die, quo ab Onchesto movit, processerit, ut postero demum die ad urbem propius venerit. At alio modo præcesserat Facius. *Postridie Alexander motis ab Onchesto castris, Thebas profectus, ad J. L. castra posuit.* Cur hæc distinctio non placuit? Imo unice placere debuit vel præeunte in Supplem. Freinshemio & *Onchestum sex circiter passuum millibus à Thebis distantem* ex Pausaniæ lib. IX docente.

62 Ἰολάου τέμενος] Facius sequente Vulcanio *Jolai lucum*. Freinshemius in indice Curt. quia Pausanias vocet ἡρῷον, inde apparere scribit rectius in Arriano *fanum* reddi quam *lucum*. Si quæras, quis illorum verior; en tibi verba Cl. Isaaci Vossii ad Melam. *Itaque τέμενος æque atque τέμενος & lucum & fanum significat.* Immo cur non *templum*? Certe observavit jam diu Scaliger *templa cæli* Enniana dici ex interpretatione Æschyli τεμένη αἰθέρος.

λέξανδρος ἐκπέμπει τῶν ψιλῶν καὶ τοξοτῶν, ὥστε αὐτῶν ἀναστεῖλαι τὴν ἐκδρομήν· καὶ οὗτοι οὐ χαλεπῶς ἀνέστειλαν, ἤδη τῷ στρατοπέδῳ αὐτοῦ προσφερομένους. Τῇ δὲ ὑστεραίᾳ ἀναλαβὼν τὴν στρατιὰν πᾶσαν, καὶ περιελθὼν κατὰ τὰς πύλας τὰς φερούσας ἐπ' Ἐλευθεράς τε καὶ τὴν Ἀττικήν, οὐδὲ τότε προσέμιξε τοῖς τείχεσιν αὐτοῖς [63], ἀλλ' ἐστρατοπέδευσεν, οὐ πολὺ ἀπέχων τῆς Καδμείας, ὥστε ἐγγὺς εἶναι ὠφέλειαν τῶν Μακεδόνων τοῖς τὴν Καδμείαν ἔχουσιν. Οἱ γὰρ Θηβαῖοι τὴν Καδμείαν διπλῷ χάρακι ἐφρούρουν ἀποτειχίσαντες, ὡς μήτε ἔξωθεν τινὰ τοῖς ἐγκαταλελειμμένοις δύνασθαι ἐπιφελεῖν, μήτε αὐτοὺς ἐκθέοντας βλάπτειν τοὺς σφᾶς [64], ὁπότε τοῖς ἔξω πολεμίοις προσφέροιντο. Ἀλέξανδρος δὲ (ἔτι γὰρ τοῖς Θηβαίοις διὰ φιλίας ἐλθεῖν μᾶλλόν τι ἢ διὰ κινδύνων ἤθελε) διέτριβε πρὸς τῇ Καδμείᾳ καὶ ἐστρατοπεδευκώς. Ἔνθα δὴ τῶν Θηβαίων οἱ μὲν τὰ βέλτιστα ἐς τὸ κοινὸν γιγνώσκοντες, ἐξελθεῖν ὥρμηντο παρ' Ἀλέξανδρον, καὶ εὑρέσθαι συγγνώμην τῷ πλήθει τῶν Θηβαίων τῆς ἀποστάσεως· οἱ φυγάδες δὲ καὶ ὅσοι τοὺς φυγάδας ἐπικεκλημένοι ἦσαν, οὐδενὸς φιλανθρώπου τυχεῖν ἂν παρ' Ἀλεξάνδρου ἀξιοῦντες, ἄλλως τε καὶ βοιωταρχοῦντες ἐστὶν οἱ αὐτῶν [65], παντάπασιν ἐνῆγον τὸ πλῆθος ἐς τὸν πόλεμον. Ἀλέξανδρος δὲ οὐδ' ὣς τῇ πόλει προσέβαλεν.

8 Ἀλλὰ λέγει Πτολεμαῖος ὁ Λάγου, ὅτι Περδίκκας προτεταγμένος τῆς φυλακῆς τοῦ στρατοπέδου σὺν τῇ αὑτοῦ τάξει, καὶ τοῦ χάρακος τῶν πολεμίων οὐ πολὺ ἀφεστηκώς, οὐ προσμείνας πρὸς Ἀλεξάνδρου [66] τὸ ἐς τὴν μάχην ξύνθημα, αὐτὸς πρῶτος προσέμιξε τῷ χάρακι· καὶ διασπάσας αὐτόν, ἐνέβαλεν ἐς τῶν Θηβαίων τὴν προφυλακήν. Τούτῳ δὲ ἑπόμενος Ἀμύντας ὁ Ἀνδρομένους, ὅτι καὶ ξυντεταγμένος τῷ Περδίκκᾳ ἦν, ἐπήγαγε καὶ αὐτὸς τὴν αὑτοῦ τάξιν, ὡς εἶδε τὸν Περδίκκαν προεληλυθότα εἴσω τοῦ χάρακος. Ταῦτα δὲ ἰδὼν Ἀλέξανδρος, ὡς μὴ μόνοι ἀποληφθέντες [67], πρὸς τῶν Θηβαίων κινδυνεύσειαν, ἐπῆγε τὴν ἄλλην στρατιάν. Καὶ τοὺς μὲν τοξότας καὶ τοὺς Ἀγριᾶνας ἐκδραμεῖν ἐσήμηνεν εἴσω τοῦ χάρακος, τὸ δὲ ἄγημα καὶ τοὺς ὑπασπιστὰς ἔτι ἔξω κατεῖχεν. Ἔνθα δὴ Περδίκκας μὲν τοῦ δευτέρου χάρακος εἴσω παρελθεῖν βιαζόμενος, αὐτὸς μὲν βληθεὶς πίπτει αὐτοῦ, καὶ ἀποκομίζεται χαλεπῶς ἔχων

cerent. Alexander contra sagittarios levisque armaturæ milites emittit, qui illorum excursionem reprimant: parvoque negotio eos jam exercitum ipsum lacessentes represserunt. Postero die universum exercitum ad portas quæ Eleutheras atque Atticam petunt ducens, ne tum quidem ad muros promovit, sed haud procul à Cadmeâ arce castra locat, ut Macedonum auxilium iis, qui Cadmeam tenebant, præsto esset. Thebani enim arcem illam duplici vallo in orbem jacto sepserant: ita ut neque extrinsecus quisquam subsidio venire obsessis posset, neque ipsi excurrentes suos lædere, quando cum hostibus qui foris erant congrederentur. Alexander, qui adhuc amice componi rem, quam in discrimen adduci Thebanos malebat, in castris ad Cadmeam arcem moram trahebat. Thebanorum nonnulli, qui quid maxime è re publicâ esset norant, ad Alexandrum eundum esse censebant, & veniam defectionis multitudini implorandam. Exules vero quique illos advocârant, Alexandri benignitatem experturos se non putantes, nonnulli etiam Bœotorum principes, plebem omnibus rationibus ad bellum incitabant. Sed ne sic quidem Alexander urbem oppugnare cœpit. At Ptolemæus Lagi filius 8 scribit, Perdiccam præsidii castrensis præfectum quum ab hostium vallo non multum cum suis copiis abesset, non exspectato ab Alexandro conflictus signo primum in vallum impetum fecisse, eoque subverso, in Thebanorum præsidium irruisse. Hunc sequutum Amyntam Andromenis filium, qui conjunctas cum Perdicca copias suas habebat, simulac Perdiccam intra vallum progressum videret, suam etiam cohortem immisisse. Alexander id conspicatus, ne sui soli relicti à Thebanis circumvenirentur, reliquum exercitum invexit: & sagittariis quidem atque Agrianis intra vallum ire jussis, agemata & scutatos extra vallum continet. Ibi Perdiccas, dum interius vallum penetrare conatur, telo ictus procidit, & graviter saucius in castra defer-

63 Τοῖς τείχεσιν αὐτοῖς] MS. Opt. αὐτῶν.

64 Βλάπτειν τοὺς σφᾶς] Putidiusculum hoc. Debuerat enim τοὺς σφῶν: ut III, 12 οἱ ἀπολειπόμενοι τοὺς σφῶν καταδραμεῖν. Et 13 τοὺς τε σφῶν φεύγοντας. Et 17 χώραν τὴν σφῶν ἔχοντες. In MSStis quibusdam deest media vocula, in alio erat τινας, in optimo βλάπτειν τι σφᾶς. Videtur legendum βλάπτειν τι σφᾶς.

65 Βοιωταρχοῦντες εἰσὶν οἱ αὐτῶν] MSS. plane omnes ἐστὶν. Immo & Veneta editio. Primi mutarunt Basileenses. Et quare? Utique II, 8 καὶ τούτων ἐστὶν οἱ κατὰ νώτου ἐγένοντο. Et 23 εἴχοντο αὐτῷ πύργοι ἐστὶν οἱ. Et millies ita. Quum vero hos Βοιωταρχοῦντας Vulcanius interpretatus esset *Bœotorum primores*, & eo Freinshemius in indice Curtiano reprehenderet non satis exprimi Græcum, ex chirographo Vulcanii ipsius sic mutavi.

66 Οὐ προσμείνας πρὸς Ἀλεξάνδρου] Optimus παρ' Ἀλεξ. Certe suavius.

67 Ἰδὼν Ἀλέξανδρος, ὡς μὴ μόνοι ἀποληφθέ.] Sustineri aliquatenus hæc oratio potest, si quæ addenda fuerant, subintelligas. Sed & hic fraudem reipublicæ factam significat eximius ille codex, dum post secundam vocem interponit καὶ δείσας, quod prorsus recipio, & versioni addo, *ac veritus*, neque enim solet hoc verbum supprimere auctor, ut patet ex II, 13 Φαρνάβαζος ἐπὶ Χίου ἐσάλη, δείσας μή τι οἱ Χῖοι νεωτερίσωσι. Sane & Freinshemius I, 13, 20. *Mox Alexander suis timens.*

ἤχθη ἐπὶ τὸ στρατόπεδον, καὶ χαλεπῶς διεσώθη ἀπὸ τοῦ τραύματος. Τοὺς μέντοι Θηβαίους ἐς τὴν κοίλην ὁδὸν τὴν κατὰ τὸ Ἡράκλειον φέρουσαν οἱ ἅμα αὐτῷ εἰσπεσόντες ὁμοῦ τοῖς παρ' Ἀλεξάνδρου τοξόταις συνέκλεισαν· καὶ ἔστε μὲν πρὸς τὸ Ἡράκλειον[68] ἀναχωροῦσιν, εἵποντο τοῖς Θηβαίοις· ἐνθένδε δὲ ἐπιστρεψάντων αὖθις σὺν βοῇ τῶν Θηβαίων, φυγὴ τῶν Μακεδόνων γίγνεται. καὶ Εὐρυβώτας τε ὁ Κρὴς πίπτει ὁ τοξάρχης, καὶ αὐτῶν τῶν τοξοτῶν ἐς ἑβδομήκοντα· οἱ δὲ λοιποὶ καταφυγεῖν πρὸς τὸ ἄγημα τὸ τῶν Μακεδόνων, καὶ τοὺς ὑπασπιστὰς τοὺς βασιλικούς. Καὶ τούτῳ Ἀλέξανδρος τοὺς μὲν αὐτοῦ φεύγοντας κατιδὼν, τοὺς Θηβαίους δὲ λελυκότας ἐν τῇ διώξει τὴν τάξιν, ἐμβάλλει ἐς αὐτοὺς συντεταγμένῃ τῇ φάλαγγι. Οἱ δὲ ὠθοῦσι τοὺς Θηβαίους εἴσω τῶν πυλῶν· καὶ τοῖς Θηβαίοις ἐς τοσόνδε ἡ φυγὴ φοβερὰ ἐγίγνετο, ὥστε διὰ τῶν πυλῶν ὠθούμενοι ἐς τὴν πόλιν, οὐκ ἔφθησαν συγκλεῖσαι τὰς πύλας· ἀλλὰ συνεσπίπτουσι[69] γὰρ αὐτοῖς εἴσω τοῦ τείχους, ὅσοι τῶν Μακεδόνων ἐγγὺς φευγόντων εἴχοντο, ἅτε καὶ τῶν τειχῶν διὰ τὰς προφυλακὰς τὰς πολλὰς ἐρήμων ὄντων· καὶ παρελθόντες εἰς τὴν Καδμείαν[70] οἱ μὲν ἐκεῖθεν κατὰ τὸ Ἀμφεῖον σὺν τοῖς κατέχουσι τὴν Καδμείαν ἐξέβαινον ἐς τὴν ἄλλην πόλιν· οἱ δὲ κατὰ τὰ τείχη ἐχόμενα ἤδη πρὸς τῶν συνεισπεσόντων τοῖς φεύγουσιν ὑπερβάντες, ἐς τὴν ἀγορὰν δρόμῳ ἐφέροντο. Καὶ ὀλίγον μὲν χρόνον ἔμειναν οἱ τεταγμένοι τῶν Θηβαίων κατὰ τὸ Ἀμφεῖον· ὡς δὲ πανταχόθεν αὐτοῖς οἱ Μακεδόνες καὶ Ἀλέξανδρος ἄλλοτε ἄλλῃ ἐπιφαινόμενος προσέκειντο, οἱ μὲν ἱππεῖς τῶν Θηβαίων διεκπεσόντες διὰ τῆς πόλεως ἐς τὸ πεδίον ἐξέπιπτον[71], οἱ δὲ πεζοὶ ὡς ἕκαστος προὐχώρει ἐσώζοντο· ἔνθα δὴ ὀργῇ οὐχ οὕτως τι οἱ Μακεδόνες[72], ἀλλὰ

defertur: atque ægre ex eo vulnere curatus est. Ac Thebanos quidem ii, qui cum Perdicca vallum perruperant una cum Alexandri sagittariis, in cavam viam, quæ ad Herculis templum fert, concludunt: & quamdiu templum versus se recipiunt, persequuntur: sed inde conversis rursum cum clamore Thebanis, Macedones se in fugam conjiciunt: atque Eurybotas quidem Cretensis sagittariorum præfectus cadit, & sagittariorum circiter septuaginta; reliqui ad agema Macedonum & scutatos regios confugerunt. Alexander animadversâ suorum fugâ, & temerariâ ac confusâ Thebanorum persecutione, instructâ phalange in eos fertur, eosque intra portas præcipites agit. Tantus autem fugientium metus ac perturbatio erat, ut quum per portas in urbem repellerentur, ne de claudendis quidem portis cogitarent: sed quotquot Macedones fugientibus imminebant, una cum ipsis intra muros sese conjicerent: quippe quod muri, ob frequentia præsidia, propugnatoribus vacui essent. Quumque ad Cadmeam arcem progrederentur, alii quidem inde, secus Amphionis templum, una cum iis qui Cadmeam arcem occupabant, in aliam urbis partem exierunt; alii secus mœnia, quæ jam ab iis, qui una cum fugientibus illapsi in urbem erant, tenebantur, cursim ad forum ferebantur. Ac Thebani quidem, qui ad Amphionis templum in statione erant, aliquamdiu substitere: cæterum quum ex omni parte Alexander cum Macedonibus superveniens premeret, equites quidem Thebani per urbem diffusi in campos procurrerunt: peditum quisque ut potuit, salutem sibi quæsivit. At vero irâ perciti non tam Macedones, quam

68 Πρὸς τὸ Ἡράκλειον] Optimus ἐπὶ τὸ Ἡρ.

69 Ἀλλὰ συνεσπίπτουσι] MSS. partim συνεσπίπτουσι, quomodo & Veneti & Basileenses ediderunt, partim συνεισπίπτουσι & sic quoque Vulcanius ex Augustano, neque in ullo scriptura in editionibus postremis vulgata exstat: & quum sic quoque mox sequatur, stultitia mera fuit id immutasse.

70 Καὶ παρελθόντων εἰς τὴν Καδμείαν] Si hæc verba parenthesi etiam sunt includenda, id quod primo factum in editione Vulcanii video; quomodo ea possunt tali modo verti, ut idem fecit? Certe id vitiosum est, & post vocem ὄντων claudenda est parenthesis. Deinde si sic jam retineamus genitivum παρελθόντων, quod & fieri posse & recte fieri posse fateor, tamen etiam fatendum erit non esse styli Arrianæi, ut apparet ex cap. 13 πολλοὺς αὐτῶν ἐς τάφρον ἐμπεσόντας τοὺς μὲν διαφθαρῆναι καταπατηθέντας, τοὺς δὲ βαλλομένους. Libro III cap. 8 οἱ μὲν πολλοὶ ἀπέφυγον, τοὺς δέ τινας καὶ ἀπέκτειναν, τοὺς δὲ καὶ ζῶντας αὐτοὺς ἵππους ἔλαβον. Sed & eodem libro III cap. 25 insignis plane ad hanc rem locus est, ut ibi parebit. Hinc igitur plenissime adsevero ex optimo legendum παρελθόντες. Sic omnia plana, ut edidimus.

71 Ἐς τὸ πεδίον ἐξέπιπτον] Quod mirum est, nihil postea de his equitibus, qui in campos procurrerunt, ut Vulcanius, apertos extra urbem campos effuso cursu petierunt, ut Facius, sequitur, unde colligamus, quid iis factum sit: & credere possumus in tanto odio securos eos abiisse? Aliquos quidem evasisse ex hoc incendio scribit postea supervenientes Atheniensibus mysteria majora celebrantibus. Quod magis miteris, habet Optimus codex ἐς τὸ στρατόπεδον. Utrum Alexandri, ut precarentur veniam? an ipsorum Thebanorum, ut inde se facilius tuerentur? Thebanorum non audimus fuisse; sed bis supra meminit στρατοπέδου Alexandri. Huc non dubito illos fugisse, seu via ipsa illuc eos ferente, seu quod animadverterant non esse admodum efferatos Macedonas. Sed & scripsit forsan ἐξέπεσον.

72 Οὐχ ὅπως τι οἱ Μακεδόνες] *Non tam Macedones.* Aliud tamen ab hac versione declarant proprie Græca verba: est enim ὅπως *quomodo, postquam, prout*, id quod parum huc convenit. Igitur ut omnia bene se habeant, scribe οὐχ οὕτως τι οἱ Μακεδόνες, quod exstat in omnibus MSS. notavitque etiam ex Augustano Vulcanius, unde & plene admisi. Deinde scribendum τοὺς μὲν ἄλλους ἐν ταῖς οἰκίαις ἐπικατακλεισθέντας, οὓς δὲ καὶ ἐς ἀλκήν, quomodo integre codex optimus. Οὓς δὲ autem est in omnibus, idque confirmat ipse auctor libro III cap. 24 πολλοὺς μὲν ἀπέκτεινεν αὐτῶν φεύγοντας, οὓς δέ τινας ἐς ἀλκὴν τετραμμέ-

ἀλλὰ Φωκεῖς τε καὶ Πλαταιεῖς καὶ οἱ ἄλλοι δὲ Βοιωτοὶ, οὐδὲ ἀμυνομένους ἔτι τοὺς Θηβαίους οὐδενὶ κόσμῳ ἔκτεινον, τοὺς μὲν ἐν ταῖς οἰκίαις ἐπεισπίπτοντες, τοὺς δὲ ἐς ἀλκὴν τετραμμένους, τοὺς δὲ καὶ πρὸς ἱεροῖς ἱκετεύοντας· οὔτε γυναικῶν οὔτε 9 παίδων φειδόμενοι. Καὶ πάθος τοῦτο Ἑλληνικὸν, μεγέθει τε τῆς ἁλούσης πόλεως καὶ ὀξύτητι τοῦ ἔργου, οὐχ ἥκιστα δὲ τῷ παραλόγῳ ἔς τε τοὺς παθόντας καὶ τοὺς δράσαντας, οὐ μεῖόν τι τοὺς ἄλλους Ἕλληνας ἢ καὶ αὐτοὺς τοὺς μετασχόντας τοῦ ἔργου ἐξέπληξε. Τὰ μὲν γὰρ περὶ Σικελίαν Ἀθηναίοις ξυνενεχθέντα, εἰ καὶ πλήθει τῶν ἀπολομένων οὐ μείονα τὴν ξυμφορὰν τῇ πόλει ἤνεγκεν, ἀλλὰ τῷ τε πόρρω ἀπὸ τῆς οἰκείας διαφθαρῆναι[73] αὐτοῖς τὴν στρατιὰν, καὶ τὴν πολλὴν ξυμμαχικὴν μᾶλλον ἢ οἰκείαν οὖσαν, καὶ τῷ τὴν πόλιν αὐτοῖς ὑπολειφθῆναι, ὡς καὶ ἐς ὕστερον ἐπὶ πολὺ τῷ πολέμῳ ἀντισχεῖν, Λακεδαιμονίοις τε καὶ τοῖς ξυμμάχοις καὶ μεγάλῳ βασιλεῖ πολεμοῦντας, οὔτε αὐτοῖς τοῖς παθοῦσιν ἴσην τὴν αἴσθησιν τῆς ξυμφορᾶς παρεστήκει, οὔτε τοῖς ἄλλοις Ἕλλησι τὴν ἐπὶ τῷ πάθει ἔκπληξιν ὁμοίαν παρέσχε. Καὶ τὸ ἐν Αἰγὸς ποταμοῖς αὖθις Ἀθηναίων πταῖσμα, ναυτικόν τε ἦν, καὶ ἡ πόλις οὐδὲν ἄλλο ἔτι μὴ τῶν μακρῶν τειχῶν καθαιρέσει καὶ νεῶν τῶν πολλῶν παραδόσει[74] καὶ στερήσει τῆς ἀρχῆς ἐς ταπεινότητα ἀφικομένη, τό τε σχῆμα τὸ πάτριον ὅμως ἐφύλαξε, καὶ τὴν δύναμιν οὐ διὰ μακροῦ τὴν παλαιὰν ἔλαβεν[75]· ὥστε τά τε μακρὰ τείχη ἐκτειχίσαι, καὶ τῆς θαλάσσης αὖθις ἐπικρατῆσαι, καὶ τοὺς τότε φοβεροὺς σφίσι Λακεδαιμονίους καὶ παρ' ὀλίγον ἐλθόντας ἀφανίσαι τὴν πόλιν, αὐτοὺς ἐν τῷ μέρει ἐκ τῶν ἐσχάτων κινδύνων διασώσασθαι. Λακεδαιμονίων τε αὖ τὸ κατὰ τὰ Λεῦκτρα καὶ Μαντίνειαν πταῖσμα, τῷ παραλόγῳ μᾶλλόν τι τῆς ξυμφορᾶς, ἢ τῷ πλήθει τῶν τε ἀπολομένων τοὺς Λακεδαιμονίους ἐξέπληξεν· ἥ τε ξὺν Ἐπαμεινώνδᾳ Βοιωτῶν καὶ Ἀρκάδων γενομένη προσβολὴ πρὸς τὴν Σπάρτην, καὶ αὐτὴ τῷ ἀήθει τῆς ὄψεως μᾶλλον ἢ τῇ

quam Phocenses & Platæenses aliique Bœoti, Thebanos non jam resistentes nullo modo adhibito trucidant: alios, irruptione in eorum ædes factâ; alios ad vim conversos, alios ad templa confugientes ac supplices: neque mulieribus neque pueris 9 parcentes. Porrò clades ista Græcanica, cum magnitudine urbis captæ, tum celeritate rei, quodque adeò præter opinionem tam eorum qui eâ affecti essent, quam qui affecissent, accidisset, non minus alios Græcos, quam eos qui rei gestæ interfuerant, perculsos tenuit. Namque Atheniensium clades apud Siciliam accepta, tametsi interfectorum numero non minorem calamitatem urbi attulit; tamen quoniam procul à domo exercitus perierat; isque potius ex auxiliaribus quam domesticis copiis conscriptus fuerat; quodque urbs illis salva relicta esset, quâ in posterum cum Lacedæmoniis eorumque sociis & magno rege bellum gerentes diu resistere possent; neque ipsis qui clade illa affecti erant, tantum calamitatis sensum inflixit, neque reliquis Græcis parem cladis admirationem consternationemque incussit. Rursus alia Atheniensium ad Ægos fluenta clades navalis fuit: at urbs nullâ aliâ calamitate acceptâ, præterquam quod longi muri diruti, mulcæque naves amissæ, & imperium aliquâ ex parte imminutum erat, formam tamen decoremque patrium retinuit, pristinamque potestatem exiguo post tempore recepit, ita ut & longos muros instaurârit, & maris imperium recuperârit, utque Lacedæmonios, qui tum temporis maxime formidabiles ipsis erant, & parum aberat quin urbem everterent, ipsi vicissim è summis periculis conservârint. At Lacedæmoniorum rursus ad Leuctra ac Mantineam clades, inopinato potius calamitatis eventu quam cæsorum multitudine Lacedæmonios perterrefecit. Sed & Bœotorum & Arcadum cum Epaminonda ad Spartam pugna, insolentiâ spectaculi

νος, etsi alioqui τοὺς μὲν, τοὺς δὲ sit vulgata oppositio eaque quum alibi in nostro occurrat, tum cap. 18. III, 25. v, 20. Neque vero postrema verba putem sic intelligenda, ut intellexit Vulcanius *ad templa confugientes ac supplices;* quod videtur fecisse deductus ab Facio, qui inani tumore hic dedit, *nec privata tecta, nec sacra ædes, nec deorum aræ cuiquam saluti fuere.* Nam tantummodo mens Arriani est de domibus; nempe milites Alexandri passim per domos cucurrisse, quærentes cædem; in his igitur domibus alios occiderunt ausos vim tentare & se illic defendere, (nam in publico οὐδὲ ἀμυνομένους jam dixit) alios vero vi omissa ad ἑστίας & focum & apud avita ac privata sacra prostratos & per ea precantes.

73 Τῷ τε πόρρω ἀπὸ τῆς οἰκείας διαφθαρῆναι &c.] Cum universa hac consideratione Arriani conferenda est prima periodus Æneæ in commentario Tactico, quem nullus dubito in easdem historias aciem intendisse, quum similia prorsus proferret, ex observatione rerum videlicet quibus ipse aut interfuerat, aut à quibus vita ipsius & ætas non erat admodum remota: ut hincquoque videatur nonnihil confirmari conjectura magni Casauboni de scriptoris ejus ætate.

74 Νεῶν τῶν πολλῶν παραδόσει] An non mediæ voces aliquid offendunt? an non videtur scripsisse auctor τῶν πολεμικῶν, quæ vox sic temere contracta coierit? an ut Σαυρομάτων οἱ πολλοί?

75 Τὴν δύναμιν οὐ διὰ μακροῦ τὴν παλαιὰν ἔλαβεν] Forte τὴν πάλαι ἀνέλαβεν, quum & oratio id postulet, & amet Arrianus ita loqui. Sic cap. 12 τῶν πάλαι ἔργων. Et 18 νόμους τοὺς πάλαι. II, 3 Γόρδιον εἶναι τῶν πάλαι Φρυγῶν ἄνδρα πένητα. Et 14 ἐς βασιλέα τῆς πάλαι οὔσης φιλίας. III, 18 αὕτη Περσῶν τῆς πάλαι τιμωρία. III, 26 τῆς τε φιλίας τῆς πάλαι εἵνεκα. V, 19 ἄλλην χώραν πρὸς τῇ πάλαι οὔσῃ προσέθηκε. Certe versio has voces proprie explicat. Sed MSS. omnes vulgatam firmant.

ἡ τῇ ἀκριβείᾳ τῶν κινδύνων[76] αὐτούς τε τοὺς Λακεδαιμονίους καὶ τοὺς ξυμμετασχόντας αὐτοῖς τῶν πραγμάτων ἐφόβησεν. Ἡ δὲ δὴ Πλαταιέων ἅλωσις τῆς πόλεως, τῇ σμικρότητι τῶν καταληφθέντων, (ὅτι οἱ πολλοὶ αὐτῶν διαπεφευγότες πάλαι ἐς τὰς Ἀθήνας,) οὐ μέγα πάθημα ἐγένετο. Καὶ ἡ Μήλου καὶ Σκιώνης ἅλωσις, νησιωτικά τε πολίσματα ἦν[77], καὶ τοῖς δράσασιν αἰσχύνην μᾶλλον τι προσέβαλεν, ἢ ἐς τὸ ξύμπαν Ἑλληνικὸν μεγάλην τὴν παράλογον παρέσχε. Θηβαίοις δὲ τὰ τῆς ἀποστάσεως ὀξέα καὶ ξὺν οὐδενὶ λογισμῷ γενόμενα, καὶ ἡ ἅλωσις δι' ὀλίγου τε καὶ οὐ ξὺν πόνῳ τοῖς ἑλοῦσι ξυνενεχθεῖσα, καὶ ὁ φόνος πολύς, οἷα δὴ ἐξ ὁμοφύλων τε καὶ παλαιὰς ἀπεχθείας ἐπεξιόντων, καὶ ὁ τῆς πόλεως παντελὴς ἀνδραποδισμός, δυνάμει τε καὶ δόξῃ ἐς τὰ πολέμια τῶν τότε προεχόντων[78] ἐν τοῖς Ἕλλησιν, οὐκ ἔξω τοῦ εἰκότος ἐς μῆνιν τὴν ἀπὸ τοῦ Θείου ἀνηνέχθη[79]. Ὡς τῆς τε ἐν τῷ Μηδικῷ πολέμῳ προδοσίας τῶν Ἑλλήνων διὰ μακροῦ ταύτην δίκην ἐκτισάντας Θηβαίους, καὶ τῆς Πλαταιέων ἔν τε ταῖς σπονδαῖς καταλήψεως, καὶ τοῦ παντελοῦς ἀνδραποδισμοῦ τῆς πόλεως, καὶ τῆς τῶν παραδόντων σφᾶς[80] Λακεδαιμονίοις οὐχ Ἑλληνικῆς γενομένης διὰ Θηβαίους σφαγῆς, καὶ τῆς χώρας τῆς ἐρημώσεως, ἐν ᾗ οἱ Ἕλληνες παραταξάμενοι Μήδοις ἀπώσαντο τῆς Ἑλλάδος τὸν κίνδυνον· καὶ ὅτι Ἀθηναίους αὐτοὶ τῇ ψήφῳ ἀπώλλυον, ὅτε ὑπὲρ ἀνδραποδισμοῦ τῆς πόλεως γνώμη προὐτέθη ἐν τοῖς Λακεδαιμονίων ξυμμάχοις. Ἐπεὶ καὶ πρὸ τῆς ξυμφορᾶς πολλὰ ἀπὸ τοῦ Θείου ἐπισημῆναι ἐλέγετο, ἃ δὴ ἐν μὲν τῷ παραυτίκα ἠμελήθη· ὕστερον δὲ ἡ μνήμη αὐτὰ ἐς λογισμὸν τοῦ ἔκπαλαι ἐπὶ τοῖς ξυμβεβηκόσι προσημαίνεσθαι ἀνήνεγκε. Τοῖς δὲ μετασχοῦσι τοῦ ἔργου ξυμμάχοις (οἷς δὴ καὶ ἐπετέτραπτο Ἀλέξανδρος τὰ κατὰ τὰς Θήβας διαθεῖναι) τὴν μὲν Καδμείαν φρουρᾷ κατέχειν ἔδοξε,

ſtaculi potius quam magnitudine periculi, & Lacedæmonios ipſos & alios, ad quos infortunium illud communiter pertinebat, perculit. Platæenſium vero urbis expugnatio, ob paucitatem captorum (plerique enim multo ante Athenas profugerant) minus calamitoſa eſt habita. Porro Melus & Scione inſularia oppidula capta, dedecus potius victoribus quam Græcis admirationem attulêre. Thebanis vero repentina atque temeraria defectio, adeoque brevis ac facilis expugnatio, ſtrages etiam multa, utpote à tribulibus & quidem iis veteres inimicitias perſequentibus edita, totius denique urbis direptio, quæ potentiâ bellicâque gloriâ inter Græciæ civitates eminebat, haud immerito ad divini numinis iram referebatur; nimirum de Thebanis, quod Medico bello Græcos prodidiſſent, tandem pœnas exigentis: quod Platæenſes violatis induciis oppreſſiſſent urbemque eorum penitus diripuiſſent: quod eos, qui ſe Lacedæmoniis dedidiſſent, præter Græcorum morem trucidaſſent: quodque eam regionem vaſtaſſent, ex quâ Græci in Medos aciem inſtruentes periculum totius Græciæ cervicibus avertiſſent: quodque Athenienſes ſuo etiam ſuffragio perdidiſſent, quum inter Lacedæmoniorum confœderatos de diripiendâ urbe conſultaretur. Porro ante illam urbis calamitatem multis prodigiis divinitus editis monitos eos fuiſſe ferunt, quæ quidem tum temporis negligebantur: poſtea memoriâ repetita in eam cogitationem induxerunt, eventus ipſos iis prodigiis ſignificatos fuiſſe. Auxiliaribus autem copiis (quibus etiam Alexander de rebus urbis pro ſuo arbitratu ſtatuere permiſit) Cadmeam arcem præſidio teneri

76 Τῇ ἀκριβείᾳ τῶν κινδύνων] Abſque dubio, τῷ κινδύνῳ, & miror, unde hoc tam patens & inſulſum in omnibus fane editionibus vitium exſtiterit, quum & Facius *periculi ſpecie & magnitudine* & pariter Vulcanius reddant. Sic olim ſcripſeram. Vulgatum tamen reſtat in omnibus, quos evolvi, quod magis miratus ſum: præter unum alium & optimum, qui habent τῶν κινδύνων, idque eſt veriſſimum, & nunc deprehendo ſimiliter notaſſe ex Auguſtano Vulcanium.

77 Νησιωτικά τε πολίσματα ἦν] Iniqua ſuſpicione vexat Arriani hanc ἐπεξήγησιν Holſtenius in poſtumis ad Stephanum, notans ſe putare id factum κακοζηλίᾳ Thucydidis, qui quod certa conditione tunc de Scionæis ſcripſerat, id abſolute poſtea adſeverante Arriano, & quæ alia huc facientia apud eum videri poſſunt. Non enim hic de Scione ſolum loquitur, ſed etiam de Melo: de hac Melo vellem audire, quemadmodum aliter ſcripturus foret Holſtenius, quam nunc facit Arrianus, apud quem omnia ſunt acutiſſima meo judicio. Nam quum Scione vere eſſet πόλισμα, & Melus vere eſſet inſula cum urbe prorſus non majoris operis, ad utramque ſimul reſpiciens juſte & bene dixit νησιωτικὰ πολίσματα. Et operæ pretium erit videre, quam bene ipſe in voce ΦΑΣΗΛΙΣ tueatur Herodianum, quum & is & ſolus Phaſelum teſtaretur eſſe inſulam.

78 Τῶν τότε προεχόντων] Nihil cohæret aut convenit. Lege προεχούσης, nempe πόλεως, quod præcedit, & conſtructio eſt πόλεως προεχούσης τῶν τότε πόλεων ἐν τοῖς Ἕλλησι. Sic omnes MSSti. Sic verſio Vulcanii, qui etiam poſtea id ex Auguſtano annotavit.

79 Ἐς μῆνιν τὴν ἀπὸ τοῦ Θείου ἀνηνέχθη] Libro tamen IV cap. 9 omittit præpoſitionem, ἐς μῆνιν τοῦ Θείου ἀναφέρειν.

80 Παραδόντων σφᾶς] Notante Vulcanio habet Auguſt. σφᾶς αὐτούς, quod ipſe in uno tantum reperi, quem ſecundo loco conſului, ſed cujus corrector nimis inverecunde hic illic aliqua immiſit, plerumque cum Auguſt. codice convenientia. Quem quum plus æquo probaret Vulcanius, tum illas lacinias adſcivit, tum ex ejus auctoritate verſionem quoque ſuam aliquoties interpolavit. Sic quum cap. 11 inveniret τὰ μὲν κατὰ Μακεδονίαν καὶ τὰς ἄλλας Ἑλληνικὰς adſcripſit verſioni *& reliquæ Græciæ*. Ibidem quum eſſet ὄρος, τέμνων τὴν ὁδὸν ἐπ' Ἄβδηρα, ille Latina ſic quoque finxit *montem tranſit ſecans iter, quod Abd. & M. verſus Græcas urbes ad mare ſitas tendit*. Quorum quum finis non ſit, relicta auctori ſuo hinc abigantur.

Cædes Thebanorum. Pindari posteritas servata. Arcades, Ætoli, Athenienses supplices.

ξαι, τὴν πόλιν δὲ κατασκάψαι ἐς ἔδαφος, καὶ τὴν χώραν κατανεῖμαι τοῖς ξυμμάχοις, ὅση μὴ ἱερὰ αὐτῆς· παῖδας δὲ καὶ γυναῖκας καὶ ὅσοι ὑπελείποντο Θηβαίων, πλὴν τῶν ἱερέων τε καὶ ἱερειῶν καὶ ὅσοι ξένοι Φιλίππου ἢ Ἀλεξάνδρου ἢ ὅσοι πρόξενοι Μακεδόνων ἐγένοντο, ἀνδραποδίσαι. Καὶ τὴν Πινδάρου δὲ τοῦ ποιητοῦ οἰκίαν καὶ τοὺς ἀπογόνους τοῦ Πινδάρου λέγουσιν ὅτι διεφύλαξεν Ἀλέξανδρος αἰδοῖ τῇ Πινδάρου· ἐπὶ τούτοις Ὀρχομενόν τε καὶ Πλαταιὰς ἀναστῆσαί τε καὶ τειχίσαι οἱ ξύμμαχοι ἔγνωσαν. Ἐς δὲ τοὺς ἄλλους Ἕλληνας ὡς ἐξηγγέλθη τῶν Θηβαίων τὸ πάθος, Ἀρκάδες μὲν ὅσοι βοηθήσοντες Θηβαίοις ἀπὸ τῆς οἰκείας ὡρμήθησαν, θάνατον κατεψηφίσαντο τῶν ἐπαράντων σφᾶς ἐς τὴν βοήθειαν. Ἠλεῖοι δὲ τοὺς φυγάδας σφῶν κατεδέξαντο, ὅτι ἐπιτήδειοι Ἀλεξάνδρου ἦσαν[81]. Αἰτωλοὶ δὲ πρεσβείας σφῶν κατὰ ἔθνη πέμψαντες, ξυγγνώμης τυχεῖν ἐδέοντο, ὅτι καὶ αὐτοί τι πρὸς τὰ παρὰ τῶν Θηβαίων ἀπαγγελθέντα ἐνεωτέρισαν. Ἀθηναῖοι δὲ, μυστηρίων τῶν μεγάλων ἀγομένων, ὡς ἧκόν τινες τῶν Θηβαίων ἐξ αὐτοῦ τοῦ ἔργου, τὰ μὲν μυστήρια ἐκπλαγέντες ἐξέλιπον, ἐκ δὲ τῶν ἀγρῶν ἐσκευαγώγουν ἐς τὴν πόλιν. Ὁ δῆμος δὲ ἐς ἐκκλησίαν συνελθὼν, Δημάδου γράψαντος, δέκα πρέσβεις ἐκ πάντων Ἀθηναίων ἐπιλεξάμενος, πέμπει παρὰ Ἀλέξανδρον, οὕστινας ἐπιτηδειοτάτους Ἀλεξάνδρῳ ἐγίγνωσκον· ὅτι τε σῶος ἐξ Ἰλλυριῶν καὶ Τριβαλλῶν ἐπανῆλθε, χαίρειν τὸν δῆμον τῶν Ἀθηναίων οὐκ ἐν καιρῷ ἀπαγγέλλοντας, καὶ ὅτι Θηβαίους τοῦ νεωτερισμοῦ ἐτιμωρήσατο. Ὁ δὲ τὰ μὲν ἄλλα φιλανθρώπως πρὸς τὴν πρεσβείαν ἀπεκρίνατο, ἐπιστολὴν δὲ γράψας πρὸς τὸν δῆμον, ἐξῄτει τοὺς ἀμφὶ Δημοσθένην[82] καὶ Λυκοῦργον· καὶ Ὑπερείδην δὲ ἐξῄτει, καὶ Πολύευκτον, καὶ Χάρητα, καὶ Χαρίδημον, καὶ Ἐφιάλτην, καὶ Διότιμον, καὶ Μοιροκλέα· τούτους γὰρ αἰτίους εἶναι τῆς τε ἐν Χαιρωνείᾳ ξυμφορᾶς τῇ πόλει γενομένης, καὶ τῶν ὕστερον ἐπὶ τῇ Φιλίππου τελευτῇ πλημμεληθέντων ἔς τε αὐτὸν καὶ ἐς Φίλιππον· καὶ Θηβαίοις δὲ τῆς τε ἀποστάσεως ἀπέφαινεν αἰτίους οὐ μεῖον ἢ τοὺς αὐτῶν Θηβαίων νεωτερίσαντας. Ἀθηναῖοι δὲ τοὺς μὲν ἄνδρας οὐκ ἐξέδοσαν, πρεσβεύονται δὲ αὖθις παρὰ

teneri placuit, urbem solo æquare; adhæc agros, nisi qui sacri essent, inter socios distribuere; pueros & fœminas, ac quotquot Thebanorum cædibus superfuissent (exceptis sacerdotibus utriusque sexus, atque iis qui Philippo aut Alexandro privatim, aut Macedonibus hospitalitatis jure devincti essent) in servitutem redigere. Attamen Pindari poëtæ domum ejusque stirpem ab Alexandro Pindari reverentiâ ducto, sartam tectam conservatam ferunt. Orchomenum inde & Platæas socii Alexandri instaurant, & muro cingunt. Postquam ad reliquos Græcos Thebanorum clades perlata est, Arcades, quotquot Thebanis suppetias laturi domibus suis pedem extulerant, in eos qui subsidii mittendi autores ipsis fuerant mortis sententiam ferunt. Elei exules suos, quod Alexandro chari essent, recipiunt. Ætolorum urbes singulatim legatos ad Alexandrum mittunt, veniam deprecantes, quod & ipsi nuntiatâ Thebanorum defectione novis rebus studuissent. Athenienses vero quum per id tempus magna mysteria celebrarent, & Thebanorum nonnulli ex recenti clade eo venissent, attoniti mysteria intermittunt, & sarcinas ex agris in urbem convehunt. Deinde populo in concionem vocato, Demade decernente, & decem legatos ex omnibus Atheniensibus seligente, ad Alexandrum, quos maxime gratos ei fore putabant, mittunt: qui quod ab Illyriis & Triballis incolumis rediisset, publicam ei Atheniensium lætitiam, quamvis non tempestive, significarent: quodque Thebanorum seditionem ultus esset. Alexander, quoad cætera humaniter ad eorum legationem respondens, epistolam ad populum Atheniensem scripsit, quâ Demosthenem, Lycurgum, Hyperidem, Polyeuctum, Charetem, Charidemum, Ephialtem, Diotimum & Mœroclem sibi dedi postulabat. Hos enim autores cladis Chæronensis esse censebat, omniumque facinorum quæ deinceps post Philippi obitum adversus se pariter & illum commissa fuissent: Thebanos denique non minus ab hisce quam ab iis qui in urbe res novas moliti erant, ad defectionem sollicitatos esse. Athenienses, iis quos poscebat retentis, alios rursum

81 Ἐπιτήδειοι Ἀλεξάνδρου ἦσαν] Hoc placet editorum palato. At cur id potius illo, quod est in omnibus scriptis quos adhibui, Ἀλεξάνδρῳ. Nonne cap. 26 legitur πρὶν καὶ ἐπιτηδειότεροι γενόμενοι τοῖς Θετταλοῖς? Nonne IV, 14. ἐς τὰ μάλιστα ἐπιτήδειος ὢν τῷ Καλλισθένει? Nonne V, 18. τοὺς ἐπιτηδείους αὐτῷ ξυναγαγών; Nonne VI, 13. τῶν ἐπιτηδειοτέρων ἐς τὸ ἔπειτα Ἀλεξάνδρῳ γενέσθαι? Immo & statim post, & alibi.

82 Ἐζήτει τοὺς ἀμφὶ Δημοσθ.] Legendum ἐξῄτει, quomodo est in optimo & quibusdam aliis: quippe non quærebat, sed exposcebat, ut loquitur Livius XXXIX, 50. *Exposcentibus Achæis noxias.* Sic & paulo post scribendum; nec minus ab hac corruptela liberi fuerunt alii. Diodorus IV, 279. Minos πέμψας ἀγγέλους πρὸς Κώκαλον ἐζήτει τὸν Δαίδαλον εἰς τιμωρίαν. Heliodorus lib. VIII pag. 363. ὁ τῶν Αἰθιόπων βασιλεὺς ἐζήτει μὲν καὶ τὰς φιάλας, ἐζήτει δὲ καὶ τὰ σμαράγδων μέταλλα. Ubique requiritur ἐξῄτει. Ipse Diodorus in hac historia subjicitur scribens ἐξαιτήσαντας, & Plutarchus ἐξῄτει πέμπων, & utique statim sequitur τοῖς ἐξαιτηθεῖσι. De numero autem demagogorum & varietate nominum confer, quæ notavit citavitque Maussacus ad Harpocrationem pag. 55. Ἐζήτει longe aliam requireret constructionem, ut docet locus πράξ. Ἀποστ. 17, 5.

παρὰ Ἀλέξανδρον, ἀφεῖναι δεόμενοι τὴν ὀργὴν τοῖς ἐξαιτηθεῖσι· καὶ Ἀλέξανδρος ἀφῆκε, τυχὸν μὲν, αἰδοῖ τῆς πόλεως, τυχὸν δὲ, σπουδῇ τοῦ ἐς τὴν Ἀσίαν στόλου, οὐκ ἐθέλων οὐδὲν ὕποπτον ἐν τοῖς Ἕλλησιν ὑπολείπεσθαι. Χαρίδημον μέντοι, μόνον τῶν ἐξαιτηθέντων τε καὶ οὐ δοθέντων, φεύγειν ἐκέλευσε· καὶ φεύγει Χαρίδημος ἐς τὴν Ἀσίαν παρὰ βασιλέα Δαρεῖον.

11 Ταῦτα δὲ διαπραξάμενος ἐπανῆλθεν εἰς Μακεδονίαν· καὶ τῷ τε Διῒ τῷ Ὀλυμπίῳ τὴν θυσίαν τὴν ἀπ' Ἀρχελάου ἔτι καθεστῶσαν ἔθυσε, καὶ τὸν ἀγῶνα ἐν Αἰγαῖς διέθηκε τὰ Ὀλύμπια. Οἱ δὲ καὶ ταῖς Μούσαις λέγουσιν ὅτι ἀγῶνα ἐποίησε. Καὶ ἐν τούτῳ ἀγγέλλεται τὸ Ὀρφέως τοῦ Οἰάγρου τοῦ Θρᾳκὸς ἄγαλμα, τὸ ἐν Πιερίδι, ἱδρῶσαι ξυνεχῶς. Καὶ ἄλλοι ἄλλα ἐπεθείαζον τῶν μάντεων· Ἀρίστανδρος δὲ, ἀνὴρ Τελμισσεὺς μάντις, θαρρεῖν ἐκέλευσεν Ἀλέξανδρον· δηλοῦσθαι γὰρ ὅτι ποιηταῖς ἐπῶν τε καὶ μελῶν, καὶ ὅσοι ἀμφὶ ᾠδὴν ἔχουσι, πολὺς πόνος ἔσται ποιεῖν τε καὶ ᾄδειν Ἀλέξανδρον καὶ τὰ Ἀλεξάνδρου ἔργα. Ἅμα δὲ τῷ ἦρι ἀρχομένῳ ἐξελαύνει ἀφ' Ἑλλησπόντου [83], τὰ μὲν κατὰ Μακεδονίαν τε καὶ τοὺς Ἕλληνας Ἀντιπάτρῳ ἐπιτρέψας, αὐτὸς δὲ ἄγων [84] πεζοὺς μὲν, σὺν ψιλοῖς τε καὶ τοξόταις, οὐ πολλῷ πλείους τῶν τρισμυρίων, ἱππέας δὲ ὑπὲρ τοὺς πεντακισχιλίους. Ἦν δὲ αὐτῷ ὁ στόλος παρὰ τὴν λίμνην [85] τὴν Κερκινῖτιν ὡς ἐπ' Ἀμφίπολιν καὶ τοῦ Στρυμόνος ποταμοῦ τὰς ἐκβολάς. Διαβὰς δὲ τὸν Στρυμόνα, παρήμειψε τὸ Πάγγαιον ὄρος τὴν ὡς ἐπ' Ἄβδηρα καὶ Μαρώνειαν πόλεις Ἑλληνίδας ἐπὶ θαλάσσῃ ᾠκισμένας. Ἔνθεν δὲ ἐπὶ τὸν Ἕβρον ποταμὸν ἀφικόμενος, διαβαίνει καὶ

τ

sum legatos ad eum mittunt, iram adversus eos, quos ad supplicium deposcebat, ut remittat orantes. Quod quidem fecit, sive reverentiâ urbis, sive studio trajiciendi in Asiam, nihil suspectum in Græciâ relinquere volens. Unum Charidemum ex omnibus quos poposcerat & qui dediti non erant, exulare jussit. Charidemus in Asiam ad Darium regem profugit.

11 His rebus gestis in Macedoniam reversus, Jovi Olympico sacrum fecit jam antea ab Archelao institutum, & certamen Olympicum apud Ægas fieri curavit. Sunt qui & Musis ludos fecisse dicant. Per id tempus nuntiatum est Orphei OEagri F. Thracis statuam in Pieriâ continue sudasse. Varia fuit vatum de hoc prodigio sententia: Aristander vero Telmisseus, vates eximius, Alexandrum bono animo esse jubet: significari enim, cujusvis generis poëtas magnopere laboraturos in Alexandro ejusque rebus gestis describendis atque decantandis. Dehinc ineunte vere ad Hellesponto movit, Macedoniæ & reliquæ Græciæ administratione Antipatro commissâ. Ipse peditum una cum militibus levis armaturæ & sagittariis triginta millia, equitum ultra quinque millia secum ducit. Iter autem illi fuit juxta lacum Cercinitem Amphipolin versus, & deinde ad Strymonis fluvii ostia. Trajecto dein Strymone, Pangæum montem præteriit viâ, quæ Abderam & Maroneam versus Græcas urbes ad mare sitas tendit. Inde ad Ebrum flumen profectus; quo haud diffi-

83 Ἐξελαύνει ἀφ' Ἑλλησπόντου] Vulcanius, *ab Hellesponto solvit*, quum adhuc esset in Macedonia. Itaque notavit absurditatem istam Grentemesnilius jubens legere ἐφ' Ἑλλήσποντον, ut sensus requirit palam. Sed non tam sensus solus, quam quomodo sensum Arrianus expresserit, attendendum. Nam certe ante Grentemesnilium recte interpretatus sensum fuerat Facius, *cum exercitu ad Hellespontum movit*. Hic autem MSS. omnes habent ἐφ' Ἑλλησπόντου. Et solet Arrianus tam secundum quam quartum casum huic propositioni adjungere. Sic infra. Ἐπὶ Μιλήτου ἐστέλλετο. Lib. III cap. 1 ἐπ' Αἰγύπτου ἐστέλλετο, ubi Veneti & Basileenses ediderant Αἴγυπτον. Et cap. 6 στέλλει ἐπὶ Πελοποννήσου. Sic enim MSS. Florentini, sic ex Augustano Vulcanius, quum priores indocte Πελοπόννησον antehac exhibeant. Itaque & libri II initio pro ἐπὶ Λέσβου πλεύσας reponendum Λέσβον, & vice versa III, 25 pro ᾔει ἐπὶ Βάκτρων, corrigendum Βάκτρα, quia utrobique ita non solum optimus codex sed in primo loco omnes MSS. exhibent: atque etiam illud Λέσβον apparet in Basileensi editione. In Ind. cap. 43 solus Augustanus recte ἀπ' Αἰγύπτου. Hinc est, quod nolim audire Casaubonum in verbis Strabonis lib. IX pag. 408. Σχοῖνος ἐστὶ χώρα τῆς Θηβαΐδος κατὰ τὴν ὁδὸν τὴν ἐπὶ Ἀνθηδόνος, legere jubentem ἐπὶ Ἀνθηδόνα, quia paulo post ἐγγὺς δὲ ἐπ' Ἀνθηδόνα ὁδοῦ, & quia sic Eustathius: utrumque enim æque justum & probum est. Non item, quum idem magnus vir in Theophrasteo charactere ἀπαιδευσίας pag. 169 pro ἐπὶ θέαν ἀποκάμνουσι, scribi jubet ἐπὶ θέαν vel ἐπὶ θέας. Perperam putat prius nihil significare: significat enim prorsus idem quod ἐπὶ θέαν.

84 Ἐπιτρέψας, αὐτὸς δὲ ἄγων] Revocavi distinctionem editionis Basileensis, quæ à Vulcanio inepte immutata, ineptius ab novissimo editore admissa & retenta est, ut post verbum ἐπιτρέψας poneretur στιγμὴ τελεία. Vulcanium hujus culpæ auctorem ipsa ejus interpretatio prodit, quæ hinc quoque novam periodum inchoans finit *secum ducit*. Mirum cur Græca sic suspensa reliquerit, & non etiam ediderit ἄγει.

85 Ἦν δὲ αὐτῷ ὁ στόλος παρὰ τὴν λίμνην] Vindicavimus satis perspicue hunc locum ab perverso intellectu interpretum, qui de classe hæc acceperunt. Sed ante omnes video hic voluisse acrimoniam insignem ostendere Freinshemium in Supplementis, non modo de classe accipientem ista, sed etiam causas dantem, cur huc iverit, non tantum παρὰ, sed διὰ τὴν λίμνην. Scribit enim: *Hoc modo per lacum, quem à vicini montis nomine Cercinitem vocant, ubi classem habebat, in Strymonem invectus, Amphipolin & deinde ad ostia Strymonis processit.* Digna Curtio supplementa. Scilicet Cercinites lacus coibat cum Strymone, & sic reges Macedoniæ in eo lacu soliti habere classem. Egregie id ex hoc loco sequitur. Nos in hujus partis interpretatione versati sumus ut decuit. Deinde optimus & alii ex antiquis παρήμειψε, & pro Πάγγαιον complures, & inter hos Perusinus, Πάγγαιον ingenio solenni scribarum in depravandis appellationibus locorum.

τῆς εὐπετοῦς [86]. Ἐκεῖθεν δὲ διὰ τῆς Παιτικῆς ἐπὶ τὸν Μέλανα ποταμὸν ἔρχεται. Διαβὰς δὲ καὶ τὸν Μέλανα, ἐς Σηστὸν ἀφικνεῖται ἐν εἴκοσι ταῖς πάσαις ἡμέραις ἀπὸ τῆς οἴκοθεν ἐξορμήσεως. Ἐλθὼν δὲ ἐς Ἐλεοῦντα, θύει Πρωτεσιλάῳ ἐπὶ τῷ τάφῳ τοῦ Πρωτεσιλάου, ὅτι καὶ Πρωτεσίλαος πρῶτος ἐδόκει ἐκβῆναι ἐς τὴν Ἀσίαν τῶν Ἑλλήνων τῶν ἅμα Ἀγαμέμνονι ἐς Ἴλιον στρατευσάντων. Καὶ ὁ νοῦς τῆς θυσίας ἦν, ἐπιτυχεστέραν οἱ γενέσθαι ἢ Πρωτεσιλάῳ τὴν ἀπόβασιν. Παρμενίων μὲν δὴ τῶν πεζῶν τοὺς πολλοὺς, καὶ τὴν ἵππον διαβιβάσαι ἐτάχθη ἐκ Σηστοῦ ἐς Ἄβυδον· καὶ διέβησαν τριήρεσι μὲν ἑκατὸν καὶ ἑξήκοντα [87], πλοίοις δὲ ἄλλοις πολλοῖς στρογγύλοις. Ἀλέξανδρον δὲ ἐξ Ἐλεοῦντος ἐς τὸν Ἀχαιῶν λιμένα καταῖραι ὁ πλείων λόγος κατέχει, καὶ αὐτόν τε κυβερνῶντα τὴν στρατηγίδα ναῦν διαβάλλειν· καὶ ἐπειδὴ κατὰ μέσον τὸν πόρον τοῦ Ἑλλησπόντου ἐγένετο, σφάξαντα ταῦρον, τῷ Ποσειδῶνι καὶ Νηρηίσι σπένδειν ἐκ χρυσῆς φιάλης ἐς τὸν πόντον. Λέγουσι δὲ καὶ πρῶτον ἐκ τῆς νεὼς σὺν τοῖς ὅπλοις ἐκβῆναι αὐτὸν ἐς τὴν γῆν τὴν Ἀσίαν, καὶ βωμοὺς ἱδρύσασθαι [88], ὅθεν τε ἐστάλη ἐκ τῆς Εὐρώπης, καὶ ὅπου ἐξέβη τῆς Ἀσίας, Διὸς ἀποβατηρίου καὶ Ἀθηνᾶς καὶ Ἡρακλέους· ἀνελθόντα δὲ ἐς Ἴλιον, τῇ τε Ἀθηνᾷ θῦσαι τῇ Ἰλιάδι, καὶ τὴν πανοπλίαν

difficulter transmisso, per Pæticam regionem ad Melana fluvium venit: eoque etiam trajecto, vigesimo postquam è Macedoniâ moverat die Seston adtigit. Inde Eleunta profectus, Protesilao super ipsius tumulum sacrificat: quod Protesilaus creditur, Græcorum, qui cum Agamemnone ad Ilium militarunt, primus in Asiam pedem intulisse. Sacrificii vero scopus hic erat, ut felicior ipsi quam Protesilao descensus in Asiam esset. Parmenioni Alexander peditatus maximam partem & equitatum ex Sesto in Abydum trajiciendi negotium dat: qui quidem triremibus centum & sexaginta aliisque navibus onerariis quamplurimis transvecti sunt. Alexandrum ex Eleunte in Achæorum portum navigasse plures scribunt, navisque prætoriæ gubernatorem fuisse: quumque jam in mediis Hellesponti fluctibus versaretur, mactato tauro, Neptuno ac Nereidibus aureâ phialâ in mare profusâ libasse. Ferunt etiam primum ex nave cum armis in Asiæ terram descendisse, altariaque struxisse Jovi descensori, & Minervæ, & Herculi, eo loci unde ex Europâ solvit, & in Asiâ appulit: quumque in Ilium venisset, Palladi Iliacæ sacrificasse: universisque armis, quibus uti soleret,

86 *Διαβαλὼν καὶ τῆς εὐπετοῦς*] Ferri potest, ut tertia vox pro *τούτου* sumatur. Quomodo II, 4 *καθῆραι ἐθέλων Ἀλέξανδρον φαρμάκῳ, καὶ τῆς [illegible]*. In Indicis cap. 34 *καὶ τὰς ἡμέρας καθ᾽ ὅ τι ταύτῃ ἐλαύνειν*. MStus tamen optimus *καὶ τοῦ Ἕβρου εὐπετοῦς*, quod vere Arriani facilitati convenit. Nam quod paulo ante in variis MSStorum lectionibus *Εὔρου* & *Ἕβρου* procaciter superbire nuper voluerunt ita, *unius literæ mutatione scribendum* *Εὔρου* jactantes, fatui & ridiculi sunt, quum sic jam olim verterit Facius, & sequutus in Supplementis Freinshemius. Multo ineptiores, quod ad rem certissimam tot auctorum testimonia, quasi eis indigeret, vocant, maxime quum jam Ortelius Hebrum Plinio & Ptolomæo sine adspiratione dici *Εὖρος* apud Arrianum t Alexandri notaverit retro tam longe. MS. optimus plane illic *τὸν Ἕβρον*. Etiam Vulcanius ex Augustano prorsus *Εὖρον*. Idem præterea cum quibusdam aliis & hic *Ἐλαιοῦντα*, & infra *Ἐλαιοῦντος*, licet sciam viros doctos pugnare pro vulgata.

87 *Ἑκατὸν καὶ ἑξήκοντα*] Vix credibile est Freinshemium, tam seduli laboris virum, potuisse in Supplem. Curt. II, 3, 25 scribere: *Inde cum quinquaginta longis navibus Sigeum petiit*, idque ex Arriano nostro & Diodoro XVII, 17, quum apud hunc in Græcis clare habeatur *αὐτὸς δὲ μακραῖς ναυσὶν ἑξήκοντα καταπλεύσας πρὸς τὴν Τρῳάδα χώραν*. Sed nimirum, quia ibi in Latinis miserabili & fœdo errore editum fuit, *ipse quinquaginta cum navibus longis*, ut cognosceremus unde & quo cum studio ista Supplementa confecta sint. Arrianus autem plane eum numerum improbat, ut audimus: qui quam sibi constet, apparet ex capite 19 hujus libri, ubi ejusdem navium numeri ductorem scribit Nicanora.

88 *Βωμοὺς ἱδρύσασθαι* &c.] Locus animadversione dignus. Nam quum ab Arriano dicatur Alexander aras statuisse & ubi in Europa conscendit, & ubi in Asia applicuit descenditque Jovis descensoris, Minervæ & Herculis; quum hoc inquam ordine collocata sint verba Arriani, & eundem in interpretatione ordinem servasset Facius: Vulcanio contra placuit eum invertere, dicereque cum altaria struxisse Jovi descensori & Minervæ & Herculi eo loci unde ex Europa solvit & in Asia appulit: quasi intelligeret, nisi fallor, horum aras utroque loco illo positas. At vero Berneccerus Justino contrarium facit Arrianum, quippe hoc dicente lib. XI cap. 5 Alexandrum naves onerantem, conspecta Asia, duodecim aras Deorum in belli vota statuisse, notat, *Jovi descensori & Minervæ & Herculi structas aras ait Arrianus lib.* 1. Freinshemius quid intellexerit, celare nos voluit scribens in Supplementis. *Aræ deinde constitutæ sunt, ubi exscensionem fecerat, Jovi descensori, Minervæque & Herculi: eo quoque loco unde ex Europa solverat, aras exstrui jussit.* Sed quanquam celet, verissime tamen videtur moderari. Nam haud dubie *Διὸς ἀποβατηρίου* ara non potest vocari, nisi à loco, in quo *ἀποβαίνειν* solent homines, qui navigarunt (sic enim *ἀποβαίνειν* & *ἀποβάθρα* intelligunt Græci) non in quo conscendunt navem homines navigaturi. Itaque hæ aræ, de quibus loquitur Arrianus, positæ fuerunt in Asia; at illæ, de quibus agit Justinus, certe in Europa, & id innuit quoque Arrianus, quum dicit *βωμοὺς ἱδρύσασθαι, ὅθεν τε ἐστάλη ἐκ τῆς Εὐρώπης*, scil. *τινῶν θεῶν*, quos expressit Justinus. Sed & ipse Justinus an non etiam in descensu in Asiam positas aras testatur fuisse? Immo certe, scribens, in extremo isto capite; *Cum delati in continentem essent, Alexander jaculum velut in hostilem terram jecit, armatusque, primus de navi, tripudianti similis, prosiluit; atque ita hostias cædit, precatus, ne se regem illæ terræ invitæ accipiant.* Sic enim transposito verbo *primus* vel legendæ sunt, vel intelligendæ saltem istæ voces, si sententiam Justini salvam & claram volumus. Videmus autem à Justino quoque prodi hostias illic ab Alexandro cæsas: id sine aris fieri non potuit. Indicat ergo Arrianus, ad quorum Deorum aras illæ fuerint cæsæ, atque ita non pugnant hi duo auctores, nec interpretis Vulcanii officium fuit omnia invertere.

πλίαν τὴν αὑτοῦ ἀναθεῖναι ἐς τὸν νεὼν [89], καὶ καθελεῖν ἀντὶ ταύτης τῶν ἱερῶν τινα ὅπλων ἔτι ἐκ τοῦ Τρωικοῦ ἔργου σωζόμενα· καὶ ταῦτα λέγουσιν ὅτι οἱ ὑπασπισταὶ ἔφερον πρὸ αὐτοῦ ἐς τὰς μάχας. Θῦσαι δὲ αὐτὸν καὶ Πριάμῳ ἐπὶ τοῦ βωμοῦ τοῦ Διὸς τοῦ Ἑρκείου λόγος κατέχει, μῆνιν Πριάμου παραιτούμενον τῷ Νεοπτολέμου γένει, ὃ δὴ ἐς αὐτὸν καθῆκεν. Ἀνιόντα δ᾽ αὐτὸν ἐς Ἴλιον Μενοίτιός τε ὁ κυβερνήτης [90] χρυσῷ στεφάνῳ ἐστεφάνωσε, καὶ ἐπὶ τούτῳ Χάρης ὁ Ἀθηναῖος ἐκ Σιγείου ἐλθών, καί τινες ἄλλοι [91], οἱ μὲν Ἕλληνες, οἱ δὲ ἐπιχώριοι. Οἱ δέ, ὅτι καὶ τὸν Ἀχιλλέως ἄρα τάφον ἐστεφάνωσεν· Ἡφαιστίωνα δὲ λέγουσιν, ὅτι τοῦ Πατρόκλου τὸν τάφον ἐστεφάνωσε, καὶ εὐδαιμόνισεν ἄρα (ὡς ὁ λόγος) Ἀλέξανδρος Ἀχιλλέα, ὅτι Ὁμήρου κήρυκος ἐς τὴν ἔπειτα μνήμην ἔτυχε. Καὶ μέντοι καὶ ἦν Ἀλεξάνδρῳ οὐχ ἥκιστα τούτου ἕνεκα εὐδαιμονιστέος Ἀχιλλεύς [92], ὅτι αὐτῷ γε Ἀλεξάνδρῳ οὐ κατὰ τὴν ἄλλην ἐπιτυχίαν τὸ χωρίον τοῦτο ἐκλιπὲς ξυνέβη, οὐδὲ ἐξηνέχθη ἐς ἀνθρώπους τὰ Ἀλεξάνδρου ἔργα ἐπαξίως. Οὔτ᾽ οὖν καταλογάδην, οὔτε τις ἐν μέτρῳ ἐποίησεν, ἀλλ᾽ οὐδὲ ἐν μέλει ᾔσθη Ἀλέξανδρος, ἐν ὅτῳ Ἱέρων τε καὶ Γέλων καὶ Θήρων καὶ πολλοὶ ἄλλοι οὐδέν τι Ἀλεξάνδρῳ ἐπεοικότες. (Ὥστε πολὺ μεῖον γιγνώσκεται) τὰ Ἀλεξάνδρου, ἢ τὰ φαυλότατα τῶν παλαιῶν ἔργων. Ὁπότε καὶ ἡ τῶν μυρίων σὺν Κύρῳ ἄνοδος ἐπὶ βασιλέα Ἀρταξέρξην καὶ τὰ Κλεάρχου τε καὶ τῶν ἅμα αὐτῷ ἁλόντων παθήματα, καὶ ἡ κατάβασις αὐτῶν ἐκείνων, ἣν Ξενοφῶν αὐτοὺς κατήγαγε, πολύ τι ἐπιφανέστερα ἐς ἀνθρώπους Ξενοφῶντος ἕνεκά ἐστιν, ἢ Ἀλέξανδρός τε καὶ τὰ Ἀλεξάνδρου ἔργα. Καίτοιγε Ἀλέξανδρος οὔτε ξὺν ἄλλῳ ἐστράτευσεν, οὔτε φεύγων μέγαν βασιλέα τοὺς τῇ καθόδῳ τῇ ἐπὶ τὴν θάλατταν ἐμποδὼν γιγνομένους [93] ἐκράτησεν

leret, in ejus templo fixis, sumpsisse eorum loco sacra quædam arma, quæ ex Trojano bello adhuc salva erant: quæ quidem arma scutatos ante ipsum in prælium gestare solitos narrant. Sacrificasse etiam eum Priamo ad Jovis Hercii aram fama tenet, ut Priami iram adversus Neoptolemi progeniem, quæ ad ipsum pertinebat, deprecaretur. Porro Alexandro Ilium con- 12 scendenti Menœtius gubernator auream coronam imposuit: post hunc Chares Atheniensis, qui ex Sigeo venerat, atque alii nonnulli, partim Græci, partim indigenæ. Sunt qui eum etiam Achillis tumulum coronasse, Hephæstionem vero Patrocli dicant: & felicem quidem, ut rumor est, nominavit Achillem Alexander, quod Homerum præconem ad perpetuandam suam memoriam nactus esset. Neque vero immerito hac de causâ Alexandro felix censendus Achilles visus est: quum hanc unam particulam ad cumulum felicitatis ei defuisse contigerit. Neque enim ejus gesta pro dignitate memoriæ prodita sunt, neque quisquam ea aut solutâ oratione aut versu conscripsit, aut lyrico carmine cecinit, quemadmodum Hieronis, Gelonis, Theronis, aliorumque multorum qui Alexandro nullâ ratione comparandi sunt. Quo factum est, ut minus notæ sint Alexandri res præclare gestæ, quam alia vetera minutissima facta. Siquidem illa decem millium cum Cyro adversus Artaxerxem expeditio, & Clearchi atque eorum qui cum eo capti fuerunt clades, & eorundem Xenophonte duce reditus, illustriora apud homines Xenophontis operâ sunt effecta, quam aut Alexander aut ejus res gestæ. Cæterum Alexander neque alterius cujuspiam exercitum ad suum conjunxit, neque Persarum regem fugiens, descensu ad mare impeditos

89 Εἰς τὸν ναόν] MS. Optimus cum altero τὸν ναόν.

90 Μενοίτιός τε ὁ κυβερνήτης.] Redit ad filum narrationis, quam ipse ut magis veram simplicemque probavit: alioquin sibi obloqueretur, quum supra dixerit ipsum gubernasse à quibusdam tradi. Etsi ego non possim colligere id ipsum ab Arriano non agnitum fuisse pro vero, & velle nunc Menœtium quendam ut gubernatorem historiæ inserere. Cur enim quoque non dixit, quid muneris possederit ille Chares? sed indicat eum à patria ὁ Ἀθηναῖος. Ego nullus dubito, quin id quoque fecerit in hoc Menœtio. Deinde si nunc gubernator fuit Menœtius, unde tantum de eo in sequentibus silentium? & cur Onesicritus illi successor datus? Nihil sane variant MSSti, unde nec nobis tentare aliquid in animo est, etsi non desit, quod magis placeat; sed multa nobis ignorata potuerunt huc intervenisse. Facius indecenter *regiæ classis dux*.

91 Καί τινες ἄλλοι] Quemadmodum in hoc loco gerant sese Codices MSS. quid nobis de iis videatur, & quomodo hic locus sit supplendus, enarravimus in fine Supplementorum nostrorum, ipsum Arrianum ex iis sanare non dubitantes.

92 Ἦν Ἀλεξάνδρῳ οὐχ ἥκιστα τούτου ἕνεκα εὐδαιμονιστέος Ἀχιλλεύς] Inspiciamus hic animum nuperi editoris, quem nunc patefacit, & ejus inspiciendi copiam dat, dum pronunciat nihil animo ipsius verius hac emendatione εὐδαιμονέστερος. Primum nescio an non id furtive clepserit ex versione Facii ista, *fuit haud dubie Alexandro non parum fortunatior Achilles ob eam rem existimandus*: certe eandem sententiam vides. Deinde ut dixi, ad animum ejus inspiciendum veniamus, sicciorem creta & plenum inficetiis scilicet, immo in vera Græci sermonis notitia agrestem scabrumque. Quid enim? si omnia jam concedamus, an Græcus dicet εὐδαιμονέστερος Ἀλεξάνδρου, ut Latini *felicior Alexandro*, idque Arriano impingemus, & non εὐδαιμονέστερος Ἀλεξάνδρῳ? Ne multa. Sermo est absurdus. Vulgatam scripturam tuentur quoque omnes vetusti codices. Hanc dissertatiunculam Arriani opportune videtur captavisse Julianus Orat. II ἀλλ' εἴτι τῶν ἀληθῶς τὸ Ὁμηρικόν, οὐκ ἀπέσβεσε τὰ κατορθώματα καὶ πολλῷ πλείω, ἢ τὰ τοῦ Μακεδόνος ἔργα. Postea ex chirographo Vulcanii mutavimus interpretationem, quæ ut responderet Græcis, adscripsit in ora idem Vulcanius ἴσως pro vocabulo χωρίον legi debere μοῖραν. Sed sine causa.

93 Τοὺς τῇ καθόδῳ τῇ ἐπὶ τὴν θάλασσαν ἐμποδὼν γιγνομένους] Vulcanius, *descensu ad mare impeditos*. Immo

τινων· ἀλλ' οὐκ ἔστιν ὅστις ἄλλος εἷς ἀνὴρ τοσαῦτα ἢ τηλικαῦτα ἔργα κατὰ πλῆθος ἢ μέγεθος ἐν Ἕλλησιν ἢ βαρβάροις ἀπεδείξατο. Ἔνθεν καὶ αὐτὸς ὁρμηθῆναί φημι ἐς τήνδε τὴν ξυγγραφήν, οὐκ ἀπαξιώσας ἐμαυτὸν φανερὰ καταστήσειν ἐς ἀνθρώπους τὰ Ἀλεξάνδρου ἔργα. Ὅστις δὲ ὢν ταῦτα ὑπὲρ ἐμαυτοῦ γιγνώσκω, τὸ μὲν ὄνομα οὐδὲν δέομαι ἀναγράψαι (οὐδὲ γὰρ οὐδὲ ἄγνωστον ἐς ἀνθρώπους ἐστὶν) οὐδὲ πατρίδα, ἥτις μοί ἐστιν, οὐδὲ τὸ γένος τὸ ἐμὸν, οὐδὲ εἰ δή τινα ἀρχὴν ἐν τῇ ἐμαυτοῦ ἦρξα· ἀλλ' ἐκεῖνο ἀναγράφω, ὅτι ἐμοὶ πατρίς τε καὶ γένος καὶ ἀρχαὶ, οἵδε οἱ λόγοι εἰσί τε καὶ ἀπὸ νέου ἔτι ἐγένοντο[94]. Καὶ ἐπὶ τῷ-

tos vicit: neque quisquam est mortalium qui solus tam præclara & numero & magnitudine aut inter Græcos aut inter barbaros facinora ediderit. Atque hac quidem de causâ me ad hanc historiam conscribendam impulsum fuisse profiteor, non indignum me censens per quem Alexandri res gestæ apud homines notæ celebresque efficerentur. Quisquis vero sim qui ita de me sentiam, nomen quidem adscribere nihil attinet (neque enim obscurum illud inter mortales est) sed nec patriam nec genus meum, neque an aliquem in civitate meâ magistratum gesserim. Illud dixisse satis fuerit, mihi nec patriæ nec generis nec honorum ornamenta deesse, literas vero à puero semper

descensum ad mare impedientes, qui obstiterant descensui. Alio modo id declarat lib. 11 cap. 7 ἔθνη ὅσα αὐτόνομα εἰς τὸν Εὔξεινον πόντον καθ' ὁδὸν σφίσιν ἐγένετο, κωλύοντες αὐτὸν. Recte etiam intellexerat Facius: *qui obstabant, quo minus in maritimam regionem descenderet.*

94 Ὅτι ἐμοὶ πατρίς τε καὶ γένος καὶ ἀρχαὶ οἵδε οἱ λόγοι εἰσί τε καὶ ἀπὸ νέου ἐγένοντο] An locus hic vel plene explicandus sit, vel etiam attingi debeat, vix scio: adeo hæc ætas aut intelligere eum detrectabit, aut nihil nisi deridebit, more priorum sæculorum, quando semper sub hirsutis hujusmodi maxillis depressa & vexata ingemuisse ingenia discimus. Etenim multos quidem honore literarum enituisse accepimus, multos etiam easdem literas meritis ac pulcherrimis passim decorare præconiis legimus; sed nullum id æque præstitisse & istam πανσπερμίαν plenissimam omnis voluptatis adeo justis laudibus & gratibus prosequutum esse, ac nunc facit Arrianus, profiteri ausim. Et vide tamen, quam supina & degeneri versione tam nobile testimonium obscuretur: *mihi nec patriæ, nec generis, nec honorum ornamenta deesse, literas vero à puero semper cordi fuisse.* Non secus ac si calor auctoris nostri nive & febre Attica ab interprete conspuendus ac sopiendus esset. Non equidem nego Arrianum his omnibus censeri potuisse, nego id Arrianum nunc dicere: nego quidquam ejus magnificentiæ per hæc Latina exprimi, quam animo conceperat eminentissimus hic auctor. Vertendum enim: *Illud dixisse satis fuerit mihi & patriam, & genus, & dignitates hæc studia esse & jam à juventute fuisse.* Hoc est, quantum alii ob patriam, genus, dignitatesve gloriantur, & fatua adulatione sese ipsi prosequuntur; non minus ego, quanquam istis omnibus me conditio mea satis ornaverit, me amo non propter illa fortuita partim, partim futilia, sed propter sola mea studia; præque iis omnia alia ista & contemno & contempsi semper. Nulla verba, quibus Arriani amor literarum elatius exprimi, aut bonis ac merito illis sacris appellatis artibus major gloria & illis qui easdem colunt, robustius solatium dari poterat. Quid enim aliud hæc ipsa, quam vivum firmumque exemplum præferunt ejus, quod magnus ille Tullius in illo glorioso studiorum principatu nonnisi timide proferre sustinebat, & fortasse recte dicere eam vitam multos doctos homines reipublicæ præponendam putavisse; sed alibi rursus Attico professus se malle in ejus sedecula, quam habebat sub imagine Aristotelis, sedere, quam in istorum sella curuli? Quid aliud quam manifesta quædam testatio, quantis partibus sincerus ille literarum usus & delectatio omnibus illorum, qui se in paganis illis & obæratis Ulubris celsos Rhamnes vocant, Bajis & voluptatibus anteponi debeat? Quid aliud inculcant, nisi non patriam, quam complures mentiti sunt; non genus, quod etiam ambitiosi multi, quum esset sordidum, ejurarunt & falso se inseruerunt; non dignitates & honores magistratusque, quæ tantis tamque pestiferis lenociniis petuntur, pro quibus adeo temere & improbe impieque tam multa tentantur, verum omnia ab hominibus inhumanis, sed unum illud tranquillum in musis ocium vere pro insulis esse, ut scribebat Lucilio suo Annæus? Sic non consulem modo, sed & reges literas sibi regno cariores dixisse audimus. Sic Libanium noluisse præfectum palatii fieri, quum sophistam illo majorem esse præfaretur. Sic repudiatus Antistio Labeoni consulatus ab Augusto oblatus, quum mallet studiis operam dare honore non suscepto. Quid suavissimus ille ἐν ποικίλῃ ἱστορίᾳ Ælianus? Is ergo quam magnifica esse existimat illa omnia διαλεχθῶσι περὶ εἰσφορᾶς χρημάτων, ὑπὲρ τριήρων, ὑπὲρ ναυτικῶν χρεῶν, ὑπὲρ πληρωμάτων, ὑπὲρ τῶν ἐν Λέσβῳ, ὑπὲρ φόρου τῶν συμμάχων, ὑπὲρ τῶν κοινῶν, illa inquam omnia, inquibus teritur solida istorum curialium vita & omnes eorum consessus? nempe putum putum φλήναφον lib. 11 cap. 10. Et ut hic universæ antiquitatis conscientiam in idem testimonium congruere videamus, libet advocare quod in ore frequens habebat, proverbium, quo dicebatur ἀφ' ἵππων ἐπ' ὄνους, sic expositum ab Zenobio. Τὴν παροιμίαν ταύτην ἐρῶμεν ἐπὶ τῶν ἀπὸ σεμνοτέρων ἐπὶ τὰ ἀτιμότερα ἰόντων. Οἷον ἀπὸ γραμματικοῦ ἐπὶ πραγματικὰ, ἢ εἰς ἄλλο τι τῶν ἀτιμοτάτων, sic interpretante Schotto, *Proverbium usurpatur, cum quis ab honestis ad indigniora prolabitur, ut qui ex Grammatico mechanicus evadit vel indignius quid aggreditur.* Eam interpretationem concinnavit ille ex paraphrasi Chiliastæ vel parœmiographi, quibus appellationibus solet ille dignari magnum nostratem Desiderium, qui sic habet, *Ubi quis à studiis honestioribus ad parum honesta deflectit, veluti si quis è philosopho cantor, è theologo grammaticus, è mercatore caupo, ex œconomo coquus, è fabro fiet histrio. Quadrabit item, ubi quis è conditione lautiore ad abjectiora devenerit.* Quam sane paraphrasin & animo auctoris & temporis infelicitati, quo vixit, condonamus: cautior debuit esse pater Andreas, cujus tempore splendebat magis Græca Romanaque eruditio, ubi notum est nunquam πραγματικὰ vocata esse τὰ μηχανικὰ, maxime τῶν χειροτεχνῶν, sed ea ipsa, quæ alias πολιτικὰ dicuntur. Itaque sive Zenobius auctor est ejus paraphraseos, sive is ex aliis antiquioribus Græcis collegit, certe ipse is statuit illum ab equis ad asinos transire, qui relicta vita studiis dedita ac vere liquida vocari se patitur in curtæ municipalis fæcem, ut loquutus est Varro περὶ ἀρχαιρεσιῶν. Sic Demonax ille, quem quomodo describit Lucianus? nempe quum esset οὐ τῶν ἀφανῶν, ὅσα ἐς ἀξίωμα πολιτικὸν καὶ κτῆσιν, ἀλλὰ πάντων τούτων ὑπεράνω γενόμενος, καὶ ἀξιώσας ἑαυτὸν τῶν καλλίστων, ὑπ' οἰκείας πρὸς τὰ καλὰ ὁρμῆς, καὶ ἐμφύτου πρὸς φιλοσοφίαν ἔρωτος ἐκ παίδων εὐθὺς κινηθείς, ὑπερεῖδε μὲν τῶν ἀνθρωπείων ἀγαθῶν ἁπάντων, ὅλον δὲ παραδοὺς ἑαυτὸν ἐλευθερίᾳ καὶ παρρησίᾳ διετέλεσε. Nemo tamen Arriano conspectior, qui teste Photio & εἰς τὸ τῶν ὑπάτων ἀνελθὼν τέλος post alias πολιτικὰς ἀρχὰς & fructu illo usus, pro omnibus illis tantum sibi præstare literas fatetur. Denique hunc ipsum locum esse censeo, quem

τάδε οὐκ ἀπαξιῶ ἐμαυτὸν τῶν πρώτων τῶν ἐν τῇ φωνῇ τῇ Ἑλλάδι, εἴπερ καὶ Ἀλέξανδρος τῶν ἐν τοῖς ὅπλοις. Ἐξ Ἰλίου δὲ ἐς Ἀρίσβην ἧκεν, οὗ πᾶσα ἡ δύναμις αὐτῷ διαβεβηκυῖα τὸν Ἑλλήσποντον ἐστρατοπεδεύκει. Καὶ τῇ ὑστεραίᾳ ἐς Περκώτην, τῇ δὲ ἄλλῃ Λάμψακον παραμείψας, πρὸς τῷ Πρακτίῳ ποταμῷ[95] ἐστρατοπέδευσεν,

per cordi fuisse: propterea non indignum me judicaverim, qui inter primos Græcæ linguæ scriptores, ut Alexander inter eos qui in re militari præstiterunt, collocer. Alexander itaque ex Ilio ad Arisben movit, quo in loco universus exercitus trajecto Hellesponto castra fixerat. Postridie Percoten, deinde Lampsacon prætergressus, ad Pra-

quem in mente habuit Lucianus, quum scriberet in Pseudomanti: *Ἀρριανὸς ὁ τοῦ Ἐπικτήτου μαθητὴς, ἀνὴρ Ῥωμαίων ἐν τοῖς πρώτοις καὶ παιδείᾳ παρ' ὅλον τὸν βίον συγγενόμενος.* Addendus Tacitus XII ann. *Provincia Germania superior, triumphalia ornamenta inde parta Pomponio, parva pars famæ apud posteros, in quis carminum gloria præcellit.* Et agnovit hanc istorum verborum dotem librarius, cujus manu optimus Florentiæ codex descriptus est, qui ad oram libri hæc adscripsit, digna, quæ per typos quoque vulgentur: *εὖγε σοι γένοιτο ἀμαρτεῖν τῶν ἀλλοτρίων κομψότερος!* Sed & recte, certe simplicius nunc video Facium dedisse: *mihi patriam, familiam, magistratus, literas ac bonas artes esse, & à puero semper fuisse.* Dubie tamen; nam ut patria & familia à pueroilli fuerunt, sic videri quoque poterit dicere sibi magistratus & literas semper fuisse. Propter hæc quum depeream Arrianum, non minus desideravi hanc ejus sententiam in clara luce poni, quum ut fatear quod res est, veritus semper fui, sequentia ejus in fascinum ventura, immo miratus, qui contigisset, ut nullus etiamnum ista contrectaverit, quæ profecto superbiora fiunt per interpretationem Vulcanii, *præterea me non immerito inter primos Græcæ linguæ scriptores ut Alexandrum inter eos q. i. r. m. p. censendum*, quæ nunc mutavimus ex ejus chirographo. Hinc igitur infert plagam maximo viro minimus quidam philautiæ vertiginem & phantasmatum illusiones in Arriano arguens, quod dum istorum memoriam transmitteret ad posteros, tam censuerit inter primos se scriptores, quam censendus esset inter duces Alexander. At o boni! ubi aliquid de scriptoribus? an Arrianus inter primos *scriptores* se refert? An Herodoto, Thucydidi paribusque se æquat? Imo ille dicit, quia ab juventute semper mihi curæ fuerunt literæ, ideo non dedignor me inter primos (scilicet qui hodie vivunt & ea utuntur) in ejus linguæ usu, sicut Alexander in usu armorum. Sed & deinde quum in Latinis *τὸ præterea* non responderet Græcis *ἐπὶ τῷδε*, id mutavi, ut vides.

95 *Πρὸς τῷ Πρακτίῳ ποταμῷ*] Primo hictemerariam itineris designationem oberusit in Supplementis Freinshemius. Nam quum Arrianus secundo demum die post adsumptam *πάσας δυνάμεις* dicat Alexandrum præteriisse Lampsacum, iste imprudenter & vitiose: *Postero die præter Percoten & Lampsacon ad Practium flumen contendit*: quum inter Percoten & flumen illud intersit ex Arriani supputatione diurnum iter. Deinde quum nunc plane scripserit idem Freinshemius *ad Practium flumen*, & in margine præter hunc locum Arriani apponat Strabonem lib. XIII, quum idem in indice Curtiano *Practius. apud Arrianum 1, 5, 16 Πρακτίων scribunt vitiose*: quum Holstenius in Annotationibus in Ortelium pag. 157 notaverit *apud Arrianum lib. 1 male Πρακτίων scribitur*, & pag. 158 *Legendum Πράκτιον*, repetitque ad Stephanum in Γρηνικ; an nobis ita imponet nuperus ille furcifer, ut ab ipso excogitata fuisse credamus, quæ huc allevit? Non magis sane, quam quum statim dicit *legendum puto Πρακτίου*, quod ex iisdem Freinshemii locis sublegit, ut & quæ de Arsame & Rheomithre & verbo *κινδυνεύειν* & *κίνδυνος* (vide modo in indice Curt. *Memnon*) sequuntur. Sed relinquamus malo genio infelicem. Fabrettus ad Columnn. Trajan. pag. 311 retinet versionem Vulcanii, nisi quod Practium & omisso *Pontum*. Videamus an bene Practium huic loco inculcent. Eum stabiliunt ex Strabone. Et Strabo eum ponit inter Abydum & Lampsacum. At vero Arrianus negat inter Abydum & Lampsacum nunc esse Alexandrum, quum is hanc jam *παραμείψας*; ab altero Lampsaci latere est, non versus Abydum (hinc enim venerat, & ibi est Percote ac Arisbe) sed versus Parium & Priapum ad septentrionem. Quare fieri non potest, ut situs, quem Strabo illi Practio adsignat, nuda allegatio emendationem hanc in Arriano corroboret: sed plane perimat & pro vana contemnat. Accedit ipsa descriptio Arriani, dicentis eum exire in mare, quod est inter Hellespontum & Pontum, hoc est, Propontida. (nec enim satisfacit versio Vulcanii.) At quum multi Lampsacum statuant urbem in Hellesponto; tum alii *ἐν Προποντίδι*, ut ait Ptolomæus & Stephanus: ut sane jam non parvo spatio ultra Lampsacum & finem Hellesponti exonerare se is fluvius debuerit. Potius huc congruunt alia verba Strabonis eod. lib. pag. 589. *Ἐν δὲ τῇ μεταξὺ Λαμψάκου καὶ Παρίου* (hoc est ipsum Arriani *παραμείψαντι Λάμψακον*) *Παισὸς ἦν πόλις καὶ ποταμός. κατέσπασται δὲ ἡ πόλις* * *καὶ ὁ ποταμὸς νῦν οὕτω καλεῖται.* In Ptolomæo hic repositæ sunt *Γρανίκου ποταμοῦ ἐκβολαί*. Sed illæ sunt propius Cyzicum; & quum Priapus urbs inde excidit, tum in MS. Abbatiæ Florentinæ vetustissimo legitur *Γραικὸν*. Sed id vocabulum discedit longius ab constanti MSStorum lectione, & haud dubie verus est Practius, sed quod ex notis interpretum & Supplementis Freinshemii plane non intelligas. Non enim jam statuitur ab Arriano Alexander ultra Lampsacum recta progrediens per litora, sed quum hanc urbem præterisset, relicto mari, prope quod huc usque tenuerat, deflectens in mediterranea, videtur occurrisse Practio, qui fluvius etsi inter Abydum & Lampsacum exeat in mare, ita tamen errat, ut flexus ejus proficiscentibus ultra Lampsacon versus Colonas sit transeundus. Mirifice improba est descriptio Freinshemii, *quod ex Idæis montibus ortum, Lampsacenum Abydenumque agrum interfluit, deinde paulisper ad Septentrionem flexum in Propontidem exit.* Ubi enim erat ille ager? nonne proxime mare, in quod exibat? Certe, & propterea non fluxu prope fontem divisit eum, & tunc ad Septentrionem vadens, sed ipso admodum ostio. Strabo quum illum ponit inter Lampsacum & Abydum, id facit solo respectu ostii & fluxus prope ostium & litus, non respiciens mediterranea. Videlicet Idæos montes concipit non satis extensos, quasi ex iis prodire flumen & exire in Propontidem non posset, nisi procurreret versus Septentrionem, quum clare noscamus ex Strabone pedem ejus pertinere Zeleiam usque Cyziceni agri, ut haud dubie ab Septentrione veniens & versus meridiem progressus inter Abydum & Lampsacum exeat, & sic necessario eum transire debuerit illic Alexander ab boreali latere Lampsaci proficiscens. Similiter sequentia corrupit immutando idem insignis vir, scribens. *Inde Hermotum prætergressus rex, ad Colonas duxit.* Inspice Arrianum modo, & plane contraria deprehendes: nam Colonas prætergressus, Hermotum venit. Sed Hermotum hoc non agnoscit Holstenius, & pro eo, quod nauci non esse dicit, reponit *Γέργιθα*; additque *sane situs inter Practium fluvium & Colonas exacte congruit.* Sic ille. Ubi vides eundem ab illo committi errorem, quem in Freinshemio notavimus. Non enim inter Practium fluvium & Colonas nunc esse Alexandrum dicit auctor, sed Colonas statuens inter Practium & Hermotum, jam ultra Colonas venisse Hermotum scribit. Itaque simul & emendatio ista corruit. Non enim hic locus, ubi nunc est Alexander, est in agro Lam-

τινων· ἀλλ' οὐκ ἔστιν ὅστις ἄλλος εἷς ἀνὴρ τοσαῦτα ἢ τηλικαῦτα ἔργα κατὰ πλῆθος ἢ μέγεθος ἐν Ἕλλησιν ἢ βαρβάροις ἀπεδείξατο. Ἔνθεν καὶ αὐτὸς ὁρμηθῆναί φημι ἐς τήνδε τὴν ξυγγραφὴν, οὐκ ἀπαξιώσας ἐμαυτὸν φανερὰ καταστήσειν ἐς ἀνθρώπους τὰ Ἀλεξάνδρου ἔργα. Ὅστις δὲ ὢν ταῦτα ὑπὲρ ἐμαυτοῦ γιγνώσκω, τὸ μὲν ὄνομα οὐδὲν δέομαι ἀναγράψαι (οὐδὲ γὰρ οὐδὲ ἄγνωστον ἐς ἀνθρώπους ἐστὶν) οὐδὲ πατρίδα, ἥτις μοι ἐστὶν, οὐδὲ τὸ γένος τὸ ἐμὸν, οὐδὲ εἰ δή τινα ἀρχὴν ἐν τῇ ἐμαυτοῦ ἦρξα· ἀλλ' ἐκεῖνο ἀναγράφω, ὅτι ἐμοὶ πατρίς τε καὶ γένος καὶ ἀρχαὶ, οἵδε οἱ λόγοι εἰσί τε καὶ ἀπὸ νέου ἔτι ἐγένοντο[94]. Καὶ ἐπὶ τῷ-

tos vicit : neque quisquam est mortalium qui solus tam præclara & numero & magnitudine aut inter Græcos aut inter barbaros facinora ediderit. Atque hac quidem de causâ me ad hanc historiam conscribendam impulsum fuisse profiteor, non indignum me censens per quem Alexandri res gestæ apud homines notæ celebresque efficerentur. Quisquis vero sim qui ita de me sentiam, nomen quidem adscribere nihil attinet (neque enim obscurum illud inter mortales est) sed nec patriam nec genus meum, neque an aliquem in civitate meâ magistratum gesserim. Illud dixisse satis fuerit, mihi nec patriæ nec generis nec honorum ornamenta deesse, literas vero à puero semper

descensum ad mare impedientes, qui obstiterant descensui. Alio modo id declarat lib. 11 cap. 7 *ἔθνη ὅσα κατεῖργον εἰς τὸν Εὔξεινον πόντον καθ' ὁδὸν σφίσιν ἰοῦσιν, ἐκεῖνας ἀπέλλει*. Recte etiam intellexerat Facius: *qui obstabant, quo minus in maritimam regionem descenderet.*

94 *Ὅτι ἐμοὶ πατρίς τε καὶ γένος καὶ ἀρχαὶ οἵδε οἱ λόγοι εἰσί τε καὶ ἀπὸ νέου ἐγένοντο*] An locus hic vel plene explicandus sit, vel etiam attingi debeat, vix scio: adeo hæc ætas aut intelligere eum detrectabit, aut nihil nisi deridebit, more priorum sæculorum, quando semper sub hirsutis hujusmodi maxillis depressa & vexata ingemuisse ingenia discimus. Etenim multos quidem honore literarum enituisse accepimus, multos etiam easdem literas meritis ac pulcherrimis passim decorare præconiis legimus; sed nullum id æque præstitisse & istam *παντοτερπίαν* plenissimam omnis voluptatis adeo justis laudibus & gratibus prosequutum esse, ac nunc facit Arrianus, profiteri ausim. Et vide tamen, quam supina & degeneri versione tam nobile testimonium obscuretur: *mihi nec patriæ, nec generis, nec honorum ornamenta deesse, literas vero à puero semper cordi fuisse.* Non secus ac si calor auctoris nostri nive & febre Attica ab interprete conspuendus ac sopiendus esset. Non equidem nego Arrianum his omnibus censeri potuisse, nego id Arrianum nunc dicere: nego quidquam ejus magnificentiæ per hæc Latina exprimi, quam animo conceperat eminentissimus hic auctor. Vertendum enim: *Illud dixisse satis fuerit mihi & patriam, & genus, & dignitates hæc studia esse & jam à juventute fuisse.* Hoc est, quantum alii ob patriam, genus, dignitatesve gloriantur, & fatua adulatione sese ipsi prosequuntur; non minus ego, quanquam istis omnibus me conditio mea satis ornaverit, me amo non propter illa fortuita partim, partim futilia, sed propter sola mea studia; præque iis omnia alia ista & contemno & contempsi semper. Nulla verba, quibus Arriani amor literarum clarius exprimi, aut bonis ac merito illis sacris appellatis artibus major gloria & illis qui easdem colunt, robustius solatium dari poterat. Quid enim aliud hæc ipsa, quam vivum firmumque exemplum præferunt ejus, quod magnus ille Tullius in illo glorioso studiorum principatu nonnisi timide proferre sustinebat, & fortasse recte dicere eam vitam multos doctos homines reipublicæ præponendam putavisse; sed alibi rursus Attico professus se malle in ejus sedecula, quam habebat sub imagine Aristotelis, sedere, quam in istorum sella curuli? Quid aliud quam manifesta quædam testatio, quantis partibus sincerus ille literarum usus & delectatio omnibus illorum, qui se in paganis illis & obæratis Ulubris celsos Rhamnes vocant, Bajis & voluptatibus anteponi debeat? Quid aliud inculcant, nisi non patriam, quam complures mentiti sunt; non genus, quod etiam ambitiosi multi, quum esset sordidum, ejurarunt & falso se inseruerunt; non dignitates & honores magistratusque, quæ tantis tamque pestiferis lenociniis petuntur, pro quibus adeo temere & improbe impieque tam multa tentantur, verum omnia ab hominibus inhumanis, sed unum illud tranquillum in musis otium vere pro insulis esse, ut scribebat Lucilio suo Annæus? Sic non consulem modo, sed & reges literas sibi regno cariores dixisse audimus. Sic Libanium noluisse præfectum palatii fieri, quum sophistam illo majorem esse præfatetur. Sic repudiatus Antistio Labeoni consulatus ab Augusto oblatus, quum mallet studiis operam dare honore non suscepto. Quid suavissimus ille ὁ ποικίλης ἱστορίας Ælianus? Is ergo quam magnifica esse existimat illa omnia διαλεγόμενοι περὶ ψήφων χρημάτων, ὑπὲρ τριήρων, ὑπὲρ ναυτικῶν χρεῶν, ὑπὲρ πληρωμάτων, ὑπὲρ τοῦ δεῖν βοηθεῖν, ὑπὲρ φόρου τοῦ τῶν συμμάχων, ὑπὲρ τῶν τειχῶν, illa inquam omnia, in quibus teritur solida istorum curialium vita & omnes eorum consessus? nempe purum putum φληνάφον lib. 11 cap. 10. Et ut hic universæ antiquitatis conscientiam in idem testimonium congruere videamus, libet advocare quod in ore frequens habebat, proverbium, quo dicebatur ἀφ' ἵππων ἐπ' ὄνους, sic expositum ab Zenobio. *Τὴν παροιμίαν ταύτην ἔφασαν ἐπὶ τῶν ἀπὸ σεμνοῦ ἐπὶ τὰ ἄσημα ἰόντων. Οἷον ἀπὸ γραμματικοῦ ἐπὶ πραγματικὰ, ἢ εἰς ἄλλο τι τῶν ἀτιμοτάτων*, sic interpretante Schotto, *Proverbium usurpatur, cum quis ab honestis ad indigniora prolabitur, ut qui ex Grammatico mechanicus evadit vel indignius quid aggreditur.* Eam interpretationem concinnavit ille ex paraphrasi Chiliastæ vel parœmiographi, quibus appellationibus solet ille dignari magnum nostratem Desiderium, qui sic habet, *Ubi quis à studiis honestioribus ad parum honesta deflectit, veluti si quis è philosopho cantor, è theologo grammaticus, è mercatore caupo, ex œconomo coquus, è fabro fiet histrio. Quadrabit item, ubi quis è conditione lautiore ad abjectiora devenerit.* Quam sane paraphrasin & animo auctoris & temporis infelicitati, quo vixit, condonamus: cautior debuit esse pater Andreas, cujus tempore splendebat magis Græca Romanaque eruditio, ubi notum est nunquam πραγματικὰ vocata esse τὰ μηχανικὰ, maxime τῶν χειρωνακτῶν, sed ea ipsa, quæ alias πολιτικὰ dicuntur. Itaque sive Zenobius auctor est ejus paraphraseos, sive is ex aliis antiquioribus Græcis collegit, certe ipse is statuit illum ab equis ad asinos transire, qui relicta vita studiis dedita ac vere liquida vocari se patitur in curtæ municipalis fæcem, ut loquutus est Varro περὶ ἀρχαιρεσιῶν. Sic Demonax ille, quem quomodo describit Lucianus? nempe quum esset οὐ τῶν ἀφανῶν, ὅσα εἰς ἀξίωμα πολιτικὸν καὶ κτῆσιν, ἀλλὰ πάντων τούτων ὑπεράνω γενόμενος, καὶ ἀξιώσας ἑαυτὸν τοῦ καλλίστου, ὑπ' οἰκείας πρὸς τὰ καλὰ ὁρμῆς, καὶ ἐμφύτου πρὸς φιλοσοφίαν ἔρωτος ἐκ παίδων εὐθὺς κινηθεὶς, ὑπεριδὼν μὲν τῶν ἀνθρωπίνων ἀγαθῶν ἁπάντων, ὅλον δὲ παραδοὺς ἑαυτὸν ἐλευθερίᾳ καὶ παρρησίᾳ διετέλεσεν. Nemo tamen Arriano conspectior, qui teste Photio & ὡς τὸ τῶν ἐπαίνων ἀνάγκας τίθεις post alias πολιτικὰς ἀρχὰς & fructu illo usus, pro omnibus illis tantum sibi præstare literas fatetur. Denique hunc ipsum locum esse censeo,

quem

τοῖσδε οὐκ ἀπαξιῶ ἐμαυτὸν τῶν πρώτων τῶν ἐν τῇ φωνῇ τῇ Ἑλλάδι, εἴπερ οὖν καὶ Ἀλέξανδρος τῶν ἐν τοῖς ὅπλοις. Ἐξ Ἰλίου δὲ ἐς Ἀρίσβην ἧκεν, οὗ πᾶσα ἡ δύναμις αὐτῷ διαβεβηκυῖα τὸν Ἑλλήσποντον ἐστρατοπεδεύκει. Καὶ τῇ ὑστεραίᾳ ἐς Περκώτην, τῇ δὲ ἄλλῃ Λάμψακον παραμείψας, πρὸς τῷ Πρακτίῳ ποταμῷ[95] ἐστρατοπέδευσεν,

per cordi fuisse: propterea non indignum me judicaverim, qui inter primos Græcæ linguæ scriptores, ut Alexander inter eos qui in re militari præstiterunt, collocer. Alexander itaque ex Ilio ad Arisben movit, quo in loco universus exercitus trajecto Hellesponto castra fixerat. Postridie Percoten, deinde Lampsacon prætergressus, ad Pra-

quem in mente habuit Lucianus, quum scriberet in Pseudomanti: Ἀῤῥιανὸς ὁ τοῦ Ἐπικτήτου μαθητὴς, ἀνὴρ Ῥωμαίων ἐν τοῖς πρώτοις καὶ παιδείᾳ παρ' ὅλον τὸν βίον συγγενόμενος. Addendus Tacitus XII ann. *Provincia Germania superior, triumphalia ornamenta inde parta Pomponio, parva pars famæ apud posteros, in quis carminum gloria præcellit.* Et agnovit hanc istorum verborum dotem librarius, cujus manu optimus Florentiæ codex descriptus est, qui ad oram libri hæc adscripsit, digna, quæ per typos quoque vulgentur: εὖγε σοι γένοιτο ἀμαρτὶ τῶν ἀληθῶς κινδυνεύσετες! Sed & recte, certe simplicius nunc video Facium dedisse: *mihi patriam, familiam, magistratus, literas ac bonas artes esse, & à puero semper fuisse.* Dubie tamen; nam ut patria & familia à puero illi fuerunt, sic videri quoque poterit dicere sibi magistratus & literas semper fuisse. Propter hæc quum depeream Arrianum, non minus desideravi hanc ejus sententiam in clara luce poni, quum ut fatear quod res est, veritus semper fui, sequentia ejus in fascinum ventura, immo miratus, qui contigisset, ut nullus etiamnum ista contrectaverit, quæ profecto superbiora fiunt per interpretationem Vulcanii, *præterea me non immerito inter primos Græcæ linguæ scriptores ut Alexandrum inter eos q. i. r. m. p. censendum*, quæ nunc mutavimus ex ejus chirographo. Hinc igitur infert plagam maximo viro minimus quidam philautiæ vertiginem & phantasmatum illusiones in Arriano arguens, quod dum istorum memoriam transmitteret ad posteros, tam censuerit inter primos se scriptores, quam censendus esset inter duces Alexander. At o boni! ubi aliquid de scriptoribus? an Arrianus inter primos *scriptores* se refert? An Herodoto, Thucydidi paribusque se æquat? Imo ille dicit, quia ab juventute semper mihi curæ fuerunt literæ, ideo non dedignor me inter primos (scilicet qui hodie vivunt & ea utuntur) in ejus linguæ usu, sicut Alexander in usu armorum. Sed & deinde quum in Latinis τὸ *præterea* non responderet Græcis ἐπὶ τοῖσδε, id mutavi, ut vides.

95 Πρὸς τῷ Πρακτίῳ ποταμῷ] Primo hic temerariam itineris designationem obtrusit in Supplementis Freinshemius. Nam quum Arrianus secundo demum die post adsumptam πάσαν δύναμιν dicat Alexandrum præteriisse Lampsacum, iste imprudenter & vitiose: *Postero die præter Percoten & Lampsacum ad Practium flumen contendit*: quum inter Percoten & flumen illud intersit ex Arriani supputatione diurnum iter. Deinde quum nunc plane scripserit idem Freinshemius *ad Practium flumen*, & in margine præter hunc locum Arriani apponat Strabonem lib. XIII, quum idem in indice Curtiano *Practius. apud Arrianum* 1, 5, 16 *Πρακτίου scribunt vitiose*: quum Holstenius in Annotationibus in Ortelium pag. 157 notaverit *apud Arrianum lib. 1 male Πρακτίου scribitur*, & pag. 158 *Legendum Πράκτιον*, repetitque ad Stephanum in Γέργις; an nobis ita imponet nuperus ille furcifer, ut ab ipso excogitata fuisse credamus, quæ huc allevit? Non magis sane, quam quum statim dicit *legendum puto Πράκτιον*, quod ex iisdem Freinshemii locis sublegit, ut & quæ de Arsame & Rheomithre & verbo κινδυνεύειν & κίνδυνος (vide modo in indice Curt. *Memnon*) sequuntur. Sed relinquamus malo genio infelicem. Fabrettus ad Column. Trajan. pag. 311 retinet versionem Vulcanii, nisi quod Practium & omisso *Pontum*. Videamus an bene Practium huic loco inculcent. Eum stabiliunt ex Strabone. Et Strabo eum ponit inter Abydum & Lampsacum. At vero Arrianus negat inter Abydum & Lampsacum nunc esse Alexandrum, quum is hanc jam παρημείψε; ab altero Lampsaci latere est, non versus Abydum (hinc enim venerat, & ibi est Percote ac Arisbe) sed versus Parium & Priapum ad septentrionem. Quare fieri non potest, ut situs, quem Strabo illi Practio adsignat, nuda allegatio emendationem hanc in Arriano corroboret: sed plane perimat & pro vana contemnat. Accedit ipsa descriptio Arriani, dicentis eum exire in mare, quod est inter Hellespontum & Pontum, hoc est, Propontida. (nec enim satisfacit versio Vulcanii.) At quum multi Lampsacum statuant urbem in Hellesponto; tum alii ἐν Προποντίδι, ut ait Ptolomæus & Stephanus: ut sane jam non parvo spatio ultra Lampsacum & finem Hellesponti exonerare se is fluvius debuerit. Potius huc congruunt alia verba Strabonis eod. lib. pag. 589. Ἐν δὲ τῇ μεταξὺ Λαμψάκου καὶ Παρίου (hoc est ipsum Arriani παραμείψαντι Λάμψακον) Παισὸς ἦν πόλις καὶ ποταμός. κατέσπασται δ' ἡ πόλις ὁ δ' ὁ ποταμὸς νῦν ἔτι καλεῖται. In Ptolomæo hic repositæ sunt Γερμίου ποταμοῦ ἐκβολαί. Sed illæ sunt propius Cyzicum; & quum Priapus urbs inde excidit, tum in MS. Abbatiæ Florentinæ vetustissimo legitur Γερμίε. Sed id vocabulum discedit longius ab constanti MSStorum lectione, & haud dubie verus est Practius, sed quod ex notis interpretum & Supplementis Freinshemii plane non intelligas. Non enim jam statuitur ab Arriano Alexander ultra Lampsacum recta progrediens per litora, sed quum hanc urbem præteriisset, relicto mari, prope quod huc usque tenuerat, deflectens in mediterranea, videtur occurrisse Practio, qui fluvius etsi inter Abydum & Lampsacum exeat in mare, ita tamen errat, ut flexus ejus proficiscentibus ultra Lampsacon versus Colonas sit transeundus. Mirifice improba est descriptio Freinshemii, *quod ex Idæis montibus ortum, Lampsacenum Abydenumque agrum interfluit, deinde paulisper ad Septentrionem flexum in Propontidem exit.* Ubi enim erat ille ager? nonne proxime mare, in quod exibat? Certe, & propterea non fluxu prope fontem divisit eum, & tunc ad Septentrionem vadens, sed ipso admodum ostio. Strabo quum illum ponit inter Lampsacum & Abydum, id facit solo respectu ostii & fluxus prope ostium & litus, non respiciens mediterranea. Videlicet Idæos montes concipit non satis extensos, quasi ex iis prodire flumen & exire in Propontidem non posset, nisi procurreret versus Septentrionem, quum clare noscamus ex Strabone pedem ejus pertinere Zeleiam usque Cyziceni agri, ut haud dubie ab Septentrione veniens & versus meridiem progressus inter Abydum & Lampsacum exeat, & sic necessario eum transire debuerit illic Alexander ab boreali latere Lampsaci proficiscens. Similiter sequentia corrupit immutando idem insignis vir, scribens, *Inde Hermotum prætergressus rex, ad Colonas duxit.* Inspice Arrianum modo, & plane contraria deprehendes: nam Colonas prætergressus, Hermotum venit. Sed Hermotum hoc non agnoscit Holstenius, & pro eo, quod nauci non esse dicit, reponit Γέργιθον; additque *sane situs inter Practium fluvium & Colonas exacte congruit.* Sic ille. Ubi vides eundem ab illo committi errorem, quem in Freinshemio notavimus. Non enim inter Practium fluvium & Colonas nunc esse Alexandrum dicit auctor, sed Colonas statuens inter Practium & Hermotum, jam ultra Colonas venisse Hermotum scribit. Itaque simul & emendatio ista corruit. Non enim hic locus, ubi nunc est Alexander, est in agro

σιν, ὃς ῥέων ἐκ τῶν ὀρῶν τῶν Ἰδαίων, ἐκδιδοῖ ἐς θάλασσαν τὴν μεταξὺ τοῦ Ἑλλησπόντου τε καὶ τοῦ Εὐξείνου πόντου. Ἔνθεν δὲ ἐς Ἑρμωτὸν ἀφίκετο, Κολωνὰς πόλιν παραμείψας. Σκοποὶ δὲ αὐτῷ ἐπέμποντο πρὸ τοῦ στρατεύματος· καὶ τούτων ἡγεμὼν ἦν Ἀμύντας ὁ Ἀρραβαίου, ἔχων τῶν τε ἑταίρων τὴν ἴλην τὴν ἐξ Ἀπολλωνίας[96], ἧς ἰλάρχης ἦν Σωκράτης ὁ Σάθωνος, καὶ τῶν προδρόμων καλουμένων ἴλας τέσσαρας. Κατὰ δὲ τὴν πάροδον Πρίαμον πόλιν[97] ἐνδοθεῖσαν πρὸς τῶν ἐνοικούντων τοὺς παραληψομένους ἀπέστειλε σὺν Πανηγόρῳ τῷ Λυκαγόρου ἑνὶ τῶν ἑταίρων. Περσῶν δὲ στρατηγοὶ ἦσαν Ἀρσάμης καὶ Ῥεομίθρης καὶ Πετήνης[98] καὶ Νιφάτης καὶ ξὺν τούτοις Σπιθριδάτης ὁ Λυδίας καὶ Ἰωνίας σατράπης, καὶ Ἀρσίτης ὁ τῆς πρὸς Ἑλλησπόντῳ Φρυγίας ὕπαρχος. Οὗτοι δὲ πρὸς Ζελείᾳ τῇ πόλει κατεστρατοπεδευ-

Practium flumen consedit, quod ex Idæis montibus fluens, inter Hellespontum & Euxinum pontum in mare fertur. Inde Hermotum venit, Colonas urbem transgressus. Speculatores porro ante exercitum miserat, quorum dux erat Amyntas Arrabæi filius, cum turmâ amicorum ab Apolloniâ, cui præfectus erat Socrates Sathonis filius, & quatuor turmis præcursorum, quos vocant. In transitu, Panegorum Lycagoræ filium unum ex amicis, cum aliquo comitatu mittit, qui Priamum oppidum, quod incolæ dediderant, recipiat. Persarum autem duces erant, Arsames, Rheomithres, Petenes, Niphates, & cum his Spithridates Lydiæ & Ioniæ satrapa, & Arsites, Phrygiæ quæ ad Hellespontum vergit præses. Hi omnes ad Zeliam urbem cum equitatu barbari-

Lampsaceno, aut illic statui potest, nisi & Colonæ in eodem contineri probentur. Hermotum ex Arriani narratione videtur potius esse in Colonarum regione & agro. Strabo autem plane illic ab Holstenio citatus Lampsaceno agro adscribit Gergitha. Cæterum fateri cogimur & Colonas ab eodem poni in Lampsaceno agro: id enim clare cum inspicies videbis. Sed ne sic quidem satisfacit Holstenianum; & vide omnia, an non exigant *Μερμησσόν*. Stephanus *Μερμησσὸν* appellat *πόλιν Τρωικήν*, *Μερμησσὸν* vero *πόλιν περὶ Λάμψακον*; quæ haud dubie, quum sit eadem, ab Stephano apud diversos auctores diversimode scripta pro diversa ac duplici fuit habita; verum tamen fuisse *Μερμησσὸν* statuit Valesius in loco per Holstenium quoque annotato. Quam facile id mutari nomen potuit, ut ω invalesceret pro HΣ?

96 *Ἔχων τῶν τε ἑταίρων τὴν ἴλην τὴν ἐξ Ἀπολλωνίας*] In cæca nocte hic pugnas ciet nuperus editor: est fateor diserte in Græcis *τότε*: sed in Græcis corruptis. Et si jam esset aliter, quomodo vox *τότε* simpliciter sic posita notabit turmam, quæ tunc ab Apolloniatis venerat? Et tamen ne hoc quidem ipsius inventum est, sed Facii quem vertisse viderat *cohortem amicorum ex Apollonia profectam*. Et quare credam *τότε* tempus notare, non quo Apolloniatæ amici erant, ut putabat olim Vulcanius, sed quo ab iis turma venerat τῶν *ἑταίρων*? Ergo noster in ipso illo momento adfuit & vidit tunc venientem ab Apolloniatis istam turmam, ut non transierit simul cum aliis sub Parmenione. Immo *ἴλη ἡ ἐξ Ἀπολλωνίας* non potest esse alia quam quæ ex Apolloniatis conscripta est. Unde etiam recte Freinshemius in Supplementis, *una Apolloniatum, quam Socrates ducebat*. Vox autem *τότε* nihili est, atque aliis potius quam Arriano imputanda. MSS. enim omnes, inter quos etiam optimus ille, *τῶν τε ἑταίρων* erasis duabus literis: quin imo sic & Veneta & Basileensis editio. Immo sic quoque notavit ex Augustano Vulcanius, statimque approbans versionem mutavit, ita *amico-* (sic enim inceperat scribere, sed post inductis his literis reposuit) *Sociorum, qui ex Apollonia venerant*, etsi hæc quoque sint plebeji nitoris. Et quis tantopere ineptiarum & spissationum fuit cupidus? Nos igitur arbitrii hic nostri fuimus.

97 *Πρίαμον πόλιν*] Freinshemius quum in Supplementis scripsisset *Priapenorum urbem*, in Indice Curtiano propterea notavit *apud Arrianum* 1, 5, 17 *falso legimus Πρίαμον πόλιν pro Πρίαπον*. Postea Holstenius non solum pag. 158 ad Ortelium annotavit, *Apud Arrianum scribendum*, *Πρίαπον πόλιν*, sed & ad Stephanum, *corrupte legitur nomen hujus urbis apud Arrianum, ubi scribe Πριάπου*, ubi tamen miror verti ab eo *Priapum oppidum*. Hæc Franckeranus stellio adaptavit sibi, & post illud vulgare *legendum puto*, vocare sustinuit rem manifestam. At non est res tam manifesta, ut putas. Facile quidem μ & π possunt misceri & mixta fuisse docet error in sequenti appellatione *Σπιθριδάτης*, ut nunc legitur, ubi olim fuit *Μιθριδάτης*: quam restitutionem hactenus juvat Codex optimus, ut exhibeat *Πιθριδάτης*, ut est quoque in editione Veneta, & sic apparet σ omissum. Sed in hac urbe id non est ita manifestum. Primo enim Ortelius in Thesauro suo sic scripsit. *Priami urbem habet Arrianus* 1, *circa Phrygiam, quam Alexandro deditam scribit. Hujus meminit etiam Concilium Ephesinum* III. Si in concilii istius enarratione fit mentio talis urbis, cur eam in dubium voco? Deinde si vocem *Πριάπου*, ut corrigitur, sumas pro vocabulo numinis, erit ratio loquendi historicis ignota & fugienda: & facile sic præferrem *Πριάμου πόλιν*, etsi non propriæ urbis appellationem, certe ut alluderet ad Homericum in Catalogo *Ἐκπέρσαι Πριάμοιο πόλιν*, intelligens quamcunque illic locorum, quum jam in Ilio fuerit. Si quatenus ipsa urbs dicitur Priapus, ut fit in locis Strabonis, Plinii, Solini, Stephani, impingetur Arriano modus loquendi, quo nunquam illum usum opinor. Nota habeo, quæ collecta sunt de *τῷ urbemque Patavi, urbs Xanthi, fluvius Rheni, & fici arbor*, ac similia; sed non id placuit Arriano. Tertio exemplaria scripta omnia, quæ adhibui, consentiunt in *Πρίαμον πόλιν*, & sic vertit Facius *Priamum oppidum*. Et videri potest hoc nomine urbs fuisse non minus quam *Δάρδανος*. At si Priapus urbs dedita est, ubi mansit Parium, urbs inter Lampsacum & Priapum? Quarto scribit Plinius & ex eo Solinus Euripum porrigi spatio aliquot passuum ad urbem Priapum, qua transcendit in Asiam potiundi orbis amore Alexander. Quod si intelligas Priapum transcensam ab Alexandro, certe admodum imperfecte extulerunt illi: verum illi non dicunt transcendisse urbem Priapum, sed illum Euripum. Non potuit enim ad urbem illam vulgo ad mare sic dictam & sitam post Parium Alexander transiisse, utique ex narratione Arriani.

98 *Πετήνης*] Freinshemius *Petanem* facit, nulla addita mutatæ vocalis causa; tamen habens ante oculos, opinor, Itanen Oxyartis filium & Ostanen aliaque similium literarum vocabula. Unus ille Optimus habet *Πετίνης*, quod & propter fidem ejus puto verissimum, ex perpetua Asiaticorum nominum terminatione *Ὀξάθρης*, *Καλλίνης*, *Σατίνης*, Attinas vel Atinas Curtio VIII, 1. Et in hac appellatione ille sibi constat, ut cap. 17 etiam ita referat. Sic quoque *Μιθρίνης* nostro, aliis est *Μιθρήνης*: nam *Μιθρήνης* in nullo scripto libro inveni.

ἐληλακότες ἦσαν ξὺν τῇ ἵππῳ τῇ τε βαρβαρικῇ καὶ τοῖς Ἕλλησι τοῖς μισθοφόροις. Βουλευομένοις δὲ αὐτοῖς ὑπὲρ τῶν παρόντων, ἐπειδὴ Ἀλέξανδρος διαβεβηκὼς ἠγγέλλετο, Μέμνων ὁ Ῥόδιος παρῄνει μὴ διακινδυνεύειν ἰέναι πρὸς τοὺς Μακεδόνας, τῷ τε πεζῷ πολὺ προέχοντας σφῶν, καὶ αὐτοῦ Ἀλεξάνδρου παρόντος, αὐτοῖς δὲ ἀπόντος Δαρείου. Προϊόντας δὲ[99], τόν τε χιλὸν ἀφανίζειν καταπατοῦντας τῇ ἵππῳ, καὶ τὸν ἐν τῇ γῇ καρπὸν ἐμπιπράναι, μηδὲ τῶν πόλεων αὐτῶν φειδομένους· καὶ γὰρ μένειν ἐν τῇ χώρᾳ Ἀλέξανδρον ἀπορίᾳ τῶν ἐπιτηδείων. Ἀρσίτην δὲ λέγεται εἰπεῖν ἐν τῷ συλλόγῳ τῶν Περσῶν, ὅτι οὐκ ἂν περιίδοι μίαν οἰκίαν ἐμπρησθεῖσαν[1] τῶν ὑποτεταγμένων ἀνθρώπων· καὶ τοὺς Πέρσας Ἀρσίτῃ προσθέσθαι, ὅτι καὶ ὕποπτόν τι ἦν αὐτοῖς ἐς τὸν Μέμνονα, τριβὰς ἐμποιεῖν ἑκόντα τῷ πολέμῳ τῆς ἐκ βασιλέως τιμῆς ἕνεκα.

14 Ἐν τούτῳ δὲ Ἀλέξανδρος προσεχώρει ἐπὶ τὸν Γρανικὸν ποταμὸν σὺν τεταγμένῳ τῷ στρατῷ, διπλῆν μὲν τὴν φάλαγγα τῶν ὁπλιτῶν τάξας· τοὺς δὲ ἱππέας κατὰ τὰ κέρατα ἄγων, τὰ σκευοφόρα δὲ κατόπιν ἐπιτάξας ἕπεσθαι, τοὺς δὲ προκατασκεψομένους τὰ τῶν πολεμίων ἦγεν αὐτῷ Ἡγέλοχος, ἱππέας μὲν ἔχων τοὺς σαρισσοφόρους, τῶν δὲ ψιλῶν ἐς πεντακοσίους. Καὶ Ἀλέξανδρός τε οὐ πολὺ ἀπεῖχε τοῦ ποταμοῦ[2] τοῦ Γρανικοῦ, καὶ οἱ ἀπὸ τῶν σκοπῶν σπουδῇ ἐλαύνοντες, ἀπήγγελλον ἐπὶ τῷ Γρανικῷ πέραν τοὺς Πέρσας ἐφεστάναι τεταγμένους ὡς ἐς μάχην. Ἔνθα δὴ Ἀλέξανδρος μὲν τὴν στρατιὰν πᾶσαν συνέταττεν ὡς μαχουμένους. Παρμενίων δὲ προσελθὼν, λέγει Ἀλεξάνδρῳ τάδε· Ἐμοὶ δοκεῖ, βασιλεῦ, ἀγαθὸν εἶναι ἐν τῷ παρόντι καταστρατοπεδεῦσαι ἐπὶ τοῦ ποταμοῦ τῇ ὄχθῃ, ὡς ἔχομεν[3]. Τοὺς γὰρ πολεμίους οὐ δοκῶ

barico, & Græcis mercenariis, constiterant. Consultantibus porro iis de summâ rerum, quum Alexander transisse nuntiaretur, Memnon Rhodius monuit non esse prœlio cum Macedonibus contendendum, qui & peditatu superiores essent, & præsentem haberent Alexandrum, ipsi vero Darium absentem. Omne autem frumentum herbidum equitatu proculcandum destruendumque esse, omnemque terræ fructum exurendum, ac ne ipsis quidem oppidis parcendum: atque ita Alexandrum commeatu destitutum moram in eâ regione non facturum. Ad ea Arsiten in conventu Persarum dixisse ferunt, se ne unam quidem eorum, qui ipsi subditi essent domum incendi passurum: atque in ejus sententiam à Persis itum esse, suspicantibus Memnonem, regii honoris continuandi causâ, belli moram protractionemque quærere. Interea A- 14 lexander ad Granicum flumen instructo exercitu processit, duplicem armatorum phalangem ducens. Equites ad cornua collocat, impedimenta extrema subsequi jubet. Speculatoribus qui hostes prospectent Hegelochum præficit, sarissatos equites illi adjungens & levis armaturæ circiter quingentos. Jam non procul à Granico aberat Alexander, quum statim nonnulli ex speculatoribus incitatis equis advolantes nuntiant, Persas trans Granicum instructâ ad prælium acie consistere. Alexander omnem exercitum ad committendum prælium instruit. Tum accedens Parmenio, his verbis Alexandrum compellat: „ Consultum mihi „ videtur, rex, in præsentiâ ad fluminis „ ripam, ut possumus, castra locare. Ne- „ que enim judicârim tantum animi hosti- „ bus

99 Προϊόντας δὲ] Quum hactenus ista ex Latinis exsularent, Vulcanius in correctione repetita id animadvertens voluit inserere, *Si vero progrederentur, omne frumentum*. Quod admittere timui, quum sensum non absolvat, & potius debuit *progredientibus vero omne*. Sed quo progrederentur? Verius dixisset auctor ὑποχωροῦντας, ut paulum retro cederent corruptis omnibus & facta ingenti solitudine. Verumtamen potuerunt adhuc post intellectum Alexandri transitum in Asiam multa progressi ante se vastare, ut omne hoc iter, quod huc usque peregit Alexander. Alioquin elegantissime hoc verbum interpretari possumus, ut in Aristotelis Problemate 102 προϊόντας δὲ πρὸς τὸ πράττειν γραμμάς Gazam accepisse testatur Stephanus pro tandem, denique. Et ex supervacuo idem adhibetur Æliano III ποικιλ. 1, quum scribit διὰ μέσων τῶν Τεμπῶν ὁ Πηνειὸς ἔρχεται ψιλῇ καὶ πρᾳέως προϊὼν ἐλαίου δίκην, quod facile potuisset subintelligi.

1 Ὅτι οὐκ ἂν περιίδοι μίαν οἰκίαν ἐμπρησθεῖσαν] Nihil quidem hic molestum: nec displicebit tamen scripturæ diversitas, quæ in MSStis occurrit. Erat enim in uno ὅτι οὐκ ἂν περιίδοιμι οἰκίαν ἐμήν. In optimo autem: ὅτι οὐκ ἂν περιίδοιμεν οἰκίαν μίαν ἐμπρησ. ut sit oratio directa, & quasi ipsa Arsitæ verba loquentis in consilio ad socios. Hoc est, ne permiserimus & sine vindicta aspexerimus vel unam domum incendi. Pro sequentibus τῶν ὑποτεταγμένων ἀνθρώπων MSS. plerique, in quibus & optimus ὑπὸ οἱ τεταγμένων, etiam duobus illis qui habent modo distractum ὑπὸ τεταγ. superscriptum est οἱ. Et cur editores negligunt? Utique VI, 27 est χώρας ὑπὸ Φιλίππῳ τεταγμένης. V, 21 τὴν ὑπὸ οἱ χώραν. III, 9 πρὸς οἱ ὁ σ. Et alibi. Cæterum orationis sanitas respuit hunc loquendi modum, quem ex optimo codice hac & superiore nota produxi, neque vocula illa οἱ patitur, ut de pluribus quam uno memoretur. Opinor scripsisse auctorem ὅτι οὐκ ἂν περιίδοι μηδ' οἰκίαν μίαν ἐμπρησθεῖσαν τῶν ὑπὸ οἱ τεταγμένων.

2 Ἀπεῖχε τοῦ ποταμοῦ] Opt. ἀπεῖχεν ἀπὸ τοῦ ποτ. nam & hoc Arriani est duplicare præpositiones. Sic cap. 18 ἀπέχει ὁ Ἕρμος ἀπὸ Σάρδεων σταδίους εἴκοσιν.

3 Ὡς ἔχομεν] Vulcanius & alii *ut possumus*. Facius *quam proxime*. At nulla eos difficultas premebat, quin possent illic pernoctare, prout vellent: & quando Græci hunc sensum exprimere volunt, utuntur ὅπως ἐχομεν, ut hic ipse cap. 28 στρατοπεδεύσασθαι αὐτοῦ, ὅπως εἶχον, ἐπελθόντας Μακεδόνας. Omnino verte, *ut sumus*, & sic sequente pagina vertendum ipsa Alexandri verba docent, & importuna hic est doctrina τοῦ *habere* pro posse.

δοκῶ τολμήσειν πολὺ τῶν πεζῶν λειπομένους, πλησίον ἡμῶν αὐλισθῆναι, καὶ ταύτῃ παρέξειν ἕωθεν εὐπετῶς τῷ στρατῷ διαβαλεῖν τὸν πόρον. Ὑποφθάσομεν γὰρ αὐτοὶ περάσαντες, πρὶν ἐκείνους ἐς τάξιν καθίστασθαι. Νῦν δὲ οὐκ ἀκινδύνως μοι δοκοῦμεν ἐπιχειρήσειν τῷ ἔργῳ, ὅτι οὐχ οἷόν τε ἐν μετώπῳ διὰ τοῦ ποταμοῦ ἄγειν[4] τὸν στρατόν. Πολλὰ μὲν γὰρ αὐτοῦ ὁρᾶται βαθέα· αἱ δὲ ὄχθαι αὗται, ὁρᾷς ὅτι ὑπερύψηλοι καὶ κρημνώδεις εἰσὶν αἱ αὐτῶν· ἀτάκτως τε οὖν καὶ κατὰ κέρας, ᾗπερ ἀσθενέστατον, ἐκβαίνουσιν ἐπικείσονται ἐς φάλαγγα συντεταγμένοι[5] τῶν πολεμίων οἱ ἱππεῖς· καὶ τὸ πρῶτον σφάλμα ἔς τε τὰ παρόντα χαλεπόν, καὶ ἐς τὴν ὑπὲρ παντὸς τοῦ πολέμου κρίσιν σφαλερόν. Ἀλέξανδρος δέ, Ταῦτα μὲν (ἔφη) ὦ Παρμενίων γιγνώσκω, αἰσχύνομαι δέ, εἰ τὸν μὲν Ἑλλήσποντον διέβην εὐπετῶς, τοῦτο δὲ σμικρὸν ῥεῦμα (οὕτω τῷ ὀνόματι τὸν Γρανικὸν ἐκφαυλίσας) εἴρξει ἡμᾶς τὸ μὴ διαβῆναι[6], ὡς ἔχομεν. Καὶ τοῦτο οὔτε πρὸς Μακεδόνων τῆς δόξης, οὔτε πρὸς τῆς ἐμῆς ἐς τοὺς κινδύνους

„ bus fore, ut, quum peditatu longe inferiores sint, prope nos pernoctent, eamque ob causam facilem exercitui nostro cras sub primam lucem fluminis transitum fore. Citius enim transierimus, quam ab illis acies instrui possit. Nunc vero non absque periculo rem hanc aggressuri videmur. Fieri siquidem non potest ut exercitum in adversum hostem per flumen ducamus: quod & profundum vorticosumque sit & contraria ripa alta, ut vides, ac prærupta. Nam inordinate angustâque acie (quod genus infirmissimum est) exeuntibus nobis, equitatus hostium bene instructus phalangi nostræ incumbet. Fuerit porro primum hoc infortunium, quoad præsentem rerum statum, grave; quoad de toto bello judicium, periculosum. Ad hæc Alexander, Intelligo quidem, ô Parmenio, sed dedecori mihi fuerit, si quum ita parvo negotio Hellespontum trajecerim, rivus hic (Granicum eo nomine extenuans) nobis obstiterit, quo minus, ut possumus, transeamus. Neque id ego per Macedonum gloriam, perque meam in adeundis periculis promptudinem & alacritatem, commiserim,

posse. Hic error sæpiuscule in Arriano admissus est, sed omnino corrigendus. Sic IV, 23 ὡς εἶχεν ἐξ ἐφόδου ἐτρέψατο, *primo impetu ut potuit repressit*. Sane repressit, & fugavit statim primo impetu, non ut potuit, sed prorsus ut voluit intra urbem. Et sic frequenter Arrianus. Etiam apud Herodotum hæc formula male vulgo accepta est, & adhuc corrupta habetur VI, 16. Ephesii οὐ προακηκοότες ὅπως εἶχε περὶ τῶν Χίων. Non possunt hæc verba denotare sententiam, quæ illic requiritur, & necessario scribendum ὡς εἶχε, ut nos legimus in membrana incomparabili bibliothecæ Mediceæ.

4 Ἐν μετώπῳ ἄγειν] Non est *in adversum hostem ducere*, ut Vulcanius: non *ex adverso trajicere*, ut Facius, sed recta fronte & bene composita traducere.

5 Ἀτάκτως τε οὖν καὶ κατὰ κέρας ᾗπερ ἀσθενέστατον, ἐκβαίνουσιν ἐπικείσονται ἐς φάλαγγα συντεταγμένοι.] *Inordinate angustaque acie exeuntibus nobis equitatus hostium bene instructus phalangi nostræ incumbet.* Sic Vulcanius ex Faciana interpolata, quæ erat, *Quod si incompositi angustiore acie exierimus, quod genus aciei infirmissimum est* &c. Alienissima versio. Neque enim ad rem facit angusta, sive lata, & explicata acie transeant. Et cur angusta acies est infirmissima, & non aliquando firmissima, si sic locus jubeat? Sed nec Græcus ussus dixit ἐπικεῖσθαι ἐς φάλαγγα pro *incumbere phalangi*: immo quanta balbuties *exeuntibus nobis, phalangi nostræ*? & omnino illa ἐς φάλαγγα pertinent ad vocem συντεταγμένοι. Verte: *Itaque sine justo ordine & ad latus* vel *cornu, ubi infirmissima est acies, exeuntibus equitatus hostium in aciem compositus incumbet*. Φάλαγξ enim quum propria sit peditum, tamen hic notat quamcunque justam aciem, ut sæpe quidem alibi, sed geminus plane huic locus V, 16 αὐτὸς παρήλαυνεν ἐπὶ τὸ εὐώνυμον τῶν βαρβάρων κατὰ κέρας ἔτι τεταραγμένοις ἐμβαλεῖν σπουδὴν ποιούμενος πρὶν ἐπὶ φάλαγγος ἐκταχθῆναι αὐτοῖς τὸ ἱππικόν. Miserabiliter illic Vulcanius: *ad sinistrum barbarorum cornu contendit, eo consilio, ut prius perturbatos aggrediatur, quam equitatus phalangi admoveri posset*: quum deberet, *ipse ad sinistram barbarorum prætervectus est, à cornu adhuc perturbatos aggredi cupiens, priusquam equitatus ipsorum legitime ac juste ordinatus esset*. II, 8 ὄπισθεν τῶν Ἑλλήνων καὶ τῶν ἐπὶ φάλαγγος τεταγμένων βαρβάρων. Hic etiam eadem notione φάλαγξ ponitur, id quod animadvertendum fuit Freinshemio in verbis Polyæni IV, 1, 5 οἱ Μακεδόνες τῷ συνθήματι τῆς σάλπιγγος ἀναπηδήσαντες ῥωμαλέοι ἐμβάλλουσι τοῖς πολεμίοις, καὶ τὴν φάλαγγα ῥήξαντες ἐς φυγὴν ἐτρέψαντο. Hoc est, &c. At vir doctus in notis ad Curtium IV, 16, 27 quia Macedonibus haud dubie phalangem tribui putabat, illic legerit, τῇ φάλαγγι *phalange rumpentes*, temere. Semper autem in vetere militia plurimum periculi erat in lateribus ac cornibus, & pene pars & auspicium victoriæ erat, potuisse cornu aggredi: inprimis in phalangis Macedonicæ ordinatione, quæ circumagi non poterat, sed una modo fronte pugnare; & nisi à lateribus loco ipso defenderetur, anceps valde erat. Hinc partim cautio pro iis, ut supra cap. 6 ἀπροσδόκητοι ἐπιπεσόντες τῇ φάλαγγι κατὰ κέρας, ᾗπερ ἀσθενεστάτους αὐτοῖς καρτερωτάτῃ τῇ ἐμβολῇ προσμίξειν ἔμελλον. Plane ad nostra verba; sed nec ibi εὐτύχως Vulcanius. Item cap. 15 ἵνα δὴ μὴ ἐκβαίνοντι αὐτῷ οἱ Πέρσαι κατὰ κέρας προσπίπτοιεν. Partim insidiæ in iisdem, ut cap. 19 ἐν τούτῳ ἐπιτίθενται αὐτοῖς οἱ βάρβαροι λόχοις κατὰ κέρας. Quod pessime transfertur. Uterque interpres eo deceptus est, quod putaverunt eandem phrasin esse ἐπικεῖσθαι κατὰ κέρας, & ἄγειν ἐπὶ κέρως, ut loquitur Arrianus II, 8, ubi uterque angustam aciem exposuit; quum tamen aliquo modo Vulcanius recte id deprehenderit III, 15 κατὰ κέρας τοῖς ἀμφὶ τὸν Παρμενίωνα ἐνέβαλον, *ex obliquo in Parmenionis agmen feruntur*. Polybius lib. XI cap. 1 Claudius προσέβαλε κατὰ κέρας τοῖς Καρχηδονίοις ἐπὶ τὰ θηρία. Libet his addere hæc Xenophontea ex lib. I Κυροπαιδ. pag. 105, ubi docens Imperatorem omnia prudenter prospicere ante debere, ait inter alia; καὶ ἄγε δή σοι κατὰ κέρας ἄγοντι οἱ πολέμιοι ἐπιφανῶσι πῶς χρὴ ἀντικαθίστασθαι, καὶ εἴ σοι ἐπὶ φάλαγγος ἄγοντι ἄλλοθέν ποθεν οἱ πολέμιοι φανοῖεν ἢ κατὰ πρόσωπον. Vertunt: *Si tibi explicatum in cornu exercitum ducenti hostes se obvii ostentant, quo pacto sit acies eis opponenda. Sin eum phalangis in morem instructum ducenti ex alia quavis parte hostes appareant, non autem à fronte.* Quis percipit in his Latinis communem sensum? Lib. VII pag. 503 πρὸς δέ γε οὐχ ὁμόσε, ὅτι καινὸν (nempe sibi consulunt) ἢ εἰ κατὰ κέρας προσίοιεν, *quam si adversis cornibus nos invaderent*. Male quidem, nec possunt intelligi. Pag. 510 μαχοῦνται δέ, ἔφη, πρὸς κέρας, ὥσπερ ἀσθενεστέρῳ στρατεύματι γίγνεται, φάλαγγα δὲ ἔχοντες, ὥσπερ ἰσχυρότεροι ἂν εἶεν. Libro VIII, pag. 663 ἐκ κέρατος εἰς φάλαγγα κατάστασις.

6 Τὸ μὴ διαβῆναι] Plerique MSS. τοῦ μὴ οὐ διαβῆναι.

δύνης ὀξύτητος ποιῶμαι· ἀναθαρρήσειν τε δοκῶ τοὺς Πέρσας, ἀξιομάχους Μακεδόσιν ὄντας, ὅτι οὐδὲν ἄξιον τοῦ σφῶν δέους ἐν τῷ παραυτίκα 15 ἔπαθον. Ταῦτα εἰπὼν, Παρμενίωνα μὲν ἐπὶ τὸ εὐώνυμον κέρας πέμπει ἡγησόμενον, αὐτὸς δὲ ἐπὶ τὸ δεξιὸν παρῆγεν. Προετάχθησαν δὲ αὐτῷ τοῦ μὲν δεξιοῦ, Φιλώτας ὁ Παρμενίωνος, ἔχων τοὺς ἑταίρους τοὺς ἱππέας, καὶ τοὺς τοξότας, καὶ τοὺς Ἀγριᾶνας τοὺς ἀκοντιστάς· Ἀμύντας δὲ ὁ Ἀρραβαίου, τούς τε σαρισσοφόρους ἱππέας ἔχων, Φιλώτᾳ ἐπετάχθη, καὶ τοὺς Παίονας καὶ τὴν ἴλην τὴν Σωκράτους. Ἐχόμενοι δὲ τούτων ἐτάχθησαν οἱ ὑπασπισταὶ τῶν ἑταίρων, ὧν ἡγεῖτο Νικάνωρ ὁ Παρμενίωνος· ἐπὶ δὲ τούτοις, ἡ Περδίκκου τοῦ Ὀρρόντου [7] φάλαγξ· ἐπὶ δὲ, ἡ Κοίνου τοῦ Πολεμοκράτους· ἐπὶ δὲ, ἡ Κρατεροῦ τοῦ Ἀλεξάνδρου· ἐπὶ δὲ, ἡ Ἀμύντου τοῦ Ἀνδρομένους· ἐπὶ δὲ, ὧν Φίλιππος ὁ Ἀμύντου ἦρχε. Τοῦ δὲ εὐωνύμου πρῶτοι μὲν οἱ Θετταλοὶ ἱππεῖς ἐτάχθησαν, ὧν ἡγεῖτο Κάλας ὁ Ἁρπάλου· ἐπὶ δὲ τούτοις, οἱ ξύμμαχοι ἱππεῖς, ὧν ἦρχε Φίλιππος ὁ Μενελάου· ἐπὶ δὲ τούτοις, οἱ Θρᾷκες ὧν ἦρχεν Ἀγάθων. Ἐχόμενοι δὲ τούτων πεζοὶ, ἥ τε Κρατεροῦ φάλαγξ καὶ ἡ Μελεάγρου καὶ ἡ Φιλίππου, ἔστε ἐπὶ τὸ μέσον τῆς ξυμπάσης τάξεως. Περσῶν δὲ ἱππεῖς μὲν ἦσαν ἐς δισμυρίους [8], ξένοι δὲ πεζοὶ μισθοφόροι ὀλίγον ἀποδέοντες δισμυρίων· ἐτάχθησαν δὲ τὴν μὲν ἵππον παρατείναντες τῷ ποταμῷ κατὰ τὴν ὄχθην ἐπὶ φάλαγγα μακρὰν, τοὺς δὲ πεζοὺς κατόπιν τῆς ἵππου· καὶ γὰρ ὑπερδέξια ἦν τὰ ὑπὲρ τὴν ὄχθην χωρία. Ἧι δὲ Ἀλέξανδρον αὐτὸν καθεώρων (δῆλος γὰρ ἦν τῶν τε ὅπλων τῇ λαμπρότητι καὶ τῶν ἀμφ' αὐτὸν τῇ σὺν ἐκπλήξει θεραπείᾳ) κατὰ τὸ εὐώνυμον μὲν σφῶν ἐπέχοντα, ταύτῃ πυκνὰς ἐπέταξαν τῇ ὄχθῃ τὰς ἴλας τῶν ἱππέων. Χρόνον μὲν δὴ ἀμφότερα τὰ στρατεύματα ἐπ' ἄκρου τοῦ ποταμοῦ ἐφεστῶτες, ὑπὸ τοῦ τὸ μέλλον ὀκνεῖν, ἡσυχίαν ἦγον· καὶ σιγὴ ἦν πολλὴ ἀφ' ἑκατέρων. Οἱ γὰρ Πέρσαι προσέμενον τοὺς Μακεδόνας, ὁπότε ἐσβήσονται ἐς τὸν πόρον, ὡς ἐπικεισόμενοι ἐκβαίνουσιν· Ἀλέξαν-

„ rim, unde Persis, ut reor, qui Macedonibus pares, crescat audacia, nisi statim initio aliquid dignum suo ipsorum „ metu passi fuerint. His dictis, Parmenionem, ut ad sinistrum cornu præsit, mittit, ipse ad dextrum suas copias ducit. Philotam Parmenionis filium, cum equitatu amicorum, cumque sagittariis & Agrianis jaculatoribus, priore loco dextrorsum constituit: cui Amyntam Arrabæi filium cum sarissatis equitibus, & Pæonibus, & Socratis turmâ, adjunxit. Proximos his collocat scutatos amicorum, quibus præerat Nicanor Parmenionis filius; tum Perdiccæ Orrontis filii phalangem, mox Cœni Polemocratis filii: inde, Crateri Alexandri filii: præterea Amyntæ Andromenis filii, inde copias quibus Philippus Amyntæ filius præfectus erat. In sinistro cornu primi erant Thessali equites, quorum dux erat Calas Harpali filius. Post hos auxiliariorum equitatus, cui præerat Philippus Menelai filius. Deinde Thraces duce Agathone. Proximi his, pedites, & Crateri phalanx & Meleagri & Philippi, usque ad medium totius aciei. Persarum equitatus erat viginti millium: externorum vero, qui mercede conducti erant, peditatus totidem circiter millium. Equitatum in ripâ fluminis in longam phalangem exporrexerant, peditatu pone collocato. erant enim loca supra ripam editiora. At quâ parte Alexandrum ipsum sunt conspicati (facile enim dignoscebatur cum ex armorum splendore, tum ex eorum quibus stipatus erat admirabili cultu) ad sinistrum ipsorum cornu sese conferentem, in eâ densiores equitum turmas ad ripam statuunt. Uterque porro exercitus ad oram fluminis aliquandiu substitit, & eventum reformidans quiete sese summoque silentio tenuit. Persæ exspectabant dum Macedones flumen ingrederentur, ut in egredientes impetum facerent. Alexander insiliens in equum,

7 Περδίκκου τοῦ Ὀρρόντου] Dealbatus noster, etsi in omnibus libris legatur ita, tamen notat scribendum Ὀρόντου. Si roges quare? Respondet, quia sic libro III cap. II vocatur. Ratio digna tam inani & cavo capite. Immo necessario scribendum est Ὀρρόντου, quia Ὀρόντης est nomen Persicum, & non Macedonicum. III, 8 Ὀρόντης καὶ Μιθραύστης. Id Freinshemius in Indice Curtiano firmat auctoritate Curtii, Polyæni, Diodori: & in notis III, II, 10 Strabonis & Zonaræ. Id etiam firmatur ab simili appellatione Ὀρροντοβάτης. At Ὀρρόντης videtur fuisse Macedonicum: etsi ne verum quidem sit, in omnibus manuariis libris sic legi, quum in uno ipse viderim Ὀρόντης, in duobus Ὀρόντου: sed illi secundi generis. Propterea non puto Latine pronunciandum *Perdiccas Orontis*, sed *Orronta*. Item VI, 28 & libro III citato nuper. In Indic. 19 Περδίκκας ὁ Ὀρόντου, scripsit Ὀρρόντου.

8 Ἐς δισμυρίους] Quum eximius ille Bongarsius notavisset ad Justinum XI, 9, I se vereri, ut recte Justinus scripserit Persas prima congressione habuisse numerum sexcentorum millium; quum deinde Freinshemius ad Curtium III, II, 27 scripsisset vel inde convinci ab Justino immodice auctum numerum, quod ipsi postea regi in prælio ad Issum minus unum tribuit, quod quidem barbaris ingeniis non convenit atque Dario; apparet, unde ratiocinationis suæ partem nuperus transtulerit. Ex *sexcenta* vero *sexaginta* facere in loco præsertim dubio, licentia est. Itaque & Vorstius hæsit inter *centum* aut *ducentos*. Sed nunquam mihi fuit ambiguum, quin illud *sex* in Justino corruptum sit ex vicino verbo, scripseritque auctor *Persarum fere centum millia*. Videns enim maximam dissensionem scriptorum, sic caute voluit agere, quod adfatim patet ex ipsis literis. Arrianus quem numerum ediderit, retulit Photius eum ipsum, quem exemplaria nostra præferunt.

Ἀλέξανδρος δὲ ἀναπηδήσας ἐπὶ τὸν ἵππον, καὶ τοῖς ἀμφ' αὐτὸν ἐγκελευσάμενος ἕπεσθαί τε καὶ ἄνδρας ἀγαθοὺς γίνεσθαι, τοὺς μὲν προδρόμους ἱππέας καὶ μὴν καὶ τοὺς Παίονας προεμβαλεῖν εἰς τὸν ποταμὸν ἔχοντα Ἀμύνταν τὸν Ἀῤῥαβαίου καὶ τῶν πεζῶν μίαν τάξιν, καὶ πρὸ τούτων τὴν Σωκράτους ἴλην Πτολεμαῖον τὸν Φιλίππου ἄγοντα, ᾗ δὴ καὶ ἐτύγχανε τὴν ἡγεμονίαν τοῦ ἱππικοῦ παντὸς ἔχουσα ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ· αὐτὸς δὲ ἄγων τὸ δεξιὸν κέρας ὑπὸ σαλπίγγων τε καὶ τῷ Ἐνυαλίῳ ἀλαλάζοντας, ἐμβαίνει ἐς τὸν πόρον, λοξὴν ἀεὶ παρατείνων τὴν τάξιν, ᾗ παρεῖλκε τὸ ῥεῦμα, ἵνα δὴ μὴ ἐκβαίνοντι αὐτῷ οἱ Πέρσαι κατὰ κέρας προσπίπτοιεν, ἀλλὰ καὶ αὐτὸς, ὡς 16 ἀνυστὸν, τῇ φάλαγγι προσμίξῃ αὐτοῖς. Οἱ δὲ Πέρσαι, ᾗ πρῶτοι οἱ ἀμφὶ Ἀμύνταν καὶ Σωκράτην προσέσχον τῇ ὄχθῃ, ταύτῃ καὶ αὐτοὶ ἄνωθεν ἔβαλλον· οἱ μὲν αὐτῶν, ἀπὸ τῆς ὄχθης ἐξ ὑπερδεξίου ἐς τὸν ποταμὸν ἐσακοντίζοντες· οἱ δὲ, κατὰ τὰ χθαμαλώτερα αὐτῆς ἔς τε ἐπὶ τὸ ὕδωρ καταβαίνοντες. Καὶ ἦν τῶν τε ἱππέων ὠθισμὸς, τῶν μὲν ἐκβαίνειν ἐκ τοῦ ποταμοῦ, τῶν δ' εἴργειν τὴν ἔκβασιν· καὶ παλτῶν ἀπὸ μὲν τῶν Περσῶν πολλὴ ἄφεσις, οἱ Μακεδόνες δὲ ξὺν τοῖς δόρασιν ἐμάχοντο. Ἀλλὰ τῷ τε πλήθει πολὺ ἐλαττούμενοι Μακεδόνες ἐκακοπάθουν ἐν τῇ πρώτῃ προσβολῇ, καὶ αὐτοὶ ἐξ ἀβεβαίου τε καὶ ἅμα κάτωθεν ἐκ τοῦ ποταμοῦ ἀμυνόμενοι· οἱ δὲ Πέρσαι, ἐξ ὑπερδεξίου τῆς ὄχθης· ἄλλως τε καὶ τὸ κράτιστον τῆς Περσικῆς ἵππου ταύτῃ ἐπετέτακτο, οἵ τε Μέμνονος παῖδες, καὶ αὐτὸς ὁ Μέμνων μετὰ τούτων ἐκινδύνευον. Καὶ οἱ μὲν πρῶτοι τῶν Μακεδόνων ξυμμίξαντες τοῖς Πέρσαις, κατεκόπησαν πρὸς αὐτῶν, ἄνδρες ἀγαθοὶ γενόμενοι, ὅσοι γε μὴ πρὸς Ἀλέξανδρον πελάζοντα ἀπέκλιναν αὐτῶν. Ἀλέξανδρος γὰρ ἤδη πλησίον ἦν, ἅμα

equum, iis qui circa erant ſequi viroſque ſeſe præbere juſſis, antecurſores equites in amnem præmittit, cum Pæonibus & una peditum cohorte, quibus Amyntas Arrabæi filius præerat, atque ante hos Socratis turmam, & Ptolemæum Philippi filium, cui quidem totius equitatus præfectura eo die contigerat: ipſe dextrum cornu agens, ſignis canere juſſis & fauſtis clamoribus Marti à milite edi, flumen ingreditur, obliquam ſemper aciem ducens qua amnis ferebat, ne videlicet ipſi exeunti hoſtes in cornu impetum facerent, ſed ipſe potius, quoad ejus fieri poſſet, phalange in eos inveheretur. Perſæ, qua Amyntas & Socrates 16 primi ripæ appropinquabant, ex alto tela mittere; alii ex editiore ripâ in flumen jaculantes, alii per decliviora planioraque loca uſque ad aquam deſcendentes. Ibi turbulentus equitum conflictus fuit, his flumen exire, illis exitum prohibere nitentibus. Ac Perſæ quidem tragulas confertim mittebant, Macedones haſtis pugnabant. Sed Macedones numero longe inferiores, primo ſtatim congreſſu non parum damni acceperunt: quod ipſi ex lubrico pariter atque humili loco è flumine pugnarent: Perſæ vero eminentiore ripâ dimicarent, eamque lectiſſimo Perſarum equitatu cinxiſſent. Ibi Memnonis filii, ac poſt hos Memnon ipſe, dimicabant. & primi quique Macedonum cum Perſis confligentes ſtrenueque officium ſuum facientes cæſi ſunt, præter eos qui ſe ad Alexandrum appropinquantem receperunt. Neque enim longe aberat, dextrum cornu ducens,

9 Πτολεμαῖον τὸν Φιλίππου ἄγοντα ᾗ δὲ] Quaſi per ordinem tranſiret equitatus præfectura inter duces, ita vertunt. Tum egregiam operam navatam putant, quod inciſum, & pariter σύναμμα in verſione aliena interpoſuerint, quo factum ut quod ab Arriano profertur genere fœminino de Socratis ala, ad Ptolemæum & virile aliquod transferatur. Sed apage illud inciſum, apage in malam cum auctore furcam illud σύναμμα, quod vox ἄγοντα prorſus reſpuit, quæ omnino comitantem requirit alium caſum ejus rei, quam ἄγει. Conſtruendum eſt: καὶ Πτολεμαῖον τὸν Φιλίππου ἄγοντα μίαν τάξιν τῶν πεζῶν, καὶ πρὸ τούτων τὴν Σωκράτους ἴλην, ᾗ δὲ &c. ut ſtatim ante conſtrui debuit, Ἀμύνταν τὸν Ἀῤῥαβαίου ἔχοντα τοὺς προδρόμους ἱππέας καὶ μὴν καὶ τοὺς Παίονας καὶ τῶν πεζῶν τάξιν προεμβαλεῖν. Sic illud ἄγοντα poſtponit II, 2 δέκα μὲν ναῦς ςέλλουσιν ἐπὶ τὰς Κυκλάδας νήσους Δατάμην ἄνδρα Πέρσην ἄγοντα. Videtur autem in Macedonica militia obtinuiſſe, ut primus locus inter & turmas & omnes militum partes per dies variaret, quaſi omnes honore æquatæ eſſent, idque iſta varietate oſtenderetur, id vocat ἡγεμονίαν Arrianus. Sic V, 13 ἡγεμόνας δὲ τούτων τοὺς ἄλλους ὑπασπιστάς, ὡς ἑκάστοις αἱ ἡγεμονίαι ἐν τῷ τότε ξυνέβαινον, ut videtur correxiſſe interpres, ubi vulgo ὡς ἑκάστοι. Idem de ducibus teſtatur Arrianus I, 29 ὡς ἑκάστοις τῶν στρατηγῶν ἡ ἡγεμονία τῆς τάξεως ἐν τῇ τότε ἡμέρᾳ ἦν. Hanc ἡγεμονίαν vocat Polybius πρυτανεῖον lib. I cap. 24. Aptiſſime enim locum principem in præliis illic interpretatus eſt Caſaubonus, de quo contendebat Romana legio cum ſociis. Herodotus vero πρυτανηΐαν libro III cap. 112 ὡς ἑκάστη αὐτέων ἐγίνετο ἡ πρυτανηΐη τῆς ἡμέρης. Verto igitur: *atque ante iſtos Socratis alam ducentem Ptolemæum Philippi filium, quæ locum principem univerſi equitatus eo die ſortita erat.* An id quoque voluit Freinshemius uſurpatum fuiſſe in cuſtodibus machinarum? Nam quum Arrianus I, 22 ſcribat διεφύλαξαν οἱ περὶ Φιλώταν τε καὶ Ἑλλάνικον, οἷς ἡ φυλακὴ αὐτῶν ἐπιτετραμμένη, ipſe in Supplementis II, 10, 3 exponit, *quibus in eam diem machinarum cuſtodia ceſſerat*, quaſi per dies eam curam tranſiiſſe vel etiam forte eveniſſe ſignificaret. Quod tamen non poterit probare, & videtur id dependiſſe ex arbitrio regis cuicunque id mandare. Sic ſane accipienda apparet verba ejuſdem libri cap. 24 τὰς μὲν μηχανὰς ἐς Τράλλεις ἀπαγαγεῖν ἐκέλευσε τοὺς ἐπ' αὐταῖς τεταγμένους. Jam vero quod Baſileenſes editi habent ἔχουσαν caſu accuſandi, quodque in uno MS. ipſe etiam inveni, poſitum quidem eſt pro recto ἔχουσα, ut blaterat noſter, ſed id adeo non ſine cauſa factum fuit, ut id unice manum Arriani indicet. Nam vera lectio fuit ἔχουσα ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ, ut plene ſervavit unus iſte Optimus, & revocavi. Sed etiamnum defectus videretur hic locus (addi enim debet verbum κελεύει vel ſimile) niſi diſtinctione commoda & leniore poſt vocem ἡμέρᾳ annectantur his ſequentia, quod curavi ex editione Baſileenſi.

ἅμα οἱ ἄγων τὸ κέρας τὸ δεξιόν. Καὶ ἐμβάλλει ἐς τοὺς Πέρσας πρῶτος, ἵνα τὸ πᾶν στῖφος τῆς ἵππου καὶ αὐτοὶ οἱ ἡγεμόνες τῶν Περσῶν παρατεταγμένοι ἦσαν, καὶ περὶ αὐτὸν ξυνειστήκει μάχη καρτερά, καὶ ἐν τούτῳ ἄλλαι ἐπ' ἄλλαις τῶν τάξεων τοῖς Μακεδόσι διέβαινον οὐ χαλεπῶς ἤδη. Καὶ ἦν μὲν ἀπὸ τῶν ἵππων ἡ μάχη, πεζομαχίᾳ δὲ μᾶλλόν τι ἐῴκει. Ξυνεχόμενοι γὰρ ἵπποι τε ἵπποις, καὶ ἄνδρες ἀνδράσιν, ἠγωνίζοντο, οἱ μὲν ἐξῶσαι εἰσάπαν ἀπὸ τῆς ὄχθης, καὶ ἐς τὸ πεδίον βιάσασθαι τοὺς Πέρσας, οἱ Μακεδόνες· οἱ δὲ εἶρξαί τε αὐτῶν τὴν ἔκβασιν οἱ Πέρσαι, καὶ ἐς τὸν ποταμὸν αὖθις ἀπώσασθαι. Καὶ ἐκ τούτου ἐπλεονέκτουν ἤδη οἱ σὺν Ἀλεξάνδρῳ τῇ τε ἄλλῃ ῥώμῃ καὶ ἐμπειρίᾳ, καὶ ὅτι ξυστοῖς κρανείνοις [11] πρὸς παλτὰ ἐμάχοντο. Ἔνθα δὴ καὶ Ἀλεξάνδρῳ ξυντρίβεται τὸ δόρυ ἐν τῇ μάχῃ· ὁ δὲ Ἀρέτην ᾔτει δόρυ ἕτερον, ἀναβολέα τῶν βασιλικῶν· τῷ δὲ καὶ αὐτῷ πονουμένῳ συντετριμμένον τὸ δόρυ ἦν· ὁ δὲ τῷ ἡμίσει κεκλασμένου τοῦ δόρατος οὐκ ἀφανῶς ἐμάχετο, καὶ τοῦτο δείξας Ἀλεξάνδρῳ, ἄλλον αἰτεῖν ἐκέλευε. Δημάρατος [12] δέ, ἀνὴρ Κορίνθιος τῶν ἀμφ' αὐτὸν ἑταίρων, δίδωσιν αὐτῷ τὸ αὑτοῦ δόρυ. Καὶ ὃς ἀναλαβών, καὶ ἰδὼν Μιθριδάτην τὸν Δαρείου γαμβρὸν πολὺ πρὸ τῶν ἄλλων προϊππεύοντα, καὶ ἐπάγοντα ἅμα οἷ ὥσπερ ἔμβολον τῶν ἱππέων [13], ἐξελαύνει καὶ αὐτὸς πρὸ τῶν ἄλλων· καὶ παίσας ἐς τὸ πρόσωπον τῷ δόρατι, καταβάλλει τὸν Μιθριδάτην. Ἐν δὲ τούτῳ Ῥοισάκης μὲν ἐπελαύνει τῷ Ἀλεξάνδρῳ, καὶ παίει Ἀλεξάνδρου τὴν κεφαλὴν τῇ κοπίδι, καὶ τοῦ μὲν κράνους τι ἀπέθραυσε, τὴν πληγὴν δὲ ἔσχε τὸ κράνος. Καὶ καταβάλλει καὶ τοῦτον Ἀλέξανδρος, παίσας τῷ ξυστῷ διὰ τοῦ θώρακος ἐς τὸ στέρνον· Σπιθριδάτης δὲ ἀνετέτατο μὲν ἤδη ἐπ' Ἀλέ-

ducens, qui quidem ubi maxime confertos equites Persarumque duces videt primus impetum facit. Acerrimum ibi circa regem prælium excitatur. Interim alii post alios Macedonum ordines facile jam flumen transeunt. ac tametsi ex equis pugnaretur, pedestre potius prælium videbatur. Ita equi equis, viri viris conserti confligebant, illi quidem penitus à ripâ arcere & Persas in campum repellere nitentes Macedones, Persæ contra exitu Macedonas prohibere, rursumque ad flumen protrudere. Tandem qui circa Alexandrum erant, superiores evadunt, partim robore, & usu ac peritiâ rei bellicæ, partim quod jaculis ex corno confectis adversus tragulas pugnarent. Hîc Alexandro hasta in conflictu rumpitur. qui ab Arete regiorum equorum stratore aliam petit. cui etiam strenue rem gerenti sua rupta erat, & reliquo hastæ fragmento non male pugnabat: idque Alexandro ostendens, aliam peti jubet. Demaratus Corinthius unus amicorum qui circa eum erant, suam Alexandro hastam porrigit. Quâ arreptâ, Mithridatem Darii generum longe ante alios equo provectum conspicatus, equitum exiguo comitatu assumpto, ipse etiam alios antevertens, eques in eum fertur, atque ora trajectum prosternit. Ibi Rœsaces in Alexandrum invectus, gladio caput ejus ferit, galeâque nonnihil diffractâ ictus irritus resiliit. Hunc etiam Alexander sternit, hastâ per thoracem in pectus ictâ. Jamque Spithridates in Alexandrum alte à tergo gladium sustu-

11 *Ξυστοῖς κρανείνοις*] Quum interpretationem horum præteriisset Facius, Vulcanius *jaculis corneis* interpretatus fuit ita, ut margini apponeret, *ex arbore corno*. Postea chirographo suo correxit *ex corno confectis*. In quo sicut ei parere possimus, ita miror cur priorem vocem non consideraverit attentius. Erat enim ξυστὸν species armorum non ad eminus pugnandum & jaculandum, sed cominus & è propinquo. III, 14 τοῖς ξυστοῖς τὰ πρόσωπα τῶν Περσῶν κόπτοντες Alexander & ejus equites. Ita & mox. Diodorus Siculus XIX, 27 in Eumenis acie memorat ξυστοφόρους, qui ab interprete dicuntur *lanceas ferentes*, ut cap. 29 in Antigoni acie nominat λογχοφόρους, quos vertit *lancearios*. Id autem tanto magis erat nunc advertendum, quod non Macedonas armis suis debeamus credere vicisse ob materiam, unde constabant. Nam & παλτὰ ex eadem fiebant plerumque. Xenophon lib. VII Κυρ. π. ὡπλισμένοι δὲ πάντες ἦσαν τοῖς αὐτοῖς Κύρῳ ὅπλοις, χιτῶσι φοινικοῖς, θώραξι χαλκοῖς, κράνεσι χαλκοῖς, λόφοις λευκοῖς, παλτῷ κρανείνῳ ἑνὶ ἕκαστος. Sed & in Romulo Plutarchus, Ἐνταῦθα καὶ τὴν κρανείαν ἱδρῦσθαι τὴν ἱερὰν γεγονέναι, μυθολογοῦντες ὅτι πειρώμενος ὁ Ῥωμύλος αὑτοῦ λόγχην ἀκοντίσειεν ἀπὸ τοῦ Ἀβεντίνου τὸ ξύλον ἔχουσαν κρανίας. Imo & Romanis placuisse hoc genus ligni docent apud Festum Colurna hastilia, quæ explicat *ex arbore corno facta*: nam quodcumque eligas, intelligendum ξυστὸν, cujus hastile erat ex corni arboris ligno.

12 *Δημάρατος*] Ita clare unicus ille codex, quum reliqui omnes eodem editis, in quibus Δημάρατος, modo corrupti sint, nisi quod in uno vidi Διμάρατος, etiam pejus.

13 *Προϊππεύοντα ἅμα οἱ, ὥσπερ ἔμβολον τῶν ἱππέων*] Ut appareat omnibus scripturæ hujus inconcinnitas, scire oportet, nullo modo inde versionem Vulcanii (nam Facius posteriora omisit) colligi posse, sed proprie significare *provectum* vel *proequitantem secum, tanquam cuneum equitum*. Ut dicatur quasi Alexander cum Mithridate simul paulo evectus, non singuli ex sua parte ac diversa, sed una eademque, quod nemo non videt esse mendosissimum. Sed & perperam pro cuneo ponitur exiguus comitatus; cuneus enim vel ex maximo numero constare potest, & ea similitudo non multitudinem, sed formam respicit ordinationis. Quin etiam tres postremæ voces vel minimum, cui innitantur, non habent. Sed & suave videre est, quam acute hic egerint editores. Nam quum Veneti distinxissent προϊππεύοντα· ἅμα οἱ ὥσπερ, Basileenses προϊππεύοντα, ἅμα οἱ ὥσπερ, & hos sequutus esset Vulcanius (qui tamen chirographo novissimo illud comma induxit) postremus sic ausus fuit mutare, ut allegavimus. Cui, sodes bono? In hoc igitur loco tam caussario & manifeste defecto quum omnes omnino MSSti deserant, lege & reple ex Optimo καὶ ἐπάγοντα ἅμα οἱ, quod non dubitavi admittere. Utique & cap. 23. Τιμωρήσειν ἅμα οἱ τάξιν ἄγων. Et cap. 30 ἄγοντα ἅμα οἱ τὴν δύναμιν. Ut cap. 18. Μηδὲν μὲν αὐτὸς τιμῷ ἅμα οἱ ἔχει.

Ἀλέξανδρον ὄπισθεν τῇ κοπίδι, ὑποφθάσας δὲ αὐτὸν Κλεῖτος ὁ Δρωπίδου παῖς κατὰ τοῦ ὤμου, καὶ ἀποκόπτει τὸν ὦμον τοῦ Σπιθριδάτου ξὺν τῇ κοπίδι[14]· καὶ ἐν τούτῳ ἐπεκβαίνοντες ἀεὶ τῶν ἱππέων ὅσοις προυχώρει κατὰ τὸν ποταμὸν, 17 προσεγίγνοντο τοῖς ἀμφ' Ἀλέξανδρον. Καὶ οἱ Πέρσαι παιόμενοί τε πανταχόθεν ἤδη ἐς τὰ πρόσωπα αὐτοί τε καὶ οἱ ἵπποι τοῖς ξυστοῖς, καὶ πρὸς τῶν ἱππέων ἐξωθούμενοι, πολλὰ δὲ καὶ πρὸς τῶν ψιλῶν ἀναμεμιγμένων τοῖς ἱππεῦσι βλαπτόμενοι, ἐγκλίνουσι ταύτῃ πρῶτον, ᾗ Ἀλέξανδρος προεκινδύνευεν. Ὡς δὲ τὸ μέσον ἐνεδεδώκει αὐτοῖς, παρερρήγνυτο δὴ καὶ τὰ ἐφ' ἑκάτερα τῶν ἱππέων· καὶ ἦν δὴ φυγὴ καρτερά. Τῶν μὲν δὴ ἱππέων τῶν Περσῶν ἀπέθανον εἰς χιλίους[15]. Οὐ γὰρ πολλὴ ἡ δίωξις ἐγένετο, ὅτι ἐξετράπη Ἀλέξανδρος ἐπὶ τοὺς ξένους τοὺς μισθοφόρους· ὧν τὸ στῖφος, ᾗ τὸ πρῶτον ἐτάχθη, ἐκπλήξει μᾶλλον ἢ τοῦ παραλόγου, ἢ λογισμῷ βεβαίῳ ἔμενε. Καὶ τούτοις τήν τε φάλαγγα ἐπαγαγὼν, καὶ τοὺς ἱππέας πάντη προσπεσεῖν κελεύσας, ἐν μέσῳ δι' ὀλίγου κατακόπτει αὐτούς· ὥστε διέφυγε μὲν οὐδεὶς, ὅτι μὴ διέλαθέ τις ἐν τοῖς νεκροῖς· ἐζωγρήθησαν δὲ ἀμφὶ τοὺς δισχιλίους. Ἔπεσον δὲ καὶ οἱ ἡγεμόνες τῶν Περσῶν, Νιφάτης τε καὶ Πετήνης, καὶ Σπιθριδάτης ὁ Λυδίας σατράπης, καὶ ὁ τῶν Καππαδοκῶν ὕπαρχος Μιθροβουζάνης, καὶ Μιθριδάτης ὁ τοῦ Δαρείου γαμβρὸς, καὶ Ἀρβουπάλης[16] ὁ Δαρείου τοῦ Ἀρταξέρξου παῖς, καὶ Φαρνάκης, ἀδελφὸς οὗτος τῆς Δαρείου γυναικὸς, καὶ ὁ τῶν ξένων ἡγεμὼν Ὠμάρης. Ἀρσίτης δὲ ἐκ μὲν τῆς μάχης φεύγει ἐς Φρυγίαν, ἐκεῖ δὲ ἀποθνήσκει αὐτὸς πρὸς αὑτοῦ, ὡς ὁ λόγος, ὅτι αἴτιος ἐδόκει Πέρσαις γενέσθαι τοῦ ἐν τῷ τότε πταίσματος. Μακεδόνων δὲ τῶν μὲν ἑταίρων ἀμφὶ τοὺς εἴκοσι καὶ πέντε τῇ πρώτῃ προσβολῇ ἀπέθανον[17]· καὶ τούτων χαλκαῖ εἰκόνες ἐν Δίῳ[18] ἑστᾶσιν, Ἀλεξάν-

sustulerat, quum prior Clitus Dropidis filius gladio ejus in humerum adacto, brachium ei discidit. Interea dum hæc geruntur, equites quotquot potuêre, flumen transeuntes ad exercitum sese conjunxerant. At Persæ, 17 quum & ipsi & equi undequaque hastis peterentur, & ab equitatu premerentur, multum etiam ab expeditis, qui equitibus intermisti erant, damni acciperent, primum eâ parte in fugam vertuntur quâ Alexander inter primos dimicabat. Simulac vero medium agmen cedere cœpit, equitatu in utroque cornu dissipato, ingens fuga fit. Equitum Persarum mille circiter in eâ fugâ cæsi. Neque enim Alexander acriter illos insequutus est: nam ad exteros mercenarios se convertit. quorum agmen eodem loci ubi consistere jussum erat, stupore potius inopinati eventus, quam certâ aliquâ & firmâ ratione se continebat: immissaque in eos phalange, atque equitatu omni ex parte impetum facere jusso, parvo temporis spatio omnes in medio trucidat: adeo ut nemo evaserit, nisi inter cadavera delitescens. Vivi circiter bis mille in potestatem venerunt. Ex ducibus Persarum cæsi sunt, Niphates, Petenes, Spithridates Lydiæ satrapa, Mithrobuzanes Cappadocum præses, Mithridates Darii gener, Arbupales Artaxerxis ex Dario nepos, Pharnaces uxoris Darii frater, Omares mercenarii militis dux. Arsites ex ipsâ pugnâ in Phrygiam se recepit, ibique sibi ipse mortem conscisse fertur, quod illius cladis autor Persis fuisse videretur. Ex Macedonibus vero amicis circiter viginti quinque in primo conflictu cecidere. Horum æneæ statuæ in Dio sunt erectæ, quas Lysip-

14 Ξὺν τῇ κοπίδι] Diligentior fuit in hujus loci interpretatione Freinshemius in Curtianis Supplementis, quam omnes interpretes vel editores Arriani, quibus has voces negligentibus, ille memorat, *interceptum barbari brachium cum ipso gladio dejicit*.

15 Ἀπέθανον εἰς χιλίους] Ex mendi occasione tantillum numerum hic forte hæsisse notat Freinshemius ad Curt. III, 11, 17. Neque contra nitimur, nisi quod quum veteres libri tantopere conspirent in vulgatum, id potius intelligendum sit de iis modo equitibus, qui post prælium in ipsa fuga interfecti sunt. Ita sane videtur intellexisse Facius, dum vertit: *circiter mille in fuga cæsi*, & cum sequutus Vulcanius. Sed quodcunque hic acciderit, possemus facile credere scripsisse auctorem εἰς δισχιλίους, ut literæ illæ δισ fuerint absorptæ ab præcedentibus εἰς, & sic conveniret Arriano cum Diodoro: sed non placet suspecta habere, quæ sana sunt, & hic loquitur auctor tantum de Persis occisis, præter quos alii ex mercenariis multi ceciderunt, quos & infra recensuit Arrianus, etsi interciderint, vel prætermisit.

16 Ἀρβουπάλης] Concesserim verius esse nomen oppidi in Hispania ab Polybio nominati Ἀρβουκάλη, quam in Persia fuisse ducem eo nomine, quod in Arriano nunc legitur. Notus est mihi Arbaces vel Arbactus, sed in illo nihil prorsus est Persicum; neque ego dubitem, quin auctor noster scripserit Ἀρτοβάζης: quod non negabit ad literas admodum appropinquare, quisquis considerabit, & tam prior quam posterior pars sunt mera Persica. Quæ vero nuper hic fuerunt allita de conjunctione hujus cum Dario & explicatione vocum Græcarum, quibus eam effert Arrianus, item de Mithrobarzane, si consulueris Curtianum indicem Freinshemii in his appellationibus, videbis, unde furtivo animo sint sublecta.

17 Τῇ πρώτῃ προσβολῇ ἀπέθανον] Mirum satis: sic habent quatuor editiones, sic habent reliqui omnes MSSti. Et tamen manifeste deest vocula, quam unius Optimi codicis integritas nobis servavit, nempe ἐν τῇ πρώτῃ.

18 Ἐν Δίῳ] Quid indignius fieri poterat, quam factum est in editione novissima, ubi quia Vulcanius ex Facio verterat *in Jovis templo*, & non valde se repugnare dicit Lipsius & sequitur Berneggerus, hi tanta doctrina viri refutantur eo, quod Ζεὺς in gignendi casu habeat τοῦ Διὸς, in dandi casu τῷ Διῒ, quum τὸ Δῖον, τοῦ Δίου, τῷ Δίῳ sit ab oppido Macedoniæ. Potesne, immo audes tibi imaginari, lector, id ulli ex his fuisse ignoratum, quod iste balathro audet supponere? Nam quod de statuis in urbe Dio ex Livio affert, id habet Lipsius. Nobis certe major reverentia tantorum manium innata est. Et quid si recte illi! Non enim aut negant

λεξάνδρου κελεύσαντος Λύσιππον ποιῆσαι, ὅσπερ καὶ Ἀλέξανδρον μόνος προκριθεὶς ἐποίει. Τῶν δὲ ἄλλων ἱππέων, ὑπὲρ τοὺς ἑξήκοντα, πεζοὶ δὲ ἐς τοὺς τριάκοντα· καὶ τούτους τῇ ὑστεραίᾳ ἔθαψεν Ἀλέξανδρος ξὺν τοῖς ὅπλοις τε καὶ ἄλλῳ κόσμῳ· γονεῦσι δὲ αὐτῶν καὶ παισὶ τῶν τε κατὰ τὴν χώραν ἀτέλειαν [19] ἔδωκε, καὶ ὅσαι ἄλλαι ἢ τῷ σώματι λειτουργίαι, ἢ κατὰ τὰς κτήσεις ἑκάστων εἰσφοραί. Καὶ τῶν τετρωμένων δὲ πολλὴν πρόνοιαν ἔσχεν, ἐπελθών τε αὐτὸς ἑκάστους καὶ τὰ τραύματα ἰδὼν, καὶ ὅπως τις ἐτρώθη ἐρόμενος, καὶ ὅ, τι πράττων, εἰπεῖν τε καὶ ἀλαζονεύσασθαί οἱ παρασχών. Ὁ δὲ καὶ τῶν Περσῶν τοὺς ἡγεμόνας ἔθαψεν. Ἔθαψε δὲ καὶ τοὺς μισθοφόρους Ἕλληνας, οἳ ξὺν τοῖς πολεμίοις στρατεύοντες ἀπέθανον· ὅσους δὲ αὐτῶν αἰχμαλώτους ἔλαβε, τούτους δὲ δήσας ἐν πέδαις, εἰς Μακεδονίαν ἔπεμψεν [20] ἐργάζεσθαι, ὅτι παρὰ τὰ

Lysippus Alexandri jussu finxit, qui quidem etiam Alexandrum ipsum reliquis statuariis prælatus finxit. Ex reliquo equitatu supra LX desiderati sunt, pedites circiter XXX: quos Alexander postridie cum armis & reliquo cultu sepeliri jussit: parentibus eorum ac liberis, in suâ cuique regione, vectigalium immunitatem concessit, omniaque quæ aut corpore præstantur servitia, aut ex facultatibus penduntur tributa, remisit. Sauciorum etiam magnam curam habuit, obeundo singulos, vulneraque inspiciendo, & quomodo quisque ea accepisset interrogando, libera cuique gestorum suorum narratione prædicationeque permissâ. Persarum etiam duces sepeliit: ad hæc mercenarios Græcos, qui hostibus merentes, cæsi fuerant. Quotquot vero mercenariorum vivi in potestatem venerunt, vinctos in Macedoniam ad ergastula misit, quod con-

negant aut nesciverunt eas statuas in urbe Dio fuisse erectas; sed an in isto oppido non potuit fuisse templum Jovis? immo an non Δῖον Græce exprimit templum Jovis? immo an non ista urbs nomen accepit ab isto templo? Hæc ego tria credo, & cognoscere cupio, qui possit horum utrumcunque negari? Ut plus dicam, hoc oppidum & simul templum illic innui opinor ab Justino XXIV, 2. *Quo perducto in sanctissimum Jovis templum veterrimæ Macedonum religionis.* Immo & templum clare nominatur in verbis Livii quæ ibi allegantur: quod templum cujus Dei, nisi Jovis? hoc est, Δῖον. Sane & ego reor mentem Arriani prorsus fuisse de oppido Dio, sed hi viri non sic erant accipiendi.

19 Τῶν τε κατὰ τὴν χώραν ἀτέλειαν] Vulcanius *in sua cuique regione vectigalium immunitatem.* Facius, *agri immunitatem.* Significat ea quæ provenissent in agris eorum, fuisse immunia, & sive exportare vellent, sive in urbem suam colligere, licuisse id eis facere sine ullo onere.

20 Εἰς Μακεδονίαν ἔπεμψεν] In Optimo est ἀπέπεμψεν, & sic ab Arriano scriptum affirmat eadem vox repetita, ut moris est. Postea in illis τῇ Ἀθηνᾷ ἐν τῇ πόλει plerique codices vetusti omittunt posterius τῇ, si quid hoc ad rem pertinet. III, 16 ἢ ἄπιμεν ἐς πόλιν. Cæterum ob epigramma quod paulo post narratur, placuit Freinshemio ad Curt. III, 12, 27 & VII, 7, 14 Pausaniam, qui libro IX exserte scribat, neque de Dario, nec de Indicis victoriis tropæum ullum erigi curasse Alexandrum, cum Arriano committere, & ut alterum, nempe Pausaniam, erroris arguat, alteri patrocinari. Id fecit, postquam Basileenses Latinæ Facii versionis margini apposuere in his contineri ALEXANDRI TROPÆUM, quod in priore editione non viderat. Et forsan hic locus & ista nota Freinshemio subjecit, ut in fronte notarum arcu cum tropæo erecto inscriberet ALEXANDER DE PERSIS ET INDIS. Eandem non erigendi tropæi ab Carano institutam, deinceps ab Macedonicis Regibus retentam observationem narraverat Lud. Nonnius ad Goltzii Græciam pag. 163, repetitque pag. 172 ad Philippi nummum XI, in quo Minerva armata & ab altera parte tropæum. Itaque hunc & locum Diodori Siculi ex libro XVI de tropæo contra Illyrios ostentat contra auctoritatem Pausaniæ, ut & alterum Alexandri VIII. Sed ut omissis aliis hoc agamus (nam & posteriore loco profligavit alia Freinshemius, & aliud est nummum cudere cum imagine erigentis tropæum, aliud erigere ipsum) non video hic ab Arriano tropæum erigi. Quippe quum tropæum non intelligatur nisi erectum prope sedem pugnæ ipsius. At hæc etsi similis titulo & elogio tropæi, tamen est inscriptio donarii, ut semper moris fuisse vel ex donariis Delphicis apud Herodotum cognoscimus. In quo si Alexander videtur aliquo modo admiscere τὸ Σπάρτην προσεπιγράφειν, id utique non in contumeliam Persarum, sed Lacedæmoniorum fecisse prorsus videtur. Neque possum non hic adnotare acumen Thomæ Stanleii, in commentario ad Æschylum scribentis Alexandrum Homeri in primis studiosum post primam in Asia partam victoriam CCC armaturas Persicas dono Palladi misisse exemplo Ulyssis, quem Homerus scribit exuvias Doloni jam jam expiranti detractas è vestigio Minervæ dedicasse. Καὶ τάγ' Ἀθηναίῃ Ληΐτιδι δῖος Ὀδυσσεὺς Ὑψόσ' ἀνέσχεθε χειρί. Quod ipsum Ulyssis exemplum in mente fuisse tunc Alexandro & ad ejus imitationem id fecisse, imaginari mihi non possum; & nihil non in his duobus dispar. Quin si Alexander primus sic Minervam coluisset, posset aliqua parte fulciri hæc suspicio. Sed pater Philippus jam dederat exemplum, ut palam ex nummis patet, quos idcirco judicavi apponendos. Quippe quod caput Minervæ ab altera parte illic vides, palam venit ex consuetudine Macedonica, qua soliti fuerunt panoplias illi consecrare, ut notat nunc Arrianus, & hic in istis nummis. Plane autem inscriptio hæc formata est ad exemplum ejus, quod describit Dio Chrysost. in Trojana pag. 186, Achivorum nave ab Hectore incensa, castraque capta καὶ ἀνάθημα ἀναθέντες τῇ Ἀθηνᾷ, καὶ ἐπιγράψαντες, ὡς ἴδιός ἐστι, τοῦ ἐπιγράμματος. Prave etiam in Supplementis Curtianis II, 5, 34 edidit Freinshemius *trecentos clypeos.* neque enim hos exprimit tantum πανοπλίαι.



K 2

τὰ κοινῇ δόξαντα[21] τοῖς Ἕλλησιν, Ἕλληνες ὄντες, ἐναντία τῇ Ἑλλάδι ὑπὲρ τῶν βαρβάρων ἐμάχοντο. Ἀποπέμπει δὲ καὶ εἰς Ἀθήνας τριακοσίας πανοπλίας Περσικάς, ἀνάθημα εἶναι τῇ Ἀθηνᾷ ἐν τῇ πόλει· καὶ ἐπίγραμμα ἐπιγραφῆναι ἐκέλευσε τόδε, ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΣ ΦΙΛΙΠΠΟΥ, ΚΑΙ ΟΙ ΕΛΛΗΝΕΣ, ΠΛΗΝ ΛΑΚΕΔΑΙΜΟΝΙΩΝ, ΑΠΟ ΤΩΝ ΒΑΡΒΑΡΩΝ ΤΩΝ ΤΗΝ ΑΣΙΑΝ ΚΑΤΟΙΚΟΥΝΤΩΝ. 18 Καταστήσας δὲ Κάλαν σατραπεύειν ἧς Ἀρσίτης ἦρχε, καὶ τοὺς φόρους τοὺς αὐτοὺς ἀποφέρειν τάξας, οὕσπερ Δαρείῳ ἔφερον, ὅσοι μὲν τῶν βαρβάρων κατιόντες ἐκ τῶν ὀρῶν ἐνεχείριζον σφᾶς, τούτους μὲν ἀπαλλάττεσθαι ἐπὶ τὰ αὑτῶν ἑκάστους ἐκέλευσε. Ζελείτας δὲ ἀφῆκε τῆς αἰτίας, ὅτι πρὸς βίαν ἔγνω συστρατεῦσαι[22] τοῖς βαρβάροις. Δασκύλιον δὲ παραληψόμενον Παρμενίωνα ἐκπέμπει· καὶ παραλαμβάνει Δασκύλιον Παρμενίων ἐκλιπόντων τῶν φρουρῶν. Αὐτὸς δὲ ἐπὶ Σάρδεων προὐχώρει, καὶ ἀπέχοντος αὐτοῦ ὅσον ἑβδομήκοντα σταδίους Σάρδεων, ἧκον παρ' αὐτὸν Μιθρήνης τε ὁ φρούραρχος τῆς ἀκροπόλεως τῆς ἐν Σάρδεσι, καὶ Σαρδιανῶν οἱ δυνατώτατοι· ἐνδιδόντες οἱ μὲν τὴν πόλιν, ὁ δὲ Μιθρήνης τὴν ἄκραν καὶ τὰ χρήματα. Ἀλέξανδρος δὲ αὐτὸς μὲν κατεστρατοπέδευσεν ἐπὶ τῷ Ἕρμῳ ποταμῷ. Ἀπέχει δὲ ὁ Ἕρμος ἀπὸ Σάρδεων σταδίους εἴκοσιν[23]. Ἀμύνταν δὲ τὸν Ἀνδρομένους τὴν ἄκραν παραληψόμενον ἐκπέμπει ἐς Σάρδεις· καὶ Μιθρήνην μὲν ἐν τιμῇ ἅμα οἱ ἦγε, Σαρδιανοὺς δὲ καὶ τοὺς ἄλλους Λυδοὺς τοῖς νόμοις τε τοῖς πάλαι Λυδῶν χρῆσθαι ἔδωκε, καὶ ἐλευθέρους εἶναι ἀφῆκεν. Ἀνῆλθε δὲ αὐτὸς εἰς τὴν ἄκραν, ἵνα τὸ φρούριον ἦν τῶν Περσῶν· καὶ ἔδοξεν αὐτῷ ὀχυρὸν τὸ χωρίον. Ὑπερύψηλόν τε γὰρ ἦν καὶ ἀπότομον πάντῃ καὶ τριπλῷ τείχει πεφραγμένον· αὐτὸς δὲ ἐπὶ τῇ ἄκρᾳ ναόν τε οἰκοδομῆσαι Διὸς Ὀλυμπίου ἐπενόει, καὶ βωμὸν ἱδρύσασθαι. Σκοποῦντι δὲ αὐτῷ τῆς ἄκρας ὅπερ ἐπιτηδειότατον χωρίον, ὥρᾳ ἔτους ἐξαίφνης[24] χειμὼν ἐπιγίγνεται, καὶ βρονταὶ σκλη-

contra commune Græcorum decretum, Græci quum essent, in Græcos pro barbaris arma gessissent. Athenas porro, CCC armaturas Persicas misit, quæ Minervæ in eâ urbe donarii loco suspenderentur: hancque iis inscriptionem addi jussit, ALEXANDER PHILIPPI FILIVS ET GRÆCI, LACEDÆMONIIS EXCEPTIS, HÆC DE BARBARIS ASIAM INCOLENTIBVS SPOLIA. 18 Posthæc Cala ejus provinciæ cui Arsites præfuerat satrapa constituto, iisdemque tributis, quæ Dario pendere soliti erant, imperatis, barbaros quotquot è montibus descendentes sese dediderunt, ad domos suas reverti jubet. Zelitis quoque culpam remisit, quod coactos illos cum barbaris militasse sciret. Parmenionem ad capiendum Dascylium mittit: idque cepit præsidio destitutum. Ipse Sardes versus movit: quumque ab oppido LXX. ferme stadiis abesset, obvium habuit Mithrenen, præsidii quod in arce erat præfectum, primoribus Sardianorum comitatum: atque hi quidem oppidum, Mithrenes arcem & pecuniam dedunt. Alexander ad Hermum flumen castra locat. Distat id à Sardibus stadiis xx. Amyntam Andromenis filium Sardes mittit, qui arcem recipiat: ac Mithrenen honorifice secum ducit. Sardianis autem aliisque Lydis, ut antiquis Lydorum legibus utantur permittit, liberosque dimittit. Ipse in arcem conscendit, ubi Persarum præsidium erat: visusque ipsi est locus vehementer munitus. Erat enim arx excelso admodum loco sita, omnique ex parte prærupta, & triplici muro cincta. Ipse in summâ arce templum Jovi Olympio extruere, aramque ponere decernit. Consideranti vero illi quisnam arcis locus maxime eam ad rem commodus esset, opportuno anni tempore confestim tempestas ingentiaque tonitrua

21 Τὰ κοινῇ δόξαντα] Retinui versionem ab Freinshemio confirmatam in notis Curtianis III, 1, 9, cui ingrate postremus editor hanc laudem subripuit, quum Vulcanius in edita versione interpretatus esset *communem Græcorum sententiam*, novissime autem correxisset *commune Græcorum institutum ac morem Græci in Græcos* deletis duabus vocibus. In eodem furto igitur scias hærere, quod in Amstelodamensi editione notatur pag. 217, quippe quem locum libri tertii Freinshemius illic quoque citat.

22 Ἔγνωσαν συστρατεῦσαι τοῖς βαρβάροις] Vulcanius, *cum barbaris militasse sciret*. Etiam Facius: *quoniam sciebat invitos pro barbaris arma suscepisse*. Denique etiam in Supplementis Freinshemius, *quos à Persis coactos adversus ipsum militasse cognoverat*. At aliud denotant Græca, nempe, *quod coacti cum barbaris militare decreverant*. Habes ergo, Lector, quod Stephanianæ & nupertimæ editioni exprobres, quæ tanta levitate hic defunctæ sunt, ut Venetam aut Basileensem noluerint consulere; in eis namque legitur ἔγνω σὺν στρατεῦσαι quam lectionem tuentur MSSti tres, at alii cum Optimo ἔγνω συστρατεῦσαι, quod tandem revocemus. Simile quid est II, 20 ὅτι ὑπ' ἀνάγκης μᾶλλόν τι ἢ κατὰ γνώμην τὴν σφῶν ἰδίαν ξυνταχθῆναι τοῖς Πέρσαις. In iisdem paulo ante legitur ἀπαλλάττεσθαι ἐ. τ. α. ἑ. ἐκέλευε, ubi duæ posteriores edunt ἐκέλευσε, sed Vulcanius ipse postea literam σ transfixit. In MSS. quos vidi, nihil notavi.

23 Σταδίους εἴκοσιν] Opt. σταδίους ὅσον εἴκοσιν, quæ perpetua est Arriani sive cautio, sive suavis loquutio, & paulo ante præcessit. Dein necessario scribendum ἀνῆλθε εἰς καὶ αὐτός, ubi vulgo omittitur καί.

24 Ὥρᾳ ἔτους ἐξαίφνης &c.] Nihil facit hoc loco opportunum anni tempus à Vulcanio excogitatum. Verior

σκληραὶ καὶ ὕδωρ ἐξ οὐρανοῦ πολὺ ἐπὶ τὰ τῶν Λυδῶν βασίλεια. Καὶ ἐντεῦθεν Ἀλεξάνδρῳ ἔδοξεν [25] ἐκ θεοῦ σημανθῆναι, ἵνα χρὴ οἰκοδομεῖσθαι τῷ Διῒ τὸν νεών, καὶ οὕτως ἐκέλευσε. Κατέλιπε δὲ τῆς μὲν ἄκρας τῆς Σάρδεων ἐπιμελητὴν Παυσανίαν τῶν ἑταίρων· τῶν δὲ φόρων τῆς συντάξεώς τε καὶ ἀποφορᾶς [26] Νικίαν· Ἄσανδρον δὲ τὸν Φιλώτου, Λυδίας καὶ τῆς ἄλλης τῆς Σπιθριδάτου ἀρχῆς, δοὺς αὐτῷ ἱππέας τε καὶ ψιλοὺς ὅσοι ἱκανοὶ πρὸς τὰ παρόντα ἐδόκουν. Κάλαν δὲ καὶ Ἀλέξανδρον τὸν Ἀερόπου, ἐπὶ τὴν χώραν τὴν Μέμνονος ἐκπέμπει, ἄγοντας τούς τε Πελοποννησίους [27] καὶ τῶν ἄλλων ξυμμάχων τοὺς πολλοὺς πλὴν Ἀργείων. Οὗτοι δὲ ἐν Σάρδεσι καταλείφθησαν τὴν ἄκραν φυλάττειν. Ἐν τούτῳ δέ, ὡς τὰ ὑπὲρ τῆς ἱππομαχίας ἐξηγγέλθη, οἵ τε τὴν Ἔφεσον φρουροῦντες μισθοφόροι ᾤχοντο φεύγοντες, δύο τριήρεις τῶν Ἐφεσίων λαβόντες, καὶ ξὺν αὐτοῖς Ἀμύντας ὁ Ἀντιόχου, ὃς ἔφυγεν ἐκ Μακεδονίας Ἀλέξανδρον [28]· παθὼν μὲν οὐδὲν πρὸς Ἀλεξάνδρου, δυσνοίᾳ δὲ τῇ πρὸς Ἀλέξανδρον, καὶ αὐτὸς ἀπαξιώσας [29] τι παθεῖν πρὸς αὐτοῦ

trua excitantur, & vehemens imber è cælo ruit in eam partem ubi Lydorum regia fuerat. Alexandro itaque visum est, significari à Deo, quo loco templum Jovi exstruendum esset: atque ita fieri imperat. Arcis curam Pausaniæ uni ex amicis committit, vectigalium ac tributorum collectionem Niciæ. Asandrum autem Philotæ filium Lydiæ ac reliquæ Spithridatis provinciæ præficit: equitesque & expeditos, qui ad præsentem rerum statum sufficere videbantur, ei adjungit. Calan autem & Alexandrum Aëropi filium in Memnonis provinciam mittit, qui Peloponnenses ac sociorum plerosque ducant, exceptis Argivis. Hi enim Sardibus præsidio arcis relicti erant. Interea, dispersâ passim equestris illius prælii famâ, mercenarii, qui apud Ephesum in præsidio erant, duabus Ephesiorum triremibus captis, profugerunt: unaque cum iis Amyntas Antiochi filius, qui ex Macedoniâ ab Alexandro se subduxerat, non quod ullam injuriam ab Alexandro accepisset, sed odio quodam illius concepto, indignum ratus si aliquo ab Alexandro incommodo afficeretur.

tiot Facius, *repente (ut erat anni tempus) tetra tempestas*, aut Freinshemius in Supplementis: *confestim exorta vehemens tempestas multo imbre partem arcis perfudit*.

25 Καὶ ἐντεῦθεν Ἀλεξάνδρῳ ἔδοξεν] Veneta & Basileensis editiones cum codice MS. Perusino, & uno Florentino καὶ ἐντεῦθεν Ἀλεξάνδρῳ διέδοξεν, idemque notavit ex Augustano Vulcanius. Duo reliqui Ἀλεξάνδρῳ διέδοξεν omissis duabus prioribus voculis. Unde & quo ista omnia? nisi ut appareat Arriani manum esse Ἀλεξάνδρῳ δὴ ἔδοξεν, quæ plane ita exstat in Optimo & alio Florentino, ad quam alii alludunt: etsi non tam Alexandro, quam Aristandro id credimus placuisse, & per hunc illi. Mox pro Παυσανίαν τῶν ἑταίρων lege ex iisdem τῶν ἑταίρων. Sic III, 6 Μένανδρον τῶν ἑταίρων. Et 16 Μάζαρον τῶν ἑταίρων. Et 28 Κάρανον τῶν ἑταίρων. Et passim.

26 Φόρων τῆς συντάξεώς τε καὶ ἀποφορᾶς] Vulcan. *vectigalium ac tributorum collectionem*, & inde Freinshemius, *vectigalibus tributisque colligendis*. Procul dubio uterque ex Facii imitatione *exigendis vectigalibus ac tributis*. Si Facio veniam damus, Vulcanio utique neganda est, quum σύνταξις hoc loco nec sit collectio, nec vectigalia vel tributa possit notare, neque etiam debeat ratio haberi significationis, quam præbet Harpocration, quum debuisset *tributorum descriptioni & collationi*. Συντάττειν φόρους est, imponere tributum, describere ac designare, quantum & quid contribuendum sit. Manifeste sic utitur ipse Arrianus III, 17 ὁ φόρος δὲ ὁ συνταχθεὶς ἦν ἵπποι, de Uxiis. Et simplex in principio Indic. Φόρους ἀπέφερον Κύρῳ ἐκ τῆς γῆς σφῶν, ὡς ἔταξε Κῦρος. At colligere tributa Græcis dicitur φορολογεῖν. In Facio autem lenius consulendum, quippe Veneti & Basileenses edunt συνάξεως, quod quidem apparet conveniens, sed est contra omnes scriptos, quantum novi; id vero esset idem quod alibi dicit συλλογῆς: & videri posset Alexander non tantum permisisse Niciæ, ut indicendi nova vectigalia potestatem haberet, se absente, quum ipse proculdubio præsens provinciam ordinaverit, immo noluerit alios φόρους sibi solvi; quam fuerant soluti Dario. Sed ut dico id est præter MSS. codices, & possunt multa fuisse in causa, ut & illam potestatem Niciæ dederit, si tempora id repente exigerent. Verto igitur *tributorum descriptioni & collationi*. Id enim nunc denotari puto per vocem ἀποφορά, ut paulo post τοὺς φόρους, ὅσους τοῖς βαρβάροις ἀπέφερον. Et jam ante.

27 Ἄγοντα τούς τε Πελοποννησίους] Et hic novissimæ editiones vitiose literam abstulerunt. Reponendum ex MSS. omnibus ἄγοντας, nec aliter Basileenses, agnovitque in versione Vulcanius: etsi is postea non reperiens eam scripturam in Augustano vacillavit, & mutavit versionem *mittit Peloponnenses ac sociorum pl. ducentem*. Deinde Optimus ὡς τὰ τῆς ἱππομαχίας ἐξηγγέλθη, absque ὑπέρ, ut cap. 26 τὰ δὲ τῆς ἐπιβουλῆς ἐξηγγέλθη ὧδε, quam particulam tamen retinet Arrianus II, 6 φράζει αὐτοῖς τὰ ἐξηγγελμένα ὑπὲρ Δαρείου τε καὶ τῆς στρατιᾶς τῆς Δαρείου.

28 Ἔφυγεν ἐκ Μακεδονίας ὡς Ἀλέξανδρον] Optime vertit Vulcanius, *qui ex Macedonia ab Alexandro se subduxerat*; vel ut in Supplementis Freinshemius, *qui ex Macedonia profugerat*. At plane diversa in Græcis. Itaque offendens hic Grentemesnilius legere jubet ἀπ' Ἀλεξάνδρου. Infeliciter profecto, ut solet passim, dum non nisi vitiosas editiones tractat & inde ita se effert, ut ingenio omnia committere non dubitet, quod non potest non frequentissime delirare à sulco justo. I nunc bone lector, & mirare optimos auctores tot nugis lectionum scatere, omniaque suspicionibus & conjecturis ineptissimis plena esse. Irrepsit particula ὡς in Vulcanianam & novissimam editiones. At nullus eam agnoscit MS., atque etiam Veneti & Basileenses clare ἔφυγεν ἐκ Μακεδονίας Ἀλέξανδρον. Etiam notavit in Augustano deesse Vulcanius. Contrarium evenit Peirescianis, ubi pag. 22 notat Valesius φεύγειν τὰ χρέα dictum pro φεύγειν διὰ τὰ χρέα. Non opinor. Nam & sic ille *Arma Jovis fugiens & regnis exsul ademtis*.

29 Καὶ αὐτὸς ἀπαξιώσας] Priores voces in Optimo non apparent, nec sunt necessaria. Pro sequente verbo in tribus MSS. offendi ἀπαξιώσας, quod scire magno cupide emisset Freinshemius, quem vide in Curtiano Indice in *Amyntas*: ejus enim sunt verba, quæ nuper huic loco sunt apposita. Sed alii & Optimus recte tenent vulgatam, satis lucide ab Vulcanio interpretatam, & à Freinshemio nimium πραγματικῶς consideratam, & locutio Latina est apud Justinum VII, 3 *dedignatus ipse ire*. Idem postea pro δι' αὐτοῦ habet, quod nos diu suspicabamur, (quum animadverteremus nihil antecedere, quo referri hoc plurale deberet, neque possemus

αὐτοῦ ἄγει. Τετάρτῃ δὲ ἡμέρᾳ ἐς Ἔφεσον ἀφικόμενος, τούς τε φυγάδας, ὅσοι δι' αὐτὸν ἐξέπεσον τῆς πόλεως, κατήγαγε, καὶ τὴν ὀλιγαρχίαν καταλύσας, δημοκρατίαν κατέστησε· τοὺς δὲ φόρους, ὅσους τοῖς βαρβάροις ἀπέφερον, τῇ Ἀρτέμιδι ξυντελεῖν [30] ἐκέλευσεν. Ὁ δὲ δῆμος ὁ τῶν Ἐφεσίων, ὡς ἀφῃρέθη αὐτοῖς ὁ ἀπὸ τῶν ὀλίγων φόβος, τούς τε Μέμνονα ἐπαγομένους, καὶ τοὺς τὸ ἱερὸν συλήσαντας τῆς Ἀρτέμιδος, καὶ τοὺς τὴν εἰκόνα τοῦ Φιλίππου τὴν ἐν τῷ ἱερῷ καταβαλόντας, καὶ τὸν τάφον ἐκ τῆς ἀγορᾶς ἀνορύξαντας τὸν Ἡροπύθου, τοῦ ἐλευθερώσαντος τὴν πόλιν, ὥρμησαν ἀποκτεῖναι. Καὶ Σύρφακα μὲν καὶ τὸν παῖδα αὐτοῦ Πελάγοντα [31] καὶ τοὺς τῶν ἀδελφῶν τοῦ Σύρφακος παῖδας ἐκ τοῦ ἱεροῦ ἐξαγαγόντες κατέλευσαν· τοὺς δὲ ἄλλους διεκώλυσεν Ἀλέξανδρος προσωτέρω ἐπιζητεῖν καὶ τιμωρεῖσθαι· γνοὺς ὅτι ὁμοῦ τοῖς αἰτίοις καὶ οὐ ξὺν δίκῃ τινὰς, τοὺς μὲν κατ' ἔχθραν, τοὺς δὲ κατ' ἁρπαγὴν χρημάτων ἀποκτενεῖ, ξυγχωρηθὲν αὐτῷ, ὁ δῆμος. Καὶ εἰ δή τῳ ἄλλῳ, καὶ τοῖς ἐν Ἐφέσῳ πραχθεῖσιν, 19 Ἀλέξανδρος ἐν τῷ τότε εὐδοκίμει. Ἐν τούτῳ δὲ ἐκ Μαγνησίας τε καὶ Τραλλέων παρ' αὐτὸν ἧκον ἐνδιδόντες τὰς πόλεις· καὶ ὃς πέμπει Παρμενίωνα, δοὺς αὐτῷ δισχιλίους καὶ πεντακοσίους πεζοὺς τῶν ξένων, καὶ Μακεδόνας προσαπώσους, ἱππέας δὲ τῶν ἑταίρων ἐς διακοσίους. Ἀλκίμαχον [32] δὲ τὸν Ἀγαθοκλέους, ἐπὶ τὰς Αἰολίδας τε πόλεις ξὺν δυνάμει οὐκ ἐλάττονι ἐξέπεμψε, καὶ ὅσαι Ἰωνικαὶ ὑπὸ τοῖς βαρβάροις ἔτι ἦσαν. Καὶ τὰς μὲν ὀλιγαρχίας πανταχοῦ καταλύειν ἐκέλευσε, δημοκρατίας δέ γε ἐγκαθιστάναι [33], καὶ τοὺς νόμους τοὺς σφῶν ἑκάστοις ἀποδοῦναι· καὶ τοὺς φόρους ἀνεῖναι, ὅσους τοῖς βαρβάροις ἀπέφερον. Αὐτὸς δὲ ἐπιμείνας [34] ἐν Ἐφέσῳ, θυσίαν τε ἔθυσε τῇ Ἀρτέμιδι, καὶ πομπὴν ἔπεμψε ξὺν τῇ στρατιᾷ πάσῃ ὡπλισμένῃ τε καὶ ὡς ἐς μάχην ξυντεταγμένῃ. Τῇ δ' ὑστεραίᾳ ἀναλαβὼν τῶν τε πεζῶν τοὺς λοιποὺς καὶ τοὺς τοξότας καὶ τοὺς Ἀγριᾶνας καὶ τοὺς Θρᾷκας ἱππέας καὶ τῶν ἑταίρων τήν τε βασιλικὴν ἴλην καὶ πρὸς ταύτῃ τρεῖς ἄλλας, ἐπὶ Μιλήτου ἐστέλλετο· καὶ τὴν μὲν ἔξω καλουμένην πόλιν [35] ἐξ ἐφόδου ἔλαβεν ἐκλιπόντων

tur. Is quum quarto die Ephesum pervenisset, exules quotquot ab ipsis civitate ejecti fuerant, reducit, & abolito paucorum dominatu, popularem statum constituit. Tributa quæ barbaris detulerant, Dianæ pendi jussit. Ephesiorum populus, sublato metu ex paucorum dominatione, eos qui Memnona adduxerant, quique templum Dianæ spoliaverant, & Philippi statuam in eadem æde subverterant, quique Heropythi sepulcrum, à quo civitas in libertatem reducta fuerat, in foro eruerant, ad necem poscunt. Syrphacem ejusque filium Pelagontem, & fratrum Syrphacis liberos è templo protractos lapidibus obruunt. In alios Alexander ulterius inquiri aut de iis supplicium sumi vetuit: intelligens videlicet, populum, potestate sibi factâ, non tantum in sontes, sed in eos etiam, qui extra culpam essent, partim odio, partim spe prædæ sæviturum. Et certe, si quibus aliis, his præcipue rebus in Epheso gestis Alexander sibi laudem comparavit. Dum hæc geruntur, 19 legati ex Magnesiâ & Trallibus veniunt, qui urbes Alexandro dedant. Ipse Parmenionem mittit cum duobus millibus quingentis peditibus exteris, & Macedonibus totidem: equitibus, ex amicis, ducentis. Alcimalum autem Agathoclis filium ad Æolicas urbes & Jonicas, quæ adhuc in barbarorum potestate erant, cum paribus fere copiis emittit. Paucorum dominatum ubique aboleri, & popularem statum introduci, patriasque leges cunctis restitui jubet; tributa etiam, quæ barbaris detulerant, rescindi. Ipse Ephesi commoratus, Dianæ sacrificavit, eique cum universo exercitu armato ac veluti ad pugnam instructo pompam duxit. Postridie vero cum reliquo peditatu, sagittariis & Agrianis, Thracum equitatu, & amicorum turmâ regiâ, aliisque insuper tribus, Miletum profectus est, & exteriorem quidem, ut vocant, urbem primo adventu, quod præsidio vacua esset, cepit:

mus adsentiri Freinshemio laxissime in Supplementis II, 6, 23 transferenti, *qui paucorum dominatione pulsi fuerant*, ut sic ad sequens ὀλίγων respexerit) δι' αὐτὸν, scilicet Ἀλέξανδρον, propter ipsum, qui ejus partes fovere se ostendissent. Necessaria est hæc mutatio, & nescio an non eam suboluerit Facius, vertens, *qui sua ipsius causa extorres facti fuerant*. Id quod vel maxime affirmat ipse Arrianus III, 6 κατελθόντας ἀπὸ τῆς φυγῆς, ὅσοι δι' αὐτὸν ἔφυγον, *qui sua causa fugerant*.

30 Τῇ Ἀρτέμιδι ξυντελεῖν] Hoc igitur respicit Tacitus scribens lib. III annal. 61. *Auctam hinc concessu Herculis, cum Lydia potiretur, cærimoniam templo: neque Persarum ditione deminutum jus: post Macedonas, dein nos servavisse.* Quid voluerit, non satis exprimit. Certe non ut Romani servaverunt, sic & Macedones, qui locuplete reditu augentes sic ostenderunt se servari velle.

31 Σύρφακα μὲν καὶ τὸν παῖδα αὐτοῦ Πελάγοντα] Nihil clarius exprimi potest. Vide tamen quanta attentione in Supplementis Freinshemius: *Pelagon cum fratre Syrphace & patruelibus.* Sed voluit, opinor, *patre*.

32 Ἀλκίμαχον] MSS. duo Ἀλκύμαχον. Sed Optimus Ἀντίμαχον.

33 Δημοκρατίας δέ γε ἐγκαθιστάναι] Notandum est, quod sine ulla auctoritate sic ediderint. Nam Veneti & Basileenses legerunt δέ τε ἐγκ. MS. unus δὴ τότε. Tres alii δὲ τε ἐγκ. & sic quoque Optimus & quintus, quem Perusiæ inspexi. Sed & idem ille Optimus statim τοὺς νόμους τοὺς σφῶν ἑκάστοισιν ἀποδοῦναι, non ἑκάστοις, ut vulgatur.

34 Αὐτὸς δὲ ἐπιμείνας] Plerique cum Optimo ὑπομείνας.

35 Καὶ τὴν μὲν ἔξω καλουμένην πόλιν] Licet eam in V. C. ἐξόδου esse annotaret Vulcanius, in editionis margine,

ἔτι τῆς φυλακῆς· ἐνταῦθα δὲ καταστρατοπεδεύσας, ἔγνω ἀποτειχίζειν τὴν εἴσω πόλιν. Ἡγησίστρατος γὰρ ὅτῳ ἡ φρουρὰ ἡ Μιλησίων ἐκ βασιλέως ἐπετέτραπτο, πρόσθεν γράμματα παρ' Ἀλέξανδρον ἔπεμπεν, ἐνδιδοὺς τὴν Μίλητον· τότε δὲ ἀναθαρρήσας ἐπὶ τῷ Περσῶν στρατῷ οὐ μακρὰν ὄντι, διασώζειν τοῖς Πέρσαις ἐπενόει τὴν πόλιν. Νικάνωρ δὲ τὸ Ἑλληνικὸν ναυτικὸν ἄγων, ὑποφθάνει τοὺς Πέρσας, τρισὶν ἡμέραις πρότερος καταπλεύσας ἢ τοὺς Πέρσας Μιλήτῳ προσχεῖν· καὶ ὁρμίζεται ναυσὶν ἑξήκοντα καὶ ἑκατὸν ἐν τῇ νήσῳ τῇ Λάδῃ· κεῖται δὲ αὕτη ἐπὶ τῇ Μιλήτῳ[16]. Αἱ δὲ τῶν Περσῶν νῆες ὑστερήσασαι, ἐπειδὴ ἔμαθον οἱ ναύαρχοι τοὺς ἀμφὶ Νικάνορα τὴν ἐν τῇ Λάδῃ προκαταγωγήν, πρὸς τῇ Μυκάλῃ τῷ ὄρει ὡρμίσθησαν. Τὴν γὰρ Λάδην τὴν νῆσον προκατειλήφει Ἀλέξανδρος, οὐ τῶν νεῶν μόνον τῇ ἐγκαθορμίσει, ἀλλὰ καὶ τοὺς Θρᾷκας καὶ τῶν ἄλλων ξένων ἐς τετρακισχιλίους διαβιβάσας ἐς αὐτήν. Ἦσαν δὲ τῶν βαρβάρων αἱ νῆες, ἀμφὶ τὰς τετρακοσίας. Παρμενίων μὲν δὴ καὶ ὣς παρῄνει Ἀλεξάνδρῳ ναυμαχεῖν, τά τε ἄλλα κρατήσειν τῷ ναυτικῷ τοὺς Ἕλληνας ἐπελπίζων, καί τι καὶ θεῖον ἀνέπειθεν αὐτόν, ὅτι ἀετὸς ὤφθη καθήμενος ἐπὶ τοῦ αἰγιαλοῦ κατὰ πρύμναν τῶν Ἀλεξάνδρου νεῶν. Καὶ δὴ νικήσαντας[17] μὲν, μεγάλα ὠφεληθήσεσθαι ἐς τὰ ὅλα· νικηθεῖσι δὲ, οὐ παρὰ μέγα ἔσεσθαι τὸ πταῖσμα· καὶ ὣς γὰρ θαλασσοκρατεῖν τοὺς Πέρσας. καὶ αὐτὸς δὲ ἔφη ἐπιβῆναι ἐθέλειν τῶν νεῶν, καὶ τοῦ κινδύνου μετέχειν. Ἀλέξανδρος δὲ τῇ τε γνώμῃ ἁμαρτάνειν ἔφη Παρμενίωνα, καὶ τοῦ σημείου τῇ οὐ κατὰ τὸ εἰκὸς ξυμβλήσει[18]. Ὀλίγαις τε γὰρ ναυσὶ πρὸς πολλῷ πλείους ξὺν οὐδενὶ λογισμῷ ναυμαχήσειν, καὶ οὐ μεμελετηκότι τῷ σφῶν ναυ-

cepit: ibique castrametatus, interiorem muro intercludere statuit. Hegesistratus enim, cui Milesiorum præsidium à rege commissum erat, literas antea ad Alexandrum de Mileti deditione miserat: sed tum, quod Persarum exercitum non procul abesse sciret, recepto animo, urbem Persis conservare statuerat. Cæterum Nicanor navales Græcorum copias ducens, Persas antevertens, triduo ante appulerat quam illi Miletum venirent, & centum sexaginta navibus ad Laden insulam, quæ Mileto proxima est, portum ceperat. Persarum vero naves quum serius appulissent, & earum ductores Laden à Nicanore præoccupatam esse cognoscerent, sub Mycalem montem se cum classe receperunt. Neque enim solum insulam illam navibus in portum ductis Alexander occupârat, verum etiam Thracas aliorumque militum peregrinorum quatuor millia in ipsam transmiserat. Barbarorum classis erat navium circiter quadringentarum. Parmenio, ad navale prælium Alexandrum instigat; cum aliis de causis superiores navali pugnâ Græcos fore sperans, tum augurio præcipue persuasus, quod aquila à puppi classis Alexandri in littore subsistens visa esset: quodque, si vincerent, magnum inde ad summam belli adjumentum; si vincerentur, non magnum detrimentum percepturus videretur. Namque ut maxime à prælio abstineretur, maris imperium penes Persas esse: se libenter naves conscensurum, & periculi partem subiturum. Alexander Parmenionem opinione suâ falli respondit, neque recte augurium interpretari. Parum enim prudenter facturum se, si cum tam paucis navibus adversus multo plures pugnet: cumque parum exercitato in

ne, mox etiam ex Augustano idem chirographo suo repeteret, quum ipse in omnibus, etiam in Optimo invenerim ἔξωθεν, nisi quod in Perusino legebatur ἔξω τὴν, tamen favendum fuit postremo editori. Quanquam quid ejus memini? quum enim dicit, *Scribo τὴν ἔξω καλουμένην πόλιν, Alexander exteriorem urbem, ut vocabant, præsidiis vacuam ex itinere cepit; Milesiis in interiorem murum concessis, auxiliaque suorum, quæ haud procul erant, opperientibus*; nonne audio linguam simul & ingenium & manum Freinshemii in Supplementis II,7,12 παραφραζομένου ita: *exteriorem urbem, ut ipsi vocabant, ex itinere cepit: nam oppidani militesque, ne vires spargerent, in interiorem urbem concesserant, auxilium suorum, quod haud procul abesse rebantur, opperituri.* Quæ hic causa, ut non hinc suffuratus iste infirmior convincatur? quæ differentia in verbis? nulla profecto, nisi quod Freinshemius non dicit *Milesiis concessis*, quomodo loquebantur Musæ, quas agrestis ille ex Zelandia in rura Frisiæ intulit. Et is tamen in sequentibus insultat Ortelio? Illa Milesia ἐξώπολις videtur esse, quam scribit Strabo ex Ephoro κτίσμα Κρητικὸν, ὑπὲρ θαλάττης τετειχισμένον, ὅπου νῦν ἡ παλαιὰ πόλις Μιλησίων ἐστί. Plutarchus ita scribit de Achradina Syracusarum, quæ πρὸς τὴν ἔξω πόλιν τετείχισται. Ita Nubiensis in Cli-

maris secundi octava parte memorat *Casmir interiorem & Casmir exteriorem.*

16 Κεῖται δὲ αὕτη ἐπὶ τῇ Μιλήτῳ] Sunt ipsa verba Herodoti VI,7. ἡ δὲ Λάδη ἐστὶ νῆσος σμικρὴ ἐπὶ τῇ πόλι τῇ Μιλησίων κειμένη. At Strabo lib. XIV. πρόκειται δὲ ἡ Λάδη νῆσος πλησίον. Pausanias in Atticis. Ἔστι δὲ Μιλησίοις πρὸ τῆς πόλεως Λάδη νῆσος.

37 Καὶ δὴ νικήσαντας] Plenior & rotundior scriptura in Optimo, καὶ γὰρ δὴ. tum in eodem ac tribus aliis est ἐς τὰ ὅλα, in uno ἐς τὰ πολλὰ, quod illuc alludit. Nos illud adsumpsimus etiam Vulcanio inventum in Augustano, & versionem corrigi jubente, & illustravit Casaubonus ad Polybium. Vulgo ἄλλα. Quin vero etiam displicent ista Latina *à puppi classis Alexandri*. Quid enim? an & Arrianus dicit κατὰ πρύμναν τοῦ στόλου? Non sane. Puppis non est classis, nec in ea consideratur, sed navium, quæ eam partem litori habebant proxime applicitam, proram versus mare spectantem, ut solitos fuisse antiquos docuerunt diu viri docti ex illo Virgiliano *Obvertunt pelago proras*. Sic libro VI quum Alexander ægrotus maneret in tentorio quod erat in puppi, προσχούσης τῆς νεὼς τῇ ὄχθῃ ὁ μὲν τὴν χεῖρα ἀνέτεινεν ἐς τὸ πλῆθος. Idem etiam supra non ἐπελπίζων, sed ἐλπίζων.

38 Τὸ σημεῖον οὐ κατὰ τὸ εἰκὸς ξυμβάλλειν] Sic quidem
&

Miletus oppugnatur.

ναυτικοῖς πρὸς ἠσκημένον τὸ τῶν Κυπρίων τε καὶ Φοινίκων· τὴν τε ἐμπειρίαν τῶν Μακεδόνων καὶ τὴν τόλμαν ἐν ἀβεβαίῳ χωρίῳ οὐκ ἐθέλειν παραδοῦναι τοῖς βαρβάροις [39]· καὶ ἡττηθεῖσι τῇ ναυμαχίᾳ οὐ μικρὰν τὴν βλάβην ἔσεσθαι ἐς τοῦ πολέμου τὴν πρώτην δόξαν· τά τε ἄλλα, καὶ τοὺς Ἕλληνας νεωτεριεῖν πρὸς τοῦ ναυτικοῦ πταίσματος τὴν ἐπαγγελίαν [40] ἐπαρθέντας. Ταῦτα μὲν τῷ λογισμῷ ξυνθεὶς οὐκ ἐν καιρῷ ἀπέφαινε ναυμαχεῖν· τὸ θεῖον δὲ αὐτὸς ἄλλῃ ἐξηγεῖσθαι. Εἶναι μὲν γὰρ πρὸς αὐτοῦ τὸν ἀετόν· ἀλλ' ὅτι ἐπὶ γῆς καθήμενος [41] ἐφαίνετο, δοκεῖν οἱ μᾶλλόν τι σημαίνειν ὅτι ἐκ τῆς γῆς κρατήσει τοῦ Περσῶν ναυτικοῦ. Καὶ ἐν τούτῳ Γλαύκιππος, ἀνὴρ τῶν δοκίμων ἐν Μιλήτῳ, ἐκπεμφθεὶς παρὰ Ἀλέξανδρον παρὰ τοῦ δήμου τε καὶ τῶν ξένων τῶν μισθοφόρων, οἷς μᾶλλόν τι ἐπετέτραπτο ἡ πόλις, τά τε τείχη ἔφη ἐθέλειν τοὺς Μιλησίους καὶ τοὺς λιμένας παρέχειν κοινοὺς Ἀλεξάνδρῳ καὶ Πέρσαις· καὶ τὴν πολιορκίαν ἐπὶ τούτοις λύειν ἠξίου. Ἀλέξανδρος δὲ Γλαυκίππῳ μὲν προστάσσει ἀπαλλάττεσθαι κατὰ τάχος ἐς τὴν πόλιν, καὶ Μιλησίοις ἀπαγγέλλειν παρασκευάζεσθαι, ὡς μαχομένοις ἔσωθεν [42]. Αὐτὸς δ' ἐπιστήσας τῷ τείχει μηχανὰς, καὶ τὰ μὲν καταβαλὼν δι' ὀλίγου τῶν τειχῶν, τὰ δὲ κατασείσας ἐπὶ πολὺ, προσῆγε τὴν στρατιὰν, ὡς ἐπιβησομένης ᾗ κατερήριπτο ἢ ἐσσέσειστο τὸ τεῖχος, ἐφομαρτούντων καὶ μόνον οὐ θεωμένων τῶν Περσῶν ἀπὸ τῆς Μυκάλης πολιορκουμένους τοὺς φίλους σφῶν καὶ ξυμμάχους. Ἐν τούτῳ δὲ καὶ οἱ ἀμφὶ Νικάνορα ἀπὸ τῆς Λάδης τὴν ὁρμὴν

in re navali milite, adversus exercitatissimos Cyprios ac Phoenices eat: neque velle se ut barbari Macedonum peritiam atque virtutem loco instabili experiantur: &, si navali prælio succumbant, non exiguum damnum inde secuturum ad primam de bello opinionem: præterea Græcos navalis cladis nuntio excitatos, novas res molituros. Quibus rebus cum animo suo perpensis, navalem pugnam parum eo tempore consultam fore judicavit. Augurium vero se aliter exponere: atque aquilam quidem, sibi faustam esse; sed quod humi subsedisset, id potius sibi portendi videri, se ex continente Persarum classem victurum. Inter hæc Glaucippus, unus ex Milesiorum primoribus ad Alexandrum à populo & exteris mercenariis, quibus potissimum urbs commissa erat, missus, exponit velle Milesios muros ac portus Alexandro & Persis communes præbere, utque obsidionem eâ conditione solvat. Alexander Glaucippo, ut confestim se in urbem recipiat, jubet, Milesiisque renuntiet, uti se tanquam intus præliaturi ad pugnam parent. Ipse, machinis ad mœnia admotis, & muro brevi tempore partim quassato, partim late diruto, exercitum propius adduxit, ut quâ aut demolitus aut labefactatus murus erat, irrumperet, Persis præsentibus, ac tantum non ex Mycale amicos suos ac socios obsessos spectantibus. Interea Nicanor ex Lade insulâ Alexandri motus prospi-

& in aliis MSS. & ipse Arrianus loqui gaudet, ut cap. 21 Καὶ τὸ αἴτιον ταύτῃ συνέβαλεν. 11, 3. ξυμβαλλόντας τὸ μαντεῖον. Optimus tamen exhibebat ἐξηγεῖσθαι, quod nec ipsum adeo contemnendum, ut rectius putem. Sic cap. 27. ἐκ ἄνευ τοῦ θείου, ὡς αὐτός τε καὶ οἱ ἀμφ' αὐτὸν ἐξηγοῦντο. 11, 3 εἶναι γὰρ τοῖς Τελμισσεῦσι σοφοὺς τὰ θεῖα ἐξηγεῖσθαι. Et statim ita, ubi tamen etiam memini occurrere, id quod notavi, ξυμβαλόντας τὸ μαντεῖον.

39 Τήν τε ἐμπειρίαν τῶν Μακεδόνων καὶ τὴν τόλμαν ἐν ἀβεβαίῳ χωρίῳ οὐκ ἐθέλειν παραδοῦναι τοῖς βαρβάροις] Vulcanius *neque velle se, ut barbari Macedonum peritiam atque virtutem loco instabili experiantur*. Facius, *non esse consilii sui, loco instabili atque incerto de Macedonum virtute apud Barbaros periculum facere*. Freinshemius παραφράζει. *Se quidem virtuti suorum non diffidere. ceterum scire illam in navalibus pugnis minimum conferre ad victoriam. Multo enim plura ventorum fluctuumque ludibriis permitti, quæ gubernatorum atque remigum peritia vitaret, aut suis partibus opportuna redigeret.* Quanto suaviora sunt simpliciter Græca! Non modo censet se sic facturum, ut barbari experiantur virtutem, cum Vulcanio, ut periculum faciat apud barbaros de virtute Macedonum cum Facio, aut de remigum gubernatorumque peritia jactat cum Freinshemio, quod jam præcessit, sed se prodere barbaris illam suorum virtutem ac præliandi peritiam, & vincendam haud dubie exponere.

40 Πταίσματος τὴν ἐπαγγελίαν] MSS. omnes etiam Augustanus, etiam Veneta ac Bas. editiones ἀπαγγελίαν: & sic postea ἀπαγγέλλειν.

41 Ἐπὶ γῆς καθήμενος] Præter unum, non magni momenti, rursus scripti omnes ἐπὶ γῇ, & statim ἐν γῆς, non ἐκ τῆς γῆς.

42 Ὡς μαχουμένοις ἔσωθεν] Editionis ultimæ opinor esse in typis lapsum. Nam Veneta, Basileensis & Vulcaniana μαχουμένους, quomodo etiam MS. Contra 111, 9 δεῖ ὑπὲρ Λεγόντων ὡς πρόσθεν μαχουμένους, ubi sola Basil. μαχουμένοις. Rursus IV, 25 παρεσκευάσθαι ὡς μαχουμένους. Ubi etiam in una tantum MSta charta inveni μαχουμένοις. Xenoph. 111 Κυρου. 225 ὡς οἱ πρόσθεν οἱ πολέμιοι, μαχούμενοι. Sed id leve præ altero. Quid enim dicit Vulcanius renunciari jussisse Alexandrum, uti se in proximam lucem ad pugnam parent Milesii, quum tamen statim & oppugnet & expugnet urbem Alexander? Et ex Vulcanii interpretatione Freinshemius: *itaque scirent omnium fortunarum arbitrium meliori permittendum aut in proximam lucem de eo certandum esse?* At vero Facius, *oppidanis renunciare, uti sese statim ad pugnam pararent.* Quis illorum verior? haud dubie Facius. Quod ut scias, Lector, nihil hic agnosce nisi malam editorum posteriorum & manum & mentem. Nam Ven. & Bas. rectissime ἔσωθεν, ut etiam scripti, & id unice huc convenit. Innuit ne quidem erumpendi & extra muros pugnandi fore eis copiam; sed eam esse regis fiduciam, ut statim mœnia transiliret, & in ipsa urbe eos aggrederetur. Mox scribit Arrianus, τὰ μὲν καταβαλὼν, τὰ δὲ κατασείσας ἐπὶ πολύ. Interpretatur Vulcanius *partim quassato, partim late diruto.* Freinshemius in Suppl. 11, 7, 16 *quum magnam murorum partem dejecissent*, Facius *murorum partem brevi evertit, multum etiam quassavit.* Hoc verum est. Nam quæ nuper hic apposita sunt de Hellanicæ filiis, mera est observatio Freinshemii loco citato.

ὁρμὴν τῶν ξὺν Ἀλεξάνδρῳ καθιδόντες, ἐς τὸν λιμένα ἐπέπλεον τὸν Μιλησίων, πρὸς γῆν τὴν εἰρεσίαν ποιούμενοι, καὶ κατὰ τὸ στόμα τοῦ λιμένος, ἵναπερ τὸ στενότατον ἦν, ἀντιπρώρους βύζην τὰς τριήρεις ὁρμίσαντες[43], ἀποκεκλείκεσαν, τῷ μὲν Περσικῷ ναυτικῷ τὸν λιμένα, τοῖς Μιλησίοις δὲ τὴν ἐκ τῶν Περσῶν ὠφέλειαν. Ἔνθα οἱ Μιλήσιοί τε καὶ οἱ μισθοφόροι, πανταχόθεν ἤδη προσκειμένων σφίσι τῶν Μακεδόνων, οἱ μὲν αὐτῶν ῥιπτοῦντες σφᾶς ἐν τῇ θαλάσσῃ ἐπὶ τῶν ἀσπίδων ὑπτίων, ἐς νησῖδά τινα ἀνώνυμον τῇ πόλει ἐπικειμένην διενήχοντο· οἱ δὲ, ἐς κελήτια ἐμβαίνοντες καὶ ἐπειγόμενοι ὑποφθάσαι τὰς τριήρεις τῶν Μακεδόνων, ἐγκατελήφθησαν ἐν τῷ στόματι τοῦ λιμένος πρὸς τῶν τριήρων· οἱ δὲ πολλοὶ ἐν αὐτῇ τῇ πόλει ἀπώλλυντο. Ἀλέξανδρος δὲ, ἐχομένης ἤδη τῆς πόλεως[44], ἐπὶ τοὺς ἐς τὴν νῆσον καταπεφευγότας ἐπέπλει αὐτὸς, κλίμακας φέρειν[45] ἐπὶ

spiciens, juxta littus remigans in Milesiorum portum navigat, atque in ipsis portus faucibus, ubi quam minimum spatii erat, confertos utrinque triremium ordines, proris mare versus spectantibus collocans, Persicæ classi portus aditum, & Milesiis Persarum subsidium præcludit. Tum Milesii & mercenarii, irruentibus jam in eos undequaque Macedonibus, alii sese in mare projicientes, scutis supinis incumbentes, in parvam quandam insulam urbi proximam (nomen insulæ obscurum est) trajecerunt: alii, inscensis lembis, quum Macedonum triremes effugere conarentur, ad fauces portus capti fuerunt: multi in ipsâ urbe interfecti. Alexander urbe potitus, eos qui in insulam profugerant classe petit, scalis in proris triremium portari jussis, utpote in abrupta insulæ

43 Ἀντιπρώρους βύζην τὰς τριήρεις ὁρμίσαντες.] Constructio difficilior, & quam vexant interpretes. Facius *proras navium à mari statuit*, quum nihil de mari in Græcis dicatur; ex cujus tamen æmulatione Vulcanius *confertos utrinque triremium ordines proris mare versus spectantibus*, qui ut accuratior, ita ubi sedeat illud *utrinque*, non video. Posteriora de proris mare versus spectantibus hinc aliena esse postmodum vidit quoque ipse & correxit *adversis inter se proris*, ut sic fingat duos ordines alterum puppibus in urbem versis, alterum in mare, proris sibi invicem obversis. Vix scio, quid dicam; nisi quod ita fieri debuit, ut essent paratæ ad excipiendos pugna hostes, qui ab mari venirent ad urbem liberandam; simul si quid ab urbanis viribus conaretur portum rursus aperire, ut sic esset acies navalis ἀμφίπρωρος, quomodo si Græcia quoque novisset naves poni ἀμφιπρώρους, sane id hoc loco factum crederem. Nunc sufficiet de urbe inclusa cogitare, & ei oppositas fuisse ita naves, ut proris exceptura essent, si quid inde bellicum ingrueret, quia dicit Arrianus, *proris contra urbem versis conserte triremes collocatas habentes*; ut II, 20 τριήρεις βύζην τὸν ἔσπλουν φραξάμενοι. Credas etiam Freinshemio aliquid difficultatis obvenisse, quum ita minute defungitur in Supplementis, *ipsum Milesiorum portum ingressa Persici auxilii spem oppidanis ademit*.

44 Ἐχομένης ἤδη τῆς πόλεως] Magni ponderis animadversionem hic imputare potest mundo nuperus editor in correcta versione Vulcanii *urbe probe potitus*, quum in ipsius editione, vitio typorum, legeretur *urbe pobe potitus*. Fatue & improbe! Nihil hic nisi lapsus typorum est syllabas singulas utriusque vocis temere repetentium, & delendæ sunt, ut delevit quoque Vulcanius & nunc omisimus.

45 Καὶ βάκας φέρειν] Hoc loco de sambucis somniare, idem esse crediderim, ac si quis hodie Romanam historiam componens, bombardas & similia nuper inventa tormenta garrire & inserere per insulsissimam prolepseos audaciam vellet. Hoc enim vel maxime requisierim, ut ostendatur eas Alexandri tempore in mundo fuisse. Deinde stupor est merus & qui Noctuinum deceat, credere Alexandri classem, expeditam illam volantemque, fuisse onustam tali bellicorum instrumentorum apparatu; quasi vero is in urbibus à mari obsidendis occupare se statuisset, quum ne quidem confligere necessarium duxerit. Ea deinde instrumenta hoc loco ab Arriano vocata fuisse sambucas quis credat, quum tamen in nobili illa descriptione Tyri oppugnatæ tantum dicat ναῦς δὲ τὰς γεφύρας αὐτῷ ἔδησεν, ὡς ἐπ' ἐπιβάλλειν ἐπιών τῷ κατερῆηγμένῳ τοῦ τείχους, quod quidem rursus factum narrat in expugnatione Massagorum IV, 26? Quibus exemplis inductum opinor Facium nunc quoque transtulisse *pontes*. Præterea non loquitur hic tanquam naves illæ jam essent sambucis talibus adornatæ, sed in re præsenti jubet à militibus & sociis navalibus leve aliquod instrumentum in proras apportari; quod sambucæ machinæ stabili & ponderosæ & inædificatæ, applicari nullo modo potest. Dicit φέρειν, non ποιεῖν, utpote intelligens instrumenti aliquid scalaricii præparatum & confectum, tanquam quod solebant habere in navibus. Itaque quum in quatuor MSS. invenirem sine ulla mutatione hanc vulgatam scripturam, aliter eam examinandam censui; ad quod inprimis ansam præbebat particula ΚΑΙ, quam negari nequit omnino molestam & supervacuam esse. Tum passim à viris doctis annotari sunt & defectus ex similitudine vocum ex eisdem literis constantium, & inprimis errores ex confusione literarum Λ & Α exorti, & mihi quoque obvenere, ut alias videbimus. Præterea passim in MSS. reperitur forma literæ talis ω, quæ interdum pro β, modo pro μ; nunc pro κ accipienda est, unde non paucæ in antiquorum libris maculæ & aberrationes. Hinc libro II pro Ἀ'νδρεια in aliis inveni Ἀ'νδρωμία. Hinc cap. 21 ὑδρωμένων pro ἱδρυμένων. Hinc cap. 24 ἰσκαλῶτι natum pro ἰσεβαλῶτι, quorum illud mihi obvenit in MSS. secundæ notæ omnibus; neque tamen cum Vulcanio aut nupero illo pronunciem eam scripturam ferri quoque posse. Si enim ferri potest, cur non interpretantur, accommodant, ac retinent? Sed nego ferri posse, & contra Richelianum quem vocant & omnes alios obduco unius Optimi auctoritatem, in quo clare ἰσεβαλῶτι. Nec causa fuit, cur hoc potius annotarent, quam II, 19 pro ἐπιβαλόντα, quod est idem verbum, in MSS. plurimis & Basileensi editione ἐπικλυθέντα. Et eod. cap. 12 pro ἐπιβαλόντων itidem ἐπικλυθέντων. Hinc orta variatio in nomine Ἀ'ρσάμης, Ἀ'ρσάκης, Ἀ'ρσάβης. Hinc in Indicis βάσταινα pro μάσταινα, & initio libri III Μαζάκης, Μαζάιος. Hinc II, 9 ortum illud ἀιδοῦντιας, quod est nugacissimum ut ostendemus. Et similia sunt multa. Ex quibus collegi quum scriptum esset ΚΛΙΜΑΚΑΣ, in minorum characterum exemplaribus degeneravisse in καὶ βάκας pro κλίμακας. Ita enim lego, quod ut nunc extra dubium ponas, confirmo in Optimo MS. id perspicue haberi, qui tamen etiam καὶ præmittit, καὶ κλίμακας, quam particulam etsi nesciam, tamen opiner ex diversa lectione appositam esse. Freinshemius etiam in Supplementis dixit, *naves, quibus impositæ proris scalæ ferebantur*. Plane ut Vulcanius. Livius quoque XXVIII, 36 de navibus;

ἐπὶ τὰς πρώρας τῶν τριήρων κελεύσας, ὡς κατὰ τὰ ἀπότομα τῆς νήσου, καθάπερ πρὸς τεῖχος, ἐκ τῶν νεῶν τὴν ἀπόβασιν ποιησόμενος. Ὡς δὲ διακινδυνεύειν ἐθέλοντας τοὺς ἐν τῇ νήσῳ ἑώρα, οἶκτος λαμβάνει αὐτὸν τῶν ἀνδρῶν, ὅτι γενναῖοί τε καὶ πιστοὶ αὐτῷ ἐφαίνοντο. Καὶ σπένδεται πρὸς αὐτοὺς ἐπὶ τοῖσδε, ὡς αὐτῷ ξυστρατεύειν. Ἦσαν δὲ οὗτοι μισθοφόροι Ἕλληνες ἐς τριακοσίους· αὐτοὺς δὲ Μιλησίους, ὅσοι μὴ ἐν τῇ καταλήψει τῆς πόλεως ἔπεσον, ἀφῆκε, καὶ ἐλευθέρους εἶναι ἔδωκεν. Οἱ δὲ βάρβαροι ἀπὸ τῆς Μυκάλης ὁρμώμενοι, ταῖς μὲν ἡμέραις ἐπέπλεον τῷ Ἑλληνικῷ ναυτικῷ, προκαλέσασθαι ἐς ναυμαχίαν ἐλπίζοντες· τὰς δὲ νύκτας πρὸς τῇ Μυκάλῃ οὐκ ἐν καλῷ ὡρμίζοντο, ὅτι ὑδρεύεσθαι ἀπὸ τοῦ Μαιάνδρου ποταμοῦ τῶν εἰσβολῶν[46] διὰ μακροῦ ἠναγκάζοντο. Ἀλέξανδρος δὲ, ταῖς μὲν ναυσὶ τὸν λιμένα ἐφύλαττε τῶν Μιλησίων, ὡς μὴ βιάσαιντο οἱ βάρβαροι τὸν ἔσπλουν. Ἐκπέμπει δ' ἐς τὴν Μυκάλην Φιλώταν, ἄγοντα τούς τε ἱππέας καὶ τῶν πεζῶν τάξεις τρεῖς, παραγγείλας εἴργειν τῆς ἀποβάσεως αὐτούς. Οἱ δὲ, ὕδατός τε σπάνει καὶ τῶν ἄλλων ἐπιτηδείων οὐδὲν ἄλλο ὅτι μὴ πολιορκούμενοι ἐν ταῖς ναυσὶν, ἐς Σάμον ἀπέπλευσαν· ἐκεῖθεν δὲ ἐπισιτισάμενοι αὖθις ἐπέπλεον τῇ Μιλήτῳ· καὶ τὰς μὲν πολλὰς τῶν νεῶν πρὸ τοῦ λιμένος ἐν μετεώρῳ παρέταξαν, ὅπη ἐκκαλέσαιντο ἐς τὸ πέλαγος[47] τοὺς Μακεδόνας· πέντε δὲ αὐτῶν εἰσέπλευσαν εἰς τὸν μεταξὺ τῆς τε ἄλλης νήσου καὶ τοῦ στρατοπέδου λιμένα, ἐλπίσαντες κενὰς καταλήψεσθαι τὰς Ἀλεξάνδρου ναῦς· ὅτι τοὺς ναύτας ἀποσκεδάννυσθαι ἐπὶ πολὺ ἀπὸ τῶν νεῶν, τοὺς μὲν ἐπὶ φρυγανισμῷ, τοὺς δὲ ἐπὶ ξυγκομιδῇ τῶν ἐπιτηδείων, τοὺς δὲ καὶ εἰς προνομὰς ταττομένους, πεπυσμένοι ἦσαν. Ἀλλὰ μέρος μέν τι ἀπῆν τῶν ναυτῶν· ἐκ δὲ τῶν παρόντων ξυμπληρώσας Ἀλέξανδρος δέκα ναῦς, ὡς προσπλεούσας τὰς πέντε τῶν Περσῶν κατεῖδε, πέμπει ἐπ' αὐτὰς κατὰ σπουδὴν, ἐμβαλ-

ſulæ veluti in murum ex navibus conſcenſurus. Ut vero inſulares extrema tentare velle vidit, commiſeratione illorum hominum captus eſt, quod & generoſi & fidi eſſe viderentur. Eâ itaque conditione cum iis pactus eſt, ut ſecum militarent. Erant porro ii mercenarii Græci trecenti. Mileſiis, quotquot in expugnatione urbis cæſi non fuerant, vitam & libertatem dedit. At barbari à Mycale moventes, interdiu quidem in Græcanicæ claſſis conſpectum adnavigabant, ſperantes illos ad navalem pugnam provocari poſſe: noctu ad ſtationem ſuam, parum commodam, ſeſe recipiebant, quod à Mæandri fluminis oſtiis procul inde aquari eos oporteret. Alexander, Mileti portu navibus inſeſſo, ne barbari vi factâ in eum ſe recipere poſſent, Philotam ad Mycalem mittit cum equitatu & peditum tribus agminibus, ut barbaros deſcenſione in terram prohibeat jubens. Barbari, aquæ cæterarumque rerum neceſſariarum inopiâ, tantum non in navibus obſeſſi, in Samum navigârunt: ſumptoque inde commeatu Miletum redeunt, plurimaſque naves ante portum in alto conſtituunt, ut Macedonas in æquor provocent: quinque autem earum in portum quendam qui inter aliam illam inſulam & exercitum medius erat, ſeſe injecerunt, eâ ſpe ut vacuas Alexandri naves caperent: quod nautas procul à navibus diſperſos eſſe ſcirent, alios lignatum, alios ad importanda neceſſaria, alios prædatum egreſſos eſſe. Et pars quidem nautarum aberat: Alexander, ex iis qui præſto erant, decem naves inſtruens, ut quinque Perſarum naves adnavigantes vidit, confeſtim obviam iis mittit, utque

vibus; *trahunt ſcalas, oraſque & anchoras præcidunt*, pro quibus Prudentius hymn. 7 *Celſam paratis pontibus ſcandit ratem*, quos pontes intelligit Caſaubonus ad Suetonium Aug. 20. Hæc ubi cognoveris, mi lector, patebit, ſpero, quam nupera iſta ſambuciſtria optimum Arrianum auſa ſit κλιμακίζειν, quum ipſe vel maxime mereatur cum iſtis animadverſionum libris ἐν κλίμαξι vinciri.

46 *Μαιάνδρου ποταμοῦ τῶν εἰσβολῶν*] Optimus ἐκβολῶν: Utique & VII, 7 Εὐλαίου ἐκβολὴν ἐς τὸν πόντον agnoſcit. Idem Optimus codex etiam ſtatim cum aliis tribus (quod etiam de Auguſt. & alio teſtatur Vulcanius) εἴργειν τῆς ἀποβάσεως τῆς ἀπὸ τῶν νεῶν: quæ deſcriptio vere Arriani eſt. Sic II, 22 οἱ ἀπὸ τοῦ τείχους. & hoc libro οἱ ἐκ τῆς πόλεως. An voluit τῆς ἀποβάσεως τῆς?

47 *Ὅπη ἐκκαλέσαιντο ἐς τὸ πέλαγος*] Vulcanius, *ut provocent*. Sed aliud notat iſta particula. Quippe cap. 3 ὅπῃ αἱ νῆες προσχοῖεν, ipſe interpretatus eſt *quacunque naves appellebant*, & cap. 21 ὅπῃ τι ἐνδεῖν αὐτοῖς πρὸς ἀσφάλειαν ἐφαίνετο, *ubi aliquid deeſſe viſum fuerat*. In priore tamen loco plurimi MSS. ὅποι. Quomodo paulo poſt noſtra verba pro illis ὅποι τῆς Ἀσίας προσίσχοιεν Optimus & plurimi alii MSS. habent ὅπῃ. Et rurſus cap. 27 τὰ τείχη ὅπῃ πεπονηκότα ἦν, Opt. & alius unus ex vetuſtis ὅποι. Hoc autem loco omnes, etiam noviſſime notante Vulcanio Auguſtanus, habent εἴπῃ, hoc eſt, *ſi forte evocare poſſent*. Quæ vocula ex MSS. reſtituenda eſt tum hic, tum in illis locis IV, 17 καὶ εἴπῃ ἄρα Σπιταμένῃ ἐνεδρεύσαντες ξυλλαβεῖν. Ubi vulgo εἴπω. Rurſus II, 21 καὶ εἴπῃ ἄλλῃ αἱ μηχαναὶ προσήγοντο. Et V, 10 εἴπῃ λάθοι ὑφαρπάσας. Id enim ex varia lectione admitto pro εἴπως. Inveniuntur apud Arrianum εἴπως, εἴπῃ, ſed cuique ſuus locus eſt, non mixtus. Nunc video plane ita ut reſtituimus legiſſe Venetos, niſi quod ediderunt εἴπη, & rectiſſime à Facio verſum inde, *ſi quo modo Macedonum naves provocare in altum poſſent*. Dein pro vulgato ἀποσκεδάννυσθαι ἐπὶ πολὺ MS. unus ἐπὶ τὸ πολὺ, tres alii cum Opt. tantum τὸ πολὺ, omiſſa præpoſitione. Ἐπὶ πολὺ notat in longum tempus, cap. 24 ἐπὶ πολὺ ἀντέχειν τῇ πολιορκίᾳ, V, 13 ὄμβρος ἐπὶ πολὺ τῆς νυκτὸς κατεσχηκώς. Aliud Arriano eſt τὸ πολὺ. III, 18 καὶ ταύτην (ὁδὸν) δρόμῳ τὸ πολὺ ἦγε. VII, 7 ὡς τὸ πολὺ ἢ γῆ αὐτὴ ἐξ ὑψηλοῦ. VI, 25 οἷα δὴ ποιεῖ τὸ πολὺ τῆς πορείας ποιούμενοι.

ἐμβάλλειν ἀντιπρῴρους κελεύσας. Οἱ δὲ ἐν ταῖς πέντε ναυσὶ τῶν Περσῶν, ὡς παρ' ἐλπίδα ἀναγομένους τοὺς Μακεδόνας ἐπὶ σφᾶς εἶδον, ὑποστρέψαντες ἐκ πολλοῦ ἔφευγον πρὸς τὸ ἄλλο ναυτικόν. Καὶ ἡ μὲν Ἰασσέων ναῦς ἁλίσκεται αὐτοῖς ἀνδράσιν [48] ἐν τῇ φυγῇ, οὐ ταχυναυτοῦσα· αἱ δὲ τέσσαρες ἔφθασαν καταφυγεῖν εἰς τὰς οἰκείας τριήρεις. Οὕτω μὲν δὴ ἀπέπλευσαν ἄπρακτοι ἐκ Μιλήτου οἱ Πέρσαι. Ἀλέξανδρος δὲ καταλῦσαι ἔγνω τὸ ναυτικόν, χρημάτων τε ἐν τῷ τότε ἀπορίᾳ, καὶ ἅμα οὐκ ἀξιόμαχον ὁρῶν τὸ αὑτοῦ ναυτικὸν τῷ Περσικῷ· οὔκουν ἐθέλων μέρει τινὶ τῆς στρατιᾶς κινδυνεύειν. Ἄλλως τε ἐπενόει, κατέχων ἤδη τῷ πεζῷ τὴν Ἀσίαν, ὅτι οὔτε ναυτικοῦ ἔτι δέοιτο, τάς τε παραλίους πόλεις λαβὼν, καταλύσει τὸ Περσῶν ναυτικόν, οὔτε ὁπόθεν τὰς ὑπηρεσίας συμπληρώσουσιν [49], οὔτε ὅποι τῆς Ἀσίας προσέξουσιν ἔχοντας. Καὶ τὸν αἰετὸν ταύτῃ συνέβαλλεν, ὅτι ἐσήμαινεν αὐτῷ ἐκ τῆς γῆς κρατήσειν τῶν νεῶν. Ταῦτα δὲ διαπραξάμενος, ἐπὶ Καρίας ἐστέλλετο, ὅτι ἐν Ἁλικαρνασσῷ συνεστηκέναι οὐ φαύλην δύναμιν τῶν τε βαρβάρων καὶ ξένων ἐξηγγέλλετο. Ὅσαι δὲ ἐν μέσῳ πόλεις Μιλήτου τε καὶ Ἁλικαρνασσοῦ, ταύτας ἐξ ἐφόδου λαβὼν, καταστρατοπεδεύει πρὸς Ἁλικαρνασσῷ, ἀπέχων τῆς πόλεως ἐς πέντε μάλιστα σταδίους, ὡς ἐπὶ χρονίῳ πολιορκίᾳ. Ἥ τε γὰρ φύσις τοῦ χωρίου ὀχυρὸν ἐποίει αὐτὸ, καὶ ὅπῃ τι ἐνδεῖν ὡς πρὸς ἀσφάλειαν ἐφαίνετο, ξύμπαντα ταῦτα Μέμνων τε αὐτὸς παρὼν, ἤδη ἀποδεδειγμένος πρὸς Δαρείου τῆς τε κάτω Ἀσίας καὶ τοῦ ναυτικοῦ παντὸς ἡγεμὼν, ἐκ πολλοῦ παρεσκευάκει· καὶ στρατιῶται πολλοὶ μὲν ξένοι ἐν τῇ πόλει ἐγκατελείφθησαν [50], πολλοὶ δὲ καὶ Περσῶν αὐτῶν· αἵ τε τριήρεις ἐφώρμουν τῷ λιμένι, ὡς καὶ ἀπὸ τῶν ναυτῶν πολλὴν ὠφέλειαν γίγνεσθαι ἐς τὰ ἔργα. Τῇ μὲν δὴ πρώτῃ ἡμέρᾳ προσάγοντος Ἀλεξάνδρου τῷ τείχει, κατὰ τὰς ἐπὶ Μύλασα φερούσας πύλας, ἐκδρομή τε γίγνεται τῶν ἐκ τῆς πόλεως καὶ ἀκροβολισμός· καὶ τούτους οὐ χαλεπῶς ἀνέστειλάν τε οἱ παρ' Ἀλεξάνδρου ἀντιπροσδραμόντες, καὶ ἐς τὴν πόλιν κατέκλεισαν.

21

que adversis proris in eas ferantur jubet. Persæ Macedonas præter omnem exspectationem in se ferri conspicati, subito conversi ad reliquam classem confugiunt: ac Jassiorum quidem navis remigio tardior in fugâ capta est: reliquæ quatuor fugâ elapsæ ad suas triremes pervenerunt: atque ita quidem Persæ re infectâ Mileto cum classe discesserunt. Alexander classem dissolvere statuit, partim quod pecuniæ inopiâ tum temporis premeretur, partim quod Persicæ classi impar esset: sed neque cum exercitus sui parte aliquâ pugnare vellet. Animadvertebat præterea, quum jam Asiam terrestribus copiis teneret, se classe non egere, & maritimis oppidis captis, facile, ut Persæ classem dimitterent, effecturum. Neque enim unde remiges in supplementum acciperent, neque quo se in Asiâ reciperent, habere. Aquilam etiam ita interpretatus est, quòd significaret ipsum è continente naves victurum. His rebus ita peractis, in Cariam movit, quod apud Halicarnassum non exiguæ tum barbarorum tum exterorum copiæ esse nuntiabantur. Omnibus porro quæ inter Miletum & Halicarnassum sita sunt, oppidis primo adventu captis, quinque ab urbe stadiis castra locat: quod diuturna obsidio futura videretur. Nam urbs & naturâ loci munita erat, & ubi aliquid ad munitionem deesse visum fuerat, hoc omne Memnon præsens qui jam inferioris Asiæ totiusque classis præfectus à Dario declaratus erat, multo antea procurârat: & mercenarii quidem milites non pauci urbis præsidio impositi erant, multi etiam Persæ: triremes etiam in portum duxerat, quod & nautarum opera magno usui esse posset. Igitur primo statim die Alexandro exercitum ad muros adducente, ad portas quæ Mylassa ferunt, magna continuo ex urbe excursio fit, & velitaris pugna excitatur. At Macedones contra in eos excurrentes, parvo negotio represserunt, atque in urbem repulerunt. Paucis post diebus Alexander, sumtis scutatis & amicorum equitatu, & Amyntæ Perdiccæque & Meleagri pedestribus copiis, ac præ-

Οὐ πολλαῖς δὲ ὕστερον ἡμέραις Ἀλέξανδρος ἀναλαβὼν τούς τε ὑπασπιστὰς καὶ τὴν τῶν ἑταίρων ἵππον, καὶ τὴν Ἀμύντου τε καὶ Περδίκκου καὶ Μελεάγρου τάξιν τῆς πεζικῆς, καὶ πρὸς τούτοις τοὺς τοξό-

48 *Ἰασσέων ναῦς ἁλίσκεται αὐτοῖς ἀνδράσιν*] Vulcanius, *Jassiorum navis in fuga capta est*. Freinshemius, *una tamen navis quæ Jassios vehebat, deprehensa est*. Quoniam ergo hi nolunt exprimere mentem Arriani & historiam, prout est; succurrat Arriano Facius, cujus hæc est interpretatio: *una Jassiorum navis plena capta est*. Nimis multa fere de hac locutione compulsus fui scribere.

49 *Ὑπηρεσίας συμπληρώσουσιν*] Optimus *πληρώσουσιν*. Sic in obsidione Tyri. *Πληρώσαντες τριήρεις μὲν τρεῖς*, &c, *τριηρῶν τὴν πλήρωσιν*.

50 *Ξένοι ἐν τῇ πόλει ἐγκατελείφθησαν*] Vetterat Vulcanius *& veterani quidem milites mercenarii non pauci*. Postremus editor vocem secundam sua sponte ejecit, de Arriano parum sollicitus, cujus utius memor esse debebat. Nam ubi ille ξένους ita singulatim nominat? Restitue ex Optimo *ξένοι μισθοφόροι τῇ πόλει ἐγκατελείφθησαν*. Sic enim quoque non voces, sed literas auget, ut sane semper eos nominare solet. Ut infr. cap. 25 *φυλάκων ἔχων ξένους μισθοφόρους*. Et cap. 15 *ξένοι δὲ πεζοὶ μισθοφόροι ὀλίγον ἀποδέοντες δισμύριοι*. Ac passim. Haud dubie igitur satis elegans mutatio vocum.

τοξότας καὶ τοὺς Ἀγριᾶνας, περιῆλθε τῆς πόλεως ἐς τὸ πρὸς Μύνδον μέρος[51], τό, τε τεῖχος κατοψόμενος, εἰ ταύτῃ ἐπιμαχώτερον τυγχάνοι ὂν ἐς τὴν προσβολήν, καὶ ἅμα εἰ τὴν Μύνδον ἐξ ἐπιδρομῆς δύναιτο λαθὼν καταλαβεῖν· ἔσεσθαι γὰρ οὐ σμικρὰν τὴν ὠφέλειαν ἐς τὴν τῆς Ἁλικαρνασσοῦ πολιορκίαν, τῆς Μύνδου οἰκείας γενομένης. Καίτοι ἐνεδίδοτο[52] αὐτῷ ἐκ τῶν Μυνδίων, εἰ λάθοι νυκτὸς προσελθών. Αὐτὸς μὲν δὴ κατὰ τὰ συγκείμενα ἀμφὶ μέσας νύκτας προσῆλθε τῷ τείχει· ὡς δὲ οὐδὲν ἐνεδίδοτο ἀπὸ τῶν ἔνδον, αἵ τε μηχαναὶ καὶ αἱ κλίμακες αὐτῷ οὐ παρῆσαν, οἷα δὴ οὐκ ἐπὶ πολιορκίαν σταλέντι, ἀλλ' ὡς ἐπὶ προδοσίᾳ ἐνδιδομένης τῆς πόλεως, προσήγαγε καὶ ὣς τῶν Μακεδόνων τὴν φάλαγγα ὑπορύττειν κελεύσας τὸ τεῖχος. Καὶ ἕνα γε πύργον κατέβαλον οἱ Μακεδόνες· οὐ μέντοι ἐγύμνωσέ γε τὸ τεῖχος πεσόν[53]· καὶ οἱ ἐκ τῆς πόλεως ἅμα εὐρώστως ἀμυνόμενοι, καὶ ἐκ τῆς Ἁλικαρνασσοῦ ἤδη κατὰ θάλασσαν πολλοὶ παραβεβοηθηκότες, ἄπορον ἐποίησαν τῷ Ἀλεξάνδρῳ τὴν αὐτοσχέδιόν τε καὶ ἐξ ἐπιδρομῆς κατάληψιν τῆς Μύνδου. Οὕτω μὲν δὴ ἐπανέρχεται Ἀλέξανδρος, οὐδὲν πράξας ὧν ἕνεκα ὡρμήθη· καὶ τῇ πολιορκίᾳ τῆς Ἁλικαρνασσοῦ αὖθις προσεῖχε. Καὶ τὰ πρῶτα μὲν τὴν τάφρον, ἣ πρὸ τῆς πόλεως ὀρώρυκτο αὐτοῖς, πλάτος μὲν τριάκοντα μάλιστα πήχεων, τὸ δὲ βάθος[54] ἐς πεντεκαίδεκα, ἐχώννυε, τοῦ ῥᾳδίαν εἶναι τὴν προσαγωγὴν τῶν τε πύργων, ἀφ' ὧν ἔμελλε τοὺς ἀκροβολισμοὺς ἐς τοὺς προμαχομένους τοῦ τείχους ποιεῖσθαι, καὶ τῶν ἄλλων μηχανῶν αἷς κατασείειν ἐπενόει τὸ τεῖχος. Καὶ ἥ τε τάφρος αὐτῷ ἐχώσθη οὐ χαλεπῶς, καὶ οἱ πύργοι προσήγοντο ἤδη. Οἱ δὲ ἐκ τῆς Ἁλικαρνασσοῦ νυκτὸς ἐκδραμόντες, ὡς ἐμπρῆσαι τούς τε πύργους, καὶ ὅσαι ἄλλαι μηχαναὶ προσηγμέναι ἢ οὐ πόρρω τοῦ προσάγεσθαι ἦσαν, ὑπὸ τῶν φυλάκων τε τῶν Μακεδόνων, καὶ ὅσοι ἐν αὐτῷ τῷ ἔργῳ ἐξεγερθέντες παρεβοήθησαν, οὐ χαλεπῶς κατεκλείσθησαν εἰς τὰ τείχη αὖθις· καὶ ἀπέθανον αὐτῶν ἄλλοι τε ἐς ἑβδομήκοντα καὶ ἑκατόν, καὶ ὁ Νεοπτόλεμος ὁ Ἀρραβαίου τοῦ Ἀμύντου ἀδελφός, τῶν παρὰ Δαρεῖον αὐτομολησάντων[55]. Τῶν δ' Ἀλεξάνδρου στρατιωτῶν ἀπέθανον

præter hos sagittariis, & Agrianis, urbem quâ Myndum spectat, obambulat, murum exploraturus an eâ parte commodius oppugnari, & an Myndo pariter subitâ atque improvisâ excursione potiri posset. Myndum enim in suam potestatem redactam magno sibi adjumento ad Halicarnassi obsidionem fore censebat. Et quidem nonnulli Myndenses deditionem Alexandro polliciti erant, si clam per noctem accessisset. Nocte igitur intempestâ, uti convenerat, ad muros venit: quumque oppidanos nihil de deditione agitare videret, neque machinæ ac scalæ ad manum essent, quod non oppugnaturus sed proditione urbem recepturus venerat, nihilominus tamen Macedonum phalange propius admotâ murum suffodi jubet: qui statim unam turrim subvertunt: cujus tamen ruina murum non nudavit. Oppidani summâ vi resistentes, & ab Halicarnassæis, qui mari eo venerant, adjuti, Alexandri de capiendâ facile primo impetu Myndo spem irritam fecerunt. Ita Alexander rebus, quarum causâ venerat, infectis revertitur, & ad Halicarnassi obsidionem rursus se confert: ac primum omnium fossam quam oppidani ante urbem duxerant, triginta summum cubitorum latitudine, altitudine quindecim, repleri jubet, quo facilius turres è quibus in propugnatores jacularentur, adduci, aliæque machinæ, quibus murum quatere statuerat, admoveri possent. Fossâ haud difficulter repletâ, turres jam adduci cœperant; quum Halicarnassæi noctu excurrentes, animo incendendi & turres & reliquas machinas quæ jam admotæ erant, aut parum aberat quin admoverentur, à Macedonibus quibus custodia machinarum erat commissa, aliisque qui tumultu excitati accurrerunt, parvo negotio intra mœnia repulsi sunt. Cæsi sunt in hoc conflictu ex Halicarnassæis CLXX. in quibus Neoptolemus Arrabæi filius, Amyntæ frater, unus eorum qui ad Darium transfugerant. Ex Alexandri autem mili-

51 Περιῆλθε τῆς πόλεως ἐς τὸ πρὸς Μύνδον μέρος] Voculam ἐς non agnoscit Optimus, & sane nihil nisi turbat.

52 Καί τοι ἐνεδίδοτο] Καί τοι usurpat auctor pro quamvis, tametsi, quod plane hic locum non habet, & omnino repone καί τι ἐνεδίδ. ut est in Optimo & aliis MSS. *Etiam aliquid venditabatur illi.* Sic cap. 26 καί τι καὶ θεῖον ξυνέπεσεν αὐτοῖς. Et sæpe.

53 Οὐ μέν τοι ἐγύμνωσέ γε τὸ τεῖχος πεσών] Freinshemius in Supplementis Curtii sic παραφράζει. *Et illi quidem una turrium dejecta, nihil tamen aperuerunt loci, quo intra perrumperent. Nam forte ita prociderat turris, ut quam murorum partem stans protexerat, non minus ruina sepiret.* Hoc ipsum velut ἕρμαιον ab postremo editore arreptum (nisi quod addat *quamvis muri pars subruta esset*) vides ad Facium & Vulcanium iniquis modis tractandum. Sed oro, unde constat hujus explicationis veritas; quippe potuerunt jam ante intus aliquid isti turri, ut & aliis obduxisse, ut licet vel hæc vel aliæ dejicerentur, nihil tamen apertum subito esset. Deinde ista Latina turrim dejectam aperuisse nihil loci, addita hac ratione, quia murorum partem sic quoque ruina sepiret, an Græce alio modo efferri possunt, quam quo voluit Vulcanius πύργον πεσόντα οὐ γυμνῶσαι τὸ τεῖχος? Vulgatam tamen retinent omnes MSSti codices, quibus obediendum puto, nisi quod unius literulæ inductione succurram, οὐ μέν τι (nempe τῆς πόλεως) ἐγύμνωσε τὸ τεῖχος πεσόν.

54 Τὸ δὲ βάθος] Æquabiliter Opt. βάθος δέ.

55 Τῶν παρὰ Δαρεῖον αὐτομολησάντων] Prorsus eam descri-

θανον μὲν ἐς ἑκκαίδεκα, τραυματίαι δὲ ἐγένοντο ἐς τριακοσίους· ὅτι ἐν νυκτὶ γενομένης τῆς ἐκδρομῆς, ἀφυλακτότεροι ἐς τὸ τιτρώσκεσθαι ἦσαν.

22 Οὐ πολλαῖς δὲ ἡμέραις ὕστερον, δύο τῶν Μακεδόνων ὁπλῖται ἐκ τῆς ὑστέρου Περδίκκου τάξεως, ξυσκηνοῦντές τε καὶ ἅμα ξυμπίνοντες, αὐτόν τε καὶ τὰ αὑτοῦ ἑκάτερος ἐπὶ μέγα τῷ λόγῳ ἦγεν· ἔνθα δὴ φιλοτιμία τε ἐσέπιπτεν αὐτοῖς (καὶ ὁ οἶνος ὑπεθέρμαινεν) ὥστε ὁπλισάμενοι αὐτοὶ ἐπὶ σφῶν, προσβάλλουσι τῷ τείχει κατὰ τὴν ἄκραν τὴν[56] πρὸς Μύλασα μάλιστα τετραμμένην, ὡς ἐπίδειξιν τῆς σφῶν ῥώμης μᾶλλόν τι ἢ πρὸς πολεμίους μετὰ κινδύνου τὸν ἀγῶνα ποιησόμενοι. Καὶ τούτους κατιδόντες τινὲς τῶν ἐκ τῆς πόλεως δύο τε ὄντας, καὶ οὐ ξὺν λογισμῷ προσφερομένους τῷ τείχει, ἐπεκθέουσι. Οἱ δὲ τοὺς μὲν ἐγγὺς πελάσαντας ἀποκτείνουσι, πρὸς δὲ τοὺς ἀφεστηκότας ἠκροβολίζοντο, πλεονεκτούμενοι τῷ τε πλήθει καὶ τοῦ χωρίου τῇ χαλεπότητι, ὅτι ἐξ ὑπερδεξίου τοῖς πολεμίοις ἡ ἐπιδρομή τε καὶ ὁ ἀκροβολισμὸς ἐγίγνετο. Καὶ ἐν τούτῳ ἀντεκθέουσι τινὲς καὶ ἄλλοι τῶν τοῦ Περδίκκου στρατιωτῶν· καὶ ἀπὸ τῆς Ἁλικαρνασσοῦ ἄλλοι. καὶ ξυμπίπτει μάχη καρτερὰ πρὸς τῷ τείχει. Καὶ κατακλείονται αὖθις πρὸς τῶν Μακεδόνων εἴσω τῶν πυλῶν οἱ ἐπεκδραμόντες. Παρ' ὀλίγον δὲ ἦλθε καὶ ἁλῶναι ἡ πόλις. Τά τε γὰρ τείχη ἐν τῷ τότε οὐκ ἐν ἀκριβεῖ φυλακῇ ἦν, καὶ δύο πύργοι καὶ μεσοπύργιον εἰς ἔδαφος καταπεπτωκότα, οὐ χαλεπὴν ἂν τῷ στρατεύματι, εἰ ἅπαν προσήψατο τοῦ ἔργου[57], τὴν ἐς τὸ τεῖχος πάροδον παρεῖχε. Καὶ ὁ τρίτος πύργος κατασεσεισμένος, οὐδὲ οὗτος χαλεπῶς ἀνερρίφη[58] ὑπορυσσόμενος.

militibus XVI. desiderati: vulnerati circiter CCC, quod quum noctu excursio illa facta esset, minus caveri & evitari telorum jactus possent. Paucis post diebus duo armigeri contubernales, ex Perdiccæ agmine, quum inter pocula suas quisque virtutes & facta magnificis verbis extolleret, contentione de honore inter sese ortâ, animisque vino excandescentibus, privato consilio arma capientes, ad muros juxta arcem quæ potissimum Mylassa versus spectat, se conferunt, ostentatione potius roboris, quam animo periculosi cum hostibus conflictus adeundi. Hos oppidani quidam conspicati duos modo esse, & temere murum petere, excurrunt. Hi vero propiores factos interficiunt, remotiores telis petunt, superati & multitudine & loci difficultate, quod ex editiore loco hostes & impetum facerent & tela mitterent. Multi inter ea ex Perdiccæ militibus, multi ex Halicarnasso accurrunt. Acris inde pugna ad muros fit, & oppidani qui excurrerant, denuo à Macedonibus in urbem aguntur, parumque abfuit quin urbs caperetur. Nam & in muris parum diligens tum temporis custodia habebatur, & duæ turres una cum muro inter illas medio, in solum prostratæ, facilem in murum ingressum si integer exercitus illum adortus fuisset, præbebant. Tertia quoque turris quassata: ne ipsa quidem difficulter suffossa everti potuisset.

scriptionem soli Neoptolemo applicat Facius, *in quis Neoptolemus Arabei, transfuga, Amyntæ frater*. Freinshemius in Supplementis ad utrumque *inter quos & Neoptolemus, qui cum Amynta fratre ad Darium perfugerat.* Facium sequi videtur Vulcanius, quem præ manibus habemus satis clare se exprimentem. At plane contra hos omnes Diodorus lib. XVII cap. 25. Τέλος δὲ πρὸς αὐταῖς ταῖς πύλαις ἔπεσον τινὲς τῶν Μακεδόνων, ἐν οἷς καὶ Νεοπτόλεμος ἡγεμὼν ἀνὴρ ἐπιφανής, ut inter oppugnantes Macedonas, non propugnatores Persas ceciderit. Freinshemius frustra & multum sudabit, ut Amyntam Arrabæi ostendat ad Darium perfugisse. Sed ille dum nomen Arrabæi omittit, nescio quid cogitaverit. Possis hunc locum sic quoque interpretari *Neoptolemus frater Arrabei, Amyntæ filii.* Et ita interpretandum censeo, ut hi Amyntæ filii. Neoptolemus & Arrabæus fuerint, uterque satis notus, cum tertio etiam fratre & quarto Heromene & Alexandro, infra cap. 26. Cur autem in sequentibus quum dicatur ἐκ τῆς ὑστέρου Περδίκκου τάξεως, quas voces prætererat Vulcanius, maluerint nuper interpretari *ex Perdiccæ agmine*, cum Freinshemio (nam & hoc ex ejus Supplementis putide sublectum est, non minus quam quod etiam ἐπὶ σφῶν vertat *privato consilio arma capientes*: vide sodes Freinshemii indicem Curtianum in voce *Arma*, etsi satis bene reddiderat Facius, *sine cujusquam jussu armati*) quam potius cum Facio *ex ea cohorte, cui postea Perdiccas præfuit*? Certe enim Facius plene respondet Græcis illis, non Freinshemiana. Cæterum ego nullus dubito, quin particula ὕστερον temere sit repetita ex superiore versu. Retinent tamen editi & scripti omnes, quos vidi. Mox MSS. ξυσκηνοῦντές τε καὶ ἅμα ξυμπίνοντες. ubi vulgo voculam τε omittunt.

56 Τῷ τείχει κατὰ τὴν ἄκραν τὴν] Vulcanius quum primo vertisset, *ad muros qua summum jugum Mylassa versus spectat*, dein correxit *ad eam murorum partem, quæ Myl.* Freinshemius in Suppl. *ad muros juxta arcem quæ Mylassis obversa est.* Hoc captare sustinuit Franequeranus, ut diceret ex sua versione esse. Facius, *muros urbis ab ea parte, quæ ad Miletum vergit, adeunt.* Res patet per se.

57 Τῷ στρατεύματι, εἰ ἅπαν προσήψατο τοῦ ἔργου] Quanta potest mole, firmiter se tuetur hæc syntaxis, camque conservant etiam MSS. præter unum, qui profert εἰ ἅπαντες προσήψαντο τοῦ ἔργου. Quæ equidem scriptura silentio condenda non fuit ob mirificam Arriani in his generum enallagis usurpandis cupiditatem, ut propemodum cum ratione queat in dubium vocari. Sic cap. 21 καταλείπει τὸ Περσῶν ἱππικὸν ὅτι ὅσοι τῆς Ἀσίας προεστῶτες ἔχοντας. Potuerat facile debueratque vel ἔχοντων scribere vel saltem ἔχον: sed placuit illi voces eas τὸ Περσῶν ἱππικὸν construere, ac si scripsisset τοὺς Περσῶν ἱππέας. Cap. 15 αὐτὸς δὲ ἄγων τὸ δεξιὸν κέρας ὑπὸ σαλπίγγων τε καὶ τῷ Ἐνυαλίῳ ἀλαλάζοντας. Et apprime ad hunc locum v, 14 πεζὸν στρατὸν ἔγνωσται ἰέλλουσιν ὁ πολὺ ἀπωδίοντας τῆς ἱππομαχίας. III, 19. Τὸν στρατὸν τὸν ἄλλον ἀναλαβὼν ἦγεν ἐξωπλισμένους ὡς ἐς μάχην. Et passim. Video nunc scripturam, quam ex uno MSto commodum produxi, exstare quoque in editione Basileënsi, etiam Veneta, immo etiam notatam esse Vulcanio in Augustano.

58 Οὐδ᾽ οὗτος χαλεπῶς ἀνερρίφθη] Lege ex MSStis ἂν ἠρίφθη. Sic 11, 22 καί τι καὶ κατηρίφθη τοῦ τείχους. Alludunt editiones Ven. & Basileensis ἂν ἐρρίφη.

Conflictus circa latericium intra mœnia murum.

νος. Ἀλλὰ ἔφθησαν γὰρ ἀντὶ τοῦ πεπτωκότος τείχους, ἔσωθεν πλίνθινον μηνοειδὲς ἀντοικοδομησάμενοι, οὐ χαλεπῶς, ἀπὸ πολυχειρίας[59]. Καὶ τούτῳ ἐπῆγε τῇ ὑστεραίᾳ τὰς μηχανὰς Ἀλέξανδρος· καὶ ἐκδρομὴ αὖθις γίνεται τῶν ἐκ τῆς πόλεως, ἐπὶ τῷ ἐμπρῆσαι τὰς μηχανάς. Καὶ μέρος μέν τι τῶν πλησίον τοῦ τείχους γέῤῥων[60] καὶ ἑνὸς τῶν πύργων τῶν ξυλίνων κατεκαύθη, τὰ δὲ ἄλλα διεφύλαξαν οἱ περὶ Φιλώταν τε καὶ Ἑλλάνικον, οἷς ἡ φυλακὴ αὐτῶν ἐπετέτακτο· ὡς δὲ καὶ Ἀλέξανδρος ἐπεφάνη ἐν τῇ ἐκδρομῇ, τάς τε δᾷδας ὅσας ἔχοντες ἐκβεβοηθήκεσαν ἀφέντες, καὶ τὰ ὅπλα οἱ πολλοὶ αὐτῶν ῥίψαντες, εἴσω τοῦ τείχους ἔφευγον. Καίτοι τά γε πρῶτα τῇ φύσει τε τοῦ χωρίου ὑπερδεξίου ὄντος ἐπεκράτουν, καὶ οὐ κατὰ μέτωπον μόνον ἠκροβολίζοντο ἐς τοὺς προμαχομένους τῶν μηχανῶν, ἀλλὰ καὶ ἐκ τῶν πύργων, οἳ δὴ ἑκατέρωθεν τοῦ ἐρηριμμένου τείχους αὐτοὶ ὑπολελειμμένοι ἐκ πλαγίου τε καὶ μόνον οὐ κατὰ νώτου παρεῖχον ἀκροβολίζεσθαι ἐς τοὺς τῷ ἀντῳκοδομημένῳ τείχει προσάγοντας. Οὐ πολλαῖς δὲ ὕστερον ἡμέραις ἐπάγοντος αὖθις Ἀλεξάνδρου τὰς μηχανὰς τῷ πλινθίνῳ τῷ ἐντὸς τείχει, καὶ αὐτοῦ ἐφεστηκότος τῷ ἔργῳ, ἐκδρομὴ γίνεται πανδημεὶ ἐκ τῆς πόλεως· τῶν μὲν κατὰ τὸ ἐρηριμμένον τεῖχος, ᾗ αὐτὸς Ἀλέξανδρος ἐπετέτακτο· τῶν δὲ κατὰ τὸ τρίπυλον, ᾗ οὐδὲ πάνυ τι προσδεχομένοις τοῖς Μακεδόσιν ἦν. Καὶ οἱ μὲν δᾷδάς τε ταῖς μηχαναῖς ἐνέβαλλον, καὶ ὅσα ἄλλα ἐς τὸ ἐξάψαι τε φλόγα καὶ ἐπὶ μέγα προκαλέσασθαι. Τῶν δὲ ἀμφ' Ἀλέξανδρον αὐτῶν τε ἐμβαλλόντων ἐς αὐτοὺς ἐῤῥωμένως, καὶ ταῖς μηχαναῖς ἀπὸ τῶν πύργων λίθων τε μεγάλων ἀφιεμένων, καὶ βελῶν ἐξακοντιζομένων, οὐ χαλεπῶς ἀπεστράφησάν τε καὶ ἔφυγον ἐς τὴν πόλιν· καὶ φόνος ταύτῃ οὐκ ὀλίγος ἐγένετο, ὅσῳ πλείονές τε καὶ ξὺν μείζονι τῇ τόλμῃ ἐξεδεδράμεσαν. Οἱ μὲν γὰρ, εἰς χεῖρας ἐλθόντες τοῖς Μακεδόσιν, ἀπέθανον· οἱ δὲ, ἀμφὶ τῷ τείχει τῷ καταπεπτωκότι, στενοτέρας τε ἢ κατὰ τὸ πλῆθος αὐτῶν τῆς παρόδου οὔσης, καὶ τῶν κατερηριμμένων τοῦ τείχους χαλεπὴν τὴν ὑπέρβασιν αὐτοῖς παρεχόντων. Τοῖς δὲ κατὰ τὸ τρίπυλον[61] ἐκδραμοῦσιν ἀπήν-

fet. At oppidani, pro muro qui corruerat, alium latericium instar nascentis lunæ sinuatum, intrinsecus construxerant: neque id difficulter, ob eorum qui operam suam conferebant, multitudinem. Huic muro quum postridie Alexander machinas admovisset, oppidani rursus excurrunt, machinis ignem immissuri, ac nonnulla quidem tabernacula muro proxima & pars unius turris ligneæ conflagrârunt: cætera à Philota & Hellanico, quibus machinarum custodia commissa erat, defensa sunt. Simulac vero Alexandrum ipsum in excursione illâ conspexêre, facibus, quibus ad vim arcendam excurrerant, omissis, multi etiam armis abjectis, intra muros confugerunt. Ac primo quidem, quod locus suâ naturâ commodus atque eminens esset, superiores erant, neque solum ex adverso in machinarum propugnatores tela jaciebant, verum etiam ex turribus quæ ex utrâque muri diruti parte reliquæ erant, eos qui in murum recens exstructum impetum faciebant, ex obliquo & tantum non à tergo feriebant. Cæterum non multis postea diebus, quum Alexander iterum interiori muro latericio machinas admoveret, atque ipsemet operi instaret, universa civitas portis erumpit, alii, quâ parte murus demolitus erat, & Alexander ipse premebat; alii tripylum versus, quâ Macedones eruptionem minime exspectabant. Nonnulli faces machinis immittunt, aliaque fomenta, quæ incendium augere atque amplificare possint: Macedonibus contra acriter proruentibus, atque ex turribus ingentia saxa & tela in eos torquentibus, facile in fugam acti, & in urbem repulsi sunt; tantoque major ibi strages edita est, quanto plures majoreque audaciâ excurrerant. Nam qui manus cum Macedonibus conseruerant, cæsi sunt: alii juxta muri ruinam, quum & transitus angustior esset quam ut tantæ multitudini sufficeret, & strages ipsius muri difficilem ascensum faceret. Iis vero qui tripylum versus

59 Ἀπὸ πολυχειρίας] MS. Opt. ὑπὸ. Qua particula ad eandem notionem utitur cap. 26 ὑπὸ καμάτου ἐγρηγορέναι ἀδυνάτως ἔχων, ubi gregarii MSS. certatim turbant, aliis cum primis edit. ἀπὸ, aliis ἀποκαμόντα præferentibus. Sed Optimus retinet ὑπὸ præ defatigatione, quomodo & II, 4 & VI, 25 loquentem invenies. Quin & IV, 2 ὡς τι ἔξωθεν μὲν ὑπὸ τοῦ πλήθους τῶν βελῶν γυμνοῦσθαι τὸ τεῖχος τῶν προμαχομένων. Sic editiones primæ ante Vulcanium, sic MSS. Florentini. At nostris nuperis placuit ἀπὸ! Quo auctore? Eodem lib. cap. 5. ὑπὸ τῆς ξυνεχοῦς πορείας κεκάμηκε ὁ ἵππος.

60 Καὶ μέρος μέν τι τῶν πλησίον τοῦ τείχους γέῤῥων] Sic Optimus. In aliis ut & vulgatis abest illud τῶν. Sed & infra τοῦ ἐῤῥιμμένου τείχους.

61 Κατὰ τὸ Τρίπυλον] Quia Vulcanius vel Stephanus curavit edi ad oram libri ista, *Vide num τρίπυλον de quopiam ipsius urbis loco à tribus portis nomen habente intelligere oporteat, idemque Ortelio videtur*, scribit nuperus editor placere & sibi, cum utrique consentiat, addere pro argumento, quod de Proterio apud Euagrium legitur additque, *sic prorsus τρίπυλος Halicarnassi urbis pars fuit, ut τετράπυλος Alexandriæ.* Ne hoc quidem pertenue ex isto cerebro proficisci non potuit, quin subreperet Freinshemio, cujus est id omne, ut videre est Indice Curtiano in v. Tripylos. Quanquam quid miseri illi volunt? An Arriano pars Halicarnassi appellatur τρίπυλος? An Euagrio? quum nostri verba sint κατὰ τὸ τρίπυλον, hujus vero ἀνὰ τὸ καλούμενον τετράπυλον in neutro genere. An Athenis talem agnovit Polybius, quum scripsit legat. 3 ἐπεὶ δ' ἐγγὺς κατὰ τὸ Δίπυλον?

ἀπήντα Πτολεμαῖος ὁ σωματοφύλαξ ὁ βασιλικὸς[62], τήν τε Ἀδδαίου καὶ Τιμάνδρου ἅμα οἱ τάξιν ἄγων καὶ ἔστιν οὓς τῶν ψιλῶν. Καὶ οὗτοι οὐδὲ αὐτοὶ χαλεπῶς ἐτρέψαντο τοὺς ἐκ τῆς πόλεως. Ξυνέβη δὲ καὶ τούτοις[63] ἐν τῇ ἀποχωρήσει κατὰ στενὴν γέφυραν τὴν ἐπὶ τῆς τάφρου πεποιημένην φεύγουσι, τήν τε γέφυραν αὐτὴν ὑπὸ πλήθους ξυντρῖψαι, καὶ πολλοὺς αὐτῶν ἐς τὴν τάφρον ἐμπεσόντας, τοὺς μὲν ὑπὸ σφῶν καταπατηθέντας διαφθαρῆναι, τοὺς δὲ καὶ ἄνωθεν ὑπὸ τῶν Μακεδόνων βαλλομένους. Ὁ πλεῖστος δὲ φόνος περὶ ταῖς πύλαις αὐταῖς ξυνέβη· ὅτι ἡ ξύγκλεισις τῶν πυλῶν, φοβερά τε καὶ πρὸ τοῦ καιροῦ γενομένη, δεισάντων μὴ συνεισπέσωσι τοῖς φεύγουσιν ἐχόμενοι αὐτῶν οἱ Μακεδόνες, πολλοὺς καὶ τῶν φίλων[64] τῆς εἰσόδου ἀπέκλεισεν, οὓς πρὸς αὐτοῖς τοῖς τείχεσιν οἱ Μακεδόνες διέφθειραν. Καὶ παρ' ὀλίγον ἧκεν ἁλῶναι ἡ πόλις, εἰ μὴ Ἀλέξανδρος ἀνεκαλέσατο τὸ στράτευμα, ἔτι διασῶσαι ἐθέλων τὴν Ἁλικαρνασσὸν, εἴ τι φίλιον ἐνδοθείη ἐκ τῶν Ἁλικαρνασσέων. Ἀπέθανον δὲ τῶν μὲν ἐκ τῆς πόλεως ἐς χιλίους, τῶν δὲ ξὺν Ἀλεξάνδρῳ ἀμφὶ τοὺς τεσσαράκοντα, καὶ ἐν τούτοις Πτολεμαῖός τε ὁ σωματοφύλαξ, καὶ Κλέαρχος ὁ τοξάρχης, καὶ Ἀδδαῖος χιλιάρχης· οὗτοι καὶ
24 ἄλλοι τῶν οὐκ ἠμελημένων Μακεδόνων. Ἔνθα δὴ ξυνελθόντες οἱ ἡγεμόνες τῶν Περσῶν, Ὀροντοβάτης τε καὶ Μέμνων, καὶ ἐκ τῶν παρόντων γνόντες σφᾶς τε οὐ δυναμένους ἐπὶ πολὺ ἀντέχειν τῇ πολιορκίᾳ, καὶ τοῦ τείχους τὸ μέν τι καταπεπτωκὸς ἤδη ὁρῶντες, τὸ δὲ καταπεσεισμένον, πολλοὺς δὲ τῶν στρατιωτῶν ἐν ταῖς ἐκδρομαῖς, τοὺς μὲν διεφθαρμένους, τοὺς δὲ καὶ ὑπὸ τοῦ τιτρώσκεσθαι ἀπομάχους ὄντας· ταῦτα ἐν νῷ λαβόντες, ἀμφὶ δευτέραν φυλακὴν τῆς νυκτὸς τόν τε ξύλινον πύρ-

sus excurrerant, obviam ivit Ptolemæus regius corporis custos, Addæi & Timandri simul agmen secum ducens & nonnullos expeditos, qui etiam ipsi facile oppidanos represserunt. quibus hoc præterea in recessu infortunii accidit, ut iis per angustum pontem, quem supra fossam duxerant, fugientibus, ponte præ multitudine incumbentium rupto, alii in fossam prolapsi, alii à suis proculcati, alii à Macedonibus ex alto telis icti perierint. Plurima autem cædes ad portas ipsas edita est: quod præ nimio metu præpropere ac parum tempestive clausæ fuissent. Veriti enim ne fugientibus impliciti Macedones una in urbem irruerent, multos ex suis excluserunt, qui à Macedonibus ad ipsa mœnia cæsi sunt. parumque aberat quin urbs ipsa caperetur, nisi Alexander receptui canere jussisset, conservandæ adhuc urbis cupidus: si Halicarnassei aliquod compositionis invitamentum præbuissent. Ex oppidanis circiter mille cæsi: ex Macedonibus fere quadraginta: atque in his Ptolemæus corporis custos, & Clearchus sagittariorum dux, & Addæus chiliarcha, aliique non obscuri nominis Macedones. Posthæc Orontobates & 24 Memnon ceterique Persarum duces è re præsenti satis intelligentes se non posse multo tempore obsidionem sustinere, & muros partim jam dirutos, partim labefactatos cernentes, plerosque etiam militum in excursionibus aut cæsos aut vulneribus inutiles ad pugnam factos: re accuratius perpensâ, sub secundam noctis vigiliam turrim ligneam, quam

λον? aut Lucianus, quum in Scytha scripsit ὁ πολὺ αὐτοῦ τῦ ἀστεος, aut in Navigio ἔσω ὑπεστάδιον τὸ πρὸ τοῦ Διπύλου? An Romæ Plutarchus, quum de fortuna populi Rom. scripsit ἔσω τοῦ Δίπυλον, ὃ πολέμου πύλας καλοῦσι, ut recte Scaliger emendavit ad Varronem p. 65? Enimvero magna pars urbis!

62 Πτολεμαῖος ὁ σωματοφύλαξ ὁ βασιλικὸς] Unde novit Freinshemius, hunc Ptolemæum esse Philippi filium? Ita enim scribit in Supplementis II, 10, 13. *Memnonem Ptolemæus excepit Philippi filius, regii corporis custos, præter propriam manum Addæi Timandrique cohortibus stipatus.* Quibus in margine apponit *Arrian.* I, 5, 12. I, 7, 18. quorum ultimæ notæ designant hunc locum; priores vero cap. 15 τὸν Σωκράτους ἴλην Πτολεμαῖον τὸν Φιλίππου ἄγοντα, tanquam duobus in locis de eodem Ptolemæo ageretur. Sanequam inconsulte, ac sine ulla veri specie, quum illic nullo verbo indicetur, eum Philippi filium fuisse corporis regii custodem. Immo non modo dicimus non videri unum, sed omnino scimus Ptolemæum Philippi ab eo, qui corporis custos dicitur, plane alium ac diversum fuisse. Tres in Arriano occurrunt Ptolemæi honorati dignitate σωματοφύλακος. Primus est Ptolemæus Seleuci cap. 25, cujus etiam meminit cap. ult. & tandem in conflictu honesta morte defunctus narratur II, II. Secundus, qui in hoc nostro loco memoratur & in hac ipsa expugnatione Halicarnassi periit in conspectu Alexandri. Tertius Ptolemæus Lagi, quem quum dicat Arrianus III, 6 mortuo Philippo revertentem ab Alexandro factum esse σωματοφύλακα, tum nescio quomodo III, 29 in locum Demetrii demum post mortem Philotæ in Ariaspis factum eundem narret. Ptolemæus vero Philippi, quem citavit cap. 15, haud dubie is ipse est, quem cap. 24 refert Cariæ præpositum, & II, 5 ab eo victum Orontobatem. Itaque optimum ac tutissimum erat non augeri Arrianum: nam etsi affirmare nequeamus cujus filius fuerit hic noster Ptolemæus; certe affirmare possumus eum filium Philippi utique non fuisse. IV, 7 est Ptolemæus ὁ τῶν Θρᾳκῶν στρατηγός.

63 Ξυνέβη δὲ καὶ τούτοις] Immo τούτους ex omnibus MSS. Et est vitium ex Vulcaniana productum. Nam Basileenses cum MSS. conveniunt; & hunc ipsum casum respicit sequens vox φεύγουσι. Immo & Vulcanius ipse postea emendavit sive ex MS. sive quod videbat vitium operarum esse.

64 Πολλοὺς δὲ καὶ τῶν φίλων] Optimus & alii φιλίων. Statim Optimus αὐτοῖς τοῖς τείχεσιν. & ἀπέθανον μὲν τῶν μὲν ἐκ τῆς πόλεως ἐς χιλίους, τῶν ξὺν Ἀλ. deleta adversativa δὲ. Certe apparet non potuisse aliquos tolerare iterationem voculæ μὲν, & ideo mutavisse, in quo tamen erraverunt, & idem declarabitur prope finem libri septimi.

πύργον, ὃν αὐτοὶ ἀντῳκοδόμησαν ταῖς μηχαναῖς τῶν πολεμίων ἐμπιπρᾶσι, καὶ τὰς στοὰς ἐν αἷς τὰ βέλη αὐτοῖς ἀπέκειτο. Ἐνέβαλον δὲ καὶ ταῖς οἰκίαις πῦρ ταῖς πλησίον τοῦ τείχους· τῶν δὲ καὶ προσήψατο ἡ φλὸξ[65], ἀπό τε τῶν στοῶν καὶ τοῦ πύργου πολλὴ ἐπενεχθεῖσα, καί τι καὶ τοῦ ἀνέμου ταύτῃ ἐπιφέροντος· αὐτῶν δὲ οἱ μὲν ἐς τὴν ἄκραν τὴν ἐν τῇ νήσῳ ἀπεχώρησαν, οἱ δὲ ἐς τὴν Σαλμακίδα[66] ἄκραν οὕτω καλουμένην. Ἀλεξάνδρῳ δὲ ὡς ἐξηγγέλθη ταῦτα πρός τινων[67] αὐτομολησάντων ἐκ τοῦ ἔργου, καὶ τὸ πῦρ πολὺ καθεώρα αὐτὸς, καίτοι ἀμφὶ μέσας νύκτας ἦν τὸ γιγνόμενον· ὁ δὲ καὶ ὣς ἐξαγαγὼν τοὺς Μακεδόνας τοὺς μὲν ἔτι ἐμπιπράντας τὴν πόλιν ἐκ-

quam adversus hostium machinas construxerant, & porticus, in quibus tela eorum reposita erant, incendunt: ædibus etiam muro proximis ignem injiciunt; quæ celeriter igne concepto, quum & ex porticibus turrique flamma vento agitata accederet, late fuderunt incendium. Oppidanorum vero alii in arcem ejus insulæ, alii in Salmacidem arcem ita vocatam, sese receperunt. Quæ quum Alexander ex transfugis qui ex eâ clade venerant cognovisset, ipseque ingentes ignes cerneret, tametsi jam intempesta nox esset quum id fieret, nihilominus tamen immissis Macedonibus, eos qui urbem

65 *Τῶν δὲ καὶ προσήψατο ἡ φλὸξ*] Quum Vulcanius primo sic transtulisset *ab his exæstuans flamma in turrim ferebatur, vento ipso incendium eo propellente*, postea mutavit, *ab his exæstuans flamma turrim etiam comprehendit, vento ipso incendium eo ferente.* Utrumque imperfectum. Itaque plenius Freinshemius in Suppl. *quo celeriter concepto, quum & ex porticibus turrique flamma vento agitata accederet, late fuderunt incendium.* Quas voces dum vides, lector, decerne, utrum is, qui nuper contumeliosam castigationem his subjecit, credi debeat adspexisse Curtium potius, quam hæc ipsa Freinshemiana, & unde adjuta sit primum vera horum interpretatio. Quanquam in verbis Arriani ego nihil videam de incendio late fuso, aut quam late fusum fuerit, & omnino verba Arriani sic modo concipiuntur: *quas & ipsas flamma invasit, quippe plurima ab porticibus & turri illuc delata, ac vento etiam nonnihil illuc invehente.* Sequentia miror ab interprete de oppidanis intelligi, quum illi *αὐτοὶ* non possint esse alii, quam de quibus præcedit, nempe Persicis ducibus.

66 *Ἐς τὴν Σαλμακίδα*] Animadversiones nuperæ nobis indicant Diodorum Siculum in libro XVII habere *εἰς τὴν Κῶν*. Quod verum quidem est, sed non ita, ut quam Arrianus vocat Salmacida, eam Diodorus vocaverit Con. Longe gentium id est à vero. Cæterum locus hic est difficillimus intellectu. Id primo attulit paraphrasis Freinshemii in Supplementis II, 10, 21, ubi sic scribit: *Oppidanorum militumque validissimo pars arcem in insula sitam occupavit; alii in Salmacidem se contulere: alterius arcis id nomen * Reliquam multitudinem resque pretiosas duces avexerunt in Con insulam.* Ubi videmus non duo loca appellari, quæ velut refugia fuerint oppidanis Persisque, ut facit Arrianus, sed tria. Nec tamen alium auctorem hujus historiæ habet Freinshemius nisi Diodorum & Arrianum, quos etiam citat. Sed nec Diodorus plura novit, quam duo, prorsus ut Arrianus, nempe arcem in urbe & insulam. Verba ejus sunt: *οἱ στρατηγοὶ καὶ σατράπαι ἔγνωσαν τὴν πόλιν ἐκλιπεῖν, εἰς δὲ τὴν ἀκρόπολιν τοὺς ἀρίστους τῶν στρατιωτῶν κατασήσαντες, καὶ τὸν λοιπὸν ὄχλον καὶ τὰ χρήματα ἀπεκόμισαν εἰς τὴν Κῶν.* Plane nonnisi duo hic loca indicantur, ad quæ confugerunt: immo non potest monstrare Freinshemius duas arces vel in Halicarnasso vel in insula illa, quam primo loco sine propria appellatione nominat, & in qua videtur duas collocare, dum Salmacidem ita describit *alterius arcis id nomen esse*, non addens, ubi posita sit hæc altera: quin si præter Salmacin putavit aliam in urbe fuisse arcem, lapsus haud dubie est. Strabo lib. XIV pag. 656. *Ἔχει δὲ ἀκρόπολιν ἡ Ἁλικαρνασσὸς*, non plures. Idem manifestum est ex loco Vitruvii II, 8. Dicit enim illic; *in summa arce media Martis fanum, in cornu summo dextro Veneris & Mercurii fanum ad ipsum Salmacidis fontem, in sinistro cornu regia domus, quam rex Mausolus ad suam rationem collocavit*, eamque mox exponit. Ubi non memorantur diversæ arces, sed unius arcis pluria membra, nempe sinistrum, medium & dextrum. Immo & noster repetit II, 5, *τὴν ἄκραν τῆς Ἁλικαρνασσοῦ*, ubi & Cos additur, ut etiam cap. 13. De insula autem illa, quum ne nominetur quidem, quis potest statuere? Nec tamen aliunde potuit hausisse Freinshemius, ut vana prorsus sit hæc ejus dilatata perspicuitas. Sed neque ex Diodoro aliquid arcessere ausim ad illustrationem Arriani, & insulam Co suspicari intercidisse. Nam Cos insula, etsi propinqua, non tamen sic propinqua jacebat, ut veniente luce Alexander arcis ejus situm commoditatemque contemplari, ut Halicarnassææ, potuerit, quod plane dicit Arrianus. Præterea vero quin interpretationem Vulcanii *in arcem ejus insulæ* improbaturus sit unusquisque, dubitandum mihi non videtur: neque enim ullius insulæ mentio præcessit, neque de cujus insulæ arce loquatur, vel ipse Vulcanius dixerit. Facius quoque tantum *in arcem insulæ.* Holstenius ad Stephanum p. 132 statuit & docte colligit duas in Caria fuisse Heracleas unam cognomento Latmon, alteram Salmacida. Posteriorem hanc addit describi in alio loco Stephani & occurrere apud Arrianum. Si hanc cogitat, labitur. Si quid video, turbas has oggessit earundem vocularum subita repetitio, nimirum *ἄκραν* & *τὴν*. Unde etiam factum, ut in duobus MSS. invenerim *Σαλμακίδα ἄκραν, ἄκραν οὕτω καλ.* ut sic ter ea vox iteretur. Itaque si ejiciantur illæ tres invicem se sequentes *τὴν ἐν τῇ*, & credamus in primis exemplis, quæ ex chirographo Arriani descripta sunt, ab hominibus non assequentibus manum auctoris, sed tamen religiosis in sequendo literarum ductu, fuisse lectum *ἐς τὴν ἄκραν νήσῳ*, quod illi, qui sequenti ætate descripserunt hæc apographa prima, defectum esse animadvertentes, supplendum ita censuerunt *τὴν ἐν τῇ νήσῳ*: si inquam sic statuamus, & revertamur ad verisimilem priorum exemplarium lectionem, enimvero ecce tibi pulcherrimam restitutionem, nempe *ἐς τὴν Ἀρκόννησον ἀπεχώρησαν.* Requiritur enim adjacens arx, ut & illam & alteram urbis Halicarnassi cum luce oriente videre potuerit. Testatur autem claris verbis Strabo, quæ superius ex eo allegatis subnectit. *Πρόκειται δ' αὐτῆς* (n. arcis in Halicarnasso) *ἡ Ἀρκόννησος.*

67 *Ὡς ἐξηγγέλθη ταῦτα πρός τινων*] MS. Optimus *ὡς ἀπηγγέλθη ταῦτα ἐκ τινῶν.* Ac deinde *ὅσοι δὲ ἐν ταῖς οἰκίαις κατελ. τῶν Ἁλικαρνασσέων τούτους δὲ σώζειν.* Sic omnes MSS. etiam Veneta & Basileensis editio. In Vulcaniana prius habetur, secundum neglectum est, sed postea id adscripsit ipse Vulcanius. Hanc satis opportunam & suavem vocalæ *δὲ* repetitionem sic puto ex uno MS. restituendam supra cap. 21. *ὅσοι δὲ ἐν μέσῳ πόλεις Μιλήτου τε καὶ Ἁλικαρνασσοῦ, ταύτας δὲ ἐξ ἐφόδου λαβὼν κατεστρατοπεδεύσεν* &c. quum in aliis omnibus non reperiatur posterius *δὲ*, plane ut hoc loco. III, 8 *καὶ ὅσοι αἰχμάλωτοι αὐτῷ ἐς ἐπισκοπίαν, ταῦτα δὲ ἐκ πολλῶν Πέρσαι ἱππάσιμα πεποίηνται.*

ἔκτεινεν, ὅσοι δὲ ἐν ταῖς οἰκίαις καταλαμβάνοιντο τῶν Ἁλικαρνασσέων, τούτους δὲ σώζειν παρήγγειλεν. Ἤδη τε ἡμέρα ὑπέφαινε, καὶ κατιδὼν τὰς ἄκρας ἃς οἵ τε Πέρσαι καὶ οἱ μισθοφόροι κατειλήφεσαν, ταύτας μὲν ἀπέγνω πολιορκεῖν, τριβήν τε ἐπινοῶν οὐκ ὀλίγην ἔσεσθαί οἱ ἀμφ' αὐτὰς τῇ φύσει τῶν χωρίων, καὶ οὐ πρὸς μέγα εἶναι ἐξελόντι οἱ τὴν πόλιν ἤδη πᾶσαν. Θάψας δὲ τοὺς ἀποθανόντας ἐν τῇ νυκτί, τὰς μὲν μηχανὰς ἐς Τράλλεις ἀπαγαγεῖν ἐκέλευσε τοὺς ἐπ' αὐταῖς τεταγμένους. Αὐτὸς δὲ τὴν πόλιν εἰς ἔδαφος κατασκάψας, αὐτῆς τε ταύτης καὶ τῆς ἄλλης Καρίας φυλακὴν ἐγκαταλιπών, ξένους μὲν πεζοὺς τρισχιλίους, ἱππεῖς δὲ ἐς διακοσίους, καὶ Πτολεμαῖον ἡγεμόνα αὐτῶν, ἐπὶ Φρυγίας ἐστέλλετο· τῆς δὲ Καρίας ξυμπάσης σατραπεύειν ἔταξεν Ἄδαν, θυγατέρα μὲν Ἑκατόμνω, γυναῖκα δὲ Ἱδριέως, ὃς καὶ ἀδελφὸς αὐτῇ ὤν, κατὰ νόμον τῶν Καρῶν ξυνῴκει. Καὶ ὁ μὲν Ἱδριεὺς τελευτῶν ταύτῃ ἐπέτρεψε τὰ πράγματα, νενομισμένον ἐν τῇ Ἀσίᾳ ἔτι ἀπὸ Σεμιράμεως, καὶ γυναῖκας ἄρχειν ἀνδρῶν. Πιξώδαρος δὲ τὴν μὲν ἐκβάλλει τῆς ἀρχῆς, αὐτὸς δὲ κατεῖχε τὰ πράγματα. Ὀροντοβάτης δὲ τὴν Καρῶν [68] ἀρχὴν ἐκ βασιλέως πεμφθεὶς εἶχε, γαμβρὸς ὢν Πιξωδάρου. Ἄδα δὲ Ἄλινδα μόνον κατεῖχε, χωρίον τῆς Καρίας ἐν τοῖς ὀχυρώτατον, καὶ ἐσβαλόντι Ἀλεξάνδρῳ ἐς Καρίαν, ἀπήντα, τά τε Ἄλινδα ἐνδιδοῦσα, καὶ παῖδά οἱ τιθεμένη Ἀλέξανδρον. Καὶ Ἀλέξανδρος τά τε Ἄλινδα αὐτῇ ἐπέτρεψε, καὶ τὸ ὄνομα τοῦ παιδὸς οὐκ ἀπηξίωσε, καὶ ἐπειδὴ Ἁλικαρνασσόν τε ἐξεῖλε, καὶ τῆς ἄλλης Καρίας ἐπεκράτησεν, αὐτῇ ἄρχειν ἁπάσης ἔδωκε. Τῶν Μακεδόνων δὲ τῶν συνεστρατευμένων Ἀλεξάνδρῳ ἦσαν οἱ νεωστὶ πρὸ τῆς στρατείας γεγαμηκότες [69]. καὶ τούτων ἔγνω οὐκ ἀμελητέα εἶναί οἱ ὁ Ἀλέξανδρος, ἀλλ' ἐκπέμπει γὰρ αὐτοὺς ἐκ Καρίας, διαχειμάσοντας ἐν Μακεδονίᾳ ἅμα ταῖς γυναιξίν· ἐπιτάξας αὐτοῖς Πτολεμαῖον τὸν Σελεύκου,

urbem incendebant, trucidari jubet: iis vero qui intra tecta inventi essent, parci. Illucescente porro aurorâ, contemplatus arces quas Persæ pariter & mercenarii occupârant, eas nequaquam obsidendas esse statuit: tum quod multum temporis ob locorum naturam sibi periturum esset, quodque non magni momenti essent, postquam ipse totam urbem evertisset. Mortuis itaque noctu sepultis, machinarum præfectos ut eas in Tralles avehant jubet. Ipse urbem solo adæquavit: eique & reliquæ Cariæ præsidio imposito, exterorum peditum trium millium, equitum ducentorum, ac Ptolemæo iis præfecto, in Phrygiam movit. Satrapatum totius Cariæ Adæ tribuit. Hecatomni filia hæc erat, Hidriei soror: qui quum frater ejus esset, Carum tamen lege etiam uxor erat. Hidricus porro moriens regni administrationem ei reliquerat. Usitatum enim erat in Asiâ jam inde à Semiramide, ut & virorum uxores regnent. Eam Pexodarus regno ejecerat, summam rerum potestatem usurpans. Orontobates autem Carum regnum à rege missus tenebat, utpote Pexodari gener. Ada vero unicam in Cariâ eamque munitissimam urbem, Alinda nomine, tenebat. Hæc Alexandro Cariam cum exercitu ingresso obuiam profecta, Alinda ei tradit, cumque sibi in filium adoptat. Alexander Alinda ei custodienda reliquit, & filii nomen non aspernatur. Porro deletâ Halicarnasso, quum totâ Cariâ potitus esset, totius provinciæ imperium illi detulit. Post hæc quum ex Macedonibus qui secum militabant, nonnulli paulo ante expeditionem uxores duxissent, etiam horum res Alexander minime negligendas existimavit. Itaque iis ex Cariâ dimissis, hybernandi in Macedoniâ cum uxoribus potestatem facit, Ptolemæo Seleuci filio uno ex

68 *Αὐτὸς δὲ κατεῖχε τὰ πράγματα. Ὀροντοβάτης δὲ τὴν Καρῶν &c.*] Gravior hic luctus est, quam ut quæramus, utrum *Πιξώδαρος*, an *Πηξώδαρος* vocatus hic regulus ab Diodoro fuerit. Ipsa hæc narratio est luxatissima ac dissoluta. Nam quomodo si Pexodarus summam rerum potestatem usurpabat, Orontobates regnum tenere potest dici, idque addita causa, quum gener ejus esset? An qui socer usurpat potestatem, ejus gener regnum tenet? Facius, *Eam Pexodarus regno ejecerat, translata in se rerum potestate. Namque Orontobates Pexodari gener à Dario missus illa expulsa Cariam regebat.* Æque bene. Produnt quoque maculam MSS. quorum duo habebant *αὐτὸς δὲ κατεῖχε τὰ πράγματα. Πηξωδάρου* (ita enim illi quum paulo ante in aliis legerim *Πηξώδαρος*, in alio *Πιξώδαρος*. Vitruvio x, 7 dicitur aliquis *Pyxodorus*, Herodoto v, 118 *Πιξωδάρου*) *Ὀροντοβάτης τὴν Καρῶν.* Alii cum vulgato consentiebant. Sed & Arriani veram scripturam & historiam perbelle expedit codex, quem merito Optimum voco: is ita habet. *Αὐτὸς δὲ κατεῖχε τὰ πράγματα. Τελευτήσαντος δὲ Πιξωδάρου* [sic enim ille] *Ὀροντοβάτης τὴν Καρῶν* &c. Interim satis miror, nihil additum esse ab Arriano, ut nos doceret, quo jure Pexodarus hanc Adam ejicere ex dominatione potuerit, & quo vinculo consanguinitatis ad regiam familiam pertineret, quod tamen facit in Orontobate, & fecerunt etiam alii in hoc Pexodaro. Certe nisi unus Strabo non ita, ut Arrianus, fuisset corruptus; non potuisset ab Freinshemio tam belle constitui successio ista, ab Ada ad Orontobatem, quam tamen quoque memoraverat Arrianus, ut nunc restituimus.

69 *Τῶν Μακεδόνων δὲ τῶν συνεστρατευμένων Ἀλ. ἦσαν οἱ νεωστὶ γεγαμηκότες*] Græca syntaxis aliquid amplius desiderat, nec fieri potest, ut plenum inde sensum colligat, quicunque novit, quo modo Arrianus illud suum *ἔστιν οἳ* vel *εἰσὶν οἳ* solet adhibere. Itaque pulcherrime Opt. MS. cum duobus aliis defectam orationem sanant ita: *Τῶν Μακεδόνων δὲ ἔστιν οἱ συνεστρατευμένοι Ἀλεξάνδρῳ ἦσαν νεωστί.*

Macedonibus hiberna permissa apud conjuges. Lyciam & Pamphyliam petit Al.

λθόντων, ἕνα τῶν σωματοφυλάκων τῶν βασιλικῶν, καὶ τῶν στρατηγῶν, Κοῖνόν τε τὸν Πολεμοκράτους καὶ Μελέαγρον τὸν Νεοπτολέμου, ὅτι καὶ αὐτοὶ τῶν νεογάμων ἦσαν· προστάξας, ἐπειδὰν αὐτοί τε ἐπανίωσι, καὶ τοὺς μετὰ σφῶν ἐκπεμφθέντας ἐπαναγάγωσι, καταλέξαι ἱππέας τε καὶ πεζοὺς ἐκ τῆς χώρας ὅσους πλείστους. Καὶ τῷ ἔργῳ τούτῳ[70], εἴπερ τινὶ ἄλλῳ, εὐδοκίμησε παρὰ Μακεδόσιν Ἀλέξανδρος. Ἔπεμψε δὲ καὶ Κλέανδρον τὸν Πολεμοκράτους ἐπὶ ξυλλογῇ στρατιωτῶν εἰς Πελοπόννησον. Παρμενίωνα δὲ πέμπει ἐπὶ Σάρδεων, δοὺς αὐτῷ τῶν τε ἑταίρων ἱππαρχίαν καὶ τοὺς Θετταλοὺς ἱππέας καὶ τοὺς ἄλλους ξυμμάχους καὶ τὰς ἁμάξας ἄγειν· καὶ κελεύει προϊέναι ἀπὸ Σάρδεων[71] ἐπὶ Φρυγίαν. Αὐτὸς δὲ ἐπὶ Λυκίας τε καὶ Παμφυλίας ᾔει, ὡς τῆς παραλίου κρατήσας, ἀχρεῖον καταστῆσαι τοῖς πολεμίοις τὸ ναυτικόν. Καὶ πρῶτον μὲν ἐν παρόδῳ Ὕπαρνα χωρίον ὀχυρὸν φυλακὴν ἔχον ξένους μισθοφόρους ἐξ ἐφόδου ἔλαβεν· οἱ δ᾽ ἐκ τῆς ἄκρας ξένοι ὑπόσπονδοι ἐξῆλθον. Ἔπειτα εἰσβαλὼν ἐς Λυκίαν, Τελμισσεῖς μὲν ὁμολογίᾳ προσηγάγετο· περάσας δὲ τὸν Ξάνθον ποταμόν, Πίναρα καὶ Ξάνθον τὴν πόλιν καὶ Πάταρα ἐνδοθέντα ἔλαβεν, καὶ ἄλλα ἐλάττω πολίσματα ἐς τριάκοντα. Ταῦτα καταπράξας ἐν ἀκμῇ ἤδη τοῦ χειμῶνος, ἐς τὴν Μιλυάδα καλουμένην χώραν ἐσβάλλει, ἣ ἔστι μὲν τῆς μεγάλης Φρυγίας, ξυνετέλει δὲ ἐς τὴν Λυκίαν, τότε οὕτως ἐκ βασιλέως μεγάλου τεταγμένον. Καὶ ἐνταῦθα Φασηλιτῶν πρέσβεις ἧκον περὶ φιλίας τε καὶ χρυσῷ στεφάνῳ στεφανῶσαι Ἀλέξανδρον, καὶ ὑπὲρ τῶν αὐτῶν ἐπικηρυκευσάμενοι ἐπρέσβευον Λυκίων τῶν κάτω οἱ πολλοί. Ἀλέξανδρος δὲ Φασηλίτας τε καὶ Λυκίους παραδοῦναι τὰς πόλεις τοῖς ἐπὶ τούτῳ στελλομένοις ἐκέλευσε, καὶ παρεδόθησαν ξύμπασαι. Αὐτὸς δὲ ὀλίγον ὕστερον ἐς τὴν Φασηλίδα παραγενόμενος, συνεξαιρεῖ αὐτοῖς φρούριον ὀχυρὸν ἐπιτετειχισμένον τῇ χώρᾳ πρὸς Πισιδῶν, ὅθεν ὁρμώμενοι οἱ βάρβαροι πολλὰ ἔβλαπτον τῶν

26 Φασηλιτῶν τοὺς τὴν γῆν ἐργαζομένους. Ἔτι δὲ αὐτῷ περὶ τὴν Φασηλίδα ὄντι ἐξαγγέλλεται Ἀλέξανδρον αὐτῷ τὸν Ἀερόπου[72] ἐπιβουλεύειν, τά τε ἄλλα τῶν ἑταίρων ὄντα, καὶ ἐν τῷ τότε Θεσσαλῶν τῆς ἵππου ἄρχοντα. Ἦν μὲν δὴ ὁ Ἀλέξανδρος οὗτος ἀδελφὸς Ἡρομένους τε καὶ Ἀρραβαίου τῶν ξυνεπιλαβόντων τῆς σφαγῆς τῆς Φιλίππου. Καὶ τότε αἰτίαν σχόντα αὐτὸν Ἀλέξανδρος ἀφῆκεν, ὅτι ἐν πρώτοις τε ἀφίκετο τῶν φίλων[73] παρ᾽

ex regiis corporis custodibus, iis præfecto: ex ducibus vero copiarum, Cœno Polemocratis filio, & Meleagro Neoptolemi filio, (quod etiam hi recens uxores duxerant) adjunctis: imperatque ut quum ipsi reverterentur, & eos qui una dimissi erant reducerent, equitatum ac peditatum, quam maximum possent, ex eâ regione conscriberent. quo quidem facto, si quo unquam, magnam sibi Alexander apud Macedones laudem comparavit. Cleandrum autem Polemocratis filium ad militem conscribendum in Peloponnesum, Parmenionem Sardes misit, datâ huic amicorum equitum præfectura: utque Thessalos equites aliosque auxiliarios, & plaustra ducat, atque Sardibus in Phrygiam procedat, jubet. Ipse in Lyciam & Pamphyliam tendit, ut oris maritimis in potestatem redactis, classem hostium inutilem ipsis efficiat. Ac primo quidem ex itinere Hyparna oppidum munitum, quodque exterum militem mercenarium præsidio habebat, primo accessu cepit. Exteri enim qui arcem tenebant, fide datâ exiere. Deinde Lyciam cum exercitu ingressus, Telmissenses pactis sibi conciliavit. Transmisso inde Xantho flumine Pinara & Xanthum urbem & Patara deditione accepit; aliaque minora oppida circiter xxx. His rebus gestis mediâ hyeme, in Milyada regionem ita vocatam movet, quæ quidem majoris Phrygiæ pars, sed magno rege ita jubente, Lyciæ contributaria est. Eo loci Phaselitarum legati venerunt, amicitiam petentes, aureâque coronâ Alexandrum coronaturi: neque pauci ex inferiore Lyciâ legatos, qui de fœdere ineundo tractarent, miserunt. Alexander Phaselitis & Lyciis, ut urbes iis qui ad hoc missi essent tradant, imperat. quæ quidem omnes traditæ fuerunt. Ipse paulo post in Phaselitas profectus, una cum ipsis castellum quoddam munitum, quod Pisidæ in eorum regione exstruxerant, expugnat: unde barbari excurrentes, Phaselitas agrum colentes multis damnis afficiebant. Interea dum apud 26 Phaselitas est Alexander, nuntium affertur Alexandrum Aëropi filium ejus vitæ insidiari, quum alioqui ex amicis esset, & tum temporis Thessalico equitatui præesset. Erat hic Alexander Heromenis & Arrabæi frater, qui necis Philippi conscii fuerant. Et tum quidem in culpâ quum esset, Alexander eum dimiserat, quod primus amicorum

70 Καὶ τῷ ἔργῳ τούτῳ] Vox postrema abest à multis MSS. Nimirum vera erat scriptura Optimi, καὶ τῷ ἔργῳ τῷδε.

71 Προϊέναι ἀπὸ Σάρδεων] MS. Opt. ἀπιέναι.

72 Ἀλέξανδρον αὐτῷ τὸν Ἀερόπου] Illud αὐτῷ non legitur in Optimo ac duobus aliis; & quidni antecedentia sufficiant? Immo ita sufficiunt, ut hoc debeat prorsus deleri: etsi constet alioquin sæpe placuisse Græcis hæc geminari, & præsertim in libris sacris.

73 Ὅτι ἐν πρώτοις τε ἀφίκετο τῶν φίλων] Freinshemius ad

Cur

παρ' αὐτὸν, ἐπειδὴ Φίλιππος ἐτελεύτησε, καὶ τὸν θώρακα συνενδὺς, συνεκολούθησεν αὐτῷ εἰς τὰ βασίλεια· ὕστερον δὲ καὶ ἐν τιμῇ ἀμφ' αὐτὸν εἶχε, στρατηγόν τε ἐπὶ Θρᾴκης στείλας· καὶ ἐπειδὴ Κάλας ὁ τῶν Θετταλῶν ἵππαρχος ἐπὶ σατραπείᾳ ἐξεπέμφθη, αὐτὸν ἀπέδειξεν ἄρχειν τῆς Θετταλικῆς ἵππου. Τὰ δὲ τῆς ἐπιβουλῆς ἐξηγγέλθη ὧδε. Δαρεῖος, ἐπειδὴ Ἀμύνταν αὐτομολήσαντα πρὸς αὐτὸν[74], λόγους τέ τινας καὶ γράμματα παρὰ τοῦ Ἀλεξάνδρου τούτου ἐκόμισε, καταπέμπει ἐπὶ θάλασσαν Ἀσισίνην ἄνδρα Πέρσην τῶν ἀμφ' αὐτὸν πιστῶν· πρόφασιν μὲν, παρὰ Ἀτιζύην τὸν Φρυγίας σατράπην, τῇ δὲ ἀληθείᾳ τῷ Ἀλεξάνδρῳ τούτῳ συνεσόμενον, καὶ πίστεις δώσοντα, ἢν ἀποκτείνῃ[75] βασιλέα Ἀλέξανδρον, αὐτὸν βασιλέα καταστήσειν τῆς Μακεδονίας, καὶ χρυσίου τάλαντα πρὸς τῇ βασιλείᾳ ἐπιδώσειν χίλια. Ὁ δὲ Ἀσισίνης ἁλοὺς πρὸς Παρμενίωνος, ταῦτ' εἶπεν ἀνακρινόμενος ὧν ἕνεκα ἀπεστάλη· καὶ τοῦτον αὐτίκα ἐν φυλακῇ πέμπει παρ' Ἀλέξανδρον, καὶ πυνθάνεται ταῦτα αὐτοῦ Ἀλέξανδρος. Συναγαγὼν δὲ τοὺς φίλους, βουλὴν προὐτίθει ὅ,τι χρὴ ὑπὲρ Ἀλεξάνδρου γνῶναι. Καὶ ἐδόκει τοῖς ἑταίροις μήτε πάλαι εὖ βεβουλεῦσθαι, τὸ κράτιστον τοῦ ἱππικοῦ ἀνδρὶ οὐ πιστῷ ἐπιτρέψας, νῦν τε χρῆναι αὐτὸν κατὰ τάχος ἐκποδὼν ποιεῖσθαι, πρὶν καὶ ἐπιτηδειότερον γενόμενον τοῖς Θετταλοῖς, ξὺν αὐτοῖς τι νεωτερίσαι. Καί τι καὶ θεῖον ἐφόβει αὐτούς. Ἔτι γὰρ πολιορκοῦντος αὐτοῦ Ἀλεξάνδρου Ἁλικαρνασσὸν, ἀναπαύεσθαι μὲν ἐν μεσημβρίᾳ, χελιδόνα δὲ πέτεσθαι ὑπὲρ κεφαλῆς[76] τρύζουσαν

corum post Philippi obitum ad se venisset, & thorace indutus eum in regiam comitatus esset: postea vero multis honoribus affectum sibi adjunxerat, ducemque copiarum in Thraciam miserat, & Cala Thessalici equitatus præfecto ad satrapiam miso, hunc Thessalis equitibus ducem dederat. Insidiarum vero ratio ita instituta fuisse narratur. Darius acceptis per Amyntam transfugam ab hoc Alexandro mandatis & literis, Asisinem hominem Persam, cui plurimum fidebat, ad maritimam oram mittit, prætextu quidem legationis ad Atizyem Phrygiæ satrapam: re verâ autem, ut Alexandrum hunc adiret, fidemque faceret, si regem Alexandrum interficeret, Macedoniæ regnum & mille insuper auri talenta se illi daturum. Sed Asisines à Parmenione comprehensus, causam suæ legationis examinatus explicavit. Parmenio illum cum custodiâ ad Alexandrum mittit, qui eadem ex illo cognoscit. Convocatis autem amicis, quid de Alexandro statuendum sit, consultat. Amicis visum est, neque initio consulte factum fuisse, quod præstantissimum equitatum homini non fido commisisset: & nunc celeriter illum de medio tollendum, priusquam conciliatis Thessalorum animis res novas una cum iis moliretur. Prodigium etiam recens timorem ipsis adjecit. Alexandro enim adhuc Halicarnassum obsidente, & sub meridiem quiescente, ferunt hirundinem dormientis caput circumvoli-

Curtium VII, 1, 5 hæc verti posse ait ex Curtio & Justino *quod primus amicorum ad se venisset*, & ab hoc sensu longe abire illud interpretum *quod inter præcipuos amicos ad se venisset*. Id nuperus psittacus non modo furtive recantavit suppresso inventoris nomine, sed etiam tum in ipsam versionem recepit, tum obloqui Curtiano testimonio neminem posse arroganter scribit, addito, *ita factum quis negat?* Nihil potuit vanius. Nam quicquid sit, eripi mihi non potest, quin, quanto deterior Freinshemio est Vulcanius in hac parte, (quod indulgere illi fas est) tanto ipse inferior mihi videtur Facio, altero Arriani interprete; qui commodissime dedit *inter primos amicorum ad se venerat*.

74 Αὐτομολήσαντα πρὸς αὐτὸν] MSS. omnes, etiam Veneta ac Basileensis editio παρ' αὐτόν. Id non potuerunt nisi indoctissimi mutare. Sic enim supra cap. 21 τῶν παρὰ Δαρείου αὐτομολησάντων. IV, 22 πεφευγὼς ... παρὰ Ταξίλην αὐτομολήσας. Et cap. 30 ὡς ἐξ Ἰνδῶν μὲν πάλαι αὐτομολήσας ἐς Βάκτρα παρὰ Βῆσσον. Videtur illos offendisse præpositio iterata in eadem periodo, & ita, ut variet significationem. Id vero unicum indicium ac pignus debebat haberi manus Arrianeæ. Sic supr. cap. 20. ἐκπεμφθεὶς παρὰ Ἀλεξάνδρου παρὰ τὸν δῆμον. III, 23. στρατευομένους παρὰ τοῖς βαρβάροις παρὰ τὰ δόγματα. IV, 5. Παρὰ τοῦ βασιλέως Σκυθῶν ἀφικνεῖται παρ' Ἀλέξανδρον πρέσβεις: ubi etiam paulo ante similis lusus in vocula ἐπὶ IV, 4. Καὶ ἐπὶ τῷδε ἡ δίωξις ἐς ἐπὶ πάντων Σκυθῶν ἐγένετο. Sic in particula ἐς Indic. c. 22 ἐς νύκτα αὐτοῖς ὁ πλόος ἐγένετο ἐς Σάραγγα. Pari modo restituimus πρὸς III, 22. Prout autem distinxeris vel ante, vel post παρ' αὐτόν, ita & vertendum.

75 Ἢν ἀποκτείνῃ] MSS. omnes cum editionibus primis pro vulgata particula habent εἰ. Sed & Vulcanius novissimo chirographo suo eam restituit. In verbi scriptura variant vel ἀποκτείνοι vel ἀποκτείνειν præferentes, quod est & in Optimo ac iisdem editis. Non minus inconstanter sunt in sequentibus illis ἁλοὺς πρὸς Παρμενίωνος ταῦτ' εἶπεν ἀνακρινόμενος; quippe duo Παρμενίωνα habent, omissis quæ mox adjuncta sunt; alius tam nomine ducis, quam tribus postremis vocibus destituitur. Etiam αὐτίκα in plerisque non apparet. Hi livores in minus accuratis codicibus mihi persuadent genuinam Arriani manum superesse in Optimo libro, qui omnia sic exhibet. Ὁ δὲ Ἀσισίνης ἁλοὺς πρὸς Παρμενίωνος λέγει πρὸς Παρμενίωνα, ὧν ἕνεκα ἀπεστάλη. Καὶ τοῦτον ἐν φυλακῇ πέμπει Παρμενίων παρ' Ἀλέξανδρον, καὶ πυνθάνεται ταῦτα παρ' αὐτοῦ Ἀλέξανδρος. Nec debet admirationi esse tertia repetitio illius nominis in adeo paucis verbis, quum altera pag. mox idem fiat, estque hæc simplicitas styli in hoc auctore. Eam vero cum particula παρ' interpono auctoribus MSStis omnibus & editis, quos infulse mutaverunt recentiores.

76 Χελιδόνα δὲ πέτεσθαι ὑπὲρ κεφαλῆς] Plenius quam Græca sonant vertit Vulcanius, *hirundinem circumvolitasse*; & quum tale quid desideretur, nulla tamen editio, nec ullus MStus liber à vulgato discedit, præter

ζουσαν μεγάλως, καὶ τῆς εὐνῆς ἄλλῃ καὶ ἄλλῃ καθίζειν, θορυβωδέστερον ἢ κατὰ τὸ εἰωθὸς ᾄδουσαν. Τὸν δὲ, ὑπὸ καμάτου ἐγερθῆναι μὲν ἀδυνάτως ἔχειν ἐκ τοῦ ὕπνου, ἐνοχλούμενον δὲ πρὸς τῆς φωνῆς, τῇ χειρὶ οὐ βαρέως ἀποσοβῆσαι τὴν χελιδόνα· τὴν δὲ τοσούτου ἄρα δεῆσαι ἀποφυγεῖν πληγεῖσαν, ὥστε ἐπὶ τῆς κεφαλῆς τῆς τοῦ Ἀλεξάνδρου[77] καθημένην, μὴ πρόσθεν ἀνεῖναι, πρὶν παντελῶς ἐξεγερθῆναι Ἀλέξανδρον. Καὶ Ἀλέξανδρος οὐ φαῦλον ποιησάμενος τὸ τῆς χελιδόνος, ἀνακοινοῦσθαι Ἀριστάνδρῳ τῷ Τελμισσεῖ μάντει· Ἀρίστανδρον δὲ, ἐπιβουλὴν μὲν ἔκ του τῶν φίλων σημαίνεσθαι αὐτῷ εἰπεῖν· σημαίνεσθαι δὲ, καὶ ὅτι καταφανὴς ἔσται. Τὴν γὰρ χελιδόνα, σύντροφόν τε εἶναι ὄρνιθα καὶ εὔνουν ἀνθρώποις, καὶ λάλον μᾶλλον ἢ ἄλλην ὄρνιθα. Ταῦτά τε οὖν καὶ τὰ ἀπὸ τοῦ Πέρσου ξυνθεὶς, πέμπει ἐς Παρμενίωνα[78] Ἀμφοτερὸν τὸν Ἀλεξάνδρου μὲν παῖδα, ἀδελφὸν δὲ Κρατεροῦ[79]· καὶ ξυμπέμπει αὐτῷ τῶν Περγαίων τινὰς τὴν ὁδὸν ἡγησομένους. Καὶ ὁ Ἀμφοτερὸς στολὴν ἐνδὺς ἐπιχώριον, ὡς μὴ γνώριμος εἶναι κατὰ τὴν ὁδὸν, λανθάνει ἀφικόμενος παρὰ Παρμενίωνα· καὶ γράμματα μὲν οὐ κομίζει παρ' Ἀλεξάνδρου (οὐ γὰρ ἔδοξε γράφειν ὑπὲρ οὐδενὸς τοιούτου ἐς τὸ ἐμφανὲς) τὰ δὲ ἀπὸ γλώσσης οἱ ἐντεταλμένα

27 ἐξήγγειλε· καὶ οὕτω ξυλλαμβάνεται ὁ Ἀλέξανδρος οὗτος, καὶ ἐν φυλακῇ ἦν. Ἀλέξανδρος δὲ

volitasse magnos garritus edentem, & modo in hoc, modo in illud lectuli latus insedisse, turbulentius quam illius avis consuetudo fert, canentem. Ipsum præ defatigatione à somno excitari non potuisse: sed quum ulterius strepitu suo molesta esset, leviter manu hirundinem repulisse: illam tantum absuisse ut repulsa avolârit, ut ipsius capiti insidens non prius cantare destiterit, quam Alexander penitus experrectus fuerit. Is prodigium illud non inane esse ratus, Aristandrum Telmissensem vatem consulit: qui insidias Alexandro ab amico quodam strui, portendi respondit. fore tamen ut insidiæ proderentur. Hirundinem enim coalumnam atque amicam hominibus esse, ac præ cæteris avibus garrulam. Vatis itaque responsum cum Persæ dictis conferens, Amphoterum Alexandri quidem filium, Crateri autem fratrem, ad Parmenionem mittit, Pergensibus aliquot, qui itineris duces essent, adjunctis. Amphoterus, habitu illius regionis assumpto, ne in itinere agnosceretur, clam ad Parmenionem pervenit: ac nihil quidem ab Alexandro literarum adfert, (nihil enim hac de re literis committendum judicârat) sed verbis mandata exponit. atque ita Alexander hic capitur, & custodiæ traditur. Alexander ex 27 Pha-

unum Optimum, in quo περιπέτεσθαι. II, 26 ait ὑπερπετόμενος ὑπὲρ τοῦ βωμοῦ. Περιπέτεσθαι ὑπὲρ κεφαλῆς inprimis nude & perspicue exprimit, quod Suetonius in Augusto *aquila eum sæpius circumvolavit*. Circaneam avem dictam ait magnus Scaliger ad Varronem τὴν κύκλῳ περιπετομένην. Sed & paulo supra an non videtur planius fore, si ista ὅτι γὰρ πολιορκοῦντος αὐτοῦ Ἀλεξάνδρου Ἁλικαρνασσὸν, ita transposueris ὅτι γὰρ πολιορκοῦντος Ἀλεξάνδρου Ἁλικαρνασσὸν, αὐτὸν ἀναπαύεσθαι? Etiam pro τρύζουσαν μεγάλως Optimus habet μεγάλα, idque recte, quum in duobus aliis mendose, sed huc tamen declinantibus legatur μεγάλων. Gaudet enim isto adverbio Arrianus. Cap. 19 μεγάλα ὠφεληθῆναι. III, 23 μεγάλα ἀδικεῖν. II, 10 ὀλίγα βλαφθῆναι.

77 Ὥς τε ἐπὶ τῆς κεφαλῆς τῆς τοῦ Αλ.] Nervosius in Optimo ac duobus aliis κεφαλῆς αὐτῆς τοῦ Αλ.

78 Πέμπει ἐς Παρμενίωνα] An Græcum sit, viderint alii. Vere Græcum esse, & veram simul manum Arriani exstare sine dubio credo in Optimo, πέμπει οἱ Παρμενίωνα. Eam particulam infra quoque restituemus.

79 Ἀμφοτερὸν τὸν Ἀλεξάνδρου μὲν παῖδα, ἀδελφὸν δὲ Κρατεροῦ] Potuit suavius & lenitate majore Palmerius in Vulcanium uti, & sine tanti impetus ferocia mirari, si id utique facere in animo habebat, quod mirandum non erat, sed pro vero admittendum. Miratur supinitatem Vulcanii & ejus interpretationem, qui Amphoterum fecerit Alexandri filium, cum esset puer ad aulæ ejus ministerium. Frustra miratur. Cur enim Alexandri filius non erat, qui fuit Crateri frater, quod is temere audet statuere? Utique & Craterus erat Alexandri filius, ut liquet ex cap. 15 ἐπὶ δὲ ἡ φάλαγξ τοῦ Κρατεροῦ, τοῦ Ἀλεξάνδρου. III, 12 τὸ δὲ εὐώνυμον τῆς φάλαγγος ὁ Κρατερὸς τοῦ Ἀλεξάνδρου τάξις εἶχε. Rursum in Indic. cap. 19 ἐκ δὲ Ὀρεστίδος Κρατερός τε ὁ Ἀλεξάνδρου. Freinshemius tum hoc loco in Supplementis tantum habet *Amphoterus Crateri frater* omissis reliquis: tum in Indice Curtiano, quum aliquod nomen duobus datum historia clare dicit, solet ad evitandam confusionem post memorata ea quæ de uno leguntur, subjungere alterum, sed præmissa voce: *alius*. Sic in *Philippus*, *Ptolemæus* & cæteris. Quod quum in hac appellatione non fecerit, videtur eundem per omnia Craterum intelligere. Sed lapsus est, ut ex primo loco (quem satis indecore transiluit in Suppl. Freinshemius, forte ob hanc ipsam difficultatem, obiter contentus dixisse à rege dextrum cornu ductum fuisse, sinistrum Parmenioni commissum) suspicandi satis efficax datur ansa. Illic enim recensens Arrianus ordines Macedonici exercitus, in dextra acie collocat phalangem Crateri Alexandri filii; in sinistra vero phalangem Crateri, cujus patrem non nominat, quod nec uspiam alibi facit. Negari non potest hos duos diversos esse. Sed & alterum Craterum secum pedestri via duxit VI, 27, quum alterum triremi præficeret. Immo & hoc more Arrianus utitur, ut quum inveniantur duo duces cognomines, & de quibus diversa tradere debebat, in lectoris gratiam, ut cognoscat diversos esse, alteri adjungat patris nomen, in altero omittat. Cujus rei eximium documentum est Cleander Polemocratis filius & alius. Illum enim cap. 25 missum in Peloponnesum ad conscribendos milites, & ibi addit patris nomen: hunc cap. 29 cecidisse in prælio contra Pisidas, non appellato patris nomine, sed tantum Κλέανδρός τε ὁ στρατηγὸς ἀποθνήσκει, de quo ad suum locum. At rursus II, 20 Cleander Polemocratis filius ex Peloponneso redit. Rursum alius sine patris nomine III, 12 & 26 & apud Curtium X, I. Sic ergo fit quoque in recensione duplicis Crateri in prælio ad Granicum.

δὲ ἄρας ἐκ Φασήλιδος, μέρος μέν τι τῆς στρατιᾶς διὰ τῶν ὀρῶν πέμπει ἐπὶ Πέργης, ᾗ ὡδοπεποιήκεσαν αὐτῷ οἱ Θρᾷκες [80], χαλεπὴν ἄλλως καὶ οὐ μακρὰν οὖσαν τὴν πάροδον· αὐτὸς δὲ παρὰ τὴν θάλασσαν διὰ τοῦ αἰγιαλοῦ ἦγε τοὺς ἀμφ' αὐτόν. Ἔστι δὲ ταύτῃ ἡ ὁδὸς οὐκ ἄλλως, ὅτι μὴ τῶν ἀπ' ἄρκτου ἀνέμων πνεόντων· εἰ δὲ νότοι κατέχοιεν, ἀπόρως ἔχει διὰ τοῦ αἰγιαλοῦ ὁδοιπορεῖν. Τότε δ' ἐκ νότων σκληρῶν [81], βορέαι ἐπιπνεύσαντες, οὐκ ἄνευ τοῦ θείου (ὡς αὐτός τε καὶ οἱ ἀμφ' αὐτὸν ἐξηγοῦντο) εὐμαρῆ καὶ ταχεῖαν τὴν πάροδον παρέσχον. Ἐκ Πέργης δὲ ὡς προῄει, ἐντυγχάνουσιν αὐτῷ κατὰ τὴν ὁδὸν πρέσβεις Ἀσπενδίων αὐτοκράτορες [82], τὴν μὲν πόλιν ἐνδιδόν-

Phaselide movens, aliquam exercitus partem per montana Pergas mittit, quâ Thraces iter monstrarunt, arduum quidem, sed compendiosum. ipse secus mare per littus suos ducit. Via autem hæc aliter confici non potest, nisi ventis à septentrione flantibus: austro autem spirante, per littus iter impervium fit. Tum vero pro vehementibus austris boreales venti exorti, non absque divino quodam numine (ut ipse Alexander & qui cum eo erant interpretabantur) facilem ac celerem transitum præbuerunt. Ex Pergis progressus, obvios habuit legatos Aspendiorum principes, oppida quidem deden-

80 Ἐπὶ Πέργης ᾗ ὡδοπεποιήκεσαν αὐτῷ οἱ Θρᾷκες] Non temere dixerim *Pergas* numero plurali; nec etiam interpreter, *qua Thraces iter monstrarunt*, quomodo utrobique agit Vulcanius τὸ *Pergis* etiam usurpante Freinshemio in Supplem. II, 12, 1, & Facio. Cætera Latina expromunt ἡγεμόνας, ut dicit III, 17 qui describuntur ab Livio XLIII, 5 *monstrantes iter duces*. Prætcrea vix capio, cur Thraces potissimum hic nominentur quasi viæ ipsis cognitæ stratores; ac licet ita quoque habeatur in Optimo codice, in tribus tamen erat κακῶς. Equidem sunt hic in vicinia Thraces Bithyni; vide tamen an non potiores hic sint Κᾶρες, quos certe scimus præsentes fuisse. Quod sane ut non nimis affirmo, ita omnino vertendum *Pergam mittit, qua iter fecerant Cares* vel *Thraces*. Inter Alexandri copias quidem recensentur equites Diodoro XVII, 17. Θρᾷκες δὲ πρόδρομοι καὶ Παίονες ἐννακόσιοι, Κάσσανδρον ἔχοντες ἡγεμόνα, ut hi possent intelligi. Sed in Arriano alios plane esse προδρόμους, alios Θρᾷκας tam equites quam pedites patet ex lib. III, ubi tertium prælium cum Persis narraturus, uno loco memorat οἵ τε πρόδρομοι ἱππεῖς καὶ οἱ Παίονες, alio etiam inter equites ἐς ἐπικαμπὴν οἵ τε Θρᾷκες ἐτετάχατο, alio ἐπὶ δὲ τοῖς σκευοφόροις οἱ ἀπὸ Θρᾴκης πεζοὶ &c. Sic quoque alibi. Sed mox cur illa χαλεπὴν ἄλλως καὶ οὐ μακρὰν οὖσαν vertit *arduum quidem, sed compendiosum*, quomodo etiam Facius *iter difficilius quidem aliquanto, sed brevius*; quod Græce sonaret χαλεπὴν μὲν ἀλλ' οὐ μακρ. Certe si compendiosum illud fuisset per montes aut etiam brevius, non ivisset Alexander juxta litus, sed brevitate illa fuisset usus, nec difficultas quidquam deterruisset. Fustra ex his prædicatis alterum molestum, alterum lenius volunt, quum in eis requirantur duo penitus onerosa, & omnino contrarium dicebat Arrianus, qui scripsit χαλεπὴν ἄλλως καὶ μακρὰν, *arduum alias longumque*. Sic plane habet Optimus codex, & sunt ea vera profectionum impedimenta, quibus contraria sunt sequentia illa, εὐμαρῆ καὶ ταχεῖαν τὴν πάροδον.

81 Ἐκ νότων σκληρῶν] Vulcanius: *pro vehementibus austris*. Facius vero *post graves notos*. Rectius apertiusque.

82 Πρέσβεις Ἀσπενδίων αὐτοκράτορες] Vulcanius: *legatos Aspendiorum principes*. Hoc est, verbum verbo reddere (quod non debere semper fieri magno monitore novimus) nec considerare quid conjuncta significent. Facius neglexit. Freinshemius quoque in Supplementis: *ex principibus civitatis*. Sed nunquam Græcis πρέσβεις αὐτοκράτορες id significant, aut vox αὐτοκράτωρ juncta cum voce πρέσβυς quidquam de principe civitatis innuit, quum πρέσβυς αὐτοκράτωρ etiam is esse possit, qui nullum magistratum gerat. Verte: *legati Aspendiorum libera potestate*. Ut VII, 9 Philippus dicitur factus ἡγεμὼν αὐτοκράτωρ συμπάσης τῆς Ἑλλάδος, *Dux totius Græciæ cum amplissima potestate*, ut amplior in exprimendo vertit Facius. Neque potest is sensus exprimi lenius, quam auxilio & lacte ingenii Liviani XXXVIII, 8. *Legatus cum mandatis liberis*. Exponit Strabo p. 524 κύριος τῆς περὶ πολέμου γνώμης. Sed sæpissime id non sunt adsequuti interpretes. Sic VI, 14 καὶ παρὰ Ὀξυδρακῶν οἵ τε ἡγεμόνες τῶν πόλεων καὶ οἱ νομάρχαι αὐτοί, καὶ ἄλλοι ἅμα τούτοις ἑκατὸν καὶ πεντήκοντα οἱ γνωριμώτατοι αὐτοκράτορες &c. Fuerint sane hi legati principes illius gentis, quod non nego: sed id satis aperte dixit Arrianus verbis prioribus (quæ & ipsa male interpretatur *urbium præfecti ac præsides ipsi*. Rogo, qua in parte hi Latini sint diversi? An præses non potest dici nisi de regione, ut sic sola vox *præses* exponat vim vocis νομάρχης? Facius *urbium præfecti principesque & cum his* CL *ex primoribus ejusdem gentis*) & misera foret iteratio, si hac ultima voce nihil innuitur aliud. Quanquam quis ille sensus erit, quum ἅμα τοῖς νομάρχαις (hi sunt æque principes quam præsides aut præfecti) dicet venire principes gentis? An principis titulus unquam apud Græcos fuit γνωριμώτατος simpliciter? Immo is est præcipuorum & eminentium civium: hi cum principibus gentium suarum venerunt ad Alexandrum αὐτοκράτορες, ut quoquo modo possent cum eo coire & nomine gentis qualemcunque cum eo pacem facere. Mirum est, quum hæc sit tam frequens apud Græcos loquutio, uni Arriano hoc fatum contingere, ut non intelligatur. Dionysius Halic. lib. VI cap. 73 πεμφθῆναι τὴν αὐτοκράτορα πρεσβείαν γνώμην ἀποφηνάμενος, cum plena potestate. Diodorus Siculus XI, 24 οἱ Καρχηδόνιοι ἐξέπεμψαν πρὸς Γέλωνα πρεσβευτὰς αὐτοκράτορας τοὺς δυνατωτάτους αὐτῶν τε καὶ βουλευτῶν. XVIII, 39 οἱ δὲ Μακεδόνες ἐπιμελητὴν εἵλοντο τὸν Ἀντίπατρον αὐτοκράτορα. Et cap. 48. Ἀντίπατρος ἐσχάτως ἤδη διακείμενος, ἀπέδειξεν ἐπιμελητὴν τῶν βασιλέων Πολυσπέρχοντα καὶ στρατηγὸν αὐτοκράτορα. Sic quoque XVI, 53. XVI, 42 Cyprii αὐτοκράτορας τὰς ἰδίας βασιλείας ἐποίησαν, *merum imperium arrogabant*. Josephus IV Ἀρχαιολ. 8. στρατηγῷ μὲν αὐτοκράτορι χρώμενοι τῷ Θεῷ. Sed fere absurdus sum, qui nunc id profero, quod ante tot annos tam perspicue ad Aristophanis comœdias demonstratum est, & vel Suidas notavit. Elegantissime sic Polybius scribens de valli Romanorum ex vallis confecti præstantia XVII, 15. ὃν ἐπιλαβόμενος ἐκσπάσῃς ῥᾳδίως, διὰ τὸ πρῶτον μὲν πάσας τὰς προσβολὰς σχεδὸν αὐτοκράτορα τὸν ἐν τῇ γῇ δύναμιν ἔχειν. Casaubonus, *quoniam quamcunque partem valli prehenderis, huic terra eam præstat firmitatem, ut nisi cum toto opere labefactari nequeat*: Cujus ego sententiæ nihil prorsus in verbis Polybii possum agnoscere. Et quæso quid differunt inter se, si dixeris eam habere firmitatem, ut nisi cum toto opere labefactari nequeat, & si dixeris, unum si attrahas surculum, multos simul sibi invicem propter mutuam implicationem obsequentes, tollas necesse esse? An non utraque eodem recurrunt? an non in multis simul sublatis surculis labefactatur totum opus? Ego sane nullum in his discrimen video. Et tamen annumerat hæc Polybius, Vir

 accu-

Aspendi tributum equi. Sidæ origo.

διδόντες, φρουρὰν δὲ μὴ εἰσάγειν δεόμενοι. Καὶ περὶ μὲν τῆς φρουρᾶς πράξαντες ἀπῆλθον ὅσα ἠξίουν· πεντήκοντα δὲ τάλαντα κελεύσθη τῇ στρατιᾷ δοῦναι αὐτοῖς ἐς μισθὸν, καὶ τοὺς ἵππους οὓς δασμὸν βασιλεῖ ἔτρεφον. Οἱ δὲ, ὑπὲρ τοῦ ἀργυρίου καὶ τοὺς ἵππους παραδώσειν ξυνθέμενοι, ἀπῆλθον. Ἀλέξανδρος δὲ ἐπὶ Σίδης ᾔει· εἰσὶ δὲ οἱ Σιδῆται [83] Κυμαῖοι ἐκ Κύμης τῆς Αἰολίδος· καὶ οὗτοι λέγουσιν ὑπὲρ σφῶν τόνδε τὸν λόγον, ὅτι ὡς κατῆραν τε ἐς τὴν γῆν ἐκείνην οἱ πρῶτοι ἐκ Κύμης σταλέντες, καὶ ἐπὶ οἰκισμῷ ἐξέβησαν, αὐτίκα τὴν μὲν Ἑλλάδα γλῶσσαν ἐξελάθοντο, εὐθὺς δὲ βάρβαρον φωνὴν ἵεσαν, οὐδὲ τῶν προσχώρων βαρβάρων, ἀλλὰ ἰδίαν σφῶν, οὔπω πρόσθεν οὖσαν τὴν φωνήν· καὶ ἐκ τότε [84] οὐ κατὰ τοὺς ἄλλους προσχώρους Σιδῆται ἐβαρβάριζον. Καταλιπὼν δὲ φρουρὰν ἐν τῇ Σίδῃ, προῄει ἐπὶ Σύλλιον, χωρίον ὀχυρὸν καὶ φρουρὰν ἔχον ξένων μισθοφόρων καὶ αὐτῶν τῶν ἐπιχωρίων βαρβάρων. Ἀλλ'

dentes, at ne præsidia imponeret deprecantes. Ac de præsidio quidem postulata impetrârunt: quinquaginta talenta in exercitus stipendia iis imperat, & equos quos tributi nomine Dario nutriebant. Equos itaque ultra argenti summam daturos se polliciti, discedunt. Alexander inde in Siden movit: sunt autem Siditæ Cumæi, ex Cumis Æoliis oriundi, qui quidem de origine suâ hujusmodi quippiam narrant; nimirum majores qui è Cumis profecti eo appulerunt, atque in eam regionem habitandam descenderunt, repente Græcanicæ linguæ oblitos fuisse, statimque barbaros sonos edidisse: nec quidem illos cum barbaris vicinis communes, sed ipsis proprios ac peculiares quique antea in usu non fuissent: atque ex eo tempore Siditas à vicinis barbaris distinctos esse. Alexander, relicto apud Siden præsidio, Syllium profectus est, oppidum munitum, atque tam externi mercena-

accuratissimus, ut duas distinctas rationes vel demonstrationes præstantiæ in vallo Romano. Praeterea quæso an terra eam potest præstare firmitatem, ut ex pluribus quocunque modo depactis vallis, si modo non clavis aut funibus aliave machina connexi sint, nullum evellere queam, quin totum opus labefactetur? Denique an ulla mentio in verbis Græcis est *labefactati totius operis?* Immo vero sunt duo separata documenta: prius ostendit firmitatem depacti valli Romani ex ipsa terra: posterius eandem ex compaginatione implicita. Græco vallo terra parvam dat firmitatem, quia solus stipes, sine radicibus, immissus in terram, oneratus ramulis facile concutitur, ut natura docet in arboribus, quæ nisi huc illuc sparsim ejectas haberent radices, non possent æquilibrio servari ab expansis ramis prægravatæ. Illam differentiam in his verbis probat Polybius elegantissima loquendi ratione, ut dixi, & exquisitissimis verbis; quæ Latine sonant: ratio autem est, quoniam omnes commissuras sic ipsa terra firmat, ut prorsus extrahi aliquid nequeat; solidissima terræ ipsius vi continentur; ipso depactionis modo satis sola terra eas securas & stabiles facit. Nunquam speravi in Theonis progymnasmatibus cap. 11 περὶ μύθου, de usu ejus apud veteres, me visurum voces illas ὁ (μῦθος) διεξεχθεὶς πρὸς τοὺς αὐτοκράτορας τῶν Χαλκιδέων verti *legatis Chalcidensium de summa rerum ad se missis*. Sed in eodem capite observo legi hæc verba παρὰ Ἑκαταίῳ τῷ ἐν ἀντρίῳ ἐν τῇ πρώτῃ καὶ ἐν τῇ δευτέρᾳ, & Latine sic intelligi *apud Hecatæum in primo & secundo*. Unde patet nihil recte percipi. Restitues vero παρὰ Ἑκαταίῳ τῷ ἐν Ἑκατείῳ ἄντρῳ, vertesque *apud Hecatæum de antro Hecates in primo & secundo libro*. Nam addidit summam fabulæ Theo, ut ex antecedenti de Philisto, ex sequentibus de Theopompo apparet. Lysias orat. XII contra Agoratum pag. 193. Περὶ τῆς εἰρήνης πρεσβευτὴν αὐτοκράτορα.

83 Οἱ Σιδῆται] Quum non modo Stephanus de Urbibus, sed etiam numismata nuper producta gentile efferant per ε in secunda syllaba, hinc alii rectius ita quoque in Arriano scriptum iri censent, alii emendandos in Arriano Σιδήτας pronunciant. Et ego quidem quin in nummis & aliis scriptoribus recte Σιδῆται dicantur, non ambigo: sed an non aliud viderit Arrianus, id considero. Certe omnes MSti habent Σιδῆται, etiam ille omni auro, omni nummo præstantior unicus codex. Quin quum Arrianus id diserte agat, ut doceat Sidæ incolas suo quodam proprio modo barbarizasse, videtur accurate sequutus formam exprimendi sui gentilicii id jam eo ipso ostendere. Σιδήτας vocat, in quo duo signa non tam barbarismi, quam alienæ à Græca formatione consuetudinis. Primo quod typus (ut solet id vocare Stephanus) vel character Pamphylius eam non admittat. Nam Κόρβα (inquit idem Stephanus) πόλις Παμφυλίας, ὁ πολίτης Κορβαῖος. Rursus Πέργη πόλις Παμφυλίας, τὸ ἐθνικὸν Περγαῖος. Hæ tres in Pamphylia urbes ejusdem terminationis, ex quibus duæ usitatum illic typum habentes, ostendunt alterius urbis incolas eo nolle uti. Secundum est, quod antiquiores (maxime Alexandrinæ scriptores historiæ vetustiores, quam nunc Arrianus quoque tractat) ex ipsorum istius urbis civium usu eos expresserint Σιδήτας, non ex communi Græcorum more Σιδέτας, ut debuisse ostendit in vicina Isauria Δέρβη. Ex quibus patet regulam quam voci Σίδη Stephanus subnectit, prorsus alieno loco ab illo adhibitam fuisse, siquidem vel ipsos Sidæ incolas adspiciamus, vel etiam Pamphylos, apud quos quum typus ille esset ignoratus, non potuit valere ista definitio, nec magis Σίδη illam curavit, quam Κόρβα vel Πέργη. Hinc non sustineo quidquam in Arriano mutari. Nummi vero, in quibus conspicitur Σιδητῶν, non sunt nisi sub Cæsaribus cusi: quo tempore non est mirum post tot rerum temporumque varietates si etiam linguæ character, olim singularis, propior accesserit ad communem morem.

84 Ἐκ τότε] Mirum sane; quum ipse Arrianus, elegans ad unguem & tersus scriptor, hoc opus appellet Ἀττικὴν ξυγγραφήν, qui illuc influxerit hæc non Attica loquutio. Nam non esse talem plenissime demonstravit ad Luciani Solœcistam pag. 100 Eruditissimus noster Grævius, cujus decessus cum maxime auditus magnum mihi luctum attulit, tum ob alia, quæ unusquisque cogitare potest, tum quod amicitia ab ipsis Musis conciliata, per sexaginta annos calide exercita ac servata inter meum illiusque nomen hoc fulmine interpellata abrumpitur. Quin etiam non ita solet loqui Arrianus alibi. Mox cap. 29 καὶ ἐν τούτῳ τειχεῖς ἐς ἀνάγκην ἐχώρησαν. Similiter fine hujus libri, ἀπρακτοι ἐν τῷ τότε ἀπῆλθον. Initio libri II τοῦτο ἐν τῷ τότε ἐβούλευσε. VII, 4 & 8 ἐν τῷ τότε. Et alibi. Rursus ita non dicit ἐν τότε, sed ἐν τούτῳ. II, 2 ἐν τούτῳ καταπιμπλάντι pro quo alibi ἐν τῷ παραυτίκα. Sic ἐς τὸ τότε fine capitis I libri II. Sed videlicet nemo ita cautus est, ut non aliquando quid excidat. Certe eodem fato exstat VI, 18. εἶναι δὲ αὐτῷ ἐκεῖνα ἐς τότε παρακαταφυλακῆς. Apollonius 4 Argon. ἐκ δὲ τότε Φαίακας ἄκλην ἐπι σιάτριψαι.

Aspendus ad conditiones redacta. Phrygia petita.

Ἀλλ' οὔτε τὸ Σύλλιον [85] ἐξ ἐφόδου αὐτοσχεδίως ἠδυνήθη λαβεῖν. Ἔπειτα ἠγγέλθη αὐτῷ κατὰ τὴν ὁδὸν, τοὺς Ἀσπενδίους, ὅτι οὐδὲν τῶν συγκειμένων πρᾶξαι ἐθέλοιεν· οὔτε τοὺς ἵππους παραδοῦναι τοῖς πεμφθεῖσιν, οὔτε ἀπαριθμῆσαι τὰ χρήματα, καὶ τὰ ἐκ τῆς χώρας ὅτι ἀνασκευασάμενοι ἐς τὴν πόλιν, τάς τε πύλας ἀποκεκλείκασι τοῖς παρ' Ἀλεξάνδρου, καὶ τὰ τείχη ὅτι πεπονηκότα ἦν, ἐπισκευάζουσι. Ταῦτα πυθόμενος, ἐπὶ Ἀσπένδου ἀνεζεύγνυεν. Ὤκισται δὲ τῆς Ἀσπένδου τὰ μὲν πολλὰ ἐπὶ ἄκρᾳ ὀχυρᾷ καὶ ἀποτόμῳ· καὶ παρ' αὐτὴν τὴν ἄκραν ὁ Εὐρυμέδων ποταμὸς ῥεῖ. Ἦσαν δὲ αὐτοῖς καὶ περὶ τὴν ἄκραν ἐν τῷ χθαμαλῷ οὐκ ὀλίγαι οἰκήσεις [86], καὶ τεῖχος περιεβέβλητο αὐταῖς οὐ μέγα. Τὸ μὲν δὴ τεῖχος, εὐθὺς ὡς προσάγοντα Ἀλέξανδρον ἔγνωσαν, ἐκλείπουσιν ὅσοι ἐπῴκουν, καὶ τὰς οἰκίας, ὅσας ἐν τῷ χθαμαλῷ ᾠκισμένας οὐκ ἐδόκουν διαφυλάξαι ἂν δύνασθαι· αὐτοὶ δὲ ἐς τὴν ἄκραν ξυμφεύγουσιν. Ἀλέξανδρος δὲ, ὡς ἀφίκετο ξὺν τῇ δυνάμει, εἴσω τοῦ ἐρήμου τείχους παρελθὼν, κατεστρατοπέδευσεν ἐν ταῖς οἰκίαις ταῖς καταλελειμμέναις πρὸς τῶν Ἀσπενδίων· οἱ δὲ Ἀσπένδιοι, ὡς εἶδον αὐτόν τε Ἀλέξανδρον παρ' ἐλπίδα ἥκοντα, καὶ τὸ στρατόπεδον ἐν κύκλῳ σφῶν πάντῃ, πέμψαντες πρέσβεις ἐδέοντο ἐφ' οἷς τὸ πρότερον [87] ξυμβῆναι. Καὶ Ἀλέξανδρος τό, τε χωρίον ὀχυρὸν ἰδὼν, καὶ αὐτὸς οὐκ ἐπὶ χρόνιον πολιορκίαν παρεσκευασμένος [88], ἐπὶ τοῖς αὐτοῖς μὲν οὐδὲ ὡς ξυνέβη πρὸς αὐτούς· ὁμήρους δὲ δοῦναι σφῶν τοὺς δυνατωτάτους ἐκέλευσε καὶ τοὺς ἵππους, οὓς πρόσθεν ὡμολόγησαν καὶ ἑκατὸν τάλαντα, ἀντὶ τῶν πεντήκοντα· καὶ πείθεσθαι τῷ σατράπῃ τῷ ὑπ' Ἀλεξάνδρου ταχθέντι [89]· καὶ φόρους ἀποφέρειν ὅσα ἔτη Μακεδόσι, καὶ ὑπὲρ τῆς χώρας διακριθῆναι, ἣν τῶν προσχώρων οὖσαν βίᾳ κατέχειν ἐν αἰτίᾳ ἦσαν. Ὡς δὲ πάντα οἱ ἐπεχώρησαν, ἀνέζευξεν ἐς Πέργην, κἀκεῖθεν ἐς Φρυγίαν ὡρμήτο· ἦν δὲ αὐτῷ ἡ πορεία παρὰ Τελμισσὸν πόλιν. Οἱ δὲ ἄνθρωποι οὗτοι, τὸ μὲν γένος Πισίδαι εἰσὶ, βάρβαροι. χωρίον δὲ οἰκοῦσιν ὑπέρυψηλον,

cenariique militis quam adcolentium barbarorum præsidio firmatum, ita ut repentino insultu capi non posset. Adhæc in itinere nunciatum est, Aspendios nihil eorum quæ pacta essent præstare, neque equos tradere iis qui ad eos recipiendos missi erant, neque pecuniam numerare velle, sed rebus suis ex agro in urbem vectis, portas iis qui ab Alexandro venerant præclusisse, & muros sicubi affecti videbantur instaurasse. Quibus rebus cognitis, Aspendum versus castra movit. Sita est ea urbs magnâ ex parte in asperâ præruptâque rupe, quam Eurymedon fluvius alluit. Erant autem iis circum rupem declivioribus ac planioribus in locis ædificia non pauca, modico muro circumjecto. Simulac vero Alexandrum mœnibus appropinquantem viderunt, muro ædificiisque, quæ humilioribus in locis inhabitabant, desertis, quod ea tueri se posse diffiderent, in arcem confugiunt. Alexander, ut primum eo cum exercitu pervenit, vacuum murum transgressus, in ædificiis, quæ Aspendii deseruerant, castra locat. Qui quum Alexandrum præter exspectationem imminentem ac sese undique ab exercitu circumsessos viderunt, missis legatis orârunt ut prioribus conditionibus pactio fieret. Alexander, loci munitione animadversâ, quodque ipse ad longam obsidionem imparatus esset, nihilominus tamen non iisdem conditionibus cum eis convenit: sed ut principes urbis obsides dent, & equos quos antea promiserant tradant, & talentorum summam duplicent, imperat: utque satrapæ, quem Alexander statuisset, pareant, & tributa annua Macedonibus pendant: ac de agro, cujus possessionem finitimis vi eripuisse accusabantur, judicio contendant. Omnibus iis conditionibus acceptis Pergen profectus, inde in Phrygiam castra movit. Erat porro illi iter faciendum juxta Telmissum urbem. Homines hi sunt barbari, à Pisidis oriundi: locum autem inhabitant vehementer excelsum omnique ex

85 Ἀλλ' οὔτε τὸ Σύλλιον] Primum MS. Optimus hoc vocabulum scribit Σύλλειον. Deinde censebam aliquam hîc lacunam esse, quia necessario videbatur aliud comma sequi debere ab vocula οὔτε incipiens, ut semper solet. Sed aliud in sequentibus latere deprehendi. Nam pro illis proxime sequentibus ἔπειτα ἠγγέλθη MS. unus legebat uno verbo ἐπηγγέλθη, sed Optimus contra, verum optime ἔπειτα καὶ ἠγγέλθη; hæc respondent præcedenti οὔτε. Sed Holstenius ad Stephanum vult Σύλλαιον vel Σύλαιον.

86 Ἦσαν δὲ αὐτοῖς καὶ οἰκήσεις] En quam accuratus in hac versione Vulcanius! *Erant autem iis* &c. Habeat hoc sibi. Nos opinamur legendum αὐτῆς, nempe Ἀσπένδου, ut est in uno Optimo, quum reliqui omnes pari errore delirent. Deinde in illis, τὸ μὲν δὴ τεῖχος εὐθὺς ὡς προσάγοντα Ἀλέξανδρον ἔγνωσαν, ἐκλείπουσιν, item ille Optimus ignorat voculam εὐθύς.

87 Ἐφ' οἷστισι πρότερον] Optimus τοπρότερον. Alluduntque illuc alii omnes.

88 Αὐτὸς οὐκ ἐπὶ χρόνιον πολιορκίαν παρασκευασάμενος] Primo placet, quod est in Optimo ac plerisque aliis αὐτὸς ὡς οὐκ. Deinde etiam admitto, quod in solo Opt. erat ἐπὶ χρόνιον πολ. παρεσκευασμένος. Sic II, 25 σῖτον παρεσκευακὼς διαρκῆ ἐς χρόνιον πολιορκίαν. Et IV, 18 σιτία ξυγκεκομισμένης ὡς ἐς χρόνιον πολιορκίαν.

89 Τῷ ὑπ' Ἀλεξάνδρου ταχθέντι] Ven. & Bas. editio & nonnulli MSS. ignorant voculam ὑπ'. Alii ignorant vocem ταχθέντι, legentes reliqua τῷ τοῦ Ἀλεξάνδρου, neque id male. Ex Optimo tantum notavi τῷ Ἀλεξάνδρου; utrum adsit vox postrema ταχθέντι, nec ne, liquide non dixerim.

λον, καὶ πάντῃ ἀπότομον· καὶ ἡ ὁδὸς παρὰ τὴν πόλιν, χαλεπή. καθήκει γὰρ ἐκ τῆς πόλεως ὄρος ἔστε ἐπὶ τὴν ὁδόν· καὶ τοῦτο μὲν αὐτοῦ ἐν τῇ ὁδῷ ἀποπαύεται. Ἀντίπορον δὲ αὐτῷ ὄρος ἄλλο ἐστὶν[90], οὐ μεῖον ἀπότομον· καὶ ταῦτα τὰ ὄρη ὥσπερ πύλας ποιεῖ ἐπὶ τῇ ὁδῷ, καὶ ἔστιν ὀλίγῃ φυλακῇ κατέχοντας τὰ ὄρη ταῦτα, ἄπορον ποιεῖν τὴν πάροδον. Καὶ τότε οἱ Τελμισσεῖς πανδημεὶ ἐκβεβοηθηκότες, ἀμφότερα τὰ ὄρη κατεῖχον. Ταῦτα δὴ ἰδὼν Ἀλέξανδρος, στρατοπεδεύεσθαι αὐτοῦ, ὅπως εἶχον, ἐκέλευε τοὺς Μακεδόνας, γνοὺς ὅτι οὐ μενοῦσι πανδημεὶ οἱ Τελμισσεῖς, αὐλιζομένους σφᾶς ἰδόντες, ἀλλ' ἀποχωρήσουσιν εἰς τὴν πόλιν πλησίον οὖσαν οἱ πολλοὶ αὐτῶν, ὅσον φυλακὴν καταλιπόντες ἐπὶ τοῖς ὄρεσι. Καὶ ξυνέβη, ὅπως εἴκαζεν· οἱ μὲν γὰρ πολλοὶ αὐτῶν ἀπῆλθον, αἱ φυλακαὶ δὲ ἐγκατέμειναν. Καὶ ἐπὶ τούτους εὐθὺς ἀναλαβὼν τούς τε τοξότας, καὶ τὰς τῶν ἀκοντιστῶν τάξεις, καὶ τῶν ὁπλιτῶν ὅσοι κουφότεροι, ἐπήγαγεν. Οἱ δὲ οὐκ ἔμειναν βαλλόμενοι, ἀλλὰ ἔλιπον τὸ χωρίον. Ἀλέξανδρος δὲ ὑπερβαλὼν[91] τὰ στενὰ, πρὸς τῇ πόλει κατεστρατοπέδευσε. Καὶ ἐνταῦθα ἀφικνοῦνται παρ' αὐτὸν Σελγέων πρέσβεις. Οἱ δέ εἰσι καὶ αὐτοὶ Πισίδαι βάρβαροι, καὶ πόλιν μεγάλην οἰκοῦσι, καὶ αὐτοὶ μάχιμοί εἰσιν· ὅτι δὲ πολέμιοι τοῖς Τελμισσεῦσιν ἐκ παλαιοῦ ἐτύγχανον, ὑπὲρ φιλίας πρὸς Ἀλέξανδρον πεπρεσβευμένοι ἦσαν. Καὶ πρὸς τούτους σπένδεται Ἀλέξανδρος, καὶ ἐκ τούτου πιστοῖς ἐς ἅπαντα ἐχρήσατο. Τὴν Τελμισσὸν δὲ ἀπέγνω ἑλεῖν ἂν ἐν ὀλίγῳ χρόνῳ, ἀλλ' ἐπὶ Σαλαγασσοῦ[92] ἐστέλλετο. Ἦν δὲ καὶ αὕτη οὐ μικρὰ πόλις. Πισίδαι καὶ ταύτην ᾤκουν· καὶ ἐδόκουν πάντων Πισιδῶν μαχίμων ὄντων αὐτοὶ εἶναι οἱ μαχιμώτατοι, καὶ τότε τὸν λόφον τὸν πρὸ τῆς πόλεως, ὅτι καὶ οὗτος οὐ μεῖον τοῦ τείχους ὀχυρὸς ἐς τὸ ἀπομάχεσθαι ἦν, κατειληφότες προσέμενον. Ἀλέξανδρος δὲ τὴν μὲν φάλαγγα τῶν Μακεδόνων τάττει ὧδε. Ἐπὶ μὲν τοῦ δεξιοῦ κέρως, ἵνα καὶ αὐτὸς ἐπετέτακτο, τοὺς ὑπα-

ex parte præruptum: viaque ipsa quæ ad urbem ducit, ardua est ac difficilis. Siquidem mons ab urbe in viam protenditur, cujus radices in ipsam viam desinunt. Huic alter ex adverso mons objectus est æque abruptus: ita ut portas in viâ facere videantur, facileque aditus omnis ab exiguo præsidio montibus illis imposito impediri possit. Utrumque montem Telmissei omnibus suis copiis collatis insederant. Id conspicatus Alexander, Macedones ibi, quomodocunque possent, castra locare jubet: ita secum reputans, Telmissenses non ita cum omnibus copiis eo loci moram facturos: quum Macedonas castra fixisse cernerent, sed maximam eorum partem in urbem, quæ proxima erat, sese recepturam, præsidio aliquo in montibus relicto. Et quidem perinde ac cogitârat evenit; plerique enim eorum recesserunt, præsidium solum remansit. Alexander, protinus sumtis sagittariis & jaculatorum ordinibus, & armigeris, qui expeditiores erant; præsidium invadit. Telmissei, quum telorum jactus sustinere non possent, locum deserunt. Alexander superatis angustiis ad urbem castra movet. Eo loci legati à Selgeis ad eum veniunt. Sunt autem & hi Pisidæ barbari, magnamque urbem incolunt, bellicosi etiam ipsi. Hi, quod veteres Telmisseorum hostes essent, legatos ad Alexandrum, amicitiam petentes, miserant. Fœdere itaque cum iis pacto, deinceps illis ad omnia fidis Alexander est usus. Dehinc, quum Telmissi expugnatio non exiguum tempus requirere videretur, Salagassum petit. Erat porro etiam hæc non parva urbs, à Pisidis habitata: quumque omnes Pisidæ bellicosi existimati fuerint, tum hi cæteris bellicâ laude superiores semper sunt habiti: ac tum temporis collem, qui urbi imminebat, quod non minus quam muros urbis munitum illum ad propulsandum hostem judicarent, occupant. Alexander Macedonum phalangem ita instruit. A dextro cornu, cui ipse præerat,

29

90 Ἀντίπορον δ' αὐτῷ ὄρος ἄλλο ἐστίν] Descriptio horum collium est, qualis illa apud Plinium VI, 14 Pylarum Caspiarum: *Causa portarum nominis, interruptis angusto transitu jugis, illa ut vix singula meent plaustra; dextra lævaque ambustis similes impendent scopuli*. Eam situs rationem appellavit Arrianus ἀντίῤῥοπον IV, 27 ἐπὶ γηλόφῳ, ὃς ἦν ἀντίῤῥοπος τῷ τῶν Μακεδόνων στρατοπέδῳ. Quæ voces valde sunt vicinæ, sed constructione diversæ. Certe Arriano ἀντίπορος fere pro parallelo positum in Indic. c. 3, ubi Indiæ κλίμα juxta mare Eoum vocat ἀντίπορον κλίματος ejus quæ erat juxta fluvium Indum. At Straboni lib. II pag. 126 fere eodem sensu ἀντίπορθμος Εὐρώπῃ Λιβύη dicitur pag. 332, & 335.

91 Ἀλέξανδρος δὲ ὑπερβαλὼν] Optimus, καὶ Ἀλέξανδρος ὑπερβ.

92 Ἐπὶ Σαλαγασσοῦ] Multis ex collatione aliorum auctorum suspectum fuit hoc nomen. Sed primus qui & nummorum subsidio transpositas in eo literas monuit, est Nobil. Tristanus in nummis M. Aurelii Antonini, nimis fortiter inhærens dimidiato Γαλασσοῦ, quod in ora apposuit Rob. Stephanus, adeo ut appellationem Σαλαγασσεὺς pronunciet corrûptam. Quem prægressum sequuntur alii, licet nominare vereantur. Et sane edere sustinuissem Σαγαλασσοῦ, nisi constans veterum codicum quos vidi scriptura me deterreret, etiam hoc accedente, quod quum Strabo ac Stephanus scribant eam quoque Σελγεσσεῖς appellari, hæc vox videatur contracta esse ex Σαλαγασσεὺς, non ex Σαγαλασσεύς. Mox reposui προσέμενον, quum sic habeant primæ editiones & duo MSSti cum Optimo. Nam quæ nuper bis allita sunt multos versus implentia, quot furtorum sibi sunt conscia? quam sera ostentatio? Vide ipsius modo Henr. Stephani Thesauri tomum tertium pag. 126, & Cl. Dausqueji Orthographiæ Volumen II pag. 18, & Henr. Valesium in Excerpta Polybii ad paginam 1413 editionis Amstel.

ὑπασπιστὰς εἶχεν· ἐχομένους δὲ τούτων, τοὺς πεζεταίρους ἔστε ἐπὶ τὸ εὐώνυμον παρήγαγεν, ὡς ἑκάστοις τῶν στρατηγῶν ἡ ἡγεμονία τῆς τάξεως ἐν τῇ τότε ἡμέρᾳ ἦν. Ἐπὶ δὲ τοῦ εὐωνύμου[93] ἐπέταξεν ἡγεμόνα Ἀμύνταν τὸν Ἀρραβαίου. Προτετάχθησαν δὲ αὐτῷ, τοῦ μὲν δεξιοῦ κέρως, οἵ τε τοξόται καὶ οἱ Ἀγριᾶνες· τοῦ δὲ εὐωνύμου, οἱ ἀκοντισταὶ οἱ Θρᾷκες, ὧν ἡγεῖτο Σιτάλκης. Οἱ γὰρ ἱππεῖς αὐτῷ οὐκ ὠφέλιμοι ἐν τῇ δυσχωρίᾳ ἦσαν· τοῖς Πισίδαις δὲ καὶ Τελμισσεῖς προσβεβοηθηκότες ξυνετάξαντο. Ἤδη δὲ οἱ ἀμφ' Ἀλέξανδρον προσβεβληκότες τῷ ὄρει, ὅπερ κατεῖχον οἱ Πισίδαι, κατ' αὐτὸ τὸ ἀποτομώτατον τῆς ἀνόδου ἦσαν. Καὶ ἐν τούτῳ ἐπιτίθενται αὐτοῖς οἱ βάρβαροι λόχοις κατὰ κέρας ἑκάτερον, ᾗ σφίσι μὲν εὐπροσοδώτατον ἦν, τοῖς πολεμίοις δὲ χαλεπωτάτη ἡ πρόσβασις· καὶ τοὺς μὲν τοξότας[94], οἷα δὴ οὔτε ἀκριβῶς ὡπλισμένους καὶ πρώτους πελάσαντας, ἐτρέψαντο· οἱ δὲ Ἀγριᾶνες ἔμειναν. Ἐγγὺς γὰρ ἤδη καὶ ἡ φάλαγξ τῶν Μακεδόνων προσῄει, καὶ πρὸ αὐτῆς Ἀλέξανδρος ἐφαίνετο. Ὡς δὲ ἐν χερσὶν ἡ μάχη ἐγένετο, γυμνοί τε οἱ βάρβαροι ὄντες ὁπλίταις προσεφέροντο, καὶ πάντη κατατιτρωσκόμενοι ἔπιπτον, ἐνταῦθα δὴ ἐγκλίνουσι· καὶ ἀπέθανον μὲν αὐτῶν ἐς πεντακοσίους. Κοῦφοι γὰρ ὄντες καὶ ἔμπειροι τῶν χωρίων, οὐ χαλεπῶς ἀπεχώρουν· καὶ οἱ Μακεδόνες, διὰ βαρύτητα τῶν ὅπλων, καὶ ἀπειρίαν τῶν ὁδῶν, οὐ θαρραλέοι ἐς τὸ διώκειν ἦσαν. Ἀλέξανδρος δὲ ἐχόμενος τῶν φευγόντων, τὴν πόλιν αὐτῶν αἱρεῖ κατὰ κράτος· τῶν δὲ ξὺν αὐτῷ Κλέανδρός τε ὁ στρατηγὸς[95] ἀποθνήσκει, καὶ τῶν ἄλλων ἀμφὶ τοὺς εἴκοσιν. Ἀλέξανδρος δὲ ἐπὶ τοὺς ἄλλους Πισίδας ἦγε, καὶ τὰ μέν τινα τῶν φρουρίων βίᾳ ἐξεῖλε, τὰ δὲ ὁμολογίᾳ προσηγάγετο. Ἐνθένδε δὲ ᾔει ἐπὶ Φρυγίας, παρὰ τὴν λίμνην ᾗ ὄνομα Ἀσκανία, ἐν ᾗ ἅλες πήγνυνται αὐτόματοι· καὶ τούτοις χρῶνται οἱ ἐπιχώριοι, οὐδὲ θαλάσσης τι ἐπὶ τούτῳ δέονται. Καὶ ἀφικνεῖται ἐς Κελαινὰς πεμπταῖος. Ἐν δὲ ταῖς Κελαιναῖς ἄκρα ἦν πάντη ἀπότομος. καὶ ταύτην φυλακῇ κατεῖχον ἐκ τοῦ σατράπου τῆς Φρυγίας, Κᾶρες μὲν χίλιοι,

erat, scutatos locat: proximos his, pedites amicos ad sinistrum cornu explicat, prout singulis ducibus eo die ordines ducendi contigerant. A sinistro quidem cornu ductorem statuit Amyntam Arrabæi filium. Sed à dextro quidem latere sagittarios & Agrianas prætendit, à sinistro jaculatores Thracas, quos ducebat Sitalces. equites enim in illâ locorum difficultate nulli usui esse poterant. Porro Pisidis Telmissei etiam auxilio venerant, unaque in acie stabant. Jamque Alexandri acies montem subiens quem Pisidæ tenebant, ad maxime prærupta ascensus loca pervenerat, quum barbari in utrunque cornu ex insidiis proruunt, quâ parte ipsis expeditior via, hostibus vero difficillimus accessus esset: & sagittarios quidem, utpote leviter armatos, quique primi pedem contulerant, in fugam vertunt: Agrianes vero subsistunt. Nam & propinqua erat Macedonum phalanx, & Alexander ipsam ducens conspiciebatur. Postquam autem cominus manu res geri cœpit, barbari nudi cum armatis confligentes omnique ex parte vulnerati cadunt ac terga vertunt. Cæsi sunt ex iis circiter quingenti. Multi enim, quod leves expeditique essent & locorum gnari, facile evaserunt: Macedones, ob gravitatem armorum imperitiamque viarum, fugientes insequi non audebant. Alexander fugientium tergis acriter instans, urbem illorum vi capit, Cleandro uno ex copiarum ducibus desiderato, aliisque militibus circiter viginti. Inde in alios Pisidas movit, & nonnulla eorum castella vi cepit, nonnulla pactionibus ad deditionem adduxit. Posthæc in Phrygiam venit, ad paludem cui Ascania nomen est: in quâ sal suapte sponte concrescit, quo incolæ utuntur, neque mari eam ad rem indigent. Quintis castris Celænas pervenit. Erat in eâ urbe arx omni ex parte prærupta ac præceps, quam Phrygiæ satrapa præsidio Carum mille, Græcorum

93 Ἐπὶ δὲ τοῦ εὐωνύμου] Unus Optimus τῷ εὐωνύμῳ.

94 Καὶ τοὺς μὲν τοξότας] Freinshemius hanc historiam sic concinnat in Suppl. II, 12, 10. *Et præmissos ab Alexandro velites opportunitate loci adjuti repulerant: sed Agriani resistebant.* Id videlicet est exemplo Curtii scribere Latine historiam Græcam, ut præ Latinitate insanias. Quis Romanus sana mente unquam velites inclusit τοξότας? & quidem tam concise, ut Agrianes soliti plurimum in Macedonica militia cum sagittariis procurrere inde excludantur?

95 Κλέανδρός τε ὁ στρατηγὸς] Nunquam ita abrupte Arrianus, ut unum aliquem hoc titulo honoraus non addat, cujus militum partis dux fuerit. IV, 7 Πτολεμαῖος ὁ τῶν Θρᾳκῶν στρατηγός. At quum de pluribus sermo est, ut quum consilium militare cogitur, aut plures narrantur quibusdam militibus impositi, aut occisi, tum facteor id simpliciter additum reperiri. Nec discessit hoc loco à consuetudine sua auctor, ut subindicant MSS. licet paulo difficilius sit judicium. Nam in duobus post vocem στρατηγὸς addebatur τῶν, sive articulus ille sit amisso substantivo, sive hujus ultima pars in genitivo plurali. Itaque integerrime hunc hiatum supplet MStus Opt. post vocem στρατηγὸς adjiciendo τῶν τοξοτῶν. Nihil illo commodius: ut hic Cleander substitutus fuerit in locum Clearchi, qui supra τοξάρχης vocabatur, & in expugnatione Halicarnassi occubuit. Rursus in locum Cleandri, hic interfecti, venit Antiochus, cujus mentio II, 9 τοὺς τοξότας, ὧν ἦρχεν Ἀντίοχος. Quo rursus occiso ἀντ' αὐτοῦ ἄρχειν ἐτέτακτο τοῖς τοξόταις Ὀμβρίων Κρής, ut est III, 5. Quum interim etiam V, 14 occurramus Ταύρωνι τῷ τοξάρχῃ, & primus in Arriano supra cap. 7 dicatur Εὐρυβώτας ὁ Κρὴς ὁ τοξάρχης.

Pacificitur cum Celenis.

χίλιοι, Ἕλληνες δὲ μισθοφόροι ἑκατόν. Καὶ οὗτοι πρεσβεύονται παρ' Ἀλέξανδρον, ἐπαγγελλόμενοι, εἰ μὴ ἀφίκοιτο σφίσι βοήθεια ἐν ἡμέρᾳ ᾗ ξυνέκειτο (Φράσαντες τὴν ἡμέραν) ὅτι παραδώσουσι τὸ χωρίον. Καὶ ἔδοξε ταῦτα Ἀλεξάνδρῳ ὠφελιμώτερα, ἢ πολιορκεῖν[96], ἄπορον πάντη προσφέρεσθαι, τὴν ἄκραν. Πρὸς μὲν δὴ ταῖς Κελαιναῖς φυλακὴν καταλείπει στρα-

rum mercenariorum centum, tenebat. Hi legatos ad Alexandrum mittunt, nisi subsidium illis intrà statum diem (quem nominabant) adferretur, deditionem pollicentes. Quam quidem conditionem Alexander rebus suis convenientiorem quam obsidionem esse statuit, quod difficillima omni ex parte arcis oppugnatio videretur. In eâ urbe mille

96 Ὠφελιμώτατα ἢ πολιορκεῖν] Opt. ac duo alii confirmant ὠφελιμώτερα, ut id dubium esse ultra non queat. Dein nescio quid sequutus sit Vulcanius, quum notavit in margine posse verbum πολιορκεῖν jungi etiam cum voce ἄκραν, sublata quæ post ipsum est interpunctione. Multo minus, quid egerint Veneti ac Basileenses, quum post verbum πολιορκεῖν posuerunt finalem distinguendi notam. Neque enim vocula ἄκραν hoc casu posita cum alio ullo potest jungi, præterquam cum πολιορκεῖν. Si enim putavit eam quoque ad verbum προσφέρεσθαι referri posse, deceptus est, quum id non nisi tertium casum admittat, cujus exemplum est cap. 7 τῷ στρατοπέδῳ αὐτῷ προσφερομένους. Et ut id appareat, non est tollenda distinctio post verbum πολιορκεῖν, sed & illa relinquenda intacta, & alia post verbum προσφέρεσθαι apponenda, ut secludantur illa ἄπορον πάντη προσφέρεσθαι, hoc est, *quum difficilis undique ad id esset accessus.* Plane quomodo ipsa hæc verba ponuntur cap. 3. Τὸ δὲ ῥεῦμα αὐτοῦ καὶ ἄπορον προσφέρεσθαι. At in nostro loco ἄπορον neutrum (non more Attico pro fœminino ἄπορος usurpatum, ut construi oporteat πολιορκεῖν ἄκραν ἄπορον πάντη προσφέρεσθαι, cui nusquam appropinquari posset, quod foret tam sententiæ quam syntaxi satis commodum) sed ut dico, illud est neutrum, & verba illa tria ἄπορον πάντη προσφέρεσθαι à sese pendent, ut separatum comma, ex more auctoris, cui familiare est rationem rei alicujus tali modo edere utplurimum, quum tamen pro eo IV, 17 dicat largiter ὅτι ἄπορον ἦν προσωτέρω ἐλαύνειν. Sic cap. 24 quum Adam dixisset regni hæredem relictam, addit, νενομισμένον ἐν τῇ Ἀσίᾳ καὶ γυναῖκας ἄρχειν ἀνδρῶν. Cap. 25 quum Milyada dixisset Phrygiæ quidem esse, sed accenseri tamen Lyciæ, pro causa adjicit, τότε οὕτως ἐκ βασιλέως μεγάλου τεταγμένον, *quum sic à magno rege esset constitutum.* IV, 2. Τοὺς μὲν δὴ ἄνδρας πάντας ἀποκτεῖναι, οὕτως πρὸς Ἀλεξάνδρου προστεταγμένον. cap. 19. Σοδίνας καταστῆναι ὡς ἐπὶ τὸ στρατόπεδον τῶν Μακεδόνων. οὕτως αὐτοῖς ἐξ Ἀλεξάνδρου παρηγγελμένον. Lib. VII dicit τάς τε σάλπιγγας φθέγξασθαι· οὕτως ὑπ' Ἀλεξάνδρου προστεταγμένον. Sed & cap. 18 ait similiter. Τοὺς δὲ κατὰ ἀρχαῖον χρημάτων ἀποδοῦναι, ξυγχωρῆσαν αὐτῷ, ὁ δῆμος. Potuerat ultima illa ὁ δῆμος longe ante præmisisse. Potuerat quoque in nostro loco τὴν ἄκραν anteposuisse. Nusquam id ei placuit. Et quum potuisset ibidem ex vulgari consuetudine uti genitivo, δήμου ὄντος, respuit eum, & maluit uti nominativo: sic quoque illic quum posset dicere ξυγχωρήσαντος ταῦτα αὐτῷ, noluit. Similia neutra satis elegantia sunt non modo apud nostrum, sed etiam in aliis politioribus Græcis, adeo ut Atticismus nonnullis esse credatur: quod idcirco per exempla clarius ob oculos ponere conabimur, non sine operæ pretio. Id enim sequutus videtur auctor vetus in fragmento apud Suidam. Προπαρηγγελμένον οἱ τοῦτο ἐκ βασιλέως, προπαραγγελθὲν, ubi Æmilius Portus quidem voculam οἱ statuens esse nominativum pluralem alia deesse existimavit, interpretans ideo; *Qui à rege hoc ante denunciatum sciebant.* Immo *quum à rege illi id ante esset denunciatum.* Plane ut Dionysius Halicarn. lib. I cap. 40 de Pinariis. ὅπως, ἅμα αὐτοῖς κελευσθὲν ἥκειν, ἐπαγγελθέντων ἤδη τῶν ἱερῶν ἀφίκοντο. *Quum jussi essent mane præsto esse.* Strabo lib. XI pag. 518 quum dixisset parasangas ab aliis æquiparari pluribus, paucioribus stadiis ab aliis, idem sibi ait contigisse in Nilo, ut alibi breviore, alibi longiore navigatione constare χωρίον crederet, additque, οὕτως ἐξ ἀρχῆς παραδιδομένον καὶ φυλαττόμενον μέχρι τοῦ νῦν. An crederet aliquis, qui præcedentia nostra legit, virum illum, à quo uno plus incrementi acceperunt Græcæ literæ per hæc instaurata secula, quam ab omni reliquo Helicone, notare ad hæc aut potuisse aut voluisse, *Usus Græce loquentium postulat, ut legamus παραδιδομένον ὄν.* Immo non Græce, sed Σολοικικῶς loquentium. Posset enim admitti, sed in adjectivis. Et tamen similiter agit ad librum XV pag. 728, ubi recensens Strabo causas, cur ab Persis Susa urbs sedi regiæ destinata sit, post alias addit, καὶ κρεῖττον τὸ μηδέποτε καθ' ἑαυτὸν τὸν Σουσίδα πραγμάτων μεγάλων ἐπήβολον γεγονέναι. Illic rursum magnus vir: *Lego καὶ κρεῖττον ὄν*, id est, *cum melius esset & conducibilius.* Immo & sine verbo substantivo idem significat. Quod etsi posset placere, prout Lucianus in Pseudomanti dixit ὡς ἀστεῖον ὄν, & in Epistola ad Nigrinum, ὡς γελοῖον ὄν; recte omisit auctor, quod etiam sine isto participio potest probari, ut Aristophani in Pluto p. 62 πρόσθεν μαθεῖν. Quin ut sciamus, quamvis ὁ πάνυ ille in istis locis ita egerit, tamen melius utique eum edoctum fuisse, inspicienda est epistola Augusti Cæsaris apud Suetonium in Claudio cap. 4 scribentis. *Nam semper æstuabimus, si de singulis articulis temporum deliberabimus, μὴ προϋποκειμένου ἡμῖν posse eum gerere honores arbitremur nec ne.* Sic hodierni dies & editores. At in primis editionibus lectum fuit προϋποκειμένου. Ergo notat Torrentius *recte sic ex Turnebi sententia Pulmannus, nisi quis* &c. neque enim digna sunt sequentia, ut frustum chartæ iis, quæ addit, maculetur. Certe semel in universum proponi non est προκειμένου. Ergo noster heros quid agit? nempe notat, *mutavimus priorem lectionem, secuti codices manu exaratos, qui omnes & nostri & aliorum sic habent.* Hactenus agnosco magnum mutandæ lectionis prioris momentum. Sed qui sunt illi codices? an quos ipse usurpavit? Certe ne unum quidem esse credo, ex quo id plane possit confieri. Sunt in magnifico Medicei Laurentii scrinio tres codices, omnes notæ adeo antiquæ, ut nullus eorum codicibus ab Casaubono inspectis cedere debeat. Horum in primo testor legi προϋποκειμένου, in tertio προυπτροκειμένου, in secundo plane προϋποκείμενον. Hinc nemo non videt perire illud qualecunque momentum. Videamus autem, quæ subjiciantur ab grandi illo ingenio. Nempe: *elegantior erat & ἀττικωτέρα vulgata μὴ προϋποκειμένου ἡμῖν supple ὄν.* Primo constat in MS. codicibus Latinis prave admodum intermixta Græca conscripta esse. Deinde si concedamus in tractatis ab Casaubono codicibus scriptum fuisse προϋποκειμένου, unde licebit statim illi mutare, nec revereri primas editiones, quæ unanimi consensu loco MStorum censentur? Imo licebitne mutare, quod fatearis elegantius & ἀττικώτερον? idque in chirographo eruditissimi principis? Tertio vides, quam nebulam sibi obduxerit. Si elegantiora, si ἀττικώτερα illa, cur in Strabone mutem? cur apponam mea auctoritate, quod suppleri potest, immo debet? Ego Augusti elegantiæ & Atticismo faveo; diffidant licet alii. Huc videtur pertinere & illud Dionis lib. XLIII p. 234, ubi scribit Julium vario calceatu & simili Albanis regibus sæpe usum, ὡς καὶ προσῆκον σφίσι διὰ τὸν Ἴουλον. Quod eximius ille Casaubonus ad Suetonii Julium pessime odi sic dicit, & mutat in προσῆκον. Lib. LVIII, καὶ αὐτὸν οἱ περὶ τὸν σκηνὴν τεχνῖται, συγχωρηθὲν σφίσιν ὑπὸ τῆς βουλῆς, ἐτίμησαν.

στρατιώτας ἐς χιλίους, καὶ πεντακοσίους. Μείνας δὲ αὐτοῦ ἡμέρας δέκα, καὶ σατράπην ἀποδείξας Φρυγίας Ἀντίγονον τὸν Φιλίππου, ἐπὶ δὲ τοὺς συμμάχους ἀντ' ἐκείνου στρατηγὸν Βάλακρον τὸν Ἀμύντου ἐπιτάξας, αὐτὸς ἐπὶ Γορδίου ἐστέλλετο· καὶ Παρμενίωνι ἐπέστειλεν, ἄγοντα ἅμα οἷ τὴν δύναμιν ἐκεῖσε ἀπαντᾶν. Καὶ ἀπήντα ξὺν τῇ δυνάμει Παρμενίων. καὶ οἱ νεόγαμοι δὲ οἱ[97] ἐπὶ Μακεδονίας σταλέντες, εἰς Γόρδιον ἧκον, καὶ ξὺν αὐτοῖς ἄλλη στρατιὰ καταλεχθεῖσα, ἣν ἦγε Πτολεμαῖός τε ὁ Σελεύκου, καὶ Κοῖνος ὁ Πολεμοκράτους, καὶ Μελέαγρος[98] ὁ Νεοπτολέμου, πεζοὶ μὲν Μακεδόνες εἰς χιλίους[99], ἱππεῖς δὲ ἐς τριακοσίους, καὶ Θεσσαλῶν ἱππεῖς διακόσιοι, Ἠλείων δὲ, ἑκατὸν καὶ πεντήκοντα, ὧν ἡγεῖτο Ἀλκίας ὁ Ἠλεῖος. Τὸ δὲ Γόρδιόν ἐστι μὲν τῆς Φρυγίας τῆς ἐφ' Ἑλλησπόντου, κεῖται δὲ ἐπὶ τοῦ Σαγγαρίου ποταμοῦ· τοῦ δὲ Σαγγαρίου αἱ μὲν πηγαὶ ἐκ Φρυγίας εἰσίν· αὐτὸς δὲ διὰ τῆς Θρᾳκῶν τῶν Βιθυνῶν χώρας ἐξίησιν εἰς τὸν Εὔξεινον πόντον· ἐνταῦθα καὶ Ἀθηναίων πρεσβεία παρ' Ἀλέξανδρον ἀφίκετο, δεόμενοι Ἀλεξάνδρου ἀφεῖναί σφισι τοὺς αἰχμαλώτους, οἳ ἐπὶ Γρανικῷ ποταμῷ ἐλήφθησαν Ἀθηναίων, ξυστρατευόμενοι τοῖς Πέρσαις· καὶ τότε ἐν Μακεδονίᾳ ξὺν τοῖς δισχιλίοις δεδεμένοι ἦσαν. καὶ ὑπὲρ αὐτῶν ἄπρακτοι ἐν τῷ τότε ἀπῆλθον· οὐ γὰρ ἐδόκει ἀσφαλὲς εἶναι Ἀλεξάνδρῳ, ἔτι συνεστῶτος τοῦ πρὸς τὸν Πέρσην πολέμου, ἀνεῖναί τι τοῦ φόβου τοῖς Ἕλλησιν, ὅσοι ἐναντία τῇ Ἑλλάδι στρατεύεσθαι ὑπὲρ τῶν βαρβάρων οὐκ ἀπηξίωσαν. Ἀλλ' ἀποκρίνεται, ἐπειδὰν τὰ παρόντα καλῶς γένηται, τότε ἥκειν ὑπὲρ τῶν αὐτῶν πρεσβευομένους.

mille quingentos milites præsidio relinquit, & dies decem ibi commoratus, Antigonum Philippi filium Phrygiæ satrapam declarat, & Balacrum Amyntæ filium ejus loco auxiliaribus copiis præficit. Ipse Gordium profectus est, literis ad Parmenionem missis, uti illuc sibi cum exercitu obviam veniat. Parmenio imperata facit, & Macedones qui uxores noviter nuptas visum ierant, Gordium veniunt, & cum iis copiæ recens conscriptæ; quas Ptolemæus Seleuci, & Cœnus Polemocratis, atque Meleagrus Neoptolemi filius ducebant. Erant eæ copiæ, peditum quidem Macedonum mille, equitum trecentorum, Thessalorum equitum ducentorum, Eleorum centum quinquaginta, quibus præerat Alcias Eleus. Est porro Gordium in Phrygiâ Hellesponto proximâ, ad Sangarium amnem sita, cujus fluminis fontes in Phrygiâ oriuntur. Ipse, per Thracas Bithynos fluens, in Euxinum pontum fertur. Eo loci Atheniensium etiam legati ad Alexandrum veniunt, oratum uti cives suos, qui una cum Persis militantes ad Granicum amnem capti fuerant, ac tum in Macedoniâ cum aliis duobus millibus vincti tenebantur, dimittat. Hi postulatione suâ nequaquam impetratâ domum redeunt. Neque enim consultum Alexandro videbatur, vigente adhuc Persico bello Græcorum metum trepidationemque imminuere, qui adversus Græciam pro barbaris militare veriti non fuissent. Hoc tantum responsi dedit, ut bello Persico ex animi sui sententiâ confecto, tum demum legatos pro civibus suis deprecatum mittant.

97 *Καὶ οἱ νεόγαμοι*] Sic habent editiones antecedentes. Quum nuper posteriora ab typis præterita essent, etiam in libri tergo sic corrigi jubent. Sed amplius id nos ex Optimo libro & alio exhibuimus plane ad voluntatem ac manum Arriani.

98 *Μελέαγρος*] Seu consilio seu forte Vulcanius reddiderat etiam Latine *Meleagrus*. Id non modo in ipsa interpretatione sustinuit mutare nuperus, sed & animadvertendum putavit non esse idcirco *Meleagrus* reddendum, quamvis ita in Græcis, adducto exemplo *Ἀλέξανδρος Alexander* & Sosipatri Charisii definitione, sed quæ nihil facit ad rem. Non enim is dicit Græca illa debere sic perpetuo efferri per ER; sed ea quæ sic per ER efferuntur, declinari ut secundæ declinationis, vel ut Putschius, secundi ordinis. Contra autem iste ipse Sosipater tum in eodem illo loco, tum paulo ante non modo *Alexandrus* & *Teucrus* & *Evandrus* dici concessit, sed & statim post *Κόδρος* & *γόγγρος* Latine *Codrus* & *gongrus*, non *Coder* & *gonger* affirmavit. Et multa his similia exstant apud illos Grammaticos. Cæterum decernit satis rem auctoritas Ovidii VIII Metam. 299 scribentis *Meleagros*, ut ex codicibus antiquis testatur Nic. Heinsius & aliis ibidem locis, unde alibi & vocativus *Meleagre*. Etiam Seneca lib. II Nat. Quæst. non dubitavit dicere *Anaximandrus*. Sed & Curtio IV, 5, 13 *Balacrus*. Neque etiam postea mutavit Vulcanius in editione sua, unde illi relinquendum judicavi.

99 *Πεζοὶ μὲν Μακεδόνες εἰς χιλίους*] MSS. duo *χίλιοι*. Quod etsi huc non conveniat, sanctius tamen servant manum auctoris. Nam contemplare, oro, ingenium erroris. Plane habet Optimus *Μακεδόνες τρισχίλιοι*, quod non spernendum. Nam quum nulla ratio fuit, ut nunc uteretur vocula *εἰς* statim dicturus *ἐς*: tum plerumque videas, quot chiliades numerentur peditum, ut centurias adferri equitum: quin etiam libentissime modos scribendi & proferendi numeros variat.

ΑΡΡΙΑΝΟΥ ΑΝΑΒΑΣΕΩΣ ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΥ

ΒΙΒΛΙΟΝ ΔΕΥΤΕΡΟΝ.

ARRIANI DE EXPEDITIONE ALEXANDRI

LIBER SECVNDVS.

ΚΕΦ. Α.

Ἐκ δὲ τούτου Μέμνων τοῦ τε ναυτικοῦ παντὸς ἡγεμὼν ἐκ βασιλέως Δαρείου καθεστηκὼς, καὶ τῆς παραλίου ξυμπάσης, ὡς ἐς Μακεδονίαν τε καὶ τὴν Ἑλλάδα ἀποστρέψων τὸν πόλεμον, Χίον μὲν λαμβάνει, προδοσίᾳ ἐνδοθεῖσαν· ἔνθεν δὲ ἐπὶ Λέσβον πλεύσας, ὡς οὐ προσεῖχον αὐτῷ οἱ Μιτυληναῖοι, τὰς ἄλλας πόλεις τῆς Λέσβου προσηγάγετο. Ταύτας δὲ παραστησάμενος καὶ προσσχὼν τῇ Μιτυλήνῃ, τὴν μὲν πόλιν χάρακι διπλῷ ἐκ θαλάττης εἰς θάλατταν ἀπετείχισε, στρατόπεδα δὲ πέντε ἐποικοδομησάμενος, τῆς γῆς ἐκράτει οὐ χαλεπῶς [1]· καὶ μέρος μὲν τι τῶν νεῶν τὸν λιμένα αὐτῶν ἐφύλασσε, τὰς δ' ἐπὶ τὴν ἄκραν τῆς Λέσβου τὸ Σίγριον, ἵνα ἡ προσβολὴ μάλιστά ἐστι ταῖς ἀπό τε Χίου καὶ Γεραιστοῦ καὶ Μαλαίας ὁλκάσιν [2], ἀποκλείσας τὸν παράπλουν ἐν φυλακῇ εἶχεν, ὡς μή τινα ὠφέλειαν κατὰ θάλατταν γίγνεσθαι Μιτυληναίοις· καὶ ἐν τούτῳ αὐτὸς μὲν νόσῳ τελευτᾷ· καὶ εἴπερ τι ἄλλο, καὶ τοῦτο ἐν τῷ τότε [3] ἔβλαψε τὰ βασιλέως πράγματα. Αὐτοφραδάτης δὲ καὶ Φαρνάβαζος ὁ Ἀρ-

CAP. I.

Haec dum geruntur, Memnon, quem Darius rex universæ classi oræque maritimæ præfecerat, de bello adversus Macedoniam Græciamque transferendo cogitans, proditione quidem Chium capit. Inde vero in Lesbum navigans Mitylenæis qui ejus partes sequuti non sunt, exceptis, reliquas Lesbi urbes in suam potestatem redegit. His itaque deditione acceptis, Mitylenen conversus, urbem ipsam à mari ad mare duplici vallo interclusit, & quinque castellis exstructis, facile reliquam insulam subegit. Et parte quidem navium portum ipsorum tenebat, partem ad Sigrium, Lesbi promontorium (qua potissimum transitus patet) in speculâ collocârat, quæ navibus onerariis ex Chio, Geræsto & Maleâ venientibus trajiciendi potestatem interciperent, nequid nimirum subsidii Mitylenæis mari advenire posset. Interea ipse morbo obiit: quod quidem, si quid aliud, Darii rebus obfuit. Autophradates autem & Pharnabazus

1 Τῆς γῆς ἐκράτει οὐ χαλεπῶς] Vulcanius: *facile reliquam insulam subegit.* Facius: *facile reliquis insulis dominabatur.* Nihil tale. Immo à terra quidem facile urbem continebat, à terra superior erat, partem reliquam insulæ facile parere sibi cogebat.

2 Ἵνα ἡ προσβολὴ μάλιστα, ἐστὶ ταῖς ἀπό τε Χίου καὶ Μαλαίας ὁλκάσιν] Non potest excusari hoc loco particula ἐπὶ; adeo nihil significat, adeo perverse his immixta est. Quid vero Vulcanius? Ille perquam confuse, ut vides. Etenim an hic vel minima transitus significatio? Utique προσβολὴ non transitus est, sed appulsus & accessus ex mari. Facius quum ἄκραν vertisset *arcem*, ejus *aditum* agnoscit, παράπλουν penitus omittit, ut prave Geographiam tractet. Et si tamen hæc omnia possent digeri & tolerari, quæ monstrosa scriptura est, ἐπὶ τὴν ἄκραν ἐπὶ ταῖς ὁλκάσιν ἀποκλείσας? In his nec caput, nec pes est. Lege igitur ex Optimo codice ἵνα ἡ προσβολὴ μάλιστά ἐστι ταῖς &c. ὁλκάσιν, ἀποκλείσας τὸν παράπλουν, ἐν φυλακῇ εἶχεν. Hoc est, *parte ad Sigrium Lesbi promontorium, ubi plerumque statio est navibus onerariis ex Chio, Geræsto & Malea venientibus, præternavigationem intercludens, observabat.* Duo etiam MSS. Μαλέας habent, prout plerumque promontorium Laconiæ perhibetur.

3 Ἐν τῷ τότε] Credo, placuit quibusdam repetere voces integras libri III cap. II καὶ εἴπερ τι ἄλλο καὶ τοῦτο ἐκάκωσε τοῖς Πέρσαις ἐν τῷ τότε τὰ πράγματα. Sed ibi recte & plane in tempore sic scripsit. Hoc autem loco id mirum. Nec Vulcanius, nec Facius has voces in versione expresserunt. MSS. tamen omnes agnoscunt, præter unum illum Optimum, qui nullam harum μνείαν exhibet. Sane non magis necesse est, ut hic temporis circumstantia annotetur, quam lib. præc. cap. 21, ubi similiter καὶ τῷ ἔργῳ τούτῳ εἴπερ τινὶ ἄλλῳ εὐδαιμόνησεν Ἀλέξανδρος. Cur non hic tale quid adponit?

Ἀρταβάζου (οὕτω γὰρ ἐπέτρεψε τελευτῶν ὁ Μέμνων τὴν αὐτοῦ ἀρχὴν, ἔστε Δαρεῖον ὅτι ὑπὲρ αὐτοῦ γνῶναι [4], ἀδελφιδοῦς αὐτοῦ ὤν) οὗτοι τῇ πολιορκίᾳ οὐκ ἀῤῥώστως προσέκειντο· καὶ οἱ Μιτυληναῖοι τῆς τε γῆς εἰργόμενοι, καὶ ἀπὸ θαλάττης πολλαῖς ναυσὶν ἐφορμούσαις φρουρούμενοι, πέμψαντες παρὰ τὸν Φαρνάβαζον, ὁμολογίας ἐποιήσαντο· τοὺς μὲν ξένους τοὺς παρ' Ἀλεξάνδρου σφίσι κατὰ συμμαχίαν ἥκοντας ἀπελθεῖν, Μιτυληναίους δὲ καθελεῖν μὲν τὰς πρὸς Ἀλέξανδρον σφίσι γενομένας στήλας, ξυμμάχους δὲ εἶναι Δαρείου κατὰ τὴν εἰρήνην τὴν ἐπ' Ἀνταλκίδου γενομένην πρὸς βασιλέα Δαρεῖον· τοὺς φυγάδας δὲ αὐτῶν κατιέναι ἐπὶ τοῖς ἡμίσεσι τῶν τότε ὄντων ὅτε ἔφυγον [5]. Ἐπὶ τούτοις μὲν δὴ ἡ ξύμβασις τοῖς Μιτυληναίοις πρὸς τοὺς Πέρσας ξυνέβη. Φαρνάβαζος δὲ καὶ Αὐτοφραδάτης, ὡς παρῆλθον ἅπαξ εἴσω τῆς πόλεως, φρουράν τε ἐς αὐτὴν εἰσήγαγον, καὶ φρούραρχον ἐπ' αὐτῇ Λυκομήδην Ῥόδιον, καὶ τύραννον ἐγκατέστησαν τῇ πόλει Διογένην, ἕνα τῶν φυγάδων· χρήματά τε εἰσέπραξαν τοὺς Μιτυληναίους· τὰ μὲν βίᾳ ἀφελόμενοι τοὺς ἔχοντας, τὰ δὲ ἐς τὸ κοινὸν ἐπιβαλόντες. 2 Ταῦτα δὲ διαπραξάμενοι, Φαρνάβαζος μὲν ἔπλει ἐπὶ Λυκίας, ἄγων τοὺς ξένους τοὺς μισθοφόρους· Αὐτοφραδάτης δὲ, ἐπὶ τὰς ἄλλας νήσους. Καὶ ἐν τούτῳ καταπέμπει Δαρεῖος Θυμώνδαν τὸν Μέντορος, αὐτὸν μὲν τοὺς ξένους παρὰ Φαρναβάζου παραληψόμενον καὶ ἀνάξοντα, παρὰ βασιλέως Φαρναβάζῳ δὲ ἐροῦντα [6] ἄρχειν, ὅσων Μέμνων ἦρχε· καὶ παραδοὺς τούτῳ τοὺς ξένους Φαρνάβαζος, ἔπλει παρ' Αὐτοφραδάτην ἐπὶ τὰς ναῦς. Ὡς δὲ ὁμοῦ ἐγένοντο, δέκα μὲν ναῦς στέλλουσιν ἐπὶ τὰς Κυκλάδας νήσους Δατάμην ἄνδρα Πέρσην ἄγοντα, αὐτοὶ δὲ ναυσὶν ἑκατὸν ἐπὶ Τενέδου ἔπλευσαν· κατακομισθέντες δὲ τῆς Τενέδου εἰς τὸν Βόρειον καλούμενον λιμένα, πέμπουσι

zus Artabazi filius, cui Memnon moriens præfecturam suam commendârat, tantisper dum Darius aliquid de eâ statuisset (erat enim sororis suæ filius) obsidionem acriter urgebant. Mitylenæi & terrâ interclusi, & mari ingenti classe obsessi, legatis ad Pharnabazum missis, pactiones ineunt: ut exteri milites qui ab Alexandro auxilio missi erant, discedant; ut Mitylenæi columnas, quas Alexandro cum fœderis inscriptione erexerant, subvertant; ut Dario confœderati sint juxta pacem ab Antalcide cum Dario rege initam: ut exulum dimidia pars revertatur. Hisce conditionibus Mitylenæi cum Persis pacti sunt. Pharnabazus & Autophradates quum jam urbem ingressi essent, præsidium introducunt, eique Lycomeden Rhodium præficiunt, ac Diogenem, unum de numero exulum, tyrannum urbi imponunt: Mitylenæis pecuniam imperant, eamque partim ditioribus eripiunt, partim multitudini injungunt. His peractis, Pharnabazus 2 in Lyciam navigat, exteros mercenarios ducens: Autophradates alias insulas petit. Inter hæc Darius Thymondan Mentoris filium mittit, qui à Pharnabazo exteros illos acciperet & adduceret; nomine regis autem Pharnabazo dicturum, uti præesset illis, quibus Memnon præfuerat. Pharnabazus externo milite Thymondæ tradito, ad Autophradaten, qui apud classem erat, navigat. Hi, quum una essent, Datamen Persam in Cycladas cum navibus decem mittunt. Ipsi centum navium classe Tenedon petunt: ad quam insulam delati, quum in portum qui Borealis dicitur, sese recepissent,

4 *Ἔς τε Δαρεῖον ὅτι ὑπὲρ αὐτοῦ γνῶναι*] Scribe ex Optimo *Δαρεῖον τι ὑπὲρ*. Id multo clarius.

5 *Τοὺς φυγάδας δὲ αὐτῶν κατιέναι ἐπὶ τοῖς ἡμίσεσι τῶν τότε ὄντων ὅτε ἔφυγον*] Facius, *exules quorum vix jam dimidia pars superesset, in urbem reducerent*. Vulcanius, *ut exulum dimidia pars revertatur*. Nihil infelicius. Et tamen nuperrime hanc sententiam quoque ex his collegit Freinshemius in Suppl. *Darioque fidem polliciti dimidiam exulum suorum partem reciperent*. Certe nec pactum tale uspiam initum legi; & quisnam in eligenda dimidia hac parte futurus esset arbiter? Exules hi proculdubio *περιόντες* erant expulsi tunc, quum ad Macedonem urbs descivit. Igitur si tantum pro dimidia parte stipularentur Persæ, jam Mytilenæorum (sic enim scribi debere id vocabulum antiqua monumenta probant) factio Macedonibus adhærens & erga pristinum regem suum rebellis lucraretur plurimum, quod barbaræ Persarum in capienda ultione cupiditati plane non convenit; non convenit ipsi in hac urbe exercitæ crudelitati ab ipsis & vindictæ; non minus, quam ipsis Græcis verbis, quorum ne vestigium quidem in Latinis. Verte: *ut exules ipsorum redirent, restituto eis semisse*, dimidia parte, *bonorum, quæ tunc erant*; quæ tunc possidebant, *cum fugerent*. Plane conferendam cum Polybiana legatione 46. *οἱ τῶν ἀρχαίων φυγάδων, ἐπιφέρειν φάσκοντες δεῖν ἔχειν αὐτοὺς πάσας τὰς κτήσεις, ἀφ' ὧν ἐξ ἀρχῆς ἔφυγον*. Agnoscis plane eandem phrasin. Et similis gratia Persei in exules, nisi quod plenior, apud eundem lib. XXVI. *δίδωσι μόνον τὴν ἀσφάλειαν τοῖς κατελθοῦσιν, ἀλλὰ καὶ τῶν ὑπαρχόντων κομιδὴν, ἀφ' ὧν ἕκαστος ἔφυγε*. Ubi quæ Arrianus *ὄντα*, Polybius *ὑπάρχοντα* vocat: neque ego unquam dubitavi, quin Polybius illic quoque scripserit *ἀφ' ὧν*, ut in legatione præcedenti; hoc est, per ellipsin, in quibus bonis erant tunc, quum fugiebant. Nec dissimiliter Herodotus in Erato cap. 75 *κατῆγον αὐτὸν ἐπὶ τοῖσι αὐτοῖσι ἐς Σπάρτην τοῖσι καὶ πρότερον ἦρχε*. Alius sensus est tertii casus, quo utitur lib. III cap. 6 *καὶ Πτολεμαῖος ὁ Λάγου ἐπὶ τῷ αὐτῷ ἔφυγε*.

6 *Παρὰ Φαρναβάζῳ ἐροῦντα*] Ita sine perfecto sensu hæc hærebant in lacuna, quam explevi ex illis quæ vulgaveram in Supplementis. Sed quam molliter eam velare conatus fuit Facius? *Autophradates ad insulas circumjectas contendit. Inter hæc Darius Thymondam Mentoris ad Pharnabazum mittit, qui mercenarios recipiat, seque illum in Memnonis locum suffecisse nunciet*, quasi notum habuisset verbum *παραληψόμενον*.

πέμπουσι παρὰ τοὺς Τενεδίους, καὶ κελεύουσι τὰς στήλας τὰς πρὸς Ἀλέξανδρον καὶ τοὺς Ἕλληνας γενομένας σφίσι, ταύτας μὲν καθελεῖν, πρὸς Δαρεῖον δὲ ἄγειν τὴν εἰρήνην τὴν ἐπὶ Ἀνταλκίδου Δαρείῳ συνέθεντο. Τενεδίοις δὲ τὰ μὲν τῆς εὐνοίας ἐς Ἀλέξανδρόν τε καὶ τοὺς Ἕλληνας ἐποίει μᾶλλον· ἐν δὲ τῷ παρόντι ἄπορον ἄλλως ἐδόκει, ὅτι μὴ προσχωρήσαντας τοῖς Πέρσαις, σώζεσθαι· ἐπεὶ οὐδὲ Ἡγελόχῳ, ὅτῳ προστέτακτο παρ' Ἀλεξάνδρου [7] αὖθις ξυναγαγεῖν δύναμιν ναυτικὴν, τοσαύτη ξυνηγμένη ἦν ὡς δι' ὀλίγου προσδοκᾶν ἔσεσθαι ἂν σφίσι παρ' αὐτοῦ τινὰ ὠφέλειαν. Οὕτω μὲν δὴ οἱ ἀμφὶ Φαρνάβαζον τοὺς Τενεδίους φόβῳ μᾶλλον ἢ ἐθέλοντας παρεστήσαντο. Ἐν δὲ τούτῳ Πρωτέας ὁ Ἀνδρονίκου ἐτύγχανε μὲν ξυναγαγὼν ἐξ Εὐβοίας τε καὶ Πελοποννήσου ναῦς μακρὰς, ὑπὸ Ἀντιπάτρου τεταγμένος, ὡς εἶναί τινα ταῖς τε νήσοις φυλακὴν καὶ αὐτῇ τῇ Ἑλλάδι, εἰ (καθάπερ ἐξηγγέλλετο) ἐπιπλέοιεν οἱ βάρβαροι· πυθόμενος δὲ Δατάμην περὶ Σίφνον ὁρμοῦντα [8] δέκα ναυσὶν, αὐτὸς ἔχων πεντεκαίδεκα, νυκτὸς ἀνάγεται ἐπὶ Χαλκίδος τῆς ἐπὶ τῷ Εὐρίπῳ· καὶ προσχὼν ἕωθεν Κύθνῳ τῇ νήσῳ, τὴν μὲν ἡμέραν αὐτοῦ αὐλίζεται, ὡς σαφέστερόν τε διαπυθέσθαι τὰ περὶ τῶν δέκα νεῶν, καὶ ἅμα ἐν νυκτὶ φοβερώτερον προσπεσεῖν τοῖς Φοίνιξιν· ὡς δὲ ἔμαθε σαφῶς τὸν Δατάμην ξὺν ταῖς ναυσὶν ἐν Σίφνῳ ὁρμοῦντα, ἐπιπλεύσας ἔτι νυκτὸς οὔσης [9], ὑπ' αὐτὴν τὴν ἕω [10] καὶ ἀπροσδοκήτοις ἐπιπεσὼν, ὀκτὼ μὲν ναῦς αὐτοῖς ἀνδράσιν ἔλαβε· Δατάμης δὲ μετὰ δυοῖν τριήροιν ἐν τῇ πρώτῃ προσμίξει τῶν ἅμα Πρωτέᾳ νεῶν ὑπεκφυγὼν ἀπεσώθη πρὸς τὸ ἄλλο ναυτικόν.

3 Ἀλέξανδρος δὲ ὡς ἐς Γόρδιον παρῆλθε, πόθος λαμβάνει αὐτὸν ἀνελθόντα ἐς τὴν ἄκραν, ἵνα καὶ τὰ βασίλεια ἦν τοῦ Γορδίου [11] καὶ τοῦ παιδὸς αὐ-

pissent, ad Tenedios mittunt, imperantes ut stelas quas Alexandro & Græcis posuerant, tollant, & pacem quam cum Dario per Antalcidam inierant, colant. Tenediorum animi magis quidem erga Alexandrum & Græcos erant propensi; sed (quo tum in statu res ipsorum erant) de salute suâ, nisi se ad Persarum voluntatem aggregarent, desperabant. Siquidem Hegelochus, cui Alexander ut navales copias denuo compararet imperârat, nondum tantas coëgerat, ut sperarent illas brevi tempore adjumento ipsis esse posse. Ita Pharnabazus Tenedios metu potius quam voluntate ad se pertraxit. Dum hæc aguntur, Proteas Andronici filius naves longas ex Eubœâ & Peloponneso Antipatri jussu collegerat, quæ & insulis ipsique adeo Græciæ præsidio alicui essent, si, uti nuntiabatur, barbari classe infestarent. Is quum audisset Datamen cum decem navibus ad Siphnum in statione agere, ipse cum quindecim navibus Chalcidem, ad Euripum sitam, defertur: quumque primâ luce ad Cythnum insulam appulisset, totum ibi diem substitit, ut certius exploratiusque aliquid de decem illarum navium statu cognosceret: eo etiam consilio, ut impetus per noctem factus, plus horroris Phœnicibus incuteret. Postquam vero certior factus est, Datamen cum navibus ad Siphnum in statione esse, noctu inde movens, & sub ipsam auroram hostes nihil tale expectantes adortus, octo ex eis naves milite instructas capit. Datames cum duabus triremibus in primo cum Proteæ navibus conflictu elapsus, ad reliquam classem se recepit. 3 Alexander vero ut Gordium pervenit, conscensâ arce, ubi & Gordii & filii ejus Midæ

7 Προστέτακτο παρ' Ἀλεξάνδρου] In duobus MSS. præpositio non apparebat, sic ut inde approbari videatur vera Arriani manus, quæ restat in Optimo ὑπ' Ἀλεξάνδρου. Sic paulo infra ὑπὸ Ἀντιπάτρου τεταγμένος.

8 Περὶ Σίφνον ὁρμοῦντα] MSS. duo ὁρμοῦν. Videntur accedere propius ad scripturam Optimi παρὰ Σίφνον ὁρμοῦν. Et videtur vulgatum ex inferiori versu huc quoque transductum.

9 Ἔτι νυκτὸς οὔσης] Abest vox postrema ab Optimo codice. An non paulo ante, νυκτὸς ἀνάγεται? & cap. 4. πρώγε τῆς νυκτός. IV, 30 νυκτὸς ὡς ἱκανοὶ διασκεδάσοντας. Polyb. III, 101 ἔτι νυκτὸς ἐξαποστείλας.

10 Ὑπ' αὐτὴν τὴν ἕω] Præclarus ille Florentinus ἐπ' αὐτὴν τὴν ἕω. Quid opus fuit id contaminare? Sicut enim illud in suo sensu nequit improbari, ita certe nequit hoc posterius, & quidem in loco, qui præsto est, *ad ipsam auroram, ad primam auroræ exortum.* Quin decidit ipse Arrianus III, 18. ὡς τε ἔλαβεν ἐπὶ τὴν ἕω ἐπιστὰς τῷ στρατοπέδῳ. Polybius III, 83. τῆς ἡμέρας ἐπιγενομένης ἤδη, ἐπὶ τὴν ἑωθινὴν ἔχει τὴν πρωτοπορείαν. Auctor Actorum Apostol. 3, 1. ἀνέβαινον εἰς τὸ ἱερὸν ἐπὶ τὴν ὥραν τῆς προσευχῆς τὴν ἐννάτην.

11 Ἵνα καὶ τὰ βασίλεια ἦν τοῦ Γορδίου] An erant tunc adhuc illic conspicuæ istæ regiæ? Plane dicit Vulcanius interpres, *ubi Gordii regia erat*, & patitur nuperus. Quam diverso judicio? Nam quum lib. præc. cap. 18 verba Arriani οὗ τὰ Λυδῶν βασίλεια, vertisset Vulcanius, *ubi Lydorum regia erat*, ille ipse & correxit in versione aliena *fuerat*, & animadversionem ponit, sic se maluisse, quam in præsenti *est*. False & vane. Etenim non ex ipso est illud malle, sed ex Freinshemio in Supplem. II, 6, 14, quem tamen male sequitur. Nam ille quidem scribit, *ubi vetus Lydorum regia fuerat*, & vero id quidem. Sed tamen adhuc tempore illo eras istic τῷ στρατεύσαντι ἐπὶ Θυλαίους τοῦτο οἰκητήριον ἀποδεδειγμένον, ut ait in Laconicis Pausanias. An id non potest dici τὰ βασίλεια? At vero in hoc loco cur non loquitur? an quia Freinshemium non habet sibi id oggerentem? At habebat plane Curtium III, 1, 12 *quondam nobilem Midæ regiam.* Sed mitius agamus cum Vulcanio: nam & illum scivisse hæc credimus, & is paulo laxius illud *erat* accipit. Nam sic cap. 4. *Ad castra Cyri, qui cum Xenophonte erat.* Sic lib. III, 25 Zeudracarta dicit Arrianus, ἵνα καὶ τὰ βασίλεια τοῖς Ὑρκανίοις ἦν. Vulcanius *ubi regia erat.* Et lib. VI, 2 ἵναπερ τὰ Σωπείθου βασίλεια ἦν, *ad Sopithi regiam.*

αὐτοῦ Μίδου) τὴν ἅμαξαν ἰδεῖν τὴν Γορδίου, καὶ τοῦ ζυγοῦ τῆς ἁμάξης τὸν δεσμόν. Λόγος δὲ περὶ τῆς ἁμάξης ἐκείνης παρὰ τοῖς προσχώροις πολὺς κατεῖχε, Γόρδιον εἶναι τῶν πάλαι Φρυγῶν ἄνδρα πένητα, καὶ ὀλίγην εἶναι αὐτῷ γῆν ἐργάζεσθαι, καὶ ζεύγη βοῶν δύο· καὶ τῷ μὲν ἀροτριᾶν, τῷ δὲ ἁμαξεύειν τὸν Γόρδιον. Καί ποτε ἀροῦντος αὐτοῦ ἐπιστῆναι ἐπὶ τὸν ζυγὸν ἀετόν, καὶ ἐπιμεῖναι ἔστε ἐπὶ βουλυτὸν καθήμενον· τὸν δὲ ἐκπλαγέντα τῇ ὄψει, ἰέναι κοινώσοντα ὑπὲρ τοῦ θείου παρὰ τοὺς Τελμισσέας τοὺς μάντεις[12]. εἶναι γὰρ τοὺς Τελμισσέας σοφοὺς τὰ θεῖα ἐξηγεῖσθαι, καὶ σφίσιν ἀπὸ γένους δεδόσθαι αὐτοῖς καὶ γυναιξὶ καὶ παισὶ τὴν μαντείαν· προσάγοντα δὲ κώμῃ τινὶ τῶν Τελμισσέων, ἐντυχεῖν παρθένῳ ὑδρευομένῃ, καὶ πρὸς ταύτην εἰπεῖν ὅπως οἱ τὸ τοῦ ἀετοῦ ἔσχε. Τὴν δὲ (εἶναι γὰρ καὶ αὐτὴν τοῦ μαντικοῦ γένους) θύειν κελεῦσαι τῷ Διὶ τῷ βασιλεῖ, ἐπανελθόντα εἰς τὸν τόπον αὐτόν[13]. Καὶ δεηθῆναι γὰρ αὐτῆς Γόρδιον, τὴν θυσίαν ξυνεπισπομένην οἱ αὐτὴν ἐξηγήσασθαι, θῦσαί τε, ὅπως ἐκείνη ὑπετίθετο, τὸν Γόρδιον, καὶ ξυγγενέσθαι ἐπὶ γάμῳ τῇ παιδί, καὶ γενέσθαι αὐτοῖν παῖδα Μίδαν ὄνομα. Ἤδη τε ἄν-

dæ regia erat, cepit illum cupiditas videndi currum Gordii, & nodum qui in illius currus jugo esse ferebatur. Multus enim erat apud finitimos eo de curru sermo. Gordium fuisse quendam ex veteribus Phrygibus hominem tenuis fortunæ, exiguum agrum colentem, & paria boum duo, quorum altero ad arationem, altero ad vecturam uteretur: eo aliquando arante, aquilam in jugo consedisse, ibique in vesperam usque constitisse. Gordium spectaculo attonitum, Telmissenses vates communicandæ rei causâ adiisse. (esse enim Telmissenses peritissimos prodigiorum interpretes, & vaticinandi scientiam ipsis pariter atque uxoribus & liberis ab ortu insitam esse) quumque ad vicum quendam venisset, juvenculæ cuipiam fontem adeunti obviam venisse, eique, quid sibi evenisset, narrasse. Hanc vero, quod & ipsa ex vatum progenie esset, ut ipsorum oppidum repetens Jovi regi sacrificaret, jussisse. Gordium contra ut ipsum comitaretur, & sacrificii modum rationemque doceret, eam rogasse. Illum à puellâ edoctum, conjugem sibi eam cepisse, puerumque ex iis procreatum, Midam nomine. Qui quum jam

12 *Τελμισσέας τοὺς μάντεις*] Quum in hac historia diceret Justinus *augures vicinæ urbis*, & Is. Vossius argute potius quam vere præfatus nihil minus quam vicinam hanc urbem fuisse Phrygiæ, omnino scribere se notasset *ad augures Telmissinæ urbis*, arripit hoc velut suscitabulum ingenii sui noster nuperus; sed ne quid Vossio propterea deberet, pro insolentiâ negligendi literarum apices substituit *Telmissi urbis*, idque firmari ait ab Arriano, qui Telmissensium vatum meminit, & puellæ, quæ ex vatum progenie, & oppidi, in quo Jovi sacrificari jusserit; ac denique imitatione Vossii cansatur situm. Hæc sunt illa acria vincula, quibus nuper vidi commotos etiam novissimæ Justini editioni præfectos horum Castorum acumen inseruisse aliorum omnium notis, velut conferens ad istius epitomæ vel explicationem vel ornatum vel emendationem. Sed si recte putamus, sunt vana & fucata omnia. Non enim quia Arrianus meminit & vatum istorum & puellæ & vici, ideo firmare quidquam videri potest, quomodo scripserit Justinus; nec quia iste aliquid nominat, ideo etiam Justinus nominavit. Plane id colligi salvo judicio nequit. Porro quum Justinus ait Gordium consuluisse augures vicinæ urbis, non innuit Telmissum fuisse urbem vicinam Gordio urbi & isti parti Phrygiæ; non sane: sed hactenus vicinam esse, ut fuerit proxima urbs, in qua habitaverint celebres & periti augures. Innuit non fuisse aliam urbem æque propinquam & augurii intelligentia claram, in qua essent tam sagaces conjectores. Id quod verum est, & satis apparet ex historia Crœsi, qui etiam stupens ad *τέρας* illud colubrinum cum equis misisse *θεοπρόπους ἐς τοὺς ἐξηγητὰς Τελμισσέας* dicitur ab Herodoto, tum ob celebritatem, tum quia etiam vicini maxime erant, quod cogebatur in illo ancipiti tempore. Accedit jam ex narratione Arriani, quod urbem Telmissum non intraverit Gordius, sed *κώμην τινὰ τῶν Τελμισσέων*, atque adeo ipse dictaret Justinum scripsisse *regionis*, si tam vilem serram reciprocari placeret. Et qualia, quæso, sunt hominum ingenia? Alii hoc loco pari nequeunt ab Justino Telmissum vocari vicinam urbem Phrygiæ (quod tamen cum fecisse sanctitas & conspiratio tot MSStorum codicum satis adseverat quocunque respectu) quum alii, nihilo majoris illi centussis, in Hygin. fabula LXXVIII velint scribi Helenam complures *ex vicinis regibus* vel *ex vicinis civitatibus* vel denique *vicinitatibus* in conjugium procos petere, quum inter illos procos sint & Thessali & Bœoti & Athenienses. An si hi sunt dicendi vicini Spartæ, Gordio vicina nequit dici Telmissos? Sed recte & Hyginus dixit *ex civitatibus* & Justinus *augures vicinæ urbis*. Sed & alterum quod adjungit Vossius, frustra eum in admirationem rapuit. Scribit enim rogans: *Cum enim supra dixerit, & nos etiam ex aliis ostenderimus, Midan cum Phrygibus ex Europa in Asiam trajecisse; quomodo pater ejus Gordius in Phrygia Asiatica regnare poterit?* Scivit quidem, sed tunc non cogitavit vir doctus diversos fuisse Midas, ut patet ex historia ipsa & Chronologia. Historia dicit Midam alterum in Asiam intulisse Phrygum nomen, quum Phrygia jam vocaretur tempore Gordii, qui pater Midæ alterius apud Justinum. Conon duos fabulose confundit. Primus enim Bacchi tempore vixit, cujus etiam legitur fuisse hospes. Secundus æqualis Orphei & Carani, à quo pulsus videtur transiisse in Asiam. Tertius filius Gordii. Quin etiam dubito, an non quum scribit auctor noster *κατὰ τοὺς Τελμισσέας τοὺς μάντεις*, sic loqui voluerit ad differentiam ab aliis Telmissensibus, quos alii vocarunt Termissenses, in primordiis Pisidiæ. Quid illi agent Suetonio in Calig. c. 9 dicenti milites in castris apud Aram Ubiorum non prius destitisse ab seditione, quam animadvertissent Cajum in proximam civitatem demandari. Quæ illa proxima civitas? Docet Tacitus Treviros. An hæc igitur proxima illi Aræ civitas?

13 *Ἐπανελθόντα εἰς τὸν τόπον αὐτόν*] *Ipsorum oppidum repetens.* Quomodo id repeteret quod nunquam intrarat? Dein ubi in Græcis oppidi mentio? Varie considerari potest locus vel legendo *αὐτῶν*, nempe ipsorum trium; vel conjici posset *αὐτοῦ locum suum*, quod clarum est; vel denique, si duobus MSS. adhærere placet, *αὐτὸν*, idque prætulerim, *eundem locum repetens*, nempe ubi aquila insederat jugo plaustri. Sane & Facius, *uti eodem reverteretur*.

Nodii Gordii solutio.

ἄνδρα εἶναι τὸν Μίδαν καλὸν καὶ γενναῖον· καὶ ἐν τούτῳ στάσει πιέζεσθαι ἐν σφίσι τοὺς Φρύγας, καὶ γενέσθαι αὐτοῖς χρησμὸν, ὅτι ἅμαξα ἄξει αὐτοῖς βασιλέα, καὶ ὅτι οὗτος αὐτοῖς καταπαύσει τὴν στάσιν. ἔτι δὲ περὶ αὐτῶν τούτων βουλευομένοις ἐλθεῖν τὸν Μίδαν ὁμοῦ τῷ πατρὶ καὶ τῇ μητρὶ, καὶ ἐπιστῆναι τῇ ἐκκλησίᾳ αὐτῇ ἁμάξῃ[14]. τοὺς δὲ, ξυμβαλόντας τὸ μαντεῖον, τοῦτον ἐκεῖνον γνῶναι ὄντα, ὅντινα ὁ θεὸς αὐτοῖς ἔφραζεν ὅτι ἄξει ἡ ἅμαξα· καὶ καταστῆσαι μὲν αὐτοὺς βασιλέα τὸν Μίδαν. Μίδαν δὲ αὐτοῖς τὴν στάσιν καταπαῦσαι, καὶ τὴν ἅμαξαν τοῦ πατρὸς ἐν τῇ ἄκρᾳ ἀναθεῖναι χαριστήρια τῷ Διὶ τῷ βασιλεῖ, ἐπὶ τῇ τοῦ ἀετοῦ πομπῇ. πρὸς δὲ δὴ τούτοις, καὶ τόδε περὶ τῆς ἁμάξης ἐμυθεύετο· ὅστις λύσειε τοῦ ζυγοῦ τῆς ἁμάξης τὸν δεσμὸν, τοῦτον χρῆναι ἄρξαι τῆς Ἀσίας. Ἦν δὲ ὁ δεσμὸς ἐκ φλοιοῦ κρανείας, καὶ τούτου οὔτε τέλος οὔτε ἀρχὴ ἐφαίνετο. Ἀλέξανδρος δὲ ὡς ἀπόρως μὲν εἶχεν ἐξευρεῖν λύσιν τοῦ δεσμοῦ, ἄλυτον δὲ περιϊδεῖν οὐκ ἤθελε, μή τινα καὶ τοῦτο ἐς τοὺς πολλοὺς κίνησιν ἐργάσηται, οἱ μὲν λέγουσιν ὅτι παίσας τῷ ξίφει διέκοψε τὸν δεσμὸν, καὶ λελύσθαι ἔφη. Ἀριστόβουλος δὲ λέγει, ἐξελόντα τὸν ἕστορα τοῦ ῥυμοῦ, ὃς ἦν τύλος διαβεβλημένος διὰ τοῦ ῥυμοῦ διαμπὰξ, ξυνέχων τὸν δεσμὸν, ἐξελκύσαι ἔξω τοῦ ῥυμοῦ τὸ ζυγόν. Ὅπως μὲν δὴ ἐπράχθη τὰ ἀμφὶ τῷ δεσμῷ τούτῳ Ἀλεξάνδρῳ, οὐκ ἔχω ἰσχυρίσασθαι. Ἀπηλλάγη δ' οὖν ἀπὸ τῆς ἁμάξης αὐτός τε καὶ οἱ ἀμφ' αὐτὸν, ὡς τοῦ λογίου τοῦ ἐπὶ τῇ λύσει τοῦ δεσμοῦ ξυμβεβηκότος. Καὶ γὰρ καὶ τῆς νυκτὸς ἐκείνης βρονταί τε καὶ σέλας ἐξ οὐρανοῦ ἐπεσήμηναν· καὶ ἐπὶ τούτοις ἔθυε τῇ ὑστεραίᾳ Ἀλέξανδρος τοῖς φήνασι θεοῖς τά τε σημεῖα, καὶ τοῦ δεσμοῦ τὴν λύσιν. 4 Αὐτὸς δὲ τῇ ὑστεραίᾳ ἐπ' Ἀγκύρας τῆς Γαλατικῆς ἐστέλλετο, κἀκεῖ αὐτῷ πρεσβεία ἀφικνεῖται Παφλαγόνων, τό, τε ἔθνος ἐνδιδόντων, καὶ ἐς ὁμολογίαν ξυμβαινόντων. ἐς δὲ τὴν χώραν ξὺν τῇ δυνάμει μὴ ἐσβαλεῖν ἐδέοντο. τού-

jam in virum formâ virtuteque præstantem evasisset, Phrygas interea gravi inter se seditione laborasse, eosque oraculo monitos fuisse, currum iis regem advecturum esse qui seditionem tolleret. His vero adhuc hisce de rebus inter se consultantibus, venisse Midam una cum patre ac matre, ipsumque cum plaustro repente exstitisse in conspectu concilii. Illos, vaticinium interpretatos, hunc videlicet esse illum quem Deus monuerat curru advehendum esse, & ipsos regem creaturos Midam. Hunc itaque seditionem sedasse, paternumque currum Jovi regi, pro aquilâ missâ, gratiarum loco in arce suspensum consecrasse. Adhæc illud etiam de curru ferebatur: quicunque jugi quod in curru erat nexum solvisset, illum Asiæ imperio potiturum. Erat autem is nexus ex corni arboris libro, qui unde inciperet, quove se conderet, visu percipi non poterat. Alexander quum nullam plane solvendi nexus rationem inveniret, insolutum tamen prætermittere nollet, ne id motum aliquem in multorum animis excitaret, sunt qui dicant illum ensis ictu vinculum discidisse, & solutum esse dixisse. Aristobulus vero autor est, Alexandrum exemto paxillo temonis (erat is clavus ligneus per medium temonem trajectus, cui vinculum adstrictum erat) jugum temoni detraxisse. Equidem, quomodo nodus ille ab Alexandro solutus fuerit, affirmare non ausim. Ipse certe & qui cum eo erant ita à curru discesserunt, perinde ac si vaticinium de solutione nexus impletum esset. Quod quidem & tonitrua & fulgura eâ nocte excitata satis declarârunt: eâque de causâ postero die diis sacrificavit, tum ob prodigia edita, tum ob rationem solvendi nodi ostensam. Alexander postridie Ancyram Galatiæ urbem profectus est. 4 Eo loci Paphlagonum legati ad eum venerunt, qui provinciam dedant, & fœdus ineant: unum hoc orantes, ne exercitus fines suos intret. His Alexander, ut Calæ Phry-

14 Ἐπιστῆναι τῇ ἐκκλησίᾳ αὐτῇ ἁμάξῃ] Vulc. *concilium Telmissensium adiisse*, insigni nec excusando errore. Quid enim opus erat immittere vocem Latinis, quæ nulla est in Græcis. Non hic agitur de concilio Telmissensium, sed Phrygum, quibus etiamnum vel ob seditionem vel ob oraculi responsum congregatis adest Gordius. Facius, *seque in concilium ita ut erat in curru exhibuisse.* Hic quum sit lapsus fœdissimus; tum miror, cur Cl. Jo. Schefferus lib. 11 Rei Vehic. cap. 19 duobus locis Vulcanii versionem reprehendat, quod ἅμαξαν *currum* verterit, quum tamen ipse videat elidi posse reprehensionem suam, si currus de vehiculo quocunque ac sic plaustro accipiatur. Denique nostra hæc verba exponere se ita dicit, *cumque plaustro substitisse apud congregatos.* Nam & cæteros duos insedisse, nec id concilium adisse, verum ibi substitisse, forsitan ut se cum suis jumentisque reficeret: hoc enim velle τὸ ἐπιστῆναι. Miror nihil addi, quos congregatos ipse intellexerit, & an Telmissenses Vulcanio concesserit. Quid autem audio? locus congregationi procerum apud Phrygas destinatus, simul inserviit reficiendis jumentis, & quidem eodem tempore, quo congregati erant? Id profecto nimis Phrygium. Non id vult verbum ἐπιστῆναι, quod toties apud sacræ scripturæ auctores sumitur pro subito advenire, adesse, apparere, & tali modo nunc quoque sumitur. Quum essent in loco aperto congregati Phryges, accessit versus locum eum in plaustro Gordius cum uxore & Mida. Plutarch. in ἐρωτικοῖς λογ. 773. duo Spartani τῷ θεῷ χρησάμενοι περὶ ὧν ἐδέοντο, πάλιν ἐπανήεσαν οἴκαδε, καὶ χωροῦντες διὰ τῆς Βοιωτίας, ἐπέστησαν πάλιν τῇ τοῦ Σκεδάσου οἰκίᾳ. Sic apud Achillem Tat. lib. 1 p. 55 Leucippe cum Clio λαθοῦσα καὶ ἐπιστᾶσα τῷ ταφῷ κατ' αὐτόν. Etiam Ælian. 11 Var. 10 Ἐπιστάντα τὸν Τιμόθεον τοῦ Κότυος. Et passim: sed hæc sufficiunt ad non adsentiendum Pricæo divinis apparitionibus id verbum adstringenti. Mox prave edebatur καταπαύσειν.

Τούτοις μὲν δὴ προστάσσει Ἀλέξανδρος ὑπακούειν Κάλα καὶ σατράπῃ τῆς Φρυγίας. Αὐτὸς δὲ ἐπὶ τῆς Καππαδοκίας ἐλάσας, ξύμπασαν τὴν ἐντὸς Ἅλυος ποταμοῦ προσηγάγετο, καὶ ἔτι ὑπὲρ τὸν Ἅλυν πολλήν· καταστήσας δὲ Καππαδοκῶν Σαβίκταν[15] σατράπην, αὐτὸς προῆγεν ἐπὶ τὰς πύλας τῆς Κιλικίας. Καὶ ἀφικόμενος ἐπὶ τὸ Κύρου τοῦ ξὺν Ξενοφῶντι στρατόπεδον, ὡς κατεχομένας τὰς πύλας φυλακαῖς ἰσχυραῖς εἶδε, Παρμενίωνα μὲν αὐτοῦ καταλείπει σὺν ταῖς τάξεσι τῶν πεζῶν, ὅσοι βαρύτερον ὡπλισμένοι ἦσαν· αὐτὸς δὲ ἀμφὶ πρώτην φυλακὴν ἀναλαβὼν τούς τε ὑπασπιστὰς καὶ τοὺς τοξότας καὶ τοὺς Ἀγριᾶνας, προῆγε τῆς νυκτὸς ἐπὶ τὰς πύλας, ὡς οὐ προσδεχομένοις τοῖς φύλαξιν ἐπιπεσεῖν. Καὶ προσάγων μὲν οὐκ ἔλαθεν, ἐς ἴσον δὲ αὐτῷ κατέστη ἡ τόλμα[16]. Οἱ γὰρ φύλακες αἰσθόμενοι Ἀλέξανδρον αὐτὸν προσάγοντα, λιπόντες τὴν φυλακήν, ᾤχοντο φεύγοντες. Τῇ δ' ὑστεραίᾳ ἅμα τῇ ἕῳ ξὺν τῇ δυνάμει πάσῃ ὑπερβαλὼν τὰς πύλας, κατέβαινεν ἐς τὴν Κιλικίαν. Καὶ ἐνταῦθα ἀγγέλλεται αὐτῷ Ἀρσάμης, ὅτι πρόσθεν μὲν ἐπενόει διασώζειν Πέρσαις τὴν Ταρσόν, ὡς δὲ ὑπερβεβληκότα ἤδη τὰς πύλας ἐπύθετο Ἀλέξανδρον, ἐκλιπεῖν ἐν νῷ ἔχει τὴν πόλιν. Δεδιέναι οὖν τοὺς Ταρσεῖς μὴ ἐφ' ἁρπαγὴν τραπεὶς, οὕτω τὴν ἀπόλειψιν τῆς Ταρσοῦ ποιήσηται. Ταῦτα ἀκούσας δρόμῳ ἦγεν ἐπὶ τὴν Ταρσὸν τούς τε ἱππέας καὶ τῶν ψιλῶν ὅσοι κουφότατοι. Ὥστε ὁ Ἀρσάμης μαθὼν αὐτοῦ τὴν ὁρμήν, σπουδῇ φεύγει ἐκ τῆς Ταρσοῦ παρὰ βασιλέα Δαρεῖον, οὐδὲν βλάψας τὴν πόλιν. Ἀλέξανδρος δὲ (ὡς μὲν Ἀριστοβούλῳ λέλεκται) ὑπὸ καμάτου ἐνόσησεν· οἱ δὲ εἰς τὸν Κύδνον ποταμὸν λέγουσι ῥίψαντα νήξασθαι ἐπιθυμή-

Phrygiorum satrapæ pareant, jubet. Inde in Cappadociam movens, omnem quæ cis Halyn fluvium est regionem, & partem multam ejus quæ trans Halyn est, subegit. Sabictan Cappadociæ satrapam statuit, ipse ad angustias aditus qui Ciliciam aperit contendit. quumque ad Cyri, cui Xenophon se conjunxerat, castra venisset, ut Pylas valido præsidio insessas vidit, Parmenionem ibi cum cohortibus peditum, quæ gravioris armaturæ erant, reliquit. Ipse sub primam noctis vigiliam sumtis secum scutatis, & sagittariis atque Agrianis, noctu ad Pylas movit, ut ex improviso præsidium invadat. Neque tamen ita clam ac putabat, hostes adoriri potuit: sed æque feliciter ipsi cessit audacia. Præsidiarii enim cognito Alexandri adventu, deserto præsidio in fugam se conjecerunt. Postero die sub auroram Pylas cum universo exercitu transgressus, in Ciliciam descendit. Hîc ei nuntiatum est, Arsamen qui initio Tarsum in Persarum potestate conservare statuerat, postquam audisset Alexandrum jam Pylas transgressum esse, de urbe deserendâ cogitare. Tarsenses autem vereri, ne direptâ urbe, ita demum Tarsum desereret. Quo cognito, Alexander summâ festinatione Tarsum petit, equites & levis expeditæque armaturæ pedites secum ducens. De cujus adventu Arsames certior factus confestim ex Tarso ad Darium regem fugit, nullo damno urbi illato. Alexander, ut Aristobulus refert, præ nimio labore in morbum incidit. Alii tradunt illum, vehementius sudantem atque æstuantem

15 Σαβίκταν] Notanda est varietas Freinshemii, qui quum in Curtianis Notis III, 4, 1 dixisset Abistamenem Curtii esse Arriani Sabictam, in Indice eum, qui Arriano IV, 18 dicitur Stamenes, forte esse Abistamenem Curtii scribit, quæ indecenter vaga sunt. Verissimum est prius, nempe eum quem libro III cap. 4 nominat Curtius, esse eundem, quem hic sub vocabulo Sabictæ innuit Arrianus; & id utique esse Macedonicum evincit vel sola terminatio. An vero Curtius dixerit eundem Abistamenem, id vero posset vocari in dubium. Verba Curtii sunt: *Interea Alexander Abistamene Cappadociæ præposito, Ciliciam petens, cum omnibus copiis regionem, quæ castra Cyri appellatur, pervenerat.* Hæc plane conveniunt cum Arriani narratione. Nisi quod Curtius sequenti periodo male somniet de Cyro majore, ut ab aliis notatum est. Ex quo repentino in Ciliciam transitu, non videtur Alexander Cappadociam prope Pontum peragrasse, sed potius ejus mediterranea, quibus annexa erat Cilicia. Itaque & Freinshemius intellexit, quum videret in duabus sequutis Darii pugnis inter Persicos numerari Cappadocas. Nimirum scribit Curtius convenientia temporibus, quæ tractat. Inde ego semper judicavi Curtium reliquisse. *Interea Abicta magna Cappadocia* &c. Nam Persæ Cappadociam divisam habuerunt in duas satrapias, & quum postea successores Alexandri exciperent, hi quoque regna duo inde effecerunt; ita ut id Cappadociæ regnum, quod erat versus Euxinum, vocaverint Pontum vel **Καππαδοκίαν πρὸς τῷ Πόντῳ**, alterum vero proxime Ciliciam dixerint vel **Καππαδοκίαν πρὸς τῷ Ταύρῳ** vel *μεγάλην Καππαδοκίαν*. Quæ præclare huc congruunt, & videri possunt apud Strabonem lib. XII p. 534. Videtur autem is, qui perhibetur ab Arriano **Σαβίκτας**, ab iis, quos sequutus fuit Curtius, **Ἀβίκτας** appellatus, aut prima litera Σ non fuisse in exemplaribus expressa, quod utrumque accidit sæpius. Nec abludit hinc nomen Macedonicum Σίππας, quod occurrit in Diodori Siculi lib. XVIII cap. 12.

16 *Ἐς ἴσον δὲ αὐτῷ κατέστη ἡ τόλμα*] Non bene exprimunt interpretes. Vulcanius: *sed æque feliciter ipsi cessit audacia.* Atqui si audacia æque feliciter cessit, ac spes latendi, sane male cessit, quod falsum est: non enim latuit. Facius, *sed prospere cessit audacia.* Quod non est satis. Vult dicere, eo ipso, quod deprehensus auderet nihilominus progredi, tantum effecisse, quantum efficere poterat si latuisset. Omne enim, quod destinaverat aut optaverat, consequutus est eo solo, quod non dubitaverit se ostendere præsidiariis. Plutarchus Thes. pag. 10. **Τοῖς ἄλλοις δὲ πολίταις ὥσπερ εἰς ἴσον κατέστη, δῆμον μὲν οὐ ταραχθέντα, χρείαν δὲ γενομένην.**

θυμήσαντα τοῦ ὕδατος, ἱδρῶντα καὶ καύματι ἐχόμενον. Ὁ δὲ Κύδνος ῥεῖ διὰ μέσης τῆς πόλεως· οἷα δὲ ἐκ τοῦ Ταύρου ὄρους τῶν πηγῶν οἱ ἀνισχουσῶν, καὶ διὰ χώρου καθαροῦ ῥέων, ψυχρός τέ ἐστι καὶ τὸ ὕδωρ καθαρός[17]· σπασμῷ τε οὖν ἔχεσθαι Ἀλέξανδρον, καὶ θέρμαις ἰσχυραῖς, καὶ ἀγρυπνίᾳ ξυνεχεῖ. Καὶ τοὺς μὲν ἄλλους ἰατροὺς οὐκ οἴεσθαι εἶναι βιώσιμον· Φίλιππον δὲ Ἀκαρνᾶνα ἰατρὸν ξυνόντα Ἀλεξάνδρῳ, καὶ τά τε ἀμφὶ ἰατρικὴν ἐς τὰ μάλιστα πιστευόμενον, καὶ τὰ ἄλλα οὐκ ἀδόκιμον ἐν τῷ στρατῷ ὄντα, καθῆραι ἐθέλειν Ἀλέξανδρον φαρμάκῳ, καὶ τὸν κελεύειν καθῆραι, τὸν μὲν δὴ παρασκευάζειν τὴν κύλικα· ἐν τούτῳ δὲ Ἀλεξάνδρῳ δοθῆναι ἐπιστολὴν παρὰ Παρμενίωνος, φυλάξασθαι Φίλιππον· ἀκούειν γὰρ διαφθαρῆναι ὑπὸ Δαρείου χρήμασιν, ὥστε φαρμάκῳ ἀποκτεῖναι Ἀλέξανδρον. Τὸν δὲ, ἀναγνόντα τὴν ἐπιστολὴν, καὶ ἔτι μετὰ χεῖρας ἔχοντα, αὐτὸν μὲν λαβεῖν τὴν κύλικα ἐν ᾗ ἦν τὸ φάρμακον· τὴν ἐπιστολὴν δὲ τῷ Φιλίππῳ δοῦναι ἀναγνῶναι. Καὶ ὁμοῦ τόν τε Ἀλέξανδρον πίνειν, καὶ τὸν Φίλιππον ἀναγινώσκειν τὰ παρὰ τοῦ Παρμενίωνος. Φίλιππον δὲ εὐθὺς ἔνδηλον γενέσθαι ὅτι καλῶς οἱ ἔχει τὰ τοῦ φαρμάκου· οὐ γὰρ ἐκπλαγῆναι πρὸς τὴν ἐπιστολὴν, ἀλλὰ τοσόνδε μόνον παρακαλέσαι Ἀλέξανδρον, καὶ ἐς τὰ ἄλλα οἱ πείθεσθαι ὅσα ἐπαγγέλλοιτο. σωθήσεσθαι γὰρ πειθόμενον. καὶ τὸν μὲν καθαρθῆναί τε καὶ ῥαΐσαι αὐτῷ τὸ νόσημα. Φιλίππῳ δὲ ἐπιδεῖξαι ὅτι πιστός ἐστιν αὐτῷ φίλος. καὶ τοῖς ἄλλοις δὲ τοῖς ἀμφ' αὐτὸν, ὅτι αὐτοῖς τε τοῖς φίλοις βέβαιος εἰς τὸ ἀνύποπτον τυγχάνει ὤν, καὶ πρὸς τὸ ἀποθανεῖν ἐρρωμένος. 5 Ἐκ δὲ τούτου, Παρμενίωνα μὲν πέμπει ἐπὶ τὰς ἄλλας πύλας, αἳ δὴ ὁρίζουσι τὴν Κιλίκων τε καὶ Ἀσσυρίων χώραν, προκαταλαβεῖν καὶ φυλάσσειν τὴν πάροδον, δοὺς αὐτῷ τῶν τε ξυμμάχων τοὺς πεζοὺς, καὶ τοὺς Ἕλληνας τοὺς μισθοφόρους, καὶ τοὺς Θρᾷκας ὧν Σιτάλκης ἡγεῖτο, καὶ τοὺς ἱππέας δὲ τοὺς Θετταλούς. Αὐτὸς δὲ ὕστερον ἄρας ἐκ Ταρσοῦ, τῇ μὲν πρώτῃ εἰς Ἀγχίαλον πόλιν ἀφικνεῖται. Ταύτην δὲ Σαρδανάπαλον κτίσαι τὸν Ἀσσύριον λόγος. Καὶ τῷ περιβόλῳ δὲ καὶ τοῖς θεμελίοις τῶν τειχῶν δήλη ἐστὶ μεγάλη τε πόλις κτισθεῖσα, καὶ ἐπὶ μέγα ἐλθοῦσα δυνάμεως. καὶ τὸ μνῆμα τοῦ Σαρδαναπάλου ἐγγὺς ἦν τῶν τειχῶν τῆς Ἀγχιάλου, καὶ αὐτὸς ἐφειστήκει ἐπ' αὐτῷ Σαρδανάπαλος, συμβεβληκὼς τὰς χεῖρας ἀλλήλαις, ὡς μάλιστα ἐς κρότον συμβάλλονται. Καὶ ἐπίγραμμα ἐπεγέγραπτο αὐτῷ, Ἀσσύρια γράμματα. Οἱ μὲν Ἀσσύ-

tem natandi animo sese in Cydnum flumen, quod mediam urbem secat, conjecisse. Ejus fontes quum ex Tauro monte oriantur, & puro solo excipiantur, fit ut unda ejus incorruptissima simulque frigidissima sit: atque hinc Alexandrum spasmo acutâque febri & continuâ vigiliâ correptum fuisse. ac cæteros quidem medicos de vitâ ejus desperasse, Philippum vero Acarnanem medicum, Alexandri comitem, cui in re medicâ potissimum fidebat, quique in exercitu præcipue celeber erat, medicatam potionem adhibere voluisse. Atque interea dum hic adhiberi potionem juberet, ille poculum pararet, literas Alexandro à Parmenione allatas, quibus denuntiabat ut sibi à Philippo caveret. Audisse enim se, Philippum à Dario pecuniâ corruptum ut illum pharmaco interficeret. Alexandrum, perlectis literis, quum adhuc eas manu teneret, poculum in quo erat potio accepisse. Epistolam vero Philippo legendam dedisse: unoque tempore Alexandrum potionem hausisse, & Philippum Parmenionis literas legisse. Philippum vero vultu satis declarasse, bene se sibi de pharmaco conscium esse. Neque enim lectione epistolæ ullam animi perturbationem præ se tulisse: hortatum solummodo fuisse Alexandrum, ut etiam in reliquis quæ præscriberet, suo consilio acquiesceret. Salutem enim, si parêret, recuperaturum. Atque Alexandrum quidem vi morbi levatum fuisse, & Philippo declarasse, quam fidum amicum illum semper habuisset; cæteris etiam qui ipsi aderant, testatum fuisse quam constantem de ipsorum amicitiâ opinionem, citra ullam suspicionem, concepisset, simulque quam fortiter mortem ferret. Post hæc Parmenionem ad 5 præoccupandas alias angustias mittit, quæ Ciliciam ab Assyriâ dividunt, ut transitum tueatur, peditibus auxiliariis ei adjunctis, Græcisque mercenariis ac Thracibus, quibus Sitalces præerat, atque equitibus Thessalis. Ipse postremus ex Tarso subsequutus, primo die ad Anchialon oppidum pervenit. Hoc ferunt Sardanapalum Assyriorum regem condidisse. & quidem circuitus ipse & murorum fundamenta argumento sunt magnam urbem fuisse, & ad summam potentiam pervenisse, & Sardanapali sepulcrum ad ipsa Anchiali mœnia extabat, cui innitebatur Sardanapalus manus collidens, ut in plausibus fieri solet. Inscriptio statuæ addi- tu

17 Καὶ τὸ ὕδωρ καθαρός] Vulcanius *unda incorruptissima*. Mirificum etymon. Livius XLIV, 35 *liquidam multamque fundere aquam* dixit. Dioni Chrysost. pag. 101 ὕδωρ καθαρὸν dicitur ἀπὸ πηγῆς ἐγγὺς ἀναβλύζον. Ἀρέθουσα διαυγέστατη ἐστὶ καὶ διὰ καθαροῦ ἀναβλύζει, apud Lucianum ait Alpheus tom. 1 pag. 192. & lib. 2 Veræ hist. ἐκδίδομαι διὰ καθαροῦ καὶ διαυγοῦς ὕδατος.

Ἀσσύριοι ϰ μέτρον ἔφασκον ἐπεῖναι τῷ ἐπιγράμματι. Ὁ δὲ νοῦς ἦν αὐτῷ, ὃν ἔφραζε τὰ ἔπη, ὅτι ΣΑΡΔΑΝΑΠΑΛΟΣ Ο ΑΝΑΚΥΝΔΑΡΑΞΟΥ ΠΑΙΣ, ΑΓΧΙΑΛΟΝ ΚΑΙ ΤΑΡΣΟΝ ΕΝ ΗΜΕΡΑΙ ΜΙΑΙ ΕΔΕΙΜΑΤΟ. ΣΥ ΔΕ Ω ΞΕΝΕ, ΕΣΘΙΕ, ΚΑΙ ΠΙΝΕ, ΚΑΙ ΠΑΙΖΕ, ΩΣ ΤΑ ΑΛΛΑ ΤΑ ΑΝΘΡΩΠΙΝΑ ΟΥΚ ΟΝΤΑ ΤΟΥΤΟΥ ΑΞΙΑ· τὸν ψόφον αἰνισσόμενος ὅνπερ αἱ χεῖρες ἐπὶ τῷ κρότῳ ποιοῦσι. Καὶ τὸ ΠΑΙΖΕ, ῥαδιουργότερον ἐγγεγράφθαι [18] ἔφασαν τῷ Ἀσσυρίῳ

ta erat Assyriis literis, cui metrum subesse dicebant. Versuum sententia hæc erat, „ SARDANAPALVS ANACYNDARAXÆ F. ANCHIALON ET TARSON VNO DIE CONDIDIT. TV VERO HOSPES EDE, BIBE, LVDE, QVVM CETERÆ RES HVMANÆ TANTI NON SINT. Plausum significans quem manus collisæ faciunt. Illud vero *Lude*, molliore quodam lascivioreque Assyrio vocabulo expressum ajebant. Ex

18 *Τὸ παῖζε ῥαδιουργότερον ἐγγεγράφθαι*] Vera equidem nec suavis minus est hæc observatio Arriani nostri, regem Ptolemæum & quoscunque scriptores (non enim Aristobulum sequitur, ut mox patebit) sequuti, dum ex significationibus verbi *παίζειν*, quæ sunt perinde diversæ, ac sunt genera *παιδιᾶς*, eam eligit ac nobis indicat, quæ ad lasciviam *αἰσχρᾶς ἀσελγείας* proximam refertur, & ab Scipione *ludus ætatis* appellatur apud Livium lib. XXVIII. Nam inde est, quod id Plutarchus fuerit interpretatus *ἀφροδισίαζε* lib. II de fortuna Alexandri; alii vero apud Suidam *ὄχευε*, ut ex eo notavit Barn. Brissonius lib. I de regno Persarum prope finem. Neque absonum est, quod notatur à viris doctis Evangelistam Lucam respexisse idem in referenda parabola de homine divite XII, 19 dicente sibi *ἀναπαύου, φάγε, πίε, εὐφραίνου*, quum eodem ordine dicat Arrianus *ἔσθιε, πῖνε ϰ συνουσίαζε* in Epictet. II, 20. Venustior omnibus interpretatio auctoris nostri, prout notant Parœmiographi in *Ἀνδρὸς οὐ μεσοπορφύρου παίζειν*, unde transiit ad Romanos jam Livii poetæ tempore, cujus fragmentum est in Festo *Adsatim edi, bibi, lusi*, quod non neglexit Scaliger in Notis, & post eum certatim monstrarunt alii, etiam Nic. Heinsius ad Heroidas in Epistola Helenæ, ubi nescio quod *παιδίζειν* lego. Sed & ex Asia Anacreon ode XI *ὡς τῷ γέροντι μᾶλλον Πρέπει τὸ τερπνὰ παίζειν, Ὅσῳ πέλας τὰ μοίρης*. Nam certe Orientale aliquid & ex media Asia peritum in eo verbo residere noscet, qui legerit notam Cl. Drusii satis doctam ad Genesin XXVI, 8. Quod autem Græci consentiunt in versione Assyrii sermonis, qua dicitur Sardanapalus *ἡμέρᾳ μιᾷ δεῖμαι* illas urbes, credere id Græcis sane possumus, ut tanto plus mirentur. Nihilominus fieri potuisset, ut decepti fuerint ratione linguæ Asiaticæ, in qua persæpe id quod Græci *ἡμέραν* dicunt, non diem unum XXIV horarum notat, sed longius & minus definitum spatium, ut sic Anchialus ac Tarsus indicari possent uno eodemque ferme tempore ædificatæ. Quin etiam nescio, cur placuerit Casaubono scribere ad Strabonis paginam DCLXXI hanc inscriptionem exstare & apud Arrianum ex eodem Clitarcho relatam. Non habemus scripta Clitarchi, & Athenæus narraturus hanc *ἐπιγραφὴν* non citat Clitarchum, sed quum aliud aliquid de morte Sardanapali citavisset, subjungit; *Ἀριστόβουλος δὲ . . . φησι*, ut nec Athenæus nec Arrianus eam descripserint ex Clitarcho. Quin etiam si Athenæus descripsisset ex Clitarcho, tamen palam esset Arrianum ex Clitarcho non descripsisse. Non enim descripsit Arrianus ex eodem, ex quo Athenæus. Scriberent enim tunc ad eandem sententiam. Verum Athenæus ex Aristobulo describens refert ejus statuæ typum fuisse *συμβεβληκότος τοὺς τῆς δεξιᾶς χειρὸς δακτύλους ὡς ἐπικροτοῦντα*. Ad eundem modum ex Aristobulo descripsit Strabo. Atqui Arrianus dicit stetisse *συμβεβληκότα τὰς χεῖρας ἀλλήλαις*, quæ schemata sane differunt, ac propterea non ex eodem auctore descripserunt Athenæus & Arrianus, & quum illi testentur plane esse Aristobulum, haud dubie Arrianus Ptolemæum sequutus fuit. Ne dicam ab illis vocari Anchialen, ab nostro Anchialum. Et tamen Andr. Schottus ad Vaticanam Appendicem Proverbiorum putari à Charilo compositum epitaphium scribit ex Strabone XII & XIV; & Athenæo lib. VIII & hoc loco Arriani & Scholiaste Aristophanis. Omnino festinanter; etiam male interpretes taxans de complosione manuum, qui sequi debent suos auctores. Quanquam verius putem, quod illi scribunt, & non duabus manibus plausum fecisse, sed potius digitorum unius manus ad pollicem pressione sibilum tenuem indicasse, ut vulgo solet fieri, ostendendæ vilitatis gratia. Ita sane ratiocinatur quoque Ludov. Cresollius lib. III Theat. Rhetor. cap. 20. Id tum una manu fieri potuit, tum gemina erecta & extenta in quemcunque modum. Quod quidem videntur velle verba cujuscunque auctoris antiqui apud Suidam, & auctorem Appendicis Vaticanæ, *ὑπὲρ τῆς κεφαλῆς ἔχων τὰς χεῖρας πεποίηται, ὡς τι ἀποπαλαμῶν τοῖς δακτύλοις*, quod dicit esse Callisthenis. Alioquin mirifice surdus ille *κρότος* digitorum utriusque manus supra caput, qui palmis concussis excitari solet. Sed etiam miror, quid Casaubono in mentem venerit scribenti ad Strabonis DCLXXII paginam ab Arriano hanc interpretationem (nempe vocis ΤΟΥΤΟΥ in epigraphe) non esse adjectam, quum plane dicat Arrianus vocem *τοῦτο αἰνίττεσθαι τὸν ψόφον ὃν αἱ χεῖρες ἐπὶ τῷ κρότῳ ποιοῦσι*. Denique si potes credere, hujus Sardanapali conspectum mundo reddere laboravit Thesaurus Brandeburgicus ex duobus nummis; quos quum & ipse possideam, & longe alios in eis observare liceat ductus, apponam prout possum assequi.



Ex quibus patet numen aliquod insistere animali, ut animadvertimus crebro. Nec dubito, quin Amanus Deus, more montium. Sed nec in isto animali tam densas jubas licet contemplari, sed plane ut nunc exhibetur. Quod si quæras quale sit, ex jactatione urbis Tarsi non videtur dubitandum, quin exhibeat illam feram, quæ contribuebatur lupis, qui scribente Op-

συρίῳ ὀνόματι. Ἐκ δὲ τῆς Ἀγχιάλου ἐς Σόλους ἀφίκετο, καὶ φρουρὰν ἐπήγαγεν ἐς Σόλους, καὶ ἐπέβαλεν αὐτοῖς τάλαντα διακόσια ἀργυρίου ζημίαν, ὅτι πρὸς τοὺς Πέρσας μᾶλλόν τι τὸν νοῦν εἶχον. Ἔνθεν δὲ ἀναλαβὼν τῶν μὲν πεζῶν τῶν Μακεδόνων τρεῖς τάξεις, τοὺς τοξότας δὲ πάντας καὶ τοὺς Ἀγριᾶνας, ἐξελαύνει ἐπὶ τοὺς τὰ ὄρη κατέχοντας Κίλικας· καὶ ἐν ἑπτὰ ταῖς πάσαις ἡμέραις τοὺς μὲν βίᾳ ἑλὼν, τοὺς δὲ ὁμολογίᾳ παραστησάμενος, ἐπανῆκεν ἐς τοὺς Σόλους· καὶ ἐνταῦθα μανθάνει Πτολεμαῖον καὶ Ἄσανδρον, ὅτι ἐκράτησαν Ὀροντοβάτου τοῦ Πέρσου, ὃς τήν τε ἄκραν τῆς Ἁλικαρνασσοῦ ἐφύλασσε, καὶ Μύνδον, καὶ Καῦνον, καὶ Θήραν, καὶ Καλλίπολιν κατεῖχε. Προσῆκτο δὲ καὶ Κῶ, καὶ Τριόπιον. Τοῦτον ἡττῆσθαι ἔγραφον μάχῃ μεγάλῃ· καὶ ἀποθανεῖν μὲν τῶν ἀμφ᾽ αὐτὸν, πεζοὺς ἐς ἑπτακοσίους, καὶ ἱππέας ἐς πεντήκοντα, ἁλῶναι δὲ οὐκ ἐλάττους τῶν χιλίων. Ἀλέξανδρος δὲ ἐν Σόλοις θύσας τε τῷ Ἀσκληπιῷ, καὶ πομπεύσας αὐτός τε καὶ ἡ στρατιὰ πᾶσα, καὶ λαμπάδα ἐπιτελέσας, καὶ ἀγῶνα διαθεὶς γυμνικὸν καὶ μουσικὸν, Σολεῦσι μὲν δημοκρατεῖσθαι ἔδωκεν, αὐτὸς δὲ ἀναζεύξας εἰς Ταρσὸν, τοὺς μὲν ἱππέας ἀπέστειλε, Φιλώτᾳ δοὺς ἄγειν διὰ τοῦ Ἀληΐου πεδίου ἐπὶ τὸν ποταμὸν τὸν Πύραμον· αὐτὸς δὲ σὺν τοῖς πεζοῖς καὶ τῇ ἴλῃ τῇ βασιλικῇ ἐς Μάγαρσον ἧκε, καὶ τῇ Ἀθηνᾷ τῇ Μαγαρσίδι ἔθυσεν. Ἔνθεν δὲ ἐς Μαλλὸν[19] ἀφίκετο, καὶ Ἀμφιλόχῳ ὅσα ἥρωϊ ἐνήγισε· καὶ στασιάζοντας καταλαβὼν, τὴν στάσιν αὐτοῖς κατέπαυσε· καὶ τοὺς φόρους οὓς βασιλεῖ Δαρείῳ ἀπέφερον, ἀνῆκεν, ὅτι Ἀργείων μὲν Μαλλοὶ ἄποικοι ἦσαν, αὐτὸς δὲ ἀπ᾽ Ἄργους τῶν Ἡρακλειδῶν εἶναι[20] ἠξίου. Ἔτι δὲ ἐν Μαλλῷ 6 ὄντι αὐτῷ ἀγγέλλεται Δαρεῖον ἐν Σώχοις ξὺν τῇ πάσῃ δυνάμει στρατοπεδεύειν. Ὁ δὲ χῶρος οὗτός ἐστι μὲν τῆς Ἀσσυρίας γῆς, ἀπέχει δὲ τῶν πυλῶν τῶν Ἀσσυρίων ἐς δύο μάλιστα σταθμούς. Ἔνθα δὴ ξυναγαγὼν τοὺς ἑταίρους, φράζει αὐτοῖς τὰ ἐξηγγελμένα ὑπὲρ Δαρείου καὶ τῆς στρατιᾶς τῆς Δαρείου. Οἱ δὲ αὐτόθεν, ὡς εἶχον, ἄγειν ἐκέλευον. Ὁ δὲ, τότε μὲν ἐπαινέσας αὐτοὺς, διέλυσε τὸν ξύλλογον, τῇ δὲ ὑστεραίᾳ προῆγεν, ὡς ἐπὶ Δαρεῖόν τε καὶ Πέρσας. Δευτεραῖος

Ex Anchialo ad Solos pervenit, præsidioque urbi imposito, ducenta argenti talenta in mulctam iis imperat, quod propensiore erga Persas animo fuissent. Inde cum tribus Macedonum peditum agminibus, sagittariis omnibus, atque Agrianis, Cilicas qui montes occupaverant adortus, iisque intra septem in universum dies partim vi, partim pactionibus in potestatem suam redactis, Solos rediit. Hic Orontobatem Persam (qui Halicarnassi arcem, & Myndum & Caunum ac Theram & Callipolim tenebat) à Ptolemæo & Asandro victum cognovit. Accesserat ad victoriam & Cos, & Triopium. Hunc magno prælio victum perscribebant, cæsis peditum circiter septingentis, equitum quinquaginta, vivis non infra mille captis. Alexander quum apud Solos Æsculapio sacrificasset, ipseque pariter ac totus exercitus pompam facibus circumgestatis peregisset, ludis etiam gymnicis ac musicis editis, Solensibus democratiam concessit. Ipse Tarsum versus movens (negotio Philotæ dato ut equitatum per Aleïum campum ad Pyramum flumen ducat) cum peditatu & turmâ regiâ Magarsum venit, & Minervæ Magarsidi sacrificavit. Inde Mallum profectus, Amphilocho ut heroï parentavit, quumque cives seditione laborantes offendisset, eâ sedatâ, tributa quæ Dario regi pendere soliti erant, iis remisit, quod Malli Argivorum coloni essent, ipseque ab Heraclidis Argivis oriundum se perhiberet. Quum adhuc apud Mallos esset Alexander, 6 nuncium accipit, Darium cum universo exercitu ad Sochos castra fixisse. Est is Assyriæ locus ab angustiis quæ Assyriam aperiunt bidui itinere dissitus. Convocatis itaque amicis, quæ sibi de Dario ejusque exercitu nuntiata erant exponit: qui quidem inde confestim in eos duci postulabant. Alexander collaudatâ eorum virtute, tum quidem concilium dimisit: postero vero die exercitum in Darium & Persas duxit: quumque

piano lib. III Cynegetic. *Ταύροιο φυλλήεσσιν ὄρεσσιν ἄντρεσιν Εὐιδάων Κιλίκων τε πάγοις καὶ πρῶνας Ἀμανοῦ Καλὸς ἰδεῖν θήρεσσι παρέξοχος, ἐν τε καλοῖσι χεύονται ἀστράπτοντα περιστικτοῖσιν ἐθείραις. Οὐ λύκος, ἀλλὰ λύκου προφερέστατος, αἰνότατος θήρ.*

19 *Ἔνθεν δὲ ἐς Μαλλὸν*] MS. Opt. *ἐνθένδε δὲ*. Deinde quod sequitur *ὅτι Ἀργείων μὲν Μαλλοὶ ἄποικοι*, mirum si ita scripserit Arrianus. Nam MS. Optimus & duo alii legebant *Μαλλωταὶ*, nec aliud hujus urbis gentile memorat Stephanus. Etiam Strabo lib. XIV, ubi hujus historiæ mentionem facit, non nisi *Μαλλώτιδας* dicit in fœminino. Et haud dubie *Μαλλοὶ* homines non sunt nisi in India. Audiveruntne unquam Cratem Mallum? At passim legitur *Κράτης ὁ Μαλλώτης*. Plane tamen non poteris mirari, si in Thesauro Brandeburgico pag. 438 legas [Et Alexander Mallis tributa remisit, quod Argivorum Coloni essent, ipseque ab *Heraclidis Argivis* se oriundum perhiberet] quoniam ista sunt ibi quotidiana.

20 *Ἀπ᾽ Ἄργους τῶν Ἡρακλειδῶν εἶναι*] Vulcanius *ab Heraclidis Argivis oriundum*. Facius *ex Herculis Argivi genere se ortum*. Argivi Heraclidæ multi fuerunt, ab quibus non fuit oriundus Hercules. Multæ ibi familiæ Heraclidarum, ab quibus non descendit iste heros. Una modo stirps per Caranum referebat eum ad Herculem & immiscebat sanguini Heraclidarum. Potuit tamen & Freinshemio placere sic citanti ad Curtium III, 7, 5. Cur ergo non simpliciter malunt *ab Argo oriundus ex Heraclidis* vel *Herculis posteris*?

εραῖος δὲ ὑπερβαλὼν τὰς πύλας, ἐστρατοπέδευσε πρὸς Μυριάνδρῳ πόλει· καὶ τῆς νυκτὸς χειμὼν ἐπιγίγνεται σκληρὸς, καὶ ὕδωρ τε ἐξ οὐρανοῦ καὶ πνεῦμα βίαιον. Τοῦτο κατέσχεν ἐν τῷ στρατοπέδῳ Ἀλέξανδρον. Δαρεῖος δὲ τέως μὲν ξὺν τῇ στρατιᾷ διέτριβεν, ἐπιλεξάμενος τῆς Ἀσσυρίας γῆς πεδίον πάντῃ ἀναπεπταμένον, καὶ τῷ τε πλήθει τῆς στρατιᾶς ἐπιτήδειον, καὶ ἐνιππάσασθαι τῇ ἵππῳ ξύμφορον. Καὶ τοῦτο τὸ χωρίον ξυνεβούλευσεν αὐτῷ μὴ ἀπολείπειν Ἀμύντας ὁ Ἀντιόχου, ὁ παρ' Ἀλεξάνδρου αὐτόμολος. Εἶναι γὰρ τὴν εὐρυχωρίαν πρὸς τοῦ πλήθους τε καὶ τῆς σκευῆς τῶν Περσῶν [21]. Καὶ ἔμενε Δαρεῖος. Ὡς δὲ Ἀλεξάνδρῳ πολλὴ μὲν ἐν Ταρσῷ τριβὴ ἐπὶ τῇ νόσῳ ἐγίγνετο, οὐκ ὀλίγη δὲ ἐν Σόλοις, ἵνα ἔθυέ τε καὶ ἐπόμπευε, καὶ ἐπὶ τοὺς ὀρεινοὺς Κίλικας διέτριψεν ἐξελάσας, τοῦτο ἔσφηλε Δαρεῖον τῆς γνώμης· καὶ αὐτός τε, ὅ τι περ ἥδιστον ἦν δοξάσαι, ἐς τοῦτο οὐκ ἀηδῶς ὑπήχθη· καὶ ὑπὸ τῶν καθ' ἡδονὴν ξυνόντων [22] τε καὶ ξυνεσομένων ἐπὶ κακῷ τοῖς ἀεὶ βασιλεύουσιν ἐπαιρόμενος, ἔγνω μηκέτι Ἀλέξανδρον ἐθέλειν προϊέναι τοῦ πρόσω, ἀλλ' ὀκνεῖν γὰρ, πυνθανόμενον ὅτι αὐτὸς προσάγοι· καταπατήσειν τε τῇ ἵππῳ τῶν Μακεδόνων τὴν στρατιὰν, ἄλλος ἄλλοθεν αὐτῷ ἐπαίροντες ἔλεγον [23]· καίτοιγε Ἀμύντας ἥξειν τε Ἀλέξανδρον ἰσχυρίζετο ὅπου ἂν πύθηται Δαρεῖον ὄντα, καὶ αὐτοῦ προσμένειν ἐκέλευεν. Ἀλλὰ τὰ χείρω μᾶλλον, ὅτι καὶ ἐν τῷ παραυτίκα ἥδιον ἀκοῦσαι ἦν, ἔπειθε· καί τι καὶ δαιμόνιον τυχὸν ἦγεν αὐτὸν εἰς ἐκεῖνον τὸν χῶρον, οὗ μήτε ἐκ τῆς ἵππου πολλὴ ὠφέλεια αὐτῷ ἐγένετο, μήτε ἐκ τοῦ πλήθους αὐτοῦ τῶν τε ἀνθρώπων καὶ τῶν ἀκοντίων τε καὶ τοξευμάτων· μηδὲ τὴν λαμπρότητα αὐτῆς τῆς στρατιᾶς ἐπιδείξασθαι ἐδυνήθη· ἀλλὰ Ἀλεξάνδρῳ τε καὶ τοῖς ἀμφ' αὐτὸν εὐμαρῶς τὴν νίκην παρέδωκεν. Ἐχρῆν γὰρ ἤδη καὶ Πέρσας πρὸς Μακεδόνων ἀφαιρεθῆναι τῆς Ἀσίας τὴν ἀρχὴν, καθάπερ οὖν Μῆδοι μὲν πρὸς Περσῶν ἀφῃρέθησαν, πρὸς 7 Μήδων δὲ ἔτι πρόσθεν Ἀσσύριοι. Ὑπερβαλὼν δὲ

que secundis castris Pylarum angustias superasset, ad Myriandrum urbem castra posuit: eâque nocte ingens orta tempestas, magnaque imbrium ac ventorum vis cælo effusa, Alexandrum in castris continuit. Darius interea cum exercitu castris locum delegerat, Assyriæ campum planum omnique ex parte apertum, qui & magnitudini exercitus maxime commodus esset, & ad ducendum equitatum peropportunus visus fuerat. A quo quidem loco ne recederet, Amyntas Antiochi filius, ab Alexandro transfuga, suaserat. Loci enim amplitudinem, & multitudini Persarum & impedimentis percommodam esse. Et mansit quidem eo loci Darius. Cæterum quum Alexander longiorem moram Tarsi ob ægritudinem faceret, neque minorem Solis, ubi & sacrificârat & ludos fecerat: multum etiam temporis in expeditione adversus Cilicas montanos posuisset: Darium à sententiâ suâ abduxit. neque ægre ad id quod maxime cordi erat credendum pertractus est. Siquidem ab iis qui ad voluptatem tantum loquentes aderant, semperque aderunt regibus, eorum damno, impulsus, Alexandrum ulterius progredi nolle sibi persuaserat, nuntio sui adventus perculsum. Hoc etiam modo ejus animum commoverant, quod Darii equitatum facile universas Macedonum copias proculcaturum dicebant: quantumvis Amyntas Alexandrum, ubicunque is Darium esse audiret, venturum affirmasset: ibique eum opperiri suasisset. Cæterum deterior sententia, quod primo accessu gratior „ auribus accideret, vicit. Ac fortasse Deus „ illum eo loci adduxit, ubi nec equitatus „ magno usui esse posset, ut nec infinita ho„ minum pariter & jaculorum ac telorum „ multitudo, sed nec ipsam quidem exerci„ tus magnificentiam ostendere poterat: sed „ Alexandro facilem omnino victoriam præ„ bebat. Oportebat enim Asiæ imperium „ Persis à Macedonibus adimi, quemadmo„ dum Persæ Medis ac prius Medi Assyriis „ ademerant. Darius, superato monte qui 7 prope

21 Καὶ τῆς σκευῆς τῶν Περσῶν] Sane aliquoties auctor adhibet istud substantivum, sed alia notione, quam hic desideratur, ut VII, 6. Πευκέστας ὁ Περσῶν σατράπης τήν τε σκευῇ καὶ τῇ φωνῇ περσίζων. Et cap. 13 Καὶ πάντας σκευῇ ἀνδρῶν ἱππέων ἐσταλμένας. Et cap. 15 Γνῶναι, ὡς τά τε ὀνόματα καὶ τὰς σκευὰς τότε πρῶτον ὀφθῆναι. Et cap. 29 Ὡς ἐμοί γε καὶ ἡ Περσικὴ σκευὴ σόφισμα εἶναι δοκεῖ. In Indicis cap. 8. Τὴν σκευὴν δὲ οὗτος ὁ Ἡρακλῆς ἐν τοῖσιν ἐφόρει. Adeo valde in arctum redigitur significatio ejus vocis ab Arriano, ut modo notet habitum ornatumque corporis in uno vel pluribus, quum hoc loco longe aliter laxiusque notet omnem apparatum bellicum, qui vel in multitudine virorum militarium vel in comitatu instrumentorum & commeatuum solet contineri. Hinc vide, an non Arriani manus ipsa fuerit, quam nobis præbet MS. Optimus τῆς ἱππικῆς.

22 Ὑπὸ τῶν καθ' ἡδονὴν ξυνόντων] Recte facies, si consulueris Cl. Freinshemium ad Curtii librum VIII cap. 5 n. 6. Ita enim deprehendes rationem hujus versionis. Est autem ingenua hæc & mire libera prope Romanam aulam monitio Arriani nostri, in qua exemplum ejus præbere videtur Tacitus lib. XIV annal. 13. *Deterrimus quisque, quorum non alia regia fœcundior fuit, invisum Agrippinæ nomen & morte ejus accensum populi favorem differunt.* Et Josephus exemplum ejus videtur voluisse tradere in Euthycle Spartano insinuante in aulam Herodis lib. I ἁλώσεως c. 17.

23 Ἐπαίροντες ἔλεγον] MSS. etiam Opt. etiam Augustanus à Vulcanio inspectus, etiam Basileensis editio ἐπέλεγον. Ita ἐπειπεῖν infra videbimus.

διὰ τοῦ ὄρους Δαρεῖος τοῦ κατὰ τὰς Πύλας τὰς Ἀμανικὰς καλουμένας, ὡς ἐπὶ Ἰσσὸν προῆγε, καὶ ἐγένετο κατόπιν Ἀλεξάνδρου λαθών[24]. Τὴν δὲ Ἰσσὸν κατασχών, ὅσους διὰ νόσον ὑπολελειμμένους αὐτοῦ τῶν Μακεδόνων κατέλαβε, τούτους χαλεπῶς αἰκισάμενος ἀπέκτεινεν· ἐς δὲ τὴν ὑστεραίαν προὐχώρει ἐπὶ τὸν ποταμὸν τὸν Πίναρον. Καὶ Ἀλέξανδρος ὡς ἤκουσεν ἐν τῷ ὄπισθεν αὐτοῦ ὄντα τὸν Δαρεῖον, ἐπεὶ οὐ πιστὸς αὐτῷ ὁ λόγος ἐφαίνετο, ἀναβιβάσας εἰς τριακόντορον τῶν ἑταίρων τινὰς ἀποπέμπει ὀπίσω ἐπὶ Ἰσσὸν κατασκεψομένους εἰ τὰ ὄντα ἐξαγγέλλεται. Οἱ δὲ, ἀναπλεύσαντες τῇ τριακοντόρῳ, ὅτι κολπώδης ἦν ἡ ταύτῃ θάλασσα, μᾶλλόν τι εὐπετῶς κατέμαθον αὐτοῦ στρατοπεδεύοντας τοὺς Πέρσας· καὶ ἀπαγγέλλουσιν Ἀλεξάνδρῳ ἐν χερσὶν εἶναι Δαρεῖον. Ὁ δὲ συγκαλέσας στρατηγούς τε καὶ ἰλάρχας, καὶ τῶν ξυμμάχων τοὺς ἡγεμόνας, παρεκάλει θαρρεῖν μὲν ἐκ τῶν ἤδη σφίσι καλῶς κεκινδυνευμένων, καὶ ὅτι πρὸς νενικημένους ὁ ἀγὼν νενικηκόσιν αὐτοῖς ἔσται[25]· καὶ ὅτι ὁ θεὸς ὑπὲρ σφῶν στρατηγεῖ ἄμεινον, ἐπὶ νοῦν Δαρείῳ ἀγαγὼν καθεῖρξαι τὴν δύναμιν ἐκ τῆς εὐρυχωρίας ἐς τὰ στενόπορα· ἵνα σφίσι μὲν ξύμμετρον τὸ χωρίον ἀναπτύξαι τὴν φάλαγγα, τοῖς δὲ ἀχρεῖον τὸ πλῆθος ὅτι ἔσται τῆς μάχης, οὔτε τὰ σώματα οὔτε τὰς γνώμας παραπλησίοις. Μακεδόνας τε καὶ Πέρσαις καὶ Μήδοις, ἐκ πάνυ πολλοῦ τρυφῶσιν, αὐτοὺς ἐν τοῖς πόνοις τοῖς πολεμικοῖς πάλαι ἤδη μετὰ κινδύνων ἀσκουμένους, ἄλλως τε καὶ δούλοις ἀνθρώποις ἐλευθέρους ἐς χεῖρας ἥξειν. Ὅσοι τε Ἕλληνες Ἕλλησιν, οὐχ ὑπὲρ τῶν αὐτῶν μαχεῖσθαι, ἀλλὰ τοὺς μὲν ξὺν Δαρείῳ, ἐπὶ μισθῷ, καὶ οὐδὲ τούτῳ πολλῷ, κινδυνεύοντας. Τοὺς δὲ ξὺν σφίσιν, ὑπὲρ τῆς Ἑλλάδος ἑκόντας ἀμυνομένους· βαρβάρων τε αὖ Θρᾷκας, καὶ Παίονας, καὶ Ἰλλυριοὺς, καὶ Ἀγριᾶνας, τοὺς εὐρωστοτάτους τε κατὰ τὴν Εὐρώπην[26] καὶ μαχιμωτάτους, πρὸς τὰ ἀπονώτατά τε καὶ μαλακώτατα τῆς Ἀσίας γένη ἀντιτάξασθαι· ἐπὶ δὲ Ἀλέξανδρον ἀντιστρατηγεῖν Δαρείῳ. Ταῦτα μὲν οὖν ἐς πλεονεξίαν τοῦ ἀγῶνος ἐπεξῄει. Τὰ δὲ ἆθλα ὅτι μεγάλα ἔσται σφίσι τοῦ κινδύνου ἐπεδείκνυεν. Οὐ γὰρ τοὺς σατράπας τοὺς Δαρείου ἐν τῷ τότε κρατήσειν, οὐδὲ τὴν ἵππον τὴν ἐπὶ Γρανικῷ ταχθεῖσαν, οὐδὲ τοὺς δισμυ-

prope Pylas Amanicas est, Isson versus movit, Alexandrum imprudens à tergo relinquens. Captâ Isso, quotquot Macedones ibi propter valetudinem relictos comprehendit, crudeliter excruciatos interficit. Postero die ad Pinarum amnem processit. Alexander, simulac audivit Darium à tergo relictum, quoniam illi parum certum hoc nuntium videbatur, quosdam ex amicis navi quæ XXX remis agitur impositos, Issum remittit, exploraturos an quæ nuntiabantur vera essent. Qui triacontoro conscensâ, quod mare illud sinuosum sit, facile cognoverunt Persas ibi castra posuisse: atque Alexandro renuntiant, Darium in manibus esse. Ipse, convocatis cohortium turmarumque ductoribus, & auxiliariorum præfectis, hortatur bono ut animo sint ob ea quæ præclare antea fortiterque gessissent, & quod ipsis victoribus adversus victos pugna esset futura. Deum pro ipsis potius pugnare, qui Darium impulerit ut exercitum ex spatiosissimo campo in illas angustias adduceret, ut Macedonibus commodus ad explicandam phalangem locus esset: hostibus vero tanta multitudo ad pugnandum inutilis. Adhæc neque corporum neque animorum viribus pares esse. Macedones enim cum Persis & Medis, qui multo jam tempore otio ac deliciis enervati essent, congressuros: ipsos bellicis laboribus jamdudum ad pericula subeunda exercitatos: præterea liberos homines cum servis conflicturos, Græcos qui in utraque acie essent, non iisdem conditionibus pugnaturos. Qui enim à Darii partibus essent, mercede eâque exiguâ conductos pugnare: eos qui à Macedonibus essent, pro Græciâ sponte suâ adductos dimicare. Ex barbaris autem Thracas, Pæonas, Illyrios & Agrianas, fortissimos totius Europæ & bellicosissimos, adversus molles effœminatasque Asiæ gentes in aciem ituros. Denique Alexandrum adversus Darium exercitum ducere. Atque hæc quidem ad prælii prærogativam significandam commemoravit. Adhæc præmiorum quæ huic prælio proposita essent magnitudinem exponit. Neque enim eos, satrapas Darii illo prælio victuros, neque equitatum qualis ad Granicum amnem constiterat, neque viginti millia

24 Ἐγένετο κατόπιν Ἀλεξάνδρου λαθών] Vulcanius *Alexandrum imprudens à tergo relinquens.* Obscure, nec commode ad Græca. Facius, *ignarus Alexandrum jam tergo instare.* Ne id quidem ab Arriano dicitur, qui intelligit & *ignarus à tergo Alexandri fuit*, prætereundo scilicet longius.

25 Ὅτι πρὸς νενικημένου αὐτοῖς ἔσται] Ambiguus in hoc loco vehementer hæsit Vulcanius, ad quem molliendum postea sic Latine fuit interpretatus *quodque ut victoribus res successura esset*, etiam adnotato in V. C. esse προσνενικημένου una voce. Sed in Supplementis Lacunarum cap. 29 ostendimus Græca defecta esse, nec potuisse recte verti, nisi illa, quæ vides, ab Optimo codice porrecta immitterentur. Facius dederat: *bene sperare ex iis quæ sibi superioribus præliis prospere evenissent, jubet: certam victoriam in manu esse.*

26 Τοὺς εὐρωστοτάτους τε κατὰ τὴν Εὐρώπην] Ante præpositionem κατὰ ex Opt. inserendam puto voculam τὴν.

δουλεύοντας ξένους μισθοφόρους, ἀλλὰ Περσῶν τε, εἰ τὸ ὄφελος, καὶ Μήδων, καὶ ὅσα ἄλλα ἔθνη Πέρσαις καὶ Μήδοις ὑπήκοα ἐποικεῖ τὴν Ἀσίαν, καὶ αὐτὸν μέγαν βασιλέα παρεῖναι, καὶ ὡς οὐδὲν ὑπολείπεσθαι σφίσιν ἐπὶ τῷδε τὸν ἀγῶνα, ὅτι μὴ κρατεῖν τῆς Ἀσίας ξυμπάσης, καὶ πέρας τοῖς πολλοῖς πόνοις ἐπιθεῖναι. Ἐπὶ τούτοις δὲ τῶν τε εἰς τὸ κοινὸν ξὺν λαμπρότητι ἤδη πεπραγμένων ὑπεμίμνησκε. Καὶ εἰ δή τῳ ἰδίᾳ τι διαπρεπὲς ἐς κάλλος τετολμημένον, ὀνομαστὶ ἕκαστον ἐπὶ τῷ ἔργῳ ἀνακαλῶν, καὶ τὸ αὐτοῦ οὐκ ἀκίνδυνον[27] ἐν ταῖς μάχαις ὡς ἀνεπαχθέστατα ἐπεξῄει. Λέγεται δὲ καὶ Ξενοφῶντος καὶ τῶν ἅμα Ξενοφῶντι μυρίων ἐς μνήμην ἐλθεῖν, ὡς οὐδέν τι οὔτε κατὰ πλῆθος οὔτε κατὰ τὴν ἄλλην ἀξίωσιν σφίσιν ἐοικότες· οὐδὲ ἱππέων αὐτοῖς παρόντων Θεσσαλῶν, οὐδὲ Βοιωτῶν, ἢ Πελοποννησίων, οὐδὲ Μακεδόνων ἢ Θρᾳκῶν, οὐδ' ὅση ἄλλη σφίσιν ἵππος ξυντέτακται· οὐδὲ τοξοτῶν, ἢ σφενδονητῶν, ὅτι μὴ Κρητῶν, ἢ Ῥοδίων ὀλίγων· καὶ τούτων ἐν τῷ κινδύνῳ ὑπὸ Ξενοφῶντος αὐτοσχεδιασθέντων. Οἱ δὲ βασιλέα τε ξὺν πάσῃ τῇ δυνάμει πρὸς Βαβυλῶνι αὐτῇ ἐτρέψαντο, καὶ ἔθνη ὅσα κατιόντων εἰς τὸν Εὔξεινον πόντον καθ' ὁδὸν σφίσιν ἐπεγένετο, νικῶντες ἀπῆλθον[28]. Ὅσα τε ἄλλα ἐν τῷ τοιῷδε πρὸ τῶν κινδύνων ἐς παράκλησιν, ἀνδράσιν ἀγαθοῖς ἐξ ἀγαθοῦ ἡγεμόνος παραινεῖσθαι εἰκός. Οἱ δὲ ἄλλος ἄλλοθεν δεξιούμενοί τε τὸν βασιλέα, καὶ τῷ λόγῳ ἐπαί-

8 ροντες, ἄγειν ἤδη ἐκέλευον. Ὁ δὲ τότε μὲν δειπνοποιεῖσθαι παραγγέλλει, προπέμπει δὲ ὡς ἐπὶ τὰς πύλας[29], τῶν ἱππέων ὀλίγους τινὰς[30] καὶ τῶν τοξοτῶν προκατασκεψομένους τὴν ὁδὸν τὴν ὀπίσω, ὡς ἐπὶ τὰς πύλας· καὶ αὐτὸς τῆς νυκτὸς ἀναλαβὼν τὴν στρατιὰν πᾶσαν ᾔει, ὡς κατασχεῖν αὖθις τὰς πύλας. Ὡς δὲ ἀμφὶ μέσας νύκτας ἐκράτησεν αὖθις τῶν παρόδων, ἀνέπαυε τὴν στρατιὰν τὸ λοιπὸν τῆς νυκτὸς, αὐτοῦ ἐπὶ τῶν πετρῶν προφυλακὰς ἀκριβεῖς καταστησάμενος· ὑπὸ δὲ τὴν ἕω κατῄει ἀπὸ τῶν πυλῶν κατὰ τὴν ὁδόν· καὶ ἕως μὲν πάντῃ στενόπορα ἦν τὰ χωρία, ἐπὶ κέρως ἦγεν· ὡς δὲ διεχώρει ἐς πλάτος, ἀνέπτυσσεν ἀεὶ τὸ κέρας ἐς φάλαγγα, ἄλλην καὶ

lia exterorum mercenariorum, sed summam imperii Persici ac Medici, & quotquot usquam nationes Persis ac Medis parentes Asiam inhabitant: ipsumque adeo magnum regem debellaturos, nihilque ex eo prælio reliquum futurum, quam ut universæ Asiæ imperent, & optatum laboribus suis finem imponant. Adhæc quæ splendide ab iis collatis viribus jam gesta essent recensebat. Siquis vero audax aliquod & laudabile facinus privatim edidisset, nominatim singulos evocans, eorum non sine periculo in adeundis prœliis virtutem, quam minimâ poterat cum invidiâ, collaudabat. Fertur autem etiam Xenophontis, & decem millium qui cum eo fuerant meminisse, quippe quod ipsis neque numero, neque ullâ aliâ æstimatione comparandi fuerint: quod neque Thessalos equites, neque Bœotios, aut Peloponnenses, neque Macedonas aut Thracas, neque alium ullum equitatum qui ipsis accensus erat, habuissent. neque sagittarios aut funditores, præter Cretenses & Rhodios nonnullos, quos Xenophon in ipso discrimine festinanter conscripserat. Hos tamen regem cum universo exercitu ante Babylonem in fugam vertisse, gentesque omnes, quotquot iis Euxinum pontum petentibus, in itinere restiterunt, domuisse. Alia præterea adjecit, quibus bonum imperatorem ante prœlia ad bonos ac strenuos milites exhortandos uti par est. Illi certatim regem complexi, & verbis efferentes, è vestigio in aciem duci postulant. Tum Alexander corpora curare 8 jubet, equitesque nonnullos & sagittarios ad Pylas præmittit, qui viam, quam jam transierat, explorent. ipseque noctu cum universo exercitu movit, ut angustias illas denuo occupare posset. Ut vero sub medium noctis rursus Pylas insedit, reliquum noctis exercitui ad quietem dedit, excubiis summâ diligentiâ in ipsâ rupe dispositis; sub auroram ex Pylis in viam descendit, & quamdiu magna erat viarum angustia, angustam etiam aciem ducebat: ubi vero laxare se sinus montium cœperunt, explicuit subinde cornu, alium atque alium ordinem armatorum

27 Καὶ τὸ αὐτοῦ οὐκ ἀκίνδυνον] Qua ratione interpretatus sit Vulcanius, patet. Verum hæsit in hoc loco Vir Eximius, & propterea in margine posuit interpretationem Facianam, *seque periculorum omnium in præliis socium & participem fuisse commemorat.* Quid factum? Ex nupera editione hoc posterius ejectum est, quod tamen multo propius venit ad scopum auctoris, neque quidquam ad Græca Arriani accedit Vulcanius. Propriè Græca volunt, nominatim unumquemque ad mentionem facinoris præclari appellans, suam quoque omnis periculi in præliis negligentiam quam minima cum invidia edisserebat. Dictum quippe est, ut apud Curtium v, 1. *Ceteros ad deditionem sui excitaturus exemplo.* Notum illud Hermogenis: Τὸ ἑαυτὸν ἐπαινεῖν ἀνεπαχθῶς ἄν-τος ἢ σεμνότητα, ἀνεπαχθῶς ποιοῦντας μέθοδοι τρεῖς.

28 Νικῶντες ἀπῆλθον] Opt. ἐπῆλθον, quod verissimum. Antea etiam ἔθνη ὅσα ἄλλα κατιόντων &c.

29 Προπέμπει δὲ ὡς ἐπὶ τὰς πύλας] Admodum dubito, an non quatuor ultimæ voces nothæ sint, quum statim in hac eadem periodo sequantur. Et sane mirifice inde se expedivit Vulcanius.

30 Τῶν ἱππέων ὀλίγους τινὰς] Vox ultima in nullo MS. mihi apparuit, idemque ex novissima collatione testatur manus Vulcanii.

δὴ τὸ ὄρος Δαρεῖος τὸ κατὰ τὰς Πύλας τὰς Ἀμανικὰς καλουμένας, ὡς ἐπὶ Ἰσσὸν προῆγε, καὶ ἐγένετο κατόπιν Ἀλεξάνδρου λαθών[24]. Τὴν δὲ Ἰσσὸν κατασχὼν, ὅσους διὰ νόσον ὑπολελειμμένους αὐτοῦ τῶν Μακεδόνων κατέλαβε, τούτους χαλεπῶς αἰκισάμενος ἀπέκτεινεν· ἐς δὲ τὴν ὑστεραίαν προυχώρει ἐπὶ τὸν ποταμὸν τὸν Πίναρον. Καὶ Ἀλέξανδρος ὡς ἤκουσεν ἐν τῷ ὄπισθεν αὐτοῦ εἶναι τὸν Δαρεῖον, ἐπεὶ οὐ πιστὸς αὐτῷ ὁ λόγος ἐφαίνετο, ἀναβιβάσας εἰς τριακόντορον τῶν ἑταίρων τινὰς ἀποπέμπει ὀπίσω ἐπὶ Ἰσσὸν κατασκεψομένους εἰ τὰ ὄντα ἐξαγγέλλεται. Οἱ δὲ, ἀναπλεύσαντες τῇ τριακοντόρῳ, ὅτι κολπώδης ἦν ἡ ταύτῃ θάλασσα, μᾶλλόν τι εὐπετῶς κατέμαθον αὐτοῦ στρατοπεδεύοντας τοὺς Πέρσας· καὶ ἀπαγγέλλουσιν Ἀλεξάνδρῳ ἐν χερσὶν εἶναι Δαρεῖον. Ὁ δὲ συγκαλέσας στρατηγούς τε καὶ ἰλάρχας, καὶ τῶν ξυμμάχων τοὺς ἡγεμόνας, παρεκάλει θαρρεῖν μὲν ἐκ τῶν ἤδη σφίσι καλῶς κεκινδυνευμένων, καὶ ὅτι πρὸς νενικημένους ὁ ἀγὼν νενικηκόσιν αὐτοῖς ἔσται[25]· καὶ ὅτι ὁ θεὸς ὑπὲρ σφῶν στρατηγεῖ ἄμεινον, ἐπὶ νοῦν Δαρείῳ ἀγαγὼν καθεῖρξαι τὴν δύναμιν ἐκ τῆς εὐρυχωρίας ἐς τὰ στενόπορα· ἵνα σφίσι μὲν ξύμμετρον τὸ χωρίον ἀναπτύξαι τὴν φάλαγγα, τοῖς δὲ ἀχρεῖον τὸ πλῆθος ὅτι ἔσται τῇ μάχῃ, οὔτε τὰ σώματα οὔτε τὰς γνώμας παραπλησίοις. Μακεδόνας τε καὶ Πέρσαις καὶ Μήδοις, ἐκ πάνυ πολλοῦ τρυφῶσιν, αὐτοὺς ἐν τοῖς πόνοις τοῖς πολεμικοῖς πάλαι ἤδη μετὰ κινδύνων ἀσκημένους, ἄλλως τε καὶ δούλοις ἀνθρώποις ἐλευθέρους ἐς χεῖρας ἥξειν. Ὅσοι τε Ἕλληνες Ἕλλησιν, οὐχ ὑπὲρ τῶν αὐτῶν μαχεῖσθαι, ἀλλὰ τοὺς μὲν ξὺν Δαρείῳ, ἐπὶ μισθῷ, καὶ οὐδὲ τούτῳ πολλῷ, κινδυνεύοντας. Τοὺς δὲ ξὺν σφίσιν, ὑπὲρ τῆς Ἑλλάδος ἑκόντας ἀμυνομένους· βαρβάρων τε αὖ Θρᾷκας, καὶ Παίονας, καὶ Ἰλλυριοὺς, καὶ Ἀγριᾶνας, τοὺς εὐρωστοτάτους τε κατὰ τὴν Εὐρώπην[26] καὶ μαχιμωτάτους, πρὸς τὰ ἀπονώτατά τε καὶ μαλακώτατα τῆς Ἀσίας γένη ἀντιτάξασθαι· ἐπὶ δὲ Ἀλέξανδρον ἀντιστρατηγεῖν Δαρείῳ. Ταῦτα μὲν οὖν ἐς πλεονεξίαν τοῦ ἀγῶνος ἐπεξῄει. Τὰ δὲ ἆθλα ὅτι μεγάλα ἔσται σφίσι τοῦ κινδύνου ἐπεδείκνυεν. Οὐ γὰρ τοὺς σατράπας τοὺς Δαρείου ἐν τῷ τότε κρατήσειν, οὐδὲ τὴν ἵππον τὴν ἐπὶ Γρανικῷ ταχθεῖσαν, οὐδὲ τοὺς δισμυ-

prope Pylas Amanicas est, Isson versus movit, Alexandrum imprudens à tergo relinquens. Captâ Isso, quotquot Macedones ibi propter valetudinem relictos comprehendit, crudeliter excruciatos interficit. Postero die ad Pinarum amnem processit. Alexander, simulac audivit Darium à tergo relictum, quoniam illi parum certum hoc nuntium videbatur, quosdam ex amicis navi quæ XXX remis agitur impositos, Issum remittit, exploraturos an quæ nuntiabantur vera essent. Qui triacontoro conscensâ, quod mare illud sinuosum sit, facile cognoverunt Persas ibi castra posuisse: atque Alexandro renuntiant, Darium in manibus esse. Ipse, convocatis cohortium turmarumque ductoribus, & auxiliariorum præfectis, hortatur bono ut animo sint ob ea quæ præclare antea fortiterque gessissent, & quod ipsis victoribus adversus victos pugna esset futura. Deum pro ipsis potius pugnare, qui Darium impulerit ut exercitum ex spatiosissimo campo in illas angustias adduceret, ut Macedonibus commodus ad explicandam phalangem locus esset: hostibus vero tanta multitudo ad pugnandum inutilis. Adhæc neque corporum neque animorum viribus pares esse. Macedones enim cum Persis & Medis, qui multo jam tempore otio ac deliciis enervati essent, congressuros: ipsos bellicis laboribus jamdudum ad pericula subeunda exercitatos: præterea liberos homines cum servis conflicturos, Græcos qui in utraque acie essent, non iisdem conditionibus pugnaturos. Qui enim à Darii partibus essent, mercede eâque exiguâ conductos pugnare: eos qui à Macedonibus essent, pro Græciâ sponte suâ adductos dimicare. Ex barbaris autem Thracas, Pæonas, Illyrios & Agrianas, fortissimos totius Europæ & bellicosissimos, adversus molles effœminatasque Asiæ gentes in aciem ituros. Denique Alexandrum adversus Darium exercitum ducere. Atque hæc quidem ad prælii prærogativam significandam commemoravit. Adhæc præmiorum quæ huic prælio proposita essent magnitudinem exponit. Neque enim eos, satrapas Darii illo prælio victuros, neque equitatum qualis ad Granicum amnem constiterat, neque viginti millia

24 *Ἐγένετο κατόπιν Ἀλεξάνδρου λαθών*] Vulcanius *Alexandrum imprudens à tergo relinquens.* Obscure, nec commode ad Græca. Facius, *ignarus Alexandrum jam tergo instare.* Ne id quidem ab Arriano dicitur, qui intelligit *& ignarus à tergo Alexandri fuit*, prætereundo scilicet longius.

25 *Ὅτι πρὸς νενικημένους αὐτοῖς ἔσται*] Ambiguus in hoc loco vehementer hæsit Vulcanius, ad quem molliendum postea sic Latine fuit interpretatus *quodque ut victoribus res successura esset*, etiam adnotato in V. C. esse *προνενικηκόσιν* una voce. Sed in Supplementis Lacunarum cap. 29 ostendimus Græca defecta esse, nec potuisse recte verti, nisi illa, quæ vides, ab Optimo codice porrecta immitterentur. Facius dederat: *bene sperare ex iis quæ sibi superioribus præliis prospere evenissent, jubet: certam victoriam in manu esse.*

26 *Τοὺς εὐρωστοτάτους τε κατὰ τὴν Εὐρώπην*] Ante præpositionem *κατὰ* ex Opt. inserendam puto voculam *τὴν*.

ἐκείνους ξένους τοὺς μισθοφόρους, ἀλλὰ Περσῶν τε, τὸ ὄφελος καὶ Μήδων, καὶ ὅσα ἄλλα ἔθνη Πέρσαις καὶ Μήδοις ὑπήκοα ἐποικεῖ τὴν Ἀσίαν, καὶ αὐτὸν μέγαν βασιλέα παρόντα, καὶ ὡς οὐδὲν ὑπολειφθήσεται σφίσιν ἐπὶ τῷδε τῷ ἀγῶνι, ὅτι μὴ κρατεῖν τῆς Ἀσίας ξυμπάσης, καὶ πέρας τοῖς πολλοῖς πόνοις ἐπιθεῖναι. Ἐπὶ τούτοις δὲ τῶν τε εἰς τὸ κοινὸν ξὺν λαμπρότητι ἤδη πεπραγμένων ὑπεμίμνησκε. Καὶ εἰ δή τῳ ἰδίᾳ τι διαπρεπὲς ἐς κάλλος τετολμημένον, ὀνομαστὶ ἕκαστον ἐπὶ τῷ ἔργῳ ἀνακαλῶν, καὶ τὸ αὐτοῦ οὐκ ἀκίνδυνον[27] ἐν ταῖς μάχαις ὡς ἀνεπαχθέστατα ἐπεξῄει. Λέγεται δὲ καὶ Ξενοφῶντος καὶ τῶν ἅμα Ξενοφῶντι μυρίων ἐς μνήμην ἐλθεῖν, ὡς οὐδὲν οὔτε κατὰ πλῆθος οὔτε κατὰ τὴν ἄλλην ἀξίωσιν σφίσιν ἐπεοικότες· οὐδὲ ἱππέων αὐτοῖς παρόντων Θετταλῶν, οὐδὲ Βοιωτῶν, ἢ Πελοποννησίων, οὐδὲ Μακεδόνων ἢ Θρᾳκῶν, οὐδ' ὅσον ἄλλη σφίσιν ἵππος ξυντέτακται· οὐδὲ τοξοτῶν, ἢ σφενδονητῶν, ὅτι μὴ Κρητῶν, ἢ Ῥοδίων ὀλίγων ἐν τῷ κινδύνῳ ὑπὸ Ξενοφῶντος αὐτοσχεδιασθέντων. Οἱ δὲ βασιλέα τε ξὺν πάσῃ τῇ δυνάμει πρὸς Βαβυλῶνι αὐτῇ ἐτρέψαντο, καὶ ἔθνη ὅσα κατιόντων εἰς τὸν Εὔξεινον πόντον καθ' ὁδὸν σφίσιν ἐπεγένετο, νικῶντες ἀπῆλθον[28]. Ὅσα τε ἄλλα ἐν τῷ τοιῷδε πρὸ τῶν κινδύνων ἐς παράκλησιν, ἀνδράσιν ἀγαθοῖς ἐξ ἀγαθοῦ ἡγεμόνος παρακελεύεσθαι εἰκός. Οἱ δὲ ἄλλος ἄλλοθεν δεξιούμενοί τε τὸν βασιλέα, καὶ τῷ λόγῳ ἐπαίροντες, ἄγειν ἤδη ἐκέλευον. Ὁ δὲ τότε μὲν δειπνοποιεῖσθαι παραγγέλλει, προπέμπει δὲ ὡς ἐπὶ τὰς πύλας[29], τῶν ἱππέων ὀλίγους τινὰς[30] καὶ τῶν τοξοτῶν προκατασκεψομένους τὴν ὁδὸν τὴν ὀπίσω, ὡς ἐπὶ τὰς πύλας· καὶ αὐτὸς τῆς νυκτὸς ἀναλαβὼν τὴν στρατιὰν πᾶσαν ᾔει, ὡς κατασχεῖν αὖθις τὰς πύλας. Ὡς δὲ ἀμφὶ μέσας νύκτας ἐκράτησεν αὖθις τῶν παρόδων, ἀνέπαυε τὴν στρατιὰν τὸ λοιπὸν τῆς νυκτὸς, αὐτοῦ ἐπὶ τῶν πετρῶν προφυλακὰς ἀκριβεῖς καταστησάμενος· ὑπὸ δὲ τὴν ἕω κατῄει ἀπὸ τῶν πυλῶν κατὰ τὴν ὁδόν· καὶ ἕως μὲν πάντῃ στενόπορα ἦν τὰ χωρία, ἐπὶ κέρως ἦγεν· ὡς δὲ διεχώρει ἐς πλάτος, ἀνέπτυσσεν ἀεὶ τὸ κέρας ἐς φάλαγγα, ἄλλην καὶ

lia exterorum mercenariorum, sed summam imperii Persici ac Medici, & quotquot usquam nationes Persis ac Medis parentes Asiam inhabitant: ipsumque adeo magnum regem debellaturos, nihilque ex eo prælio reliquum futurum, quam ut universæ Asiæ imperent, & optatum laboribus suis finem imponant. Adhæc quæ splendide ab iis collatis viribus jam gesta essent recensebat. Siquis vero audax aliquod & laudabile facinus privatim edidisset, nominatim singulos evocans, eorum non sine periculo in adeundis prœliis virtutem, quam minimâ poterat cum invidiâ, collaudabat. Fertur autem etiam Xenophontis, & decem millium qui cum eo fuerant meminisse, quippe quod ipsis neque numero, neque ullâ aliâ æstimatione comparandi fuerint: quod neque Thessalos equites, neque Bœotios, aut Peloponnenses, neque Macedonas aut Thracas, neque alium ullum equitatum qui ipsis accensus erat, habuissent. neque sagittarios aut funditores, præter Cretenses & Rhodios nonnullos, quos Xenophon in ipso discrimine festinanter conscripserat. Hos tamen regem cum universo exercitu ante Babylonem in fugam vertisse, gentesque omnes, quotquot iis Euxinum pontum petentibus, in itinere restiterunt, domuisse. Alia præterea adjecit, quibus bonum imperatorem ante prœlia ad bonos ac strenuos milites exhortandos uti par est. Illi certatim regem complexi, & verbis efferentes, è vestigio in aciem duci postulant. Tum Alexander corpora curare 8 jubet, equitesque nonnullos & sagittarios ad Pylas præmittit, qui viam, quam jam transierat, explorent. ipseque noctu cum universo exercitu movit, ut angustias illas denuo occupare posset. Ut vero sub medium noctis rursus Pylas insedit, reliquum noctis exercitui ad quietem dedit, excubiis summâ diligentiâ in ipsâ rupe dispositis; sub auroram ex Pylis in viam descendit, & quamdiu magna erat viarum angustia, angustam etiam aciem ducebat: ubi vero laxare se finus montium cœperunt, explicuit subinde cornu, alium atque alium ordinem armatorum

27 Καὶ τὸ αὐτοῦ οὐκ ἀκίνδυνον] Qua ratione interpretatus sit Vulcanius, patet. Verum hæsit in hoc loco Vir Eximius, & propterea in margine posuit interpretationem Facianam, *seque periculorum omnium in præliis socium & participem fuisse commemorat.* Quid factum? Ex nupera editione hoc posterius ejectum est, quod tamen multo propius venit ad scopum auctoris, neque quidquam ad Græca Arriani accedit Vulcanius. Proprie Græca volunt, nominatim unumquemque ad mentionem facinoris præclari appellans, suam quoque omnis periculi in præliis negligentiam quam minima cum invidia edisserebat. Dictum quippe est, ut apud Curtium v, 1. *Cæteros ad deditionem sui excitaturus exemplo.* Notum illud Hermogenis: Τὰ ἑαυτοῦ ἐγκώμια ἐπαχθῆ ἐστι καὶ φορτικὰ, ἀνεπαχθῶς τούτων μέθοδοι τρεῖς.

28 Νικῶντες ἀπῆλθον] Opt. ἐπῆλθον, quod verissimum. Antea etiam ἔθνη ὅσα ἄλλα κατιόντων &c.

29 Προπέμπει δὲ ὡς ἐπὶ τὰς πύλας] Admodum dubito, an non quatuor ultimæ voces nothæ sint, quum statim in hac eadem periodo sequantur. Et sane mirifice inde se expedivit Vulcanius.

30 Τῶν ἱππέων ὀλίγους τινὰς] Vox ultima in nullo MS. mihi apparuit, idemque ex novissima collatione testatur manus Vulcanii.

Aciei forma.

καὶ ἄλλην τῶν ὁπλιτῶν τάξιν παράγων, τῇ μὲν, ὡς ἐπὶ τὸ ὄρος, ἐν ἀριστερᾷ δὲ, ὡς ἐπὶ τὴν θάλασσαν. Οἱ δὲ ἱππεῖς αὐτῷ τέως μὲν κατόπιν τῶν πεζῶν τεταγμένοι ἦσαν· ὡς δὲ ἐς τὴν εὐρυχωρίαν προῄεσαν, συνέταττεν ἤδη τὴν στρατιὰν ὡς ἐς μάχην· πρώτους μὲν ἐπὶ τοῦ δεξιοῦ κέρως πρὸς τῷ ὄρει τῶν πεζῶν τό, τε ἄγημα καὶ τοὺς ὑπασπιστὰς, ὧν ἡγεῖτο Νικάνωρ ὁ Παρμενίωνος· ἐχομένην δὲ τούτων, τὴν Κοίνου τάξιν· ἐπὶ δὲ τούτοις, τὴν Περδίκκου. Οὗτοι μὲν ἔστε ἐπὶ τὸ μέσον τῶν ὁπλιτῶν ἀπὸ τοῦ δεξιοῦ ἀρξομένῳ τεταγμένοι ἦσαν[31]. Ἐπὶ δὲ τοῦ εὐωνύμου, πρώτη μὲν Ἀμύντου τάξις ἦν, ἐπὶ δὲ ἡ Πτολεμαίου[32], ἐχομένη δὲ ταύτης, ἡ Μελεάγρου. Τοῦ δὲ εὐωνύμου τοῖς πεζοῖς μὲν Κρατερὸς ἐπιτέτακτο ἄρχειν, τοῦ δὲ ξύμπαντος εὐωνύμου Παρμενίων ἡγεῖτο· καὶ παρήγγελτο αὐτῷ μὴ ἀπολείπειν τὴν θάλασσαν, ὡς μὴ κυκλωθεῖεν ἐκ

rum in phalangem adducens, dextrâ quidem montem versus, lævâ autem ad mare. Equites porro interea peditibus à tergo constituti erant. At postquam in aperta loca ventum est, exercitum statim ad prœlium committendum instruit. In dextro cornu montem versus peditum agema locat, & scutatos, quibus præerat Nicanor Parmenionis filius. Proximum his, Cœni; mox Perdiccæ agmen. Hi quidem usque ad medium gravis armaturæ ab dextris incepturus pugnam locaverat. A sinistro vero, primæ erant Amyntæ copiæ, inde Ptolemæi: proximæ huic Meleagri. Et quidem ad lævam Craterus peditibus præfectus erat: totum autem sinistrum cornu Parmenio ducebat. Huic imperatum erat ne à mari recederet, ne

31 *Ἔστε ἐπὶ τὸ μέσον τῶν ὁπλιτῶν αὐτῷ τοῦ δεξιοῦ ἀρξομένῳ τεταγμένοι ἦσαν*] Quocunque verisimilitudinis fascino hæc scriptura, quam ab Freinshemio notis ad Curtium III, 9, 7 prognatam in contextum recipere cunctatus non est nuperus editor (quod sane miror, quum in animadversione vanissima suum inventum, nempe Ἀλεξάνδρῳ pro αὐτῷ, præponat, idque nomen vestigiis quibusdam in uno manuariorum exstare testetur; sed qua fide & veritate, novit ipse) perstringat intentionis aciem, atque ita prorsus probata sit, tamen cogor obniti, & temerario auso justam dicam impingere. Non quod Vulcaniano propugnare, sed quod Arrianum tueri & conspiciendum penitus dare proposui. Etenim, quod palmarium videri potest; nunquam aliquo in loco Arrianus verbo isto ἀρξάμενος vel ἀρξόμενος & ea figura utitur, ut uspiam per id intelligat *præfuturus* aut aliquid aliud derivatum à *præesse*. Sed quum id exprimere vult, semper activo utitur ἄρχειν & ἄρξαι. Exempla in promptu sunt & cuivis exposita. Ἀρξάμενος vero nunquam utitur, nisi pro *incipiens*. Ecce loca omnia. Lib. II, 19. *Ἀλέξανδρος δὲ τι τε χῶμα ἀπὸ τῆς ἠπείρου ἀρξάμενος πλατύτερον χωννύναι.* III, cap. 21. *αὐτὸς δὲ ἀμφὶ δείλην ἄγειν ἀρξάμενος δρόμῳ ἡγεῖτο.* IV, 29. *Καὶ αὐτὸς ἐχώννυεν ἀρξάμενος ἀπὸ τῆς κορυφῆς τοῦ λόφου.* V, 1. *τότε δὴ τὸν Ἄκουφιν ἀρξάμενον λέγειν τάδε.* In Indicis c. 33. *Ἀπὸ τοῦ ποταμοῦ τὴν ὄχθην ἀρξάμενος ἔς τε ἐπὶ τὸν αἰγιαλόν.* At vero ἄρχεσθαι & ἀρχόμενος sic ab Arriano adhibentur, ut nunc significent *regi* & *subjectus*, nunc *incipere* & *incipiens*. Id quoque patet partim ex IV, 11. *καὶ δὴ ἐθέλειν ἄρχεσθαι τῆς προσκυνήσεως* VI, 1. *Ἔπειτα ἐκεῖθεν ἄρχεται διὰ τῆς οἰκουμένης χώρας ῥεῖν.* VII, 9. *Ἀπὸ Φιλίππου τοῦ λόγου ἀρξομαι.* partim ex V, 5. *Τὸν Ταῦρον ἀρχόμενον μὲν ἀπὸ Μυκάλης τοῦ ὄρους.* VII, 21. *Αἱ δὲ ἀρχόμεναι ἀπὸ ταύτης τῆς διώρυχος.* At V, 25. *Πρὸς γὰρ τοῦ ἀρίστου ἄρχεσθαι τοὺς πολλούς.* VI, 27. *Οὐκ ἐξὸν ὑπὸ τῇ Ἀλεξάνδρου βασιλείᾳ ἀδικεῖσθαι τοὺς ἀρχομένους ὑπὸ τῶν ἀρχόντων.* VII, 5. *Οὐ χρῄζων ὑπὸ τῶν ἀρχομένων τινα ἄλλα τι ἢ ἀληθινὸν δοκεῖν τὸν βασιλέα.* Agnoscis in his id quod prius posui. Hinc ergo palam est, ἀρξάμενος ne in suspicionem venire posse, id aliquando ab Arriano positum fuisse pro *præfuturus*, sed certo constare semper pro *incipiens*. Secundo prorsus omnes MSSti Florentini absque ulla litura ἀπὸ τοῦ δεξιοῦ ἀρξάμενοι (quod quum Freinshemius ineptum & natum ex vitiata scriptura, nuperus stellio ad Freinshemii imitationem ineptum & à mala manu appellant, utinam & prior nihil unquam protulisset ineptius, & posterior non à pejore genio & manu immundum tulisset Arrianum!) exhibent. Tertio, si admittatur novum illud, non poterit Arrianus non videri inepte balbutiens, qui sic ter dicat Alexandrum dextro cornu præfuisse; etiamsi enim id hic non dicatur, satis superque est bis inferius id indicari: sic ut quo alii confirmari se putant ad recipiendum Freinshemianum, eo maxime nos ab isto consilio deterreamur. In aliis aciebus Alexandrum dici ad dextrum curare, nihil facit ad hunc locum, neque id nos negamus. Etiam in omnibus illis locis, quæ allegantur ad probandum Alexandrum semper dextro cornu præfuisse, quod nullus unquam negavit, nuspiam dicitur ἀρξόμενος τοῦ δεξιοῦ. His quid possit obduci, uti nullus cum maxime video, ita in posterum libens exspectabo. Itaque vertimus, *Hos quidem usque ad medios gravis armaturæ ordines ab dextra inchoaturo locaverat.* Duo dicit obiter Arrianus, nempe & quos in dextra parte locaverit, & quo sensu potissimum hos ad hanc partem elegerit, nempe quod omnia conspicatus decrevisset apud se ab hoc cornu aciem inchoari debere, unde patet in his fiduciam majorem ipsi fuisse. Gualterus libro II Alexandreidos sic digessit.

> *Jam Macedûm series certo stabilita tenore,*
> *Inque acies distincta suas, montana tenebat.*
> *Rex stabilem peditem tanquam insuperabile vallum*
> *Opposuit Persis, in prima fronte phalangem,*
> *In dextro cornu præfecti jura Nicanor*
> *Parmenionis habet, illi Timotheus, Amintas,*
> *Perdicas, Conon, Clitus & Meleager adhærent,*
> *Unusquisque sui dux agminis, altera Crater*
> *Cornua possedit, qui nulli Marte secundus.*
> *Parmenio sequitur, quo non consultior alter.*
> *Jungitur Antigonus & turbidus ipse Philotas.*

Quorum tamen posteriora sic leguntur in MS. nostro. *Ubi Ptolemeus, Amintas, Perdicas, Conon, Clitus & Meleager adherent, Unusquisque sui dux agminis. at tibi levum Commissum est cornu, qui nulli Marte secundus Parmenio, sequitur alacer Cratherus eisque Jungitur Antigonus & turbidus ense Philotas.* In hac autem ordinatione non dicitur, quæ fuerit acies media, sed tantum referuntur utraque cornua, ex quibus tamen acies media intelligenda, nempe ubi duo cornua se tangebant. Plane sic agit quoque Curtius III, 9 nihil nisi cornua appellans. Simile quid in prælio ad Arbela comminiscitur quoque Freinshemius ad Curtium IV, 15, 1 nec aliter facit Livius in ordinanda acie Romana ad Cannas, ut satis clare demonstravimus. Vulcanius postea ad oram notavit ἀρξόμενοι, non addito, utrum ea libri MS. lectio, an ipsius emendatio esset, versionemque sic mutavit *atque hi quidem ad mediam usque armigerorum aciem à dextro latere præfuturi constituti erant.* Quod non intelligo. Facius tacite transire maluit, *& hi quidem ad mediam armatorum aciem pertendebant.*

32 *Ἐπὶ δὲ ἡ Πτολεμαίου*] Immo ἐπὶ δὲ ὁ Πτολεμ. cum omnibus MSS. quod miror sic degeneravisse.

ἐκ τῶν βαρβάρων, ὅτι πάντῃ ὑπερφαλαγγήσειν αὐτοὺς διὰ πλῆθος ἤμελλον. Δαρεῖος δέ, ἐπειδὴ ἐξηγγέλθη αὐτῷ προσάγων ἤδη Ἀλέξανδρος ὡς ἐς μάχην [33], τῶν μὲν ἱππέων διαβιβάζει [34] πέραν τοῦ ποταμοῦ τοῦ Πινάρου ἐς τρισμυρίους μάλιστα τὸν ἀριθμόν, καὶ μετὰ τούτων, τῶν ψιλῶν ἐς δισμυρίους, ὅπως τὴν λοιπὴν δύναμιν καθ' ἡσυχίαν συντάξειε. Καὶ πρώτους μὲν τοῦ ὁπλιτικοῦ τοὺς Ἕλληνας τοὺς μισθοφόρους ἔταξεν ἐς τρισμυρίους, κατὰ τὴν φάλαγγα τῶν Μακεδόνων· ἐπὶ δὲ τούτοις, τῶν Καρδάκων καλουμένων, ἔνθεν καὶ ἔνθεν, ἐς ἑξακισμυρίους· ὁπλῖται δὲ ἦσαν καὶ οὗτοι. Τοσούτους γὰρ ἐπὶ φάλαγγος ἁπλῆς ἐδέχετο τὸ χωρίον ἵνα ἐτάξαντο. Ἐπέταξε δὲ καὶ τῷ ὄρει τῷ ἐν ἀριστερᾷ σφῶν κατὰ τὸ Ἀλεξάνδρου δεξιὸν, ἐς δισμυρίους· καὶ τούτων ἔστιν οἳ κατὰ νώτου ἐγένοντο τῆς Ἀλεξάνδρου στρατιᾶς. Τὸ γὰρ ὄρος ἵνα ἐπετάχθησαν, πῇ μὲν διεχώρει ἐς βάθος, καὶ κολπώδες τι αὐτοῦ ὥσπερ ἐν θαλάσσῃ ἐγίνετο· ἔπειτα ἐς ἐπικαμπὴν προϊὸν τοὺς ἐπὶ ταῖς ὑπωρείαις τεταγμένους κατόπιν τοῦ δεξιοῦ κέρως τοῦ Ἀλεξάνδρου ἐποίει· τὸ δὲ ἄλλο πλῆθος αὐτοῦ ψιλῶν τε καὶ ὁπλιτῶν κατὰ ἔθνη συντεταγμένον ἐς βάθος οὐκ ὠφέλιμον, ὄπισθεν ἦν τῶν Ἑλλήνων τῶν μισθοφόρων, καὶ τοῦ ἐπὶ φάλαγγος τεταγμένου βαρβαρικοῦ. Ἐλέγετο γὰρ ἡ πᾶσα ξὺν Δαρείῳ στρατιὰ μάλιστα ἐς ἑξήκοντα μυριάδας [35] μαχίμων εἶναι. Ἀλέξανδρος δέ, ὡς αὐτῷ προϊόντι τὸ χωρίον διέσχεν ὀλίγον ἐς πλάτος, παρήγαγε τοὺς ἱππέας, τούς τε ἑταίρους καλουμένους, καὶ τοὺς Θεσσαλοὺς καὶ τοὺς Μακεδόνας. Καὶ τούτους μὲν ἐπὶ τῷ δεξιῷ κέρᾳ ἅμα οἷ ἔταξε. Τοὺς δὲ ἐκ Πελοποννήσου, καὶ τὸ ἄλλο τὸ συμμαχικόν, ἐπὶ τὸ εὐώνυμον πέμπει ἐς Παρμενίωνα [36]. Δαρεῖος δέ, ὡς συντεταγμένη ἤδη ἦν αὐτῷ ἡ φάλαγξ, τοὺς ἱππέας οὕστινας πρὸ τοῦ ποταμοῦ ἐπὶ τῷδε προτετάχει, ὅπως ἀσφαλῶς αὐτῷ ἡ ἔκταξις τῆς στρατιᾶς γένοιτο, ἀνεκάλεσεν ἀπὸ ξυνθήματος· καὶ τούτων τοὺς μὲν πολ-

ne videlicet à barbaris circumveniretur. Nam alioqui Persæ facile multitudine copiarum phalangem Macedonum omni ex parte cinxissent. Darius, postquam ei nuntiatum est Alexandrum instructâ acie adventare, triginta millibus equitum, expeditorum viginti millibus Pinarum flumen trajicit, ut reliquum exercitum securius instruat. Ac primos quidem gravis armaturæ Græcos mercede conductos numero triginta millium, adversus Macedonum phalangem constituit. Ab utroque horum latere Cardacas, qui & ipsi armati graviter erant, ad sexaginta millia collocat. Neque enim plures in simplici phalange constitui locus, in quo exercitus instruebatur, patiebatur. Porro ad montem qui ipsis ad sinistram erat, adversus Alexandri dextrum cornu viginti millia statuit. Atque horum quidem nonnulli à tergo Alexandri exercitus oppositi erant. mons enim in quo acies instructa erat, aliquâ parte introrsum recedens profunde, sinum quendam veluti in mari faciebat: deinde in anfractum porrectus efficiebat ut qui ad radicem montis constituti erant, dextrum Alexandri cornu aversum cernerent. Reliqua vero expeditorum ac gravis armaturæ multitudo, pro gentium varietate, in confertos inutilesque ordines redacta, post Græcos mercenarios & barbaros in phalangem compositos stabat. Sexcenta enim bellatorum millia in Darii exercitu esse ferebantur. Alexander vero, postquam progredienti sibi majus spatium aperiri cœperat, equitatum, tum amicorum, tum Thessalos & Macedonas adducit. atque hos quidem in dextro cornu juxta se locat. Peloponnenses reliquosque socios ad lævum cornu Parmenioni mittit. Darius postquam aciem instruxit, equites quos ante flumen eam ob causam locârat ut tuto exercitum ordinare posset, dato signo revocat. Horum plerosque

33 Προσάγων ἤδη Ἀλ. ὡς ἐς μάχην] MS. Optimus ὡς πρὸς μάχην. Sed in hoc loco MSSti alii vehementer discrepant, unde editio Basileensis habet cum nonnullis προσάγων ἤδη Ἀλέξανδρον, V.C. à Vulcanio visus προσαγαγὼν ἤδη Ἀλέξανδρον, quod & ipse in uno vidi, idque est, quod videntur illi innuere. Sed Optimus firmus est in vulgato. Et mox idem Optimus τῶν πεζῶν ἐς δισμυρίους, non ψιλῶν. Et rursum Ἕλληνας τοὺς μισθοφόρους ἔταξεν τρισμυρίους, omissa vocula ἐς, quam vulgati ante ultimam vocem inserunt. Denique statim ὅσα ἑκάστοθι MSSti omnes & Basileensis editio.

34 Διαβιβάζει] Interpres ex Græcis colligit Darium cum illis quinquaginta millibus fluvium transisse, ut ex versione patet. Sed plane contrarium dicit Arrianus, nempe illa L millia ideo à Dario transire jussa, ut reliquos ipse manens in altera ripa facilius ordinaret, καθ' ἡσυχίαν, ut nunc ait, vel ἀσφαλῶς, ut inferius. Itaque hic error ex interpretatione tollendus. Recte Facius *tot millia transire jubet*.

35 Ἑξήκοντα μυριάδας] Hic numerus facile hoc modo confirmatur. Scribit Curtius IV, 9, 3 ad Arbela dimidio majorem fuisse exercitum, quam fuerat in Cilicia. Etsi autem Curtius non tam liquide agat, ut certus ex eo numerus iniri possit; tamen quum hoc tantum constet, quod ante ex eo posuimus, & ad Arbela Arrianus III, 8 scribat fuisse ἑκατὸν μυριάδας πεζῶν, ἱππέας δὲ ἐς τετρακισμυρίους, apparet prorsus ἑξήκοντα μυριάδας ita esse dimidium ejus, ut tantum δέκα μυριάδες deficiatur. Quæ autem hic nuper magno hiatu subjecta sunt ad Plutarchum ex ipso Plutarcho & scriptis libris emendandum, id omne cum ipsa illa emendatione descriptum est ex Brissonii libro I de regno Persarum pag. 148 & Freinshemio in notis Curtianis III, 3, 3.

36 Πέμπει ἐς Παρμενίωνα] MSSti rursus omnes, etiam apud Vulcanium Augustanus ὡς Παρμενίωνα. Pro ἐπὶ τῷ δεξιῷ κέρατι in omnibus scriptis est κέρᾳ, & sic capto iidem habent οἱ τῷ ἀριστερῷ κέρᾳ ἐπιτεταγμένοι, non κέρατι, ut vulgo.

πολλοὺς ἐπὶ τοῦ δεξιοῦ κέρως πρὸς τῇ θαλάσσῃ κατὰ Παρμενίωνα ἔταξεν, ὅτι ταύτῃ μᾶλλόν τι ἱππάσιμα ἦν· μέρος δέ τι αὐτῶν καὶ ἐπὶ τὸ εὐώνυμον πρὸς τὰ ὄρη παρήγαγεν. Ὡς δὲ ἀχρεῖοι ἐνταῦθα διὰ στενότητα τῆς χώρας ἐφαίνοντο, καὶ τούτων τοὺς πολλοὺς περιππεῦσαι ἐπὶ τὸ δεξιὸν κέρας σφῶν ἐκέλευσεν. Αὐτὸς δὲ Δαρεῖος τὸ μέσον τῆς πάσης τάξεως ἐπεῖχε, καθάπερ νόμος τοῖς Περσῶν βασιλεῦσι τετάχθαι· καὶ τὸν νοῦν τῆς τάξεως ταύτης Ξενοφῶν ὁ τοῦ Γρύλλου ἀναγέγραφεν. 9 Ἐν τούτῳ δὲ Ἀλέξανδρος κατιδὼν ὀλίγου πᾶσαν τὴν τῶν Περσῶν ἵππον μετακεχωρηκυῖαν ἐπὶ τὸ εὐώνυμον τὸ ἑαυτοῦ, ὡς πρὸς τὴν θάλασσαν, αὐτῷ δὲ τοὺς Πελοποννησίους μόνον[37], καὶ τοὺς ἄλλους τῶν ξυμμάχων ἱππέας ταύτῃ τεταγμένους, πέμπει κατὰ τάχος καὶ Θεσσαλοὺς ἱππέας ἐπὶ τὸ εὐώνυμον· κελεύσας μὴ πρὸ τοῦ μετώπου τῆς πάσης τάξεως παριππεῦσαι, τοῦ μὴ καταφανεῖς τοῖς πολεμίοις γενέσθαι μεταχωροῦντας, ἀλλὰ κατόπιν τῆς φάλαγγος ἀφανῶς διελθεῖν. Προέταξε δὲ τῶν μὲν ἱππέων κατὰ τὸ δεξιὸν τοὺς προδρόμους, ὧν ἡγεῖτο Πρωτόμαχος, καὶ τοὺς Παίονας, ὧν ἡγεῖτο Ἀρίστων· τῶν δὲ πεζῶν, τοὺς τοξότας, ὧν ἦρχεν Ἀντίοχος· τοὺς δὲ Ἀγριᾶνας, ὧν ἦρχεν Ἄτταλος, καὶ τῶν ἱππέων τινὰς καὶ τῶν τοξοτῶν, ἐς ἐπικαμπὴν πρὸς τὸ ὄρος τὸ κατὰ νώτου[38] ἔταξεν. Ὥστε κατὰ τὸ δεξιὸν αὐτῷ τῆς φάλαγγος ἐς δύο κέρατα διέχουσαν τετάχθαι, τὸ μὲν ὡς πρὸς Δαρεῖόν τε, καὶ τοὺς πέραν τοῦ ποταμοῦ τοὺς πάντας Πέρσας· τὸ δὲ, ὡς πρὸς τοὺς ἐπὶ τῷ ὄρει κατὰ νώτου σφῶν τεταγμένους. Τοῦ δὲ εὐωνύμου προετάχθησαν, τῶν μὲν πεζῶν, οἵ τε Κρῆτες τοξόται, καὶ οἱ Θρᾷκες, ὧν ἡγεῖτο Σιτάλκης· πρὸ τούτων δὲ ἡ ἵππος ἡ κατὰ τὸ εὐώνυμον. Οἱ δὲ μισθοφόροι ξένοι πᾶσιν ἐπετάχθησαν[39]. Ἐπεὶ δὲ οὔτε πυκνὴ αὐτῷ ἡ φάλαγξ κατὰ

rosque ad dextrum cornu mare versus adversus Parmenionem statuit, quod ab ea parte major equorum esset usus: reliquam partem in sinistrum cornu ad montes traducit. Quum vero propter angustiam locorum inutiles eo in loco sibi viderentur, plerosque ut in dextrum ipsorum cornu sese recipiant jubet. Darius medium aciei tenebat, Persarum regum in exercitus ordinatione veteri more observato. cujus quidem rei rationem Xenophon Grylli filius conscripsit. Inter hæc Alexander animadvertens universum ferme Persarum equitatum contra lævum suum cornu mare versus traductum, solosque ab se Peloponnenses, cum reliquo sociorum equitatu, eam ad partem collocatos esse, Thessalos etiam equites confestim eo mittit; imperans ne ex adverso totius aciei equitent, ne ab hostibus eo se transferentes cernantur, sed à tergo phalangis non conspecti ab hoste transeant. Præstituit autem equitibus ad dextrum cornu antecursores, quibus præfectus erat Protomachus, & Pæonas, quibus præerat Ariston; peditibus vero sagittarios, quos Antiochus ducebat. Agrianas autem, quorum dux erat Attalus, & nonnullos equitum ac sagittariorum ad anfractum montis qui à tergo erat, locat: ita ut ad eam partem quæ ipsi dextra erat, phalanx in duo cornua divisa cerneretur. alterum quidem adversus Darium, eosque qui trans flumen stabant, Persas omnes: alterum montem versus, adversus eos qui ad montem à tergo imminebant. Ante sinistrum latus ex peditibus Cretenses sagittarios & Thraces, quos ducebat Sitalces, ponit: ante hos equitatum, qui ad sinistrum cornu pertinebat. Exteri vero mercenarii omnibus præstituti erant. Cæterum quum eorum pha-

37 Πελοποννησίους μόνον] MSS. μόνους. Eodem modo, quo violarunt lib. V cap. 14. Τοὺς ἱππέας μόνον ἀναλαβὼν, quum in MSS. constanter legatur μόνους. Et hoc lib. cap. 12 καὶ ταῦτα ἔτι μόνα ἔχει Ἀλέξανδρος. Sic est in MSS. tam Optimo quam aliis: at editionibus placuit μόνον. Similiter IV, 8. Κλεῖτον δὲ ἐγγυᾶσθαι μόνα τὴν ἁμαρτίαν reperi in Optimo & duobus aliis, quum edatur ibi quoque μόνον. Et V, 14 τοὺς ἱππέας μόνους ἀναλαβὼν, prout mihi occurrit in omnibus MSS. Sicuti ibidem scribit μόνα ἅρματα ἄγοντα. Ubi tandem editionibus convenit cum MSS. quum id debuerit his omnibus locis fieri. Mox pro κατὰ τάχος καὶ Θεσσαλοὺς, quod video omnes editiones insidere, omnes MSS. κατὰ τάχος τοὺς Θεσσαλούς.

38 Ἐς ἐπικαμπὴν πρὸς τὸ ὄρος τὸ κατὰ νώτου] Attendenti parebit nihil minus hæc verba significare posse, quam *ad anfractum montis, qui à tergo erat*, ut vertit Vulcanius. Etenim si demus ad anfractum montis aliquos locatos fuisse; quomodo propterea fiet, ut phalanx in duo cornua videatur divisa? An non hi ad montis anfractum positi æque possunt facie conversi esse ad Darium & cæteros Persas, ac universa Macedonum acies? Absurdæ nimis hæ sunt ineptiæ. Utique in Græcis his non dicitur fuisse anfractum montis. Facius: *ac præter hos ex equitibus & sagittariis, qua mons inflexus erat, ad circumveniendum hostem juxta montem postpositum constituit. qui dexteram partem phalangis tenerent, duo in cornua divisi, quorum alterum adversus Darium, alterum adversus eos qui ad montem à tergo constiterant, spectaret.* Nihilo felicius. Vertendum: *nonnullos equitum & sagittariorum in obliquum* (vel *inflexum*) *ad montem à tergo constituit*: hoc est, quum reliqua acies omnis aut tergum aut latus monti obversum haberent, hæc pars singularis equitum & sagittariorum frontem monti oppositam habuit; & hoc modo illic ἀμφίστομος acies fuit. Curtius id ipsum exposuit his verbis III, 9, 10. *At iis, qui præmissi à Dario jugum montis insederant, Agrianos opposuit & ex Græcia nuper advectos.* Ita enim legendum, quum vulgo copula illic absit: at nulli Agriani ex Græcia, sed ne nuper quidem ex Græcia advecti tales Alexandro fuere. Adde III, 12, ubi vox ἐπι-καμπὴ parem sortita fuit infelicitatem.

39 Ξένοι πᾶσιν ἐπετάχθησαν] Ad hæc silent Græculi editores, tanquam bene se haberent, in quibus nulla prorsus

τὰ τὸ δεξιὸν τὸ ἑαυτοῦ ἐφαίνετο, πολύ τι ταύτῃ ὑπερφαλαγγήσειν οἱ Πέρσαι ἐδόκουν, ἐκ τοῦ μέσου ἐκέλευσε δύο ἴλας τῶν ἑταίρων, τήν τε Ἀνθεμουσίαν[40], ἧς ἰλάρχης ἦν Περίδας[41] ὁ Μενεσθέως, καὶ τὴν Λαγγαίαν καλουμένην, ἧς ἡγεῖτο Παντόρδανος ὁ Κλεάνδρου, ἐπὶ τὸ δεξιὸν ἀφανῶς παρελθεῖν. Καὶ τοὺς τοξότας δὲ, καὶ μέρος τῶν Ἀγριάνων, καὶ τῶν Ἑλλήνων μισθοφόρων ἔστιν οὓς κατὰ τὸ δεξιὸν τὸ αὐτοῦ ἐπὶ μέτωπον προαγαγὼν, ἐξέτεινεν ὑπὲρ τὸ τῶν Περσῶν κέρας τὴν φάλαγγα. Ἐπεὶ γὰρ οἱ ὑπὲρ τοῦ ὄρους τεταγμένοι οὔτε κατῄεσαν, ἐκδρομῆς τε ἐπ' αὐτοὺς τῶν Ἀγριάνων καὶ τῶν τοξοτῶν ὀλίγων κατὰ πρόσταξιν Ἀλεξάνδρου γενομένης, ῥᾳδίως ἀπὸ τῆς ὑπωρείας ἀνασταλέντες, ἐς τὸ ἄκρον ἀνέφυγον, ἔγνω καὶ τοῖς κατ' αὐτοὺς τεταγμένοις δυνατὸν ὂν χρήσασθαι[42] ἐς ἀναπλήρωσιν τῆς φάλαγγος, ἐκείνοις δὲ ἱππέας τριακοσίους 10 ἐπιτάξαι ἐξήρκεσεν. Οὕτω δὴ τεταγμένους χρόνον μέν τινα προήγαγεν ἀναπαύων, ὥστε καὶ πάνυ ἔδοξε σχολαία γενέσθαι αὐτῶν ἡ πρόσοδος[43]. Τοὺς γὰρ βαρβάρους, ὅπως τὰ πρῶτα ἐτάχθησαν, οὐκέτι ἀντεπῆγε Δαρεῖος, ἀλλ' ἐπὶ τοῦ ποταμοῦ ταῖς ὄχθαις, πολλαχῇ μὲν ἀποκρήμνοις οὔσαις, ἔτι δὲ ὅπου[44] καὶ χάρακα παρατείνας αὐταῖς, ἵνα εὐεφοδώτερα ἐφαίνετο, οὕτως ἔμενεν. Καὶ ταύτῃ εὐθὺς δῆλος ἐγένετο τοῖς ἀμφ' Ἀλέξανδρον τῇ γνώμῃ δεδουλωμένος. Ὡς δὲ ὁμοῦ ἤδη ἦν τὰ στρατόπεδα[45], ἐνταῦθα

phalanx in dextro cornu non satis conferta videretur, atque ex eâ parte potissimum Persas phalangem circumvenire posse judicaret, ex medio agmine duas amicorum turmas, Anthebusiam, cui Peridas Menesthei filius, & Lagæam, cui Pantordanus Cleandri filius præerant, ut ad dextrum latus clam hostibus se recipiant jubet. Sagittariis etiam, ac parte Agrianum, & Græcorum mercede conductorum nonnullis, in dextro suo cornu ad frontem traductis, phalangem ultra Persarum cornu extendit. Quum enim ii qui ad pedem montis dispositi erant non descenderent, & excursione Agrianum ac paucorum sagittariorum Alexandri jussu in ipsos factâ, facile à radice montis propulsi ad cacumen confugerent; visum etiam ipsi est, eos quos illis eâ ex parte opposuerat, ad corroborandam phalangem usui esse posse. Satisque esse si trecenti equites illis opponerentur. Hoc modo dispositis 10 militibus, Alexander aliquandiu produxit interquiescens ut omnino tardus illorum congressus esse videretur. Neque enim Darius barbaros loco quo primum eos constituerat, motos, in adversum ducebat, sed in ripis fluminis (quæ magnâ ex parte præruptæ erant, & quâ facilior in illas conscensus visus fuerat, vallo ducto munierat) sese continebat. Quod quidem statim Macedonibus argumento fuit, Darium jam servitutem animo concepisse. Postquam vero acies con-

sus vel est, vel potest esse sententia, immo nulla Græcæ constructionis sanitas. Itaque interpretatus est Vulcanius, *exteri omnibus præstituti erant*, quæ vis in quo verbo sedeat, ipse viderit. Si καίτοι vulgo lectum esset, potuisset habere causam suspicandi hic quoque scribi debere προτεταχθέντας, ut paulo ante dixit τὰ ὑποτεταγμένα προτάχθαι, & sic dixisset aliquid, licet illud aliquid parum distaret à nihilo. Eodem tamen sensu & Facius, *primi omnium locati erant*, quem plane expressit Vulcanius. Hic hærendum profecto fuit MSS. omnibus nos & Arrianum destituentibus, & in vulgatam depravationem consentientibus. Quo pretiosior nobis sit scriptura Codicis Optimi, in quo verissime legitur πάντων ἐπετάχθησαν, hoc est, *omnibus postpositi sunt*, plane opposita interpretationibus mente. Sic in prælio ad Granicum dicit, Ἀμύντας ἐπετάχθη Φιλώτᾳ, pro quibus male in Latinis edidit Vulcanius *cui Amyntam adjunxit*, quum imperfecte Facius extulisset. Sed & alii lapsus hic supersunt tam in Græcis quam Latinis. Primo enim scribendum, ὅτι πάντῃ αὐτῷ ἡ φάλ. non αὐτῶν, ut de Alexandro ipso, non mercenariis exteris accipiatur. Deinde non erat vertendum *Persæ judicarent*, sed *judicarentur* nempe ab Alexandro, vel sicut correxi. Tum οἱ ὑπὲρ τοῦ ὄρους τεταγμένοι verterunt Facius quidem, *quos Darius in monte collocaverat*, Vulcanius vero, *qui ad pedem montis dispositi*, ac si legisset ὑπό.

40 Τήν τε Ἀνθεμουσίαν] Ita sane editiones omnes, ita interpretes omnes, ita omnis turba MSStorum. Et quid igitur vocis illud est? an ab urbe, regioneve, an ab viro originem habens? Certe omnes quod dicant, habebunt nihil. Et rursus igitur notam probitatis agnosce, qua se commendat Optimus ille codex, exhibens plane Ἀνθεμουσίαν. Ἀνθεμοῦς urbs Macedoniæ passim celebrata, inde Ἀνθεμούσιος, idque vocabulum translatum in Asiam, unde Anthemusiada urbem Mesopotamiæ vocat Tacit. VI ann. 41 ac diserte notavit Stephanus. Et hoc exemplum confusionis literarum β & μ apponendum libro I. Etiam pro sequente Λαγγαίαν MSSti omnes, etiam Augustanus Vulcanii, habent Λευγαίαν, sive ita scripserit Arrianus, sive sub eo aliud lateat, & forte Βοιαίαν à Βοίῳ, quod est oppidum Macedoniæ, cujus civis Βοιαῖος, apud Stephanum.

41 Περίδας.] Non dubito, si non eundem hominem, certe idem nomen esse, quod memoratur Curtio VII, 6. *Penidas*, & VIII, 1. *Berdes*. Ubi Popma sine causa conjiciebat *Menidas*, quum id factum videatur ex *Benides*, quod erat *Benides*, ex jota factum r. MS. Optimus habebat Περείδας.

42 Δυνατὸν ὂν χρήσασθαι] Posset adjici præcedentibus ex hoc genere, quæ notavi. Verum MS. Opt. δυνατὸς ἄν.

43 Σχολαία γενέσθαι αὐτῶν ἡ πρόσοδος] Abest verbum ab Optimo. Tum MSS. omnes nunc quoque αὐτῷ; etiam in multis legitur πρόοδος.

44 Ἔτι δὲ ὅπου] Scribe ex omnibus ἔστι. Sic contra video erratum in Dionis Chrysost. Nesso vel principio orationis LXI. οἱ δὲ τὸν Σοφοκλέα criminantur περὶ τοῦ καιροῦ πεποιηκότας τὴν τελευτὴν διαβαινόντων αὐτῶν ἔστι τὸν ποταμόν. Id Græcum non est, & corrigendum ἔτι, dum adhuc transibant. Mox pro ταύτῃ εὐθὺς δῆλος in Optimo ταύτῃ ὡς δῆλος, elegantissime.

45 Ὡς δὲ ὁμοῦ ἤδη ἦν τὰ στρατόπεδα] Est hoc Arriani, ut στρατόπεδα, quæ castra sunt, pro exercitu & acie interdum ponat. Sic cap. II τοῦ ἄλλου στρατοπέδου, à reliquo exercitu, prout illic Latina ex nova Vulcanii recensione correxi. Vicissim in eodem capite circa finem στράτευμα ponit pro castris, ἐν τῷ στρατεύματι τάλαντα ἑάλω. Et

 con-

θα παρεμπεσὼν πάλιν Ἀλέξανδρος, παρεκάλει ἄνδρας ἀγαθοὺς γίγνεσθαι· οὐ τῶν ἡγεμόνων μόνον τὰ ὀνόματα ξὺν τῷ πρέποντι κόσμῳ ἀνακαλῶν, ἀλλὰ καὶ ἰλάρχας καὶ λοχαγοὺς ὀνομαστὶ καὶ τῶν ξένων[46] τῶν μισθοφόρων, ὅσοι κατ' ἀξίωσιν, ἤ τινα ἔργα γνωριμώτεροι ἦσαν· καὶ αὐτῷ πανταχόθεν βοὴ ἐγένετο, μὴ διατρίβειν, ἀλλὰ ἐσβάλλειν ἐς τοὺς πολεμίους. Ὁ δὲ ἦγεν[47] ἐν τάξει ἔτι τὰ μὲν πρῶτα, καίπερ ἐν ἀπόπτῳ ἤδη ἔχων τὴν Δαρείου δύναμιν, βάδην, τοῦ μὴ διασπασθῆναί τι ἐν τῇ ξυντονωτέρᾳ πορείᾳ κυμῆναν τῆς φάλαγγος. Ὡς δὲ ἐντὸς βέλους ἐγίγνοντο, πρῶτοι δὴ οἱ κατ' Ἀλέξανδρον, καὶ αὐτὸς Ἀλέξανδρος ἐπὶ τοῦ δεξιοῦ τεταγμένος, δρόμῳ ἐς τὸν ποταμὸν ἐνέβαλλον, ὡς τῇ τε ὀξύτητι τῆς ἐφόδου ἐκπλῆξαι τοὺς Πέρσας, καὶ τοῦ θᾶσσον ἐς χεῖρας ἐλθόντας, ὀλίγα πρὸς τῶν τοξοτῶν βλάπτεσθαι. Καὶ ξυνέβη ὅπως εἴκασεν Ἀλέξανδρος. Εὐθὺς γὰρ ὡς ἐν χερσὶν ἡ μάχη ἐγένετο, τρέπονται τοῦ Περσικοῦ στρατεύματος οἱ τῷ ἀριστερῷ κέρατι ἐπιτεταγμένοι· καὶ ταύτῃ μὲν ἐνίκα λαμπρῶς Ἀλέξανδρός τε καὶ οἱ ἀμφ' αὐτόν· οἱ δὲ Ἕλληνες οἱ μισθοφόροι, οἱ σὺν Δαρείῳ, ᾗ διέσχε τῶν Μακεδόνων ἡ φάλαγξ, ὡς ἐπὶ τὸ δεξιὸν κέρας παραρραγεῖσα, (ὅτι Ἀλέξανδρος μὲν σπουδῇ ἐς τὸν ποταμὸν ἐμβαλὼν, καὶ ἐν χερσὶ τὴν μάχην ποιήσας, ἐξώθει ἤδη τοὺς ταύτῃ τεταγμένους τῶν Περσῶν· οἱ δὲ κατὰ μέσον τῶν Μακεδόνων[48], οὔτε τῇ ἴσῃ σπουδῇ ἥψαντο τοῦ ἔργου, καὶ πολλαχῇ κρημνώδεσι ταῖς ὄχθαις ἐντυγχάνοντες, τὸ μέτωπον τῆς φάλαγγος οὐ δυνατοὶ ἐγένοντο ἐν τῇ αὐτῇ τάξει διασώσασθαι) ταύτῃ ἐμβάλλουσιν οἱ Ἕλληνες τοῖς Μακεδόσιν, ᾗ μάλιστα διεσπασμένην αὐτοῖς τὴν φάλαγγα κατεῖδον. Καὶ τὸ ἔργον ἐνταῦθα καρτερὸν ἦν, τῶν μὲν ἐς τὸν ποταμὸν ἀπώσασθαι τοὺς Μακεδόνας[49], καὶ τὴν νίκην τοῖς ἤδη

conjunctæ sunt, Alexander in omnem exercitus partem obequitans, ut strenuos fortesque viros sese præbeant, hortatur. neque præcipuos solum copiarum duces suis nominibus, observato decoro, verumetiam tribunos & manipulares nominatim compellabat: & ex mercenariis qui aut titulo aut rerum gestarum gloriâ illustriores essent. Hic clamor undique sublatus est, abrumpendam moram, in hostes ruendum. Alexander tametsi jam Darii exercitum in conspectu haberet, sensim tamen initio acies suas duxit, ne nimiâ contentione festinatione que incessus, fluctuans phalanx dissiparetur. Posteaquam vero intra teli jactum ventum est, primi qui circa Alexandrum erant, ipseque Alexander in dextro cornu subsistens, cursu in flumen feruntur: ut & ipsâ impetus celeritate Persas percellerent; & celerius ad manus venientes, parum damni à sagittariis acciperent. quod quidem ita ut Alexander cogitârat evenit. Statim enim atque ad manus ventum est, Persæ qui ad sinistrum cornu collocati erant, terga vertunt. In eo conflictu Alexander cum suo comitatu illustrem minimeque dubiam victoriam est consecutus. Græci vero mercenarii, qui à Darii partibus erant, quâ Macedonum phalanx divisa erat, utpote in dextrum cornu flexa (Alexander enim celeriter amnem ingressus, & cominus cum hoste congressus, facile Persas ex eâ parte positos propulsârat. Macedones vero in medio positi non pari diligentiâ erant usi, sed editis ac præruptis passim ripis impediti, aciei frontem eodem ordine servare non potuerant) eâ parte quâ maxime convulsam phalangem sunt conspicati, impetum in Macedones faciunt. Acris ibi pugna miscetur, Persis quidem, Macedonas in flumen repellere, & victoriam

consentiunt huc libri veteres; quorum tamen nescio an tanti debeat esse auctoritas, ut non confidenter illis obducamus scripturam Codicis Optimi, in quo solo est *τὰ στρατεύματα*. Qui etiam ignorat vocem sequentem *ἐνταῦθα*.

46 *Ἀλλὰ καὶ ἰλάρχας καὶ λοχαγοὺς ὀνομαστὶ καὶ τῶν ξένων &c.*] Negari nequit, quin Vulcanium, qui vertit *tribunos & manipulares*, superarit hoc loco Facius, cujus est, *alarum quoque, & turmarum præfectos*: neque enim manipularibus tantus honor habitus, neque potuit in tam numerosa acie id facere. Tum in Opt. illud καὶ post *ὀνομαστὶ* non est, & vide, an non expelli debeat. Verterem: *verum etiam turmarum ac cohortium ductores nominatim ex peregrinis mercenariis.*

47 *Ὁ δὲ ἦγεν*] MSS. plane omnes *ὁ δὲ ἦγε*. Et vulgatum nihil est. Quæ vero statim hic animadversa sunt de causis citati Macedonum incursus in fluvium, omnia rapta sunt ab Freinshemio ad Curtium III, 10, 3.

48 *Οἱ δὲ κατὰ μέσον τῶν Μακ.*] *Macedones vero in medio flumine positi.* Hi plane nulli fuere. Tu quintam vocem ex versione expelle; intelligit enim illos, qui versus mediam aciem constituti erant, & ad proximum latus horum, qui cum Alexandro Persas invaserant.

49 *Τῶν μὲν ἐς τὸν ποταμὸν ἀπώσασθαι τοὺς Μακεδόνας &c.*] Interpretatio Latina ita nunc favet Persis, & adeo invida est nomini Græcorum, ut nullus Arrianum non suo sermone legens historiam intelligat. Quum enim nihil hactenus audiverimus, nisi Persas terga vertere, Persas ab Alexandro propulsatos, nunc repente Persæ Macedonas in flumen repellere conantur, & victoriam fugientibus jam suis recuperare. Vides vero universam istam hallucinationem Vulcanii esse, & in Græcis non reperiri quidem nomen proprium, neque tamen alios subintelligendos, quam Græcos mercenarios in acie Darii. In qua re decipiendum ita se dedit Facio, cujus plane adscivit versionem *Persis adnitentibus Macedonas in flumen repellere.* Est autem hæc quoque Arriani castitas, ut vitandæ dubitationis ergo, quum de duobus antecedentibus jam dixit *τῶν μὲν*, non subjiciat *τῶν δὲ*, sed in alterutro ipsam propriam appellationem duplicet, ut hoc loco *τῶν Μακεδόνων δὲ*. Sic lib. 1 cap. 18 quum præmisisset *ἦσαν Μέμνων τε ὁ Φρύγαρχος καὶ Σπιθριδάτης οἱ δυνατώτατοι*,

ἤδη φεύγουσιν σφῶν ἀνασώσασθαι· τοῖς Μακεδόσι δέ, τό τε Ἀλεξάνδρου ἤδη φαινομένης εὐπραγίας μὴ λειφθῆναι, καὶ τῆς δόξης τῆς φάλαγγος[10], ὡς ἀμάχου δὴ ἐς τὸ τότε διαβεβοημένης, μὴ ἀφανίσαι. Καί τι καὶ τοῖς γένεσι, τῷ τε Ἑλληνικῷ καὶ τῷ Μακεδονικῷ, φιλοτιμίας ἐνέπεσεν ἐς ἀλλήλους. Καὶ ἐνταῦθα πίπτει Πτολεμαῖός τε ὁ Σελεύκου, ἀνὴρ ἀγαθὸς γενόμενος, καὶ ἄλλοι ἐς εἴκοσι μάλιστα καὶ ἑκατὸν τῶν οὐκ ἠμελημένων Μακεδόνων. 11 Ἐν τούτῳ δὲ αἱ ἀπὸ τοῦ δεξιοῦ κέρως τάξεις, τετραμμένους ἤδη τοὺς κατὰ σφᾶς τῶν Περσῶν ὁρῶντες, ἐπὶ τοὺς ξένους τε τοὺς μισθοφόρους τοὺς Δαρείου, καὶ τὸ πονούμενον σφῶν[11] ἐπικάμψαντες, ἀπό τε τοῦ ποταμοῦ ἀπώσαντο αὐτούς· καὶ κατὰ τὸ παρερρωγὸς τοῦ Περσικοῦ στρατεύματος ὑπερφαλαγγήσαντες, ἐς τὰ πλάγια ἐμβεβληκότες ἤδη, ἔκοπτον τοὺς ξένους· καὶ οἱ ἱππεῖς δὲ οἱ τῶν Περσῶν κατὰ τοὺς Θεσσαλοὺς τεταγμένοι, οὐκ ἔμειναν ἐντὸς τοῦ ποταμοῦ[12] ἐν αὐτῷ τῷ ἔργῳ, ἀλλ' ἐπιδιαβάντες εὐρώστως ἐνέβαλλον εἰς τὰς ἴλας τῶν Θετταλῶν· καὶ ταύτῃ ξυνέστη ἱππομαχία καρτερά· οὐδὲ πρόσθεν ἐνέκλιναν οἱ Πέρσαι, πρὶν Δαρεῖόν τε πεφευγότα ᾔσθοντο, καὶ πρὶν ἀπορραγῆναι σφῶν τοὺς μισθοφόρους συγκοπέντας ὑπὸ τῆς φάλαγγος· τότε δὲ ἤδη λαμπρά τε καὶ ἐκ πάντων ἡ φυγὴ ἐγίγνετο· καὶ οἵ τε τῶν Περσῶν ἵπποι ἐν τῇ ἀναχωρήσει ἐκακοπάθουν, βαρέως ὡπλισμένους τοὺς ἐμβάτας σφῶν φέροντες, καὶ αὐτοὶ οἱ ἱππεῖς κατὰ στενὰς ὁδούς, πλήθει τε πολλοί, καὶ πεφοβημένως, σὺν ἀταξίᾳ[13] ἀποχωροῦντες, οὐ μεῖον ὑπ' ἀλλήλων καταπατούμενοι, καὶ πρὸς τῶν διωκόντων[14] πολεμίων ἐβλάπτοντο, καὶ οἱ Θεσσαλοὶ εὐρώστως αὐτοῖς ἐπέκειντο· ὥστε οὐ μεῖον ἢ ὡς πεζῶν φόνος ἐν τῇ φυγῇ τῆς ἱππασίας ἐγίγνετο. Δαρεῖος δέ, ὡς αὐτῷ τὸ πρῶτον ὑπ' Ἀλεξάνδρου ἐφοβήθη τὸ κέρας τὸ εὐώνυμον, καὶ ταύτῃ ἀπορρηγνύμενον κατεῖδε τοῦ ἄλλου στρατοπέδου, εὐθύς, ὡς εἶχεν, ἐπὶ τοῦ ἅρματος

riam fugientibus jam suis recuperare nitentibus: Macedonibus contra, ne manifestæ Alexandri victoriæ deessent, aut phalangis gloriam, quæ ut invicta tum temporis omnium ore celebrabatur, imminuerent. Adhæc æmulatio quædam contentioque de honore Græcanicæ nationi cum Macedonibus intercedebat. In eo conflictu Ptolemæus Seleuci filius re fortiter gestâ, aliique non obscuri nominis Macedones centum & viginti numero ceciderunt. Dum hæc geruntur, 11 cohortes quæ ad dextrum cornu erant, quum jam Persas sibi oppositos in fugam versos viderent, in exteros Darii mercede conductos, & invalidos maleque affectos conversi, eos à flumine propellunt. atque eam Persici exercitus partem quæ divulsa erat, phalange circumvenientes, è transverso in eos feruntur, stragemque exterorum edunt. Porro equites Persæ qui Thessalis oppositi erant, nequaquam se in hoc conflictu intra flumen continebant, sed eo fortiter atque animose transmisso, in Thessalicas turmas invehuntur. Atrox ibi equestre prælium commissum est. neque prius Persæ terga verterunt, quam Darium fugisse cognoscerent, aut antequam mercenarios suos à phalange dissipatos cæsosque esse intelligerent. Tum vero manifesta, & quidem totius exercitus fuga fit. Persarum equi, quod sessores graviter armatos ferrent, in receptu multum incommodi acceperunt: ipsique equites, quum per angusta viarum confertim, metu exagitati, nullo ordine ruerent, non minore damno protriti à suis, quam ab hostibus insequentibus sunt affecti. Thessali enim acriter à tergo premebant, adeo ut haud minor equitum quam peditum strages in fugâ edita fuerit. Darius vero, ut ipsi primum ab Alexandro sinistrum cornu perculsum est, eâque ex parte abruptum à reliquo exercitum vidit, confestim inscenso, ut potuit, curru, cum

ταται, ἐκδιδόντες οἱ μὲν τὴν πόλιν, ὁ δὲ Μιθρήνης τὴν ἄκραν, quum posterius *Μιθρήνης* potuisset omitti. Sic persæpe Arrianus. Nec minus in eo suavissimus Ælianus.

50 *Καὶ τῆς δόξης τῆς φάλαγγος*] Video retineri posse, ut subaudiatur vocula *τι*. Sed tamen in omnibus MSS. est *τὴν δόξαν*. Etiam paulo ante in Optimo erat *φεύγουσιν αὐτῶν* non *σφῶν*.

51 *Καὶ τὸ πονούμενον σφῶν*] Facius hæc præteriit. Vulcanius: *& invalidos, maleque affectos.* Quod ad interpretationem Græcæ vocis satis commodum; sed quod ea Vulcanius retulerit ad præcedentia, & conjungat *in exteros Darii mercede conductos & invalidos maleque affectos*, gravissime impegit, quum verba citata non de Persis, sed de Macedonibus prout intellexit Arrianus, intelligi debeant. Verte: *& partem suorum laborantem.* Ipsa res id ostendit.

52 *Ἐντὸς τοῦ ποταμοῦ*] *In flumine.* Ac si Thessali in ipso flumine constituti fuissent. Immo *citra flumen*, quod alibi *ἐπὶ τάδε*.

53 *Καὶ πεφοβημένως σὺν ἀταξίᾳ*] Opt. MS. *καὶ πεφοβημένοι καὶ σὺν ἀταξίᾳ*.

54 *Οὐ μεῖον ὑπ' ἀλλήλων καταπατούμενοι καὶ πρὸς τῶν διωκόντων*] Vocula *καὶ* nullo genere id exprimere potest, quod Latina volunt, scil. *non minore damno quam ab hostibus*: idque satis docet sequens comma, ubi idem est sermonis Græci modus. Neque tamen ulla est in tralatitiis scriptis varietas: adeo infixus & inveteratus hic hæret error, quem tandem bona Minerva & Optimi Codicis auxilio eluo, & scribarum in vulgatis licentiam ex eo sic emendo, *οὐ μεῖον ὑπ' ἀλλήλων καταπατούμενοι ἢ πρὸς τῶν διωκόντων τῶν πολεμίων*. Circumspectiores fuerunt heroes illi lib. 1 cap. 9, ubi etiam occurrit eadem loquendi ratio, non particulam *ἢ* mutantes in *καὶ*, sed utramque retinentes, sed invito Arriano. Verba sunt: *οὐ μεῖόν τι τοὺς ἄλλους Ἕλληνας ἢ καὶ αὐτοὺς τοὺς μεταχόντας τοῦ ἔργου ἐξέπληξε.* Nec enim ita Arrianum scripsisse certo scio, quum in Optimo MS. altera vocularum desit, sed quænam potissimum, non sane accurate notari.

μαλος σὺν τοῖς πρώτοις ἔφυγε[55]. καὶ ἔστε μὲν ὁμαλοῖς χωρίοις ἐν τῇ φυγῇ ἐτύγχανεν, ἐπὶ τοῦ ἅρματος διεσώζετο. Ὡς δὲ φάραγξί τε καὶ ἄλλαις δυσχωρίαις ἐνέκυρσε, τὸ μὲν ἅρμα ἀπολείπει αὐτοῦ, καὶ τὴν ἀσπίδα, καὶ τὸν κάνδυν ἐκδύς· ὁ δὲ καὶ τὸ τόξον ἀπολείπει ἐπὶ τοῦ ἅρματος· αὐτὸς δὲ ἵππου ἐπιβὰς ἔφυγε. Καὶ ἡ νὺξ οὐ διὰ μακροῦ ἐπιγινομένη ἀφείλετο αὐτὸν, τὸ πρὸς Ἀλέξανδρον ἁλῶναι. Ἀλέξανδρος γὰρ, ἔστε μὲν φάος ἦν, ἀνὰ κράτος[56] ἐδίωκεν· ὡς δὲ συνεσκότασζέ τε ἤδη, καὶ τὰ πρὸ ποδῶν ἀφανῆ ἦν, ἐς τὸ ἔμπαλιν ἀπετρέπετο ὡς ἐπὶ τὸ στρατόπεδον. Τὸ μέν τοι ἅρμα τὸ Δαρείου ἔλαβε[57], καὶ τὴν ἀσπίδα ἐπ' αὐτῷ, καὶ τὸν κάνδυν, καὶ τὸ τόξον. Καὶ γὰρ καὶ ἡ δίωξις βραδυτέρα αὐτῷ ἐγεγόνει, ὅτι ἐν τῇ πρώτῃ παραῤῥήξει τῆς φάλαγγος ἐπιστρέψας καὶ αὐτὸς, οὐ πρόσθεν ἐς τὸ διώκειν ἐτράπετο, πρὶν τούς τε μισθοφόρους τοὺς ξένους καὶ τὸ τῶν Περσῶν ἱππικὸν ἀπὸ τοῦ ποταμοῦ ἀπωσθέντας κατεῖδε. Τῶν δὲ Περσῶν ἀπέθανον μὲν Ἀρσάμης[58] καὶ Ῥεομίθρης καὶ Ἀτιζύης, τῶν ἐπὶ Γρανικῷ ἡγησαμένων τοῦ ἱππικοῦ· ἀποθνήσκει δὲ καὶ Σαβάκης ὁ Αἰγύπτου σατράπης, καὶ Βυβάκης, τῶν ἐντίμων Περσῶν. Τὸ δὲ ἄλλο πλῆθος, εἰς δέκα μάλιστα μυριάδας[59]. καὶ

cum primariis fugit. Et quamdiu planis atque apertis locis in fugâ uti licuit, curru sibi salutem quæsivit. Ubi autem in prærupta loca aliasque viarum difficultates incidit, deserto curru & scuto, exutoque amiculo; arcu etiam in curru relicto, conscenso equo fugit. Nox non multo post superveniens obstitit, quominus ab Alexandro caperetur. Alexander enim dum adhuc lux esset, enixe persequebatur; postquam vero tenebræ sunt obortæ, & propinqua etiam in obscuro, ad exercitum reversus, currum Darii, ejusque scutum & amiculum atque arcum cepit. Paulo enim tardius eum insequi cœperat, quod in primâ illâ phalangis dissipatione ipse etiam subsistens, non prius ad insequendum se converterit, quam exteros mercenarios, Persicumque equitatum à flumine repulsos conspexit. E Persis cecidêre Arsames, Rheomithres & Atizyes, ex iis qui apud Granicum equitatum duxerant. Sabaces etiam Ægypti satrapa, & Bubaces, magni inter Persas nominis. Præter hos, ingens multitudo ad centum millia, atque in his, equitum de-

55 Εὐθὺς, ὡς εἶχεν, ἐπὶ τοῦ ἅρματος σὺν τοῖς πρώτοις ἔφυγε] Facius: *insenso curru cum iis, qui proximi erant.* Hunc sequutus Vulcanius: *Confestim inscenso ut potuit curru cum primariis fugit.* Qua versione isti interpretes Freinshemium tunc non attentum, in errorem gravem induxerunt, ut ad Curt. III, 11, 7 notaret Arrianum fugæ tantum caussa dicere currum à Dario conscensum. Nam ubi in Græcis est nunc modo Darium conscendisse currum? quum per totum prælii tempus in curru fuerit, quod testatur eo loco Curtius, & nunc non negat Arrianus. Ut omnia clarissima habeas, sic distingue Græca: εὐθὺς, ὡς εἶχεν ἐπὶ τοῦ ἅρματος, σὺν τοῖς πρώτοις ἔφυγε. Hoc est, *statim, sicut erat in curru, cum primis aufugit.*

56 Ἔστε μὲν φάος ἦν, ἀνὰ κράτος &c.] Has duas posteriores voces cum quatuordecim sequentibus quam commode ex MS. vulgaverim & inseruerim, patebit penitus, si omissis eis recte attenderis, quam incongrua antehac processerit narratio, plane sibi disconveniens. Ista πρὸ ποδῶν ἀφανῆ interpretatur plane Curtius VII, 3 *vix ut quæ prope sunt, conspici possint.* Quæ accessio quum certissime veniat à manu Arriani, non dubitandum est quoque de simplici ἐτράπετο, pro quo legebatur ἀνεστρέφετο, & Vulcanius novissime mutabat in ἀνεστράφετο. Simplex ipsum mox etiam sequitur.

57 Τὸ μέν τοι ἅρμα τὸ Δαρείου ἔλαβε] Pro verbo postremo notavi ex MS. Optimo ἀπολαμβάνει. Ex quo si facias ἀπολαβὼν, perfectissima erit sententia.

58 Ἀρσάμης] Omnes MSSti quos ego tractavi, etiam Optimus, plane habent Ἀρσάμης, ut nunc debuerit ita à me edi pro vulgato Ἀρσίμης.

59 Εἰς δέκα μάλιστα μυριάδας] Video hic disputari de numero isto cæsorum Persarum maxime, quem edit Justinus XI, 9. Nam quum Freinshemius rationem ejus habens, quod Justinus in eo debuerit adhibuisse scriptores Græcos: Græci autem scriptores certe illi, qui supersunt, non numerent nisi per μυριάδας, ideo crederet scribendum *centum & sexaginta*; noster curiosus crediderit potius Justini incuria factum, quo minus se in hoc numero exprimendo Græcis scriptoribus conformarit (credo quum rure Frisio ageret, sic didicit Latine loqui) tum non posse eo numerum adscendere, quum nemo veterum tot cæsorum ad Issum meminerit, & propterea non damnet Sabellici scripturam *peditum sexaginta millia*. Nugæ meræ, quæ suo se gladio jugulant. Nam dum abstinet ab aucto nimis numero Freinshemii, ad eam diminutionem venit, quam nullus probare potest. Et an non pari argumento agere licet, ut valde numerum imminuamus, non potest tamen eo descendere, quum nemo veterum tam paucos ad Issum cæsos dixerit? Justini vero incuria quî fieri id potuit, quum is non ad Græcos secesserit, sed Trogum suum ante oculos habuerit. Trogi incuriam hic nullam exagitari posse & levem esse objectionem Freinshemii vel ipse Arrianus evincet. Dicit Freinshemius Græcos per myriadas computavisse hanc cladem. Verum est. Sed quomodo? an absolute? Non profecto. Dicit Arrianus de peditibus, εἰς δέκα μάλιστα μυριάδας, de equitibus ὑπὲρ τοὺς μυρίους. Neuter sermo ex his ita myriades definit, ut non aliquot chiliades aut centena capita vel superfuerint vel eum numerum rotundum defecerint. Itaque si modo in rem præsentem venisset Freinshemius, caussa cecidisset. De loco autem Justini aliter sentio. Hodie illic editur *peditum unum & sexaginta millia.* Sic ipse legi Parisiis in optimæ notæ Thuanæo exemplari MS. Sic frater meus in Optimo Codice Mediceo. At vero notat Bongarsius in MSS. suis omnibus fuisse *sexaginta unum millia*, & sic ipse etiam legi in membranaceo Academiæ nostræ. Sic quoque frater in duobus aliis item Mediceis; & sic editiones priores, ut Mediolanensis anni MDX. Hinc patet, undecunque contigerit, agnoscere nos debere transpositionem in literis *sex* & *unum* olim in libris Justini fuisse, quum in antiquissimis codicibus ea pugna sit. An hîc improbe versabimur, si inducta una litera *u* dicam me semper statuisse videri scriptum prius fuisse obscurius quodammodo *nonaginta*, & inde correctores non lepidos hîc turbasse, quum Justini manus fuerit *sex & nonaginta millia*? Plane id notat Arriani δέκα μάλιστα (circiter, admodum,) μυριάδας.

καὶ ἐν τούτοις, ἱππεῖς ὑπὲρ τοὺς μυρίους· ὥστε λέγει Πτολεμαῖος ὁ Λάγου, ξυνεπισπόμενος τότε Ἀλεξάνδρῳ, τοὺς μὲν σφῶν διώκοντας Δαρεῖον, ὡς ἐπὶ φάραγγί τινι ἐν τῇ διώξει ἐγένοντο [60], ἐπὶ τῶν νεκρῶν διαβῆναι τὴν φάραγγα. Τότε στρατόπεδον τὸ Δαρείου εὐθὺς ἐξ ἐφόδου ἑάλω, καὶ ἡ μήτηρ, καὶ ἡ γυνή, αὐτὴ δὲ καὶ ἀδελφὴ Δαρείου, καὶ υἱὸς Δαρείου νήπιος [61]. Καὶ θυγα-

decem millia: adeo ut Ptolemæus Lagi filius, qui tum temporis Alexandrum cum suis Darium insequentem comitatus erat, autor sit, quum instructâ phalange insequerentur, super strata hostium cadavera phalangem transisse. Ipsa etiam castra Darii primo impetu capta sunt, atque in iis mater Darii, & uxor ipsa eademque soror, ac filius adhuc infans. Duæ præterea ejus filiæ ca-

60 Ὡς ἐπὶ φάλαγγί τινι ἐν τῇ διώξει ἐγένοντο] Satis fordida menda. Nam ut differamus quærere de ipsa loquutione; quid ad probanda centum & amplius millia hominum cæsa adferre argumenti potest phalanx super strata hostium cadavera transiens? In quo pene alicujus momenti prælio id non fit? Sed maxime in verbis apparet livor. Quis enim legit unquam ἐπὶ φάλαγγι γίνεσθαι, pro, instructa phalange insequi? Γίνεσθαι ἐπὶ πολεμίοις longe alio sensu legitur. Deinde cur additur vocula τινί, quum non de incerta, sed certa persequentium phalange sit sermo? Hæc quum nullo pacto queant defendi aut tolerari; ab illis tamen, si per Musas licet, Græcæ linguæ professoribus, qui profitentur non modo se scite linguam Græcam, sed etiam alios docere & locis honoratis incubare, tum potuerunt concoqui, tum Latine explicari. Sed væ illis libris, qui sortiuntur tam sordidos interpretes! Nos fatemur nunquam cum luce in hoc loco versari potuisse, & eum obelis confixum gestasse ad melioris usque & felicioris diei exspectationem: quod ego sapientius factum puto, quam aut interpretari velut bene sana, & legentium juvenum oculos ac ingenia derediculo habere & frustrari, ut credant intelligi, quæ nullam partem intelliguntur. Nec tamen ulla prorsum spes ex aliis scriptis obvenit, nisi quod in solo Perusino invenerim φάραγγι, ita tamen ut deinceps retineat φάλαγγα. Hoc quum nancifcerer, inceperunt oculi velut ex caligine in splendorem venire, ut postea feliciter dicerem certissimæ & constantissimæ Optimi codicis fidei, qui & hic habet φάραγγι, & in sequentibus φάραγγα, quod utrumque ut verissimam Arriani manum, ambabus ulnis amplector & exosculor. Prorsus enim sic legendum, vertendumque: *eos, qui cum ipsis Darium tunc persequebantur, quum in persequendo ad convallem quandam venissent, super cadavera convallem transisse.* Caute Facius: *eos per strata passim cæsorum hostium cadavera sibi transitum quæsivisse.* Huc respexisse opinor Plutarchum in libro II de fortun. Alexandri, αἵμασι κεχαραγμένας πεδιάδας ἰδεῖν, καὶ νεκροῖς γεγεφυρωμένας δίνας. Quæ verba profecto ex hac demum restitutione fidem capiunt, quam antea obtinere non poterant. Quod si nihil aliud, existimo hunc locum, quem multi legerunt, demonstraturum, quanta sit differentia inter prætervolantes cum susurro & ἀκάρπους τούτους graculos & veram Criticen, evicturumque nihil esse cum ejus præstantia comparandum, nihil nos plura docere, nihil magis necessarium. Ex isto autem Plutarchi loco apparet non siccam convallem fuisse, sed torrentem, & eam significationem aptari posse voci φάραγξ credo, quia & sic in Hebræis una eademque vox utrumque denotat, ut notaverunt viri docti. Nam plerumque φάραγγες illæ oriuntur ab torrentibus. Unde Curtius V, 3; *ingens vorago concursu cavata torrentium.* Strabo lib. XIV p. 649 de Nysa. διαρρεῖ αὐτὴν χαράδρα τις ποιοῦσα φάραγγα. Unde & Polybius quam lib. III cap. 52 vocat φάραγγα, per quam transire debebat Hannibalis exercitus, seq. cap. vocat χαράδραν, quum Livius eam partem sic describeret, in angustiorem viam ex parte altera subjectam jugo imminenti, ut notavit illic chirographo suo Casaubonus. Plutarcho in Gracchis junguntur χειμάρρου ἢ φάραγγος. Itaque idem hoc loco fieri innuitur, quod apud Appianum Libyc. in oratione Lentuli, τὰς δὲ αἰχμαλώτους ὑμῶν τὰς μὲν ἐς τάφρους καὶ ποταμοὺς ἐμβαλόντες ὡς γεφύραις ἐχρῶντο, qui scriptor in eisdem bellis p. 102 κρημνὰ καὶ φάραγγας simul ponit. Et notus ex Floro torrens Vergelli cum ponte de cadaveribus facto.

61 Υἱὸς Δαρείου νήπιος] Non potui satis assequi, qua ratione quum Justinus in ea parte, ubi refert spolia prælii ad Issum, & captivas, non nominaverit hunc νήπιον vel puerum nondum sextum ætatis annum egressum, ausus sit nuper vir doctus alio loco ubi scribit *semel tantum uxorem Darii Alexandro visam esse, cum matrem filiasque ejus parvulas frequenter consolaretur*, publice fateri se putare scripsisse Justinum: *cum matrem, filias, filiumque ejus parvulum frequenter consolaretur*, idque se ita facere, si argumentis & historiæ quid credendum est, quum nec argumenta nec ratio historiæ quidquam pro eo faciant. Nam quod negat eas parvulas dici posse, quæ ab aliis vocentur adultæ, vel θυγατέρες πάνυ ἐπίγαμοι, & similem in modum alia; id ego hactenus quoque concedo; ut tamen oporteat in hac consideratione partem dare loquutioni veterum, quam vel discere possumus ex Appiano in fine Parthicorum, ubi dicitur Antonius λαβὼν ἐπὶ τῷ ἐκ Κλεοπάτρας υἱῷ γυναῖκα οἱ αὐτῷ regis Medorum τὴν θυγατέρα, ἔτι μικρὰν οὖσαν. Sed etiamsi id penitus indulgeatur, an inde sequitur à Justino debuisse factam esse mentionem filii parvuli? idque hoc loco, quum ante in ipsa recensione captivarum non nominaverit? Id plane non video. Alterum quoque, quo statuit videri causam omittendi fuisse, quia capite nono nulla capti, sed uxoris, matris & duarum filiarum tantum fit mentio, plane intorqueo, & quum nulla istic sit mentio capti filii, non potest esse suspicio ulla eum hic nominatum fuisse. Immo ne potuit quidem hic nominatus fuisse. Qua in parte enim consolaretur νήπιον & nondum sex annorum puerum? Immo etiamsi ante dixisset eum factum fuisse captivum, nunc tamen ipsa ratio omitti postularet, quum is fortunam suam nondum caperet. Quid igitur consolaretur? Ne exagitem illum vehementer immanem & acerbum grassandi in Justino modum. Etiam quod postea negat sibi fieri verisimile Justinum virgines, quas memoriæ mandaverat Alexandro à Dario in uxores oblatas, parvulas appellaturum, id profecto nihil est, ut docet locus Appiani, si nihil obstaret aliud. Nonne enim quotidie id fit inter principes, & parvulæ desponderur etiam parvulis? Ego autem propterea etiam non credo ab Justino eas esse vocatas parvulas, quia non erant, & aliter eas describunt scriptores antiqui. Quid ergo? Certe quum ex his constet, filium hic adhiberi non posse, multo lenior erit medela, si censeamus quod fane ego censeo, Justinum dedisse, *cum matrem filiasque ejus pavidas frequenter consolaretur.* Tunc enim consolatus eas est, quum complorationem super Dario edidissent, ut dixit paulo ante. Immo pavidas nunc vocat, habens in animo, quod capite IX. vocaverat, eas timentes. Etiam Arrianus ex aliis refert id eum fecisse ἀκούσαντα γυναικῶν οἰμωγὴν καὶ ἄλλον τοιοῦτον θόρυβον. Istud vero adjectivum quam ubique suam præbeat opportunitatem, tum in hoc eventu mirum quam amaverint antiqui de fœminis. Ecce specimina quædam. Virgilius II Æn. *pueri & pavidæ longo ordine matres Stant circum.* Livius III, 45. *Pavida puella stupente.* IV, 40. *Pavidæque matres ac conjuges oblitæ præ gaudio decoris obviam agmini occurrerent.* XXVIII, 42. *Euntes in prælium pavida prosequetur conjux & parvi liberi occursabunt.* Nempe pavidus est semper pavens, ut notat Servius ad II Æneid. 489. Id ergo & historiæ & rationi & literis, quæ in editionibus & MSStis Justini exemplaribus bene conveniunt, nisi quod nonnulli habent *parvulasque filias ejus*, unice congruit, etiam aliquoties Justino frequentatum,

θυγατέρες δύο ἑάλωσαν, καὶ ἄλλαι ἀμφ' αὐτὰς Περσῶν τῶν ὁμοτίμων γυναῖκες οὐ πολλαί. Οἱ γὰρ ἄλλοι Πέρσαι τὰς γυναῖκας σφῶν ξὺν τῇ ἄλλῃ κατασκευῇ ἐς Δαμασκὸν ἔτυχον ἐσταλκότες· ἐπεὶ καὶ Δαρεῖος τῶν τε χρημάτων τὰ πολλά, καὶ ὅσα ἄλλα μεγάλῳ βασιλεῖ ἐς πολυτελῆ δίαιταν καὶ στρατευομένῳ ὅμως συνέπεται, πεπόμφει ἐς Δαμασκόν, ὥς τε ἐν τῷ στρατεύματι οὐ πλείονα ἢ τρισχίλια[62] τάλαντα ἑάλω. Ἀλλὰ καὶ τὰ ἐν Δαμασκῷ χρήματα ὀλίγον ὕστερον ἑάλω ὑπὸ Παρμενίωνος, ἐπ' αὐτὸ τοῦτο σταλέντος. Τοῦτο τέλος τῇ μάχῃ ἐκείνῃ ἐγένετο, ἐπὶ ἄρχοντος Ἀθηναίοις Νικοστράτου 12 μηνὸς Μαιμακτηριῶνος[63]. Τῇ δὲ ὑστεραίᾳ, καίτοι τετρωμένος τὸν μηρὸν Ἀλέξανδρος ξίφει, ὅμως δὲ τοὺς τραυματίας ἐπῆλθε[64], καὶ τοὺς νεκροὺς ξυναγαγὼν, ἔθαψε μεγαλοπρεπῶς, σὺν τῇ δυνάμει πάσῃ ἐκτεταγμένῃ ὡς λαμπρότατα ἐς πόλεμον[65]. καὶ λόγῳ ἐπεκόσμησεν ὅσοις τι διαπρεπὲς ἔργον ἐν τῇ μάχῃ ἢ αὐτὸς ξυνέγνω εἰργασμένον, ἢ ἀκοῇ συμφωνούμενον ἔλαβε[66], καὶ χρημάτων ἐπιδόσει ὡς ἑκάστους σὺν τῇ ἀξίᾳ ἐτίμησε. Καὶ Κιλικίας μὲν ἀποδείκνυσι σατράπην Βάλακρον, τὸν Νικάνορος, ἕνα τῶν σωματοφυλάκων τῶν βασιλικῶν· ἀντὶ δὲ τούτου ἐς τοὺς σωματοφύλακας κατέλεξε Μένητα τὸν Διονυσίου· ἀντὶ δὲ Πτολεμαίου τοῦ Σελεύκου, τοῦ ἀποθανόντος ἐν τῇ μάχῃ, Πολυπέρχοντα[67] τὸν Σιμμίου ἄρχειν ἀπέδειξε τῆς ἐκείνου τάξεως. Καὶ Σολεῦσι τά τε πεντήκοντα τάλαντα, ἃ ἔτι ἐνδεᾶ ἦν[68] ἐκ τῶν ἐπιβληθέντων σφίσι χρημάτων,

captæ, & circum eas aliæ principum virorum uxores non multæ. Alii enim Persæ uxores suas cum impedimentis Damascum miserant. siquidem & Darius majorem pecuniarum partem, & quæcunque ad splendidum magnificumque apparatum pertinentia reges etiam militantes comitari solent, Damascum miserat. adeo ut in exercitu ultra tria millia talentorum inventa non fuerint. Cæterum omnis ea pecunia paulo post Damasci capta est à Parmenione, eam ad rem ab Alexandro misso. Hic istius prælii exitus fuit, archonte Athenis Nicostrato, mense Januario. Postero die Alexander, quam- 12 vis æger adhuc è vulnere quod gladio in femore exceperat, saucios tamen obivit, & cæsorum corporibus conquisitis, magnifice ea sepelivit, universo exercitu in acici formam splendidissime locato, & bellicas uniuscujusque laudes, quem vel ipse præclarum aliquod facinus in pugnâ patrantem viderat, vel patrasse constanti famâ acceperat, verbis ornavit, & pecuniarum largitione singulos pro suo merito dignitateque honestavit. Posthæc Balacrum Nicanoris filium Ciliciæ satrapam designat. is unus ex regiis corporis custodibus erat: custodiæ autem corporis in ejus locum suffecit Menetem Dionysii filium. Polyperchonti Simmiæ filio, agmen Ptolemæi Seleuci filii (qui in prælio ceciderat) ducendum dat. Solensibus quinquaginta talenta, quæ adhuc reliqua

62 Οὐ πλείονα τρισχίλια] Ne hoc quidem habet quidquam, quo se tueatur. Si posterior numerus foret ex genere ἀπτώτων, tolerari posset, ut Actor. XXIII, 10 ἦσαν δὲ πλείους τεσσαράκοντα. Nunc necessarium est, ut legas inserta vocula οὐ πλείονα ἢ τρισχίλια. Nullus ex scriptis libris eâ destituitur, quos quidem ego vidi. III, 7 ἱππέας οὐ πλείους ἢ χιλίους. VI, 22 σμύρνης πολλὰ δένδρα πεφυκότα, μείζονα ἢ κατὰ τὴν ἄλλην σμύρναν. Eadem est constructio Xenophontis IV Κυροπαιδ. πλείω ἅπαντα ἢ κατὰ τὸ ἡμέτερον πλῆθος. Etsi voluerit subvenire interpres lepide. Mox etiam iidem omnes τοῦτο τὸ τέλος.

63 Ἄρχοντος Νικοστράτου μηνὸς Μαιμακτηριῶνος] In utroque quid adverti debeat circa & nomen viri & mensis Latinam interpretationem, ex Radero produxit Freinshemius ad Curtium III, 11, 27 & Meursius lib. IV Archontum Athen. cap. 12. Sed quod Archon iste aliis Nicocrates, Arriano Nicostratus dicitur, non magis mirari quis debet, quam Curtio Callicratidem dici, quem Arrianus libro III vocat Callistratidem inter Lacedæmonios legatos ad Darium & ad Alexandrum ductos.

64 Ὅμως δὲ τοὺς τραυματίας ἐπῆλθε] Editio Basil. & omnis scriptorum codicum grex tantum habent ὁ δὲ. Nec ratio fuit mutandi. Certe sic I, 24 Ἀλεξάνδρῳ δὲ ὡς ἐξηγγέλθη &c. ὁ δὲ καὶ ὡς ἐξαγαγὼν &c. Et hujus libri capite 7, quum dixisset Xenophontem Græcosque quamvis nulla parte virium comparandos exercitui Alexandri, subjungit, οἱ δὲ βασιλέα τε ξὺν πάσῃ δυνάμει πρὸς Βαβυλῶνι αὐτῇ ἐτρέψαντο. III, 21. Γνώμην πεποίηθη τοὺς ξυλλαβόντας Δαρεῖον .... ὁ δὲ τὸ ἔμπαλιν ἐπαναλελυθότα μαθὼν, τοὺς δὲ στρατιὰν ξυλλέγειν &c. VI, 10. Ἀλέξανδρος βάλλεται καὶ αὐτὸς ἐς τὸ στῆθος τοξεύματι ... ὁ δὲ, ἔς τε μὲν ἔτι θερμὸν ἦν αὐτῷ τὸ αἷμα, καίπερ κακῶς ἔχων ἠμύνετο. Quibus omnibus in locis id per pleonasmi speciem notat *nihilominus*, vel *ipse tamen*. Et præcipue singularis & elegans usus est libro VII, 2. Καλέσαντας τὸν Κάλανον, ὅτι ἀπολιπὼν τὴν παρὰ σφίσιν εὐδαιμονίαν, ὁ δὲ δεσπότην ἄλλον ἢ τὸν θεὸν ἐθεράπευσε. Sed & id ipsum restituemus IV, 2 & VII, 29.

65 Ἐκτεταγμένῃ ὡς λαμπρότατα ἐς πόλεμον] Solent Græci admodum suaviter particulæ ὡς adnectere superlativum, ut nemo ignorat paulo in Græcis humanior. Edit. Basil. ὡς λαμπρότατα. MS. unus voculam ὡς ignorabat. Optimus inversis vocibus: λαμπρότατα ὡς ἐς πόλεμον, quod non modo non reprobem, sed omnino admittam.

66 Ἀκοῇ συμφωνούμενον ἔλαβε] Optimus ἔμαθε. Ita cap. 15 ἐπεὶ καὶ τούτους ἑαλωκότας ἔμαθεν. Idem codex ἔμαθεν, quem ego pro varia lectione non cunctanter præfero. Nam & alius istic sed secundi ille generis ἐπείθετο habebat, ut apud Vulcanium Augustanus ἐπύθετο. Sed attende modo, passim illud μαθεῖν sic reperies adhibitum Arriano.

67 Πολυσπέρχοντα] MS. Optimus sane Πολυπέρχοντα, ut jam fuit editum ab Basil. & Vulcanio, etiam sic in Latinis scribente, sed qui & ipse in sua editione dein temere mutavit in σπ. Nam superat fides Optimi codicis, quidquid Freinshemius in Indice Curtiano cum Xylandro obstrepant. In patris autem nomine densa videtur esse obscuritas, quoniam in libro Optimo legitur Δεγμίου, & in libro III tertio vidi codicem, qui omnes illas voces omittebat ἐπὶ δὲ ὁ Πολυπέρχοντος τοῦ Σιμμίου.

68 Ἃ ἔτι ἐνδεᾶ ἦν] Opt. ἔτι ἐνδεᾶ ἦσαν.

των, ἀφῆκε, καὶ τοὺς ὁμήρους ἀπέδωκεν. Ὁ δὲ οὐδὲ τῆς μητρὸς τῆς Δαρείου, οὐδὲ τῆς γυναικὸς ἢ τῶν παίδων ἠμέλησεν· ἀλλὰ λέγουσί τινες τῶν τὰ Ἀλεξάνδρου γραψάντων, τῆς νυκτὸς αὐτῆς ᾗ ἀπὸ τῆς διώξεως τῆς Δαρείου ἐπανῆκεν, ἐς τὴν σκηνὴν παρελθόντα αὐτὸν τὴν Δαρείου, ἥτις αὐτῷ ἐξῃρημένη ἦν, ἀκοῦσαι γυναικῶν οἰμωγὴν καὶ ἄλλον τοιοῦτον θόρυβον οὐ πόρρω τῆς σκηνῆς· πυθέσθαι οὖν αἵτινες γυναῖκες, καὶ ἀνθ' ὅτου οὕτως ἐγγὺς παρασκηνοῦσαι. καί τινα ἐξαγγεῖλαι, ὅτι, ὦ βασιλεῦ, ἡ μήτηρ τε καὶ ἡ γυνὴ Δαρείου καὶ οἱ παῖδες, ὡς ἐξηγγέλθη αὐταῖς ὅτι τὸ τόξον τε τοῦ Δαρείου ἔχεις, καὶ κάνδυν τὸν βασιλικόν, καὶ ἡ ἀσπὶς ὅτι κεκόμισται ὀπίσω ἡ Δαρείου, ὡς ἐπὶ τεθνεῶτι Δαρείῳ ἀνοιμώζουσιν. Ταῦτα ἀκούσαντα Ἀλέξανδρον, πέμψαι πρὸς αὐτὰς Λεοννάτον, ἕνα τῶν ἑταίρων, ἐντειλάμενον φράσαι ὅτι ζῇ Δαρεῖος· τὰ δὲ ὅπλα καὶ τὴν κάνδυν ὅτι φεύγων ἀπέλιπεν ἐπὶ τῷ ἅρματι, καὶ ταῦτα ὅτι μόνον ἔχει[69] Ἀλέξανδρος. Καὶ Λεοννάτον παρελθόντα ἐς τὴν σκηνήν, τά τε περὶ Δαρείου εἰπεῖν, καὶ ὅτι τὴν θεραπείαν αὐταῖς ξυγχωρεῖ Ἀλέξανδρος τὴν βασιλικήν, καὶ τὸν ἄλλον κόσμον· καὶ καλεῖσθαι βασιλίσσας. Ἐπεὶ οὐδὲ κατ' ἔχθραν οἱ γενέσθαι τὸν πόλεμον τὸν πρὸς Δαρεῖον, ἀλλ' ὑπὲρ τῆς ἀρχῆς τῆς Ἀσίας διαπεπολεμῆσθαι ἐννόμως. Ταῦτα μὲν Πτολεμαῖος καὶ Ἀριστόβουλος λέγουσι. Λόγος δὲ ἔχει, καὶ αὐτὸν Ἀλέξανδρον τῇ ὑστεραίᾳ ἐλθεῖν εἴσω ξὺν Ἡφαιστίωνι μόνῳ τῶν ἑταίρων, καὶ τὴν μητέρα τὴν Δαρείου, ἀμφιγνοήσασαν ὅστις ὁ βασιλεὺς εἴη αὐτοῖν[70] (ἐστάλθαι γὰρ ἄμφω τῷ αὐτῷ κόσμῳ) τῷ δὲ Ἡφαιστίωνι προσελθεῖν, καὶ προσκυνῆσαι, ὅτι μείζων ἐφάνη ἐκεῖνος. Ὡς δὲ ὁ Ἡφαιστίων τε ὀπίσω ὑπεχώρησε, καί τις τῶν ἀμφ' αὐτὸν[71], τὸν Ἀλέξανδρον δείξας, ἐκεῖνον ἔφη εἶναι Ἀλέξανδρον, τὴν μὲν καταιδεσθεῖσαν τῇ διαμαρτίᾳ ὑποχωρεῖν, Ἀλέξανδρον δὲ οὐ φάναι αὐτὴν ἁμαρτεῖν· καὶ γὰρ ἐκεῖνον εἶναι Ἀλέξανδρον. Καὶ ταῦτα ἐγὼ οὔθ' ὡς ἀληθῆ[72], οὔτε ὡς

liqua erant ex summâ quam iis imperârat, remittit, & obsides reddit. Neque vero matris Darii, neque uxoris & liberorum curam omisit. Nonnulli enim qui de rebus gestis Alexandri scribunt, autores sunt, câdem ipsâ nocte, quâ ab insequendo Dario redierat, quum in tabernaculum Darii, quod ipsi selectum asservatumque erat, intrasset, muliebrem ejulatum atque alium talem tumultum audisse non procul à tabernaculo, ac quæsivisse, quænam essent illæ mulieres, & cur in tam vicino tabernaculo? statimque renuntiasse quempiam, „ Mater Darii, ô rex, ejusque uxor & liberi, ut nuntiatum illis fuit te & arcum „ & amiculum regium habere, posteaque „ etiam scutum Darii allatum esse, tanquam „ mortuo Dario ejulatus edunt. Alexandrum eâ re cognitâ Leonnatum, unum ex amicis, ad eas misisse, jussum dicere, Darium superstitem esse: arma vero & amiculum ab illo fugiente in curru relicta esse, ea solum penes Alexandrum esse. Leonnatum tabernaculum ingressum, Darii statum exposuisse, præterea ut regio etiam cultu famulatuque illis uti liceret, reginæque appellarentur, ab Alexandro illis concedi. Neque enim inimicitiarum causâ sibi adversus Darium bellum susceptum, sed pro imperio Asiæ legitime decertasse. Hæc quidem Ptolemæus & Aristobulus tradunt. Fama vero tenet Alexandrum quoque ipsum postero die tabernaculum, solo eum ex amicis Hephæstione comitante, ingressum: & matrem quidem Darii dubitantem uter eorum rex esset (pari enim uterque corporis cultu erat) ad Hephæstionem accessisse, cumque veneratam esse, quod ille habitu corporis præstare videretur. Qui quum retrocessisset, & quidam eorum qui circa eum erant, quis esset Alexander, monstrasset, illam errato pudefactam recessisse, Alexandrum, nullum erratum esse, respondisse. nam & illum Alexandrum esse. Atque hæc quidem, non ut vera,

69 *Ταῦτα ὅτι μόνον ἔχει*] MSS. in quibus & Optimus *μόνα*, quum unus alius *μόνον*. Deinde *ἐπεὶ οὐ* (sic Opt.) *κατὰ ἔχθ. οἱ γενέσθαι τὸν πόλεμον πρὸς Δαρ.* omisso τὸν in omnibus manu exaratis. Tum quoque plurimi *διαπολεμηθῆναι*. Sed non etiam Opt.

70 *Ὅστις ὁ βασιλεὺς αὐτοῖν*] Nihil foret necesse hic notare absque ultima editione fuisset: per quam videtur fore, ut in editis iidem ludi per typos exstituri sint, qui in scriptis per calamos. Nam in duobus inveni *ὅτι εἴη αὐτοῖν*, in uno *ὅστις ὁ βασιλεὺς εἴη αὐτοῖς*, in Perusino *ὅς τις ὁ βασιλεὺς εἴη*. Sed in Optimo *ὅστις ὁ βασιλεὺς εἴη αὐτοῖν*, quomodo edidere Vulcanius & Basileenses, & est sincerissima scriptura.

71 *Καί τις τῶν ἀμφ' αὐτὸν*] Ita retinent mordicus libri veteres. Speciose tamen Freinshemius ad Curtium III, 12, 17 *ἀμφ' αὐτὴν*, intelligens spadonem, præsertim quum dixerit quoque Arrianus cum solo Hephæstione intrasse regem: quod omne nuperus editor ad se transtulit. Sed notari oportet dici Alexandrum ingressum *ξὺν Ἡφαιστίωνι μόνῳ τῶν ἑταίρων*, ut ita non neget Arrianus ex ducibus aut reliquis comitibus quosdam alios adfuisse, quorum aliquis nutu potuerit monuisse Sisygambin. Et quæso? Unde Persico spadoni tam repentina notitia regis Alexandri, ut sic facie ipsa sciret eum distinguere ab aliis? Ego non invideo id inventum aliis; sed ipse non utor, qui Arrianum ex antiquis codicibus disco melius.

72 *Οὐχ ὡς ἀληθῆ*] Optimus recte *οὔθ' ὡς*. Cautio fere omnibus antiquarum memoriarum scriptoribus adhibita, quoties quid suspecti occurreret. Collegit exempla Freinshemius ad Curtium VII, 1, 34: quibus addi debent Livius XXXVII, 48. *Rumoris hujusquia neminem alium auctorem habeo, neque affirmata res mea opinione sit, nec pro vana prætermissa*. Curtius iterum VII, 8, 11. *Quæ utcunque*

ὡς πάντῃ ἄπιστα ἀνέγραψα. Ἀλλ' εἴτε οὕτως ἐπράχθη, ἐπαινῶ Ἀλέξανδρον τῆς τε ἐς τὰς γυναῖκας κατοικτίσεως, καὶ τῆς εἰς τὸν ἑταῖρον πίστεως καὶ τιμῆς· εἴτε πιθανὸς δοκεῖ τοῖς ξυγγράψασιν Ἀλέξανδρος, ὡς καὶ ταῦτα ἂν πράξας καὶ εἰπών, καὶ ἐπὶ τῷδε ἐπαινῶ Ἀλέξανδρον. 13 Δαρεῖος δὲ τὴν μὲν νύκτα ξὺν ὀλίγοις τοῖς ἀμφ' αὐτὸν ἔφυγε, τῇ δὲ ἡμέρᾳ ἀναλαμβάνων ἀεὶ τῶν τε Περσῶν τοὺς διασωθέντας ἐκ τῆς μάχης, καὶ τῶν ξένων τῶν μισθοφόρων, ἐς τετρακισχιλίους ἔχων τοὺς πάντας [73], ὡς ἐπὶ Θάψακόν τε πόλιν καὶ τὸν Εὐφράτην ποταμὸν σπουδῇ ἤλαυνεν, ὡς τάχιστα μέσον αὑτοῦ τε καὶ τοῦ Ἀλεξάνδρου τὸν Εὐφράτην ποιῆσαι. Ἀμύντας δὲ ὁ Ἀντιόχου [74], καὶ Θυμώδης ὁ Μέντορος, καὶ Ἀριστομήδης ὁ Φεραῖος, καὶ Βιάνωρ ὁ Ἀκαρνάν, ξύμπαντες οὗτοι αὐτόμολοι μετὰ τῶν ἀμφ' αὐτοὺς στρατιωτῶν ὡς ὀκτακισχιλίων, εὐθὺς ὡς τεταγμένοι ἦσαν κατὰ τὰ ὄρη φεύγοντες ἀφίκοντο ἐς Τρίπολιν τῆς Φοινίκης· καὶ ἐνταῦθα καταλαβόντες τὰς ναῦς νενεωλκημένας, ἐφ' ὧν πρόσθεν ἐκ Λέσβου διακεκομισμένοι ἦσαν, τούτων ὅσαι μὲν ἱκαναὶ σφίσιν ἐς τὴν κομιδὴν ἐδόκουν, ταύτας καθελκύσαντες, τὰς δὲ ἄλλας αὐτοῦ ἐν τοῖς νεωρίοις κατακαύσαντες, ὡς μὴ παρέχειν ταχεῖαν σφῶν τὴν δίωξιν, ἐπὶ Κύπρον ἔφυγον, καὶ ἐκεῖθεν εἰς Αἴγυπτον, ἵνα πρὸ ὀλίγον ὕστερον πολυπραγμονῶν τι Ἀμύντας ἀποθνήσκει ὑπὸ τῶν ἐγχωρίων. Φαρνάβαζος δὲ καὶ Αὐτοφραδάτης τέως μὲν περὶ τὴν Χίον διέτριβον, καταστήσαντες δὲ φρουρὰν τῆς Χίου, τὰς μέν τινας τῶν νεῶν ἐς Κῶ καὶ Ἁλικαρνασσὸν ἔστειλαν· αὐτοὶ δὲ ἑκατὸν ναυσὶ ταῖς ἄριστα πλεούσαις ἀναγόμενοι, ἐς Σίφνον κατέσχον. Καὶ παρ' αὐτοὺς ἀφικνεῖται Ἆγις ὁ τῶν Λακεδαιμονίων βασιλεὺς ἐπὶ μιᾶς τριήρους, χρήματά τε αἰτήσων ἐς τὸν πόλεμον, καὶ δύναμιν ναυτικήν τε καὶ πεζικὴν ὅσην πλείστην ἀξιώσων συμπέμψαι οἱ ἐς τὴν Πελοπόννησον. Καὶ ἐν τούτῳ ἀγγελία αὐτοῖς ἔρχεται τῆς μάχης τῆς πρὸς Ἰσσῷ γενομένης. Ἐκπλαγέντες δὲ πρὸς τὰ ἐξαγγελθέντα, Φαρνάβαζος μὲν σὺν δώδεκα τριήρεσι, καὶ τῶν μισθοφόρων ξένων ξὺν χιλίοις καὶ πεντακοσίοις, ἐπὶ Χίου ἐστάλη, δείσας μή τι πρὸς τὴν ἀγγελίαν τῆς ἥττης οἱ Χῖοι νεωτερίσωσιν. Ἆγις δὲ παρ' Αὐτοφραδάτου τάλαντα ἀργυρίου λαβὼν τριάκοντα, καὶ τριήρεις δέκα, ταύτας μὲν Ἱππίαν ἄξοντα ἀποστέλλει παρὰ τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ Ἀγησίλαον ἐπὶ Ταίναρον· καὶ παραγγέλλειν ἐκέλευσεν Ἀγησιλάῳ, διδόντα τοῖς ναύταις

vera, sed neque ut plane incredibilia, adscripsi. Sed sive ita gesta sunt, Alexandrum tum ob eam quâ in fœminas usus est commiserationem, tum ob fidem & honorem amico præstitum, laudo: sive scriptoribus historiarum appositus visus est Alexander ad hæc & facienda & dicenda, eo etiam nomine illum laudo. 13 Darius noctu paucis comitatus fugerat: postridie vero recolligens Persas exterosque mercenarios, qui ex eo prœlio evaserant, quatuor in universum millia habens, ad Thapsacum urbem & Euphratem festinato contendit, ut quamcitissime posset, Euphratem inter se atque Alexandrum medium relinqueret. Amyntas porro Antiochi, & Thymodes Mentoris filius, & Aristomedes Pheræus, & Bianor Acarnan, omnes transfugæ, statim, ita ut per montes dispositi erant fugientes Tripolim Phœnicæ pervenerunt, octo circiter militum millia habentes: ibi sumptis navibus recens in navale subductis, quibus antea è Lesbo transvecti fuerant, quot earum sibi ad vecturam sufficere viderentur in mare protractis: reliquisque in navali succensis, ne celeriter eos insequendi facultatem suppeditarent, in Cyprum fugerunt, atque inde in Ægyptum: ubi paulo post Amyntas res novas moliens ab incolis interfectus est. Pharnabazus autem & Autophradates aliquandiu apud Chium moram fecerunt: præsidioque in insulâ collocato, nonnullis in Con atque Halicarnassum navibus missis, ipsi centum navibus optime ad navigandum comparatis Siphnum appellunt. Eo loci Agis Lacedæmoniorum rex unâ triremi ad eos venit, pecuniam in usus belli, & copias navales ac pedestres, quammaximas posset, in Peloponnesum ducendas petiturus. Inter hæc nuntius adfertur prœlii apud Issum commissi. Quo nuntio perculsi, Pharnabázus quidem cum duodecim triremibus, atque exterorum mercenariorum mille quingentis, Chium repetit: veritus ne auditâ clade Chii defectionem molirentur. Agis, acceptis ab Autophradate talentis argenti triginta, triremibus decem, has quidem Hippiæ ad Agesilaum fratrem suum in Tænarum ducendas tradit, mandatis additis, ut persoluto nautis integro stipendio, quamcitissi-

cunque tradita sunt, incorrupta perferemus. Tacitus XV, 53. *Nobis quoque modo traditum non occultare in animo fuit.* Ac rursum noster VII, 15. Τοῦτο οὔτε ὡς ἀτρεκῆς, οὔτε ὡς ἄπιστον πάντη ἀνέγραψα. Ex quo vehementer confirmatur lectio Optimi MSti, quam produco. Adde VII, 27. Mox restitui, ut erat in editione Basileensi & Vulcanii & omnibus MSS. τῆς τε ἐς, non τῆς ἐς.

73 Ἐς τετρακισχιλίους ἔχων τοὺς πάντας] Vocula prior non est in Optimo.

74 Ἀμύντας μὲν ὁ Ἀντιόχου] Lege Ἀμύντας δὲ ὁ Ἀντ. Ita est in Optimo & pluribus MSS, ut etiam sic emendaverit postea Vulcanius. Statim quoque iidem Θυμώνδης, ut supra, & monuit Grentemesnilius.

ἴλαις ἐντελῆ τὸν μισθὸν, πλεῖν τὴν ταχίστην ἐπὶ Κρήτης, ὡς τὰ ἐκεῖ καταστησόμενοι. Αὐτὸς δὲ τότε μὲν αὐτοῦ ἐν ταῖς νήσοις [75] ὑπέμεινεν, ὕστερον δὲ εἰς Ἁλικαρνασσὸν παρ' Αὐτοφραδάτην ἀφίκετο. Ἀλέξανδρος δὲ σατράπην μὲν Συρίας τῆς κοίλης Μένωνα τὸν Κερδίμαν [76] ἐπέταξε, δοὺς αὐτῷ εἰς φυλακὴν τῆς χώρας τοὺς τῶν συμμάχων ἱππέας· αὐτὸς δὲ ἐπὶ Φοινίκης ᾔει, καὶ ἀπαντᾷ αὐτῷ κατὰ τὴν ὁδὸν Στράτων ὁ Γηροστράτου παῖς, τοῦ Ἀραδίου τε καὶ τῶν Ἀράδῳ προσοίκων βασιλέως· ὁ δὲ Γηρόστρατος αὐτὸς μετ' Αὐτοφραδάτου ἔπλει ἐπὶ τῶν νεῶν, καὶ οἱ ἄλλοι οἵ τε τῶν Φοινίκων [77] καὶ οἱ τῶν Κυπρίων βασιλεῖς καὶ αὐτοὶ Αὐτοφραδάτῃ ξυνέπλεον. Στράτων δὲ Ἀλεξάνδρῳ ἐντυχὼν, στεφανοῖ χρυσῷ στεφάνῳ αὐτὸν, καὶ τήν τε Ἄραδον αὐτῷ τὴν νῆσον καὶ τὴν Μάραθον τὴν καταντικρὺ τῆς Ἀράδου ἐν τῇ ἠπείρῳ ᾠκισμένην [78], πόλιν μεγάλην καὶ εὐδαίμονα, καὶ Μαριάμμην πόλιν, καὶ τἄλλα ὅσα τῆς ἐπικρατείας, ἐνδίδωσιν. 14 Ἔτι δὲ ἐν Μαράθῳ Ἀλεξάνδρου ὄντος, ἀφίκοντο παρὰ Δαρείου πρέσβεις, ἐπιστολήν τε κομίζοντες Δαρείου, καὶ αὐτοὶ ἀπὸ γλώσσης δεησόμενοι ἀφεῖναι Δαρείῳ τὴν μητέρα, καὶ τὴν γυναῖκα, καὶ τοὺς παῖδας. Ἐδήλου δὲ ἡ ἐπιστολὴ ὅτι Φιλίππῳ τε πρὸς Ἀρταξέρξην φιλία καὶ συμμαχία ἐγέ-

tissime possit in Cretam naviget, ad res illius insulæ constituendas. Ipse in iis insulis aliquandiu commoratus, paulo post Halicarnassum ad Autophradatem abiit. Alexander Syriæ, quam Cœlen vocant, Menonem Cerdiman satrapam constituit, equitatu auxiliariorum ipsi in præsidium provinciæ commisso: ipse in Phœnicen profectus est: & in itinere obvium habuit Stratonem Gerostrati filium, (erat is Gerostratus Aradiorum, & quotquot Arado insulæ finitimi sunt, rex, qui quidem, ut & alii Phœnicum ac Cypriorum reges, naves suas cum Autophradate conjunxerat) qui, aureâ coronâ Alexandri capiti impositâ, Aradum insulam, & Marathum ex adverso Aradi in continente sitam, urbem magnam atque opulentam, & Mariammen, cæteraque omnia quæ ad ipsorum ditionem pertinebant, ei tradit. Quumque adhuc Marathi esset Alexander, legati ad eum à Dario venerunt, 14 qui & literas adferebant, & verbis deprecarentur ut Darii matrem, uxorem & liberos dimitteret. Significabat etiam epistola amicitiam ac fœdus quod Philippo cum Artaxerxe

75 Ἐν ταῖς νήσοις] Sic sane jam & Basileenses, quos sequutus Vulcanius notavit tamen in ora editionis suæ V.C. νήσοις, quod & ipse reperi tum in Optimo, tum in alio, ut de eo ambigi non debeat; etsi sane vulgatum quoque in nonnullis viderim, sed non illis tanti pretii. Utique dixerat quoque cap. 2 Αὐτοφραδάτης ἐπὶ τὰς ἄλλας νήσους ἔπλει.

76 Μένωνα τὸν Κερδίμαν] Unus ex scriptis Κερδίμα, sed reliqui cum Opt. Κερδίμμα. Et sic legendum est. Neque vero id notat *Menonem Cerdiman*, ut Vulcanius, quomodo etiam Loccenius in notis ad Curt. IV, 1, 4 illic non modo non dissentiente Freinshemio, sed idem etiam repetente ad lib. VII, cap. 3, n. 5. & denique noster [illegible]es, qui hunc Cerdiman cognominatum vanissima [illegible]atione effutit. Quis unus in hoc Arriani scripto legitur gemina appellatione? Et si quis occurrit, cur id non transferunt in Andromenem Philippum, cujus filium auctor facit Amyntam, ut nunc illo, nunc altero solo nomine innuat, ob quæ in omnibus commentariis vapulare debet? Quod videre potes III, 11, ubi quum Amyntas citetur Philippi filius, Freinshemius ad Curtium IV, 13, 28 animadvertit, notatque fuisse Andromenis, idque repetivit pro suo nuperus, non modo illic, sed etiam cap. 27 ejus libri. Quin igitur verte hoc loco *Menonem Cerdimnæ* ut Facius, (etsi ille *Memnonem Cerdymmæ*) nempe filium. Ita III, 12. Ἀγάθων ὁ Τυρίμμου, ubi similiter impingebatur. Atque etiamnum gemina labes residet III, 6 Ἅρπαλον τῷ Μαχάτᾳ quod vertitur *Harpalo Machate*, quum & in Græco nomine omittenda sit puncti subnotatio in ultima litera, & vertendum *Machatæ filio*, ut V, 8 Φίλιππον τὸν Μαχάτα, quod Arrianeum. Μαχάτας videtur dici Μαχαίτας in Apophthegm. Plutarchi. Sic apud Theocritum ὁ Κρατίδα, de quo Casaubonus in lectionibus cap. 7, cujus exemplo animadvertebam in Arriani lib. III. cap. 11, ubi Κλεῖτος ὁ Δρωπίδου, Basileensibus edentibus Δρωπίδης, vertitur *Clitus Dropidi filius*, & cap. 27 *Dropidis*: & sic Freinshemius VIII, 1, 20. At quo pacto Græce dicetur Δρωπίδης in primo casu? Erat vertendum *Dropidæ* à Δρωπίδης, præsertim quum & apud Curt. III, 10. *Dropides* Macedonicum nomen exstet, & inferius apud Arrianum III, 20, sed Δρωπίδης legatus Atheniensium. Nisi fortasse credemus interpretibus hic in animo fuisse vulgata ista *Ulyssi*, *Achilli* &c. aut *Euripidis carmen* Curt. VIII, 1, 18. Qua occasione monere cogor de eo, quod assequi nequeo I, 25 σὺν Πανηγόρῳ τῷ Λυκαγόρου, quod Vulcanius intelligit *Panegorum Lycagoræ filium*, idque descripsit in Holstenianis ad Stephanum p. 181 Cl. Rycquius, Facio Lycagoram omittente, quod etiam facit caute in Supplementis Curtianis II, 4, 14 Freinshemius. Nam mirum, si Πανήγορος recte dicatur filius, ut sane firmant omnes antiqui codices, patris nomen non etiam dici Λυκαγόρας; prout omnino crediderim.

77 Οἵ τε τῶν Φοινίκων] Qualis Tyriorum rex, de quo in sequentibus.

78 Ἐν τῇ ἠπείρῳ ᾠκισμένην] In Optimo legitur οἰκουμένην. Sed majoris momenti aliquid in eodem præstantissimo libro latet. Nam post verba illa πόλιν μεγάλην καὶ εὐδαίμονα subjungit καὶ δγῶνα, ita tamen, ut decernere liquide non potuerim, fueritne δγ. an σιγ. quæ vox quidem nihil propius videtur habere quam σιδῶνα, quam urbem & Curtius vocans *vetustate famaque conditorum inclitam* recenset, sed post Byblum. Quod ipsum facit quoque Arrianus, postea demum de Sidone agens. Sed tamen quum viri docti ostenderint plures illic fuisse urbes nomine Tyri ac Sidonis appellatas, posset sic etiam defendi hæc prona conjectura. Verosimilius tamen videtur fuisse hic urbem Σιγῶνα. Nam ad MSti hujus non dubitandam fidem accedit locus Hesychii, qui inter voces Σίγυνοι & Σίδαι positum habet * πόλις μεγάλη τῆς Παλαιστίνης. Volunt illic quidem immittere Σιδὼν, sed ea vix recte ab Hesychio poterit dici πόλις μεγάλη, & ordo literarum tam rejicit hujus urbis appellationem, quam belle & ordinate admittit vocem Σιγών. Etiam Josephus in libro II. de bello Jud. pag. 823 nominat urbem Σιγῶ, sed in Galilæa, quam notavit quoque Ortelius; sed id satis est, quippe unde confirmatur appellatio ista, ut possit esse repetita in his locis, & Palæstina sæpe nimium porrigitur.

ἐγένετο· καὶ ἐπειδὴ Ἄρσης ὁ υἱὸς Ἀρταξέρξου ἐβασίλευσεν, ὅτι Φίλιππος ἀδικίας πρῶτος ἐς βασιλέα Ἄρσην ἦρξεν, οὐδὲν ἄχαρι ἐκ Περσῶν παθών. Ἐξ οὗ δὲ αὐτὸς βασιλεύει Περσῶν, οὔτε πέμψαι τινὰ Ἀλέξανδρον παρ' αὐτὸν ἐς βεβαίωσιν τῆς πάλαι οὔσης φιλίας τε καὶ συμμαχίας, διαβῆναί τε ξὺν στρατιᾷ ἐς τὴν Ἀσίαν, καὶ πολλὰ κακὰ ἐργάσασθαι Πέρσας. Τούτου ἕνεκα καταβῆναι αὐτὸς τὴν χώραν ἀμυνῶν[79] καὶ τὴν ἀρχὴν τὴν πατρῴαν ἀνασώσων. Τὴν μὲν δὴ μάχην, ὡς θεῶν τῳ ἔδοξεν, οὕτω κριθῆναι· αὐτὸς δὲ βασιλεὺς παρὰ βασιλέως γυναῖκά τε τὴν αὑτοῦ αἰτεῖν καὶ μητέρα καὶ παῖδας τοὺς ἁλόντας, καὶ φιλίαν ἐθέλει ποιήσασθαι[80] πρὸς Ἀλέξανδρον, καὶ ξύμμαχος εἶναι Ἀλεξάνδρῳ. καὶ ὑπὲρ τούτων πέμπειν ἠξίου Ἀλέξανδρον παρ' αὐτὸν, ξὺν Μενίσκῳ τε καὶ Ἀρσίμᾳ τοῖς ἀγγέλοις, τοῖς ἐκ Περσῶν ἥκουσι, τοὺς τὰ πιστὰ ληψομένους τε καὶ ὑπὲρ Ἀλεξάνδρου δώσοντας[81]. Πρὸς ταῦτα ἀντιγράφει Ἀλέξανδρος, καὶ ξυμπέμπει τοῖς παρὰ Δαρείου ἐλθοῦσι Θέρσιππον, παραγγείλας τὴν ἐπιστολὴν δοῦναι Δαρείῳ, αὐτὸν δὲ μὴ διαλέγεσθαι ὑπὲρ μηδενός. Ἡ δὲ ἐπιστολὴ Ἀλεξάνδρου ὧδε ἔχει. Οἱ ὑμέτεροι πρόγονοι, ἐλθόντες εἰς Μακεδονίαν καὶ εἰς τὴν ἄλλην Ἑλλάδα, κακῶς ἐποίησαν ἡμᾶς, οὐδὲν προηδικημένοι· ἐγὼ δὲ, τῶν Ἑλλήνων ἡγεμὼν κατασταθεὶς, καὶ τιμωρήσασθαι βουλόμενος Πέρσας, διέβην εἰς τὴν Ἀσίαν, ὑπαρξάντων ὑμῶν. Καὶ γὰρ Περινθίοις ἐβοηθήσατε, οἳ τὸν ἐμὸν πατέρα

xerxe intercessisset: quodque quum Arses Artaxerxis filius regnum accepisset, Philippus nullo à Persis incommodo affectus, primus Arsen injuriâ lacessisset. Alexandrum vero, ex eo tempore quo Darius Persis regnare cœpisset, pro confirmandâ veteri amicitiâ ac fœdere nunquam misisse: etiam transiisse cum exercitu in Asiam, & multa mala attulisse Persis. Propterea descendisse ipsum regioni auxiliaturum & aviti imperii tuendi causâ. De prœlio ita ut alicui deorum visum fuit, decretum esse. Se regem à rege uxorem suam, matrem ac liberos captos petere, amicitiam se cum Alexandro & societatem initurum venire, eâque de re ut Alexander ad se cum Menisco & Arsima legatis, qui à Persis venerant, alios qui fidem acciperent, & Alexandri nomine darent, mitteret rogabat. Alexander ad hæc respondet, unaque cum legatis, qui à Dario venerant, Thersippum mittit, jubens ut epistolam Dario reddat, ipse vero nullâ de re cum Dario sermones conferat. Epistola Alexandri hæc fuit. „ Majores vestri, Macedoniam re„ liquamque Græciam ingressi, damnis nos „ affecerunt, quum ipsi nulla prius à nobis „ accepissent. Ego Græcorum imperator „ creatus, Persarum injuriam vindicare vo„ lens, in Asiam trajeci, à vobis lacessitus. „ Siquidem & Perinthiis opem tulistis, qui „ pa-

79 *Διαβῆναι αὐτὸς τὴν χώραν ἀμυνῶν* &c.] Hæc periodus non per se consistere, non præcedentibus annecti decenter potest: non etiam sequentia satis commode absolvuntur: non vox *διαβῆναι* significare potest *expeditionem fecisse*, ut vertit Vulcanius, non *bellum suscepisse*, ut Facius. Denique verba illa *ὅτι πέμψαι* omni modo requirunt aliquid eisdem respondens. Nihil horum, quæ accuso, negari potest. Quæ igitur gratia debetur ineptissimis hominibus, qui potius interpretari volunt ea, quæ palam constat omnibus modis luxata, & falsissimo fuco decipere lectorem ignarum & quem sperant fore negligentem honoris sui gratia, quam fateri non posse ab ingenio suo recte quædam intelligi, & sic excitare potius unumquemque, si fortasse hoc modo lux aliquando & aliunde obveniat? Sed illi blandiantur sibi. Nos hic conspectissimam fraudem deprehendimus jam pueri, quæ licet manserit tecta ab omnibus scriptis; tamen constantes mansimus in suspectando hoc insidioso loco: hæsissetque hic Arrianus nobiscum in æternam posteritatis labem & contumeliam, nisi unus ille Optimus bono publico ita favisset, ut ex eo damnum hoc repeteremus. Sic ergo supplemus: *διαβῆναί τε ξὺν στρατιᾷ ἐς τὴν Ἀσίαν, καὶ πολλὰ κακὰ ἐργάσασθαι Πέρσας. Τούτου ἕνεκα καταβῆναι αὐτὸς τὴν χώραν ἀμυνῶν*. Hoc est: *neque ad confirm. v. am. ac fœdus unquam misisse, sed & cum exercitu in Asiam transiisse, ac Persis multa mala intulisse. Cujus rei causa & ipsum descendisse regioni defendendæ, & patrio imperio conservando.* An non hæc plane par & gemina est incusatio ei, qua utitur Latinus contra Æneam apud Dionysium Halic. lib. 1. *Πρῶτος δὲ Λατῖνος ἔγκλημα ποιησάμενος τὴν αἰφνίδιόν τε καὶ ἀνεπάγγελτον πόλεμον, ἠξίου τὸν Αἰνείαν λέγειν, ὅστις ὢν καὶ τί βουλόμενος ἄγει καὶ φέρει τὰ χωρία, πεπονθώς γε οὐδὲν δεινὸν πρότερον.* Xenophon τ Κυροπαιδ. p. 367 maluit dicere *εἰ δὲ μὴ ἀμυνεῖ τῇ χώρᾳ*, quod paulo ante dixit *ὑπὲρ τῆς χώρας μαχεῖσθαι*.

80 *Φιλίαν ἐθέλει ποιήσασθαι*] Recte in Curtianis notis IV, 1, 13 Freinshemius *ἐθέλων*. Id enim confirmatur ab omnibus libris scriptis, in quibus & Optimus. Et jam Facius: *velle secum amicitiam, & societatem jungere*. At nuperus vult esse suavior Freinshemio, jubet[illegible] *ἐθέλει* referri ad legatos Meniscum & Arsimam, qui [illegible]cipis sui consilia & voluntatem de ineunda societate deferebant. Quam placide nugas sapit? An potest hic legatio intelligi, quum præcedat proxime *αὐτὸς βασιλεὺς αἰτεῖν καὶ ἐθέλων*? an *αὐτὸς* adhærere potest primo verbo magis, quam posteriori? Rursus an quod continue insequitur *καὶ ξύμμαχος εἶναι*, potest referri ad legatos? utique dicet non posse. At vero de eodem dicitur *ἐθέλει ποιήσασθαι φιλίαν καὶ ξύμμαχος εἶναι*. Sed relinquamus furenti absurda. Arrianus scripsit *ἐθέλων*, quod ei restituimus.

81 *Τὰ πιστὰ ληψομένους τε ὑπὲρ Ἀλεξάνδρου καὶ δώσοντας*] Non intelligo, quemadmodum legati Alexandri ad Darium venturi possint dici *ληψόμενοι τὰ πιστὰ ὑπὲρ Ἀλεξάνδρου*. Plane id Græcæ loquutionis satis celebratæ & notæ ratio respuit & damnat. Hæsit & interpres, qui aut verba recte transtulit, aut distinctione si non posita, certe intellecta, post *ληψομένους τε* judicavit voces *ὑπὲρ Ἀλεξάνδρου* jungi debere sequentibus *καὶ δώσοντας*. At sane in omnibus MSStis reperi *τοὺς τὰ πιστὰ ληψομένους τε καὶ ὑπὲρ Ἀλεξάνδρου δώσοντας*. Hanc notationem mihi expresserunt Vulcaniana, & quæ eam αὐτῇ sequitur, novissima, editiones, quarum agnosce hoc in loco inertissimam negligentiam: nam in Basileensi plane ita sunt constituta omnia, ut ea ex MSS. produxi, nisi quod typorum vitio *σώσοντας*.

πέρα ἠδίκησε. Καὶ εἰς Θρᾴκην, ἧς ἡμεῖς ἄρχομεν[82], δύναμιν ἔπεμψεν Ὦχος. Τοῦ δὲ πατρὸς ἀποθανόντος ὑπὸ τῶν ἐπιβουλευσάντων, οὓς ὑμεῖς συνετάξατε (ὡς αὐτοὶ ἐν ταῖς ἐπιστολαῖς πρὸς ἅπαντας ἐκομπάσατε) καὶ Ἀρσῆν ἀποκτείναντός σου μετὰ Βαγώου[83], καὶ τὴν ἀρχὴν κατασχόντος οὐ δικαίως, οὐδὲ κατὰ τὸν Περσῶν νόμον, ἀλλὰ ἀδικοῦντος Πέρσας, καὶ ὑπὲρ ἐμοῦ πρὸς τοὺς Ἕλληνας γράμματα οὐκ ἐπιτήδεια διαπέμποντος[84], ὅπως πρός με πολεμῶσι, καὶ χρήματα ἀποστέλλοντος πρὸς Λακεδαιμονίους, καὶ ἄλλους τινὰς τῶν Ἑλλήνων, καὶ τῶν μὲν ἄλλων πόλεων οὐδεμιᾶς δεχομένης, Λακεδαιμονίων τι λαβόντων, καὶ τῶν παρὰ σοῦ πεμφθέντων, τοὺς ἐμοὺς φίλους διαφθειράντων, καὶ τὴν εἰρήνην ἣν τοῖς Ἕλλησι κατεσκεύασα, διαλύειν ἐπιχειρούντων, ἐστράτευσα ἐπὶ σέ, ὑπάρξαντός σου τῆς ἔχθρας. Ἐπεὶ δὲ μάχῃ νενίκηκα, πρότερον μὲν τοὺς σοὺς στρατηγοὺς καὶ σατράπας, νῦν δὲ σὲ καὶ τὴν μετὰ σοῦ δύναμιν, καὶ τὴν χώραν ἔχω, τῶν θεῶν μοι δόντων· ὅσοι τῶν μετὰ σοῦ παραταξαμένων μὴ ἐν τῇ μάχῃ ἀπέθανον, ἀλλὰ παρ' ἐμὲ κατέφυγον, τούτων ἐπιμέλομαι, καὶ

„ patrem meum injuriâ affecerant. Ochus „ etiam in Thraciam, quæ nostro imperio „ subest, exercitum misit. Parente autem „ meo per insidiatores quos ipsi subornarâtis occiso (quemadmodum vos literis quoquoversum missis gloriati estis) quum tu „ Arsen cum Bagoa interfici curasses, regnumque injuste & contra Persarum leges atque instituta occupasses, summâ „ Persis injuriâ illatâ, literas etiam parum „ amicas ad Græcos misisti, quibus eos ad „ bellum contra me suscipiendum incitares. „ quumque pecunias ad Lacedæmonios, „ aliosque Græcorum nonnullos miseris „ (quas tamen quum reliquæ omnes Græciæ civitates contempsissent, soli Lacedæmonii acceperunt) quum denique ii „ qui abs te emissi fuerunt, amicos sociosque „ meos corruperint, atque abalienarint, & „ pacem cum Græcis à me constitutam dissolvere omnibus modis conati sint, bellum „ tibi intuli, quippe qui inimicitiarum autor fueris. Quum autem primo satrapas „ tuos bellique duces, nunc vero te tuumque exercitum prælio vicerim, regionem „ quoque, deorum benignitate, in meâ potestate teneam, quotquot tuarum partium „ milites ex prælio servati ad me confugerunt,

82 Ἧς ἡμεῖς ἄρχομεν] Scripti ἤρχομεν, rectius. Et id quidem notare quoque potuit Vulcanius ex Augustano. Sed nullus eorum habet ἧς ἡμεῖς ἤρχομεν, quod elegantissimum restat in solo libro, quem Optimum voco, ut nota est illius relativi constructio non tantum ad posterius, sed etiam respiciens ad præcedens. Idem paulo ante habebat τιμωρήσασθαι, non τιμωρῆσαι.

83 Ἀρσῆν ἀποκτείναντός σου μετὰ Βαγώου] Brissonius in Regno Persarum p. 5. *quod occiso Arse Bagoæ ope imperium occupasset*, interpretatur. Vulcanius quum dubitaret de sensu horum verborum, (neque enim minus verum esse sciebat Arsen cum Bagoa occisos à Dario, quam Arsen solum opera juncta Darii & Bagoæ occisum) suam interpretationem ita recepit, ut tamen Facianam quoque lectori cognoscendam in margine daret, *auxilio Bagoæ*; quo negari nequit, quin pudentis & sani interpretis laudem meruerit. At nuperus, licet Vulcaniana prorsus approbaret, contineri tamen nequivit, quin Facium aliosque Vulcanio diversos, grandi nota, sed cujus sententiam & summam non solum ex auctoribus à Freinshemio in Supplem. Curtianis II, 1, 1 corrogatam, sed ipsa ejusdem Freinshemii verba tanquam ab abigeo in suum pratum abacta videas, perfricaret; non secus ac si de historiæ veritate hic disputaretur, quam nemo vel ignoravit vel negavit. At, ô bone, sciverunt optime omnes illi Bagoam occisum esse ab Dario vel Darii jussu, & id memorari ab Curtio VI, 4: sed status quæstionis est de invidia, qua Darium studet onerare Alexander. Primo igitur negari nequit, quin invidiosior existat epistola ex versionibus Facii aliorumque, quam Vulcanii. Quid enim ad regem regum, si eunuchum, licet purpuratum suum, licet auctorem adjutoremque imperii in se translati, attamen servum & obnoxium interficiat? Quæ hæc infamia tanti domini tantum non Dei apud suos? Vix credibile est unum diem in aula Persica illa tam dominantis tunc impotentiæ, vacavisse tali exemplo. Itaque multo majus erit crimen & exprobratio conspirationis in regem suum, quasi ipse Darius ad hoc scelus conscientiam & operam Bagoæ advocaverit, quum is ante domino suo fidus, per ipsum flagitiose diceretur expugnatus & corruptus. Et utique id ipsum Bagoæ beneficium invidiose etiam exprobrat Alexander apud Curtium VI, 3. Jam consideretur ordo verborum, quo ea collocavit auctor. Nam si Arrianus voluisset indigitare per hæc verba Arsen cum Bagoa occisos, collocasset mutato ordine καὶ Ἀρσῆν μετὰ Βαγώου ἀποκτείναντός σου, non autem voces illas μετὰ Βαγώου annexuisset voculæ σου. Denique mos Græcorum scriptorum adhibeatur. Utique gemina plane loquutione utitur Polybius libro VIII cap. 9. Τὸν γὰρ πρεσβύτερον Ἄρατον δυσαρεστοῦντα τοῖς ὑπ' αὐτοῦ πεπραγμένοις ἐν τῇ Μεσσήνῃ, μετ' οὐ πολὺ μετὰ Ταυρίωνος τοῦ χειρίζοντος αὐτῷ τὰ κατὰ Πελοπόννησον, ἐπανείλετο φαρμάκῳ. Ubi Casaub. *opera usus Taurionis*. Gemina utitur Strabo lib. XVI pag. 781. de Syllæo Obodæ Arabis procuratore ζητοῦντος κατοικτίσασθαι τὴν χώραν καὶ συνεξελεῖν τινὰς αὐτῶν πόλεις καὶ ἔθνη μετὰ τῶν Ῥωμαίων. Recte interpres, *Romanis in urbibus aliquot ac gentibus subigendis adesse*. Utitur Herodotus III, 1. Τοῦτον ἐόντα ἑωυτοῦ δεσπότεα μετ' Αἰγυπτίων ἐπαναστάς ἐφόνευσε. *quem ille dominum suum cum Ægyptiis rebellans interemit*. Plutarchus in Cæsare. Κωνὰς ὁ πρότερον ἐξελθὼν ἐπὶ τὴν στρατιάν, ὁ κατασκευάσας Κλειπάτραν μετὰ Κλαυδίου. Lysias in Alcibiadem orat. XIII p. 251 ἐτόλμησε τὰς ναῦς Λυσάνδρῳ μετὰ Ἀδειμάντου προδοῦναι. Utitur auctor actorum Apostolicorum XIV, 27. ἀνήγγειλαν ὅσα ἐποίησεν ὁ Θεὸς μετ' αὐτῶν. Et clarissime II Regum XV, 25. Καὶ συνεστράφη ἐπ' αὐτὸν Φακεὲ υἱὸς Ῥομελίου ὁ τριστάτης αὐτοῦ, καὶ ἐπάταξεν αὐτὸν ἐν Σαμαρείᾳ ἐναντίον οἴκου τοῦ βασιλέως μετὰ τοῦ Ἀργὸβ καὶ μετὰ τοῦ Ἀρία, καὶ μετ' αὐτοῦ πεντήκοντα ἄνδρες ἀπὸ τῶν τετρακοσίων καὶ ἐθανάτωσεν αὐτόν. Hæc Græca est loquendi consuetudo: Alia est Latinorum, ut patet ex illo Curtii VI, 4. *Nabarzanis, qui Darium cum Besso interceperat*. Legati Carthaginiensium dicunt apud Appianum in Pun. p. 80 ad Consules Romanos ὑπὲρ πόλεως παρακαλοῦμεν συχνὰς χρονοῦς μετὰ θεῶν συνῳκισμένης. Locum vero Plutarchi sic scribit in adversariis suis Pater. Ἀρσῆν Βαγώας ἀνελόμενος, Δαρεῖον ἐπέθηκε τὴν βασιλείαν.

84 Οὐκ ἐπιτήδεια διαπέμποντος] In Optimo est simplex πέμποντος. Unde dubitavi, an non auctor scripserit: οὐκ ἐπιτήδεια πέμποντος ὅπως πρός με πολεμοῦσι. Deinde idem: νῦν δὲ καὶ σὲ καὶ τὴν, ubi vulgo copula abest. Et rursum ἀλλὰ καὶ αὐτοὶ ἐσώθησαν.

καὶ οὐκ ἄκοντες παρ' ἐμοὶ εἰσὶν, ἀλλ' αὐτοὶ ἑκόντες ξυστρατεύονται μετ' ἐμοῦ. Ὡς οὖν ἐμοῦ τῆς Ἀσίας ἁπάσης κυρίου ὄντος, ἧκε πρὸς ἐμέ. Εἰ δὲ φοβῇ μὴ ἐλθὼν πάθῃς τι ἐξ ἐμοῦ ἄχαρι, πέμπε τινὰς τῶν φίλων τὰ πιστὰ ληψομένους. Ἐλθὼν δὲ πρός με, τὴν μητέρα καὶ τὴν γυναῖκα καὶ τοὺς παῖδας, καὶ εἰ ἄλλο τι θέλεις, αἴτει καὶ λάμβανε. Ὅ, τι γὰρ ἂν πείθῃς ἐμὲ, ἔσται σοι. Καὶ τοῦ λοιποῦ ὅταν πέμπῃς παρ' ἐμὲ[85], ὡς πρὸς βασιλέα τῆς Ἀσίας πέμπε· μηδὲ ἐξ ἴσου ἐπίστελλε, ἀλλ' ὡς κυρίῳ ὄντι πάντων τῶν σῶν, φράζε εἴ του δέῃ. Εἰ δὲ μὴ, ἐγὼ βουλεύσομαι περὶ σοῦ ὡς ἀδικοῦντος. Εἰ δὲ ἀντιλέγεις περὶ τῆς βασιλείας, ὑπομείνας ἔτι ἀγώνισαι περὶ αὐτῆς, καὶ μὴ φεῦγε. Ὡς ἐγὼ ἐπὶ σὲ πορεύσομαι, οὗ ἂν ᾖς. Πρὸς μὲν Δαρεῖον ταῦτα ἀπέστειλεν[86]. Ἐπεὶ δὲ ἔμαθε τά τε χρήματα ὅσα σὺν Κωφῆνι τῷ Ἀρταβάζου ἀποπεπόμφει ἐς Δαμασκὸν Δαρεῖος, ὅτι ἑάλωκε, καὶ ὅσοι Περσῶν ἀμφ' αὐτὰ ἐγκατελείφθησαν σὺν τῇ ἄλλῃ βασιλικῇ παρασκευῇ[87], ὅτι καὶ οὗτοι ἑάλωσαν, ταῦτα μὲν ὀπίσω κομίσαντα ἐς Δαμασκὸν Παρμενίωνα φυλάσσειν ἐκέλευε. Τοὺς δὲ πρέσβεις ἐκ τῶν Ἑλλήνων[88], οἳ πρὸς Δαρεῖον πρὸ τῆς μάχης ἀφιγμένοι ἦσαν, ἐπεὶ καὶ τούτους ἑαλωκέναι ἔλαβεν, παρ' αὐτὸν πέμπειν ἐκέλευσεν. Ἦσαν δὲ, Εὐθυκλῆς μὲν Σπαρτιάτης, Θεσσαλίσκος δὲ Ἰσμηνίου[89], καὶ Διονυσόδωρος ὀλυμπιονίκης, Θηβαῖοι· Ἰφικράτης δὲ ὁ Ἰφικράτους τοῦ στρατηγοῦ Ἀθηναῖος. Καὶ οὗτοι ὡς ἧκον παρ' Ἀλέξανδρον, Θεσσαλίσκον μὲν καὶ Διονυσόδωρον, καίπερ Θηβαίους ὄντας, εὐθὺς ἀφῆκε· τὸ μέν τι, κατοικτίσει τῶν Θηβῶν· τὸ δὲ, ὅτι συγγνωστὰ δεδρακέναι ἐφαίνοντο, ἠνδραποδισμένης ὑπὸ Μακεδόνων τῆς πατρίδος, σφίσιν τε ἥν τινα ἠδύναντο ὠφέλειαν εὑρισκόμενοι, καὶ εἰ δή τινα καὶ τῇ πατρίδι ἐκ Περσῶν καὶ Δαρείου. Ταῦτα μὲν ὑπὲρ ἀμφοῖν ἐπιεικῆ ἐνθυμηθεὶς, ἰδίᾳ δὲ Θεσσαλίσκον μὲν αἰδοῖ τοῦ γένους ἀφιέναι εἶπεν, ὅτι τῶν ἐπιφανῶν Θη-

„ runt, horum curam gero, neque inviti „ apud me sunt, sed suâ sponte mecum mi- „ litant. Ad me igitur, utpote totius Asiæ „ dominum, veni. At si metuis, ne, ubi ve- „ neris, aliquid tibi abs me acerbi accidat, „ mitte amicorum tuorum aliquot, qui fi- „ dem accipiant. Quum ad me veneris, ma- „ trem & uxorem ac liberos, & si quid præ- „ terea voles, posce atque accipe. quicquid „ enim à me petieris, impetrabis. De reli- „ quo, quando ad me scribes, ad Asiæ re- „ gem scribere te memineris: neque tan- „ quam ad parem scribe, sed veluti omnium „ tuarum rerum domino significa siquid pe- „ tas. Sin aliter feceris, ego de te tanquam „ injuriam inferente decernam. Si vero, „ quod ad regni possessionem attinet, con- „ tradicis, aliud pro eo prælium experiri „ paratus ne fugias. Ego enim te, quocunque „ loci fueris, adoriar. Atque hæc quidem „ ad Darium scripsit. Postquam vero cognovit, omnem pecuniam quam Darius per Cophenem Artabani filium Damascum miserat captam esse, Persas etiam ejus pecuniæ custodes, reliquumque regium apparatum in potestatem venisse, eam Parmenioni Damascum reportandam & custodiendam tradidit. Legatos autem Græcorum qui ad Darium ante prælium advenerant, quum etiam captos audiret, ad se mitti jussit. Hi erant, Euthycles quidem Lacedæmonius, Thessaliscus vero Ismeniæ filius & Dionysodorus olympionices, Thebani: Iphicrates autem Iphicratis ducis filius, Atheniensis. Qui quum ad Alexandrum adducti essent, Thessaliscum quidem & Dionysodorum (quamvis Thebani essent) statim dimisit; partim commiseratione Thebarum, tum quod veniâ digni viderentur: quippe qui patriâ ipsorum à Macedonibus direptâ eversâque, & sibi & patriæ utilitatem aliquam adferre Darii ac Persarum adminiculo conarentur. Hæc itaque modeste ac leniter de utroque statuens, Thessaliscum quidem privatim, reverentiâ generis adductus (erat enim illustri apud The-

85 Ὅταν παρ' ἐμοὶ] Et hic aliquid desideratur. In uno MS. erat ἐπειδὰν ἔλθῃς παρ' ἐμοί, ut & in Augustano vidit Vulcanius. Sed verum est, quod servat Optimus: ὅταν πέμπῃς παρ' ἐμοί. Deinde pro illis μηδὲ ἐξ ἴσου ἐπίστελλε in uno erat μηδὲ ἀβούλως ἐξ ἴσου ἐπίστελλε, & sic Vulcanio repertum in V.C. in duobus vero vidi μηδὲ ἃ ἐξ ἴσου ἐπίστελλε, quomodo etiam ex Optimo solum notavi, quod tamen parum intelligo, nisi ἃ accipias pro τινά. Sed opinor vero proxima esse, quæ ex duobus notata indicavi, corrigendo tantum ἀβούλως. hoc est, *neque temere & sine consilio te mihi parem imaginans scribe*. Ut sic denique exemplo illustris loci confirmetur vox Græca, quam solus Suidas sine exemplo ponens servavit. Sic sane sunt ἀσπουδὶ & ἀκρατὶ & ἀμαχεὶ, quæ omnia usurpat Arrianus.

86 Ταῦτα ἀπέστειλεν] Recte in Optimo ἐπέστειλεν.

87 Σὺν τῇ ἄλλῃ βασιλικῇ παρασκευῇ] MSS. omnes, etiam Optimus κατασκευῇ. Quod & notat Vulcanius ex V. C. Et quidni id retentum? Sane sic cap. 11. Οἱ Πέρσαι τὰς γυναῖκας σφῶν ξὺν τῇ ἄλλῃ κατασκευῇ ἐς Δαμασκὸν ἔτυχον ἐσταλκότες. III, 15 ὡς Δαρεῖον αἱρήσων ἐκεῖ καὶ τὰ χρήματα, καὶ τὴν ἄλλην κατασκευὴν τὴν βασιλικήν. Eandem II, 6 vocat ἀποσκευὴν, ex auctoritate Optimi libri, ut vidimus, sed adferenda huc sunt verba Athenæi vel ipsius Parmenionis apud Athenæum XIII pag. 605. Παρμενίων ἐν τῇ πρὸς Ἀλέξανδρον ἐπιστολῇ, ἣν ἐπέστειλεν αὐτῷ μετὰ τὸ Δαμασκὸν ἑλεῖν, καὶ τῆς ἀποσκευῆς τῆς Δαρείου ἐγκρατὴς γενέσθαι.

88 Πρέσβεις ἐκ τῶν Ἑλλήνων] Dele particulam ἐκ volente Opt.

89 Ἰσμηνίου] Vulcanius & Facius vertunt *Ismenii*; sed sine dubio verior Freinshemius ad Curt. III, 13, 15 *Ismeniæ*, ubi idem quoque rectissime pro στρατηγὸς suspicatur στρατηγοῦ, addicentibus omnibus quos vidi MSStis, qui habent Ἰφικράτης τε στρατηγοῦ, etiam ex V.C. notatum Vulcanio. Id quod necessarium est, tum veritate, tum tempore ipso postulante. In MSS. etiam est Ἰσμηνίου non Ἰσμηνίας. Ita certe id nomen etiam aliis datum à Græcis scribitur, unde utrumque restitui.

Θηβαίων ἰὼν· Διονυσόδωρον δὲ, ἐπὶ τῇ νίκῃ τῇ Ὀλυμπίων· Ἰφικράτην δὲ, φιλίᾳ τε τῆς Ἀθηναίων πόλεως, καὶ μνήμῃ τῆς δόξης τοῦ πατρὸς, ζῶντά τε ἀμφ' αὑτὸν εἶχεν ἐς τὰ μάλιστα ἐπιμελῶς, καὶ νόσῳ τελευτήσαντος τὰ ὀστᾶ ἐς τὰς Ἀθήνας τοῖς πρὸς γένους ἀπέπεμψεν. Εὐθυκλέα δὲ, Λακεδαιμόνιόν τε ὄντα, πόλεως περιφανῶς, ἐχθρᾶς ἐν τῷ τότε, καὶ αὐτὸν οὐδὲν ἰδίᾳ εὑρισκόμενον ἐς ξυγγνώμην, ὅ, τι γε καὶ λόγου ἄξιον, τὰ μὲν πρῶτα ἐν φυλακῇ ἀδέσμῳ εἶχεν· ὕστερον δὲ, καὶ ὡς ἐπὶ μεγάλα εὐτύχει [90], καὶ τοῦτον ἀφῆκεν. Ἐκ Μαράθου δὲ ὁρμηθεὶς, Βύβλον τε λαμβάνει, ὁμολογίᾳ ἐνδοθεῖσαν, καὶ Σιδῶνα, αὐτῶν Σιδωνίων ἐπικαλεσαμένων, κατὰ ἔχθραν τὴν Περσῶν [91] καὶ Δαρείου. Ἐνθένδε δὲ προὐχώρει ὡς ἐπὶ Τύρον, καὶ ἐντυγχάνουσιν αὐτῷ κατὰ τὴν ὁδὸν πρέσβεις Τυρίων, ἀπὸ τοῦ κοινοῦ ἐσταλμένοι, ὡς ἐγνωκότων Τυρίων πράσσειν, ὅ, τι ἂν ἐπαγγέλλῃ Ἀλέξανδρος. Ὁ δὲ, τήν τε πόλιν ἐπαινέσας, καὶ τοὺς πρέσβεις (καὶ γὰρ ἦσαν τῶν ἐπιφανῶν ἐν Τύρῳ οἵ τε ἄλλοι, καὶ ὁ τοῦ βασιλέως τῶν Τυρίων παῖς· αὐτὸς δὲ ὁ βασιλεὺς Ἀζέλμικος [92] μετ' Αὐτοφραδάτου ἔπλει) ἐκέλευσεν ἐπανελθόντας φράσαι Τυρίοις, ὅτι ἐθέλοι παρελθὼν ἐς τὴν πόλιν θῦσαι τῷ Ἡρακλεῖ. Ἔστι γὰρ ἐν Τύρῳ ἱερὸν Ἡρακλέους παλαιότατον ὧν μνήμη ἀνθρωπίνη διασώζεται [93], οὐ τοῦ Ἀργείου Ἡρακλέους, τοῦ τῆς Ἀλκμήνης. Πολλαῖς γὰρ γενεαῖς πρότερον τιμᾶται ἐν

16

Thebanos loco) dimisit: Dionysodorum, quod Olympiis vicisset: Iphicratem vero, ob amorem Atheniensis urbis, & paternæ memoriæ gloriam. quem, & quum in vivis esset, magno semper apud se in honore habuit, & morbo mortui ossa Athenas ad propinquos reportari curavit. Cæterum Euthyclem, quod Lacedæmonius esset, eaque urbs tum temporis manifestas cum Alexandro inimicitias gereret, quodque ipse privatim nihil quod magnopere veniâ dignum videretur, inveniret, primum quidem in custodiam (citra vincula tamen) tradidit: postea, ut res magnæ prospere successerunt, etiam hunc dimisit. E Maratho deinde movens, Byblum pactionibus traditam capit. Sidonem etiam, Sidoniis ipsis odio Persarum & Darii cum arcessentibus. Tyrum inde proficiscenti, Tyriorum legati obviam venerunt, à communi missi, significantes Tyrios paratos esse, quæ Alexander imperasset, facere. Ipse, laudatâ & civitate & legatis (erant enim hi ex principibus civitatis cum alii, tum Tyriorum regis filius. nam ipse rex Azelmicus cum Autophradate navigabat) jussit ut reversi Tyriis renuntiarent, velle se urbem intrare, Herculi sacrificaturum. Est enim in eâ urbe templum Herculis vetustissimum ex iis, quorum humana memoria conservatur, non Argivi illius Herculis, qui Alcmenæ filius fuit. Multis enim ante seculis

16

90 Ὕστερον δὲ καὶ ὡς ἐπὶ μεγάλα εὐτύχει] Et in his centones latent. Quod quum attendenti in legendo satis pateat, tum maxime ei, qui inspexerit codices scriptos, qui adeo sibi non constant. Quippe in eorum quibusdam deest καὶ, & deinde μεγα non μεγάλα. Sed videntur genuina, quæ in Optimo & altero aliquo concipiuntur ita, ὕστερον δὲ, ἐπεὶ μεγάλα εὐτ. Supra etiam Optimus confirmat Vulcanii versionem & quem nuperus noster descripsit Freinshemium in notis ad Curtium III, 13, 15 legentem περιφανῶς ἐχθρᾶς. Ut in Indicis cap. 32. Καὶ μοι περιφανέως σώσῃς τὴν στρατιὴν τήνδε τῇ βουλῇ Νεάρχου. Xenophon lib. v Κυρωπ. p. 343. Οἷον περιφανῶς τῶν θεῶν ἀνδρῶν ἀγαθῶν.

91 Κατὰ ἔχθραν τῶν Περσῶν] Omnes plane antiqui, quos ego inspexi, sed & V.C. quem Vulcanius postea adhibuit ἄχθος vel ἴχθος τὸ Περσῶν, & repetit ejus vocis usum v, 21, τὴν χώραν ἐνδιδῷ Ἀλεξάνδρῳ κατὰ ἴχθος τὸ Πώρου. Neque vero aliunde illud ἴχθος residuum mansit, quam ex calamitatibus illatis huic oræ & urbi aliquoties per istos magnos reges interioris Asiæ, unde etiam Ammiano Marcellino notum est XXVIII, 1 bellum Medicum primum, quo Asiam diripuerunt Persæ & Miletum vexarunt. Et Persarum irruptionem in Syriam intelligit ex Polybii libro XVI Valesius, ubi in Græcis est κατὰ γὰρ τετάρτην ἴσοδον.

92 Ἀζέλμικος] In libris antiquis tum ita pronunciatio exstat, tum etiam Ἀζέλκαμος, Ἀζέμικλος, Ἀζέμιλκος concipitur hoc nomen, ex quibus solum ultimum verum esse probant similia Orientis nomina, ut Milca, Melchom vel Milchom, Milcom, Malcham & Malken, Moloch, & hinc alibi Imilcar, Bomilcar, & Asiatica Adramelech, Anamelech. Sane cap. 24 tam Optimus quam duo alii MSS. Ἀζέμικος. Quod mirum est, id jam notarit Reinesius in ἱεροψαλμός linguæ Punicæ cap. 8 *Azemilkus quod Regi Tyriorum tum cum Alex. M. urbem expugnaret*. Sed ut procedam, vix ego dubitem, quin idem hoc vocabulum resideat in appellatione quæ plusquam semel legitur lib. 1 Esdræ capp. primis. Σαμέλλιος ὁ γραμματεύς. Idemque videndum in Tatiani loco, ubi fit mentio Εὐμάλου τοῦ Κυπρίου, quem Vossius pater ex Pausania vocat Εὔαλκον, an non Εὐμίλκα nomen habuerit.

93 Παλαιότατον ὧν μνήμη ἀνθρ. διασώζ.] Satis commode ita vertas, *vetustatem* (scil. quod spectat, ea tanta est) *quousque memoria humana servatur*, hoc est, verbis Pomponii Melæ, ut ea explicuit pater, *annos, quos manet numerus* vel *certis annalibus*, vel ἐν χρόνοις μνημονευομένοις, ut loquitur Strabo pag. 56. Xenophon v Κυρωπ. p. 411. ἐφ' ὅσον ἀνθρώπων μνήμη ἐξικνεῖται. Lysias contra Andocidem p. 67. ἐξ ὅσου Ἀθηναῖοι οἰκοῦσιν εἰσίν. Pausanias lib. 1 Eliac. ἐξ οὗ γὰρ τὸ συνεχὲς ταῖς μνήμαις ἐστί. Contra scribit Solinus de Cilice, *quem ætas pristina ultra ævum memoriæ abscondit*. Sed Vulcanius particulam ὧν olim judicavit esse genitivum, & sic potuisse ab Arriano inverti vocum seriem, pro, ὧν παλαιότατα. Itaque etiam Vossius lib. 1 Idololat. c. 22 citat ejus probatque interpretationem istam, *Est enim in urbe ea templum, cujus vetustatem humana memoria conservat*. In quibus nullum acumen est. Præterea omnes MSS. assentiuntur Vulcaniano alteri παλαιότατον ὧν, idque etiam deinde Vulcanius ipse margini adscripsit, cum interpretatione *vetustissimum omnium, quæ humana memoria exstant*. Et fuit haud dubie feriati male hominis lascivia, cui sic placuit grassari in Arriano. Nam etiam III, 4, ἐν μεσημβρίᾳ ψυχρὸν τὸ ὕδωρ γιγνόμενον, καὶ ἔτι μᾶλλον αὐχμηρόν, οἷον ψυχρότατον, ubi Basileenses edidisse video ψυχρότερα, & paulo ante paruit hæsitatio in λαμπρότερα.

ἐν Τύρῳ Ἡρακλῆς, ἢ Κάδμον ἐκ Φοινίκης ὁρμηθέντα Θήβας κατασχεῖν, καὶ τὴν παῖδα Κάδμῳ τὴν Σεμέλην γενέσθαι· ἐξ ἧς καὶ ὁ τοῦ Διὸς Διόνυσος γίνεται[94]. Διόνυσος μὲν δὴ τρίτος ἂν ἀπὸ Κάδμου εἴη, κατὰ Λάβδακον τὸν Πολυδώρου τοῦ Κάδμου παῖδα· Ἡρακλῆς δὲ ὁ Ἀργεῖος, κατ' Οἰδίποδα μάλιστα τὸν Λαΐου. Σέβουσι δὲ καὶ Αἰγύπτιοι ἄλλον Ἡρακλέα, οὐχ ὅνπερ Τύριοι, ἢ Ἕλληνες. Ἀλλὰ λέγει Ἡρόδοτος, ὅτι τῶν δώδεκα θεῶν Ἡρακλέα ἄγουσιν Αἰγύπτιοι, καθάπερ καὶ Ἀθηναῖοι Διόνυσον τὸν Διὸς καὶ Κόρης σέβουσιν, ἄλλον τοῦτον Διόνυσον· καὶ ὁ Ἴακχος ὁ μυστικὸς τούτῳ τῷ Διονύσῳ, οὐχὶ τῷ Θηβαίῳ, ἐπᾴδεται. Ὥς τόν γε ἐν Ταρτησσῷ πρὸς Ἰβήρων τιμώμενον Ἡρακλέα (ἵνα καὶ στῆλαί τινες Ἡρακλέους ὠνομασμέναι εἰσὶ) δοκῶ ἐγὼ τὸν Τύριον εἶναι

lis Tyri colebatur Hercules, quam Cadmus è Phœnice profectus Thebas occupasset, multoque ante quam Semele Cadmo nata esset, ex quâ Bacchus Jovis filius. Bacchus quidem sane tertius à Cadmo, ætate Labdaci, qui filius Polydori filii Cadmi: Hercules vero Argivus cum Oedipo Laji filio circiter vixit. Colunt autem & Ægyptii alium Herculem, diversum ab eo quem Tyrii aut Græci. Sed Herodotus tradit, Ægyptios Herculem in numero duodecim deorum habere. quemadmodum etiam Athenienses Bacchum Jovis & Proserpinæ filium colunt, diversum ab hoc Baccho. & Jacchus mysticus huic Baccho, non Thebano illi, accinitur. Quapropter Herculem illum qui in Tartesso ab Iberis colitur (ubi & columnæ quædam extant Herculis dictæ) Tyrium

94 Ἐξ ἧς καὶ ὁ τοῦ Διὸς Διόνυσος γίνεται] Herculem Baccho citeriorem egregie docent chronica Ephesiorum apud Tacit. III, ann. 61. Sed non adverti aliquam in MSS. discrepantiam; & licet caute ideo edant Basileenses post vocem ἧς posita distinctione, ac vertant Facius & Vulcanius *ex qua Bacchus Jovis filius*; ac in nupera editione non modo sileant ad hunc locum, sed insuper pagina ejus 509 sic allegent; tamen pronuntio utique legendum videri ἐξ ἧς καὶ τοῦ Διὸς ὁ Διόνυσος γίνεται. Ratio loquendi aliud non patitur: *ex qua & Jove Dionysus*, ut alibi ἐξ ὧν τε καλοῖεν: certe quod mihi videtur. Præterea ecce incredibilem supinitatem, quæ jacet in sequentium versione. Quid enim colligit? Dicit *Bacchum à Cadmo tertium*: dein rationem & modum addit, quo id probet: *Polydorus namque Cadmi filius, Polydori Labdacus.* An igitur ex hac serie radicem agit Bacchus? & Bacchus aut est Labdacus, aut Labdaci filius, ut ibi tertius possit numerari à Cadmo? Hoc sane esse nequit, quia Bacchum à Cadmo tertium jam dixit media Semela. Plena fatuitatis omnia, & universa ista periodus ab Polydoro ad Labdacum ex supervacuo est interposita, quum interim nulla culpa sit Arriani. Ille enim vult ostendere Tyrium Herculem non esse eundem Argivo, sed longe antiquiorem. Id probat adsumpto argumento ab monstranda ætate, qua vixit Bacchus. Bacchus tertius erat à Cadmo, æque ut Labdacus, cui fuit coævus Bacchus: id enim est κατὰ Λάβδακον. Hercules autem Argivus æqualis fuit Oedipodi, (id enim quoque est κατ' Οἰδίποδα) qui demum quintus à Cadmo, sic: Cadmus, Polydorus, Labdacus, Laius, Oedipus. At vero si Hercules Tyrius jam cultus fuit pro Deo ante Cadmi migrationem in Græciam, sequitur, ut duntaxat quinque γενεαῖς Tyrius præcedat Argivum. Et jam adhuc restat illud tempus, quo Herculis cultus apud Tyrios anticipavit Cadmi nativitatem, quo spatio includuntur multi etiam anni. Vulcanius quid notaret κατὰ Λάβδακον & κατ' Οἰδίποδα, quomodo perceperit, ex illa interpretatione ostendit. Cur quum is ausus est interpretari *post Oedipodem*, non etiam vertit *post Labdacum*, quum sint eadem Græca? Verte: *Tyri colebatur Hercules, quam Cadmus è Phœnice profectus Thebas obtinuit, & quam filia Cadmo Semele nata est, ex qua & Jove Bacchus. Bacchus quidem sane tertius à Cadmo fuerit, ætate Labdaci, qui filius Polydori, qui Cadmi.* (atque adeo Labdacus nepos Cadmi.) *Hercules autem Argivus ætate Oedipi circiter, qui filius Laji.* Argumentum quidem hoc est certissimum, sed quod Arrianus ex Herodoto mutuatus est, qui partim in Euterpe cap. 145 à Semeles Dionyso ad suam ætatem numerat annos mille sexcentos, ab Hercule autem Argivo tantum nongentos. Ex quo patet Herodotum 700 annos ponere inter Bacchum & Herculem Argivum; at nescio quemadmodum tantum spatium expleturi sint Labdacus & Laius. Partim in Terpsichore cap. 60 post memoratam inscriptionem tripodis ab Amphitryone positi, addit, ταῦτα ἡλικίην ἂν εἴη κατὰ Λάϊον τὸν Λαβδάκου, τοῦ Πολυδώρου τοῦ Κάδμου. Ut Amphitryon æqualis Laji, sic Hercules Oedipi. Sed & rectius Facius, *Bacchus enim tertius à Cadmo. Polydorus namque Cadmi filius, Polydori Labdacus, cujus temporibus ipse Bacchus claruit. Hercules vero Argivus Oedipodis Laji temporibus.* Itaque Arrianus statuit Herculem Argivum vixisse quinta ætate ab Cadmo, longe profecto ab illo calculo, quo usus est auctor ille, quem descripsit Stephanus vel contraxit Hermolaus in voce Θάσος, ubi nona demum ætate vixisse colligit; nam quum Cadmus esset filius Agenoris, ab Agenoris fratre Belo ad Herculem continua succedendi serie decem ætates ita numerat. Belus, Ægyptus, Lynceus, Abas, Danae, Perseus, Alcæus, Amphitruo, Hercules. Ubi tamen novem modo numerantur, nec vident commentatores male dici Ἄβας, ὁ Δανάη, quum interponendus sit Acrisius, qui pater Danaæ. Quod etiam facit Scaliger. Sed quidquid illud sit, non capio, quomodo Oedipus quinta ab Cadmo sit generatio, Hercules, qui Oedipo fuit σύγχρονος, sit nona generatio ab Ægypto, qui Cadmi patrui fuit filius. Nihilominus ita Scaligerum videmus agere in Stephano, ut Thasum Thasi conditorem æqualem Cadmo, dixerit iste decem γενεαῖς fuisse antiquiorem Hercule. Et plane secundas Scaligero agit Maussacus pag. 141. In quo primum perspicuus hic error est, quod si Thasus fuit æqualis & coævus Cadmo, & cum eo in Græciam veniens Thasum condidit, apparet non decem sed novem generationibus fuisse vetustiorem, & tunc Thasum fuisse conditam, quum non ab Belo, sed ab Ægypto demum, qui Cadmo par fuit, numerationem institui oporteat. Deinde non videtur in Stephano scribendum ἐν δὲ γενεαῖς Ἡρακλέους δέκα Θάσος παλαίτερος, quum vulgò legatur ἢ δὲ γενεαῖς Ἡρ. καὶ Θάσος, sed potius ἐν ἐ γενεαῖς Ἡρακλέους ὁ Θάσος. Nam quia de Prœto illic mentio fit, fratre Acrisii, à quo quintus est Hercules, videtur Stephanus Prœtum & Thasum æquales fecisse. Nec propterea ab Maussaco dici debuit in purissimum & purgatissimum Herodoti textum crassissimus error intrusus fuisse, quum illic dicatur ταῦτα (nempe Εὐρώπης ζητησιν & Thasum conditam) πέντε γενεῇσι ἀνδρῶν πρότερά ἐστι, ἢ τὸν Ἀμφιτρύωνος Ἡρακλέα ἐν τῇ Ἑλλάδι γενέσθαι. Hæ quinque à Cadmo generationes ad ætatem Herculis etiam confirmantur ab Diodoro Siculo lib. IV cap. 12, ubi dicit Bacchum centauro cuidam commisisse cadum vini illic defossum, καὶ προστάξαι τότε ἀνοῖξαι, ὅταν Ἡρακλῆς παραγένηται. Διότι ὕστερον τέτταρσι γενεαῖς ἐπιξενωθεὶς αὐτῷ, μνησθῆναι τὸν Φόλον τῆς Διονύσου παραγγελίας.

εἶναι[95] Ἡρακλέα· ὅτι Φοινίκων κτίσμα ἡ Ταρτησσὸς, καὶ τῷ Φοινίκων νόμῳ ὅ, τε νεὼς πεποίηται τῷ Ἡρακλεῖ τῷ ἐκεῖ, καὶ θυσίαι θύονται. Γηρυόνην δὲ, ἐφ' ὅντινα ὁ Ἀργεῖος Ἡρακλῆς ἐστάλη πρὸς Εὐρυσθέως, τὰς βοῦς ἀπελάσαι τὰς Γηρυόνου, καὶ ἀγαγεῖν ἐς Μυκήνας, οὐδέν τι προσήκειν τῇ γῇ τῶν Ἰβήρων, Ἑκαταῖος ὁ λογοποιὸς λέγει· οὐδὲ ἐπὶ νῆσόν τινα Ἐρύθειαν ἔξω τῆς μεγάλης θαλάσσης σταλῆναι Ἡρακλέα· ἀλλὰ τῆς ἠπείρου τῆς περὶ Ἀμβρακίαν τε καὶ Ἀμφιλόχους βασιλέα γενέσθαι Γηρυόνην, καὶ ἐκ τῆς ἠπείρου ταύτης ἀπελάσαι Ἡρακλέα τὰς βοῦς, οὐδὲ τοῦτον φαῦλον ἆθλον τιθέμενον. Οἶδα δὲ ἐγὼ καὶ εἰς τοῦτο, ὅτι εὔβοτος[96] τὴν Ἤπειρον ταύτην,

Tyrium hunc Herculem eſſe cenſuerim. Tarteſſus enim à Phœnicibus condita eſt, & Phœnicum more templum eo loci Herculi ſtructum eſt, & ſacra fiunt. Geryonem vero, adverſus quem Hercules Argivus ab Euryſtheo miſſus, ut boves Geryonis abreptas Mycenas duceret, nihil ad Iberorum regionem pertinere Hecatæus hiſtoricus tradit, neque ad inſulam ullam Erythiam in Oceano ſitam miſſum fuiſſe: ſed Geryonem continentis, quæ circa Ambraciam & Amphilochos eſt, regem fuiſſe: atque ex hac continente Herculem boves abduxiſſe, neque parvum hunc etiam laborem judicaſſe. Neque vero me latet, in hunc uſque diem pinguia in illâ continente

95 *Δοκῶ ἐγὼ τὸν Τύριον εἶναι*] Mirum eſt, quum tam plane ſe exprimat Arrianus, dicatque clariſſimo verbo ſe cenſere & putare Tarteſſium Tyriumque Hercules eſſe eoſdem; quid in animo habuerit Henricus Valeſius ad Peireſciana Excerpta pag. 110, quum ſcribit, nihil eſſe cur dubitaret Arrianus Herculem qui Tarteſſi colitur eundem eſſe cum Tyrio. An ipſe verbis utitur clarius affirmantibus, dicens, id templum à Tyriis conditum eſſe non dubito? Sane intentatio hæc indebitæ litis eſt & merum ſomnium. Accedit quod argumenta illa, quæ affert Valeſius, non ſint tam robuſta, quam afferuntur ab Arriano. Nam nec olea erat ſimilis, nec ignis perpetui locus idem, nec columnæ æquales, quæ producuntur à Valeſio: at Arrianus opinionem ſuam probat duobus validiſſimis indiciis, nempe quod ex more Phœnicio & templum ipſum ædificatum ſit & ſacrificia peragantur. Quæ quidem ſunt duo quædam ſumma capita; quum Valeſiana quædam ſint parerga, quæ & alibi eſſe queant. Jam vero quibus modis illa duo potiſſimum elucebant? nempe quod & templum utrumque è trabibus eſſet conſtructum, deinde quod utrobique ſacerdotes & pedibus eſſent nudis atque uxoribus abſtinerent. Id declaravit egregie Vir eruditione non ſolum & ingenio, ſed etiam loco & Magni Regis dignatione conſpicuus Daniel Huetius pag. 125 Demonſtrat. Euangel.

96 *Οἶδα δὲ ἐγὼ καὶ εἰς τοῦτο ὅτι εὔβοτον*] Quia perperam hæc verba accepit Vulcanius, ideo male mutare tentavit, ut pro ὅτι legeretur ἔτι, atque adeo ad marginem etiam deinde adſcripſit ἔτι inducta vocula ὅτι, ut ſecunda editione iſtud in contextum reciperetur. Sed audacter nimis, &, ut dixi, perperam factum cenſeo. Primo enim εἰς τοῦτο, non ſignificat *in hunc uſque diem*, vel ut Facius, *his temporibus*, ſed ſimpliciter, ad hoc, præter ea quæ dixi ad confirmationem hujus ſententiæ, q. d. & ſane ad aſſeverandam hanc iſtius opinionis narrationem ſcio etiam pinguia &c. ad ſane præterquam quod ſatis clarere putem ex ipſa ſententiæ ratione, tum ſic ea adhibet VII, 7 *ἐς ὃ πολὺ ὕδωρ ὁ Εὐφράτης τελευτᾷ, καὶ τεναγώδης ἐς τοῦτο.* Et cap. 30 *καὶ ὁ ἐς τοῦτο ἐξ ἀνθρώπων τιμή τε αὐτῷ καὶ μνήμη οὐκ ἀνθρωπίνη οὖσα.* Ubi itidem impingit & *continuata in hunc uſque diem memoria & gloria*, quæ aliena à Græcis, quæ intelligunt & *ſuper hoc ex hominibus honor ejus*. Sic in Indicis cap. 8 *ὄνομα καὶ ἐς τοῦτο ὅτι οἱ τε ἐξ Ἰνδῶν τῆς χώρας τὰ* &c. *σπουδῇ ἀποφερομένοι ἐκκομίζουσι.* Vulcanius: *quem etiam in hunc diem.* Aut omiſit aliquid aut male intellexit. Verte: *quem etiam ad hoc in hunc diem;* εἰς τοῦτο reſpicit adjumentum *αἰσίμου μνημείου*. Deinde & hoc tum Arriani, tum Græciſmi eſt, ſimul adjectivis præponere voculam ὅτι, ſimul nihilominus ſubjungere infinitivum vel caſum quartum, ac ſi omnino ea particula non præceſſiſſet. Tale eſt illud in Indicis cap. 6 *ὅτι αὐτὸ τοῦτο ἔξει τεκμηριῶσθαι, καὶ τῷ Νείλῳ τὸ πάθημα τοῦτο ὅτι ἐοικὸς εἶναι ὕεσθαι τὰ Αἰθιόπων ὄρεα.* Xenophon v Κυροπαιδ. 356 *τοῦτο νομίζω μεγίστην ὠφέλειαν εἶναι τοὺς συμμαχεῖσθαι μέλλοντας ὅτι βελτίους παρασκευάζειν.* v Κυροπ. 467 *ἔγωγ' φημὶ καὶ βούλεσθαι ἄν σε νῦν ὅτι ἐγγύτατα ἄγειν τῆς πόλεως.* Et p. 400 *πάντα ἐποίει πείθοντας τὸν βασιλέα συγχωρῆσαι ταῦτα καὶ ὅτι σμικρότατον τοῦ πολέμου λιπεῖν.* 11, 164 *ἡμᾶς ὄντα ἀδελφοὺς οἶον ὅτι μεγαλοπρεπέστατον φαίνεσθαι.* Simile eſt in Actis Apoſt. 27, 10. *θεωρῶ ὅτι μετὰ ὕβρεως καὶ πολλῆς ζημίας οὐ μόνον τοῦ φόρτου καὶ τοῦ πλοίου, ἀλλὰ καὶ τῶν ψυχῶν ἡμῶν μέλλειν ἔσεσθαι τὸν πλοῦν.* Hæc ratio loquendi dubito etiamnum, an non lateat apud Antoninum Liberalem fab. IV. *Πολεμήσαντας γὰρ αὐτῷ σύμπαντας Ἠπειρώτας ὑπ' αὐτοῦ κρατηθῆναι, ὅτι τὰς Γηρυόνου βοῦς συνελθόντες ἀφελέσθαι*, *ab ſeſe coercitos & ſubactos, quod coeuntes voluiſſent ſibi eripere Geryonis boves.* Vulgo ὅτι. De tempore enim addi neceſſe non eſt, quod ipſa docet hiſtoria. Et vides, quemadmodum ſuſtinuerint illic violenter cogitare *συνελθεῖν τοῦ ἀφ.* Simile eſt in Dionis Rhodiaca pag. 315 *ἢ τίνων ἐκεῖνοι τινες ὑπὲρ τούτου λέγοντες, ὡς ἰσχυρότατον, οὐκ ἂν ἀποψηφίσαιμεν, ὅτι δημοσίᾳ τοὺς ἀνδριάντας ἀπογράψασθαι ὑμᾶς.* Ubi magnus ille Caſaubonus: [Vacat τὸ ὅτι in iſtis, niſi malis *ἀπογράψασθαι ὑμᾶς.*] Cur non ſimili nota confixit ejuſdem orationem 24 pag. 178 *μὴ τοίνυν ὅτι θαυμάζετε λεγόντων, ὅτι μόνον καὶ παντάπασι τὸ σοφὸν εὐδαίμονα εἶναι.* Male enim φασί. Hoc non animadverſo lethalis noxa inceſſit verba libri VI, 27 *ἵνα δὲ Ἀλέξανδρον συνεῖναι ὅτι ἐν ἀριστερᾷ δεῖ ἀπολείποντα ἄγειν, ἀναλαβόντα ὀλίγους ἅμα οἱ ἱππέας προκεχωρηκέναι.* Quæ niſi ex cerebro Vulcanii, nunquam reperientur unde orta ſint. Nam editio Baſileenſis multum ab his diverſa ſic legit: *ὅτι ἐν ἀριστερᾷ ἀπολείποντα ἄγειν, ἀναλαβόντα ὀλίγους ἅμα οἱ ἱππέας*, omiſſis duobus verbis *δεῖ* & *προκεχωρηκέναι*. Quam Baſileenſis libri ſcripturam conſtanter tuentur omnes MSSti Florentiæ, ut nullus dubitem quin gemina ellipſi uſus ſit Arrianus *συνεῖναι ὅτι ἐν ἀριστερᾷ ἀπολείποντα, ἄγειν ἀναλαβόντα ὀλίγους ἅμα οἱ ἱππέας*, hoc eſt, conjectura aſſequutum, ſiniſtram verſus deflectentem, aſſumtis paucis ſecum equitibus, duxiſſe. Sic VII, 16 ediderunt Baſileæ & in uno MS. ipſe vidi: *Οἱ δὲ προσθεῖναι πρὸς τούτῳ τῷ λόγῳ, ὅτι μέγιστον ἐπιτάφιον ἀγῶνα ὁρᾶν ἐπ' αὐτῷ ἐσόμενον*, non *ὁρᾶ*. Sed & mirabar, cur dicatur in ora editionis Vulcanii legendum *καὶ πρὸς Εὐρυσθέα*, quum in omnibus MSS. mihi obvium fuerit *καὶ ἐς Εὐρυσθέα*. Nec credo ullum uſpiam MS. codicem eſſe, qui id non habeat, eſtque integerrimum, perinde ut IV, 12 *ὡς δὲ ἐς Καλλισθένην ἧκεν ἡ πρόποσις.* Ejus culpa videtur referenda in typos Baſileenſes, qui particulam omiſerunt: nam Facium agnoviſſe ex ejus interpretatione apparet *Quapropter abductis inde bobus ab Hercule, gloriam Euryſtheo acceſſiſſe exiſtimant*, etſi ea ſit erronea. Tandem Vulcanius ex V. C. veram lectionem cognovit ſupplevitque & verſionem ſimul ita emendavit, *& ad Euryſtheum præſtantiſſimos ex continente boves perveniſſe*, quæ tamen nec ipſa ſententiam Arriani tetigit; debebat enim: *& ad Euryſthea perveniſſe tum opinionem & gloriam boum ex Epiro, tum nomen regis Epiri Geryo-*

M *nem*

τὴν, καὶ βοῦς τρέφουσαν καλλίστας· καὶ ἐς Εὐρυσθέα τὴν μὲν ἐξ Ἠπείρου βοῶν κλέος ἀφῖχθαι, καὶ τοῦ βασιλέως τῆς Ἠπείρου τὸ ὄνομα τὸν Γηρυόνην οὐκ ἔξω τοῦ εἰκότος τίθεμαι· τῶν δὲ ἐσχάτων τῆς Εὐρώπης Ἰβήρων, οὔτ' ἂν τοῦ βασιλέως τὸ ὄνομα γινώσκειν Εὐρυσθέα [97], εἴτε βοῦς καλαὶ [98] ἐν ταύτῃ τῇ χώρᾳ νέμονται· εἰ μή τις Ἥραν τούτοις ἐπάγων, ὡς αὐτὴν ταῦτα Ἡρακλεῖ δι' Εὐρυσθέως ἐπαγγέλλουσαν, τὸ οὐ πιστὸν τοῦ λόγου ἀποκρύπτειν ἐθέλοι τῷ μύθῳ. Τούτῳ Ἡρακλεῖ τῷ Τυρίῳ ἔφη ἐθέλειν θῦσαι Ἀλέξανδρος. Ὡς δὲ ἀπηγγέλθη ταῦτα πρὸς τῶν πρέσβεων εἰς τὴν Τύρον, τὰ μὲν ἄλλα ἔδοξε σφίσι ποιεῖν, ὅ, τι περ ἐπαγγέλλῃ Ἀλέξανδρος, εἰς τὴν πόλιν μήτε τινὰ Περσῶν μήτε Μακεδόνων δέχεσθαι· ὡς τοῦτο ἔς τε τὰ παρόντα τῷ λόγῳ εὐπρεπέστατον, καὶ ἐς τοῦ πολέμου τὴν κρίσιν (ἄδηλον ἔτι οὖσαν) ἀσφαλέστατον σφίσι γνωσόμενοι. Ὡς δὲ ἐξηγγέλθη Ἀλεξάνδρῳ τὰ ἐκ τῆς Τύρου, τοὺς μὲν πρέσβεις πρὸς ὀργὴν ὀπίσω ἀπέπεμψεν· αὐτὸς δὲ ξυναγαγὼν τούς τε ἑταίρους καὶ τοὺς ἡγεμόνας τῆς στρατιᾶς, καὶ ταξιάρχας καὶ ἰλάρχας, 17 ἔλεξεν ὧδε. Ἄνδρες φίλοι καὶ ξύμμαχοι, ἡμῖν οὔτε τὴν ἐπ' Αἰγύπτου πορείαν ἀσφαλῆ ὁρῶ, θαλασσοκρατούντων Περσῶν· Δαρεῖόν τε διώκειν, ὑπολιπομένους αὐτήν τε τὴν Τυρίων πόλιν [99] ἀμφίβολον, καὶ Αἴγυπτον καὶ Κύπρον ἐχομένην πρὸς Περσῶν, οὐδὲ τοῦτο ἀσφαλὲς, ἔς τε τὰ ἄλλα, καὶ μάλιστα δὴ ἐς τὰ Ἑλληνικὰ πράγματα· μή ποτ' ἄρα ἐπικρατήσαντες αὖθις τῶν ἐπὶ θαλάσσῃ χωρίων οἱ Πέρσαι, προχωρησάντων ἡμῶν ξὺν τῇ δυνάμει, ὡς ἐπὶ Βαβυλῶνά τε καὶ Δαρεῖον [1], αὐτοὶ ξὺν πλείονι στόλῳ μεταγάγωσι τὸν πόλεμον ἐς τὴν Ἑλλάδα· Λακεδαι-

tinente pascua esse, & opimas boves in eâ pasci, & Eurystheum, quod ex eâ continente boves haberet, celebrem fuisse. neque absurdum putaverim regem illius continentis Geryonem appellatum fuisse: at quod neque extremos Europæ Iberos, neque regis nomen noverit Eurystheus, aut an opimæ eâ in regione boves nascantur. nisi quis Junonem adducens quæ id Herculi per Eurystheum denuntiaret, rem absimilem vero tegere fabulæ involucris velit. Huic Herculi Tyrio Alexander se sacrificare velle dixit. Quæ postquam à legatis Tyrum perlata sunt, visum illis est reliqua omnia quæ Alexander imperasset facere: cæterum neminem vel Græcorum vel Macedonum in urbem admittere. quod illud pro præsenti rerum statu convenientissimum responsum esse, & quoad eventum belli (qui adhuc incertus erat) tutissimum ipsis videretur. Simulac vero Tyriorum responsum Alexandro renuntiatum fuit, indignatus, legatos Tyrum reverti jubet: convocatisque amicis & principibus exercitus, & cohortium turmarumque præfectis, ita eos alloquutus est.
„ Expeditionem in Ægyptum facere (ô amici ac socii) parum tutum nobis fore censeo, Persis imperium maris obtinentibus: & Darium insequi, Tyriorum urbe dubiâ relictâ, Persisque Ægyptum ac Cyprum in suâ potestate habentibus. idque cum ob alias res, tum ob Græciæ statum, periculosum fore judico, ne fortasse maritimis oppidis recuperatis, interea dum nos exercitum in Babylonem & Darium ducimus, ipsi majore classe bellum in Græciam transferant: præsertim quum „ Lace- 17

nem non extra verisimile posuerim. Tum quoque paulo ante habent MSS. omnes non τὰς βοῦς, sed βόας, etsi superius retineant vulgatum.

97 Τῶν δὲ ἐσχάτων τῆς Εὐρώπης Ἰβήρων, οὔτ' ἂν τοῦ βασιλέως τὸ ὄνομα γινώσκειν Εὐρυσθέα] Agnosce mirificas interpretationes. Vulcanius: *at quod neque extremos Europe Iberos neque regis nomen noverit Eurystheus:* vel ut posthæc manu sua emendavit: *extremos vero orbis Iberos neque regis nomen novisse Eurystheum, neque an opime.* Mirum, ni, si Eurystheo Vulcanius contigisset, ipsi athlum & expeditionem in Iberos mandaret, si cognosceret tantæ ignorantiæ se reum agi, ut ne Iberos quidem audierit. Facius: *præsertim cum nemo Hispanorum sit, qui id nomen sciat regibus suis fuisse, aut lætas in ea provincia boves gigni.* Alienissimo intellectu. Immo *Extremorum vero ex Europæis populis Iberorum regis ne vel nomen quidem cognosse Eurysthea.* Genitivus enim ille ἐσχάτων Ἰβήρων dependet ab constructione vocis βασιλέως, non ὄνομα.

98 Εἴτε βοῦς καλαὶ] MSS. alii omnes οὔτε εἰ βοῦς. Sed accommodatius ad præcedentia & perfectius in Optimo εἴτε εἰ βοῦς, quod requirit præcedens οὔτ' ἂν: est enim apodosis huc respiciens. Notavit id quoque Vulcanius ex Augustano.

99 Ὑπολιπομένους αὐτήν τε τὴν Τυρίων πόλιν] Et hic omittunt voculam oppido necessariam exstantemque in omnibus antiquis. Scribe: αὐτήν τε ὀπίσω τὴν Τυρ. Sequitur statim Αἴγυπτον καὶ Κύπρον ἐχομένην πρὸς Π. quæ satis se tuentur ex densa consuetudine manus Arrianeæ singularem numerum ponentis, qui tamen ad utrumque præcedens aut sequens referri debeat. Sic aliquoties Λέγει Πτολεμαῖος καὶ Ἀριστόβουλος, pro λέγουσι III, 26 & VI, 11. Sic μεγίστην μοῖραν τὴν Ἰνδῶν γῆν ποιεῖ Ἐρατοσθένης τε καὶ Μεγασθένης V. 6. μεταξύ τε Ἰνδοῦ ποταμοῦ καὶ Ὑδάσπου. V, 3. ξυμβολὰς τοῦ τε Ἀκεσίνου καὶ τοῦ Ὑδραώτου ποταμοῦ VI, 5. μεταξὺ τοῦ τε Εὐλαίου ποταμοῦ καὶ τοῦ Τίγρητος VII, 7, τοῦ τε Ἐραννοβόα ποταμοῦ καὶ τοῦ Γάγγου Indic. c. 10 Hæc quum ita sint, nihilominus iidem omnes MSS. hoc loco exhibent Αἴγυπτον καὶ Κύπρον ἐχομένας, perinde ut V, 6 Ἡρόδοτος καὶ Ἑκαταῖος οἱ λογοποιοί. VII, 7 τοῖν γὰρ δυοῖν ποταμοῖν τοῦ τε Εὐφράτου καὶ τοῦ Τίγρητος. Sic quum tot locis libere agat auctor, plane novum occurrit V, 5 ὅσα Μεγασθένης τε καὶ Ἐρατοσθένης δοκίμω ἄνδρε ξυνεγραψάτην. Propterea censeo auscultandum antiquis exemplaribus. Utrumque autem hoc notavit etiam ex v. c. Vulcanius & interpretationi addidit *a tergo*, ut insereretur post vocem *dubia*.

1 Προχωρησάντων ἡμῶν ὡς ἐπὶ Βαβυλῶνά τε καὶ Δαρεῖον] Particula ὡς non exstat in Optimo MS.

δαιμονίων μὲν ἡμῖν ἐκ τοῦ εὐθέος πολεμούντων, τῆς δὲ Ἀθηναίων πόλεως φόβῳ μᾶλλόν τι ἢ εὐνοίᾳ τῇ πρὸς ἡμᾶς, πρὸς τὸ παρὸν κατεχομένης· ἐξαιρεθείσης δὲ Τύρου, ἥ τε Φοινίκη ἔχοιτο ἂν πᾶσα, καὶ τὸ ναυτικὸν, ὅπερ πλεῖστόν τε καὶ κράτιστον τοῦ Περσικοῦ, τὸ Φοινίκων παρ' ἡμᾶς μεταχωρήσειν εἰκός. Οὐ γὰρ ἀνέξονται οἱ ἐρέται οὔθ' οἱ ἐπιβάται [2] Φοίνικες, ἐχομένων σφίσι τῶν πόλεων, αὐτοὶ ὑπὲρ ἄλλων πλέοντες κινδυνεύειν. Κύπρος δὲ ἐπὶ τῷδε ἢ οὐ χαλεπῶς ἡμῖν προσχωρήσει, ἢ ἐξ ἐπίπλου εὐμαρῶς ληφθήσεται. Καὶ ταῖς τε ἐκ Μακεδονίας ναυσὶ καὶ ταῖς Φοινίσσαις πλεόντων ἡμῶν τὴν θάλασσαν, καὶ Κύπρου ἅμα προσγενομένης, θαλασσοκρατοῖμέν τε ἂν βεβαίως, καὶ ὁ ἐς Αἴγυπτον στόλος εὐμαρῶς ἡμῖν ἐν ταὐτῷ γίνεται. Αἴγυπτον δὲ παραστησαμένοις, ὑπέρ τε τῆς Ἑλλάδος καὶ τῆς οἰκείας οὐδὲν ἔτι ὕποπτον ὑπολείπεται· τόν τε ἐπὶ Βαβυλῶνος στόλον μετὰ τοῦ ἐς τὰ οἴκοι ἀσφαλοῦς, καὶ ξὺν μείζονι ἅμα ἀξιώσει ποιησόμεθα, ἀποτετμημένοι τήν τε θάλασσαν Περσῶν ξύμπασαν, καὶ τὴν

18 ἐπὶ τάδε τοῦ Εὐφράτου γῆν. Ταῦτα λέγων, οὐ χαλεπῶς ἔπειθεν ἐπιχειρεῖν τῇ Τύρῳ· ἀλλὰ καί τι θεῖον ἀνέπειθεν [3] αὐτὸν, ὅτι ἐνύπνιον αὐτῆς ἐκείνης τῆς νυκτὸς ἐδόκει αὐτὸς μὲν τῷ τείχει προσάγειν τῶν Τυρίων, τὸν δὲ Ἡρακλέα δεξιοῦσθαί τε αὐτὸν καὶ ἀνάγειν ἐς τὴν πόλιν. Καὶ τοῦτο ἐξηγεῖτο Ἀρίστανδρος, ὡς ξὺν πόνῳ ἁλωσομένην τὴν Τύρον, ὅτι καὶ τὰ τοῦ Ἡρακλέους ἔργα ξὺν πόνῳ ἐγένοντο. Καὶ γὰρ καὶ μέγα ἔργον τῆς Τύρου ἡ πολιορκία ἐφαίνετο. Νῆσός τε γὰρ αὐτὴ ἡ πόλις [4] ἦν, καὶ τείχεσιν ὑψηλοῖς πάντῃ ὠχύρωτο. καὶ τὰ ἀπὸ θαλάσσης πρὸς τῶν Τυρίων [5] μᾶλλόν τι ἐν τῷ τότε ἐφαίνετο, τῶν τε Περσῶν ἔτι θαλασσοκρατούντων, καὶ αὐτοῖς τοῖς Τυρίοις νεῶν ἔτι πολλῶν περιουσῶν [6]. Ὡς δὲ ταῦτα ὅμως ἐκράτησε, χῶμα ἔγνω χωννύναι ἐκ τῆς ἠπείρου ὡς ἐπὶ τὴν πόλιν. Ἔστι δὲ πορθμὸς [7] τεναγώδης τὸ χωρίον, καὶ τὰ μὲν πρὸς τῇ ἠπείρῳ τῆς θαλάσσης βραχέα καὶ πηλώδη αὐτοῦ· τὰ δὲ πρὸς αὐτῇ τῇ πόλει, ἵνα τὸ βαθύτα-

„ Lacedæmonii apertos ſeſe nobis hoſtes declararint, Athenienſes vero in præſentiâ „ metu magis, quam benevolentiâ erga nos „ ſeſe contineant. Captâ autem Tyro, & „ Phœnice tota, & navalis apparatus Phœnicum, quo maximo & validiſſimo Perſæ „ utuntur, nobis, ut veriſimile eſt, accedet. Neque enim remiges, neque navium „ propugnatores Phœnices committent ut „ tenentibus nobis ipſorum urbes, ipſi pro „ aliis navale prœlium ſubeant. Cyprus „ præterea vel facile ſe nobis adjunget, vel „ claſſe eo miſſâ parvo negotio capi poterit. „ atque ita Macedonum & Phœnicum conjunctâ claſſe mare pernavigantes, Cypro „ etiam ſubactâ, firmum maris imperium „ tenebimus, ſimulque nobis facilis in Ægyptum expeditio fuerit. Ægypto autem „ noſtro imperio adjectâ, nihil erit quod „ aut de Græciâ aut de rebus domeſticis ſimus ſoliciti. Babylonicam porro expeditionem, præterquam quod cum rerum „ domeſticarum ſecuritate, majore etiam „ noſtrâ cum dignitate ſuſcipiemus, Perſis undique è mari, & regione cis Euphratem ſubmotis. His dictis facile per- 18 ſuaſit, ut Tyri oppugnationem aggrederentur. Sed & divinitus ipſe monitus fuit: quod eâ ipſâ nocte per ſomnum viſus ſibi eſſet ipſe quidem Tyriorum muros adoriri, Herculiſque ſpecies ſe obtuliſſet dextram ei porrigentis, atque in urbem introducentis. Quod quidem Ariſtander in hunc modum interpretabatur, Tyrum magno cum labore captum iri, quoniam etiam Herculis opera laborioſa fuiſſent. Et certe Tyri expugnatio laborioſa in primis videbatur. Nam & ipſa urbs, inſula erat, altiſque mœnibus omni ex parte munita; & tum temporis Tyrii mari plurimum pollebant, quod nimirum & Perſæ domini maris eſſent, ipſique præterea Tyrii magnam navium vim haberent. Poſtquam tamen hæc placuerunt, aggerem ex continente ad urbem ducere ſtatuit. Eſt vero fretum limoſum alveo, & mare ubi continenti proximum eſt, non profundum ac cœnoſum: ubi urbem ipſam attingit, quâ qui-

2 *Οὐ γὰρ ἀνέξονται οἱ ἐρέται οὔθ' οἱ ἐπιβ.*] MSS. rursus *οὔτε οἱ ἐρέται οὔτε.*

3 *Οὐ χαλεπῶς ἔπειθεν. ἐπιχειρεῖν δὲ τῇ Τύρῳ θεῖον αὐτόν.*] Mirum, quis ita interpolaverit hæc Græca, quum Baſileæ editum fuerit *οὐ χαλεπῶς ἔπειθεν ἐπιχειρεῖν τῇ Τύρῳ, θεῖον.* In hac autem interpolatione non prima ſolum periodus nimis violenter abſciſa eſt, ſed & adverſativa particula *δὲ* neminem prorſus ex antiquis codicibus habet notorem. Hinc nullus dubito veram ſcripturam eſſe, quam in uno ſic reperi. *οὐ χαλεπῶς ἔπειθεν ἐπιχειρεῖν τῇ Τύρῳ· ἀλλὰ καί τι θεῖον ἀνέπειθεν αὐτόν.* Et ſic quoque ex V. C. Vulcanius, accommodata huic lectioni interpretatione, quam ſequutus ſum.

4 *Νῆσός τε γὰρ αὐτὴ ἡ πόλις*] In MSS. quos vidi, omnibus *αὐτῆς*, etiam in editione Baſileenſi.

5 *Τὰ ἀπὸ θαλάσσης πρὸς τῶν Τυρίων &c.*] Vulcanius *& tum temporis Tyrii mari plurimum pollebant.* Nihil ad ſententiam Græcæ dictionis. Verterem: *& maritima tunc temporis favere plus Tyriis videbantur.* Ut III, 7. *Καὶ ἐδόκει Ἀριστάνδρῳ πρὸς Μακεδόνων καὶ Ἀλεξάνδρου εἶναι τῆς σελήνης τὸ πάθημα*, ubi recte verſum. Et notavi jam in Supplementis pag. 169

6 *Νεῶν ἔτι πολλῶν περιουσῶν*] Penultimæ voculæ interjectio, quæ ſæpe quidem ornat, tamen ut plurimum ſignificare ſolet *quamvis*, inutilis eſt hoc loco, & prorſus legendum credo cum Opt. cod. *πολλῶν παρουσῶν.*

7 *Ἔστι δὲ πορθμὸς*] Vulcanius, *portus ipſe erat.* Immo fretum, nihil de portu. Facius in toto hoc loco excutiens pro his Græcis dedit, *quodque interjacet mare*, certe melius, quam portum nominare.

θύτατον τοῦ διάπλου, τριῶν μάλιστα ὀργυιῶν τὸ βάθος [8]. Ἀλλὰ λίθων τε πολλῶν ἀφθονία ἦν, καὶ ὕλης, ἥντινα τοῖς λίθοις ἄνωθεν ἐπεφόρουν. χάρακές τε οὐ χαλεπῶς ἐν τῷ πηλῷ κατεπήγνυντο, καὶ αὐτὸς ὁ πηλὸς ξύνδεσμος τοῖς λίθοις ἐς τὸ ἐπιμένειν ἐγίγνετο [9]. Καὶ προθυμία τῶν Μακεδόνων εἰς τὸ ἔργον καὶ Ἀλεξάνδρου πολλὴ ἦν, παρόντος τε καὶ αὐτοῦ ἕκαστα ἐξηγουμένου, καὶ τὰ μὲν λόγῳ ἐπαίροντος, τὰ δὲ καὶ χρήσιμα τούς τι ἐκπρεπέστερον καθ' ἀρετὴν πονουμένους ἐπικουφίζοντος [10]. Ἀλλ' ἔστε μὲν τὸ πρὸς τῇ ἠπείρῳ ἐχώννυτο, οὐ χαλεπῶς προὐχώρει τὸ ἔργον, ἐπὶ βάθος τε ὀλίγον, χωννύμενον, καὶ οὐδενὸς ἐξείργοντος. Ὡς δὲ τῷ βαθυτέρῳ ἤδη ἐπέλαζον, καὶ ἅμα τῇ πόλει αὐτῇ ἐγγὺς ἐγίγνοντο, ἀπό τε τῶν τειχῶν ὑψηλῶν ὄντων βαλλόμενοι ἐκακοπάθουν, ἅτε καὶ ἐπ' ἐργασίᾳ μᾶλλον ἢ ὡς ἐς μάχην ἀκριβῶς ἐσταλμένοι· καὶ ταῖς τριήρεσιν ἄλλῃ καὶ ἄλλῃ τοῦ χώματος ἐπιπλέοντες οἱ Τύριοι, ἅτε δὴ θαλασσοκρατοῦντες ἔτι, ἄπορον πολλαχῇ τὴν πρόσχωσιν τοῖς Μακεδόσιν ἐποίουν. Καὶ οἱ Μακεδόνες πύργους ἐπὶ τοῦ χώματος, ὅ, τιπερ προκεχωρήκει αὐτοῖς ἐπὶ πολὺ τῆς θαλάσσης, ἐπέστησαν δύο, καὶ μηχανὰς ἐπὶ τοῖς πύργοις. Προκαλύμματα δὲ δέρρεις καὶ διφθέραι αὐτοῖς ἦσαν [11], ὡς μήτε πυρφόροις βέλεσιν ἀπὸ τοῦ τείχους βάλλεσθαι, τοῖς τε ἐργαζομένοις προβολὴν ἐν τῷ αὐτῷ εἶναι [12] πρός τε τὰ τοξεύματα· ἅμα τε ὅσοι προσπλέοντες τῶν Τυρίων ἔβλαπτον τοὺς χωννύντας, ἀπὸ

quidem parte profundissima pars trajectus est, tres admodum orgyias altum est. Sed & magna vis saxorum ad manum erat, & ligneæ materiæ quam saxis insternebant. Neque difficulter tigna in cœno stabiliebantur, ipsumque adeo cœnum compagis loco saxa tignis committebat. Magna erat Macedonum ad opus alacritas, magna etiam Alexandri, qui & præsens erat, & singula ipse designabat, atque alios verbis exstimulabat, alios apposite qui ingenti quadam contentione operi instabant, laudibus extollebat. Et sane quamdiu ad continentem aggerem ducebant, non difficulter processit opus. Nam & in exiguâ maris altitudine & nemine prohibente molem jaciebant. Postquam vero in profundiora loca perventum est, atque ad urbem ipsam appropinquarunt, missilibus ab altis muris, non citra damnum, petebantur: quia instructi non tam ad pugnam quam ad opus erant. Tyrii præterea diversis ex partibus triremibus adnavigantes (quippe qui mari adhuc potiebantur) dubiam aggeris extructionem Macedonibus reddebant. Macedones duas ligneas turres aggeri, qua plurimum in mare productus erat, imponunt, machinasque in iis disponunt. Tegmina iis erant coria & pelles, ut neque missilibus ignitis à muro peti possent, & iis qui in opere constituti erant eâdem operâ propugnaculi loco adversus telorum ictus essent: simul etiam ut quotquot Tyriorum adnavigantes, operariis infesti essent, è turribus

8 *Τριῶν μάλιστα ὀργυιῶν τὸ βάθος*] Si respexeris Freinshemiana ad Curtium IV, 2, 9, ubi post ea, quæ ex Radero illic protulit, monet adhibenda Salmasiana, cognosces unde noster hauserit suam hanc notam, cujus summa sic ei placuit, ut ad Indica eam referat cap. 13, quod incidit in paginam editionis ejus 533. Et interim sicquoque Plinium, illic citatum, male describit, LXX ponens pro *septingentis*, ut tam illic quam in contextu Plinii legitur. Ego autem miror, cur hic hæreant inter Curtium & Arrianum: quum vox *μάλιστα* adjuncta numeris non notet *summum*, sed *admodum* vel *ferme* & excedere etiam possit, ut mox c. 20 *Φοίνικες μὲν ἦσαν ὀγδοήκοντα μάλιστα*. & ibid. *πάντες ἑκατὸν μάλιστα καὶ εἴκοσι*, ubi omittit. Et cap. 26 *Εἴκοσι μάλιστα σταδίους*. Aliud est *ἐπικλύζων*. Videtur autem *ὀργυιὰ* propria nautarum Græcorum fuisse vox in exploranda altitudinis maris mensura. Locus Actorum Apostol. cap. 27, 28 fecit, ut multi jam de eo notaverint.

9 *Ξύνδεσμος τοῖς λίθοις ἐγίγνετο*] Vulcanius, *cœnum compagis loco saxa tignis committebat*. Plane vides aliud dici in Græco, aliud in Latino, quod temere meminit tignorum.

10 *Τὰ δὲ καὶ χρήσιμα τούς τι &c. πονουμένους ἐπικουφίζοντες*] Monstri simile est, tot stolidis ineptiis Arrianum huc usque atteri. Quid enim est *χρήσιμα ἐπικουφίζοντος*? aut quomodo id verti potest *alios apposite extollebat*, quod a Vulcanio factum? & quantum differunt illa *verbis exstimulare*, & *laudibus extollere*. Facius autem, *strenuiorum laborem laudibus levaret*. Nos hic egregie auctorem restituimus ex Opt. MSto sic corrigentes transponendo literas: *τὰ δὲ καὶ χρήμασι· τούς τι ἐκπρεπ.* hoc est, *alios verbis exstimulabat, alios etiam pecunia, vel muneribus, eosque &c.*

11 *Προκαλύμματα αὐτοῖς ἦσαν*] Tolerari potest; sed tamen relativum hoc ad longinquius ita retrocedere debet, & disceditur ab MSStis, (sed excipio Optimum, ex quo id non notavi) in quibus legitur, *αὐταῖς*, nempe *μηχαναῖς*. Interim non assequor, qui Vulcanius dicatur neglexisse vocem *διφθέρας*, si in versione posuit *coria & diphtheras?* Sed & nequitiam alteram mirantis nobilem Josephi locum a Lipsio prætermitti exsecror. Eum quippe leporem non ipse excitavit, sed Freinshemius ad Curtium IV, 2, 23, qui eum locum addendum allatis ab Lipsio ibi monet.

12 *Τοῖς τε ἐργαζομένοις προβολὴν ἐν τῷ εἶναι*] Non minus excusata, quam priores, levitate defungi hic possem, & securo silentio honoratoque duas voculas illas *ἐν τῷ* transire, sive ut pedibus trahendæ relinquerentur, sive ut spiculo isto progressum lectoris sui Arrianus moraretur. Edunt ita pulchri isti homines. Non reor tamen vel in uno MS. quicunque etiam ille sit, legi vel lectum esse. Mihi tam invidus aut dissolutus genius non est, ut his quæ nec ipsa sententiam faciunt, atque etiam reliqua turbant, non succurram reponendo ex universis scriptis *προβολὴν ἐν τῷ αὐτῷ εἶναι*, hoc est, in eodem facto aut tempore, eadem opera, pariter. Id amat Arrianus etsi diverso sensu. Sic III, 21 *βασιλεύς τε ἐν τῷ αὐτῷ καὶ δεσπότης*. IV, 7 *ἧκεν ἐν τῷ αὐτῷ*. V, 18 *ἐν τῷ αὐτῷ ἔτι ἦσαν*. VII, 4 *ἐν τῷ αὐτῷ ἐγίγνοντο οἱ γάμοι*. cap. 17 *ἐν ταὐτῷ* dicit contracte. Itaque quum hoc varie, cur volunt in Actis unum significari? vide. Nunc quoque Vulcanium ex V. C. annotasse video & interpretationi inseruisse, quod adscivi.

ἀπὸ τῶν πύργων βαλλόμενοι οὐ χαλεπῶς ἀνασταλήσεσθαι ἔμελλον. Οἱ δὲ Τύριοι πρὸς ταῦτα

19 ἀντιμηχανῶνται τοιόνδε. Ναῦν ἱππαγωγὸν κλημάτων τε ξηρῶν καὶ ἄλλης ὕλης εὐφλέκτου ἐμπλήσαντες, δύο ἱστοὺς ἐπὶ τῇ πρώρᾳ καταπηγνύουσι, καὶ ἐν κύκλῳ περιφράσσουσιν ἐς ὅσον μακρότερον [13], ὡς φορυτόν τε ταύτῃ καὶ δᾷδας ὅσας πλείστας δέξασθαι. πρὸς δὲ, πίσσαν τε καὶ θεῖον, καὶ ὅσα ἄλλα ἐς τὸ παρακαλέσαι μεγάλην φλόγα, ἐπὶ ταύτῃ ἐπεφόρησαν. Παρέτειναν δὲ καὶ κεραίαν διπλῆν ἐπὶ τοῖς ἱστοῖς ἀμφοτέροις, καὶ ἀπὸ ταύτης ἐξήρτησαν ἐν λέβησιν, ὅσα ἐπιχυθέντα ἢ ἐπιβληθέντα ἐπὶ μέγα τὴν φλόγα ἐξάψειν ἔμελλον· ἕρματά τε ἐς τὴν πρύμναν ἐνέθεσαν, τοῦ ἐξᾶραι εἰς ὕψος τὴν πρῷραν πιεζομένης κατὰ πρύμναν τῆς νεώς. Ἔπειτα ἄνεμον τηρήσαντες ὡς ἐπὶ τὸ χῶμα ἐπιφέροντα, ἐξάψαντες τριήρεσι τὴν ναῦν, κατ' οὖρον εἷλκον [14]. Ὡς δὲ ἐπέλαζον ἤδη τῷ τε χώματι καὶ τοῖς πύργοις, πῦρ ἐμβαλόντες εἰς τὴν ὕλην, καὶ ὡς βιαιότατα ἅμα ταῖς τριήρεσιν ἐπανελκύσαντες τὴν ναῦν, ἐνσείουσιν ἄκρῳ τῷ χώματι. Αὐτοὶ δὲ οἱ ἐν τῇ νηὶ καιομένῃ ἤδη ἐξενήξαντο οὐ χαλεπῶς· καὶ ἐν τούτῳ ἥ τε φλὸξ πολλὴ ἐνέπιπτε τοῖς πύργοις, καὶ αἱ κεραῖαι περικλασθεῖσαι [15] ἐξέχεαν ἐς τὸ πῦρ ὅσα ἐς ἔξαψιν τῆς φλογὸς παρεσκευασμένα ἦν. Οἱ δὲ ἀπὸ τῶν τριήρων πλησίον τοῦ χώματος ἀνακωχεύοντες, ἐτόξευον ἐς τοὺς πύργους, ὡς μὴ ἀσφαλὲς εἶναι πελάσαι ὅσοι σβεστήριοι τῇ φλογὶ ἐπέφερον. Καὶ ἐν τούτῳ κατεχομένων ἤδη ἐκ τοῦ πυρὸς τῶν πύργων, ἐκδραμόντες ἐκ τῆς πόλεως πολλοὶ, καὶ ἐς κελήτια ἐμβάντες, ἄλλῃ καὶ ἄλλῃ ἐποκείλαντες τοῦ χώματος, τόν τε χάρακα οὐ χαλεπῶς διέσπασαν τὸν πρὸ αὐτοῦ προβεβλημένον, καὶ τὰς μηχανὰς ξυμπάσας κατέφλεξαν, ὅσας μὴ τὸ ἀπὸ τῆς νεὼς πῦρ ἐπέσχεν. Ἀλέξανδρος δὲ τό, τε χῶμα ἀπὸ τῆς ἠπείρου ἀρξάμενος πλατύτερον χωννύναι, ὡς πλείονας δέξασθαι πύργους, καὶ τοὺς μηχανοποιοὺς μηχανὰς ἄλλας κατασκευάζειν ἐκέλευσεν. Ὡς δὲ ταῦτα παρεσκευάζετο, αὐτὸς τούς τε ὑπασπιστὰς ἀναλαβὼν καὶ τοὺς Ἀγριᾶνας, ἐπὶ Σιδῶνος ἐστάλη, ὡς ἀθροίσων ἐκεῖ ὅσαι ἤδη ἦσαν αὐτῷ τριήρεις, ὅτι ἀπορώτερα

ribus icti non magno negotio reprimerentur. Tyrii contra hujuscemodi quid machinati sunt. Navem hippagogam aridis sarmentis, aliâque materiâ quæ facile succendi posset, onerant, & malis duobus ad proram erectis, quam latissime possunt eos in orbem circumsepiunt, ut faces fascesque quamplurimos capiant: ad hæc picem & sulphur, aliaque ad excitandam ingentem flammam accommoda, accumulant. præterea ad utrumque malum binas antennas extenderant, atque ex iis in lebetibus suspendunt, quæcunque aut infusa aut immissa vehementer flammam augere possent. Dehinc omnia nautica instrumenta in puppim transferunt, ut eorum pondere gravata puppis proram altius erigat. Deinde observato vento qui aggerem versus spiraret, navim triremibus alligatam in mare protrahunt. Postquam vero moli turribusque appropinquârunt, immisso in materiem igne, quantâ maximâ vi possunt navim triremibus protrahentes ad molis caput impellunt. At qui in navi jam succensâ erant remiges facile enatârunt. Interea ingens incendium turres comprehendit, & antennæ confractæ quæcunque ad augendum incendium præparata erant effundunt. Tyrii præterea triremibus suis propius ad molem admotis, in turres ejaculabantur, ut non nisi cum periculo ad exstinguendum incendium propius accedi posset. Quum itaque jam turres ignem concepissent, multi oppidanorum inscensis scaphis, diversis è partibus ad molem appulsi, vallo quod ante aggerem Macedones jecerant facile subverso, reliquis etiam machinis, quas navis incendium non attigerat, ignem immittunt. Alexander latiorem in continente aggerem moliri orsus, qui plures turres capere posset, machinarum fabris ut novas machinas struant jubet. Quibus jam confectis, ipse cum scutatis & Agrianis in Sidonios movit, trireme nimirum quotquot ibi habebat contracturus.

13 Ἐς ὅσον μακρότερον] Opt. μακρότατον, idque præstat, quum non modo plane sic sequatur ὅσας πλείστας, sed etiam dicat 1, 26 ὅσους πλείστους. Deinde equidem miror Vulcanium, cur ἕρματα verterit *nautica instrumenta* (postea chirographo suo adscripsit *alias*, *munimenta omnia*, quia inveniebat in Augustano ἔρυματα.) quum & ipsa vox aliud denotet, idque viderit & ad marginem posuerit a Curtio *saxa & arenas* vocari. Ex quibus patet non posse convenientius de eis cogitari, quam ut credantur omnia saburræ similia intelligi, & quæcunque ponderosa in navi exstarent, prout πλοῖα ἀνερμάτιστα & ab aliis & ab Platone sunt dicta. Ad hanc rationem intellexerat Facius. *imposito onere puppim degravant.* De hac voce notavit aliqua If. Vossius ad Scylacem.

14 Κατ' οὖρον εἷλκον] Vulcanius, *in mare protrahunt.* Facius *remulco pertrahunt*, quasi κατ' οὐρὰν legisset. Vertendum *secundo vento pertrahunt.* Notata locutio jam aliis, & in Arriano habemus eandem VII, 20 ἐλέγετο ἀπέχειν ὅσον πλοῦν ἡμέρας καὶ νυκτὸς κατ' οὖρον θεούσῃ νηΐ.

15 Αἱ κεραῖαι περικλασθεῖσαι] Non intellexit interpres, dum vertit *confractæ*. Debuit *flexa* vel *circumacta*. Etiam Facius *ruptis antennis* perperam. Illustravit hanc significationem verbi ipsius liber IVtus Observationum patris cap. 21. Ita Strabo lib. II pag. 86 εὐθυγράμμῳ κεκλασμένην opponit, quam quidem verti *fractam* video, si modo recte perceptum.

τερα τὰ τῆς πολιορκίας ἐφαίνετο, θαλασσοκρατούντων τῶν Τυρίων. Ἐν τούτῳ δὲ Γηρόστρατός τε ὁ Ἀράδου βασιλεὺς, καὶ Ἔνυλος ὁ Βύβλου[16], ὡς ἔμαθον τὰς πόλεις σφῶν ὑπ' Ἀλεξάνδρου ἐχομένας, ἀπολιπόντες Αὐτοφραδάτην τε καὶ τὰς ξὺν αὐτῷ νέας, παρ' Ἀλέξανδρον σὺν τῷ ναυτικῷ τῷ σφετέρῳ ἀφίκοντο, καὶ αἱ τῶν Σιδωνίων τριήρεις σὺν αὐτοῖς· ὥστε Φοινίκων μὲν νῆες ὀγδοήκοντα μάλιστα αὐτῷ παρεγένοντο. Ἧκον δὲ ἐν ταῖς αὐταῖς ἡμέραις καὶ ἐκ Ῥόδου τριήρεις, ἥ τε περίπολος καλουμένη[17], καὶ ξὺν ταύτῃ ἄλλαι ἐννέα. Καὶ ἐκ Σόλων καὶ Μαλλοῦ τρεῖς, καὶ Λυκίας, δέκα. Ἐκ Μακεδονίας δὲ πεντηκόντορος, ἐφ' ἧς Πρωτέας Ἀνδρονίκου ἐπέπλει. Οὐ πολλῷ δ' ὕστερον καὶ οἱ τῆς Κύπρου βασιλεῖς ἐς τὴν Σιδῶνα κατέσχον ναυσὶν ἑκατὸν μάλιστα καὶ εἴκοσιν, ἐπειδὴ τήν τε ἧσσαν τὴν κατ' Ἰσσὸν Δαρείου ἐπύθοντο, καὶ ἡ Φοινίκη πᾶσα ἐχομένη ἤδη ὑπ' Ἀλεξάνδρου ἐφόβει αὐτούς. Καὶ τούτοις πᾶσιν ἔδωκεν Ἀλέξανδρος ἄδειαν τῶν πρόσθεν, ὅτι ὑπ' ἀνάγκης μᾶλλόν τι ἢ κατὰ γνώμην τὴν σφῶν ἐδόκει ξυνταχθῆναι τοῖς Πέρσαις ἐς τὸ ναυτικόν. Ἐν ᾧ δὲ αἵ τε μηχαναὶ αὐτῷ ξυνεπήγνυντο, καὶ αἱ νῆες ὡς εἰς ἐπίπλουν[18] καὶ ναυμαχίας ἀπόπειραν ἐξηρτύοντο, ἐν τούτῳ δὲ ἀναλαβὼν τῶν τε ἱππέων ἴλας τινὰς[19], καὶ τοὺς ὑπασπιστὰς, καὶ τοὺς Ἀγριάνας τε καὶ τοὺς τοξότας, ἐπ' Ἀραβίας στέλλεται εἰς τὸν Ἀντιλίβανον[20] καλούμενον τὸ ὄρος. Καὶ τὰ μὲν βίᾳ τῶν ταύτῃ ἐξελὼν, τὰ δὲ ὁμολογίᾳ προσαγαγόμενος, ἕνδεκα ἡμέραις ἐπανῆγεν εἰς τὴν Σιδῶνα, καὶ καταλαμβάνει Κλέανδρον τὸν Πολεμοκράτους ἐκ Πελοποννήσου ἥκοντα, καὶ ξὺν αὐτῷ μισθοφόρους Ἕλληνας τετρακισχιλίους. Ὡς δὲ συνετέτακτο αὐτῷ τὸ ναυτικὸν, ἐπιβιβάσας τοῖς καταστρώμασι τῶν ὑπασπιστῶν ὅσοι ἱκανοὶ ἐδόκουν ἐς τὸ ἔργον, εἰ μὴ διέκπλοις μᾶλλόν τι ἢ ἐν χερσὶν ἡ ναυμαχία γίγνοιτο, ἄρας ἐκ τῆς Σιδῶνος ἐπέπλει τῇ Τύρῳ ξυντεταγμένως ταῖς ναυσὶ[21]. Αὐτὸς μὲν κατὰ τὸ δεξιὸν κέρας, ὃ δὴ

ĉturus. quod difficilis admodum urbis expugnatio videretur, Tyriis mare tenentibus. Inter hæc Gerostratus Aradi, & Enylus Bybliorum rex, certiores facti urbes suas ab Alexandro captas, deserto Autophradate, & navibus quas ducebat, ipsi cum suâ quisque classe ad Alexandrum venerunt, unaque cum iis etiam ipsorum Sidoniorum triremes: adeo ut Phœnicum quidem naves octoginta circiter haberet. Per eosdem dies etiam ex Rhodo triremes appulêre, in quibus una peripolus dicta, & cum hac aliæ novem. Ex Solis etiam & Mallo tres. Ex Lyciâ decem. Ex Macedoniâ quoque navis una quinquaginta remorum, cui præfectus erat Proteas Andronici filius. Neque multo post etiam Cypri reges centum & viginti navibus Sidonem venerunt, clade quam Darius apud Issum acceperat auditâ, eâ etiam re territi quod tota Phœnice in Alexandri potestatem venisset: iis omnibus Alexander præterita errata ignovit, quod necessitate potius quam suâ ipsorum voluntate classem cum Persis junxissent. Interea vero dum & machinæ conficiuntur, & naves ad navigationem pariter & pugnam instruuntur, Alexander cum aliquot equitum turmis atque scutatis, Agrianis, & sagittariis in Arabiam, contendit, ad montem cui Antilibano nomen est. Eâque regione partim vi subactâ, partim pactionibus in suam potestatem redactâ, undecim dierum spatio Sidonem reversus est, ubi Cleandrum Polemocratis F. ex Peloponneso venientem, & cum eo Græcorum mercenariorum quatuor millia deprehendit. Paratâ jam classe, dispositisque ad tabulata navium scutatis qui apti ad pugnam viderentur (nisi navium irruptione potius quam manu navale prælium fieret) ex Sidone solvens, Tyrum instructâ acie navigat ipse quidem ad dextrum cornu quod in

16 Ἔνυλος ὁ Βύβλου] quam prope ea appellatio venit ad *Onesilus* Cyprii regis vocabulum apud Herodotum pag. 329.

17 Ἥ τε περίπολος καλουμένη] Locus singularis, ex quo solo discitur hæc appellatio & proprietas regiminis Rhodiorum, ut haberent peculiari nomine sic dictam navem, quæ utplurimum circumnavigans inspiciebat insulas & loca Rhodiorum juris, atque adeo ipsam insulam. Tale quid enim exhibetur in ipsa voce, de qua scribit Raderus in nota ad Curtium, quam Freinshemius inter suas posuit IV, 3, 11 multa Suidam scribere & alios. Recte, prout in Attica περίπολοι dicebantur, non de hac Rhodia nave. Quam si pluribus illustrare potuerit Meursius in capite XIII libr. de Rhodo insula, nescio. Argumentum capitis quidem pollicetur; sed in ipso nihil prorsus adfertur incredibili negligentia aut jactura insigni.

18 Ὡς ἐς ἐπίπλουν] Arrianus scripsit ὡς ἐς ἐπίπλουν. Id pleraque MSS. confirmant. Etiam Vulcanius ex V.C. Unus ὡς ἐς πλοῦν τε. Sed recte ἐπίπλουν, nempe ad urbem invadendam, & si impediretur, navale prælium tentandum, quod & facere mox constituit, nisi Tyrii cunctarentur. Utrumque compositum & differentia ejus patet quoque ex I, 20.

19 Ἀναλαβὼν τῶν τε ἱππέων ἴλας τινὰς] Vix reperias librum veterem, qui non habeat auctas literas ita ἴλας ἐς τινὰς. Videtur scripsisse auctor ἴλας ἔστιν ἃς. Quæ est elegantia Arriano placita, I, 24 τάξιν ἄγων καὶ ἔστιν ἃς τῶν ψιλῶν. Et tetigimus, I, 7.

20 Εἰς τὸν Ἀντιλίβανον] Sic quoque Antigonus Tyrum oppugnaturus, interea dum naves parantur, in Libanum excucurrit, sed non subjugandi, sed ligna inde cædendi ergo, ut scribit Diodorus lib. XIX. cap. 58.

21 Ξυντεταγμένως ταῖς ναυσὶ] MS. unus ξυντεταγμένος. Et sic editio Basileensis, notatque ex V. C. Vulcanius. Sed vere Optimus ξυντεταγμένως.

διῆκες τὸ πέλαγος αὐτῷ ἀνεῖχε· καὶ ξὺν αὐτῷ οἵ τε Κυπρίων βασιλεῖς, καὶ ὅσοι Φοινίκων, πλὴν Πνυταγόρου. Οὗτος δὲ καὶ Κρατερὸς τὸ εὐώνυμον κέρας εἶχον τῆς πάσης τάξεως. Τοῖς δὲ Τυρίοις πρότερον μὲν ναυμαχεῖν ἐγνωσμένον ἦν, εἰ κατὰ θάλατταν ἐπιπλέοι σφίσιν Ἀλέξανδρος. Τότε δὲ πλῆθος νεῶν πολὺ ἀπροσδοκήτως κατιδόντες (οὐ γάρ πω πεπυσμένοι ἦσαν τάς τε Κυπρίων ναῦς καὶ τὰς Φοινίκων ξυμπάσας Ἀλέξανδρον ἔχοντα) καὶ ἅμα ξυντεταγμένως τὸν ἐπίπλουν γιγνόμενον. Ὀλίγον γὰρ πρὶν προσχεῖν τῇ πόλει, ἀνεκώχευσαν ἔτι πελάγιαι αἱ ξὺν Ἀλεξάνδρῳ νῆες· ἔπειτα οὕτω ξυνταξάμενοι, ὡς οὐκ ἀντανήγοντο, πολλῷ τῷ ῥοθίῳ ἐπέπλεον. Ταῦτα ὁρῶντες οἱ Τύριοι, ναυμαχεῖν μὲν ἀπέγνωσαν· τριήρεσι δὲ, ὅσας τῶν λιμένων τὰ στόματα ἐδέχοντο, βύζην τὸν ἔσπλουν φραξάμενοι ἐφύλασσον, ὡς μὴ ἐς τῶν λιμένων τινὰ ἐγκαθορμισθῆναι τῶν πολεμίων τὸν στόλον. Ἀλέξανδρος δὲ, ὡς οὐκ ἀντανήγοντο οἱ Τύριοι, ἐπέπλει τῇ πόλει· καὶ ἐς μὲν τὸν λιμένα τὸν πρὸς Σιδῶνος βιάζεσθαι ἀπέγνω, διὰ στενότητα τοῦ στόματος· καὶ ἅμα ἀντιπρώροις τριήρεσι πολλαῖς ὁρῶν πεφραγμένον τὸν ἔσπλουν· τρεῖς δὲ τὰς ἐξωτάτω ἐφορμούσας τῷ στόματι τριήρεις προσπεσόντες οἱ Φοίνικες καὶ ἀντιπρώροις ἐμβαλόντες καταδύουσιν. Οἱ δὲ ἐν ταῖς ναυσὶν οὐ χαλεπῶς ἀπενήξαντο ἐς τὴν γῆν, φιλίαν οὖσαν. Τότε μὲν δὴ οὐ πόρρω τοῦ ποιητοῦ χώματος κατὰ τὸν αἰγιαλὸν[22], ἵνα σκέπη τῶν ἀνέμων ἐφαίνετο, οἱ σὺν Ἀλεξάνδρῳ ὡρμίσαντο. Τῇ δὲ ὑστεραίᾳ, τοὺς μὲν Κυπρίους ξὺν ταῖς σφετέραις ναυσὶ καὶ Ἀνδρομάχῳ τῷ ναυάρχῳ κατὰ τὸν λιμένα τὸν ἐκ Σιδῶνος φέροντα, ἐκέλευσεν ἐφορμεῖν τῇ πόλει. Τοὺς δὲ Φοίνικας κατὰ τὸ ἐπέκεινα[23] τοῦ χώματος, τὸ πρὸς Αἴγυπτον ἀνέχοντα, ἵνα καὶ αὐτῷ ἡ σκηνὴ ἦν. Ἤδη δὲ καὶ μηχανοποιῶν αὐτῷ πολλῶν ἔκ τε Κύπρου καὶ Φοινίκης ἁπάσης συνειλεγμένων, μηχαναὶ πολλαὶ συμπεπηγμέναι ἦσαν, αἱ μὲν ἐπὶ τοῦ χώματος, αἱ δὲ ἐπὶ τῶν ἱππαγωγῶν νεῶν, ἃς ἐκ Σιδῶνος ἅμα οἱ ἐκόμισεν· αἱ δὲ ἐπὶ τῶν τριήρων, ὅσαι αὐτῶν οὐ ταχυναυτοῦσαι ἦσαν. Ὡς δὲ παρεσκεύαστο ἤδη ξύμπαντα, προσῆγον τὰς μηχανὰς κατά τε τὸ ποιητὸν χῶμα, καὶ ἀπὸ τῶν νεῶν ἄλλῃ καὶ ἄλλῃ[24] τοῦ τείχους προσορμιζομένων

in mare extendebatur, unaque cum ipso Cypriorum reges, reliquique Phœnices, excepto Pnytagora. Nam hic & Craterus lævum totius aciei cornu tenebant. At Tyrii initio navali prœlio decernere statuerant, si Alexander mari in eos classem duceret: postquam vero tantam navium vim præter omnem exspectationem adventare conspicati sunt, (nondum enim audierant omnes & Cypriorum & Phœnicum naves ad Alexandrum confluxisse) quumque eas instructâ acie appellere cernerent. (paulo enim ante quam urbi appropinquarent, naves quæ circa Alexandrum erant in alto subsistebant, Tyriisque obviam cum classe non prodeuntibus, ita in ordinem redactæ magno cum impetu adnavigabant) tum Tyrii navali prælio abstinendum sibi putârunt. sed triremibus, quotquot portuum fauces capere poterant, confertim aditum obstruentes curabant, ne in aliquem portuum classis hostium appellere posset. Alexander, simulac Tyrios obviam ei non venire animadvertit, propius ad urbem navigat. Et quidem in portum qui Sidonem vergit perrumpere non statuit, propter faucium angustias; quodque multis triremibus adversis proras ostendentibus aditus obstructus esset; tres quæ ad extremas fauces positæ erant triremes, Phœnices occurrentes adversis proris demergunt. Qui in navibus erant, facile in continentem quam amici tenebant enatârunt. Tum Alexander haud procul ab aggere quem struxerat, classem ad littus, qua tutamen adversus ventos esset, adducit. Postero die Cyprios cum suis navibus & Andromacho iis præfecto, ad portum qui Sidone venientes recipit, obsidere urbem jubet. Phœnices ultra aggerem locat, ab eâ parte quæ Ægyptum respicit, ubi & tabernaculum ejus positum erat. Multis interea ex Cypro totaque Phœnice fabris collectis, machinæ permultæ confectæ erant. quarum aliæ in aggere collocatæ, aliæ hippagogis navibus quas secum Sidone advexerat, aliæ triremibus paulo tardioribus sunt impositæ. Rebus omnibus ita præparatis, machinas in aggerem quem struxerant adducunt. quumque ex navibus aliæ atque aliæ muro

22 *Κατὰ τὸν αἰγιαλὸν*] Opt. cum alio *τὸν αἰγιαλὸν*, ut cap. 22. *ἐς τὸν αἰγιαλὸν ἐξωθοῦντες*. Mox omnes scripti, inter quos & V. C. Vulcanii, *συλλελεγμένων*, non *συνειλεγμένων*.

23 *Κατὰ τὸ ἐπέκεινα* &c.] Vulcanius *ultra aggerem ab ea parte, quæ Ægyptum respicit*. Quæ singula mutuatus est a Facio. Sed quam imprudenter? quanta enim Tyri pars erat, quæ Ægyptum respiciebat? quanta maris pars erat ultra aggerem? Sed quam præclare & perspicue Græca? *ad portum, qui ultra aggerem erat, & Ægyptum respiciebat.*

24 *Προσῆγον τὰς μηχανὰς κατά τε τὸ ποιητὸν χῶμα, καὶ ἀπὸ τῶν νεῶν ἄλλῃ καὶ ἄλλῃ* &c.] Interpres: *machinas in aggerem, quem struxerant, adducunt. quumque ex navibus aliæ atque aliæ muro succederent.* Si hoc est interpretis quid non erit? Clarior Facius, sed nimis corripiens: *continuo ex aggere simul ac navibus muros quati imperat.* Sensus enim est. *rebus omnibus jam præparatis admoverunt machinas, simul a parte congesti aggeris, simul à navibus hic & illic muro succedentibus & eum tentantibus.*

Via facta machinis, ut per naves muro admoverentur. Novus astus Tyriorum.

μένων τε καὶ ἀποπειρωμένων τοῦ τείχους. Οἱ δὲ Τύριοι ἐπί τε τῶν ἐπάλξεων τῶν κατὰ τὸ χῶμα πύργους ξυλίνους ἐπέστησαν, ὡς ἀπομάχεσθαι ἀπ᾽ αὐτῶν, καὶ εἴ πῃ ἄλλῃ αἱ μηχαναὶ προσήγοντο, βέλεσί τε ἠμύνοντο, καὶ πυρφόροις οἰστοῖς ἔβαλλον αὐτὰς τὰς ναῦς· ὥστε φόβον παρέχειν τοῖς Μακεδόσι πελάζειν τῷ τείχει. Ἦν δὲ αὐτοῖς καὶ τὰ τείχη κατὰ τὸ χῶμα, τό, τε ὕψος εἰς πεντήκοντα καὶ ἑκατὸν μάλιστα πόδας, καὶ ἐς πλάτος ξύμμετρον, λίθοις μεγάλοις ἐν γύψῳ κειμένοις ξυμπεπηγότα. Ταῖς δὲ ἱππαγωγοῖς τε καὶ ταῖς τριήρεσι τῶν Μακεδόνων, ὅσαι τὰς μηχανὰς προσῆγον τῷ τείχει, καὶ ταύτῃ οὐκ εὔπορον ἐγίγνετο πελάζειν τῇ πόλει· ὅτι λίθοι πολλοὶ ἐς τὸ πέλαγος προβεβλημένοι ἐξεῖργον αὐτῶν τὴν ἐγγὺς προσβολήν. Καὶ τούτους Ἀλέξανδρος ἔγνω ἐξελκύσαι ἐκ τῆς θαλάσσης· ἠνύετο δὲ χαλεπῶς τοῦτο τὸ ἔργον, οἷα δὴ ἀπὸ νεῶν, καὶ οὐκ ἀπὸ γῆς βεβαίου, γιγνόμενον· ἄλλως τε καὶ οἱ Τύριοι ναῦς καταφράξαντες παρὰ τὰς ἀγκύρας ἐπῆγον τῶν τριήρων, καὶ ὑποτέμνοντες τὰς σχοίνους τῶν ἀγκυρῶν, ἄπορον τὴν προσόρμισιν ταῖς πολεμίαις ναυσὶν ἐποίουν. Ἀλέξανδρος δὲ τριακοντόρους πολλὰς ἐς τὸν αὐτὸν τρόπον φράξας, ἐπέστησεν ἐγκαρσίας πρὸ τῶν ἀγκυρῶν, ὡς ὑπ᾽ αὐτῶν ἀναστέλλεσθαι τὸν ἐπίπλουν τῶν νεῶν. Ἀλλὰ καὶ ὣς ὕφαλοι κολυμβηταὶ[25] τὰς σχοίνους αὐτοῖς ὑπέτεμνον. Οἱ δὲ ἁλύσεσιν εἰς τὰς ἀγκύρας ἀντὶ σχοινίων χρώμενοι οἱ Μακεδόνες καθίεσαν, ὥστε μηδὲν ἔτι πλέον τοῖς κολυμβηταῖς γίγνεσθαι. Ἐξάπτοντες οὖν βρόχους τῶν λίθων[26] ἀπὸ τοῦ χώματος, ἀνέσπων αὐτοὺς ἔξω τῆς θαλάσσης· ἔπειτα μηχαναῖς μετεωρίσαντες, κατὰ βάθους ἀφίεσαν, ἵνα οὐκέτι προβεβλημένοι βλάψειν ἔμελλον. Ὅπη δὲ καθαρὸν πεποίητο τῶν προβόλων τὸ τεῖχος, οὐ χαλεπῶς ἤδη ταύτῃ αἱ νῆες προσεῖχον. Οἱ δὲ Τύριοι, πάντῃ ἄποροι γιγνόμενοι, ἔγνωσαν ἐπίπλουν ποιήσασθαι ταῖς Κυπρίαις ναυσίν, αἳ κατὰ τὸν λιμένα ἐφώρμουν τὸν ἐς Σιδῶνα τετραμμένον· ἐκ πολλοῦ δὴ καταπετάσαντες τοῦ λιμένος τὸ στόμα ἱστίοις, τοῦ μὴ καταφανῆ γενέσθαι τῶν τριήρων τὴν πλήρωσιν, ἀμφὶ μέσον ἡμέρας, ὁπότε οἵ τε ναῦται ἐπὶ τὰ ἀναγκαῖα ἐσκεδασμένοι ἦσαν, καὶ Ἀλέξανδρος ἐν τούτῳ μάλιστα ἀπὸ τοῦ ἐπὶ θάτερα τῆς πόλεως ναυτικοῦ ἐπὶ τὴν σκηνὴν ἐπεχώρει, πληρώσαντες πεντήρεις μὲν τρεῖς, καὶ τετρήρεις ἴσας, τριήρεις δὲ ἑπτά, ὡς ἀκριβεστάτοις τε τοῖς πληρώμασι καὶ τοῖς ἀπὸ τῶν κατα-

muro succederent eumque explorarent, Tyrii in supremâ parte murorum qui aggeri oppositi erant, turres ligneas erexerunt, ut ex iis pugnarent, & siquâ ex parte machinæ admovebantur, telis sese tuebantur, igniferaque missilia in ipsas naves conjiciebant: ut Macedonibus metum appropinquandi muris injicerent. Erat autem murus aggeri oppositus CL admodum pedes altus, latitudine altitudini respondente, & saxis ingentibus gypso inter se commissis. Hippagogæ vero naves & Macedonum triremes quæ machinas muro admoturæ erant, ne ipsæ quidem facile urbi appropinquare ibi poterant, quod magna vis saxorum à Tyriis in mare projecta accessum prohiberet. Alexander saxa è mari eximenda curavit. quod quidem opus difficulter admodum, utpote è navibus, ubi pes firmiter, ut in terrâ, figi non poterat, præstabatur. Præterea Tyrii obtectis navibus, ad triremium ancoras adlapsi, præcisis ancorarum funibus, omnem appellendi potestatem hostium navibus præripiebant. Alexander complures naves triginta remorum eàdem ratione obtegens, obliquas ancoris præstituit, ut Tyriarum navium accessum propulsarent. Cæterum nihilo secius urinatores occulto lapsu subeuntes, funes præscindebant. Macedones ferreis catenis pro funibus ancoras alligantes jaciunt, ut urinatores non amplius jam officere possent. Saxa itaque in struem accumulata, laqueis implexa, è mari protrahunt. deinde ea machinis sublata in altum projiciunt, ne denuo in eundem locum conjecta incommodo sint. Sublatâ hac saxorum strue, facile jam ad murum naves appellebantur. At Tyrii in tantâ rerum angustiâ constituti, Cyprias naves adoriri statuunt, quæ portum qui Sidonem spectat obsidebant; quumque multo antea ipsas portus fauces velis passis obtexissent, ne nimirum triremes milite complentes ab hostibus conspicerentur; sub meridiem (quo tempore & Macedonum nautæ necessariis rebus occupati, dispersi erant, & Alexander ex classe, quæ ab alterâ urbis parte erat, in tabernaculum se contulerat) instructis quinqueremibus tribus, quadriremibus totidem, & triremibus septem, præstantissimis remigibus,

25 Ὡς ὕφαλοι κολυμβηταὶ] Hos illustrare in versione, & quomodo tales potuerint in hac urbe præsto esse, etiam conatur Facius, ut oporteat apponi, dum reddit: *homines enim assueti conchas & alia hujusmodi sub aquis legere profundo mari &c.*

26 Ἐξάπτοντες οὖν βρόχους τῶν λίθων &c.] Vulcanius. *Saxa itaque in struem accumulata laqueis implexa è mari protrahunt.* In quam struem ? Facius, *lapides uncis comprehensos ex aggere pertrahunt, dissipata strue.* Apparet struem ab Facio præbitam esse Vulcanio, sed temere, & vitiose dum sic χώματος obliviscitur. Immo *per laqueos saxis innexos ab aggere è mari ea protrahunt.*

κατὰ στρωμάτων μάχεσθαι μέλλουσιν εὐοπλοτάτοις, καὶ ἅμα εὐθαρσεστάτοις[27] ἐς τοὺς ναυτικοὺς ἀγῶνας. Τὰ μὲν πρῶτα ἀτρέμα τῇ εἰρεσίᾳ ἐπὶ μιᾶς νεὼς ἐξέπλεον, ἄνευ κελευστῶν τὰς κώπας παραφέροντες· ὡς δὲ ἐπέστρεφον ἤδη ἐπὶ τοὺς Κυπρίους, καὶ ἐγγὺς τοῦ καθορᾶσθαι ἦσαν, τότε δὴ ξὺν βοῇ τε πολλῇ καὶ ἐγκελευσμῷ ἐς ἀλλήλους, καὶ ἅμα τῇ εἰρεσίᾳ ξυντόνῳ ἐπεφέροντο. Ξυνέβη δὲ ἐκείνῃ μὲν τῇ ἡμέρᾳ Ἀλέξανδρον ἀποχωρῆσαι ἐπὶ τὴν σκηνὴν, καὶ οὐ διατρίψαντα δὲ κατὰ τὸ εἰωθὸς, δι᾽ ὀλίγου ἐπὶ τὰς ναῦς ἐπανελθεῖν. Οἱ δὲ Τύριοι προσπεσόντες ἀπροσδοκήτως ταῖς ναυσὶν ὁρμούσαις, καὶ ταῖς μὲν πάντῃ κεναῖς ἐπιτυχόντες, τῶν δ᾽ ὑπ᾽ αὐτὴν τὴν βοὴν καὶ τὸν ἐπίπλουν χαλεπῶς ἐκ τῶν παρόντων πεπληρωμένων[28], τήν τε Πνυταγόρου τοῦ βασιλέως πεντήρη εὐθὺς ἀπὸ τῆς πρώτης ἐμβολῆς[29] κατέδυσαν, καὶ τὴν Ἀνδροκλέους τοῦ Ἀμαθουσίου, καὶ τὴν Πασικράτους τοῦ Θουριέως· τὰς δὲ ἄλλας ἐς τὸν αἰγιαλὸν ἐξωθοῦντες ἔκοπτον. Ἀλέξανδρος δὲ ὡς ᾔσθετο τὸν ἔκπλουν τῶν Τυρίων τριήρων, τὰς μὲν πολλὰς τῶν ξὺν αὐτῷ νεῶν, ὅπως ἑκάστη πληρωθείη, ἐπὶ τῷ στόματι τοῦ λιμένος ἀνακωχεύειν ἔταξεν, ὡς μὴ καὶ ἄλλαι ἐκπλεύσειαν τῶν Τυρίων νῆες· αὐτὸς δὲ πεντήρεις τε τὰς ξὺν αὐτῷ ἀναλαβὼν, καὶ τῶν τριήρων ἐς πέντε μάλιστα, ὅσαι ἔφθησαν αὐτῷ κατὰ τάχος πληρωθεῖσαι, περιέπλει τὴν πόλιν ὡς ἐπὶ τοὺς ἐκπεπλευκότας τῶν Τυρίων. Οἱ δὲ ἀπὸ τοῦ τείχους τόν τε ἐπίπλουν τῶν πολεμίων κατιδόντες, καὶ Ἀλέξανδρον αὐτὸν ἐπὶ τῶν νεῶν, βοῇ τε ἐπανάγειν ἐνεκελεύοντο τοῖς ἐκ τῶν σφετέρων νεῶν, καὶ ὡς οὐκ ἐξακουστὸν ἦν[30] ὑπὸ θορύβου ξυνεχομένων ἐν τῷ ἔργῳ, σημείοις ἄλλοις καὶ ἄλλοις ἐπεκάλουν ἐς τὴν ἀναχώρησιν. Οἱ δὲ ὀψέ ποτε αἰσθόμενοι τὸν ἐπίπλουν τῶν ἀμφ᾽ Ἀλέξανδρον, ὑποστρέψαντες[31] εἰς τὸν λιμένα ἔφευγον· καὶ ὀλί-γαι

bus, & militibus delectis, qui ad pugnam ex tabulatis navium conserendam optime armati, & ad navalia certamina adeunda plus animi haberent: primo quidem singulæ lento remigio, nulloque celeusmate edito prolabuntur. Postquam vero eo usque provecti sunt, ut jam à Cypriis cerni possent, tum ingenti clamore sublato, mutuoque celeusmate sese incitantes, concitato remigio in eorum naves feruntur. Accidit porro eo die, ut Alexander qui in tabernaculum concesserat, minorem solito ibi moram faceret, cito ad naves reversus. Tyrii, naves in statione agentes ex improviso adorti, quum aliæ prorsus vacuæ essent, aliæ in ipso clamore atque impetu non bene instructæ, Pnytagoræ regis quinqueremem primo statim insultu demergunt, simulque aliam Androclis Amathusii, & Pasicratis Thurici, alias in littus propulsas confregerunt. Alexander cognitâ Tyriarum triremium excursione, confestim naves complures quæ sibi aderant, prout quæque instructa erat, ad fauces portus stare jubet, ut reliquis etiam Tyriorum navibus prodeundi potestatem præcluderent. Ipse cum quinqueremibus quas habebat, & triremibus admodum quinque celeriter instructis, urbem circumnavigans, ad Tyrios portu egressos contendit. Oppidani id ex muro conspicati, ipsumque Alexandrum in navibus præsentem esse, & clamore reducere inclamabant suos qui in navibus erant, & quum clamor præ tumultu ab iis qui in illo conflictu versabantur exaudiri non posset, aliis atque aliis indiciis ut sese reciperent significabant: tandem Alexandri incursu serius intellecto, velis versis portum petunt. pau-

27 Εὐθαρσεστάτοις] MS. Opt. cum alio εὐθαρσεστάτους. Sic & Vulcanius ex Augustano.

28 Πεπληρωμένων] Optimus & ex Augustano Vulcanius, πληρουμένων, & huc alludunt reliqui, in quibus est πληρούμενον.

29 Ἀπὸ τῆς πρώτης ἐμβολῆς] MS. Opt. ὑπὸ τῇ πρώτῃ ἐμβολῇ.

30 Καὶ ὡς οὐκ ἐξακουστὸν ἦν] Sane in narrationibus non omnia diserte interdum exponuntur aut exponi commode possunt, ut nonnulla debeant intelligi. Ita viri docti egerunt in hoc loco, & quamvis nihil præmisetint, quod sonorum esset, nec exaudiri posset, tamen visus fuit locus hic esse integer, Facio attente prorsus interpretato, *cum non possent à suis exaudiri*, plane ad Græca, ut sic supponat eos jam inclamavisse, Vulcanio clamorem interponente. Sed ita uterque spernit copulativam, ac si nulla foret, quod probari non oportet; & potuit lector inde duci ad cogitationem alicujus lacunæ, quæ voces absorpserit, quod in tanta vulgarium codicum pravitate & fraude evitavit solus ille Optimus, ex quo voces admodum octo proxime antecedentes restitui & interposui, unde patet ex iteratione vocis νεῶν obortam fuisse aut negligentiam fallacem aut oscitantiam. Ex hac autem reparatione & Arrianum opinor & lectorem plus lucrari, quam si subnectam aut grandes notas de pellibus alga farctis, aut περὶ τῶν περιζευγμάτων nunc simul congregem, quæ particim suis locis jam semel apposita sunt, ubi eorum fit mentio. Quorum postrema quum ex Freinshemii indicio rapta sint, tum in prioribus agnosce aliquid necessarium. Freinshemius enim est, qui evicit ex interpretatione, quid Lipsius videatur statuisse in loco Diodori Siculi ex libro XVII. Id facit Freinshemius in notis ad Curtium IV, 2, 23. Ibi diserte habes πεφυρμένας. Sed quum Freinshemius esset vir bonus, & qui sciens se falli posse, non dubitaret se corrigere ubi causa exigeret, in indice Curtiano in voce *Corium* non cunctatus fuit fateri se deserere conjecturam in Diodoro propter locum Vitruvii X, 20, eundem scilicet illum, quo laudatus ab Crophio noster utitur improbe, ut quasi arbiter decernat ajatque Lipsium illiusque judicium sequutos à lineis excidisse, ut sic Freinshemio insultet armis, quæ per rapinam illi optimo viro abstulit.

31 Αἰσθόμενοι τὸν ἐπίπλουν, ἀμφ᾽ Ἀλέξανδρον ὑποστρέψαντες] Ita distinxit Vulcanius haud dubie studio & dedita opera: & nuperus Leucochthon simili, hoc est fatuo studio secutus est. Nam plane alia est interpretatio; sed & distinctio post ἐπίπλουν ignara Basileensibus, quam mox quoque induxit Vulcanius chirographo suo. In

 uno

γαι μὲν τῶν νεῶν φθάνουσιν ὑπεκφυγοῦσαι, τὰς δὲ πλείστας ἐμβαλοῦσαι αἱ ξὺν Ἀλεξάνδρῳ, τὰς μὲν αὐτῶν ἄπλους ἐποίησαν, πεντήρης δέ τις καὶ τετρήρης αὐτῶν[32] ἐπ' αὐτῷ τῷ στόματι τοῦ λιμένος ἐλήφθησαν. Φόνος δὲ τῶν ἐπιβατῶν οὐ πολὺς ἐγένετο. Ὡς γὰρ ᾔσθοντο ἐχομένας τὰς ναῦς, ἀπενήξαντο οὐ χαλεπῶς ἐς τὸν λιμένα. Ὡς δὲ οὐδεμία ἔτι τοῖς Τυρίοις ἐκ τῶν νεῶν ὠφέλεια ἦν, ἐπῆγον ἤδη οἱ Μακεδόνες τὰς μηχανὰς τῷ τείχει αὐτῶν. κατὰ μὲν δὴ τὸ χῶμα προσαγόμεναι, διὰ ἰσχὺν τοῦ τείχους οὐδὲν ἤνυον ὅ, τι καὶ λόγου ἄξιον. Οἱ δὲ κατὰ τὸ πρὸς Σιδῶνα τετραμμένον τῆς πόλεως, τῶν νεῶν τινας τῶν μηχανοφόρων προσῆγον. Ὡς δὲ οὐδὲ ταύτῃ ἤνυον, ἔστιν ἐς τὸ πρὸς νότον ἄνεμον ἦν[33] καὶ πρὸς Αἴγυπτον ἀνέχον τεῖχος, μετῄει, πάντῃ ἀποπειρώμενος τοῦ ἔργου. Καὶ ἐνταῦθα πρῶτον κατεσείσθη τὸ τεῖχος ἐπὶ μέγα, καί τι καὶ κατηρείφθη αὐτοῦ παραρραγέν. Τότε μὲν δὴ ὅσον ἐπιβαλὼν γεφύρας ᾗ ἐρρίπτο[34] τοῦ τείχους, ἀπεπειράθη ἐς ὀλίγον τῆς προσβολῆς· καὶ οἱ Τύριοι οὐ χαλεπῶς ἀπεκρούσαντο τοὺς Μακεδόνας.

23 Τρίτῃ δὲ ἀπὸ ταύτης ἡμέρᾳ, νηνεμίαν τε φυλάξας, καὶ παρακαλέσας τοὺς ἡγεμόνας τῶν τάξεων ἐς τὸ ἔργον, ἐπῆγε τῇ πόλει ἐπὶ τῶν νεῶν τὰς μηχανάς. Καὶ πρῶτα μὲν κατέσεισε τοῦ τείχους ἐπὶ μέγα. Ὡς δὲ ἀποχρῶν εἰς πλάτος ἐφάνη τὸ παρερρηγμένον, τὰς μὲν μηχανοφόρους ναῦς ἐπανάγειν ἐκέλευσεν· ὁ δὲ δύο ἄλλας ἐπῆγεν, αἳ τὰς γεφύρας αὐτῷ ἔφερον, ἃς δὴ ἐπιβάλλειν ἐπενόει τῷ κατερρηγμένῳ τοῦ τείχους. Καὶ τὴν μὲν μίαν τῶν νεῶν οἱ ὑπασπισταὶ ἔλαβον, ᾗ ἐπετέτακτο Ἄδμητος· τὴν ἑτέραν δὲ, ἡ Κοίνου τάξις οἱ πεζέταιροι καλούμενοι, καὶ αὐτὸς ξὺν τοῖς ὑπασπισταῖς ἐπιβήσεσθαι τοῦ τείχους, ᾗ παρείκοι, ἔμελλε. Τὰς τριήρεις δὲ, τὰς μὲν ἐπιπλεῖν κατὰ τοὺς λιμένας ἀμφοτέρους ἐκέλευσεν, εἴπως πρὸς σφᾶς τετραμμένων τῶν Τυρίων βιάσαιντο τὸν ἔσπλουν· ὅσαι δὲ αὐτῶν βέλη ἀπὸ μηχανῶν βαλλόμενα εἶχον, ἢ ὅσαι τοξότας ἐπὶ τῶν καταστρωμάτων ἔφερον, ταύτας ἐκέλευσεν ἐν κύκλῳ[35] περιπλεούσας τὸ τεῖχος, ἐποκέλλειν τε ὅπῃ παρείκοι, καὶ ἀνακωχεύειν ἐντὸς βέλους ἔστε τὸ ἐποκεῖλαι ἄπορον

paucæ tamen naves fugâ evaserunt. Nam Alexandri naves in earum plerasque invectæ, nonnullas ad navigandum inutiles reddidêre: quinqueremem vero unam & quadriremem ad ipsa portus ostia ceperunt. Propugnatorum cædes haud magna fuit, quoniam simulac captas naves senserant, facile in portum nando evaserunt. Macedones, quum jam nullus Tyriis navium usus superesset, tormenta muris admovêre. quæ quidem ab aggeris parte admota, ob muri firmitatem parum damni inferebant. Alii vero, eâ parte urbis quæ Sidonem spectat, nonnullas naves machinas portantes admoverunt. Sed quum ne hac quidem viâ proficeretur, murum universum qui notum versus est atque Ægyptum spectat, circumiens, omni ex parte oppugnationem tentat. Atque hac primum, & vehementer quidem quassatus ac perfractus dirutusque est. Tunc igitur injectis pontibus, eâ parte quâ murum demolitus erat, leviter urbem oppugnare cœpit. Sed Tyrii non magno negotio Macedonas repulerunt. Tertio ab hoc die, 23 malaciâ ac tranquillitate exspectatâ, copiarum duces ad pugnam cohortatus, tormenta navibus imposita urbi admovit; ac primo quidem impetu magnam muri partem labefactat: quumque jam satis amplo spatio murus dirutus videretur, naves quibus tormenta vehebantur retrahi jubet, aliasque duas cum pontibus adduci, quibus murorum strages transcendere statuerat. atque alteram quidem navium scutati occupant, Admeto duce: alteram Cœni cohors, è militibus qui pedites amici dicuntur constans; ipse etiam cum scutatis, quacunque facultas detur, murum conscensurus. Triremes vero contra utrumque portum adnavigare jubet, si forte conversis in ipsos Tyriis vi irrumpere possint. Quotquot vero naves tela quæ ex machinis jaciuntur habebant, aut quæ sagittarios in tabulatis dispositos vehebant, jubet ut murum circumnavigantes, quacunque viâ licuerit applicent, utque intra teli jactum sese sistant, quamdiu applicare non pos-

uno MS. tantum deprehendi τῷ ἐπίπλῳ τῶν ἀμφ' Ἀλεξ. Sed lege ex Optimo MS. φθάνουσι τὸν ἐπίπλουν τῶν ἀμφ' Ἀλέξανδρον, ὑπεκφυγοῦσαι &c.

32 Καὶ τετρήρης αὐτῶν] Opt. τετρήρεις, quasi omnes quadriremes periissent. Destituitur ille quidem suffragio aliorum codicum; tamen vix est, cur non omnes præ eo solo valere jubeam, ad quod faciunt non parum verba Curtii, licet multum diffidentis ab Arriano: *naves autem omnes fere aut demersit aut cepit.* Mox ista ἐκ τῶν νεῶν absunt ab MS. Optimo.

33 Ὅστιν ἐς τὸ πρὸς νότον ἄνεμον ἦν] Scriptura expedita quidem, sed quam ab Arriani manu venisse vix crediderim. Vox enim prima Vulcanium auctorem habet; nec est in editione Basil. nec in MSS. etsi de Optimo hic affirmare nequeam, sed & verbum ἦν in Opt. non exstabat. Basileenses autem mutato ordine νότον ἦν ἄνεμον. Utique si voculas ἔστιν pariter & ἦν deleveris, crediderim, antiquam lectionem restitutum iri. Jam & supra talis abundantia inculcata occurrit.

34 Ἠ ἐρρίπτο] MSS. omnes ἐρήριπτο.

35 Ταύτας ἐκέλευσεν ἐν κύκλῳ] Reddimus Arriano figuram suam ex omnibus MSStis legentes ταύτας δὲ ἐκέλ.

πορον γίγνοιτο· ὡς πανταχόθεν βαλλομένους τοὺς Τυρίους, ἐν τῷ δεινῷ ἀμφιβόλους γίγνεσθαι. Ὡς δὲ αἵ τε νῆες αἱ ξὺν Ἀλεξάνδρῳ προσέσχον τῇ πόλει, καὶ αἱ γέφυραι ἐπεβλήθησαν τῷ τείχει ἐπ' αὐτῶν[36], ἐνταῦθα οἱ ὑπασπισταὶ εὐρώστως κατὰ ταύτας ἀνέβαινον ἐπὶ τὸ τεῖχος. Ὅ, τε γὰρ Ἄδμητος ἀνὴρ ἀγαθὸς ἐν τῷ τότε ἐγένετο, καὶ ἅμα Ἀλέξανδρος εἵπετο αὐτοῖς, τοῦ τε ἔργου αὐτοῦ καρτερῶς ἁπτόμενος, καὶ θεατὴς τῶν ἄλλων ὅτῳ τι λαμπρὸν κατ' ἀρετὴν ἐν τῷ κινδύνῳ ἐτολμᾶτο. Καὶ ταύτῃ πρῶτον ᾗ ἐπετέτακτο Ἀλέξανδρος, ἐλήφθη τὸ τεῖχος, οὐ χαλεπῶς ἀποκρουσθέντων ἀπ' αὐτοῦ τῶν Τυρίων, ἐπειδὴ πρῶτον βεβαίῳ τε καὶ ἅμα οὐ πάντῃ ἀποτόμῳ τῇ προσβάσει ἐχρήσαντο οἱ Μακεδόνες. Καὶ Ἄδμητος μὲν, πρῶτος ἐπιβὰς τοῦ τείχους, καὶ τοῖς ἀμφ' αὐτὸν ἐγκελευόμενος ἐπιβαίνειν, βληθεὶς λόγχῃ, ἀποθνήσκει αὐτοῦ. Ἐπὶ δὲ αὐτῷ Ἀλέξανδρος[37] ἔσχε τὸ τεῖχος ξὺν τοῖς ἑταίροις. Ὡς δὲ εἴχοντο αὐτῷ πύργοι τε ἔστιν οἳ καὶ μεταπύργια, αὐτὸς μὲν παρῄει διὰ τῶν ἐπάλξεων ὡς ἐπὶ τὰ βασίλεια, ὅτι ταύτῃ εὐπορωτέρα ἐφαίνετο ἐς τὴν πόλιν ἡ κάθοδος. Οἱ δὲ ἐπὶ τῶν νεῶν, οἵ τε Φοίνικες, κατὰ τὸν λιμένα τὸν πρὸς Αἴγυπτον (καθ' ὅνπερ καὶ ἐφορμοῦντες ἐτύγχανον) βιασάμενοι, καὶ τὰ κλεῖθρα διασπάσαντες, ἔκοπτον τὰς ναῦς ἐν τῷ λιμένι, ταῖς μὲν μετεώροις ἐμβάλλοντες, τὰς δὲ ἐς τὴν γῆν ἐξωθοῦντες. Καὶ οἱ Κύπριοι κατὰ τὸν ἄλλον λιμένα τὸν ἐκ Σιδῶνος φέροντα, οὐδὲ τοῦτον κλεῖθρόν γε ἔχοντα[38], εἰσπλεύσαντες, εἷλον εὐθὺς ταύτῃ τὴν πόλιν. Τὸ δὲ πλῆθος τῶν Τυρίων, τὸ μὲν τεῖχος ὡς ἐχόμενον εἶδεν, ἐκλείπουσιν· ἀθροισθέντες δὲ κατὰ τὸ Ἀγηνόρειον καλούμενον, ἐπέστρεψαν ταύτῃ ἐπὶ τοὺς Μακεδόνας. Καὶ Ἀλέξανδρος ξὺν τοῖς ὑπασπισταῖς ἐπὶ τούτους χωρήσας, τοὺς μὲν αὐτοῦ μαχομένους διέφθειρεν αὐτῶν, τοῖς δὲ φεύγουσιν ἐφείπετο. Καὶ φόνος ἦν πολὺς, τῶν τε ἀπὸ τοῦ λιμένος ἐχόντων ἤδη τὴν πόλιν, καὶ τῆς Κοίνου τάξεως παρεληλυθυίας εἰς αὐτήν. Ὀργῇ γὰρ ἐχώρουν ἐπὶ πᾶν οἱ Μακεδόνες, τῆς τε πολιορκίας τῇ τριβῇ ἀχθόμενοι, καὶ ὅτι λαβόντες τινὰς αὐτῶν οἱ Τύριοι πλέοντας ἐκ Σιδῶνος, ἐπὶ τὸ τεῖχος ἀναβιβάσαντες ὅπως ἄποπτον εἴη ἀπὸ τοῦ στρατοπέδου, σφάξαντες ἔρριψαν εἰς τὴν θάλασσαν. Ἀπέθανον δὲ τῶν μὲν Τυρίων ἐς ὀκτα-

possint; eo consilio, ut Tyrii omni ex parte pressi, in tantis difficultatibus quo se verterent nescirent. Cæterum navibus jam cum Alexandro ad urbem appulsis, & pontibus muro injectis, scutati strenue per eos murum conscendunt. Admetus enim per id temporis fortiter rem gerebat, subsequebatur & Alexander ipse, qui & partem operis fortiter subibat, & alios, prout quisque præclarum aliquod pugnâ facinus edidisset, spectabat. atque eâ parte primum quâ premebat Alexander, murus captus est, parvo negotio Tyriis ex eo depulsis, postquam primum Macedones firmo solo pedem figebant, & à parte muri non admodum editâ impetum faciebant. Admetus qui primus murum conscenderat, dum eos qui circa eum erant ut idem faciant cohortatur, lanceâ trajectus interiit. Eodem tempore Alexander cum amicis murum subit. Occupatis itaque turribus nonnullis, & interturriis, ipse per summa propugnacula murorum ad regiam contendit, quod facilior illâ viâ ad urbem descensus videretur. At qui in navibus erant, una 24 cum Phœnicibus, in portum qui Ægyptum spectat (quem obsederant) impetu facto, claustrisque revulsis, naves in portu confregerunt, in alias in aquis stantes magnâ vi delati, alias ad ipsam terram collidentes. Cyprii per portum qui Sidonem respicit, nullo claustro septum immissi, statim eâ parte urbem capiunt. Oppidani simulac murum captum conspexerunt, eo deserto, ad Agenorium (ita eum locum appellant) conglobati, inde in Macedones sese convertunt. Alexander cum scutatis in eos progressus, alios pugnantes occidit, alios fugientes insequitur. Magna hic cædes facta est, quum & à portu urbs capta esset, & Cœni copiæ in eam irruissent. Macedones enim irâ perciti in Tyrios grassabantur, tum quod obsidionis diuturnitatem molestissime ferrent, tum etiam quod Tyrii quum nonnullos suorum ex Sidone navigantes cepissent, in murum sublatos, ut ab exercitu cerni possent, cæsos in mare præcipitârant. Tyriorum circiter

36 *Γέφυραι ἐπεβλήθησαν τῷ τείχει ἐπ' αὐτῶν.*] Lego *ἀπ' αὐτῶν*. IV, 26 *προσαγαγὼν τὴν φάλαγγα καὶ ἀπὸ μηχανῶν γέφυραν ἐπιβαλὼν τῷ τείχει*. V, 8. *καὶ ἀπ' ἀμφοῖν (πλοίων) ξύλα τε οὐκ ἐξίσης ἐπιβάλλοντα*. Neque aliter nunc video esse in Opt. codice.

37 *Ἐπὶ δὲ αὐτῷ Ἀλέξανδρος*] Qui Græcismus faciat, ut putent illi Græcæ linguæ tam periti id notare *eodem tempore*, plane non capio. Quin etiam si id hoc loco ferre posset syntaxis Græca, justa historici narratio non admitteret, qui jam dixit eodem tempore quo Admetus rem gessit, adfuisse Alexandrum. Nos intelligimus Arrianum innuere, *post ipsum* (nempe Admetum mortuum) *Alexander murum tenuit*. An non in fine hujus libri *ἐπὶ δὲ αὐτῷ ἄλλαι καὶ ἄλλαι τάξεις*?

38 *Οὐδὲ τοῦτον κλεῖθρόν γε ἔχοντα*] An ergo & alter non habuit claustrum, ut bene nunc ne hunc quoque quidem habuisse dixerit? Sic tamen MSS. omnes. Valde nihilominus probabile est *οὐ δὲ τοῦτο*, ut ediderunt Basileæ; is est stylus Arriani, ut patuit cap. 12. Credibile enim est utrumque portum catena obstrui & claudi potuisse.

Decreta Alexandri de Tyriis. Herculis honor.

ὀκτακισχιλίους· τῶν δὲ Μακεδόνων, ἐν τῇ τότε προσβολῇ, Ἄδμητός τε, ὁ πρῶτος ἑλὼν τὸ τεῖχος, ἀνὴρ ἀγαθὸς γενόμενος, καὶ ξὺν αὐτῷ εἴκοσι τῶν ὑπασπιστῶν· ἐν δὲ τῇ πάσῃ πολιορκίᾳ μάλιστα ἐς τετρακοσίους. Τοῖς δὲ ἐς τὸ ἱερὸν τοῦ Ἡρακλέους καταφυγοῦσιν (ἦσαν δὲ αὐτῶν τε τῶν Τυρίων οἱ μάλιστα ἐν τέλει, καὶ ὁ βασιλεὺς Ἀζέλμικος, καὶ Καρχηδονίων τινὲς θεωροὶ ἐς τιμὴν τοῦ Ἡρακλέους, κατὰ δή τινα νόμον παλαιὸν[39], εἰς τὴν μητρόπολιν ἀφικόμενοι) τούτοις ξύμπασιν ἄδειαν δίδωσιν Ἀλέξανδρος, τοὺς δὲ ἄλλους ἠνδραπόδισε. Καὶ ἐπράθησαν Τυρίων τε καὶ τῶν ξένων ὅσοι ἐγκατελήφθησαν, μάλιστα ἐς τρισμυρίους. Ἀλέξανδρος δὲ τῷ Ἡρακλεῖ ἔθυσέ τε, καὶ πομπὴν ἔστειλε, ξὺν τῇ δυνάμει ὡπλισμένῃ· καὶ αἱ νῆες ξυνεπόμπευσαν τῷ Ἡρακλεῖ, καὶ ἀγῶνα γυμνικὸν ἐν τῷ ἱερῷ καὶ λαμπάδα ἐποίησε[40]· καὶ τὴν μηχανὴν, ᾗ τὸ τεῖχος κατεσείσθη, ἀνέθηκεν εἰς τὸν νεὼν καὶ τὴν ναῦν τὴν Τυρίαν, τὴν ἱερὰν τοῦ Ἡρακλέους[41], ἥντινα ἐν τῷ ἐπίπλῳ ἔλαβε, καὶ ταύτην τῷ Ἡρακλεῖ ἀνέθηκε, καὶ ἐπίγραμμα ἐπ' αὐτῇ, ἢ αὐτὸς ποιήσας, ἢ ὅτου δὴ ἄλλου ποιήσαντος οὐκ ἄξιον μνήμης τὸ ἐπίγραμμα, διὰ τοῦτο καὶ ἐγὼ αὐτὸ ἀναγράψαι ἀπηξίωσα. Τύρος μὲν δὴ οὕτως ἑάλω[42], ἐπὶ ἄρχοντος Ἀνικήτου Ἀθήνη-

ter octo millia interfecta: ex Macedonibus, in illo quidem impetu, Admetus qui primus re fortiter gestâ murum ceperat, & cum eo scutati viginti; in universâ vero obsidione, quadringenti summum. Qui vero in templum Herculis confugerant, (erant autem hi præcipui quique Tyriorum principes, & rex Azelmicus, & nonnulli Carthaginienses oraculorum consultores qui ex veteri consuetudine in honorem Herculis ad metropolin conveniebant) iis omnibus Alexander veniam concessit, reliquos in servitutem redegit. Tyriorum atque exterorum, qui supererant, xxx millia sub hastam missa. Post hæc Alexander Herculi sacrificium fecit, & pompam cum exercitu armato misit. Naves etiam Herculi pompam peregerunt. ludos quoque gymnicos in æde Herculi sacrâ multis collucentibus facibus edidit. Tormentum, quo murum demolitus fuerat, in templo posuit. Navem etiam Tyriam sacram Herculi, quam navali incursione ceperat, Herculi dicat, cum inscriptione, quam sive ipse, sive alius quispiam fecerit, quod nihil habeat memoriâ dignum, commemorandam minime putavi. Atque ita quidem Tyrus capta fuit, archonte Athenis Anice-

39 Κατὰ δή τινα νόμον παλαιὸν] Concorditer omnes scripti νόμιμον, ut ediderunt Basileenses. Tanquam indicarent hunc masculinum sic usurpatum fuisse, ut alterum adjectivum παράλογος, ut occurrit I, 9. Sed forte scripsit: κατὰ δή τι νόμιμον παλ. VII, 11 τούτοις δὲ νόμιμον ἐποίησε φιλεῖν αὐτὸν μόνοις. Ex cap. 6 ibidem τὰ δὲ Μακεδονικὰ νόμιμά τε καὶ αὐτοὺς Μακεδόνας ἐν ἀτίμῳ χώρᾳ ἀγόντος. Largius autem potuit Vulcanius vertere illos θεωροὺς, quam utique *oraculorum consultores*. Quid enim si non oraculum consuluerint? nec credo consuluisse. Plane Facius, *legatisque Carthaginiensium, qui pro veteri consuetudine ad sacra Herculi facienda profecti &c.* Quod nemo convenientius esse diffitebitur, tum simpliciter Græcis, tum illis, quæ de officiis coloniarum erga metropolin doctissime collegit Henr. Valesius ad Excerpta Polybii, ubi verba Curtii ad hanc ipsam historiam pertinentia adhibuit de celebrando sacro anniversario, ad quod Carthaginiensium legati more patrio tunc venerant. Hoc igitur istud ipsum jus erat, quod coegerat Carthagienses Tyron mittere Carthalonem, quo decimas Herculis ferret ex præda Siciliensi apud Justin. lib. XVIII. Quibus addi debet hoc Atticæ proprium, quod ad Panathenæa coloniæ Atticæ singulos boves mittere obstringebantur, ut notarunt in hoc festo viri docti ex Aristophanis Scholiaste. Verum præcipue huc spectat locus Diodori Siculi XX, 14 Καρχηδόνιοι νομίσαντες μάλιστα μηνίειν αὐτοῖς τὸν Ἡρακλέα τὸν παρὰ τοῖς ἀποίκοις, χρημάτων πλῆθος καὶ τῶν πολυτελεστάτων ἀναθημάτων ἐξέπεμψαν εἰς Τύρον οὐκ ὀλίγα. Ἀποικισθέντες γὰρ ἐκ ταύτης, εἰώθεισαν ἐν τοῖς ἔμπροσθεν χρόνοις δεκάτην ἀποστέλλειν τῷ θεῷ πάντων τῶν εἰς πρόσοδον πιπτόντων· ὕστερον δὲ μεγάλας κτησάμενοι πλούτους, καὶ προσόδους ἀξιολογωτέρας λαμβάνοντες, μικρὰ παντελῶς ἀπέστελλον, ὀλιγωροῦντες τοῦ δαιμονίου.

40 Καὶ λαμπάδα ἐποίησε] Non debet ulterius negligi hic Græci sermonis intellectus, quum jam exstiterit in cap. 5 θύσας τε τῷ Ἀσκληπιῷ, καὶ πομπεύσας αὐτός τε καὶ ἡ στρατιὰ πᾶσα, καὶ λαμπάδα ἐπιτελέσας καὶ ἀγῶνα διαθεὶς γυμνικὸν καὶ μουσικόν. Ubi etiam nonnisi pompam facibus circumgestatis peractam intelligit, nisi quod Vulcanius in editione sua his crucem apposuerit, quasi aliquid improbans. Sic tamen & hoc loco tantum edunt *ludos quoque gymnicos in æde Herculi sacra multis collucentibus facibus edidit*. Facius plane neglexit. Sic quoque cap. 17 libri sequentis, θύσας τῷ πατρίῳ νόμῳ Ἀλέξανδρος καὶ λαμπάδα ποιήσας καὶ ἀγῶνα γυμνικόν, *collucentibus facibus sacrum fecit ludosque gymnicos edidit*. Nisi quod ibi faces transfert ad θυσίαν, non ad ludos gymnicos. Cur igitur non semper, ubi celebratos refert ludos gymnicos, memorat quoque adhibitas faces, si ex non separatam aliquam festivitatem, sed accessionem modo cærimoniæ ad ludos gymnicos notant? Athenis quidem tria celeberrima festa sic colebantur, ut accederet quoque reliquis ludicris λαμπάς. Sed ideo non desinit quoque esse ut peculiare sacrum & festo certaminis ritu constans, ut jam docuit in Græcia Feriata Meursius, ubi in festo ΛΑΜΠΑΣ locum Arriani ex lib. III citat, prout etiam facit in Populis Atticis in v. Κεραμεικὸς, libri secundi oblitus.

41 Τὴν ναῦν τὴν Τυρίαν, τὴν ἱερὰν τοῦ Ἡρακλέους] Quid igitur? utrum instar χρήματος αὐτοῦ consedit illic in portu, ut caperetur ab Alexandro, & Tyriorum urbi foret specimen magnificentiæ? an navigavit tutelam insculptam habens Herculem ex more navium Phœnicæ, suos Patæcos portantium, qui viros doctissimos sollicitaverunt ad plurima scribenda? Certe prius videtur æquius. Hujus vero Tyrii Herculis caput cui aspectare libuerit, id laureatum ex nummo monstrat Card. Norisius in Epochis Syro-Macedon. pag. 327, si pro tali erit habendum.

42 Τύρος οὕτως ἑάλω] Placuit viris doctis in Justinum hoc loco stylum stringere, & inprimis Freinshemio, qui Justinum insimulat longe abire ab omnibus, dum dicit captam Tyrum per proditionem: & tam in editione Berneggeri, quam in notis ad Curtium (reperie enim:

25 νίκητου, μηνὸς Ἑκατομβαιῶνος. Ἔτι δὲ ἐν τῇ πολιορκίᾳ τῆς Τύρου ξυνεχομένου Ἀλεξάνδρου, ἀφίκοντο παρὰ Δαρείου πρέσβεις πρὸς αὐτὸν[43], ἀπαγγέλλοντες μύρια μὲν τάλαντα ὑπὲρ τῆς μητρός τε καὶ τῆς γυναικὸς καὶ τῶν παίδων δοῦναι ἐθέλειν Ἀλεξάνδρῳ Δαρεῖον· τὴν δὲ χώραν πᾶσαν τὴν ἐντὸς Εὐφράτου ποταμοῦ, ἔστε ἐπὶ θάλασσαν τὴν Ἑλληνικὴν, Ἀλεξάνδρου εἶναι· γήμαντα δὲ τὴν Δαρείου παῖδα Ἀλέξανδρον, φίλον τε εἶναι Δαρείῳ καὶ ξύμμαχον. Καὶ τούτων ἐν τῷ ξυλλόγῳ τῶν ἑταίρων ἀπαγγελθέντων, Παρμενίωνα μὲν λέγουσιν Ἀλεξάνδρῳ εἰπεῖν, ὅτι αὐτὸς Ἀλέξανδρος ὢν, ἐπὶ τούτοις ἂν ἠγάπησε[44], καταλύσας τὸν πόλεμον, μηκέτι πρόσω κινδυνεύειν· Ἀλέξανδρον δὲ Παρμενίωνι ἀποκρίνασθαι, ὅτι καὶ αὐτὸς ἂν, εἴπερ Παρμενίων ἦν, οὕτως ἂν ἔπραξεν· ἐπεὶ δὲ Ἀλέξανδρός ἐστιν, ἀποκρίνασθαι Δαρείῳ ἅπερ δὴ καὶ ἀπεκρίνατο. Ἔφη γὰρ, οὔτε χρημάτων δεῖσθαι παρὰ Δαρείου, οὔτε τῆς χώρας λαβεῖν ἀντὶ πάσης τὸ μέρος· εἶναι γὰρ τά τε χρήματα καὶ τὴν χώραν αὐτοῦ πᾶσαν· γῆμαί τε ἂν ἐθέλῃ[45] τὴν Δαρείου παῖδα, γῆμαι ἂν καὶ οὐ διδόντος Δαρείου· ἐκέλευέ τε αὐτὸν ἥκειν, εἴ τι εὑρέσθαι ἐθέλοι φιλάνθρωπον παρ᾽ αὐτοῦ. Ταῦτα ὡς ἤκουσε Δαρεῖος, τὰς μὲν ξυμβάσεις ἀπέγνω τὰς πρὸς Ἀλέξανδρον· ἐν παρασκευῇ δὲ τοῦ πολέμου αὖθις ἦν. Ἀλέξανδρος δὲ ἐπ᾽ Αἰγύπτου ἔγνω ποιεῖσθαι τὸν στόλον· καὶ ἦν αὐτῷ τὰ μὲν ἄλλα τῆς Παλαιστίνης καλουμένης Συρίας, προσκεχωρηκότα ἤδη· εὐνοῦχος δέ τις, ᾧ ὄνομα ἦν Βάτις, κρατῶν τῆς Γαζαίων πόλεως, οὐ προσεῖχεν Ἀλεξάνδρῳ· ἀλλὰ Ἄραβάς τε μισθω-

niceto, mense Junio. Quum adhuc in obsidione Tyri versaretur Alexander, legati ad eum à Dario venerunt, nuntiantes Darium decem millia talentûm daturum, si matrem, uxorem ac liberos dimitteret; quicquid præterea terrarum inter Euphratem & mare Græcanicum jacet. Adhæc, si Darii filiam Alexander conjugem acciperet, amicum ac socium fore. Quâ legatione in amicorum conventu explicatâ, Parmenionem Alexandro dixisse ferunt, se quidem, si Alexander esset, accepturum conditionem, neque se, bello composito, ulterius dimicaturum. Alexandrum contra respondisse, & se quidem, si Parmenio esset, ita facturum: quoniam vero Alexander esset, dignum Alexandro responsum dedisse. Respondit enim, se neque Darii pecuniis egere, neque partem regionis loco totius accipere velle. omnem enim & pecuniam & regionem suam esse: Darii filiam se in uxorem ducturum, si vellet, & quidem ducturum citra voluntatem Darii: Si Alexandri humanitatem experiri vellet, ad se veniret. Hoc responso cognito, Darius de compositione desperans, rursus ad bellum se parat. Alexander expeditionem in Ægyptum facere instituit. Et cætera quidem Syriæ, quæ Palæstina vocatur, oppida in suam potestatem adduxerat. Eunuchus vero quidam, nomine Batis, qui Gazæ urbi præerat, solus Alexandro restitit. Mercenariis enim Arabibus conductis, multoque 25

enim: adeo sibi placet) quod non magno post tempore quam cœpisset obsidio, captos esse Tyrios addiderit, hoc est, septem menses. Id utrumque huc quoque sublinendum fraudato auctoris nomine judicavit nuperus ex Frisia Autolycus. Sed ego vanissimos censeo. Nam quum ex ipsa annotatione Freinshemii pareat, quam varia fuerit istius expugnationis narratio; quo jure agetur reus Justinus, quod hunc potius, quam illum secutus sit? Deinde etsi jam varia non esset, sed una eademque, prout illam refert Arrianus, an credibile non est, etsi auctores cæteri id omittant, (ut in clade imminente non omnes plerumque eadem constantia corroborat) fuisse aliquem vel transfugam vel alio quodam modo indicantem Alexandro, quæ pars muri esset maxime infirma? & quum is ad partem australem appulisset, hunc ipsum & conscios duxisse Alexandrum ad regiam, unde sit facilior in urbem descensus. Nonne sæpius accidit, ut quum per proditionem vere urbes captæ sint, reges tamen voluerint videri vi captas fuisse? Et quoties vis proditione adjuvatur? Hac in re unus Justinus præferendus est mille Freinshemiis. Deinde cur male dixit Justinus *non magno post tempore?* An licet Freinshemius habeat rationem annorum Alexandri, ita quoque Justinus agere debuit? Id vero futile est, si quidquam aliud. Et nihil noxa dignum commisit Justinus in hac historia tam sui securus & veritate firmus, quam in morte Dionysii majoris, quam contigisse scribit lib. xx insidiis suorum, quas pari modo vellicant. Immo sicut non consenserunt in expugnatione (quanquam propter indicatam proditionem non puto credi debere Justino non convenisse cum aliis) sic non consenserunt in exitu, & quid de civibus statuerit. Justinus præter genus Stratonis omnes cives crucibus adfixos, Arrianus duo millia crucibus adfixa, triginta millia vendita, alii aliud dixerunt. At quid narrant interpretes proverbii Τὰ ἐν παλαιαῖς, λείπει εἰσάξει τῆς Τύρου. Τύρον γὰρ τὴν παλαιὰν Ἀλέξανδρος ὁ Μακεδὼν εἷλεν μετὰ χαλεπότητος, ὅθεν λέγεται ἐν παλαιαῖς ἤτοι ἐξ ὧν ἔπαθεν ἡ παλαιὰ Τύρος. Sic id proverbium exhibet codex MS. Mediceus. At Vaticana appendix apud Schottum plenius: ὥστε τὴν πόλιν κατασκάψαι, τοὺς δὲ πολίτας τοὺς μὲν ἀνασκολοπίσαι, τοὺς δὲ κατακαῦσαι. Certe etiam sunt non pauca singularia apud Justinum in expeditione Alexandri, quæ vix apud alios invenias, unde magis venerationem, quam criminationem meretur. In Archontis, qui sequitur, nomine non discrepant codices antiqui, & tamen id videtur fuisse Νικήτης, quod fateberis inspiciens Meursiana de Archontibus iv, 13.

43 Ἀφίκοντο παρὰ Δ. πρέσβεις πρὸς αὐτὸν] Rursus omnes ὡς αὐτὸν, etiam V.C. quem inspexit Vulcanius. Immo quod mireris, ita habet quoque Basileensis editio.

44 Ὅτι αὐτὸς Ἀλέξανδρος ὢν ἐπὶ τούτοις ἂν ἠγάπησε] Sic ex vulgatis postremæ, quum Basilea dederit ὅτι ἂν αὐτὸς Ἀλέξανδρος ὢν, ἐπὶ τούτοις ἠγάπησεν. At vero omnes MSS. sic transponunt, ὅτι αὐτὸς ἂν Ἀλέξανδρος ὢν ἐπὶ τούτοις ἠγάπ. Deinde eandem particulam in istis mox sequentibus οὕτως ἂν ἔπραξε iidem omnes longe abigunt, etsi geminet ita istam voculam v, 18. Καὶ ἂν καὶ κατέκτανεν ἂν τυχόν.

45 Ἂν ἐθέλῃ] Basileensis editio, MSSti duo, ac denique Optimus ἐθέλοι, quod nescio cur mutaverit Vulcanius.

Gazæ resistentis oppugnatio incepta.

μισθωτοὺς ἐπαγόμενος, καὶ σῖτον ἐκ πολλοῦ παρεσκευακὼς διαρκῆ ἐς χρόνιον πολιορκίαν, καὶ τῷ χωρίῳ πιστεύων, μήποτε ἂν βίᾳ ἁλῶναι, ἔγνω μὴ δέχεσθαι τῇ πόλει Ἀλέξανδρον. 26 Ἀπέχει δὲ ἡ Γάζα τῆς μὲν θαλάσσης εἴκοσι μάλιστα σταδίους, καὶ ἔστι ψαμμώδης καὶ βαθεῖα ἐς αὐτὴν ἡ ἄνοδος[46]· καὶ ἡ θάλασσα, ἡ κατὰ τὴν πόλιν, τεναγώδης πᾶσα. Μεγάλη δὲ πόλις ἡ Γάζα ἦν, καὶ ἐπὶ χώματος ὑψηλοῦ ᾤκιστο, καὶ τεῖχος περιεβέβλητο αὐτῇ ὀχυρόν. Ἐσχάτη δὲ ᾤκειτο, ὡς ἐπ' Αἰγύπτου ἐκ Φοινίκης[47] ἰόντι, ἐπὶ τῇ ἀρχῇ τῆς ἐρήμου. Ἀλέξανδρος δὲ ὡς ἀφίκετο πρὸς τὴν πόλιν, τῇ μὲν πρώτῃ κατεστρατοπέδευσεν ᾗ μάλιστα ἐπίμαχον αὐτῷ ἐφαίνετο τὸ τεῖχος, καὶ μηχανὰς συμπηγνύναι ἐκέλευσεν· οἱ δὲ μηχανοποιοὶ γνώμην ἀπεδείκνυντο, ἄπορον εἶναι βίᾳ ἑλεῖν τὸ τεῖχος, διὰ ὕψος τοῦ χώματος· ἀλλ' Ἀλεξάνδρῳ ἐδόκει αἱρετέον, ὅσῳ ἀπορώτερον[48]· ἐκπλήξειν γὰρ τοὺς πολεμίους τὸ ἔργον τῷ παραλόγῳ ἐπὶ μέγα, καὶ τὸ μὴ ἑλεῖν αἰσχρὸν εἶναί οἱ, λεγόμενον ἐς τοὺς Ἕλληνας καὶ ἐς Δαρεῖον. Ἐδόκει δὴ χῶμα ἐν κύκλῳ τῆς πόλεως χωννύναι, ὡς ἐξ ἴσου ἀπὸ τοῦ χωσθέντος ἐπάγεσθαι τὰς μηχανὰς τοῖς τείχεσι. Καὶ ἐχώννυτο κατὰ τὸ νότιον μάλιστα τῆς πόλεως τεῖχος, ἵνα ἐπιμαχώτερα ἐφαίνετο. Ὡς δὲ ἐδόκει ἐξῆρθαι συμμέτρως τὸ χῶμα, μηχανὰς ἐπιστήσαντες οἱ Μακεδόνες, ἐπῆγον ὡς ἐπὶ τὸ τεῖχος τῶν Γαζαίων. Καὶ ἐν τούτῳ θύοντι Ἀλεξάνδρῳ, καὶ ἐστεφανωμένῳ τε καὶ κατάρξασθαι μέλλοντι τοῦ πρώτου ἱερείου κατὰ νόμον, τῶν τις σαρκοφάγων ὀρνίθων ὑπερπετόμενος ὑπὲρ τοῦ βωμοῦ, λίθον ἐμβάλλει εἰς τὴν κεφαλήν, ὅντινα τοῖν ποδοῖν ἔφερε. Καὶ Ἀλέξανδρος ἤρετο Ἀρίστανδρον τὸν μάντιν, ὅ, τι νοεῖ ὁ οἰωνός[49]. Ὁ δὲ ἀποκρίνεται, Ὅτι, ὦ βασιλεῦ, τὴν μὲν πόλιν αἱρήσεις, αὐτῷ δέ σοι φυλακτέα ἐστὶν ἐπὶ τῇδε τῇ ἡμέρᾳ. Ταῦτα ἀκούσας Ἀλέξανδρος, τέως μὲν πρὸς ταῖς μηχαναῖς ἔξω βελῶν αὐτὸν εἶχεν. 27 Ὡς δὲ ἐκδρομή τε ἐκ τῆς πόλεως καρτερὰ ἐγένετο, καὶ πῦρ τε ἐπέφερον ταῖς μηχαναῖς οἱ Ἄραβες, καὶ τοὺς Μακεδόνας ἀμυνομένους κάτω-

que antea frumento collecto, quod diuturnæ obsidioni ferendæ sufficeret, fretus etiam munitione oppidi, quippe quod vi capi non posset, Alexandrum urbe nequaquam recipere statuerat. 26 Distat Gaza à mari stadiis admodum viginti, accessu quidem propter arenæ altitudinem difficillimo: adhæc mare urbi propinquum limosum est. Urbs ipsa ampla, & in alto colle sita, validoque muro cincta erat. Novissima porro incolitur, Ægyptum ex Phœnice petentibus, ad initium solitudinis posita. Alexander statim atque ad urbem pervenit, primo die castra eo loci posuit, quo maxime commodus ad oppugnationem murus videbatur, atque ibi tormenta confieri jubet. Machinarum artifices, murum præ altitudine molis difficulter admodum vi capi posse judicabant. Alexander contra, quo difficilior esset oppugnatio, eo magis suscipiendam censebat. Inopinatum enim rei eventum magno terrori hostibus futurum. Si vero urbem capere non posset, turpe id sibi, quum ad Græcos & ad Darium perferretur, fore. Molem itaque circum urbem struere instituit, tantæ altitudinis, ut machinæ in eâ positæ murorum fastigium æquarent. quam quidem molem ex eâ præcipue parte mœnium quæ austrum versus sunt, exstruxit, quoniam inde faciliora ad expugnandum videbantur. Quumque jam ad justam altitudinem perductum opus videretur, Macedones machinas ei impositas in muros urbis torquent. Inter hæc Alexandro coronâ capiti impositâ sacrificante, quum ipse patrio more primum sacrificium auspicaturus esset, avis quædam ex eo genere quæ carnibus assuescunt aram supervolans, lapidem quem unguibus gerebat in ejus caput demisit. Alexander Aristandrum vatem consuluit, quid avis illa portenderet: qui respondit, Urbem quidem, ô rex, capies: at tu ab illâ tibi hoc die cave. Quo audito Alexander se ad machinas extra teli jactum continuit. 27 Cæterum quum Arabes, acri eruptione ex urbe factâ, ignem machinis inferrent, & Macedones ex inferiore loco

46 *Ψαμμώδης καὶ βαθεῖα ἐς αὐτὴν ἡ ἄνοδος*] Nisi fallor, duo speciatim ponuntur ab auctore tanquam singularia in adscensu ad hanc urbem, quæ Facius quum contraxisset in unum, vertendo *accessu quidem propter arenæ altitudinem difficillimo*, judicavit Vulcanius eximium sibi specimen datum esse & dignum quod imitaretur. Nec sane negari potest ab altitudine arenæ præberi difficilem adscensum. Sed is jam tunc quoque supponitur, si dicatur solummodo *ψαμμώδης*. Neque enim arena firma aut humida sic supponitur. Sed interim ab auctore opinor duo distincta dici, nempe & arenosam (ubi suppone quidquid proprium arenæ sit, præsertim in his locis calidioribus) esse & *βαθεῖαν* ascensionem, vel prout *βαθὺς τόπος* de laxo & amplo dici solet, porrectam & apertam, ut æstus undique invadat, vel prælongo spatio ac incessu inter montana edita ductam.

47 *Ἐπ' Αἰγύπτου ἐκ Φοινίκης*] Cur interpres inverso modo: *ex Ægypto in Phœniciam euntibus?* maxime quum his prima Phœnicicarum urbium occurrat, ultima vero & novissima illis, ut recte dicit Arrianus. Sanctior utique Facius, *euntibus ex Phœnicia in Ægyptum ultima*.

48 *Αἱρετέον ὅσῳ ἀπορώτερον*] MSS. omnes, ipse quoque Opt. *αἱρετέον εἶναι ὅσῳ*. Etiam Vulcanius ex Augustano inversis vocibus *αἱρετέον ἐδόκει εἶναι ὅσῳ ἀπορ.*

49 *Ὅτι νοεῖ ὁ οἰωνὸς*] MSS. *νοοῖ*. Nec refugit auctor hunc modum. VII, 2 *ἐρόμενος ὅ τι ἐθέλοι*.

κάτωθεν αὐτοὶ ἐξ ὑπερδεξίου τε χωρίου ἔβαλλόν τε καὶ ὤθουν κατὰ τοῦ ποιητοῦ χώματος. Ἐνταῦθα ἢ ἑκὼν ἀπειθεῖ Ἀλέξανδρος τῷ μάντει, ἢ ἐκπλαγεὶς ἐν τῷ ἔργῳ οὐκ ἐμνημόνευσε τῆς μαντείας, ἀλλ' ἀναλαβὼν τοὺς ὑπασπιστὰς, παρεβοήθει ἵνα μάλιστα ἐπιέζοντο οἱ Μακεδόνες. Καὶ τούτους μὲν ἔσχε τὸ μὴ οὐκ αἰσχρᾷ φυγῇ ὠσθῆναι κατὰ τοῦ χώματος· αὐτὸς δὲ βάλλεται καταπέλτῃ διὰ τῆς ἀσπίδος διαμπὰξ καὶ τοῦ θώρακος ἐς τὸν ὦμον. Ὡς δὲ ἔγνω τὰ ἀμφὶ τὸ τραῦμα ἀληθεύσαντα Ἀρίστανδρον, ἐχάρη, ὅτι καὶ τὴν πόλιν δὴ αἱρήσειν ἐδόκει, Ἀριστάνδρου ἕνεκα. Καὶ αὐτὸς μὲν τὸ τραῦμα ἐθεραπεύετο χαλεπῶς. Ἀφικνοῦνται δὲ αὐτῷ μετάπεμπτοι ἀπὸ θαλάσσης αἱ μηχαναὶ αἷς Τύρον εἷλε· καὶ χῶμα χωννύναι ἐν κύκλῳ πάντοθεν τῆς πόλεως ἐκέλευσεν, εὖρος μὲν ἐς δύο σταδίους, ὕψος δὲ ἐς πόδας πεντήκοντα καὶ διακοσίους. Ὡς δὲ αἵ τε μηχαναὶ αὐτῷ ἐποιήθησαν [50], καὶ ἐπαχθεῖσαι κατὰ τὸ χῶμα κατέσεισαν τοῦ τείχους ἐπὶ πολὺ, ὑπονομῶν τε ἄλλῃ καὶ ἄλλῃ ὀρυσσομένων, καὶ τοῦ χοῦ ἀφανῶς ἐκφερομένου, τὸ τεῖχος πολλαχῇ ἠρείπετο, ὑφιζάνον κατὰ τὸ κενούμενον· τοῖς τε βέλεσιν ἐπὶ πολὺ κατεῖχον οἱ Μακεδόνες, ἀναστέλλοντες τοὺς προμαχομένους ἐκ τῶν πύργων. Ἐς μὲν τρεῖς προσβολὰς οἱ ἐκ τῆς πόλεως, ἀποθνησκόντων τε αὐτοῖς πολλῶν καὶ τιτρωσκομένων, ὅμως ἀντεῖχον· τῇ τετάρτῃ δὲ τῶν Μακεδόνων τὴν φάλαγγα πάντοθεν προσαγαγὼν Ἀλέξανδρος, τῇ μὲν ὑπορυσσόμενον τὸ τεῖχος καταβάλλει, τῇ δὲ παιόμενον ταῖς μηχαναῖς κατασείει ἐπὶ πολὺ, ὡς μὴ χαλεπὴν ταῖς κλίμαξι τὴν προσβολὴν κατὰ τὰ ἐρηριμμένα ἐνδοῦναι. Αἵ τε οὖν κλίμακες προσήγοντο τῷ τείχει, καὶ ἔρις πολλὴ ἦν τῶν Μακεδόνων, ὅσοι τι ἀρετῆς μετεποιοῦντο, ὅστις πρῶτος αἱρήσει τὸ τεῖχος· καὶ αἱρεῖ πρῶτος Νεοπτόλεμος, τῶν ἑταίρων, τοῦ Αἰακιδῶν γένους· ἐπὶ δὲ αὐτῷ ἄλλαι καὶ ἄλλαι τάξεις ὁμοῦ τοῖς ἡγεμόσιν ἀνέβαινον. Ὡς δὲ ἅπαξ παρῆλθον τινὲς εἴσω τοῦ τείχους τῶν Μακεδόνων, κατασχίσαντες ἄλλας καὶ ἄλλας πύλας, ὅσαις ἕκαστοι ἐπετύγχανον, δέχονται εἴσω τὴν στρατιὰν πᾶσαν. Οἱ δὲ Γαζαῖοι, καὶ τῆς πόλεως σφίσιν ἤδη ἐχομένης, ξυνεστηκότες ὅμως ἐμάχοντο· καὶ ἀπέθανον πάντες αὐτοῦ μαχόμενοι, ὡς ἕκαστοι ἐτάχθησαν. Παῖδας δὲ καὶ γυναῖκας ἐξηνδραπόδισεν αὐτῶν Ἀλέξανδρος· τὴν πόλιν δὲ ξυνοικίσας ἐκ τῶν περιοίκων, ἐχρῆτο ὅσα φρουρίῳ ἐς τὸν πόλεμον.

co sese tuentes ex editiore parte ferirent, atque ab aggere quem struxerant repellerent: tum Alexander, sive sponte suâ vatis monita negligens, sive stupore rei vaticinii oblitus, sumptis scutatis, qua maxime premebantur Macedones auxilio accurrit. Atque hos quidem, ne turpi fugâ ab aggere expellerentur, retinuit; ipse vero scuto ac thorace catapultâ trajecto, in humero vulnus accepit: quumque vulnere ipso sensisset Aristandri vaticinium verum fuisse, gavisus est, quod ex eodem Aristandri vaticinio urbem quoque capturus videretur. Et ipse quidem ab eo vulnere difficulter curatus est. Interim alia tormenta, quibus Tyrum expugnârat, mari transmissa accipit: totam deinde urbem aggere cingi jubet, latitudine duorum stadiorum, altitudine pedum CCL. Constructis vero & in aggere dispositis machinis, quum murus magnâ vi quateretur, cuniculisque diversis ex partibus suffossis, & terrâ clam egestâ, murus pluribus in locis subsidens propter exinanitiones subterraneas, prorueret, Macedones telis instabant, oppidanos ex turribus propugnantes repellentes: ac ter quidem oppidani Macedonum impetum, multis suorum interfectis & sauciis, sustinuerunt. At quarto impetu quum Alexander omni ex parte phalangem admoveret, alibi murum suffossum diruens, alibi tormentis quassatum late dejiciens, facilem Macedonibus per murorum ruinas scalarum admotionem fecit. Quæ simulac applicatæ fuerunt, magnâ statim contentione inter Macedones gloriæ avidos certatum fuit, quisnam primus murum caperet. Neoptolemus ex Æacidarum gente, unus ex amicis, primus conscendit: post hunc alii atque alii duces cum suis cohortibus. Quumque jam nonnulli Macedonum ad interiorem murorum partem penetrassent, portis aliis atque aliis, prout quæque sese obtulerunt, reclusis, universum exercitum intromittunt. Gazenses, urbe jam ab hostibus occupatâ, conglobati nihilominus pugnabant, eoque ipso loco quo quisque constiterat, vitam pugnans amisit. Alexander, uxoribus eorum & liberis in servitutem redactis, coloniâque ex finitimis in urbem deductâ, eâ tanquam præsidio ad bellum est usus.

50 Ὡς δὲ αἵ τε μηχαναὶ ἐποιήθησαν] MSS. omnes μηχαναὶ αὐτῷ ἐποιήθησαν, & sic quoque jam Basileenses. Et deinde pro χοὺς, quod nescio quid sit, χοῦ iidem, etiam ex V. C. Vulcanius, quod restitui.

ΑΡΡΙΑΝΟΥ ΑΝΑΒΑΣΕΩΣ ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΥ

ΒΙΒΛΙΟΝ ΤΡΙΤΟΝ.

ARRIANI DE EXPEDITIONE ALEXANDRI

LIBER TERTIUS.

ΚΕΦ. Α.

ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΣ δὲ ἐπ' Αἰγύπτου, ἵναπερ τὸ πρῶτον ὡρμήθη, ἐστέλλετο, καὶ ἑβδόμῃ ἡμέρᾳ ἀπὸ τῆς Γάζης ἐλαύνων ἧκεν ἐς Πηλούσιον τῆς Αἰγύπτου. Ὁ δὲ ναυτικὸς στρατὸς παρέπλει αὐτῷ ἐκ Φοινίκης ὡς ἐπ' Αἴγυπτον· καὶ καταλαμβάνει τὰς ναῦς ἐν Πηλουσίῳ ὁρμούσας. Μαζάκης δὲ ὁ Πέρσης, ὃς ἦν σατράπης Αἰγύπτου ἐκ Δαρείου καθεστηκὼς, τήν τε ἐν Ἰσσῷ μάχην ὅπως συνέβη πεπυσμένος, καὶ Δαρεῖος [1] ὅτι αἰσχρᾷ φυγῇ ἔφυγε, καὶ Φοινίκην τε καὶ Συρίαν καὶ τῆς Ἀραβίας τὰ πολλὰ ὑπὸ Ἀλεξάνδρου ἐχόμενα· αὐτῷ τε οὐκ οὔσης δυνάμεως Περσικῆς, ἐδέχετο ταῖς πόλεσι φιλίως καὶ τῇ χώρᾳ Ἀλέξανδρον. Ὁ δὲ εἰς μὲν Πηλούσιον φυλακὴν εἰσήγαγε, τοὺς δὲ ἐπὶ τῶν νεῶν ἀναπλεῖν κατὰ τὸν ποταμὸν κελεύσας ἔς τε ἐπὶ Μέμφιν πόλιν, αὐτὸς ἐφ' Ἡλιουπόλεως ᾔει, ἐν δεξιᾷ ἔχων τὸν ποταμὸν Νεῖλον, καὶ ὅσα καθ' ὁδὸν χωρία ἐνδιδόντων τῶν ἐνοικούντων κατασχὼν, διὰ τῆς ἐρήμου ἀφίκετο ἐς Ἡλιούπολιν. Ἐκεῖθεν δὲ διαβὰς τὸν πόρον, ἧκεν ἐς Μέμφιν· καὶ θύει ἐκεῖ τοῖς τε ἄλλοις θεοῖς, καὶ τῷ Ἄπιδι· καὶ ἀγῶνα ἐποίησε γυμνικόν τε καὶ μουσικόν· ἧκον δὲ αὐτῷ οἱ ἀμφὶ ταῦτα τεχνῖται ἐκ τῆς Ἑλλάδος

CAP. I.

ALEXANDER inde in Ægyptum, quo primum iter instituerat, contendit, septimoque postquam Gazâ movit die Pelusium Ægypti urbem pervenit; navali interim exercitu ex Phœnice in Ægyptum adnavigante: ac naves quidem Pelusii appulsas offendit. Inter hæc Mazaces Persa Ægypti satrapa à Dario constitutus, de pugnâ apud Issum commissâ, deque turpi fugâ Darii certior factus; Phœnicen præterea & Syriam magnamque Arabiæ partem in Alexandri potestatem redactam esse; quumque ipse Persicum exercitum non haberet, Alexandrum in provinciam atque urbes amice recepit. Præsidio itaque Pelusio imposito, navibusque flumine Memphin petere jussis, ipse Heliopolin contendit, Nilum flumen à dextrâ habens: oppidisque quotquot in itinere erant deditione receptis, Heliopolin per deserta pervenit. Inde, trajecto flumine Memphin venit, ubi cum reliquis diis, tum Apidi sacrificium fecit, gymnicis ac musicis ludis editis: ad quos præstantissimi quique è Græciâ arti-

1 *Καὶ Δαρεῖος ὅτι αἰσχρᾷ φυγῇ ἔφυγε*] Hæc scriptura nullum antiquum librum auctorem referre potest, & procul dubio est ab ingenio peregrino: immo ipsius Vulcanii aut Stephani, quum & in Basileensi editione non minus quam in omnibus MSS. legatur *Δαρεῖον*, atque adeo ipse Vulcanius adscripserit libro suo *al. Δαρεῖον*; haud dubie, quia sic inveniebat in MS. Augustano, & contra veterrimæ ac testatissimæ scripturæ fidem edidisse se videbat. Neque enim id mutari debuit. Nihilominus hæsit vehementer Vulcanius, & cum utique videret sic legi in MSStis, annotavit in superiore ora. *Ann. si legatur Δαρεῖον, tum ἔφυγε interpretandum est fugavit.* Omnia præter famam ejus viri. Quid enim? An non statim præcessit simili modo *τὴν μάχην ὅπως συνέβη*? Cur non illic quoque *ἡ μάχη* fecerunt? Sed prorsus I, 17 *ἐνταῦθα ἤγγελθη αὐτῷ κατὰ τὴν ὁδὸν τοὺς Ἀσπενδίους ὅτι οὐδὲν τῶν συγκειμένων πρᾶξαι ἐθέλουσι*. Et VII, 13 *ὡς Ἡρακλέα τε ἐπ' αὐτὰς λόγος κατέχει ὅτι ἔσταλη*. In Indicis cap. 13 *ἀγγέλλουσι τοὺς ἐλέφαντας ὅτι ἐν τῷ ἕρκει ἔχουσι*. Sic antea hujus libri cap. 5 *ἐνταῦθα μανθάνει Πτολεμαῖον καὶ Ἀσάνδρον ὅτι ἐκράτησαν Ὀροντοβάτου*. Quin etiam VII, 15. *Καὶ Ῥωμαίους λέγουσιν ὅτι ἐπρέσβευσαν*. Quum tamen III, 10 *Παρμενίωνα δὲ λέγουσιν ὅτι ἀφικόμενος παρ᾽ αὐτὸν*. Sed ut in præcedentibus noster, ita & Lucas in Actis Apost. XVI, 3 *ᾔδεισαν γὰρ ἅπαντες τὸν πατέρα αὐτοῦ ὅτι Ἕλλην ὑπῆρχεν* discerpens prædicatum à casu, quem tenuerat in subjecto. Et neque absonum ab his est illud Lucæ XII, 24. *κατανοήσατε τοὺς κόρακας ὅτι οὐ σπείρουσι*. Ubi simile ex Terentio notavit accuratissimus Beza; patet tamen male eum opinari, rectius illic fore *οἳ οὐ σπείρουσι* cum Syro, quam *ὅτι*. Denique sic Varro lib. II R. R. pag. 85 *Iidemque ut incant equas, peterigas curamus*. Ubi videndus Scaliger p. 227.

ἔργου οἱ δοκιμώτατοι. Ἐκ δὲ Μέμφιος κατέπλει κατὰ τὸν ποταμὸν ὡς ἐπὶ θάλασσαν, τούς τε ὑπασπιστὰς ἐπὶ τῶν νεῶν λαβὼν, καὶ τοὺς τοξότας, καὶ τοὺς Ἀγριᾶνας, καὶ τῶν ἱππέων τὴν βασιλικὴν ἴλην τὴν τῶν ἑταίρων. Ἐλθὼν δὲ ἐς Κάνωβον, καὶ κατὰ τὴν λίμνην τὴν Μαρείαν περιπλεύσας, ἀποβαίνει ὅπου νῦν Ἀλεξάνδρεια πόλις ᾤκισται, Ἀλεξάνδρου ἐπώνυμος, καὶ ἔδοξεν αὐτῷ ὁ χῶρος κάλλιστος κτίσαι ἐν αὐτῷ πόλιν, καὶ γενέσθαι ἂν εὐδαίμονα τὴν πόλιν. Πόθος οὖν λαμβάνει αὐτὸν τοῦ ἔργου, καὶ αὐτὸς τὰ σημεῖα τῇ πόλει ἔθηκεν, ἵνα τε ἀγορὰν ἐν αὐτῇ δείμασθαι ἔδει, καὶ ἱερὰ ὅσα, καὶ θεῶν ἅντινων, τῶν μὲν Ἑλληνικῶν[2], Ἴσιδος δὲ Αἰγυπτίας· καὶ τὸ τεῖχος ᾗ περιβεβλῆσθαι. Καὶ ἐπὶ τούτοις ἐθύετο, καὶ τὰ ἱερὰ καλὰ ἐφαίνετο. 2 Λέγεται δέ τις καὶ τοιόσδε λόγος, οὐκ ἄπιστος ἔμοιγε· ἐθέλειν μὲν Ἀλέξανδρον καταλιπεῖν αὐτὸν τὰ σημεῖα τοῦ τειχισμοῦ τοῖς τέκτοσιν, οὐκ εἶναι δὲ ὅτῳ τὴν γῆν ἐπιγράψουσι· τῶν δὴ τεκτόνων τινὰ ἐπιφρασθέντα, ὅσα ἐν τεύχεσιν ἄλφιτα οἱ στρατιῶται ἐκόμιζον ξυναγαγόντα, ἐπιβάλλειν τῇ γῇ, ἵναπερ ὁ βασιλεὺς ὑφηγεῖτο, καὶ τὸν κύκλον οὕτω περιγραφῆναι τοῦ περιτειχισμοῦ, ὅντινα τῇ πόλει ἐποίει· τοῦτο δὲ ἐπιλεξαμένους τοὺς μάντεις, καὶ μάλιστα δὴ Ἀρίστανδρον τὸν Τελμισσέα (ὃς δὴ πολλὰ μὲν καὶ ἄλλα ἀληθεῦσαι ἐλέγετο) Ἀλεξάνδρῳ φάναι, εὐδαίμονα ἔσεσθαι τὴν πόλιν, τά τε ἄλλα, καὶ τῶν ἐκ γῆς καρπῶν εἵνεκα. Ἐν τούτῳ δὴ καὶ Ἡγέλοχος κατέπλευσεν εἰς Αἴγυπτον, καὶ ἀπαγγέλλει Ἀλεξάνδρῳ, Τενεδίους τε ἀποστάντας Περσῶν, σφίσι προσθέσθαι (καὶ γὰρ ἄκοντας Πέρσαις προσχωρῆσαι[3]) καὶ Χίων ὅτι δὴ ὁ δῆμος ἐπηγάγετο σφᾶς βίᾳ τῶν κατεχόντων τὴν πόλιν, οὓς Αὐτοφραδάτης τε καὶ Φαρνάβαζος ἐγκατέστησαν· ἁλῶναι δὲ αὐτόθι καὶ Φαρνάβαζον ἐγκαταληφθέντα, καὶ Ἀριστόνικον Μηθυμναῖον τὸν τύραννον, ἐσπλεύσαντα ἐς τὸν λιμένα τὸν Χίων ξὺν ἡμιολίαις λῃστρικαῖς πέντε, ὑπὸ σφῶν ἐχόμενον τὸν λιμένα οὐ γνόντα, ἀλλ' ἐξαπατηθέντα γὰρ πρὸς τῶν τὰ κλεῖθρα ἐχόντων τοῦ λιμένος, ὅτι τὸ Φαρναβάζου ἄρα ναυτικὸν ὁρμεῖ

artifices convenêre. Ex Memphi deinde secundo flumine ad mare devectus est: ubi scutatos & sagittarios atque Agrianes & regiam turmam equitum ex amicis ejus navibus imponit: quumque Canopum venisset, Mareotida paludem circumvectus, eo loci appulit, ubi nunc Alexandria, ab Alexandri nomine ita dicta, condita est. Ejus loci situs ei maxime opportunus condendæ urbi est visus, & opulentam urbem fore jam tum animo præsagiebat. Ordiendi igitur operis cupiditate succensus, urbem designare cœpit, & quo loco forum ædificandum esset, quæ templa exstruenda, quotquot aut diis Græcis, aut Isidi Ægyptiæ sacra esse volebat, postremo quâ amplitudine murus circumducendus esset, præscripsit: quumque eâ de re sacrum diis faceret, sacrificia prosperos eventus portenderunt. 2 Narratur porro hac de re hujuscemodi quidpiam, meo quidem judicio, non indignum fide: Voluisse quidem Alexandrum signa ducendo muro à fabris designari, quumque nihil ad manum esset, quo terra inscribi posset, quendam ex fabris hoc excogitasse, ut congestâ omni farinâ quam milites in vasis habebant, eam terræ quam rex designabat aspergeret, atque ita in orbem locum muro urbi circumducendo præscriptum fuisse. Id vero considerantes vates, & quidem præcipue Aristandrum Telmissensem, qui multa etiam alia vera prædixisse ferebatur, Alexandro cecinisse urbem illam cum aliis rebus, tum frugum copiâ opulentam fore. Inter hæc Hegelochus in Ægyptum cum navibus venit, qui Alexandro renuntiat, Tenedios ad se à Persis defecisse, quod inviti Persis sese conjunxissent: Chios quoque urbem suam ab eorum violentiâ vindicasse, quos Autophradates & Pharnabazus præsidio reliquerant: captum etiam in eâ ipsâ urbe esse Pharnabazum & custodiæ traditum, unaque Aristonicum Methymnæum tyrannum, qui in portum Chii cum quinque piraticis navibus se recepisset ignarus portum ab iis teneri, deceptusque ab iis qui claustra portus tuebantur, Pharnabazi classem in eâ statione esse affirman-

2 Καὶ θεῶν ἅντινων τῶν μὲν Ἑλληνικῶν] *Quotquot aut Diis Græcis aut Isidi Ægyptiæ sacra esse volebat.* Sic nugatorie Vulcanius. Etiam Facius, *quotve & quibus Diis Græcis, ac præter Deos Græcos Isidi Ægyptiæ.* Vertendum: *& aliquorum Deorum partim quidem Græcorum, Isidis autem Ægyptiæ*, &c. Designat auctor solius inter Ægyptia portenta Isidis Alexandro curam fuisse; inter alios vero Deos solummodo Græcorum, non barbarorum cujusquam. Sic apud Livium 1, 7 Romulus *sacra Diis aliis Albano ritu, Græco Herculi, ut ab Evandro instituta erant, facit.* Strabo pag. 822 οἱ δ᾽ ἐν Μερόῃ καὶ Ἡρακλέα καὶ Πᾶνα καὶ Ἶσιν σέβονται πρὸς ἄλλῳ τινὶ βαρβαρικῷ.

3 Καὶ γὰρ ἄκοντας Π. προσχωρ.] Opt. liber καὶ γὰρ καὶ ἄκοντας. Quod deinde sequitur καὶ Χίων ὅτι ὁ δῆμος ἐπηγάγετο σφᾶς βίᾳ τῶν κατεχόντων τὴν πόλιν, ignoro, quemadmodum consideraverint vel Facius, qui vertit, *Chios ab eorum dominatu se vindicasse*, vel Vulcanius, qui *Chios urbem suam ab eorum violentia vindicasse*, & dein chirographo suo mutavit ita, *& Chium quod videlicet populus se vindicasset à violentia eorum*, addito in alterius columnæ margine *al. Χίον.* Quod videlicet legitur in editione Basileensi, sed nuspiam mihi in scriptis occurrit. Verba Græca clara sunt, & male illi σφᾶς acceperunt de ipsis Chiis, quum de Macedonibus sit ea vox intelligenda: vertendumque *Chiorum quoque populum sese adduxisse* in urbem suam *propter violentiam eorum* &c.

μεῖ ἐν αὐτῷ. καὶ τοὺς μὲν λῃστὰς πάντας αὐτοῦ κατακοπῆναι πρὸς σφῶν· Ἀριστόνικον δὲ ἥκειν παρ' Ἀλέξανδρον, καὶ Ἀπολλωνίδην τὸν Χῖον, καὶ Φισῖνον, καὶ Μεγαρέα, καὶ τοὺς ἄλλους ὅσοι τῆς τε ἀποστάσεως τῆς Χίων ξυνεπελάβοντο, καὶ ἐν τῷ τότε τὰ πράγματα τῆς νήσου βίᾳ εἶχον. Καὶ Μιτυλήνην δὲ Χάρητα ἔχοντα ὅτι ἀφείλετο, καὶ τὰς ἄλλας τὰς ἐν Λέσβῳ πόλεις καὶ αὐτὰς ὁμολογίᾳ προσηγάγετο. Ἀμφοτερὸν δὲ ξὺν ἑξήκοντα ναυσὶν ἐπὶ Κῶ ἔπεμψεν· ἐπικαλεῖσθαι γὰρ σφᾶς τοὺς Κώους, καὶ αὐτὸς καταπλεύσας ὅτι εὕροι τὴν Κῶ πρὸς Ἀμφοτεροῦ ἤδη ἐχομένην· καὶ τοὺς μὲν ἄλλους, ὅσοι αἰχμάλωτοι, ἦγεν Ἡγέλοχος· Φαρνάβαζος δὲ ἀπέδρα ἐς Κῶ, λαθὼν τοὺς φύλακας. Ἀλέξανδρος δὲ τοὺς τυράννους μὲν τοὺς ἐκ τῶν πόλεων, ἐς τὰς πόλεις πέμπει, χρήσασθαι ὅπως ἐθέλοιεν· τοὺς δὲ ἀμφ' Ἀπολλωνίδην τὸν Χῖον[4], ἐς Ἐλεφαντίνην πόλιν Αἰγυπτίαν ξὺν φυλακῇ ἀκριβεῖ ἔπεμψεν. 3 Ἐπὶ τούτοις δὲ πόθος λαμβάνει αὐτὸν ἐλθεῖν παρ' Ἄμμωνα ἐς Λιβύην, τὸ μέν τι τῷ θεῷ χρησόμενον, ὅτι ἀτρεκὲς ἐλέγετο εἶναι τὸ μαντεῖον τοῦ Ἄμμωνος, καὶ χρήσασθαι αὐτῷ Περσέα καὶ Ἡρακλέα· τὸν μέν, ἐπὶ τὴν Γοργόνα ὅτε πρὸς Πολυδέκτου ἐστέλλετο· τὸν δέ, ὅτε παρ' Ἀνταῖον ᾔει εἰς Λιβύην, καὶ παρὰ Βούσιριν εἰς Αἴγυπτον. Ἀλεξάνδρῳ δὲ φιλοτιμία ἦν πρὸς Περσέα καὶ Ἡρακλέα, ἀπὸ γένους τε ὄντι τοῦ ἀμφοῖν. Καί τι καὶ αὐτὸς τῆς γενέσεως τῆς ἑαυτοῦ ἐς Ἄμμωνα[5] ἀνέφερε, καθάπερ οἱ μῦθοι τὴν Ἡρακλέους τε καὶ Περσέως ἐς Δία. Καὶ οὖν παρ' Ἄμμωνα ταύτῃ τῇ γνώμῃ ἐστέλλετο, ὡς καὶ τὰ αὑτοῦ ἀτρεκέστερον εἰσόμενος, ἢ φήσων γε ἐγνωκέναι. Μέχρι μὲν δὴ Παραιτονίου παρὰ θάλασσαν ᾔει δι' ἐρήμου, οὐ μέντοι δι' ἀνύδρου τῆς χώρας, σταδίους ἐς χιλίους καὶ ἑξακοσίους, ὡς λέγει Ἀριστόβουλος. Ἐντεῦθεν δὲ ἐς τὴν μεσόγαιαν ἐτράπετο, ἵνα τὸ μαντεῖον ἦν τοῦ Ἄμμωνος. Ἔστι δὲ ἐρήμη τε ἡ ὁδός, καὶ ψάμμος ἡ πολ-

mantibus: ac piratas quidem omnes ad internecionem cæsos esse: adducere se ad Alexandrum Aristonicum, & Apollonidem Chium, Phisinumque & Megareum, qui defectionis autores adjutoresque fuerant, ac tum temporis violentam apud Chios rerum omnium administrationem tenebant. Ad hæc Mitylenen, quam Chares occupârat, recuperatam, reliquaque Lesbiorum oppida deditione recepta esse. Amphoterum cum LX navibus in Con insulam missum: arcessivisse enim ipsos Coos, seque quum illac præternavigaret, intellexisse insulam in Amphoteri potestate esse: & cæteros quidem captivos omnes Hegelochus adduxit: Pharnabazus in Con insulam clam custodibus aufugit. Alexander tyrannos quidem urbium in urbes mittit, ut de iis sicut liberet statuerent. Eos vero qui circa Apollonidem Chium erant, in Elephantinen Ægypti urbem cum accuratâ custodiâ misit. Post hæc 3 cupido Alexandrum cepit adeundi Hammonem Libycum, oraculum consulendi causâ, quod certissimum esse ferebatur, Perseusque ipse & Hercules deum consuluisse credebantur: ille quidem quum adversus Gorgona à Polydecte missus esset: hic vero, quum in Libyam adversus Antæum, & in Ægyptum contra Busiriden proficisceretur. Erat porro Alexandro æmulatio quædam cum Perseo & Hercule, quippe qui genus ab utroque duceret. Siquidem & ipse ortus sui initia ad Hammonem referebat, quemadmodum fabulæ Persei atque Herculis ad Jovem. Hoc itaque consilio ad Hammonem proficiscebatur, ut quæ ad se pertinerent certius cognosceret, aut saltem se novisse jactaret. Ac quandiu Parætonium usque secus mare per solitudinem profectus est, sed non omnino per inaquosam regionem, ut tradit Aristobulus, ad mille sexcenta stadia iter fecit. Inde mediterranea petiit, ubi Hammonis templum est, unde oracula petuntur. Est autem via plane deserta altoque sabu-

4 **Τοὺς δὲ ἀμφ' Ἀπολλωνίδην τὸν Χῖον**] MSS. omnes τοὺς Χίους, nec aliter editio Basileensis. Longe rectius, sive ad phrasin Græcam attendas, sive ad intellectum, quo etiam hic comprehenduntur reliqui ante nominati ex Chio.

5 **Καί τι καὶ αὐτὸς τῆς γενέσεως τῆς ἑαυτοῦ ἐς Ἄμμωνα** &c.] Ita agunt viri docti in vertendo hoc loco, ut videantur omnia confundere, & accipere hæc verba, tanquam hærerent ab statim præcedentibus. Nempe vel ut ab utroque genus duceret, vel ut æmulatio cum Perseo & Hercule illi fore:, causam nunc edi intelligunt. Hinc interpretantur Facius *nam & ipse originem suam in Jovem referebat*, Vulcanius *siquidem & ipse ortus sui initia ad Hammonem referebat*. Certe enim non quia ab Perseo & Hercule genus ducebat, ideo ad Ammonem referre originem poterat, nec Perseus aut Hercules ad Ammonem se retulerunt, sed ad Jovem in Græcia cultum: & quoniam certe ab Perseo & Hercule ducebat genus suum Alexander, etiam inde certe sequitur id deduxisse ad illum Jovem, quum sit eadem series. Verum in his verbis non agitur de genere aut ejus origine, sed ut recte Vulcanius de ortus ejus initiis, **περὶ γενέσεως**, de conceptu suo ac semine, unde editus esset, ac propterea non debuit his præponere vocem *siquidem*, quasi ratiocinatio ab proxime antecedentibus continuaretur. Longe aliud innuit Arrianus. Est enim in his secunda causa stimuli, cur cuperet invisere Ammonem, quum prima esset æmulatio Persei & Herculis. Sed voces hæ respiciunt diu antea præmissum in principio hujus periodi τὸ μέν τι. Quæ quum notent Latinum *partim*, etsi negligenter prætertitum ab interpretibus; tum requirunt apodosin, perinde ut apud Latinos. Ea nunc demum ab Arriano subnectitur, ut adeo multa illa media intelligenda veniant per parenthesin, sed quam veteres non ita observaverunt aut notarunt insignibus lineolis.

ἡ πολλὴ αὐτῆς, καὶ ἄνυδρος. Ὕδωρ δὲ ἐξ οὐρανοῦ Ἀλεξάνδρῳ πολὺ ἐγένετο· καὶ τοῦτο ἐς τὸ θεῖον ἀνηνέχθη. Ἀνηνέχθη δὲ ἐς τὸ θεῖον καὶ τόδε· ἄνεμος νότος ἐπὰν πνεύσῃ ἐν ἐκείνῳ τῷ χώρῳ, τῆς ψάμμου ἐπιφορεῖ κατὰ τῆς ὁδοῦ ἐπὶ μέγα, καὶ ἀφανίζεται τῆς ὁδοῦ τὰ σημεῖα. οὐδὲ ἔστιν εἰδέναι ἵνα χρὴ πορεύεσθαι, καθάπερ ἐν πελάγει, τῇ ψάμμῳ· ὅτι σημεῖα οὐκ ἔστι κατὰ τὴν ὁδὸν, οὔτε που ὄρος, οὔτε δένδρον, οὔτε γήλοφοι βέβαιοι ἀνεστηκότες, οἷστισιν οἱ ὁδῖται[6] τεκμαίροιντο ἂν τὴν πορείαν, καθάπερ οἱ ναῦται τοῖς ἄστροις. Ἀλλ' ἐπλανᾶτο γὰρ ἡ στρατιὰ Ἀλεξάνδρῳ, καὶ οἱ ἡγεμόνες τῆς ὁδοῦ ἀμφίβολοι ἦσαν[7]. Πτολεμαῖος μὲν δὴ ὁ Λάγου λέγει δράκοντας δύο ἰέναι πρὸ τοῦ στρατεύματος, φωνὴν ἱέντας, καὶ τούτοις Ἀλέξανδρον κελεῦσαι ἕπεσθαι τοὺς ἡγεμόνας, πιστεύσαντας τῷ θείῳ· τοὺς δὲ ἡγήσασθαι τὴν ὁδὸν τήν τε ἐς τὸ μαντεῖον, καὶ ὀπίσω αὖθις. Ἀριστόβουλος δὲ (καὶ ὁ πλείων λόγος ταύτῃ κατέχει) κόρακας δύο προπετομένους τῆς στρατιᾶς[8], τούτους γενέσθαι Ἀλεξάνδρῳ τοὺς ἡγεμόνας. Καὶ ὅτι μὲν θεῖόν τι ξυνεπελάβετο αὐτῷ, ἔχω ἰσχυρίσασθαι, ὅτι καὶ τὸ εἰκὸς ταύτῃ ἔχει· τὸ δὲ ἀτρεκὲς τοῦ λόγου ἀφείλοντο οἱ ἄλλῃ καὶ ἄλλῃ αὐτὸ ἐξηγησάμενοι[9].

4 Ὁ δὲ χῶρος ἵνα περ τοῦ Ἄμμωνος τὸ ἱερόν ἐστι, τὰ μὲν κύκλῳ πάντα ἔρημα, καὶ ψάμμον τὸ πᾶν ἔχει[10], καὶ ἄνυδρος. Αὐτὸς δὲ ἐν μέσῳ ὀλί-

sabulo plerisque in locis impedita, & aquæ inops. At Alexandro larga è cœlo pluvia demissa est, quod quidem prodigio habitum fuit: sicut etiam hoc. Quotiescunque auster eâ in regione spirat, magnâ vi arenæ viam obruit, ita ut omnia viarum vestigia obducantur, &, perinde ut in pelago, quâ eundum sit cerni præ arenâ non possit. Neque enim signa ulla sive notæ ad viam extant, non collis, non arbor, non certi tumuli, ex quibus viatores itineris rationem colligere, ut nautæ ex astris, possint. Errabat itaque Alexandri exercitus, & duces viæ plane ambigebant. Ptolemæus Lagi filius autor est, dracones duos, clamore edito, agmen præcessisse, & Alexandrum ducibus imperasse, ut prodigio acquiescentes, dracones sequerentur, qui eos in oraculi sedem & duxerunt & reduxerunt. Aristobulus autem (& frequentior fama ita habet) duos corvos ante exercitum volitasse scribit, eosque Alexandro itineris duces extitisse. Ego vero affirmare ausim ipsum aliquo prodigio adjutum fuisse; verisimile enim omnino hoc est: at rei veritatem scriptorum varietas obscuravit. 4 Locus autem in quo Hammonis templum est, omni ex parte vastas solitudines, & densas ac siticulosas arenas habet. Medium hujus loci, quod exi-

6 Οἷστισιν οἱ ὁδῖται] Sane Freinshemius, quia aliquid inæquale sive in Curtio sive in Arriano deprehendisse sibi videbatur, conjectura locos illos componere conatus est ad Curtium VII, 4, 17 & 18, tanto probabilius, quia sane per hos campos τὰς ὁδοιπορίας ποιοῦνται, καθάπερ οἱ ἐν τοῖς πελάγεσι, πρὸς τὰς ἀπὸ τῶν ἄστρων σημειώσεις τὰς διεξόδους ποιοῦνται, ut loquitur Diodorus Sic. II, 54. Sed quum nulli MSS. mutationem aliquam in Arriano admittant, omnino spernenda sunt, quæ tentare incepit. Diversus enim in utrisque sensus est. Quippe Curtius loquitur de iis, qui sæpe commeare per arenas istas solebant. Hos ait instar nautarum observationem siderum addiscere, & ad ea dirigere iter. Hinc Græci dixerunt ἀστέρας σημειοῦσθαι ut notavit Hesychius, & ex eo multi. Arrianus de illis non agit, sed absolute & γενικῶς ait nec montem, nec arborem, nec collem aut aliud quid ejus generis stabile ac firmum illic esse, quo transeuntes uti possint tanquam stella, qua viam per mare invenire solent nautæ nocturni, aut ut ait in libro VI, tanquam sole, quo diurni. Non dicit Arrianus præ arena διὰ τὴν ψάμμον (in notis Freinshemii ad Curtium ediderunt *pro arena*) cerni non posse, qua eundem sit: & si diceret, inepta foret comparatio pelagi, ubi quidem mare & aqua viam non impedit. Hactenus comparat navigantes & terra proficiscentes, ut quid vulgo fieri soleat, dicat. Nempe navigantes respicere ad astra, proficiscentes in terris vastis vel per implicitas vias, observare aut arborem, aut montem collemve firmum & semper durantem. Id tantum facit hoc loco. Arena hæc est instar maris: per mare qui navigant, nunquam ut viam inveniant respiciunt ipsum mare, sed sciunt se contemplari astra debere. Id non prædiscunt illi, qui in æquor arenarum incidunt, assueti in aliis vastis campis ex ipsa locorum varietate notas capere. Verte igitur in præcedentibus: *neque sciri potest qua eundem sit per illam arenam velut per mare.* Facius: *non secus atque in vasto pelago iter facientibus, errorem inducere.* Vastum pelagus non inducit errorem: est improba ista interpretatio. Sed neque in sequentibus quidquam commoveri permitte. In libro autem sexto si pro οἷς scribas ὡς τι, nulla eveniet apta sermonis connexio, quum viæ duces illic querantur omnes notas confusas esse, nec se disciplina siderum instructos esse tanquam nautas: nautarum enim est stella duce uti; at vulgo viatores in terra vel montibus, vel arboribus, aut colliculis flexus viarum notare solent. Hoc dicunt ex sua opinione, & quantum sciunt; non quid fecerint isti, qui per has Asiaticas aut Africanas arenarum moles nimbosque, ut loquitur ille, solebant commeare. Quid illic faciet ὡς τι?

7 Οἱ ἡγεμόνες τῆς ὁδοῦ ἀμφίβολοι ἦσαν] Hæc etiam à Facio expressa sunt: *ducesque ipsi itineris incerti erant.* Non etiam ullus MS. ab his discrepat. Unde igitur Basileenses τῆς ὁδοῦ ἀμφιβόλου οὔσης quasi esset *& duces* (sc. errabant) *via incerta & confusa existente*?

8 Προπετομένους τῆς στρατιᾶς] MSS. omnes auctius πρὸ τῆς στρατιᾶς, repetita vocula, ut lib. II cap. 26 τῶν τις σαρκοφάγων ὀρνίθων ὑπερπετόμενος ὑπὲρ τοῦ βωμοῦ.

9 Ἄλλῃ καὶ ἄλλῃ αὐτὸ ἐξηγησάμενοι] MSS. ὑπὲρ αὐτοῦ.

10 Καὶ ψάμμον τὸ πᾶν ἔχει] Optimus cum altero ψάμμου, ut & Vulcanius ex V. C. & videtur ita fuisse, quum hoc pacto vox ἄνυδρος rursum queat referri ad χῶρος, quæ quidem non tam grate cum ψάμμος construitur, ut forsan voluit Vulcanius, *arenas* ponens demum post *siticulosas*, quum arenæ dicantur pro ipsa siccitate. Mox particula δὲ post τεταγμένοντα ab MSStis rejicitur, & vitium est editionis Vulcanii, qui etiam erasit & testimonium Augustani codicis adscripsit in eo non esse, unde expuli.

ὀλίγος ὢν (ὅσον γὰρ πλεῖστον αὐτοῦ ἐς πλάτος διέχει, ἐς τεσσαράκοντα μάλιστα σταδίους ἔρχεται) κατάπλεώς ἐστιν ἡμέρων δένδρων, ἐλαιῶν καὶ φοινίκων, καὶ ἔνδροσος μόνος τῶν πέριξ. Καὶ πηγὴ ἐξ αὐτοῦ ἀνίσχει, οὐδὲν τι ἐοικυῖα ταῖς πηγαῖς ὅσαι ἄλλαι ἐκ γῆς ἀνίσχουσιν. Ἐν μὲν γὰρ μεσημβρίᾳ ψυχρὸν τὸ ὕδωρ γευσαμένῳ τε, καὶ ἔτι μᾶλλον ἁψαμένῳ, οἷον ψυχρότατον· ἐγκλίναντος δὲ τοῦ ἡλίου ἐς ἑσπέραν, θερμότερον· καὶ ἀπὸ τῆς ἑσπέρας ἔτι θερμότερον ἐστὶ ἐπὶ μέσας τὰς νύκτας· μέσων δὲ νυκτῶν, ἑαυτοῦ θερμότατον· ἀπὸ δὲ μέσων νυκτῶν, ψύχεται ἐν τάξει· καὶ ἕωθεν ψυχρὸν ἤδη ἐστί· ψυχρότατον δὲ, μεσημβρίας· καὶ τοῦτο ἀμείβει ἐπὶ ἑκάστῃ τῇ ἡμέρᾳ[11]. Γίγνονται δὲ καὶ ἅλες αὐτόματοι ἐν τῷ χωρίῳ τούτῳ ὀρυκτοί· καὶ τούτων ἔστιν οὓς ἐς Αἴγυπτον φέρουσι τῶν ἱερέων τινὲς τοῦ Ἄμμωνος· ἐπειδὴ γὰρ ἐπ' Αἰγύπτου στέλλονται, ἐς κοιτίδας πλεκτὰς ἐκ φοίνικος ἐσβαλόντες, δῶρον τῷ βασιλεῖ ἀποφέρουσιν, ἢ εἴ τῳ ἄλλῳ. Ἔστι δὲ μακρός τε ὁ χόνδρος (ἤδη τινὲς αὐτῶν καὶ[12] ὑπὲρ τρεῖς δακτύλους) καὶ καθαρὸς, ὥσπερ κρύσταλλος· καὶ τούτῳ ἐπὶ ταῖς θυσίαις χρῶνται, ὡς καθαρωτέρῳ τῶν ἀπὸ θαλάσσης ἁλῶν, Αἰγύπτιοί τε καὶ ὅσοι ἄλλοι τοῦ θείου οὐκ ἀμελῶς ἔχουσιν. Ἐνταῦθα Ἀλέξανδρος τόν τε χῶρον ἐθαύμασε, καὶ τῷ θεῷ ἐχρήσατο· καὶ ἀκούσας ὅσα αὐτῷ πρὸς θυμοῦ ἦν, ὡς ἔλεγεν, ἀνέζευξεν ἐπ' Αἰγύπτου· ὡς μὲν Ἀριστόβουλος λέγει, τὴν αὐτὴν ὀπίσω ὁδόν· ὡς δὲ Πτολεμαῖος ὁ Λάγου, ἄλλην εὐθεῖαν, ὡς ἐπὶ Μέμφιν. 5 Εἰς Μέμφιν δὲ αὐτῷ πρεσβεῖαί τε πολλαὶ ἐκ τῆς Ἑλλάδος ἧκον, καὶ οὐκ ἔστιν ὅντινα ἀτυχήσαντα ὧν ἐδεῖτο ἀπέπεμψε· καὶ στρατιὰ παρεγένετο, παρὰ μὲν Ἀντιπάτρου μισθοφόροι Ἕλληνες ἐς τετρακοσίους, ὧν ἡγεῖτο Μενοίτας ὁ Ἡγησάνδρου· ἐκ Θρᾴκης δὲ ἱππεῖς ἐς πεντακοσίους, ὧν ἦρχεν Ἀσκληπιόδωρος ὁ Εὐνίκου. Ἐνταῦθα δὲ θύει[13] τῷ Διῒ τῷ βασιλεῖ, καὶ πομπεύει ξὺν τῇ στρατιᾷ ἐν τοῖς ὅπλοις· καὶ ἀγῶνα ποιεῖ γυμνικὸν καὶ μουσικόν. Καὶ τὰ κατὰ τὴν Αἴγυπτον ἐνταῦθα ἐκόσμησε·

exiguo ſpatio circumſcribitur, (nam ubi latiſſimum eſt, ad quadraginta ſummum ſtadia extenditur) cultis arboribus eſt refertum, oleis videlicet & palmis, ſolumque ex circumjectis locis roſcidum. Fons etiam ex eo oritur, nihil cum reliquis fontibus quotquot è terrâ ſcaturiunt ſimile habens. Meridie enim frigidus eſt guſtanti, multoque magis attingenti, utpote frigidiſſimus; ſole ad veſperum vergente, calidior eſt; qui quidem calor à veſperâ ad mediam noctem uſque incrementa accipit; mediâ nocte calidiſſimus eſt; poſt mediam noctem paulatim refrigeſcit; & ſub auroram frigidus eſt, meridie frigidiſſimus: atque has quidem viciſſitudines ſingulis diebus ſubit. Gignit autem etiam hoc ſolum ſuapte naturâ ſalem foſſilem; quem quidem nonnulli ſacerdotes Hammonis in Ægyptum portant. Quum enim in Ægyptum proficiſcuntur, ſalem in ciſtulas ex palmâ contextas conditum, regi aut alteri cuipiam muneri ferunt. Sunt autem fruſta oblonga (quædam enim longitudinem trium digitorum excedunt) puraque inſtar cryſtalli. Hoc genere ſalis & Ægyptii, & alii quibus divinus cultus curæ eſt, in ſacrificiis utuntur, quod ſale marino ſit purior. Alexander loci naturam admiratus, oraculum conſuluit: acceptoque reſponſo ſibi (ut dicebat) grato, in Ægyptum rediit, eodem, ut Ariſtobulus autor eſt, quo venerat itinere: ut vero Ptolemæus ſcribit, rectiore viâ Memphin verſus. 5 Ad Memphin multæ ad eum ex Græciâ legationes venêre, neque quenquam, qui poſtulata non impetraſſet, dimiſit. Novæ etiam copiæ acceſſerunt, ab Antipatro mercenarii Græci quadringenti, quibus præerat Menœtas Hegeſandri filius: ex Thraciâ equites quingenti, quibus præfectus erat Aſclepiodorus Eunici filius. Eo loci Jovi regi ſacrum fecit, donaque cum exercitu armato miſit: ludos etiam gymnicos & muſicos exhibuit. Deinde ad Ægypti adminiſtra-

11 *Τούτῳ ἀμείβει ἐπὶ ἑκάστῃ τῇ ἡμ.*] MSS. *τοῦτο ἀμείβει ἐν τάξει ἀεί*. Unus etiam *τοῦτο δὲ*. duo etiam *ἀμείβει*. Niſi illud *ἐν τάξει* iteratum eſſe credas ex anteriore, ut deleri debeat (quod certe Vulcanius non cenſuit, quum id in V. C. animadverteret, augens inde verſionem ſuam voce *paulatim*) crediderim fuiſſe *οὕτω ἀμείβει ἐν τάξει ἀεί*.

12 *Ἤδη τινὲς αὐτῶν καὶ*] Pro his, quod mirere, in V. C. reperiens Vulcanius *τινὲς δὲ αὐτῶν*, ſtatim mutavit verſionem, ut foret *quædam vero illorum longitud.* Et ipſe ſic inveni, ſed in uno tantum. Cæterum negligenda hæc, quum MS. Optimus etiam in principio apponat *καὶ*, ut delenda ſit parentheſeos nota.

13 *Ἐνταῦθα δὲ θύει*] A mala manu eſt illud *δὲ*, quod in nullo MS. exſtat. Et pluribus Arriani locis hic cento inſutus eſt ab iis, qui juſtam connexionem non niſi addita hac vocula videre poterant. Ac ex contrario vidi 1, 19 editum *ἐνταῦθα καταστρατοπεδεύσας ἔγνω* &c. contra tres MSS. egregie laudabiles, quibus adverſativa plane nec temere erat inſerta. Sic hoc lib. III c. 9 vulgo editum, *ἐνταῦθα δὲ ὡς εἶδε τοὺς βαρβάρους*, ſed auctoritate Optimi libri, & duorum aliorum rejicio ſecundam voculam. Sic cap. 26 *ἐνταῦθα δὲ καὶ τὴν Φιλώτα ἐπιβουλὴν ἐμήνυσεν*, ubi nullus MS. eam agnoſcit. Et alibi. Certe ſæpius ſive *δὲ* ſive *δὴ* ſequatur, ſuſpectum eſt utrumque. Qua vero ſermonis Græci auctoritate Vulcanius ſequentia iſta *καὶ πομπεύει ξὺν τῇ στρατιᾷ* interpretatus ſit *donaque cum exercitu miſit*, ipſe dicat. Facius *cum exercitu conſuetos ludos celebravit*. Certe *πομπεύειν* eſt, quod 1, 19 dixit *πομπὴν πέμπειν*, non *mittere pompam*, ſed ut in Indicis c. 36 *pompam inducere* vel *ducere*. Sed & ſtatim pro *Πεντακοσίους* iidem libri *Πεντακοσίους*.

μνοι· δύο μὲν νομάρχας Αἰγύπτου κατέστησεν Αἰγυπτίους, Δολόασπιν[14] καὶ Πέτισιν, καὶ τούτοις διένειμε τὴν χώραν τὴν Αἰγυπτίαν. Πετίσιος δὲ ἀπειπαμένου τὴν ἀρχὴν, Δολόασπις ἐκδέχεται πᾶσαν. Φρουράρχους δὲ τῶν ἑταίρων ἐν Μέμφει μὲν Πανταλέοντα κατέστησε τὸν Πυδναῖον· ἐν Πηλουσίῳ δὲ, Πολέμωνα τὸν Μεγακλέους, Πελλαῖον· τῶν ξένων δὲ ἄρχειν Λυκίδαν Αἰτωλόν, γραμματέα δὲ ἐπὶ τῶν ξένων Εὔγνωστον τὸν Ξενοφάντου τῶν ἑταίρων· ἐπισκόπους δὲ αὐτῶν, Αἰσχύλον τε καὶ Ἔφιππον τὸν Χαλκηδόνα[15]. Λιβύης δὲ τῆς προσχώρου ἄρχειν δίδωσιν Ἀπολλώνιον[16] Χαρίνου, Ἀραβίας δὲ τῆς πρὸς Ἡρώων πόλεως[17], Κλεομένην τὸν Ἐκναυκράτιον[18]· καὶ τούτῳ παρηγγέλλετο, τοὺς μὲν νομάρχας ἐᾶν ἄρχειν τῶν νομῶν τῶν κατὰ σφᾶς[19], καθάπερ ἐκ πα-

strationem constituendam conversus, duos Ægypto præsides Ægyptios præfecit, Doloaspin & Petisin, inter quos universam Ægypti regionem distribuit. Petise vero imperium detrectante, Doloaspis totam provinciam suscepit. Præsidiorum principes ex amicis in Memphi constituit Pantaleontem Pydnæum: Pelusii, Polemonem Megaclis F. Pellæum. Exteris militibus Lycidam Ætolum præfecit. Scribam præterea exteris adjunxit Eugnostum Xenophanti filium, ex amicis. Inspectores vero iisdem adjecit Æschylum & Ephippum Chalcedonem. Libyæ vero finitimæ Apollonium Charini filium præfecit: Arabiæ quæ est ad urbem Heroum, Cleomenem Ecnaucratium: mandatis additis, ut regionum primores juxta veterem consuetudinem pateretur gubernare re-

14 Δολόασπιν] Nomen Ægyptium videtur fuisse Δολόασπις, nisi aspidis vocabulum illic notum fuerit. In MSS. quibusdam erat Δολίασπιν, sicut & Vulcanius ex V. C. interdum & Χολόασπις.

15 Τὸν Χαλκηδόνα] Aut mimica aut nulla similitudo est inter exempla, quæ hic in nuperæ editionis notis inter se comparantur, Ephippus Chalcedo, Apollonius Nicomedes. In uno est purum putum virile nomen, & non minus bene dicitur Nicomedes Apollonius, aut inversis vocabulis, quam Molo Apollonius; in altero est notissimæ nomen urbis, pro virili an alibi lectum vel auditum, in dubio est. Quod si quæ in his congrueret similitudo, debuit fuisse Apollonius Nicomedia, vel Apollonia Nicomedes. Agnosce igitur infantiam judicii. Ante annos primo suspicatus eram ex editione Basileensi Χαλκηδόνα scriptum fuisse pro Χαλκιδέα, quasi litera ι fit à duabus ον depravata, quod non videbatur admodum absurdum. Deinde quia hic nihil videbam referri de manuariis libris vel Gandavensibus vel Richelianis, nunquam visis, & Basileensem Vulcanianamque editiones conspirare in vulgatam, judicavi consentiendum in veterem scripturam, Ἔφιππον Χαλκηδόνα. Neque enim magis novum mihi videbatur Ephippum hoc censeri cognomine, quam apud Livium xxv, 28 *Epicydem, cui Sidon cognomen erat*. Habes hominem cum cognomento urbis. Sed & inter professores Burdigalenses Ausonii nominatur *Sucuro*, quod est Hispanicum *Sucro*. Itaque sic poterat abire hic locus: neque satis prudenter videri scripsisse Holstenius in postumis ad Stephanum, vulgatum nullam rationem habere: ubi tamen post hanc criminationem nihil melius publico offert, quam fecerat in versione sua Vulcanius. Cui sicut rationem inesse ostendi; ita quod Holstenius ex loco suspecto constituat gentile Χαλκηδόνιον, id vero nullam rationem habet. Sed longe aliter ipse postea deprehendi. Nam MSS. libri aut Χαλκιδαίους habent aut Χαλκιδίως (permixtis ου & ι ut cap. 22 nonnulli MSS. Ἀλικαρνασσέων, & sic Καλχηδονίων & Καλχηδονίων ex MSS. notavit Valesius ad Theodoretum p. 79.) quod est & in Optimo. Quæ scriptura videtur ostendere quasi id cognomen pertineret ad utrumque Æschylum & Ephippum, eosque ambos ab Arriano describi Χαλκιδέας, perinde ut apud Livium xxxviii, 38 narratur de *Ætolo Thoante & Mnasimacho Acarnane & Chalcidensibus Bubulida & Philone*. Verum Æschylus diserte Rhodius audit apud Curtium iv, 8. Unde tandem decidere compulsus fui hoc vocabulo non patriam aut cognomen ejus viri ab Arriano fuisse proditum, sed patrem Euippi; ut pater ipsius fuerit Χαλκιδεὺς appellatus. Gemina difficultas exercuit interpretes Herodoti ii, 134. ubi est Ἰάδμονος τοῦ Ἡφαιστοπόλιος, ἀνδρὸς Σαμίου, vertuntque *ex urbe Vulcani*, quod profecto verba Herodoti non patiuntur; quæ si recte se habent, omnino patrem Jadmonis vocant Ἡφαιστόπολιν; sin, corrigendum est sive ἐξ Ἡφαίστου. sive alio modo.

16 Λιβύης ἄρχειν δίδωσιν Ἀπολλώνιον] Nil temere moveo, quod confirmant codices vetusti. Libro tamen primo per tertium casum effert cap. 24 ἐπειδὴ τῆς ἄλλης Καρίας ἐπεκράτησεν, αὐτῇ ἄρχειν ἀπάσης ἔδωκε. iv, 24 τὴν δευτέραν μοῖραν Πτολεμαίῳ τῷ Λάγου ἄγειν ἔδωκε. v, 29 Ἀβισάρῃ τῆς χώρας σατραπεύειν ἔδωκε, ubi Basil. Ἀβισάρην contra omnes MSS. vi, 15 καὶ ἄρχειν αὐτῆς Μουσικανῷ ἔδωκε. vi, 27 τότε μὲν τούτῳ Ἀραχωτῶν τε καὶ τῶν Γαδρωσίων ἄρχειν ἐδεδώκει. Est tamen in Indicis cap. 8 ἐς τινας ἐπιτρέψαι αὐτὴν ἄρχειν.

17 Τῆς πρὸς Ἡρώων πόλεως] Male græcissat. Lege ex omnibus MSS. etiam V. C. apud Vulcanium πρὸς Ἡρώων πόλει.

18 Τὸν Ἐκναυκράτιον] Aut hoc, aut ἐκ Ναυκράτιον in vulgaribus MSStis exstat, quod posterius etiam ex V. C. annotavit Vulcanius. Itaque in editionibus produxerunt Arrianum loquentem quasi Demum Atticum indigeraret, prout illic dictum legimus ἐκ Κεραμέων & ἐκ Κοίλης aliaque ad similem formam. Nam quid opus est huc afferre parem varietatem, quam subit Naucrites apud Gellium x, 18, vel Naucrates unus ex laudatoribus Mausoli etiam ab Suida dicitur Erythræus Naucratites? Idcirco etiam nuper jubebant scribere disjunctim ἐκ Ναυκρατιτῶν; nec id ipsorum inventum est; sed Freinshemii, qui quum in notis Curtianis iv, 8, 5 multum dubitasset utrum ἐκ Ναυκρατίων an Ναυκρατιτῶν esset scribendum, tandem in indice (voce *Cleomenes*) pronuntiat scribendum esse ἐκ Ναυκρατίων probans aut conjecturam aut persuasionis fidem simili loquutione apud Xiphilinum ex Dione, ubi Antoninum ait καὶ Σέξτῳ προσιέναι τῷ ἐκ Βοιωτῶν φιλοσόφῳ. Ut nunc est, nihil vacat de Xiphilino pronunciare; nisi recte apud eum legi, plane ut Justino lib. ix. dicitur Pausanias *nobilis ex Macedonibus adolescens*, Cæsari i. Civil. *Q. Fulginius ex primo hastato legionis duodecimæ*, Sueton. Aug. cap. 67. *Proculum ex acceptissimis libertorum*. Interim video apud Herodotum lib. i. cap. 173. ἐξ Ἀθηνέων & ii, 9 ἐκ Θηβέων excudi, pro *ex Athenis*, & *Thebis*; sed ut scatet ille scriptor vulneribus librariorum, ita hic quoque Ἀθηνέων & Θηβέων ex more dialecti Herodoteæ reponendum esse me docuit præstantissimus MS. Mediceus. Jam quod ad Arrianum attinet, cur, oro, tam longe quærimus, quod sub manum est? Scribendum enim unica modo mutata literula ἐκ Ναυκράτιος, quomodo prorsus est in Optimo MS. codicibus aliis, ut dixi, aut infessis à vulgata labe, aut afferentibus aliquid monstrosius. Et hanc emendationem Freinshemio non admotam miror vel ab exemplo, quod ex Thucydide producit ἐκ Λακεδαίμονος Παυσανίας, & utique simile est Herodoteis.

19 Τοὺς μὲν νομάρχας ἐᾶν ἄρχειν τῶν νομῶν τῶν κατὰ σφᾶς]

παλαιοῦ καθεστήκει. Αὐτὸν δὲ ἐκλέγειν παρ' αὐτῶν τοὺς φόρους οἳ δὲ ἀποφέρειν αὐτῷ ἐπετάχθησαν. Στρατηγοὺς δὲ τῆς στρατιᾶς κατέστησεν ἥν τινα ἐπ' Αἰγύπτῳ ὑπελείπετο[20], Πευκέσταν τε τὸν Μαρκατάτου[21] καὶ Βάλακρον τὸν Ἀμύντου· ναύαρχον δὲ ἐπὶ τῶν νεῶν, Πολέμωνα τὸν Θηραμένους. Σωματοφύλακα δὲ ἀντὶ Βαλάκρου, τὸν Λεοννάτον τὸν Ὀνάσου ἔταξεν· Ἀνύββας γὰρ νόσῳ ἀπέθανεν[22]. Ἀπέθανε δὲ καὶ Ἀντίοχος ὁ ἄρχων τῶν τοξοτῶν, καὶ ἀντ' αὐτοῦ ἄρχειν[23] ἐπέστησε τοῖς τοξόταις[24] Ὀμβρίωνα Κρῆτα. Ἐπὶ δὲ τοὺς ξυμμάχους τοὺς πεζούς, ὧν Βάλακρος ἡγεῖτο (ἐπεὶ Βάλακρος ἐν Αἰγύπτῳ ὑπελείπετο) Κάλανον κατέστησεν ἡγεμόνα. Καταvεῖμαι δὲ λέγεται ἐς πολλοὺς τὴν ἀρχὴν τῆς Αἰγύπτου, τήν τε φύσιν τῆς χώρας θαυμάσας καὶ τὴν ὀχυρότητα, ὅτι οὐκ ἀσφαλὲς αὐτῷ ἐφαίνετο[25] ἑνὶ ἐπιτρέψαι ἄρχειν Αἰγύπτου πάσης. Καὶ Ῥωμαῖοί μοι δοκοῦσι, παρ' Ἀλεξάνδρου μαθόντες, ἐν φυλακῇ ἔχειν Αἴγυπτον, καὶ μηδένα τῶν ἀπὸ βουλῆς ἐπὶ τῷδε ἐκπέμπειν ὕπαρχον Αἰγύπτου[26], ἀλλὰ τῶν εἰς τοὺς ἱππέας σφίσι ξυντελούν-

regiones peculiares, ipse tributa colligeret quæ quidem ipsi ut penderent imperavit. Copiis quas in Ægypto reliquerat, duces præfecit Peucestam Marcatati & Balacrum Amyntæ filium. Classi vero, Polemonem Theramenis filium. Corporis custodem loco Balacri Leonnatum Onasi filium constituit: Annubas enim morbo exstinctus erat. Obierat autem etiam Antiochus sagittariorum dux, in cujus locum Ombrionem Cretensem suffecit. Sociorum peditatui cui Balacrus præerat (qui in Ægypto relinquebatur) Calanum ducem constituit. Ægypti imperium in plures præsides partitus esse dicitur, naturam regionis admiratus & munimenta, neque tutum ratus universum Ægypti imperium uni committere. Quod quidem Alexandri consilium imitati Romani in tuendâ Ægypto mihi videntur, neminem senatorii ordinis, sed equestris, proconsulem eo mittere

σφᾶς] Quam prave hæc vulgo intellecta fuerint, patebit ex iis, quæ notare debuimus ad caput 21 hujus libri.

20 Ἥν τινα ἐν Αἰγύπτῳ ὑπελ.] Si non licet proscribere ista ut parum Græca, utique licet ut non Arrianea. Unde quamvis I, 28 dicatur ὅσοι φυλακὴν καταλελειμμένοι ἐπὶ τοῖς ὅροις, tamen in nostro loco discrepant libri vett. & in duobus MSS. inveni ἐπ' Αἰγύπτου. Sed præfero scripturam libri Opt. ἐν Αἰγύπτῳ, ut I, 27 καταλιπὼν δὲ φρουρὰν ἐν τῇ Σίδῃ. Hoc libr. c. 29 φυλακὴν ἐν τῇ ἄκρᾳ τῆς Ἀόρνου ἀπολιπεῖν. V, 8 φρουράν τε ἀπολείπει ἐν Ταξίλοις καὶ τοὺς ἀπομάχους τῶν στρατιωτῶν. IV, 28 de urbe Peucelioitide ἐν αὐτῇ φρουρὰν καταστήσας.

21 Πευκέσταν τὸν Μαρκατάτου] MSS. duo Μακαρτάτου, quod aut ex Græco aut Macedonico more posset probari, ut alibi Aerotatos. Sed non consentiunt alii, quorum unus Μακαρτου. Sane hinc suspicor ex diversa lectione (ex qua superius quoque offensam natam vidimus) ortam unam syllabam, dum alii scripserunt Μακαρτου, alii Μακάρτα, quod quam parum distat à Μαχάτα vel Μαχάτα?

22 Ἀνύββας γὰρ νόσῳ ἀπέθανεν] Diu cogitavi, quid hoc nominis Macedonici esset, ac quemadmodum ex Africa (nam certe Ἄνυβις vocabulo affine est) aut Ægypto, ubi potuit idoli nomen fuisse vulgo adsumptum, in Europam trajecisset. In MSS. autem non reperi nisi quod in eis omnibus esset Ἀνύβας, unico ν, & nescio an hoc voluerit Vulcanius ex V. C. notans quasi Ἀνίβας (sed ita ut vix distinguas inter σ & ς) quæ utraque tantundem satisfecerunt. Donec fortuna fortis me detulit ad illum Optimum codicem, in quo clare legitur Ἀῤῥύβας, quod ocius restituendum, & notissimum inter Macedonas nomen. Sed cui placet esse attentiori, quæso videat, an non hic sit justa suspicio lacunæ. Etenim quum solus (de Peucesta enim non aperit, & post aliquoties ejus meminit) Balacer ex custode corporis & præfecto socialium peditum dicatur factus dux præsidii Ægyptiaci, eique suffecti esse duo Calanus & Leonnatus alter σωματοφύλαξ, alter ἡγεμὼν factus συμμάχων τῶν πεζῶν, quæ duo munera habuerat Balacer, atque ea quidem manifestissime exprimantur; quid ad hujus successionis declarationem pertinet morbus & mors Arrybæ, de quo mentionem nullam ante habuit? Quis illum novit? quod genus, unde domo? an Arrybas aliquis erat præferendus Leonnato? aut præpositus jam fuit, ac mox mortuus? Sed occurrit Facius, scribens in interpretatione *pro Annuba & Antiocho sagittariorum præfectis, qui mortem obierant*, equidem nasutissime, & opinor in somnis adstitit illi Arrianus. Ego, ut rem dicam, merito tum hic omnia tuta vereor; tum ne idem vocabulum corruptum sit in eo, qui plus vice simplice in libro I nominatur, Ἀμύντας ὁ Ἀῤῥαβαίου. Etenim jam aliquoties à viris doctis deprehensum est, in multis vetustissimis codicibus geminas lectiones exhibitas fuisse; quibus deinde coalitis orta verborum mirifica monstra. Sic quum in quibusdam hoc loco legeretur Ἀῤῥύβας, in aliis Ἀῤῥύβου, factum Ἀῤῥυβαίου & mutata litera Ἀῤῥαβαίου. Legendum igitur puto ὁ Ἀῤῥύβα. Cæteroqui multa Macedonicorum nominum vocabula huic ipsi propinqua in Arriano & aliis observes. Denique ne Calanus quidem iste me quiescere sinit, videturque nimis festinanter huc Indicum nomen occupare. Novimus Caranum familiarissimam Macedonibus appellationem. Novimus & Κάλαν; novimus quoque Καλβανὸν inter Argyraspidas cum Eudamo nominatum Diodoro lib. XIX pag. 688.

23 Ἀντ' αὐτοῦ ἄρχειν] Duæ priores voces ab uno MS. aberant. In alio pro iis habebantur ἀντὶ τοῦ. Quæ varietas quid sibi vellet ignorarem, absque Optimo codice fuisset, in quo perfectissime ἀντὶ τούτου. Hoc igitur repone.

24 Τοῖς τοξόταις] MS. unus τοὺς τοξότας. Sed si Arrianeum vis, scribe τῶν τοξοτῶν. Plane earundem vocum phrasis in Indicis cap. 21 ἐπιστήσας αὐτὸν ἄρχειν τοῦ στρατοῦ.

25 Οὐκ ἀσφαλὲς αὐτῷ ἐφαίνετο] Hoc non est Arriani, sed explicatio glossæ Arrianeæ. Habent namque MSS. omnes, etiam V. C. ab Vulcanio inspectus, οὐκ ἀσφαλὲς ἐφαίνετο. Prorsus ut V, 18 ὅσον οὐκ ἀσφαλὲς ἐφαίνετο. Idem error commissus est inf. capite mox sequente, πίστις δὲ οὐδὲν αὐτῷ μᾶλλον ἐγένετο ἐπὶ τῇ φυγῇ, quam scripturam nullus ex antiquis confirmat. Omnes vel οὐδὲν οἱ μᾶλλον vel οὐδὲν οἱ μᾶλλον, quomodo etiam Optimus. Sic V, 2 corrupti sunt plures MSS. οὐκ ἀπαξιώσαι ξυμπέμψαι οἱ ὄντας, quam vulgatam solus defendit Optimus, alii αὐτῷ.

26 Ὕπαρχον Αἰγύπτου] Verterat Facius *pro consule eo mittere*. Maluit Vulcanius *proconsulem*. Uterque opinor novit bene, quo alluserit Arrianus. Cur igitur hæserunt in hoc dignitatis provincialis titulo? Sane ut ex

6 λέγονται. Ἀλέξανδρος δὲ ἅμα τῷ ἦρι ὑποφαίνοντι, ἐκ Μέμφιος ᾔει ἐπὶ Φοινίκης, καὶ ἐγεφυρώθη αὐτῷ ὅ, τε κατὰ Μέμφιν πόρος τοῦ Νείλου, καὶ αἱ διώρυχες αὐτοῦ πᾶσαι [27]. Ὡς δὲ ἀφίκετο ἐς Τύρον, καταλαμβάνει ἐνταῦθα ἥκον αὐτῷ ἤδη καὶ τὸ ναυτικόν. Ἐν Τύρῳ δὲ αὖθις θύει τῷ Ἡρακλεῖ, καὶ ἀγῶνα ποιεῖ γυμνικόν τε καὶ μουσικόν. Ἐνταῦθα ἀφικνεῖται παρ' αὐτὸν ἐξ Ἀθηνῶν ἡ Πάραλος, πρέσβεις ἄγουσα Διόφαντον [28] καὶ Ἀχιλλέα. Ξυνεπρέσβευον δὲ αὐτοῖς καὶ οἱ Πάραλοι ξύμπαντες· καὶ οὗτοι τῶν τε ἄλλων ἔτυχον ὧν ἕνεκα ἐστάλησαν, καὶ τοὺς αἰχμαλώτους ἀφῆκεν Ἀθηναίοις, ὅσοι ἐπὶ Γρανίκῳ Ἀθηναίων ἑάλωσαν. Τὰ δ' ἐν Πελοποννήσῳ, ὅτι αὐτῷ νενεωτερίσθαι ἀπήγγελτο, Ἀμφοτερὸν πέμπει βοηθεῖν Πελοποννησίων [29] ὅσοι ἔς τε τὸν Περσικὸν πόλεμον βέβαιοι ἦσαν, καὶ Λακεδαιμονίων οὐ κατήκουον. Φοίνιξι δὲ καὶ Κυπρίοις προσετάχθη ἑκατὸν ναῦς ἄλλας, πρὸς αἷς ἔχοντα Ἀμφοτερὸν ἔπεμπε [30], στέλλειν ἐπὶ Πελοποννήσου. Αὐτὸς δὲ ἤδη ἄνω ὡρμᾶτο, ὡς ἐπὶ Θάψακόν τε καὶ τὸν Εὐφράτην ποταμόν, ἐν Φοινίκῃ μὲν ἐπὶ τῶν φόρων τῇ ξυλλογῇ καταστήσας Κοίρανον Βεῤῥοιαῖον [31], Φιλόξενον δὲ τῆς Ἀσίας τὰ ἐπὶ τάδε τοῦ Ταύρου ἐκλέγειν. Τῶν ξὺν αὐτῷ δὲ χρημάτων τὴν φυλακὴν ἀντὶ τούτων ἐπέτρεψεν Ἁρπάλῳ τῷ Μαχάτα ἄρτι ἐκ τῆς φυγῆς ἥκοντι. Ἅρπαλος γὰρ τὰ μὲν πρῶτα ἔφυγε, Φιλίππου ἔτι βασιλεύοντος, ὅτι πιστὸς ἦν, καὶ Πτολεμαῖος ὁ Λάγου ἐπὶ τῷ αὐτῷ ἔφυγε, καὶ Νέαρχος ὁ Ἀνδροτίμου, καὶ Ἐριγύιος ὁ Λαρίχου, καὶ Λαομέδων ὁ τούτου ἀδελφός, ὅτι ὕποπτα ἦν Ἀλεξάνδρῳ πρὸς Φίλιππον [32], ἐπειδὴ Εὐρυδίκην γυναῖκα ἠγάγετο Φίλιππος, Ὀλυμπιάδα δὲ τὴν Ἀλεξάνδρου μητέρα ἠτίμασε. Τελευτήσαντος δὲ Φιλίππου, κατελ-

tere soliti. Alexander ineunte vere Memphi 6 in Phœnicen movit, & Nilo flumine ejusque anfractibus omnibus secus Memphin ponte stratis, Tyrum pervenit, ubi classem reperit, & Herculi rursus sacrum fecit, ludosque gymnicos & musicos edidit. Eodem loci sacra Atheniensium navis ad Alexandrum venit, legatos advehens Diophantum & Achillem. Conjunxerant sese huic legationi omnes maritimæ oræ incolæ: quibus quidem omnia quæ postularunt concessit, & Atheniensibus cives quotquot ad Granicum amnem capti fuerant remisit. Quumque in Peloponneso tumultus excitati esse nuntiarentur, Amphoterum eo mittit, iis qui constantes ad Persicum usque bellum manserant, neque Lacedæmoniis morem gesserant, subventurum. Phœnicibus autem & Cypriis centum alias naves parare jussis, Amphotero eas in Peloponnesum ducendi negotium dat. Ipse vero ulteriora petens, ad Thapsacum & Euphratem fluvium contendit, atque in Phœnice quidem tributis cogendis Cœranum Berrœæum quæstorem constituit: in Asiâ Philoxenum, qui cis Taurum vectigalia cogat. Pecuniarum autem quas penes se habebat, Harpalo Machatæ, qui recens ab exilio redierat, in horum locum suffecto, curam dedit. Hic ipse Harpalus, quod fidus fuisset, Philippo adhuc regnante fugerat, eâdemque de causâ una cum illo etiam Ptolemæus Lagi, & Nearchus Androtini, atque Erigyius Larichi filius, ejusque frater Laomedon. Suspectus enim erat Alexander Philippo, postquam Olympiade Alexandri matre repudiatâ, Eurydicen uxorem cepit. Mortuo autem

ex Senatu illo tempore mittebantur proconsules in ejus provincias, ita & Cæsar in suas mittebat multos ex Senatu.

27 *Αἱ διώρυχες αὐτοῦ πᾶσαι*] Vulcanius *ejusque anfractibus omnibus*. Facius, *ejusque flumini fossis apud Memphim ponte conjunctis*. Alter male accipit vertitque: alter gravius erravit, dum nimium sibi adsumpsit, etsi melior Vulcanio. *Διώρυχες* non sunt amfractus, nec Mæandrum nunc sequimur, sed fossæ: sed non apud Memphin modo eum ponte junxit, sed omnes inter Memphin & Pelusium derivatas fossas alveosque.

28 *Διόφαντον*] Controversiam huic non moveo. In Optimo tamen libro est *Διοφάντου*. Idem quoque postea *ἀπηγγέλλοντο* non *ἀπήγγελτο*.

29 *Ἀμφοτερὸν πέμπει βοηθεῖν Πελοποννησίων*] Valde probabile est, quod ipse in uno MS. Vulcanius in Augustano reperit *βοηθεῖν*.

30 *Πρὸς αἷς ἔχοντα Ἀμφοτερὸν ἔπεμπε*] *Centum alias naves, supra eas quas habentem Amphoterum misit, in Peloponnesum destinare*. Sic emendari debet versio, quæ nescio quid de ducatu Amphoteri in illas novas centum naves garrit, non ex sequela & auctoritate Græcorum verborum, sed Facianæ interpretationis, *Phœnices & Cyprios centum naves, præter eas quas habebant, parare jussit. Amphoteroque duce classis Peloponnesum petituræ duce designato* &c. Simile fuit circa finem lib. 1. cap. 15.

31 *Κοίρανον Βεῤῥοιαῖον*] *Cœranum quæstorem* Facius. Ut rem omnem dicam, æque mihi probatur tanquam Macedonicum nomen hic *Κοίρανος*, quam superiore pagina *Κάλανος*: ex quibus quum hoc sit purum putum Indicum, tum illud nimis Græcum, non *Βεῤῥοιαῖον*. Itaque opiner pro altero substituendum *Κόῤῥαγον*, cujus familiaritas inter Macedonas omnibus nota, & pro hoc nostro *Κοίρανον* rescripserim *Κόῤῥαγος*, quod ipsum esse Macedonicum nomen docet Freinshemius auctoritate Æliani, Livii & Diodori Siculi in notis ad Curtium IX, 7, 17.

32 *Ὕποπτα ἦν Ἀλεξάνδρῳ πρὸς Φίλιππον*] MS. Opt. *ἐς Φίλιππον*. I, 13 *ὅτι καὶ ὕποπτόν τι αὐτοῖς ἦν ἐς τὸν Μέμνονα*. VII, 17 *ἦσαν δὲ ὕποπτοι αὐτῷ ἐς τοὺς Χαλδαίους*. Deinde quum adeo aperte Arrianus scribat, *ἐπειδὴ Εὐρυδίκην γυναῖκα ἠγάγετο Φίλιππος*, non capio, qua fronte Freinshemius in Supplementis Curtianis I, 9, 2 citet in margine *versio Arriani* III, 1, 24 quum ipse illic scribat, *ego in eodem matrimonio manenti Cleopatram superinductam comperio*. Utique nihil de Cleopatra Arrianus, vel ulla Arriani versio: sed Justinus 9, 7 & Plutarchus & Athenæus.

τελθόντας ἀπὸ τῆς φυγῆς ὅσοι δι' αὐτὸν ἔφυγον, Πτολεμαῖον μὲν, σωματοφύλακα κατέστησεν· Ἅρπαλον δὲ, ἐπὶ τῶν χρημάτων, ὅτι αὐτῷ τὸ σῶμα ἐς τὰ πολέμια ἀχρεῖον ἦν· Ἐρίγυιον δὲ, ἱππάρχην τῶν ξυμμάχων· Λαομέδοντα δὲ τὸν τούτου ἀδελφὸν, ὅτι δίγλωσσος ἦν ἐς τὰ βαρβαρικὰ γράμματα, ἐπὶ τοῖς αἰχμαλώτοις βαρβάροις· Νέαρχον δὲ, σατραπεύειν Λυκίας, καὶ τῆς ἐχομένης Λυκίας χώρας, ἔστε ἐπὶ τὸν Ταῦρον τὸ ὄρος. Ὀλίγον δὲ πρόσθεν τῆς μάχης τῆς ἐν Ἰσσῷ γενομένης, ἀναπεισθεὶς πρὸς Ταυρίσκου ἀνδρὸς κακοῦ Ἅρπαλος, φεύγει ξὺν Ταυρίσκῳ. Καὶ ὁ μὲν Ταυρίσκος παρ' Ἀλέξανδρον τὸν Ἠπειρώτην ἐς Ἰταλίαν σταλεὶς, ἐκεῖ ἐτελεύτησεν. Ἁρπάλῳ δὲ ἐν τῇ Μεγαρίδι φυγὴ ἦν· ἀλλ' Ἀλέξανδρος πείθει αὐτὸν κατελθεῖν, πίστεις δοὺς οὐδὲν αὐτῷ μεῖον ἔσεσθαι ἐπὶ τῇ φυγῇ· οὐδὲ ἐγένετο ἐπανελθόντι, ἀλλ' ἐπὶ τῶν χρημάτων αὖθις ἐτάχθη Ἅρπαλος. Ἐς Λυδίαν δὲ σατράπην Μένανδρον ἐκπέμπει, τῶν ἑταίρων· ἐπὶ δὲ τοῖς ξένοις, ὧν ἡγεῖτο Μένανδρος, Κλέαρχος αὐτῷ ἐτάχθη. Ἀντὶ δὲ Ἀρίμμα, σατράπην Συρίας Ἀσκληπιόδωρον [33] τὸν Εὐνίκου ἀπέδειξεν, ὅτι Ἀρίμμας βλακεῦσαι ἐδόκει αὐτῷ ἐν τῇ παρασκευῇ, ὧν ἵνα ἐτάχθη παρασκευάσαι τῇ στρατιᾷ, κατὰ τὴν ὁδὸν τὴν ἄνω [34]. Καὶ ἀφίκετο ἐς Θάψακον Ἀλέξανδρος, μηνὸς Ἑκατομβαιῶνος, ἐπὶ ἄρχοντος Ἀθήνησιν Ἀριστοφάνες· καὶ καταλαμβάνει δυοῖν γεφύραιν ἐζευγμένον τὸν πόρον. Καὶ γὰρ καὶ Μαζαῖος, ὅτῳ ἡ φυλακὴ τοῦ ποταμοῦ ἐκ Δαρείου ἐπετέτραπτο, ἱππέας μὲν ἔχων περὶ τρισχιλίους [35], καὶ τούτων Ἕλληνας μισθοφό-

7

tem Philippo quum ii qui suâ causâ fugerant, rediissent, Ptolemæum quidem inter corporis custodes retulit: Harpalum vero, quod corpore esset ad res bellicas subeundas parum firmo, thesauris præfecit: Erigyium equitatui sociorum ducem statuit: Laomedontem ejus fratrem, quod duarum linguarum peritus esset, quantum ad literas barbaricas attinet, captivis barbaris: Nearchum Lyciæ atque universæ regioni quæ Lyciæ finitima est, ad Taurum montem usque præposuit. Paulo ante prælium quod apud Isson commissum erat, Harpalus persuasus à Taurisco homine improbo, una cum eo fugerat. Et Tauriscus quidem ad Alexandrum Epirotam in Italiam profectus, ibi vitam finiit. Harpalus quum ad Megarenses se recepisset, persuasus ab Alexandro uti ad se reverteretur, acceptâ fide fugam sibi damno non futuram, rediit. Is reversus, non solum nihil damni accepit, ut etiam pecuniarum administrationi denuo admotus fuerit. In Lydiam Menandrum, unum ex amicis, satrapam misit, Clearcho exteris, quorum dux erat Menander, suffecto. In Arimmæ locum Asclepiodorum Eunici F. Syriæ satrapam constituit, quod Arimmas sibi visus esset in præparandis necessariis exercitui, interiores Ægypti partes petenti, regiam majestatem usurpasse. Alexander Thapsacum pervenit mense Junio, archonte Athenis Aristophane: ubi duobus pontibus junctum vadum reperit. Mazæus enim, cui Darius amnis tutelam mandaverat, cum tribus fere millibus equitum, in quibus duo erant

33 **Σατράπην Συρίας Ἀσκληπιόδωρον**] At libri scripti aut habent Ἀσκληπιόδωρον, prout ex V. C. notavit quoque Vulcanius, aut Ἀσκληπιόδωρον, prout est in Optimo. Sed & paulo ante iidem habent aut *οὐδὲν οἱ μεῖον ἔσεσθαι*, quæ est vera lectio, aut *οὐδὲν οὐ μεῖον*, quæ caussa videtur fuisse, ut Vulcanius nihil ad hæc verba annotaverit.

34 **Κατὰ τὴν ὁδὸν τὴν ἄνω**] Interpretes tam Facius, quam Vulcanius exponunt de itinere in partes interiores Ægypti. Sed profecto tum Arrianus dixisset potius *κάτω*, ex opinione veterum, quibus septentrio editus, meridies devexa. Neque etiam interiores partes Ægypti lustravit Alexander, qui Memphin non excessit. Immo intelligit auctor interiorem Asiam & iter versus Orientem Euphratemque, ut paulo post, *ἔνθεν δὲ ἐχώρει ἄνω*. Itaque sic scribit Freinshem. ad Curtium VII, 5, 18. [Notum enim *τὰ ἄνω* Græcis esse, quæ recedunt à mari introrsus terram, ut contra *τὰ κάτω*, quæ vergunt ad mare] Ad quæ etiam respicere videtur X, 2, 17 etsi truncâ notâ. Id ipsum sequitur & in observationibus ad Melam pag. 14 & 15 Vossius. Sed quoties ante Vossium, ante Freinshemium id monuit Salmasius in Solinianis? Certe scribit Dio in Peirescianis de Severo: *καὶ ἐς τὴν Αἴγυπτον τὴν ἄνω διὰ τοῦ Νείλου ἀνέπλευσε*. Unde sicuti frequenter hoc pacto tam Arrianus quam alii de itinere in mediterranea loquuntur, ita negligenter rursus interpretati sunt apud nostrum in Indicis cap. 19 *ὅσοι ὑπεστράτευον τῇ ἄνω στρατηλασίῃ*, Vulcanius, *qui priorem expeditionem secuti erant*. At quæ igitur fuit posterior? Verte simpliciter, *qui expeditionem in Orientem sequebantur*. Ἡ ἄνω Ἀσία Asia Orienti admotior, ut vice versa I, 21 Memnona vocat *τῆς τε κάτω Ἀσίας καὶ τοῦ παντὸς πολέμου ἡγεμόνα*: quam inferiorem Asiam in principio libri secundi appellat *τὴν παραλίαν*, atque ita *κατάβασις* dicitur Xenophontis I, 11. Sed restat absurdius in eo, quod iste Arimmas accusetur regiam majestatem usurpasse in præparandis necessariis exercitui; & non in majoris momenti negotiis, quod merito exspectabatur. Certe aliter apud Capitolinum arguebatur *quidam rationalis sibi ultra procurationem omnia vindicans*. Etiam ab Hadriano *procuratores latius evagantes coerciti* dicuntur ab Spartiano. Omnino id non videtur stetisse intra apparatum necessariorum: sed verius tota administratione provinciæ & vicarii juris: ut valde verear, ne post voces *ἰδίᾳ αὐτῷ ἐν* aliquid exciderit, quo dominationis usurpatæ clara documenta efferebantur, mox oratione reversa ad ipsum Alexandrum, qui necessariis acceptis ab eo, cui imperatum erat ea colligere, profectus fuit ad Euphraten.

35 **Ἱππέας μὲν ἔχων περὶ τρισχιλίους**] Equidem & Curtius IV, 12 Mazæi hujus meminit cum tribus millibus equitum. Attamen quum in duobus codicibus inveniam *τετρακισχιλίους*, adeo id non videtur contemnendum, ut fere crediderim paulo post excidisse voculam & pro *καὶ τούτων* fuisse *καὶ ὑπὲρ* vel *ἐπὶ τούτων*. Si enim his quatuor millibus adjungas duo millia Græcorum, habes

δισχιλίους, τέως μὲν αὐτοῦ ἐπὶ τῷ ποταμῷ ἐφύλασσε. Καὶ ἐπὶ τῷδε οὐ ξυνεχὴς [36] ἡ γέφυρα ἦν ἐζευγμένη ἔστε δὲ ἐπὶ τὴν ἀντιπέρας ὄχθην [37], τοῖς Μακεδόσι δειμαίνουσι μὴ ἐπιθοῖντο οἱ ἀμφὶ Μαζαῖον τῇ γεφύρᾳ, ἵνα ἐπαύετο. Μαζαῖος δὲ ὡς ἤκουσεν ἤδη προσάγοντα Ἀλέξανδρον, ᾤχετο φεύγων ξὺν τῇ στρατιᾷ πάσῃ· καὶ εὐθὺς ὡς ἔφυγε Μαζαῖος, ἐπεβλήθησαν αἱ γέφυραι τῇ ὄχθῃ τῇ πέραν, καὶ διέβη ἐπ' αὐτῶν ξὺν τῇ στρατιᾷ Ἀλέξανδρος. Ἔνθεν δὲ ἐχώρει ἄνω, ἐν ἀριστερᾷ ἔχων τὸν Εὐφράτην ποταμὸν, καὶ τὰ Ἀρμενίας τὰ ὄρη, διὰ τῆς Μεσοποταμίας καλουμένης χώρας. Οὐκ εὐθεῖαν δὲ ἐπὶ Βαβυλῶνος ἦγεν, ἀπὸ τοῦ Εὐφράτου ὁρμηθεὶς· ὅτι τὴν ἑτέραν ἰόντι, εὐπορώτερα τὰ ξύμπαντα τῷ στρατῷ ἦν, καὶ χιλὸς τοῖς ἵπποις, καὶ τὰ ἐπιτήδεια ἐκ τῆς χώρας λαμβάνειν· καὶ τὸ καῦμα οὐχ ὡσαύτως ἐπιφλέγει. Ἁλόντες δὲ κατὰ τὴν ὁδὸν τῶν ἀπὸ τοῦ Δαρείου στρατεύματός τινες κατασκοπῆς ἕνεκα ἀποσκεδασμένων, ἐξήγγειλαν ὅτι Δαρεῖος ἐπὶ τοῦ Τίγρητος ποταμοῦ κάθηται, ἐγνωκὼς εἴργειν Ἀλέξανδρον εἰ διαβαίνοι· καὶ εἶναι αὐτῷ στρατιὰν πολὺ μείζονα ἢ ξὺν ᾗ ἐν Κιλικίᾳ ἐμάχετο. Ταῦτα Ἀλέξανδρος ἀκούσας, ᾔει σπουδῇ ὡς ἐπὶ τὸν Τίγρητα. Ὡς δὲ ἀφίκετο, οὔτε αὐτὸν Δαρεῖον καταλαμβάνει, οὔτε τὴν φυλακὴν ἥν τινα ἀπολείπει Δαρεῖος [38], ἀλλὰ διαβαίνει τὸν πόρον, χαλεπῶς μὲν δι' ὀξύτητα τοῦ ῥοῦ, οὐδενὸς δὲ εἴργοντος. Ἐνταῦθα ἀναπαύει τὸν στρατόν· καὶ τῆς σελήνης τὸ πολὺ ἐκλιπὲς ἐγένετο. Καὶ Ἀλέξανδρος ἔθυε τῇ τε σελήνῃ, καὶ τῷ ἡλίῳ, καὶ τῇ γῇ, ὅτου τὸ ἔργον τοῦτο λόγος εἶναι κατέχει. Καὶ ἔδοξεν Ἀριστάνδρῳ πρὸς Μακεδόνων καὶ Ἀλεξάνδρου εἶναι τὸ πάθημα, καὶ ἐκείνου τοῦ μηνὸς ἔσεσθαι ἡ μάχη· καὶ ἐκ τῶν ἱερῶν, νίκην σημαίνεσθαι Ἀλεξάνδρῳ. Ἄρας δὲ ἀπὸ τοῦ Τίγρητος, ᾔει διὰ τῆς Ἀσυρίας χώρας [39], ἐν ἀριστερᾷ μὲν ἔχων τὰ Σογ-

erant millia Græcorum mercenariorum, antea ad flumen consederat. Quumque pons non continuus in ulteriorem ripam pertingeret, veriti sunt initio Macedones, ne qui cum Mazæo erant pontem quâ parte imperfectus erat supplerent. Cæterum Mazæus statim atque Alexandrum cognovit appropinquare, cum omnibus copiis inde aufugit. Post ejus fugam, pontibus in ulteriorem ripam jactis, Alexander universum exercitum traduxit. Inde ulterius per regionem, cui Mesopotamia nomen est, ad lævam Euphratem fluvium & Armeniæ montes habens, progressus est. Neque vero rectâ viâ ab Euphrate movens Babylonem contendit, quod alia via ad exercitum ducendum commodior, plus pabuli equis suppeditaret, aliaque necessaria ex eâ regione sumi possunt, neque æstus tantopere gradientes torreret. In itinere exploratores nonnulli longius ab exercitu Darii speculatum digressi, capti significârunt Darium ad Tigrim fluvium consedisse, & Alexandrum transitu prohibiturum, multoque majores copias habere, quam quibuscum in Ciliciâ pugnârat. Quo cognito, Alexander confestim ad Tigrim contendit. Quo postquam venit, neque Darium ipsum offendit, neque præsidium ullum à Dario relictum: itaque flumen transit, ægre quidem ob cursus rapiditatem, nemine tamen prohibente. Ibi nonnihil quietis exercitui dedit. Per id tempus ingens lunæ defectio fuit. Alexander lunæ, soli, ac terræ, à quibus eclipses fieri dicuntur, sacrificium fecit. Aristandro visum est, felicem ac faustum successum Alexandro & Macedonibus per lunæ defectum portendi, prælium que eo ipso mense committendum esse; & sacrificia ipsa victoriam Alexandro promittere. Motis itaque castris à Tigri per Assyriam exercitum duxit, à sinistrâ

bes ipsa commoda sex millia. At idem Curtius loquens de Mazæi præsidio ad Euphratem IV, 9. *Mazæo prætori sex millia data, quibus transitu amnis arceret.* Et rursum. *Mazæo, qui ad inhibendum transitum ejus cum sex millibus equitum occurrerat, non auso periculum sui facere.* Et capite 12 quod prius allegavi, aliam rem narrat Curtius. Etiam MS. Optimus tantum habet καὶ Μαζαῖος &c.

36 Καὶ ἐπὶ τῷδε οὐ ξυνεχὴς] Narrationem Latinam hoc loco præbent Facius & Vulcanius satis futilem. Dicunt *Quumque pons non continuus in ulteriorem ripam pertingeret.* Quare non pertinebat? Haud dubie primo pertinuit: & videlicet Macedones præmissi ad Euphratem, antequam Alexander proficisceretur in Ægyptum, impares tanto Mazæi præsidio ruperant pontem. Ea oratio sic adnectenda est præcedentibus: *ad flumen consederat, & propterea pons non continuus in ult. ripam pertinebat, veritis Macedonibus, ne* &c. Quid enim in vetere militia censuerint momenti in ponte rumpendo, docet Livius VII, 9. *Pons in medio erat, neutris eum rumpentibus, ne timoris indicium esset.*

37 Ἔς τε δὴ ἐπὶ τὴν ἀντιπέρας ὄχθην] Saltem particulæ adversativæ non erat concedendus hic locus, prout abfuisse vidi ab diversis MSStis. Verum pro ea MS. Opt. Ἔς τε ἐς τὴν. de quo non deliberandum, ut monuimus supra. Et certe sic idem codex IV, 22 præfert ἐς τε ἐς τὸν Κωφῆνα ποταμόν. Et VI, 7 ἀναπαύσας τοὺς ἀμφ' αὐτὸν ἐς τε ἐς πρώτην φυλακὴν, ubi editiones ἐς τε ἐπί.

38 Ἥν τινα ἀπολείπει Δαρεῖος] Verbi hujus istud tempus non belle congruit. Tum in uno MS. erat ἀπολίπει. Lege ut est in Opt. ἀπολελοίπει.

39 Διὰ τῆς Ἀσυρίας χώρας &c.] Locus notandus propter impetum multorum temere legentium & Geographiam nimis cupide jactantium. In Vulcaniana editione apponitur in orâ *Vet. cod.* Ἀσυρίας. Sed præter Vulcanii mentem id factum esse notavit ipse. Hinc tamen & nuper scribi placuit velle ita libros; ut idcirco fateri debeam me quidem sic invenisse in nonnullis, sed

Σογδιανῶν ὄρη, ἐν δεξιᾷ δὲ αὐτὸν τὸν Τίγρητα. Τετάρτῃ δὲ ἡμέρᾳ ἀπὸ τῆς διαβάσεως, οἱ πρόδρομοι αὐτῷ ἐξαγγέλλουσιν, ὅτι ἱππεῖς οὗτοι πολέμιοι ἀνὰ τὸ πεδίον φαίνονται· ὅσοι δὲ, οὐκ ἔχειν εἰκάσαι. Συντάξας οὖν τὴν στρατιὰν προὐχώρει ὡς εἰς μάχην, καὶ ἄλλοι αὐτῷ τῶν προδρόμων προσελάσαντες, ἀκριβέστερον οὗτοι κατιδόντες, ἔφασκον δοκεῖν εἶναι σφίσι[40] τοὺς ἱππέας οὐ 8 πλείους ἢ χιλίους. Ἀναλαβὼν οὖν τήν τε βασιλικὴν ἴλην, καὶ τῶν ἑταίρων μίαν, καὶ τῶν προδρόμων τοὺς Παίονας, ἤλαυνε σπουδῇ, τὴν δὲ ἄλλην στρατιὰν βάδην ἕπεσθαι ἐκέλευσεν. Οἱ δὲ τῶν Περσῶν ἱππεῖς κατιδόντες τοὺς ἀμφ' Ἀλέξανδρον ὀξέως ἐπάγοντας, ἔφευγον ἀνὰ κράτος. Καὶ Ἀλέξανδρος διώκων ἐνέκειτο, καὶ οἱ μὲν πολλοὶ ἀπέφυγον, τοὺς δέ τινας καὶ ἀπέκτειναν[41], ὅσοις οἱ ἵπποι ἐν τῇ φυγῇ ἔκαμον· τοὺς δὲ καὶ ζῶντας αὐτοῖς ἵπποις ἔλαβον· καὶ παρὰ τούτων ἔμαθον, ὅτι οὐ πόρρω εἴη Δαρεῖος ξὺν δυνάμει πολλῇ. Βεβοηθήκεσαν γὰρ Δαρείῳ Ἰνδῶν τε ὅσοι Βακτρίοις ὅμοροι, καὶ αὐτοὶ Βάκτριοι καὶ Σογδιανοί· τούτων μὲν πάντων ἡγεῖτο Βῆσσος, ὁ τῆς Βακτρίων χώρας σατράπης. Εἵποντο δὲ αὐτοῖς καὶ Σάκαι, Σκυθικὸν τοῦτο τὸ γένος, τῶν τὴν Ἀσίαν ἐποικούντων Σκυθῶν· οὐχ ὑπήκοοι οὗτοι Βήσσου, ἀλλὰ κατὰ συμμαχίαν τὴν Δαρείου· ἡγεῖτο δὲ αὐτῶν Μαβάκης· αὐτοὶ δὲ ἱπποτοξόται ἦσαν. Βαρσαέντης δὲ Ἀραχωτῶν σατράπης, Ἀραχώτους τε ἦγε, καὶ τοὺς ὀρείους Ἰνδοὺς καλουμένους. Σατιβαρζάνης δὲ ὁ Ἀρείων σατράπης, Ἀρείους ἦγε[42]. Παρθυαίους δὲ, καὶ Ὑρκανίους, καὶ Ταπείρους, τοὺς πάντας ἱππέας, Φρα-

Præcursores Darii fugati. Auxilia ejus.

nistrâ habens Sogdianorum montes, à dextrâ Tigrim. Quarto deinde post transitum die antecursores renuntiant, hostilem equitatum in campis cerni: quantus autem eorum numerus esset, colligi non posse. Instructo igitur exercitu ad pugnam procedit: quum alii rursum ex præcursoribus incitatis equis accurrentes re certius compertâ, equites ab se visos non ultra mille esse affirmabant. Quo audito, confestim assumtâ tur- 8 mâ regiâ, & amicorum aliâ, & antecursoribus Pæonibus, in eos fertur, reliquo exercitu lento gradu sequi jusso. Persarum equites Alexandrum acriter in sese ruentem conspicati, fugam arripiunt. Alexander fugientium terga premit, & multi quidem incolumes evasêre, nonnulli occisi sunt, quos equi in fugâ deficiebant; alii una cum equis vivi in potestatem venêre: ex quibus cognovit, Darium cum ingenti exercitu non procul inde abesse. Venerant enim auxilio ad Darium Indi quotquot Bactrianis finitimi sunt, ipsique Bactriani & Sogdiani: quorum omnium dux Bessus erat, Bactrianorum satrapa. Conjunxerant sese his etiam Sacæ, ex Scythis oriundi iis, qui Asiam incolunt: non imperio Bessi subjecti, sed Dario confœderati. Ducebat hos Mabaces; erantque omnes hi equestres sagittarii. Barsaetes autem Arachotorum satrapa Arachotos & Indos qui montani dicuntur ducebat. Satibarzanes Ariorum satrapa, Arios, Phrataphernes, Parthos, Hyrcanos ac Topiros,

nequaquam omnibus, quum viderim sicut in variis Πόγγετος & Πόγγετα, ita etiam Ἀτυρίας. Idque ipsum ex V. C. observavit quoque Vulcanius, hinc interpretationem mutans *per inculta loca*. Certe ut de Assyria loquens addat vocem χώρας, id videtur dedecere. Sed est hæc Ἀτυρία χώρα, quæ ab Strabone ex probarissima Freinshemii ad Curtium IV, 9, 8 conjectura dicitur τοῖς περὶ Ἄρβηλα τόποις ὅμορος εἶναι. Unde & Stephanus: Νῖνος πόλις Ἀσσυρίων, ἣν ἔκτισε Νῖνος Σεμιράμιδος ἀνὴρ ἐν τῇ Ἀτυρίᾳ. Et de hac idcirco etiam notavit Bochartus in Phaleg lib. II cap. 3. Verum molesti hic sunt montes Σογδιανῶν, quomodo in omnibus MSStis reperi, quum jam Holstenius in notis ad Stephanum censuerit legendum Γορδυαίων vel Γορδυηνῶν. Utrumque etiam nuper notis ad Arrianum inspergi meruit, quia Sogdiani montes hinc longius absunt. Quod verum quidem est; sed oportet recte metari vias Alexandri. Ille enim Gordyæos montes ad latus habuit post transitum Euphratis; & ibi dixit jam auctor ἐν ἀριστερᾷ ἔχων τὸν Εὐφράτην ποταμὸν καὶ τῆς Ἀρμενίας τὰ ὄρη, & ita, ut scribatur χωρῶν ἄνω διὰ τῆς Μεσοποταμίας καλουμένης χώρας. Nunc igitur proxime versus Armeniam transgressus Tigrin descendit versus meridiem juxta illum fluvium, ut montes Gordyæos nequiverit à sinistra habere, sed à tergo; verum ut ad dextram ei fuit Tigris, juxta quem descendebat, sic ad sinistram montana alia & forsan Sogdianæ regionis debuerunt fuisse. Ad hanc venit quidem tarde Alexander, sed hujus iter ab fuga Darii gubernatum fuit, per Mediam ad maris Caspii vicina progressi. Sogdiana autem juga quum longius hinc absint, tamen ut forsan cogites Σιττακηνῶν aut Κοσσαίων, ita securius erit non abire ab MSS. libris.

40 Ἔφασκον δοκεῖν εἶναι σφίσι] Vox postrema aberat ab Optimo.

41 Τοὺς δέ τινας καὶ ἀπέκτειναν] MSS. omnes τοὺς δὲ τινὰς καί. Nec aliter editio Basil. imo sic quoque V. C. apud Vulcanium, ut vel hujus vel Stephani mira violentia hic dominata fuerit. Et prorsus ostendit se Arrianus simili distinctione cap. 24 πολλοὺς μὲν ἀπέκτεινε φεύγοντας, οὓς δέ τινας ἐς ἄλλην τετραμμένους, πολλοὺς δὲ ζῶντας ἔλαβεν. Et Xenophon lib. III Κυρου. 209 οἱ μέν τινες αὐτοῦ πελάσαντες ταχὺ ἀπέθανον, οἱ δὲ ἔφευγον, οἱ δέ τινες καὶ ἑάλωσαν αὐτῶν. Porro etiam, quum Vulcanius hunc locum sic verterit, bimembrem faciens ex tripartito *nonnulli occisi sunt: alii quos equi in fuga deficiebant, una cum equis vivi in potestatem venere*, nihil meretur, nisi ut derideatur. Saltem mutasset distinctionem, & sibi accommodasset. Facius quoque admodum nasute: *quos insecutus Alexander, quosdam quos equi in fuga defecerunt, occidit: ceteri incolumes evasere*. Mutavi, prout decuit.

42 Ἀρείους ἦγε] Occurrit mihi nonnihil scrupuli. Nam in collocandis ordinibus video infra nominari & Daas & Mardos; quos quum non appellaverit in hac recensione, quam causam allegabimus? An Dahæ & Arei junctim sæpe positi nunc adunantur? Sane etiam pro Ἀρείους in duobus MSS. reperi ἀρμενίους. Quod quum valde suspectum sit ex compendiis quæ multa & sunt & fuerunt usurpata in scribendo, tum vide an possit placere Ἀρείους καὶ Μάρδους. Pro Μαβάκης MSSti plurimi, & in

Φραταφέρνης ἦγεν. Μήδων δὲ ἡγεῖτο Ἀτροπάτης· ξυνετάττοντο δὲ Μήδοις Καδούσιοί τε καὶ Ἀλβανοὶ καὶ Σακεσῖναι. Τοὺς δὲ προσοίκους τῇ ἐρυθρᾷ θαλάσσῃ Ὀροντοβάτης [43] καὶ Ἀριοβαρζάνης καὶ Ὀρξίνης [44] ἐκόσμουν. Οὔξιοι δὲ καὶ Σουσιανοὶ ἡγεμόνα παρείχοντο Ὀξάθρην τὸν Ἀβουλίτου. Βουπάρης δὲ Βαβυλωνίων ἡγεῖτο. Οἱ δ' ἀνάσπαστοι Κᾶρες [45], καὶ Σιτακηνοὶ σὺν Βαβυλωνίοις ἐτετάχατο. Ἀρμενίων δὲ Ὀρόντης καὶ Μιθραύστης ἦρχε, καὶ Ἀριάκης Καππαδοκῶν. Σύρους δὲ τούς τε ἐκ τῆς Κοίλης, καὶ ὅσοι τῆς μεταξὺ τῶν ποταμῶν Συρίας, Μαζαῖος ἦγεν. Ἐλέγετο δὲ ἡ πᾶσα στρατιὰ Δαρείου, ἱππεῖς μὲν ἐς τετρακισμυρίους, πεζοὶ δὲ ἐς ἑκατὸν μυριάδας· καὶ ἅρματα δρεπανηφόρα διακόσια· ἐλέφαντες δὲ οὐ πολλοί, ἀλλὰ ἐς πεντεκαίδεκα μάλιστα Ἰνδοῖς τοῖς ἐπὶ τάδε τοῦ Ἰνδοῦ ἦσαν. Ξὺν ταύτῃ τῇ δυνάμει ἐστρατοπεδεύκει Δαρεῖος ἐν Γαυγαμήλοις, πρὸς ποταμῷ Βουμάδῳ [46], ἀπέχων Ἀρβήλων τῆς πόλεως ὅσον ἑξακοσίους σταδίους, ἐν χώρῳ ὁμαλῷ πάντῃ. Καὶ γὰρ καὶ ὅσα ἀνώμαλα αὐτοῦ ἐς ἱππασίαν, ταῦτα δὲ ἐκ πολλοῦ οἱ Πέρσαι τοῖς τε ἅρμασιν ἐπελαύνειν εὐπετῆ πεποιήκεσαν καὶ τῇ ἵππῳ ἱππάσιμα. Ἦσαν γὰρ οἳ ἀνέπειθον Δαρεῖον ὑπὲρ τῆς πρὸς Ἰσσῷ γενομένης μάχης, ὅτι ἄρα ἐμειονέκτησε τῶν χωρίων τῇ στενότητι· 9 καὶ Δαρεῖος οὐ χαλεπῶς ἐπείθετο. Ταῦτα ὡς ἐξηγγέλθη Ἀλεξάνδρῳ πρὸς τῶν κατασκόπων τῶν Περσῶν, ὅσοι ἑάλωσαν, ἔμεινεν αὐτοῦ ἵνα ἐξηγγέλθη, ἡμέρας τέσσαρας· καὶ τήν τε στρατιὰν ἐκ τῆς ὁδοῦ ἀνέπαυσε, τό, τε στρατόπεδον τάφρῳ

piros, omnes equites. Atropates Medorum dux erat: conjuncti autem erant Medis Cadusii & Albani ac Sacesinæ. Rubri maris accolas Orontobates, Ariobarzanes, & Orxines ducebant. Uxii vero & Susiani ducem habebant Oxathrem Abuliti filium, Babylonii Buparem. Cares autem anaspasti, *hoc est, sedibus suis pulsi*, & Sitacini Babyloniis conjuncti erant. Armeniis Orontes & Mithraustes præerant, Cappadocibus Ariaces. Syros qui ex Cœle sunt, & quotquot intra fluvios Syriæ habitant, Mazæus regebat. Universus porro Darii exercitus ferebatur esse, equitum XLM peditum decies centena millia, currus falcati CC. elephanti non multi, at circiter XV Indis, qui cis Indum flumen, aderant. Cum his copiis Darius in Gaugamelis ad flumen Bumadum castra posuerat, sexcentis circiter ab Arbelis oppido stadiis, plano undique & patenti campo. Quicquid enim inæqualis soli erat, quodque curribus ducendis impedimento esset, id omne Persæ multo ante adæquârant, commodumque ad equitandum fecerant. Persuaserant enim nonnulli Dario, nullam aliam fuisse causam cladis apud Issum acceptæ, quam angustiam locorum: idque Darius facile credidit. Quæ 9 postquam Alexandro à speculatoribus Persarum captis relata sunt, quatuor diebus eo in loco, ubi hæc nuntiata moratus, exercitui quietem ab itineris labore dedit: castra vallo

in his Optimus, præferunt Μαυάκην, quod vel retineas licet, vel pro Μαζάκην scriptum opineris, ut solet figura ista υ sæpe pro β inveniri. Hinc erronee in Basileensem invasit Μαζάκης. Unde autem nuperus noster didicerit Ταπύρων legendum censere pro Τοπύρων (nam quod ipse dicit *e libris*, falsissimum est, quum MSSti omnes legant, ut vulgo editur) cognoscet, qui inspiciet Ortelium in APYRI. Immo merentur ejus citationes & verba apponi, ita diligenter notantis [APYRI ἄπυροι, quos Tapyros vocat Geographus, ut Eustathius tradit in Dionysii Periegesi. Strabo sic quoque. Populi sunt Hyrcanis vicini. Eosdem puto TOPYROS & TOPVROS vocari ab Arriano 3 Alexandri. Τάπυῤῥοι geminato RR sunt Musonio & Stephano. Polybius lib. 5 habet montes sic dictos hoc tractu. TAPYRI sunt apud Ptolemæum in Media, & TAPORI in Margiana, Hyrcaniæ vicinis regionibus. Vino ultra modum deditos scribunt Ælianus & Athenæus.] Hæc quum vir ille eximius illo tempore jam collegerit, velim scire, quid porro utile huc contulerint vel Casaubonus ad librum XI Strabonis, vel Holstenius ad Stephanum, vel Freinshemius in indice Curtiano; nedum nuperi ex Frisia, multum dilatantes, nihil dicentes vel ignotum vel suum? Quis enim ea loca non inspexit? Et tamen in Arriano quum libri veteres omnes conspirent, sane cuncter quidquam mutare in tanta vocalium apud Asiaticos diversitate. De Barsaete notavit Freinshemius ad Curtium VIII, 13, 3.

43 Ὀροντοβάτης] En jactantiam nuperam [Id verum ducis nomen, quod antea male habitum primus reduxi.] Unde utrumvis horum affirmatur? Facius jam scripserat *Orundobati*: an non id idem est? Deinde an quia in prioribus libris fit mentio Orontobatis, idem hic intelligitur? at ille per Ptolemæum & Asandrum captus fuit: & quando dimissus? Vulgatum Ὀυνδοβάτης unde ortum sit, docet egregie unicus codex, cujus scriptor accurate expressit & literam antiquissimi exemplaris & articulum, nempe ὁ ὑνδοβάτης. Hinc suspicetur & inquirat unusquisque. Sed & falsum est clare evinci ab reliquorum quatuordecim ducum nominibus literam ο ab ipso nomine per librarios divulsam transiisse in articulum præpositivum, quia istis articulus ille appositus non invenitur. Nam ecce cap. 11 omnes ἄλη numerantur addito articulo, ὁ Γλαυκίου ἴλη, ὁ τοῦ Ἀρίστωνος, ὁ Σωπόλιδος, ὁ Δημητρίου & porro: unica tamen illic in medio Ἡρακλείτου τοῦ Ἀντιόχου sine articulo recensetur.

44 Ὀρξίνης] Video quid dicant. In MSS. tamen omnibus, quos consului, erat ξίνης. Verum in Opt. plane legebatur Ὀτάνης, quod advertendum. De Oxathre & Abulite Freinshemius ad Curtium vel in notis V, 2, 8, vel in indice in voce *Abulites*, unde omnia petita sunt. Sicut de Atropate IV, 9, 7.

45 Ἀνάσπαστοι Κᾶρες] Quos ex Herodoti libro VII explicuit Brissonius libr. II de Regno Persar. eos esse, qui in colonias missi fuerunt in insulas Oceani Meridiani. Memineris autem de nomine Ἀναρπάστους ex Grentemesnilio.

46 Βουμάδῳ, In omnibus MSS. reperio Βυμάδῳ, & sic ex V. C. Vulcanius. Sane sic quoque nonnulli legerunt in Curtio.

τάφρῳ τε καὶ χάρακι ἐτείχισεν. Ἔγνω γὰρ τὰ μὲν σκευοφόρα ἀπολείπειν, καὶ ὅσοι τῶν στρατιωτῶν ἀπόμαχοι ἦσαν· αὐτὸς δὲ ξὺν τοῖς μαχίμοις, οὐδὲν ἄλλο ὅτι μὴ ὅπλα φέρουσιν, ἰέναι ἐς τὸν ἀγῶνα. Ἀναλαβὼν οὖν τὴν δύναμιν νυκτὸς ἦγεν ἀμφὶ δευτέραν φυλακὴν μάλιστα, ὡς ἅμ' ἡμέρᾳ προσμίξων[47] τοῖς βαρβάροις. Δαρεῖος δὲ, ὡς προσηγγέλθη αὐτῷ προσάγων ἤδη Ἀλέξανδρος, ἐκτάσσει τὴν στρατιὰν ὡς ἐς μάχην· καὶ Ἀλέξανδρος ἦγεν ὡσαύτως τεταγμένους. Καὶ ἀπεῖχε μὲν ἀλλήλων τὰ στρατόπεδα ὅσον ἑξήκοντα σταδίους· οὐ μήν πω καθεώρων ἀλλήλους· γήλοφοι γὰρ ἐν μέσῳ ἐπίπροσθεν ἀμφοῖν ἦσαν. Ὡς δὲ ἀπεῖχεν Ἀλέξανδρος ὅσον ἐς τριάκοντα σταδίους, καὶ κατ' αὐτῶν ἤδη τῶν γηλόφων[48] ἤει αὐτῷ ὁ στρατός· ἐνταῦθα δὲ ὡς εἶδε[49] τοὺς βαρβάρους, ἔστησε τὴν αὐτοῦ φάλαγγα· καὶ ξυγκαλέσας αὖθις τούς τε ἑταίρους, καὶ στρατηγοὺς, καὶ ἰλάρχας, καὶ τῶν συμμάχων τε καὶ τῶν μισθοφόρων ξένων τοὺς ἡγεμόνας, ἐβουλεύετο, εἰ αὐτόθεν ἐπάγοι ἤδη τὴν φάλαγγα, ὡς οἱ πλεῖστοι ἄγειν ἐκέλευον· ἢ (καθάπερ Παρμενίωνι καλῶς ἐδόκει) τότε μὲν αὐτοῦ καταστρατοπεδεύειν, κατασκέψασθαι δὲ τόν τε χῶρον ἅπαντα[50], εἰ δή τι ὕποπτον αὐτοῦ ἢ ἄπορον ᾖ, ἢ εἴ που τάφροι ἢ σκόλοπες καταπεπηγότες ἀφανεῖς· καὶ τὰς τάξεις τῶν πολεμίων ἀκριβέστερον κατιδεῖν. Καὶ νικᾷ Παρ-

vallo ac fossâ munivit. Statuerat enim impedimenta omnia ac militem qui inutilis ad pugnam esset relinquere: ipse vero cum bellatoribus nihil aliud quam arma portantibus prælium adire. Noctu itaque copiis eductis circiter secundam vigiliam movit, ut primâ statim luce manus cum barbaris consereret. Darius, simulac ei nuntiatum est Alexandrum appropinquare, confestim exercitum ad committendum prælium instruit. Alexander etiam instructam aciem ducit. Distabant castra à castris sexaginta ferme stadiis, neque etiamnum adspiciebant se invicem. Colles enim in medio ante utrosque erant. Postquam vero aberat Alexander fere ad triginta stadia; jamque ad ipsos prope tumulos exercitus processerat, ubi conspectis barbaris phalangem sistit: convocatisque amicis & copiarum ductoribus turmarumque præfectis, sociorum etiam ac mercenariorum exterorum ducibus, consultabat an ex eo loco phalanx in hostem agenda esset (quæ plurium sententia erat) an potius (ut Parmenio recte censebat) positis tum ibi castris, omnem illum locum accurate perlustrarent, an quid alicubi suspectum parumque tutum esset, an fossæ uspiam tectæ, an murices solo suffixi laterent: quem etiam in modum acies instructæ essent, diligentius certiusque explorarent. Vicitque Par-

47 Ὡς ἅμ' ἡμέρᾳ προσμίξων] Fere ad verbum videtur hæc sequi & exprimere Livius xxxv. 50. *Delium convertit, ut inde in Eubœam transmissurus.* Et sic quoque persæpe loquitur Arrianus. Sed scrupulum movent vetera exemplaria, ex quibus duo προσμίξας. Sed in Optimo & alio rectius ac verius προσμίξῃ, quod & Basileæ est editum. Neque enim hac ratione loquendi minus auctor gaudet quam futuro participii, & sententia paulo in melius convertitur. Et forsan ὡς ἂν ἅμ. ἡ. προσμίξῃ.

48 Ἀπεῖχε μὲν ἀλλήλων τὰ στρατόπεδα ὅσον ἑξήκοντα σταδίους, καὶ κατ' αὐτῶν ἤδη τῶν γηλόφων] Undenam hi repentini colles? Quin si sic processit ordo narrandi ab ipso Arriano conceptus, nihil eo imperfectius excogitari potest, & ipse duri fuerit ingenii oportet, qui quum paulo ante à Persis omnia circumcirca fuisse adæquata memoravit, nunc subito tumulos ac verrucas terræ producat. Sic tamen & Curtius quoque iv, 9, 10 *ne stirpes quidem & brevia virgulta operiunt solum, liberque prospectus oculorum etiam* (F. *&* in *ea*) *quæ procul recessere, permittitur. Itaque si qua campi eminebant, jussit æquari, totumque fastigium extendi.* Unde stupidus sane sit, qui sine hæsitatione in his legendis procedat, ut fecere tamen adeo multi ante hunc diem. Neque enim ne Curtius quidem mox omittet agnoscere collem, nunc adeo asseverans æquata omnia. Sed nec cohæret oratio. Nam quum mox ait ἤει αὐτῷ ὁ στρατός, ad quem potissime respicit vox αὐτῷ? nam ad Alexandrum video quidem, ut oportebat, referri ab Vulcanio, sed id remotius est, quam ut tolerari queat: & plane in contrariam superioribus Arriani verbis sententiam decurrit, ex quibus omnino illud patet, quo propius ad Darii castra veniret, eo æquioribus & planioribus locis occursurum. Videntur tamen hæc quoque molestiam dedisse Facio, qui neglectis & collibus & reliquis Arriani verbis interpretationem sic interpolatam habet: *distabant castra à castris LX ferme stadiis. Alexander ubi in hostium conspectum venit &c.* Nullum auxilium ne hic quidem ex ullo MS. Propterea iste quoque locus non parvo pondere auget commendationem aurei illius MS. qui alia omnia de Arriani facilitate cogitare scopulumque hujus loci superare nos jubet immissis non paucis verbis hoc modo. καὶ ἀπεῖχε μὲν ἀλλήλων τὰ στρατόπεδα ὅσον ἑξήκοντα σταδίους· οὐ μήν πω καθεώρων ἀλλήλους· γήλοφοι γὰρ ἐν μέσῳ ἐπίπροσθεν ἀμφοῖν ἦσαν. ὡς δὲ ἀπεῖχεν Ἀλέξανδρος ὅσον ἐς τριάκοντα σταδίους, καὶ κατ' αὐτῶν ἤδη &c. Hoc est: *Distabant castra à castris sexaginta ferme stadiis: nondum tamen se invicem adspiciebant. Colles enim in medio ante utrosque erant. Ut vero Alexander ad triginta stadia pervenit, jamque ad ipsos &c.* Hos colles insidebat Mazæus, & intelligit Curtius iv, 12. *Quod si perculsis Mazæus, qui præsidebat itineri, supervenisset, ingens clades accipi potuit. Ille segnis in eo, quem occupaverat tumulo, sedet, contentus non lacessi.* * *Postero die Mazæus, qui cum delectis equitum in edito colle, ex quo Macedonum prospiciebantur castra, consederat, ad Darium redit. Macedones eum ipsum collem, quem deseruerat, occupaverunt: nam & tutior planicie erat & inde acies hostium, quæ in campo explicabatur, conspici poterat.* Ex quo egregie discimus, cur illos Arrianus appellaverit γηλόφους, & quid γήλοφοι sint apud Græcos.

49 Ἐνταῦθα δὲ ὡς εἶδε] Codex Optimus delet adversativam.

50 Τόν τε χῶρον ἅπαντα] MSS. omnes, etiam apud Vulcanium V. C. ξύμπαντα. Neque vero ἄπορον, quod mox sequitur, notat *parum tutum*, & propius ad originem Facius *num exitus paterent.* Nam hoc vult, an quid impeditum aut inaccessum.

Παρμενίωνι τῇ γνώμῃ· καὶ καταστρατοπεδεύουσιν αὐτοῦ ὅπως τεταγμένοι ἔμελλον ἰέναι ἐς τὴν μάχην. Ἀλέξανδρος δὲ, ἀναλαβὼν τοὺς ψιλοὺς καὶ τῶν ἱππέων τοὺς ἑταίρους, περιῄει ἐν κύκλῳ, σκοπῶν τὴν χώραν πᾶσαν ἵνα τὸ ἔργον αὐτῷ ἔσεσθαι ἔμελλεν. Ἐπανελθὼν δὲ, καὶ ξυγκαλέσας αὖθις τοὺς αὐτοὺς ἡγεμόνας, αὐτοὺς μὲν οὐκ ἔφη χρῆναι παρακαλεῖσθαι πρὸς οὗ ἐς τὸν ἀγῶνα· πάλαι γὰρ εἶναι δι᾽ ἀρετήν τε τὴν σφῶν παρακεκλημένους, καὶ ὑπὸ τῶν πολλάκις ἤδη καλῶν ἔργων ἀποδεδειγμένων. Τοὺς κατὰ σφᾶς δὲ ἑκάστους ἐξορμᾷν ἠξίου, λοχαγόν τε λοχίτας, καὶ ἰλάρχην τὴν ἴλην τὴν αὐτοῦ ἕκαστον, καὶ ταξιάρχην τὰς τάξεις[51], τούς τε ἡγεμόνας τὴν πεζὴν τὴν φάλαγγα, ἕκαστον τὴν οἱ ἐπιτετραμμένην· ὡς ἐν τῇδε τῇ μάχῃ οὐχ ὑπὲρ κοίλης Συρίας, ἢ Φοινίκης, οὐδὲ ὑπὲρ Αἰγύπτου, ὡς πρόσθεν, μαχουμένους, ἀλλὰ ὑπὲρ τῆς ξυμπάσης Ἀσίας, οὕστινας χρὴ ἄρχειν ἐν τῷ τότε κριθησομένους. Οὔκουν τὴν ἐς τὰ καλὰ ἐξόρμησιν διὰ πολλῶν ἀναγκαίαν αὐτοῖς εἶναι οἴκοθεν τοῦτο ἔχουσιν[52]· ἀλλὰ κόσμου τε ἐν τῷ κινδύνῳ ὅπως τις καθ᾽ αὑτὸν ἐπιμελήσεται, καὶ σιγῆς ἀκριβοῦς, ὁπότε σιγῶντας ἐπιέναι δέοι· καὶ αὖ λαμπρᾶς τῆς βοῆς, ἵνα ἐμβοῆσαι καλόν· καὶ ἀλαλαγμοῦ ὡς φοβερωτάτου, ὁπότε ἐπαλαλάξαι καιρός. αὐτοί τε ὅπως ὀξέως κατακούοιεν τῶν τε παραγγελλομένων, καὶ παρ᾽ αὐτῶν αὖ ὅπως ἐς τὰς τάξεις ὀξέως παραδιδῶνται τὰ παραγγέλματα· ἕν τε τῷ καθ᾽ αὑτὸν ἕκαστον καὶ τὸ πᾶν μεμνῆσθαι ξυγκινδυνεῦον τε ἀμελουμένῳ, καὶ δι᾽ ἐπιμελείας ἐκπονουμένῳ ξυνορθούμενον. Ταῦτα καὶ τοιαῦτα ἄλλα οὐ πολλὰ παρακαλέσας τε καὶ ἀντιπαρακληθεὶς πρὸς τῶν ἡγεμόνων, θαρρεῖν ἐπὶ σφίσι, διαναπαύεσθαι καὶ ἀναπαύεσθαι[53] ἐκέλευσε τὸν στρατόν. Παρμενίωνα δὲ λέγουσιν ὅτι ἀφικόμενος παρ᾽ αὐτὸν ἐπὶ τὴν σκηνὴν, νύκτωρ παραινεῖ ἐπιθέσθαι τοῖς Πέρσαις· ἀπροσδοκήτοις τε γὰρ καὶ ἀτεταραγμένοις, καὶ ἅμα ἐν νυκτὶ φοβερωτέροις ἐπιθήσεσθαι. Ὁ δὲ ἐκείνῳ μὲν ἀποκρίνεται (ὅτι οἱ ἄλλοι[54] κατήκουον τῶν λόγων) αἰσχρὸν εἶναι κλέψαι τὴν νίκην, ἀλλὰ φανερῶς καὶ δίχα σοφίσματος χρῆναι νικῆσαι Ἀλέξανδρον. Καὶ τὸ μεγαλήγορον αὐτοῦ τοῦτο, οὐχ ὑπέρογκον μᾶλλόν τι, ἢ εὐθαρσὲς ἐν τοῖς κινδύνοις ἐφαίνετο. Δοκεῖν δ᾽ ἔμοιγε, καὶ λογισμῷ ἀκριβεῖ ἐχρήσατο ἐν τῷ τοιῷδε· ἐν νυκτὶ γὰρ τοῖς

Parmenionis sententia, & castra ibi posita sunt, prout ad pugnam ituri erant. Deinde Alexander sumptis expeditis & equitatu amicorum, locum omnem in quo prælium committendum erat, in circuitu lustrat. Reversusque, convocatis rursum copiarum ducibus, „Non oportere eos suâ oratione ad „pugnam incitari, inquit. Veterem enim „ipsorum virtutem, multaque præclara facinora jam sæpenumero edita magno satis „incitamento ipsis esse: id modo rogare, „ut prout quisque eorum alicui turmæ, „alæ, agmini, aut phalangi præfectus esset, ita suos milites cohortaretur, non jam „illos pro Cœlesyriâ, aut Phœnice, ne„que pro Ægypto, ut prioribus præliis, „pugnaturos, sed pro universâ Asiâ: illo„que conflictu decernendum esse quosnam „regnare oporteat. Non igitur illos mul„tis verbis ad fortitudinem excitandos esse, „quibus virtus illa genuina propriaque sit: „monendos tantum, ut unusquisque eos „quibus præest inter pugnandum in ordi„ne contineat: utque quum silentio opus „sit, id accurate observent: altiore item „voce, quum id ex re fuerit, utantur: cla„mores denique quam maxime possint ter„ribiles, quum occasio ita postulaverit, „edant. Adhæc, ut ipsi mandata celeriter „auribus excipiant: excepta, accurate in „agmina transmittant. Demum, ut priva„tim quisque in animo suo ita statuat, „summam rei periclitari in eo, quod cir„ca se neglexerit, & conservari in eo quod „accurate exhauserit. His atque hujuscemodi aliis verbis non multis cohortatus duces, & vicissim ipse à ducibus animatus, fretus eorum virtute, milites corpora curare & quietem capere jubet. Sunt qui dicant Parmenionem postea ad ipsius tabernaculum venisse, utque per noctem in Persas irrueret suasisse: inopinantibus enim ipsis atque perturbatis impetum noctu factum magis terribilem fore. Alexandrum vero ei respondisse, ita ut verba ab adstantibus intelligi possent: Furtivam victoriam cum turpitudine esse conjunctam; Alexandri esse, aperto Marte, non astu victoriam consequi. Atque hæc magnifica ejus vox non tam arrogantiæ quam fortitudini in adeundis periculis tributa est. At (meâ sententiâ) summâ prudentiâ hac in re est usus. Noctu

51 Ταξιάρχην τὰς τάξεις] Iidem omnes ταξιάρχας. Mox MS. Optimus retinet ἐξόρμησιν, non ἐξόρμησον.

52 Οἴκοθεν τοῦτο ἔχουσιν] Adnotavit Vulcanius V. C. his addere ὁ περὶ ταύτης ὢν μοι εἴρηται. Ea quoque in uno Mediceo inveni. Sed non tanti sunt, ut ab Arriano venisse opiner.

53 Θαρρεῖν ἐπὶ σφίσι διαναπαύεσθαί τε καὶ ἀναπ.] In omnibus MSS. habetur διαναπαύεσθαί τε καί. Quod licet commodum satis sit, videtur tamen gratior Optimi codicis scriptura θαρρεῖ ἐπὶ τούτοις διαναπαύεσθαί τε καί, & ad eam reliqui collineant.

54 Ὅτι οἱ ἄλλοι] MS. Opt. ὅτι καὶ ἄλλοι. Tum etiam καὶ ἄνευ σοφίσματος non δίχα.

τοῖς τε ἀποχρώντως καὶ τοῖς ἐνδεῶς πρὸς τὰς μάχας παρεσκευασμένοις, πολλὰ ἐκ τοῦ παραλόγου ξυμβάντα, τοὺς μὲν ἔσφηλε τοὺς κρείσσονας, τοῖς χείροσι δὲ παρὰ τὰ ἐξ ἀμφοῖν ἐλπισθέντα τὴν νίκην παρέδωκεν, αὐτῷ τε κινδυνεύοντι τὸ πολὺ ἐν ταῖς μάχαις σφαλερὰ[55] ἡ νὺξ κατεφαίνετο· καὶ ἅμα ἡττηθέντι τι αὖθις Δαρείῳ, τὴν ξυγχώρησιν, τοῦ χείρονι ὄντι χειρόνων ἡγεῖσθαι[56], ἡ λαθραία τε καὶ νυκτερινὴ ἐκ σφῶν ἐπίθεσις ἀφῃρεῖτο. Εἴ τέ τι ἐκ τοῦ παραλόγου πταῖσμα σφίσι ξυμπέσοι, τοῖς μὲν πολεμίοις τὰ κύκλῳ φίλια, καὶ αὐτοὶ τῆς χώρας ἔμπειροι· σφεῖς δὲ ἄπειροι ἐν πολεμίοις τοῖς πᾶσιν, ὧν οὐ μικρὰ μοῖρα οἱ αἰχμάλωτοι ἦσαν, ξυνεπιθησόμενοι ἐν νυκτὶ, μὴ ὅτι πταίσασιν, ἀλλὰ καὶ εἰ μὴ παρὰ πολὺ νικῶντες φαίνοιντο. Τούτων τε τῶν λογισμῶν ἕνεκα ἐπαινῶ Ἀλέξανδρον, καὶ τοῦ ἐς τὸ φανερὸν ὑπερόγκου, οὐ μεῖον. 11 Δαρεῖος δὲ καὶ ὁ ξὺν Δαρείῳ στρατὸς, οὕτως ὅπως τὴν ἀρχὴν ἐτάξατο, ἔμειναν τὴν νύκτα ξυντεταγμένοι· ὅτι οὔτε στρατόπεδον αὐτοῖς περιεβέβλητο ἀκριβὲς, καὶ ἅμα ἐφοβοῦντο μή σφισι νύκτωρ ἐπίθοιντο οἱ πολέμιοι. Καὶ εἴπερ τι ἄλλο, καὶ τοῦτο ἐκάκωσε τοῖς Πέρσαις ἐν τῷ τότε τὰ πράγματα, ἡ στάσις ἡ ξὺν τοῖς ἡ πολλὴ ὅπλοις, καὶ τὸ δέος, ὅ, τι περ φιλεῖ πρὸ τῶν μεγάλων κινδύνων γίγνεσθαι, οὐκ ἐκ τοῦ παραυτίκα σχεδιασθὲν, ἀλλ' ἐν πολλοῖς πολλῷ χρόνῳ μελετηθέν[57] τε, καὶ τὰς γνώμας αὐτῶν δουλωσάμενον. Ἐτάχθη δὲ αὐτῷ ἡ στρατιὰ ὧδε· ἑάλω γὰρ ὕστερον ἡ τάξις, ἥντινα ἔταξε Δαρεῖος, γεγραμμένη, ὡς λέγει Ἀριστόβουλος. Τὸ μὲν εὐώνυμον αὐτοῦ κέρας οἵ τε Βάκτριοι ἱππεῖς εἶχον, καὶ ξὺν τούτοις Δάαι, καὶ Ἀραχῶτοι[58]. ἐπὶ

Noctú enim iis qui & abunde & minus parati ad pugnam sunt, multa ex improviso accidere solent, quæ & fortioribus cladem, & imbecillioribus inopinatam utrisque victoriam adferant. Ipsi quoque Alexandro plerunque prælium ineunti nox periculosa videbatur. Simul victo rursum Dario, clancularia nocturnaque à suis irruptio facta, in causâ futura erat, quo minus Darius confiteretur, se pejorem pejoribus præesse. Adhæc si præter exspectationem suam Macedones cladem aliquam accepissent, hostes omnia loca circumjecta amica habere & peritos locorum esse: sese contra imperitos illorum inter hostes versaturos, quorum non parva pars erant captivi, qui quidem noctu eos invasuri essent, non si Macedones inferiores fuissent, verumetiam nisi longe superiores in victoriâ viderentur. Harum itaque cogitationum causâ, Alexandrum laudandum censeo, nihiloque secius ob tam manifestam animi altitudinem. Darius vero 11 ejusque exercitus, quemadmodum initio aciem instruxerat, ita totam noctem stetit. Neque enim castra accurate munierat, simulque metuebat ne hostes noctu impetum facerent. Et sane longa illa in armis mora, siquid aliud, Persarum rebus tum temporis damno fuit, & metus qui ante magnum aliquod prælium oriri solet, neque is quidem repentinus, sed qui multo ante tempore animos multorum insederat ac penitus subjugârat. Instruxerat autem exercitum Darius hoc modo: descriptio enim aciei post pugnam reperta est, ut tradit Aristobulus. Sinistrum cornu Bactriani equites tenebant, & cum his Daæ & Arachoti: post hos, Per-

55 *Κινδυνεύοντι τὸ πολὺ ἐς τὰς μάχας σφαλερὰ*] Quam denia est levium hominum proclivitas in negligendo, quod observare debebant? An ut Græcum illo modo explicari, aut intelligi potest *κινδυνεύειν ἐς μάχας*? aut si construi placet *ἐς τὰς μάχας σφαλερὰ*, unum verbum *κινδυνεύοντι* poterit notare *ad prælium ineundum*? An ullus qui id legit, non offendit? Attamen noster ne in octo quidem animadversionum libris id putavit advertendum: adeo purus putus est hic linguæ Græcæ usus. Et tamen hæc lectio undecunque (nam nescio unde) ingressa in editionem unam Vulcanii. Hinc absurditas illa ad nostra secula se produxit, & ulterius proditet, nisi intercedendum putaremus. Quum fiat id in tanta luce; etiam miramur quî tot præclara scripta per vastam adeo barbariem sint corrupta? MSSti omnes, etiam editio Basileensis, etiam v. c. notus ex chirographo Vulcanii, *ἐν ταῖς μάχαις*. Et omnia potius credam, quam non sic quoque legi in Gandavensi & Richeliano libris, quos nunquam potius, quam aliquando inspectos dicas. Sensus est, etiam ipsi dimicanti vel maxime, aut quia & ipse dimicare strenue ac periculo se committere solebat, visam fuisse præsertim vitandam noctem.

56 *Χείρονι ὄντι χειρόνων ἡγεῖσθαι*] Optimus *ὄντι καὶ χειρόνων*, non sine emphasi.

57 *Ἐν πολλοῖς πολλῷ χρόνῳ μελετηθὲν*] Sic quidem & Vulcanius *qui multo ante tempore multorum animos insederat*. Quasi non & omnium animos hæc timida cogitatio opprimeret. Facius vero *γενικῶς mortalium animos* dixit. Et sane in nullo prorsus vetusto codice, nedum in Optimo istud *πολλοῖς* apparuit, & jubeo exulare. Est enim absoluta consideratio nec de multa aut certa parte hominum, sed sine definitione quoscunque complectens; & vix poterit dari vel unus Persa, quem non tale quid anxerit. Et sane quis homo tanti roboris, quem non *ἐν ξυροῦ ἀκμῇ* invadant cogitationes de levitate vel fortunæ ipsius, vel rerum humanarum atque etiam de maximo instante momento, præsertim ubi perculere jam tot adversa? Mox pro *τὰς γνώμας αὐτῶν δουλωσάμενον* in omnibus antiquis scriptum est *αὐτοῖς*: sed & Optimus *τὴν γνώμην αὐτοῖς*. Utique hoc ipsum est Arriani, ut patet ex libro v, 17 *οἱ Μακεδόνες κατὰ γνώμην τὴν σφῶν προσδεδουλωμένοι τοῖς θηρίοις*. vi, 16 *οὕτω καὶ Ἰνδοὶ πάντες ἐδεδούλωντο ἤδη τῇ γνώμῃ πρὸς Ἀλέξανδρον*.

58 *Δάαι, καὶ Ἀραχῶτοι*] Curtius lib. iv, cap. 12 his adjungit Susios. Ubi quum annotasset Raderus se in prima editione scripsisse *Suanos*, & quum non inveniret Suanos in aliquot auctoribus, *Susianos* prætulisse: Freinshemius autem pauca verba hæc inclusisset uncis *apud Plinium tamen* vi, 1 & *Ptolem.* v, 9 *sunt Suani*: Hæc quum ita illi egissent, ergo noster alienorum anale-

ἐπὶ δὲ τούτοις Πέρσαι ἐτετάχατο, ἱππεῖς τε ὁμοῦ καὶ πεζοὶ ἀναμεμιγμένοι, καὶ Σούσιοι ἐπὶ Πέρσαις, ἐπὶ δὲ Σουσίοις Καδούσιοι. Αὕτη μὲν ἡ τοῦ εὐωνύμου κέρως, ἔστε ἐπὶ τὸ μέσον τῆς πάσης φάλαγγος, τάξις ἦν. Κατὰ δὲ τὸ δεξιὸν, οἵ τε ἐκ κοίλης Συρίας, καὶ οἱ ἐκ τῆς μέσης τῶν ποταμῶν ἐτετάχατο· καὶ Μῆδοι ἐπὶ κατὰ τὸ δεξιόν· ἐπὶ δὲ, Παρθυαῖοι καὶ Σάκαι· ἐπὶ δὲ Τόπειροι καὶ Ὑρκάνιοι· ἐπὶ δὲ, Ἀλβάνιοι καὶ Σακεσίναι· οὗτοι μὲν ἔστε ἐπὶ τὸ μέσον τῆς πάσης φάλαγγος. Κατὰ τὸ μέσον δὲ, ἵνα ἦν βασιλεὺς Δαρεῖος, οἵ τε συγγενεῖς οἱ βασιλέως ἐτετάχατο, καὶ οἱ μηλοφόροι Πέρσαι, καὶ Ἰνδοὶ, καὶ Κᾶρες οἱ ἀνάσπαστοι καλούμενοι, καὶ οἱ Μάρδοι τοξόται. Οὔξιοι δὲ, καὶ Βαβυλώνιοι, καὶ οἱ πρὸς τῇ ἐρυθρᾷ θαλάσσῃ, καὶ Σιτακηνοί[59], ἐς βάθος ἐπιτεταγμένοι ἦσαν. Προετετάχατο δὲ ἐπὶ μὲν τοῦ εὐωνύμου, κατὰ τὸ δεξιὸν τοῦ Ἀλεξάνδρου, οἵ τε Σκύθαι ἱππεῖς, καὶ Βακτριανῶν ἐς χιλίους, καὶ ἅρματα δρεπανηφόρα ἑκατόν. Οἱ δὲ ἐλέφαντες ἕστασαν κατὰ τὴν Δαρείου ἴλην τὴν βασιλικὴν[60], καὶ ἅρματα ἐς

Persæ equites simul ac pedites permisti: proximi Persis Susii. Susios Cadusii sequebantur. Et hic quidem sinistri cornu ordo erat usque ad medium totius phalangis. Dextrum cornu Cœlesyrii, & qui inter duo flumina incolunt, tuebantur. His Medi adjuncti erant: deinde Parthi ac Sacæ: secundum hos Topiri atque Hyrcani: his proximi Albani & Sacesinæ: & hi quidem usque ad mediam phalangem pertinebant. Ad medium vero, ubi Darius erat, ejus cognati collocati erant, & Persæ melophori, Indique, & Cares anaspasti vocati, ac Mardi sagittarii. Uxii vero & Babylonii, ac rubri maris accolæ, & Sitacini post hos constituti erant. Ante sinistrum porro cornu, contra dextrum Alexandri, stabant equites Scythæ, & Bactriani circiter mille, ac currus falcati centum. Elephanti circa regiam Darii turmam, & currus quinquaginta. Ante

analecta nuper, se aliter censere nec quidquam pote certius profitetur auctarius, & deinde ab Freinshemio citatos auctores velut sui inventi beneficium venditat. Improbissime quidem! Sed quod ad Curtii locum attinet, omnino pessime Susianos Susiosque poni puto: & illi *Susii* aut absunt ab MSS. aut pro illis substituuntur *Suani*, ut ex antiquissimi scripti collatione monet manus patris mei præter Freinshemiana in Variis Lectionibus. Quæ quum inspicio, confirmandos reor illos Suanos etiam munimento Arriani. Videntur enim Curtiani Suani respondere illis Arriani mox sequentibus: **προσετάχατο δὲ ἐπὶ μὲν τοῦ εὐωνύμου οἵ τε Σκύθαι ἱππεῖς, καὶ Βακτριανῶν** (**Βακτρίων** notat Vulcanius ex V. C. sed ego nullam varietatem deprehendi) **ἐς χιλίους καὶ ἅρματα δρεπανηφόρα ἑκατόν.** Quibus si ab tergo apponantur utpote præcessoribus **αὐτοὶ Βακτριοι ἱππεῖς καὶ ξυντεταγμένοι Δάαι καὶ Ἀραχῶται**, an non plane dices horum omnium interpretem esse Curtium citato loco? *In lævo cornu Bactriani ibant equites mille admodum. Dahæ totidem & Arachosii Suanique quatuor millia explebant. Hos centum falcati currus sequebantur.* Plane enim Suani erant Scytharum genus, ut apparet ex Plinio & Ptolemæo, sed situ Geographico plane non componendi cum Dahis aut Arachotis, verum versus Dioscuriada urbem & vicina Ponti Euxini, ut patet ex loco Plinii, præsertim si & Strabonis Soanes sint iidem, ut vult Holstenius, unde vix potuit auxilia habere Darius; ut circa Arachosiam opiner latere ignotos Suanos. Deinde fateor quidem à Curtio etiam Daas nominari, sed ego valide credo Arachotis non nisi Drangas fuisse junctos, non Daas. Quæ autem mox in longa animadversione dicuntur de cognatis magni regis, si inspexeris Freinshemianas ad Curtium III, 3, 7 notas, negabis quidquam esse in illis præter continuum spolium improbe istinc detractum: sicut de agemate loca Diodori, Appiani, Livii, Polybii, Hesychii omnia habet Freinshemius idem in indice Curtiano.

59 **Οὔξιοι δὲ καὶ Βαβυλώνιοι, καὶ οἱ πρὸς τῇ Ἐρυθρᾷ θαλάσσῃ καὶ Σιτακηνοί**] MSS. duo & editio Basileensis per geminum **τὸ Σιττακηνοί**, etsi non id annotarim cap. 8. Cæterum verba hæc sunt prorsus egregia, & de quibus infinitas laudes gratesque agere Arriano cogimur, utpote unica ad inveniendam viam restituendi verborum Curtii, quæ in ancipiti jacentia nuper etiam contaminata sunt ex libro IV cap. 12 de hac ipsa structura. *Hunc Armenii quos minores appellant, Armenios Babylonii, utrosque Belitæ & qui montes Cossæorum incolebant, sequebantur.* Ortelius in Thesauro maluit istos sub vocabulo Bellitarum citare, etsi fateatur alium codicem uno *l*. Nihil tutius fieri ab Freinshemio poterat, quam silere ⁊ ubi nihil videbat præter tenebras. At quid noster nuperus? inducere ausus est duo illa verba *utrosque Belitæ*, non secus quam ex sese ausus est expellere omnem morem, legemque & verecundiam: immo & fuit, qua urbanos cives urbis Libycæ putaret sub signis Alexandri militasse. Id vero melius est & non æque ridiculum, quam id quo nescio quis similis gentium spectator Hispanos arcessebat. Denique putidissime exædificati sunt Babylonii Belitæ. Quanti porci margaritas male tractant! Scripsit Curtius, *utrosque Arbelitæ.* Hoc gentile agnoscit Stephanus **Ἄρβηλα, οἱ κάτοικοι Ἀρβηλῖται.** Hæc Arbela aut urbs aut vicus dicitur, sed talia illa interpretari decet, ut integram regionem & **κατοικίας** æquet, quæ solet vocari **Ἀρβηλῖτις.** Jam vero notat Ortelius hanc Arbelitin à Plinio censeri eandem quæ interdum vocatur Sittacene vel Palæstine. Quod verum est. Verba Plinii sunt VI, 27. *Inter has gentes atque Mesenen Sittacene est, eadem Arbelitis & Palæstine dicta. Oppidum ejus Sittace Græcorum ab ortu est*, quum ante dixisset Sittacenen & Susianen & Persida includere ab meridie Mediam. Hinc licet alii scriptores differentiam statuerint, patet satis eosdem, quos Sitacenos dixit Arrianus, ab aliis & hinc Curtio appellatos Arbelitas.

60 **Κατὰ τὴν Δαρείου ἴλην τὴν βασιλικὴν**] Video vertisse Vulcanium *circa regiam Darii turmam*; ut nescio an idem voluerit Facius, ita eum paulo aliter *circa alam regiam*. Certe quum attendo, appellatio regis Persici, vel maxime nunc otiosa est, neque uspiam vocabatur ejus **βασιλικὴ ἴλη**, sed semper & solius Macedonis, ut ex omnibus fere paginis constat. Jam vero nihil minus verum videtur, quam elephantos circa alam regiam Darii constitisse. Nempe ab utroque latere Darii dicit statim Græcos mercenarios & Persas, quos utique illic non vocat **βασιλικὴν ἴλην**, collocatos fuisse. Denique vocula **κατὰ** quum adhibetur in construendis aciebus ab Arriano, persæpe non notat *circa*, sed manifeste *contra*, ut omnino hic intelligatur ala regia Alexandri, cui fuerint oppositi elephanti. Sic namque statim **κατὰ τὴν φάλαγγα τῶν Μακεδόνων.** Sic paulo ante **κατὰ τὸ δεξιὸν τοῦ Ἀλεξάνδρου**, etsi non diffitear alibi etiam *circa*

Macedonica acies.

ἐς πεντήκοντα. Τοῦ δὲ δεξιοῦ οἵ τε Ἀρμενίων καὶ Καππαδοκῶν ἱππεῖς προσετετάχατο, καὶ ἅρματα δρεπανηφόρα πεντήκοντα. Οἱ δὲ Ἕλληνες οἱ μισθοφόροι παρὰ Δαρεῖόν τε αὐτὸν ἑκατέρωθεν, καὶ τοὺς ἅμα αὐτῷ Πέρσας, κατὰ τὴν φάλαγγα αὐτὴν τῶν Μακεδόνων, ὡς μόνοι δὴ ἀντίρροποι τῇ φάλαγγι, ἐτετάχθησαν. Ἀλεξάνδρῳ δὲ ἡ στρατιὰ ἐκοσμήθη ὧδε. Τὸ μὲν δεξιὸν αὐτῷ εἶχον τῶν ἱππέων οἱ ἑταῖροι, ὧν προετέτακτο ἡ ἴλη ἡ βασιλική, ἧς Κλεῖτος ὁ Δρωπίδου ἰλάρχης ἦν. Ἐπὶ δὲ ταύτῃ ἡ Γλαυκίου ἴλη· ἐχομένη δ' αὐτῆς, ἡ τοῦ Ἀρίστωνος· ἐπὶ δὲ ἡ Σωπόλιδος τοῦ Ἑρμοδώρου· ἐπὶ δὲ, Ἡρακλείτου τοῦ Ἀντιόχου· ἐπὶ ταύτῃ δὲ, ἡ Δημητρίου τοῦ Ἀλθαιμένους· ταύτης δὲ ἐχομένη, ἡ Μελεάγρου· τελευταία δὲ τῶν βασιλικῶν ἰλῶν, ἧς Ἡγέλοχος ὁ Ἱπποστράτου ἰλάρχης ἦν. Ξυμπάσης δὲ τῆς ἵππου τῶν ἑταίρων Φιλώτας ἦρχεν ὁ Παρμενίωνος. Τῆς δὲ φάλαγγος τῶν Μακεδόνων ἐχόμενον τῶν ἱππέων πρῶτον τὸ ἄγημα ἐτέτακτο τῶν ὑπασπιστῶν, καὶ ἐπὶ τούτῳ οἱ ἄλλοι ὑπασπισταί· ἡγεῖτο δὲ αὐτῶν Νικάνωρ ὁ Παρμενίωνος· τούτων δὲ ἐχομένη ἡ Κοίνου τοῦ Πολεμοκράτους τάξις ἦν· μετὰ δὲ τούτους, ἡ Περδίκκου τοῦ Ὀρόντου, ἔπειτα ἡ Μελεάγρου τοῦ Νεοπτολέμου, ἐπὶ δὲ ἡ Πολυσπέρχοντος τοῦ Σιμμίου, ἐπὶ δὲ ἡ Ἀμύντου τοῦ Φιλίππου· ταύτης δὲ ἡγεῖτο Σιμμίας, ὅτι Ἀμύντας ἐπὶ Μακεδονίας ἐς ξυλλογὴν στρατιᾶς [61] ἐσταλμένος ἦν· τὸ δὲ εὐώνυμον τῆς φάλαγγος τῶν Μακεδόνων ἡ Κρατεροῦ τοῦ Ἀλεξάνδρου τάξις εἶχε. καὶ αὐτὸς Κρατερὸς ἐξῆρχε τοῦ εὐωνύμου τοῦ πεζοῦ, καὶ ἱππεῖς ἐχόμενοι αὐτοῦ οἱ ξύμμαχοι, ὧν ἡγεῖτο Ἐριγύϊος ὁ Λαρίχου. Τούτων δὲ ἐχόμενοι ὡς ἐπὶ τὸ εὐώνυμον κέρας οἱ Θεσσαλοὶ ἱππεῖς, ὧν ἦρχε Φίλιππος ὁ Μενελάου [62]. Ξύμπαν δὲ τὸ εὐώνυμον ἦγε Παρμενίων ὁ Φιλώτα, καὶ ἀμφ' αὐτὸν οἱ τῶν Φαρσαλίων ἱππεῖς οἱ κράτιστοί τε καὶ πλεῖστοι τῆς Θεσσαλικῆς ἵππου ἀνεστρέφοντο [63]. Ἡ μὲν ἐπὶ μετώπου τάξις Ἀλεξάνδρου

te dextrum cornu Armenii equites & Cappadoces, curruſque falcati quinquaginta. Græci autem mercenarii utrinque Darium & Perſas ei adſtantes cingebant, phalangi Macedonum oppoſiti, ut qui ſoli virtute pares illis eſſent. Alexandri autem acies ita inſtructa fuit. Dextrum cornu tuebatur equitatus amicorum, ex quo priore loco collocata turma regia, cui Clitus Dropidæ filius præerat. Huic adjuncta erat Glauciæ turma: proxima huic, Ariſtonis: inde, Sopolidis Hermodori filii: poſt hanc Heracliti Antiochi F. ab hac Demetrii Althæmenis filii: hanc ſequebatur Meleagri: ultima vero regiarum turmarum, illa cui Hegelochus Hippoſtrati F. præfectus erat. Univerſo autem equitatui amicorum Philotas Parmenionis F. præerat. At phalangi Macedonicæ, quæ equitibus conjuncta erat, proxime ſtatutum eſt agema ſcutatorum, & ab hoc alii ſcutati, quorum dux erat Nicanor Parmenionis F. Huic proximum erat agmen Cœni Polemocratis F. deinde Perdiccæ Orontis F. mox Meleagri Neoptolemi F. deinde Polyſperchontis Simmiæ F. ab hoc Amyntæ Philippi F. Hujus agminis dux erat Simmias, quod Amyntas in Macedoniam ad conſcribendum militem miſſus eſſet. Siniſtram phalangis Macedonicæ partem tenebat agmen Crateri Alexandri F. & Craterus quidem univerſo peditatui ad ſiniſtrum cornu præerat. Huic proximi erant equites ſociorum, quibus præfectus erat Erigyius Larichi F. Hos proxime ſequebantur verſus lævum cornu Theſſali equites, quos ducebat Philippus Menelai F. Univerſo autem equitatui ſiniſtri lateris imperabat Parmenio Philotæ F. Circa hunc Pharſeliorum equites ſtabant, qui & præſtantiſſimi & plurimi ex Theſſalico equitatu erant. In hunc modum Alexan- 12

circa vel *in* vel *ad* ſignificare. Denique in principio capitis 13. plane id dicit, quod volumus. ἀμφὶ Δαρεῖος καὶ οἱ ἀμφ' αὐτὸν, οἵ τε μηλοφόροι Πέρσαι καὶ Ἰνδοὶ καὶ Ἀλβανοὶ καὶ Κᾶρες οἱ ἀνάστατοι καὶ οἱ Μάρδοι τοξόται κατ' αὐτὸν Ἀλέξανδρον τεταγμένοι καὶ τὴν ἴλην τὴν βασιλικήν.

61 Ἐς ξυλλογὴν στρατιᾶς] Quum MS. ille Optimus tam eximia ſui documenta ediderit, opinor non prætermittendum eſſe, quod in eo nunc legatur ἐς ξυλλογὴν, etſi ea voce collectionem vel conſcriptionem ſignatam fuiſſe exempla huc uſque non probaverint, de quo forſan aliquid ſequetur IV, 7.

62 Φίλιππος ὁ Μενελάου] In plurimis MSS. immo omnibus illis ſecundi generis legitur Μενίλλου, unde etiam Facius dedit *Menili*. In Auguſt. Μενίλλου, unde etiam in Latinis ſtatim correxit Vulcanius *Menilli*, etiam pagina 71 editionis ſuæ notans *V. C. ſemper aut ſupra habuit* μενίλλου, quum illa orta videantur ex erronea confuſione literarum Λ & Λ. Vera Arriani manus in Optimo habetur Μενέλεω, tanquam maluiſſet hoc loco dialectum variare ab eo quod poſuit I, 15 & III, 25. Sicut ab omnibus præferri potuit Λεωφίλου, etiam ab ipſo III, 21. Etiam notat Vulcanius ex V. C. Φαρσηλίων & mox οἱ καλλίμαχοι τὸ σφῶν, quæ nonniſi ex peioribus ipſe reſcivi. Sed cur ita caperant frontem adverſus illa Παρμενίων ὁ Φιλώτα? & quod nemo unquam dubitavit, multis teſtimoniis ex Arriano adfirmatum eunt, nempe Parmenionem fuiſſe Philotæ patrem? Certe Parmenion fuit pater Philotæ. Quid igitur? an hoc vetat, quo minus & ipſe Parmenion fuerit Philotæ filius, non ejuſdem (quis enim id non videt?) ſed alterius, & qui Parmenionis filii fuerit avus? An non frequenter nomina avorum in nepotibus repetita deprehendas? Nonne libro VI & Cyrus dicitur Cambyſis filius, & Cambyſes Cyri filius, & utrumque æque recte? Haberet aliquid momenti in ſe hæc dubitatio, ſi oſtenderent Parmenionis patrem alio nomine appellatum fuiſſe, non Philotam.

63 Ἀμφ' αὐτὸν οἱ τῶν Φ. ἱ. οἱ κράτιστοί τε καὶ πλεῖστοι τῆς Θεσσ.]

ἄπαν

ἔνθω ὧδε κεκόσμητο [64]. Ἐπετάξε δὲ καὶ δευτέραν τάξιν, ὡς εἶναι τὴν φάλαγγα ἀμφίστομον. καὶ παρηγγέλλετο τοῖς ἡγεμόσι τῶν ἐπιτεταγμένων, εἰ κυκλουμένους τοὺς σφῶν πρὸς τοῦ Περσικοῦ στρατεύματος κατίδοιεν, ἐπιστρέψαντας ἐς τὸ ἔμπαλιν δέχεσθαι τοὺς βαρβάρους· ἐς ἐπικαμπὴν δὲ [65], εἴπου ἀνάγκη καταλαμβάνοι, ἢ ἀναπτύξαι ἢ ξυγκλεῖσαι τὴν φάλαγγα. Κατὰ μὲν τὸ δεξιὸν κέρας ἐχόμενοι τῆς βασιλικῆς ἴλης τῶν Ἀγριάνων ἐτετάχατο οἱ ἡμίσεες, ὧν ἡγεῖτο Ἄτταλος, καὶ μετὰ τούτων οἱ Μακεδόνες οἱ τοξόται [66], ὧν Βρίσων ἦρχεν· ἐχόμενοι δὲ τῶν τοξοτῶν, οἱ ἀρχαῖοι καλούμενοι ξένοι [67], καὶ ἄρχων τούτων Κλέανδρος. Προετετάχατο δὲ τῶν τε Ἀγριάνων καὶ τῶν τοξοτῶν οἵ τε πρόδρομοι ἱππεῖς [68] καὶ οἱ Παίονες, ὧν Ἀρέτης καὶ Ἀρίστων ἡγοῦντο. Ξυμπάντων δὲ προτεταγμένοι ἦσαν οἱ μισθοφόροι ἱππεῖς, ὧν Μενίδας ἦρχε. Τῆς δὲ βασιλικῆς ἴλης καὶ τῶν ἄλλων ἑταίρων προτεταγμένοι ἦσαν τῶν τε Ἀγριάνων καὶ τῶν τοξοτῶν οἱ ἡμίσεες, καὶ οἱ Βαλάκρου ἀκοντισταί, οὗτοι κατὰ τὰ ἅρματα τὰ δρεπανηφόρα ἐτετάχατο. Μενίδα δὲ καὶ τοῖς ἀμφ' αὐτὸν παρήγγελτο, εἰ περιιππεύοιεν οἱ πολέμιοι τὸ κέρας σφῶν, ἐς πλαγίους ἐμβάλλειν αὐτοὺς ἐπικάμψαντας. Τὰ μὲν ἐπὶ τοῦ δεξιοῦ κέρως οὕτως ἐτέτακτο Ἀλεξάνδρῳ. Κατὰ δὲ τὸ εὐώνυμον, ἐς ἐπικαμπήν, οἵ τε Θρᾷκες ἐτετάχατο, ὧν ἡγεῖτο Σιτάλκης. Καὶ ἐπὶ τούτοις οἱ ξύμμαχοι ἱππεῖς, ὧν ἦρχε Κοίρανος. Ἐπὶ δὲ οἱ Ὀδρύσαι ἱππεῖς, ὧν ἡγεῖτο Ἀγάθων ὁ Τυρίμμα. Ξυμπάντων δὲ ταύτῃ προ-

Alexander aciem à fronte instruxit. Alium vero etiam ordinem superadjecit, ut anceps ac versatilis phalanx esset, traditis mandatis ducibus ejus agminis quod superaddiderat, ut si circumveniri suos à Persico exercitu cernerent, retrorsum conversi barbaros exciperent, ita sese flectentes, ut & laxare & coartare phalangem, si necessitas aliqua id postularet, possent. Ad dextrum quidem cornu proxima regiæ turmæ collocata erat Agrianum pars altera, quos Attalus ducebat. Post hos Macedones sagittarii, quibus præerat Briso. Sagittariis adjuncti erant ii quos veteranos exteros nominant, quorum dux erat Cleander. Ante Agrianas positi erant equites antecursores & Pæones, quos Aretes atque Aristo ducebant. Universis autem præstituti erant equites mercenarii, Menida duce. Regiæ autem turmæ aliisque amicis præposita erat Agrianum & sagittariorum pars altera, & jaculatores quibus Balacrus præerat, adversus currus falcatos dispositi. Porro Menidæ & iis quos circa se habebat, imperatum est, ut si hostes cornu suum circumequitarent, ex transverso in eos irrumperent. Et hæc quidem in dextro cornu ita sunt ab Alexandro constituta. Ad lævum vero cornu reflexâ acie Thraces collocati sunt, quos ducebat Sitalces. Post hos equites auxiliares, quibus præerat Cœranus. Ab his Odrysæ equites, ductore Agathone Tyrimmæ filio. Universis autem hac parte

ἵππη ἀνεστρέφοντο] In MS. uno ἀνεστρέφοντο, quomodo & Basileenses dederunt, sed in Optimo libro id verbum plane omissum est, & vix dubitandum quin merito. Nam & libro I dixit τοῖς σωματοφύλαξι καὶ τοῖς ἀμφ' αὐτὸν ἑταίροις.

64 Ὧδε ἐκόσμητο] In uno erat ἐκεκόσμητο, ut & in V.C. notaverat Vulcanius; sed in Opt. & duobus aliis ὧδε κεκόσμητο. In eodem Opt. erat παρήγγελτο, non παρηγγέλλετο, ut circa finem capitis 14 repetitur οἷον παρήγγελτο αὐτοῖς. Deinde etiam non πρὸς τοῦ Περσικοῦ, sed ὑπὸ τοῦ.

65 Ἐς ἐπικαμπὴν δὲ] Parum caute in hoc loco vertendo se gesserunt Vulcanius simul ac Facius, non secus ac si de una modo conversione ageretur: & quid in hoc negotio differt *convertere* & *flectere*? Facile quod dico apparebit, si hæc ad ipsos comparentur *conversi retro* (hoc est toto corpore) *barbaros exciperent; in obliquum vero* (vel *latera* sc. conversi) *si necessitas aliqua postularet, aut laxare, aut coarctare* &c. Sic enim interpretatio est integra. Vult enim, ut non modo ab posteriore parte excipiant Persas, sed etiam ex obliquo & lateribus, ut ad illa se converterent, si inde accederent hostes.

66 Μακεδόνες οἱ τοξόται] Non quidem nego potuisse etiam Macedonas esse sagittarios. Sed quum nuspiam præterea eorum in his libris Arrianus meminerit, ac Curtius quoque tam diserte referat, *Hic Agriani erant, quibus Attalus præerat, adjunctis sagittariis Cretensibus*, non possum non testatum relinquere, videri mihi aliquid mirifice aut suspectum aut memorandum in his verbis. Si ex libro primo revisas capp. 5 & 6 & 15 & 29, si etiam libro II caput 20, cernes Ἀγριᾶνας καὶ τοξότας junctim semper positos, sine tali differentia: quam tamen nunc inductam videtur significare hic specialis locus, ut quum adeo multos ex Asia jam admisisset militia Macedonica peritos arcuum & sagittarum, augeri & discerni corpora eorum & nomina placuerit. Id quod perspicue videntur indicare sequentia.

67 Ἀρχαῖοι καλούμενοι ξένοι] *Quos veteranos exteros nominant.* Putes quosdam Ἐπιξένους fuisse, ut erant Ἐπίγονοι, Ἐπιδιστάδαι. Quos tamen mirum est nunc demum commemorari, & nuspiam vel ante vel posthac. Vide, an non potius hi essent nominandi omnium recentissimi; quum hoc sit tempus, quo quatuor millia Græcorum ex Peloponneso à Cleandro adducta legimus lib. II cap. 20, qui ipsi potuerunt fuisse. Nec enim suspicari libet Ἀχαιοί. Agnoscamus ergo non in sagittariis modo contigisse mutationem, sed etiam agmina τῶν ξένων accepisse aliquid peculiare, ut distinguerentur in priscos, qui ex Macedonia cum rege ierant, & novellos nunc adscitos.

68 Οἵ τε πρόδρομοι ἱππεῖς] Sic rursus cap. 21 τοὺς προδρόμους ἱππέας. Sed tamen ab Opt. abest vox postrema. Habuimus equidem supra cap. 8 ἀναλαβὼν τὴν βασιλικὴν ἴλην... καὶ τοὺς προδρόμους τοὺς Παίονας. Quod autem noster postea ex Gandensi libro legit οἱ Βαλάκρου ἀκοντισταί, mirum, si non in eo lateat aliquid φωνητικόν, & Gandensis ille liber sint notæ Freinshemii ad Curtium IV, 13, 18, qui & ipse indecenter Loccenii meritum celavit: is enim solus, quicquid garriant, primus auctor est: non MSSti, qui omnes in vitiosum conspirant.

προσετάχθη ἡ ξενικὴ ἵππος ἡ τῶν μισθοφόρων, ὧν Ἀνδρόμαχος ὁ Ἱέρωνος ἡγεῖτο. Ἐπὶ δὲ τοῖς σκευοφόροις, οἱ ἀπὸ Θρᾴκης πεζοὶ ἐς φυλακὴν ἐτάχθησαν. Ἡ πᾶσα δὲ στρατιὰ Ἀλεξάνδρου, ἱππεῖς μὲν ἐς ἑπτακισχιλίους, πεζοὶ δὲ ἀμφὶ τὰς τέσσαρας μυριάδας. 13 Ὡς δὲ ὁμοῦ ἤδη τὰ στρατόπεδα ἐγίγνετο, ὤφθη Δαρεῖός τε, καὶ οἱ ἀμφ' αὐτὸν, οἵ τε μηλοφόροι Πέρσαι, καὶ Ἰνδοὶ, καὶ Ἀλβανοὶ, καὶ Κᾶρες οἱ ἀνάσπαστοι, καὶ οἱ Μάρδοι τοξόται κατ' αὐτὸν Ἀλέξανδρον τεταγμένοι καὶ τὴν ἴλην τὴν βασιλικήν. Ἦγε δὲ ὡς ἐπὶ τὸ δεξιὸν τὸ αὐτοῦ Ἀλέξανδρος μᾶλλον[69], καὶ οἱ Πέρσαι ἀντιπαρῆγον, ὑπερφαλαγγοῦντες ἐς πολὺ ἐπὶ τῷ σφῶν εὐωνύμῳ. Ἤδη τε οἱ τῶν Σκυθῶν ἱππεῖς παριππεύοντες ἥπτοντο τῶν προτεταγμένων τῆς Ἀλεξάνδρου τάξεως· καὶ Ἀλέξανδρος ἔτι ὅμως ἦγεν ἐπὶ δόρυ, καὶ ἐγγὺς ἦν τοῦ ἐξαλλάσσειν[70] τοῦ ὡδοπεποιημένου πρὸς τῶν Περσῶν χώρου. Ἔνθα δὴ δείσας Δαρεῖος, μὴ προχωρησάντων ἐς τὰ οὐχ ὁμαλὰ τῶν Μακεδόνων ἀχρεῖα σφίσι γένηται τὰ ἅρματα, κελεύει τοὺς προτεταγμένους τοῦ εὐωνύμου περιϊππεύειν τὸ κέρας τὸ δεξιὸν, ᾗ Ἀλέξανδρος ἦγε, τοῦ μηκέτι προσωτέρω αὐτοὺς ἐξάγειν τὸ κέρας. Τούτου δὲ γινομένου, Ἀλέξανδρος ἐμβάλλειν κελεύει ἐς αὐτοὺς, τοὺς μισθοφόρους ἱππέας, ὧν ἡγεῖτο Μενίδας· ἀντεκδραμόντες δὲ ἐπ' αὐτοὺς οἵ τε Σκύθαι ἱππεῖς καὶ τῶν Βακτρίων οἱ ξυντεταγμένοι τοῖς Σκύθαις, ἐκθλίβουσιν ὀλίγους ὄντας πολλῷ πλείονες. Ἀλέξανδρος δὲ τοὺς[71] περὶ Ἀρέτην τε Παίονας καὶ

parte præpositi sunt equites exteri mercenarii, quibus præfectus erat Andromachus Hieronis F. Impedimentis Thracum peditatus præsidio positus est. Erat autem totus Alexandri exercitus, equites ad septem millia, pedites circiter XLM. Postquam vero 13 jam propiores inter se exercitus facti sunt, videbatur Darius, & qui circa illum erant, melophori Persæ, Indi, Albani, Cares anaspasti, & Mardi sagittarii adversus ipsum Alexandrum turmamque regiam sese opposuisse. Alexander magis versus dextrum cornu aciem ducit. Persæ contra procedunt, ad sinistrum cornu phalangem circumducentes. Jamque fere Scytharum equitatus eos qui Alexandri agmini præstituti erant attigerat, Alexander tamen nihilominus in dextrum cornu ducebat, jamque propemodum ad eum locum pervenerat, quem Persæ adæquaverant: quum Darius metuens ne Macedonibus ad loca non plana progressis, currus falcati inutiles sibi fierent, jubet ut qui ante sinistrum latus positi erant, dextrum cornu circumequitent, qua Alexander suos ducebat, ne producendi longius cornu Alexandro facultas esset. Quo facto Alexander equites mercenarios, quos Menidas ducebat, invadere eos jubet. Sed quum Scytharum equites, & qui ex Bactrianis Scythis conjuncti erant, ex adverso acriter in eos invehentes extunderent illos paucos ipsi multo plures, Alexander Aretam

69 Ἦγε δὲ ὡς ἐπὶ τὸ δεξιὸν τὸ αὐτοῦ Ἀλέξανδρος μᾶλλον] *Alexander magis adversus dextrum cornu aciem ducit.* Qua versione nihil aliud præstitit Vulcanius, nisi ut ex falsa Faciana fecerit dubiam, ita tamen ut & ipsa in falsam recidat. Quod enim illud cornu dextrum, adversus quod aciem ducit Alexander? id non potest aliud esse præter hostile: at sic Facius, *adversus dextrum Darii cornu longius producit aciem.* Id vero palam falsum, palam contrarium est verbis Arriani, qui non Δαρείου, sed αὐτοῦ dicit. Sic omnia perperam. Verte: *Alexander magis dextram partem versus duxit.* Et quare id fecerit, manifestum est ex Curtio, nempe ob murices indicatos: ideo scribit ille, *Alexander cum insidiarum locum circumiret, & Dario, qui lævum cornu tuebatur, occurreret.* Neque etiam sequentia sic intelligenda erant, *Persæ contra procedunt* (id non est ἀντιπαράγειν) *ad sinistrum cornu phalangem circumducentes,* (nondum agitur de circumducenda phalange; id enim statim demum Darius imperat) sed *Persæ pari modo se extendunt, ita ut sinistrum ipsorum cornu multo longius porrigerent.* Mox etiam in Optimo erat ὑπερφαλαγγοῦντες πολὺ, non ἐς πολύ.

70 Ἐγγὺς ἦν τοῦ ἐξαλλάσσειν] Vulcanius, *jamque propemodum ad eum locum pervenerat.* Miserrime ad Faciana *ac jam prope erat, ut locum excederet, quem Persæ æquaverant,* quæ sunt præstantissima & verissima.

71 Ἀντεκδραμόντες δὲ ἐπ' αὐτοὺς οἵ τε Σκύθαι ἱππεῖς καὶ τῶν Βακτρίων οἱ ξυντεταγμένοι τοῖς Σκύθαις, Ἀλέξανδρος δὲ τοὺς &c.] Mire intricatus locus, & si ullus, desperata medicina proditus. Quantum video, hujus vulgatæ auctor est Vulcanius, quam tantum abest, ut adeo somnolente sequi debuerit nuperus editor, ut contra subsistere nullo modo posse dicendum sit. Non enim licet Vulcanius arrepto opportune subsidio ex Latina constructione *quum inveherentur* aliquo modo ea composuerit, ut sine offensa legi possint, idcirco Græcis satisfactum est. Quæ quidem sic exhibentur, ut necessario fateri oporteat vel periisse aliqua, vel debuisse concipi hoc modo ἀντεκδραμόντων * τῶν τε Σκυθῶν ἱππέων καὶ τῶν Βακτρίων τῶν ξυντεταγμένων, Ἀλέξανδρος &c. quod penitus in Latinis etiam expressit Vulcanius. In MSS. quos versavi, ludi apparent satis insipidi, & tamen nuspiam majore consensu in discrepantibus supplementis. Nam post vocem Σκύθαις adjecta in duobus erant talia ἐνέβαλον καὶ ἐγκλίνουσιν οἱ βάρβαροι: quod totum quum expresserint quoque Basileenses, quæ libido aut Vulcanii ista aut Stephani, ut tot voces ab eis expellerentur? In alio reperi ἐμβάλλουσι καὶ ἐγκλίνουσιν οἱ βάρβαροι, quod ipsum novissime ex V. C. adscripsit quoque Vulcanius. Unde prorsus videtur interpolavisse quoque nonnihil versionem suam Facius. *Ceterum Scythis ac Bactrianis equitibus, qui Scythis juncti erant, in se* (hoc intelligi nequit) *ex adverso acriter invectis, impetum non tulerunt.* In alio illud ἐνέβαλον erat omissum, sed postea superscriptum. Quæ sicuti nihil juvant, & ex sequentibus videntur erronee revocata; tamen, quum sic omnes hariolentur, an non mirari libet Gandenses & Richelianos libros, qui sic jactantur, altum in loco tam miserabili velut soporatos silere? Inexplicabiles profecto essent hæ erraticæ ineptiæ, nisi succurreret liber Optimus; ex quo solo videor restituere posse quod excidit, quodque ab Arriano venit. Nempe ille sic habet

καὶ τοὺς ξένους ἐμβαλεῖν τοῖς Σκύθαις ἐκέλευσε· καὶ ἐκκλίνουσιν οἱ βάρβαροι. Βάκτριοι δὲ οἱ ἄλλοι [72] πελάσαντες τοῖς Παίοσί τε καὶ ξένοις, τούς τε σφῶν φεύγοντας ἤδη ἀνέστρεψαν ἐς τὴν μάχην, καὶ τὴν ἱππομαχίαν ξυστὴν ἐποίησαν· καὶ ἔπιπτον μὲν πλείους τῶν Ἀλεξάνδρου, τῷ τε πλήθει τῶν βαρβάρων βιαζόμενοι, καὶ ὅτι αὐτοί τε οἱ Σκύθαι καὶ οἱ ἵπποι αὐτοῖς ἀκριβέστερον ἐς φυλακὴν πεφραγμένοι ἦσαν. Ἀλλὰ καὶ ὣς τάς τε προσβολὰς αὐτῶν ἐδέχοντο οἱ Μακεδόνες, καὶ βίᾳ κατ᾽ ἴλας προσπίπτοντες [73] ἐξώθουν ἐκ τῆς τάξεως. Καὶ ἐν τούτῳ τὰ ἅρματα τὰ δρεπανηφόρα ἀφῆκαν οἱ βάρβαροι κατ᾽ αὐτὸν Ἀλέξανδρον, ὡς ἀναταράξοντες αὐτῷ τὴν φάλαγγα. καὶ ταύτῃ μάλιστα ἐψεύσθησαν. Τὰ μὲν γὰρ εὐθὺς ὡς προσεφέρετο, κατηκόντισαν οἵ τε Ἀγριᾶνες, καὶ οἱ ξὺν Βαλάκρῳ ἀκοντισταὶ, οἱ προτεταγμένοι τῆς ἵππου τῶν ἑταίρων· τὰ δὲ τῶν ῥυτήρων ἀντιλαμβανόμενοι, τούς τε ἀναβάτας κατέσπων, καὶ τοὺς ἵππους περιϊστάμενοι ἔκοπτον· ἔστι δὲ ἃ καὶ διεξέπεσε διὰ τῶν τάξεων· διέσχον γὰρ, ὥσπερ παρήγγελτο αὐτοῖς, ἵνα προσέπιπτε τὰ ἅρματα· καὶ ταύτῃ μάλιστα ξυνέβη αὐτά σῶα [74], καὶ οἷς ἐπηλάθη, ἀβλαβεῖς διελθεῖν· ἀλλὰ καὶ τούτων οἵ τε ἱπποκόμοι τῆς Ἀλεξάνδρου στρατιᾶς, καὶ οἱ ὑπασπισταὶ οἱ βασιλικοὶ ἐκράτησαν.

14 Ὡς δὲ Δαρεῖος ἐπῆγεν ἤδη τὴν φάλαγγα πᾶσαν, ἐνταῦθα Ἀλέξανδρος Ἀρέταν μὲν κελεύει ἐμβαλεῖν τοῖς περιϊππεύουσι τὸ κέρας σφῶν τὸ δεξιὸν, ὡς ἐς κύκλωσιν· αὐτὸς δὲ τέως μὲν ἐπὶ κέρως τοὺς ἀμφ᾽ αὐτὸν ἦγε. Τῶν δ᾽ ἐκβοηθησάντων ἱππέων τοῖς κυκλουμένοις τὸ κέρας σφῶν τὸ δεξιὸν [75], παραῤῥηξάντων τι τῆς πρώ-

retam cum Pæonibus & exteris in Scythas invehi imperat. Et barbari quidem pedem retulerunt: Bactrii alii Pæonibus atque exteris propinqui, suos in fugam versos ad pugnam retrahunt. commissoque ibi equestri prælio complures ab Alexandri partibus cadunt, tum quod multitudine barbarorum premerentur, tum etiam quod Scythæ & eorum equi tutioribus armis muniti essent. Sed vel ita Macedones eorum impetum sustinebant, & in turmas regias magnâ vi invecti earum ordines turbarunt. Barbari contra currus falcatos adversus Alexandrum immittunt, eo consilio ut phalangem disturbarent. quâ in re maxime spe suâ frustrati sunt. Statim enim atque currus emittebantur, partim Agrianes eos telis excipiebant, simulque jaculatores quibus Balacrus præerat, amicorum equitatui præstituti; partim loris comprehensis, sessores è curribus deturbati, equique circumventi ac cæsi sunt. Nonnulli etiam per medios ordines pervaserunt. Laxabant enim se, prout imperatum erat, eâ parte quâ currus impetum facerent: atque ita factum est, ut & currus salvi, per illos etiam in quos ferebantur salvos pervaderent. Cæterum etiam hos magistri equitatus Alexandri, & scutati regii in suam potestatem redegerunt.

14 Postquam vero Darius universam phalangem admovit, Alexander Aretam in eos immittit, qui ad dextrum suum cornu equitatum circumveniendi animo ducebant: ipse interea suos in cornu agebat. Cæterum ut vidit equites, qui suis jam ad dextrum cornu in fugam inclinatis auxilio erant,

habet οἱ ξυντεταγμένοι τοῖς Σκύθαις ἐκλίνουσιν ὀλίγοι ὄντες πολλῷ πλείοσι. Ἀλέξανδρος δὲ τοὺς &c. Verbum illud ἐκκλίνουσιν vel ἐκλίνουσιν ullam bonam sententiam huc afferre non potest, quod proprium est eorum qui fugiunt pro victis At Scythæ hi & Bactrii, quos Curtius Massagetas equites vocat, sunt victores tam ex Arriano quam Curtio, unde non ferentibus Scytharum impetum mercenariis Alexandri & Meneda, jubet Aretam & Pæonas opitulari. Itaque si pro eo verbo minima mutatione scribamus ἐκθλίβουσιν, erit omnibus modis integerrima narratio; quod idcirco admittere non dubitavi.

72 Βάκτριοι δὲ καὶ ἄλλοι] Leve dictu mendum, sed quod omnem sententiam maculat. Qui enim sunt illi Bactrii aliique? Certe ἄλλοι multos indeterminate significant; atque adeo universam Persarum aciem: & quam subito Bactrii Pæonibus propinqui victi pedemque referentes nunc suos in fugam versos ad pugnam retrahunt? Mirifica fara! Sed ut absurditas omnis evitetur, monemus omnino legendum ex Optimo libro, Βάκτριοι δὲ οἱ ἄλλοι. Nempe Βάκτριοι illi ἱππεῖς in justæ aciei parte sinistra collocati, quibus præpositi fuerant isti Σκύθαι τοῖς ἱππεῦσι καὶ Βακτριανοῖς ἐς χιλίους, qui paulo ante fugerunt. Sic plane & Curtius. *Interim Aretes Scytharum, qui impedimenta diripiebant, duce occiso, gravius territis instabat. Supervenere deinde missi à Dario Bactriani, pugnaque vertere fortunam. Multi ergo Macedonum primo impetu obtriti sunt.* Sed etiam notandum est, quia Vulcanium in infima ora scripsisse video *V. C. semper habet* Ἀρέταν, me in omnibus semper invenisse Ἀρέτην.

73 Καὶ βίᾳ κατ᾽ ἴλας προσπίπτοντες] Vulcanius: *& in turmas regias acriter invecti.* Non fastidio. Nam id fecerunt quidem; sed an exprimant Græca verba, id dubito. Nam & regiarum in Græcis nulla mentio, sicut etiam non conveniunt; & licet κατὰ possit notare, *adversus, contra, in,* ita κατ᾽ ἴλας videtur positum pro ἰλαδὸν. Propterea vide an non præstet vertere, *& turmatim magna vi invecti.* Sane turmæ regiæ non magis sunt Scythæ, & Bactrii, quam Pæones & mercenarii equites Alexandri. Non attenderunt, quid hoc loco esset κατ᾽ ἴλας. Eadem constructio v, 15 οὐκ ἐπὶ μετώπου, ἀλλὰ κατ᾽ ἴλας ἐμβεβλήκεσαν, ubi vertit idem *turmatim.* Sic κατὰ λόχους iv, 2 *per singulas cohortes.* Facius in editione Basileensi *Macedones aliis regiis adjuncti acriter invecti.* Longe ab Arriano, sed voluit scribere *alis regiis.*

74 Αὐτὰ σῶα] Ut posthac facessant illa, quibus quidam libri infuscati sunt, scribe ex Optimo αὐτά τε σῶα. In quibus Arrianum agnoscas vel ex solis istis cap. 35 in Indicis καὶ αἱ νῆες τε σῶαι εἰσι καὶ ὁ στρατός. Paulo ante edidi ἀφῆκαν ex Optimo codice pro vulgato ἀφῆναι.

75 Ἐκβοηθησάντων ἱππέων τοῖς κυκλουμένοις τὸ κέρας σφῶν τὸ δεξιὸν] Duo hîc potissimum diu cogitavi & miratus sum. Primum, quomodo hinc istam versionem po-

πρώτης φάλαγγος τῶν βαρβάρων, ἐπιστρέψας κατὰ τὸ διέχον, καὶ ὥσπερ ἔμβολον ποιήσας τῆς τε ἵππου τῆς ἑταιρικῆς καὶ τῆς φάλαγγος τῆς ταύτῃ τεταγμένης, ἦγε δρόμῳ τε καὶ ἀλαλαγμῷ ὡς ἐπ' αὐτὸν Δαρεῖον. Καὶ χρόνον μέν τινα ὀλίγον ἐν χερσὶν ἡ μάχη ἐγένετο. Ὡς δὲ οἵ τε ἱππεῖς οἱ ἀμφ' Ἀλέξανδρον καὶ αὐτὸς Ἀλέξανδρος εὐρώστως ἐνέκειντο, ὠθισμοῖς τε χρώμενοι, καὶ τοῖς ξυστοῖς τὰ πρόσωπα τῶν Περσῶν κόπτοντες, ἥ τε φάλαγξ ἡ Μακεδονικὴ πυκνὴ καὶ ταῖς σαρίσσαις πεφρικυῖα, ἐμβεβλήκει ἤδη αὐτοῖς, καὶ πάντα ὁμοῦ τὰ δεινὰ καὶ πάλαι φοβερὰ[76] ὄντι Δαρείῳ ἐφαίνετο, πρῶτος αὐτὸς ἐπιστρέψας ἔφευγεν· ἐφοβήθησαν δὲ καὶ οἱ περιϊππεύοντες τῶν Περσῶν τὸ κέρας, ἐμβαλόντων ἐς αὐτοὺς εὐρώστως τῶν ἀμφὶ Ἀρέταν. Ταύτῃ μὲν δὴ τῶν Περσῶν φυγὴ καρτερὰ ἦν· καὶ οἱ Μακεδόνες ἐφεπόμενοι ἐφόνευον τοὺς φεύγοντας. Οἱ δὲ ἀμφὶ Σιμμίαν καὶ ἡ τούτου τάξις οὐκέτι συνεξορμῆσαι Ἀλεξάνδρῳ δυνατοὶ ἐγένοντο ἐς τὴν δίωξιν, ἀλλ' ἐπιστήσαντες τὴν φάλαγγα αὐτοῦ, ἠγωνίζοντο, ὅτι τὸ εὐώνυμον τῶν Μακεδόνων πονεῖσθαι ἠγγέλλετο. Καὶ ταύτῃ παραρραγείσης αὐτοῖς τῆς τάξεως, κατὰ τὸ διέχον διεκπαίουσι τῶν τε Ἰνδῶν τινὲς καὶ τῆς Περσικῆς ἵππου, ὡς ἐπὶ τὰ σκευοφόρα τῶν Μακεδόνων· καὶ τὸ ἔργον ἐκεῖ καρτερὸν ἐγίγνετο. Οἵ τε γὰρ Πέρσαι θρασέως προσέκειντο[77] ἀνόπλοις τοῖς πολλοῖς, καὶ οὐ προσδοκήσασιν ἐπὶ σφᾶς διεκπεσεῖσθαί τινας, διακόψαντας διπλῆν τὴν φάλαγγα· καὶ οἱ αἰχμάλωτοι βάρβαροι, ἐμβαλόντων τῶν Περσῶν, ξυνεπέθεντο καὶ αὐτοὶ τοῖς Μακεδόσιν ἐν τῷ ἔργῳ. Τῶν δ' ἐπιτεταγμένων τῇ πρώτῃ[78] φάλαγγι οἱ ἡγεμόνες, ὀξέως μα-

erant, priores phalangis barbarorum ordines nonnihil rupisse, eo repente conversus qua abruptio patebat, cuneatâ acie, ex equitatu amicorum & phalange quæ eo loco constituta erat, factâ, concitato cursu ingentique clamore sublato in Darium ipsum fertur. Atque exiguo quidem tempore manu pugnatum est: quum vero equites qui circa Alexandrum erant, atque adeo ipse Alexander magnâ vi premerent, gravissimisque ictibus atque hastis Persarum ora ferirent, & Macedonum phalanx conferta ac sarissis horrida in eos irrueret, omniaque Dario, (cujus animum jam multo ante Alexandri metus ac terror insederat) deplorata vidêrentur, primus ipse terga vertit. Magno etiam terrore perculsi erant Persæ qui cornu circumequitabant, Areta gravem in eos impetum faciente. Ingens hac parte Persarum fuga erat, & Macedones insequentes magnam fugientium stragem fecêre. Simmias vero cum suo agmine non amplius Alexandrum Persarum terga prementem sequi poterat, sed phalangem sistens pugnabat: quoniam sinistrum Macedonum cornu laborare nuntiabatur. Eâ enim parte, rarefactâ nonnihil acie, quâ vacuum spatium ob laxatos ordines erat, Indorum nonnulli Persæque equites ad ipsa Macedonum impedimenta penetrârant: acerrimeque ibi pugnatum fuit. Persæ enim audacter in Macedones ferebantur, inermes plerosque, neque exspectantes fore ut pauci in se irruerent, duplicatâ phalange perfractâ. Barbari quoque captivi Persarum impetum in Macedonas conspicati, in medio pugnæ & ipsi in Macedonas conversi sunt. Duces vero Macedonum qui primæ phalangi superadditi erant,

tuerit concinnate Vulcanius, *equites qui suis jam ad dexterum cornu in fugam inclinatis auxilio ierant*, (sic opinor voluit, non *erant*) etsi hæc sint pura puta Fasciana, si tres voces exemeris. Alterum, quid hic faciat vox κεκλιμένοις, omnibus editionibus eam exhibentibus. Nuspiam sane Arrianus ita dexterum Alexandri cornu inclinatum in fugam tradidit, ut solummodo illud dependeret ex Menidæ mercenariis, quos ab Scythis & Bactriis pressos dixit. Deinde quo subito modo potuerunt illi equites, qui nihil aliud nisi suis ad dexterum cornu in fugam inclinatis auxilio ierant, ipsius phalangis etiam ordines aliquos rumpere? Quare minima mutatione reponebam κυκλουμένοις, hoc est, *equites, qui contra infestantes dexterum suorum cornu auxilio ierant*. Sententia sic utique absolvitur. Sed ex sunt horum studiorum deliciæ, ut vel summopere verisimiles conjecturæ & minimam mutationem passæ delirent, nec tangant ipsam auctoris manum non reprehendendam nisi auxilio & interventu codicis antiqui. Id certe hoc loco docemur. Nam quum videri posset conjectura ista vel verissima, ut quæ & sententiam absolvat optime, & ad priscam lectionem accedat proxime, atque etiam in ea confirmarer ab gregario cumulo vetustorum librorum, in quibus nullam varietatem sed plane id quod editur, annotabam, (ut sic κεκλιμένοις viderentur innuere omnino exstitisse ex verbo κυκλουμένοις) tamen tandem coactus fui eam damnare, quando verissimam scripturam mihi suggerebat Optimus codicum. Scribendum enim κυκλουμένους vertendumque *equites, qui contra circumvenientes dexterum suorum cornu auxilio ierant*. Hos illi facile repulerunt, & nacti occasionem nonnihil turbaverunt ipsos aciei ordines. Particula vero σφιν ignoratur ab eodem præstantissimo exemplari.

76 Καὶ πάλαι φοβερὰ] Opt. πάλαι ἤδη φοβερὰ non otiosa accessione. Quomodo propterea loquutus fuit I, 7 Λακεδαιμονίους τε πάλαι ἤδη ταῖς γνώμαις ἀφεστηκότας. Et IV, 7. Κλεῖτον δὲ δῆλον εἶναι πάλαι ἤδη ἀχθόμενον, ubi tamen eandem particulam idem codex Optimus non agnoscit. Idem mox τῶν περὶ Ἀρέταν non ἀμφί. Sic contra cap. 17 ὑπὸ τῶν περὶ Ἀλέξανδρον habent aliæ vulgatæ, ubi in MSS. tam reliquis quam Optimo atque etiam in editione Basileensi est ἀμφ' Ἀλέξανδρον. Nec cunctandum est, quin obsequamur vetustis codd. Quæ autem paulo antecedunt οἱ περιϊππεύοντες τῶν Περσῶν τὸ κέρας, quum recte ab Vulcanio versa & intellecta esse sciamus, tamen vir bonus post mutavit sententiam, posita distinctione post Περσῶν non post κέρας, & interpretationem hanc adscripsit *Perculsi erant Persæ Darium circumequitantes, Areta fortiter in ipsos cornu immittente*. Sed perperam.

77 Θρασέως προσέκειντο] In Opt. ἐνέκειντο.

78 Ἐπιτεταγμένων τῇ πρώτῃ] Vulcanius *qui primæ pha-*

μαθόντες τὸ γινόμενον μεταβαλόντες (ἧπερ παρήγγελτο αὐτοῖς) τὴν τάξιν, ἐπιγίγνονται κατὰ νώτου τοῖς Πέρσαις, καὶ πολλοὺς μὲν αὐτῶν αὐτοῦ ἀμφὶ τοῖς σκευοφόροις ξυνεχομένους ἀπέκτειναν· οἱ δὲ αὐτῶν ἐγκλίναντες, ἔφευγον. Οἱ δ' ἐπὶ τοῦ δεξιοῦ κέρως τῶν Περσῶν, οὔπω τῆς φυγῆς τῆς Δαρείου ᾐσθημένοι, περιιππεύσαντες τὸ Ἀλεξάνδρου εὐώνυμον, κατὰ κέρας τοῖς ἀμφὶ τὸν Παρμενίωνα ἐνέβαλον. Καὶ ἐν τούτῳ ἀμφιβόλων τὰ πρῶτα γενομένων τῶν Μακεδόνων, πέμπει Παρμενίων παρ' Ἀλέξανδρον σπουδῇ ἀγγελοῦντα, ὅτι ἐν ἀγῶνι ξυνέχεται τὸ κατὰ σφᾶς, καὶ βοηθεῖν δεῖ. Ταῦτα ὡς ἐξηγγέλθη Ἀλεξάνδρῳ, τοῦ μὲν διώκειν ἔτι ἀπετράπετο· ἐπιστρέψας δὲ σὺν τῇ ἵππῳ τῶν ἑταίρων, ὡς ἐπὶ τὸ δεξιὸν τῶν βαρβάρων ἦγε δρόμῳ. Καὶ πρῶτα μὲν τοῖς φεύγουσι τῶν πολεμίων ἱππεῦσι, τοῖς τε Παρθυαίοις, καὶ τῶν Ἰνδῶν ἔστιν οἷς, καὶ Πέρσαις τοῖς πλείστοις καὶ κρατίστοις ἐμβάλλει· καὶ ἱππομαχία αὕτη καρτερωτάτη τοῦ παντὸς ἔργου ξυνέστη. Ἐς βάθος τε γὰρ οἷα δὴ ἰλαδὸν τεταγμένοι, ἀνέστρεφον οἱ βάρβαροι[79], καὶ ἀντιμέτωποι τοῖς ἀμφ' Ἀλέξανδρον ξυμπεσόντες, οὔτε ἀκοντισμῷ ἔτι, οὔτ' ἐξελιγμοῖς τῶν ἵππων, ἧπερ ἱππομαχίας δίκη, ἐχρῶντο, ἀλλὰ διεκπαῖσαι πᾶς τις τὸ καθ' αὐτόν, ὡς μόνην ταύτην σωτηρίαν σφίσιν οὖσαν[80] ἐπειγόμενοι, ἔκοπτόν τε καὶ ἐκόπτοντο ἀφειδῶς, οἷα δὴ οὐχ ὑπὲρ νίκης ἀλλοτρίας ἔτι, ἀλλ' ὑπὲρ σωτηρίας οἰκείας ἀγωνιζόμενοι· καὶ ἐνταῦθα μὲν πίπτουσιν ἀμφὶ ἑξήκοντα τῶν ἑταίρων τοῦ Ἀλεξάνδρου, καὶ τιτρώσκεται Ἡφαιστίων τε αὐτὸς καὶ Κοῖνος, καὶ Μενίδας. Ἀλλ' ἐκράτησε καὶ τούτων Ἀλέξανδρος. Καὶ τούτων μὲν ὅσοι ἐξέπεσον διὰ τῶν ἀμφ' Ἀλέξανδρον[81], ἔφευγον ἀνὰ κράτος. Ἀλέξανδρος δὲ ἐγγὺς ἦν προσμῖξαι ἤδη τῷ δεξιῷ κέρᾳ τῶν πολεμίων. Καὶ ἐν τούτῳ οἱ Θεσσαλοὶ ἱππεῖς, λαμπρῶς ἀγωνισάμενοι οὐχ ὑπελείποντο Ἀλεξάνδρῳ τοῦ ἔργου· ἀλλὰ γὰρ ἔφευγον ἤδη οἱ ἀπὸ τοῦ δεξιοῦ κέρως τῶν βαρβάρων, ὁπότε Ἀλέξανδρος αὐτοῖς συνέμιξεν· ὥστε ἀποτραπόμενος Ἀλέξανδρος, ἐς τὸ διώκειν αὖθις Δαρεῖον ἐξώρμησε, καὶ ἐδίωξεν ἔσ-

τε

erant, re confestim cognitâ, conversâ (uti imperatum ipsis fuerat) acie, Persas à tergo adorti sunt, multosque eorum circa impedimenta implicitos interficiunt: alii fugâ evaserunt. At Persæ qui ad dextrum cornu stabant, nondum intellectâ fugâ Darii, sinistrum Alexandri cornu obequitantes, ex obliquo in Parmenionis agmen feruntur. Interea, quum dubiæ initio essent Macedonum res, Parmenio confestim nuntium ad Alexandrum emittit, qui agmen suum in discrimine versari significet, auxilioque suo opus esse. Quæ ubi Alexandro nuntiata sunt, protinus à persequendo hoste desistens, & cum equitatu amicorum ad exercitum conversus, in dextrum barbarorum cornu magnâ vi fertur. Ac primum quidem in fugientes hostium equites, Parthos nimirum & Indorum nonnullos, inque Persas plurimos fortissimosque irruit. Ibi acrius quam usquam antea equestre prælium committitur: conferti enim quemadmodum turmatim constiterant, terga vertunt barbari, & in Alexandri copias ex adverso incidentes, non jam telorum jactu, non equis in gyrum actis equestris prælii more utebantur, sed alius alium equo deturbare conantes, perinde ac si hac unâ in re eorum salus versaretur, citra discrimen cædebant simul & cædebantur, quasi jam non de alienâ victoriâ, sed de propriâ quisque salute dimicaret. In hac pugnâ ex amicis Alexandri circiter LX. cæsi sunt, Hephæstione & Cœno ac Menida vulneratis. Sed & his Alexander superior evasit. Reliqui enim, qui in eos qui circa Alexandrum erant inciderunt, effusâ fugâ salutem sibi quæsierunt. Jamque prope eo ventum erat ut Alexander cum dextro hostium cornu congrederetur: at Thessali equites re præclare gestâ, nihil Alexandro conficiendum reliqui fecerant. Jam enim terga verterant Barbari qui ad dextrum cornu stabant, quum Alexander illis appropinquaret. Rursus itaque ad insequendum Darium conversus, non prius destitit

quam

phalangi superadditi erant. Non intelligo. Facius, *qui ad primam phalangem accesserant.* Multo minus. Immo *Duces eorum qui post primæ phalangis tergum locati erant.* Intelligit enim aciei totius illam partem, quæ jussa erat in omnes partes se convertere & facere ἀμφίστομον φάλαγγα. Hoc ut plane sic intelligatur, scribe, ut scripsit Arrianus, ex MS. Opt. ἐπιτεταγμένοι ἐπὶ τῇ πρ. Alioqui aliud notari per vulgatum apparet vel ex loco quem notavi libro I c. 9 & 11, 10, vel ex libro IV cap. 3 ἐπιτάσσει δὲ αὐτοῖς Φαρνούχην.

79 Ἀνέστρεφον οἱ βάρβαροι] Somniant interpretes, hic dici barbaros terga vertisse, ut Vulcanius, dedisse, ut Facius, quum fortissime dimicarint; immo etiamsi terga voluissent vertere, non potuissent, adeo crebri post eos densique stabant ordines. Nec Parmenio eos fugabat, ut terga dantes in Alexandrum inciderent. Ipsum βάθος, quod hic notatur ab Arriano, debuit viros doctos monere Persas à fronte & tergo nunc pugnantes innui, atque ita circumegerint se parte posteriore, ut exciperet Alexandrum.

80 Σωτηρίαν σφίσιν οὖσαν] Secunda vox abest ab Optimo, qui jam & alibi eam voculam pro supervacuo abolevit.

81 Ὅσοι ἐξέπεσον διὰ τῶν ἀμφ' Ἀλεξ.] MSS. omnes, διεξέπεσον. Neque vero hæc vertenda erant, *qui in eos qui circa Alexandrum erant, inciderunt*, sed *qui per eos . . . . elapsi effugerunt.* Mox etiam codex Optimus ἔφευγον ἤδη ἀνὰ κράτος.

τι φάος ἦν· καὶ οἱ ἀμφὶ Παρμενίωνα τὸ καθ' αὑτοὺς διώκοντες εἵποντο. Ἀλλὰ Ἀλέξανδρος μὲν διαβὰς τὸν ποταμὸν τὸν Λύκον, κατεστρατοπέδευσεν αὐτοῦ, ὡς ἀναπαῦσαι ὀλίγον τούς τε ἄνδρας καὶ τοὺς ἵππους. Παρμενίων δὲ τό, τε στρατόπεδον τῶν βαρβάρων εἷλε, καὶ τὰ σκευοφόρα, καὶ τοὺς ἐλέφαντας, καὶ τὰς καμήλους. Ἀλέξανδρος δὲ, ἀναπαύσας τοὺς ἀμφ' αὐτὸν ἱππέας ἔστε ἐπὶ μέσας νύκτας, προὐχώρει αὖθις κατὰ σπουδὴν ἐπ' Ἄρβηλα, ὡς Δαρεῖόν τε αἱρήσων ἐκεῖ, καὶ τὰ χρήματα, καὶ τὴν ἄλλην κατασκευὴν τὴν βασιλικήν. Καὶ ἀφίκετο εἰς Ἄρβηλα τῇ ὑστεραίᾳ, διώξας τοὺς πάντας ἐκ τῆς μάχης σταδίους μάλιστα ἐς ἑξακοσίους. Καὶ Δαρεῖον μὲν οὐ καταλαμβάνει ἐν Ἀρβήλοις, ἀλλ' ἔφευγεν οὐδέν τι ἐλινύσας Δαρεῖος· τὰ χρήματα δὲ ἐγκατελήφθη, καὶ ἡ κατασκευὴ πᾶσα· καὶ τὸ ἅρμα τὸ Δαρείου αὖθις ἐγκατελήφθη καὶ ἡ ἀσπὶς αὖθις[82] καὶ τὰ τόξα ἑάλω. Ἀπέθανον δὲ τῶν ἀμφ' Ἀλέξανδρον, ἄνδρες μὲν ἐς ἑκατὸν μάλιστα· ἵπποι δὲ ἔκ τε τῶν τραυμάτων καὶ τῆς κακοπαθείας τῆς ἐν τῇ διώξει, ὑπὲρ τοὺς χιλίους, καὶ τούτων τῆς ἑταιρικῆς ἵππου σχεδόν τι οἱ ἡμίσεες. Τῶν βαρβάρων δὲ, νεκρῶν μὲν ἐλέγοντο ἐς τριάκοντα μυριάδας· ἑάλωσαν δὲ πολὺ πλείονες[83] τῶν ἀποθανόντων, καὶ οἱ ἐλέφαντες, καὶ τῶν ἁρμάτων ὅσα μὴ κατεκόπη ἐν τῇ μάχῃ. Τοῦτο τέλος τῇ μάχῃ ταύτῃ ἐγένετο, ἐπὶ ἄρχοντος Ἀθήνησιν[84] Ἀριστοφάνους, μηνὸς Πυανεψιῶνος· καὶ Ἀριστάνδρῳ ξυνέβη ἡ μαντεία, ἐν τῷ αὐτῷ μηνὶ ἐν ὅτῳ ἡ σελήνη ἐκλιπὴς ἐφάνη, τήν τε μάχην 16 Ἀλεξάνδρῳ καὶ τὴν νίκην γενέσθαι. Δαρεῖος μὲν δὴ εὐθὺς ἐκ τῆς μάχης παρὰ τὰ ὄρη τὰ Ἀρμενίων ἤλαυνεν ἐπὶ Μηδίας, καὶ[85] ξὺν αὐτῷ οἵ τε Βάκτριοι, οἱ ἐπανεληλυθότι τε ἐν τῇ μάχῃ ξυνετάχθησαν, ἔφυγον, καὶ Περσῶν οἵ τε συγ-

quam nocte impediretur. Parmenio etiam cum suo comitatu quantum poterat fugientes insequebatur. Alexander Lycum amnem transgressus, ibi castra posuit, ut milites pariter atque equi nonnihil sese relaxarent. Parmenio castris barbarorum potitus, impedimenta omnia, elephantos ac camelos cepit. Alexander, equitibus qui circa ipsum erant quiete datâ ad mediam noctem, rursus ad Arbela contendit, quod Darium, & pecuniam, omnemque regium apparatum se ibi capturum speraret. Postero itaque die eo pervenit, eos qui ex prælio evaserant ad sexcenta circiter stadia insequutus. Ac Darium quidem in Arbelis non offendit. fugerat enim nullâ uspiam intermissione aut morâ factâ: pecuniam vero nactus est & omnem apparatum; etiam currus Darii denuo captus fuit, & scutum denuo Darii atque arcum cepit. Ab Alexandri partibus centum circiter capita in eo prælio sunt desiderata. equi, partim vulneribus acceptis, partim ex nimiâ in persequendo defatigatione, mille; ex quibus dimidia pars fere ex amicorum equitatu erat. Ex barbaris vero circiter trecenta millia cæsa ferebantur, multoque major numerus captorum quam cæsorum fuit. Elephanti etiam omnes, & currus quotquot in prælio confracti non fuerant, in potestatem venerunt. Hic fuit pugnæ exitus, archonte Athenis Aristophane, mense Julio. atque ita Aristandri vaticinium verax fuit, nimirum eodem illo mense quo lunæ defectus visus erat, Alexandrum & prælium commissurum, & victoriâ potiturum. Da- 16 rius ex hoc prælio protinus juxta montes Armeniæ in Mediam fugit, & cum ipso Bactrii, qui & reverso in acie appositi fuerant, fugerunt, & ex Persis cognati regis

82 Τὰ χρήματα δὲ ἐγκατελήφθη, καὶ ἡ ἀσπὶς αὖθις] Liber Optimus non paulo auctior hac parte: τὰ χρήματα δὲ ἐγκατελήφθη, καὶ ἡ κατασκευὴ πᾶσα, καὶ τὸ ἅρμα τὸ Δαρείου αὖθις ἐγκατελήφθη, καὶ ἡ ἀσπὶς αὖθις. Et videntur Arrianea, tum ex ipsa ratione verborum, tum plane sunt ad comparationem prædæ ex secundo prælio composita, ubi quum & κάνδυν & τὸ ἅρμα ceperit Darii Alexander, hic sane non minus id accidit. Certe τὴν κατασκευὴν ita exponit Curt. *traduntur Arbela regia supellectili ditique gaza repleta. Præterea pretiosa vestis, totius, ut supra dictum est, exercitus opibus in illam sedem congestis.* Curru etiam pugnasse Darium satis ex eodem apparet, dum clare dixit cap. 15. *Curru Darius, equo Alexander vehebantur.* Neque illum currum etiam in maximo periculo deseruit, atque adeo tandem hunc ipsum currum in fugam vertit, ut testatur idem; quem denique Arbelis relinquere coactus fuit, & ibi cepit Alexander.

83 Πολὺ πλείονες] Opt. πολλῷ πλ. In Indicis cap. 15. maluit dicere πολλόν τι ἀλκιμώτεροι.

84 Ἄρχοντος Ἀθήνησιν] Scripti omnes Ἀθηναίοις, quod quum retinuerint quoque Basileenses, monstri simile est, unde mutari contigerit, præsertim quum sic rursus cap. 22. De Aristophane & notatione temporis hujus præter alios videndus Casaubonus ad Theophrastum pag. 101.

85 Δαρεῖος μὲν δὴ ἐκ τῆς μάχης παρὰ τὰ ὄρη τὰ Ἀρμενίων ἤλαυνεν ἐπὶ Μηδίας καὶ &c.] Ne Græca quidem verba sincera sunt, & hinc multo minus Latina. Idcirco quum Vulcanius in V. C. reperisset οἱ πολλοί, (quod sane licet etiam exstet in Basileensi, non tamen agnovit Facius, ut ex versione ejus apparet) non ὁ πολλοί, censuit ita mutari posse versionem *multis Persis consanguineis & melophoris comitatus*: mihi autem istud οἱ πολλοὶ in nullo codice obvenisse testor. Cæterum primo voces παρὰ τὰ ὄρη non notant *trans montes*, (neque enim transcendit Darius) sed juxta vel præter montes. Facius *non procul ab Armenia montibus in Mediam fugientem.* Tum certe sequentia de regiis cognatis nequeunt admodum belle applicari verbo ἤλαυνεν. Arrianus enim is est, qui adjungat potius, augeatque verba, quam deesse patiatur. Nec tamen ab MSS. reliquis ullum solatium, ut qui cum vulgatis faciunt. Primum igitur Optimus ille codex auctior una voce Δαρεῖος μὲν δὴ εὐθὺς ἐκ τῆς, quomodo etiam mox de Alexandro loquitur

συγγενεῖς οἱ βασιλέως, καὶ τῶν μηλοφόρων καλουμένων οὐ πολλοί. Προσεγένοντο δὲ αὐτῷ κατὰ τὴν φυγὴν καὶ τῶν μισθοφόρων ξένων ἐς δισχιλίους· ὧν Πάρων τε ὁ Φωκεὺς[86] καὶ Γλαῦκος ὁ Αἰτωλὸς ἦγον. Ταύτῃ δὲ αὐτῷ ἡ φυγὴ ἐπὶ Μηδίας ἐγένετο, ὅτι ἐδόκει τὴν ἐπὶ Σοῦσά τε καὶ Βαβυλῶνος ἥξειν Ἀλέξανδρον ἐκ τῆς μάχης· ὅτι οἰκουμένη τε ἐκείνη πᾶσα ἦν, καὶ ὁδὸς τοῖς σκευοφόροις οὐ χαλεπή, καὶ ἅμα τοῦ πολέμου τὸ ἆθλον ἡ Βαβυλὼν καὶ τὰ Σοῦσα ἐφαίνετο· ἡ δὲ ἐπὶ Μηδίας μεγάλῳ στρατεύματι οὐκ εὔπορος. Καὶ οὐκ ἐψεύσθη Δαρεῖος. Ἀλέξανδρος γὰρ ἐξ Ἀρβήλων ὁρμηθεὶς, τὴν ἐπὶ Βαβυλῶνος εὐθὺς προὐχώρει· ἤδη τε οὐ πόῤῥω Βαβυλῶνος ἦν, καὶ τὴν δύναμιν ξυντεταγμένην ὡς ἐς μάχην ἦγε· καὶ οἱ Βαβυλώνιοι πανδημεὶ ἀπήντων αὐτῷ ξὺν ἱερεῦσί τε σφῶν καὶ ἄρχουσι, δῶρά τε ὡς ἕκαστοι φέροντες, καὶ τὴν πόλιν ἐκδιδόντες[87], καὶ τὴν ἄκραν, καὶ τὰ χρήματα. Ἀλέξανδρος δὲ παρελθὼν εἰς τὴν Βαβυλῶνα, τὰ ἱερὰ, ἃ Ξέρξης καθεῖλεν, ἀνοικοδομεῖν προσέταξε Βαβυλωνίοις· τά τε ἄλλα, καὶ τοῦ Βήλου τὸ ἱερὸν, ὃν μάλιστα θεῶν τιμῶσι Βαβυλώνιοι. Σατράπην δὲ κατέστησε Βαβυλῶνος Μαζαῖον· Ἀπολλόδωρον δὲ τὸν Ἀμφιπολίτην, στρατηγὸν τῶν μετὰ Μαζαίου ὑπολειπομένων στρατιωτῶν, καὶ Ἀσκληπιόδωρον τὸν Φίλωνος τοὺς φόρους ἐκλέγειν. Κατέπεμψε δὲ καὶ ἐς Ἀρμενίαν Μιθρήνην σατράπην, ὃς τὴν ἐν Σάρδεσιν ἀκρόπολιν Ἀλεξάνδρῳ ἐνέδωκεν. Ἔνθα δὴ καὶ τοῖς Χαλδαίοις ἐνέτυχεν, καὶ ὅσα ἐδόκει Χαλδαίοις ἀμφὶ τὰ ἱερὰ τὰ ἐν Βαβυλῶνι, ἔπραξε· τά τε ἄλλα, καὶ τῷ Βήλῳ, καθὰ ἐκεῖνοι ἐξηγοῦντο, ἔθυσεν. αὐτὸς δὲ ἐπὶ Σούσων ἐστέλλετο, καὶ ἐντυγχάνει αὐτῷ κατὰ τὴν ὁδὸν ὅ, τε παῖς τοῦ Σουσίων σατράπου, καὶ παρὰ Φιλοξένου ἐπιστολεύς· Φιλόξενον γὰρ εὐθὺς ἐκ τῆς μάχης ἐπὶ Σούσων ἐστάλκει Ἀλέξανδρος. Τῇ δὲ ἐπιστολῇ τῇ παρὰ Φιλοξένου ἐνεγέγραπτο[88], ὅτι τήν τε πόλιν οἱ Σούσιοι παραδεδώκασιν, καὶ τὰ χρήματα πάντα

gis & ex melophoris non multi. Accesserunt etiam ad eum in fuga mercenariorum exterorum duo millia, quorum duces erant Paron Phocensis & Glaucus Ætolus. Porro hoc consilio in Mediam fugit, quod Alexandrum ex prælio Susa & Babylonem profecturum existimabat: quia omnis ea regio cultoribus frequens esset, atque iter impedimentis vehendis non incommodum. præterea quod Babylon & Susa præmia quodammodo belli fore viderentur: iter vero in Mediam ingenti exercitui ducendo parum commodum erat. Neque eum sua opinio fefellit. Alexander enim ex Arbelis movens, rectâ Babylonem est profectus. Jamque non procul Babylone aberat, quum instructâ ad pugnandum acie exercitum duxit. Babyloniorum universa multitudo portis effusa, cum sacerdotibus & principibus civitatis Alexandro obviam ivit, munera certatim offerentes, urbemque & arcem cum pecuniâ tradentes. Alexander Babylonem ingressus, templa quæ Xerxes subverterat, instaurare Babylonios jussit, & in his templum Beli, quem præcipue deum Babylonii colunt. Satrapam eis constituit Mazæum. Apollodorum vero Amphipolitem, prætorem eorum militum qui cum Mazæo relicti erant, & Asclepiodorum Philonis filium tributis cogendis præfecit. Mithrinem etiam satrapam in Armeniam misit, qui Sardium arcem Alexandro tradiderat. Chaldæos quoque in hac urbe consuluit, & quæcunque circa templorum instaurationem facienda monuerunt, peregit. atque inter cætera Belo, ex ipsorum consilio, sacrum fecit. Ipse inde Susa movit: in itinere obvium habuit filium satrapæ Susiorum, & tabellarium cum literis à Philoxeno, quem Alexander statim ex prælio Susa miserat. Epistolæ sententia hæc erat, Susios urbem tradidisse, omnemque pecuniam Alexandro salvam esse:

tur; & dein rursus Φιλόξενον γὰρ εὐθὺς ἐκ τῆς μάχης ἐπὶ Σούσων ἐστάλκει, & notavit in ea voce locum Strabonis Phil. Cluverius Sicil. Antiq. pag. 156. Deinde præclare idem omnia adjuvabit, qui tanto ampliora hæc exhibet ἔφευγεν ἐπὶ Μηδίας καὶ ξὺν αὐτῷ οἵ τε Βάκτριοι ἐπαναχωρήσαντι τε ἐν τῇ μάχῃ ξυνταχθέντες ἔφυγον καὶ Περσῶν. Certe Bactrios non exiguam partem fuisse eorum, qui cum Dario fugiebant, testatur etiam Curtius v, 8. Refero autem, ut notatum in scedis meis invenio; unde si sensum quærere velimus, erit scribendum: οἵ τε Βάκτριοι οἱ ἐπαναχωρήσαντι. Hoc est, *& cum ipso tum Bactriani, qui reverenti ipsi in prælio adjuncti fuerant, fugiebant, tum Persarum.* Sed & κατὰ τὴν φυγὴν, quæ voces mox sequuntur, vitiose transtulit Vulcanius *post fugam*, quum *in ipsa fuga* denotent, vel *post fugam inceptam*. Ἐν τῇ φυγῇ dicit cap. 17, ubi Vulcanius id interpretari neglexit.

86 Πάρων τε ὁ Φωκεὺς] Quod præcipuum ex Freinshemio observari merebatur, ad id connivent, tantum stolide notant eundem esse, qui memoratur Curtio lib. v capp. 9 & 11. At id habent, ut dixi, ex Freinshemio ad v, 11, 1. Sed idem doctissimus Vir ibidem notat patria Phocensem fuisse ex hoc Arriani indicio. Cur repetit hic noster, qui in Suanis & Tapuris adeo perite & callide exercere Geographiam potuit, Vulcanii ac Facii errorem, vocatque Phocæum patitur? Utique 1, 8 Φωκεῖς intellecti fuerunt *Phocenses*. Neque vero, quæ vicinia aut fere confusio inter duo hæc vocabula apud antiquos exstiterit nuper demum edocta, potuit istos illustravisse. Et ego tamen Phocensem præferens & vere Græcum exigens restitui.

87 Πόλιν ἐκδιδόντες] In Opt. ἐνδιδόντες, quod & Vulcanius ex V. C. annotavit.

88 Ἐνεγέγραπτο] MSS. omnes ἀνεγέγραπτο, etiam in V. C. Vulcanii.

τε φάος ἦν· καὶ οἱ ἀμφὶ Παρμενίωνα τὸ κατ' αὐτοὺς διώκοντες εἵποντο. Ἀλλὰ Ἀλέξανδρος μὲν διαβὰς τὸν ποταμὸν τὸν Λύκον, κατεστρατοπέδευσεν αὐτοῦ, ὡς ἀναπαῦσαι ὀλίγον τούς τε ἄνδρας καὶ τοὺς ἵππους. Παρμενίων δὲ τό, τε στρατόπεδον τῶν βαρβάρων εἷλε, καὶ τὰ σκευοφόρα, καὶ τοὺς ἐλέφαντας, καὶ τὰς καμήλους. Ἀλέξανδρος δὲ, ἀναπαύσας τοὺς ἀμφ' αὐτὸν ἱππέας ἔστε ἐπὶ μέσας νύκτας, προεχώρει αὖθις κατὰ σπουδὴν ἐπ' Ἄρβηλα, ὡς Δαρεῖόν τε αἱρήσων ἐκεῖ, καὶ τὰ χρήματα, καὶ τὴν ἄλλην κατασκευὴν τὴν βασιλικήν. Καὶ ἀφίκετο εἰς Ἄρβηλα τῇ ὑστεραίᾳ, διώξας τοὺς πάντας ἐκ τῆς μάχης σταδίους μάλιστα ἐς ἑξακοσίους. Καὶ Δαρεῖον μὲν οὐ καταλαμβάνει ἐν Ἀρβήλοις, ἀλλ' ἔφθη γὰρ οὐδέν τι ἐλινύσας Δαρεῖος· τὰ χρήματα δὲ ἐγκατελήφθη, καὶ ἡ κατασκευὴ πᾶσα· καὶ τὸ ἅρμα τὸ Δαρείου αὖθις ἐγκατελήφθη καὶ ἡ ἀσπὶς αὖθις[82] καὶ τὰ τόξα ἑάλω. Ἀπέθανον δὲ τῶν ἀμφ' Ἀλέξανδρον, ἄνδρες μὲν ἐς ἑκατὸν μάλιστα· ἵπποι δὲ ἔκ τε τῶν τραυμάτων καὶ τῆς κακοπαθείας τῆς ἐν τῇ διώξει, ὑπὲρ τοὺς χιλίους, καὶ τούτων τῆς ἑταιρικῆς ἵππου σχεδόν τι οἱ ἡμίσεες. Τῶν βαρβάρων δὲ, νεκρῶν μὲν ἐλέγοντο ἐς τριάκοντα μυριάδας· ἑάλωσαν δὲ πολὺ πλείονες[83] τῶν ἀποθανόντων, καὶ οἱ ἐλέφαντες, καὶ τῶν ἁρμάτων ὅσα μὴ κατεκόπη ἐν τῇ μάχῃ. Τοῦτο τέλος τῇ μάχῃ ταύτῃ ἐγένετο, ἐπὶ ἄρχοντος Ἀθηναίοις[84] Ἀριστοφάνους, μηνὸς Πυανεψιῶνος· καὶ Ἀριστάνδρῳ ξυνέβη ἡ μαντεία, ἐν τῷ αὐτῷ μηνὶ ἐν ὅτῳ ἡ σελήνη ἐκλιπὴς ἐφάνη, τήν τε μάχην 16 Ἀλεξάνδρῳ καὶ τὴν νίκην γενέσθαι. Δαρεῖος μὲν δὴ εὐθὺς ἐκ τῆς μάχης παρὰ τὰ ὄρη τὰ Ἀρμένια ἤλαυνεν ἐπὶ Μηδίας, καὶ[85] ξὺν αὐτῷ οἵ τε Βάκτριοι, οἱ ἐπανεληλυθότι τε ἐν τῇ μάχῃ ξυνετάχθησαν, ἔφυγον, καὶ Περσῶν οἵ τε συγ-

quam nocte impediretur. Parmenio etiam cum suo comitatu quantum poterat fugientes insequebatur. Alexander Lycum amnem transgressus, ibi castra posuit, ut milites pariter atque equi nonnihil sese relaxarent. Parmenio castris barbarorum potitus, impedimenta omnia, elephantos ac camelos cepit. Alexander, equitibus qui circa ipsum erant quiete datâ ad mediam noctem, rursus ad Arbela contendit, quod Darium, & pecuniam, omnemque regium apparatum se ibi capturum speraret. Postero itaque die eo pervenit, eos qui ex prælio evaserant ad sexcenta circiter stadia insequutus. Ac Darium quidem in Arbelis non offendit. fugerat enim nullâ uspiam intermissione aut morâ factâ: pecuniam vero nactus est & omnem apparatum; etiam currus Darii denuo captus fuit, & scutum denuo Darii atque arcum cepit. Ab Alexandri partibus centum circiter capita in eo prælio sunt desiderata. equi, partim vulneribus acceptis, partim ex nimiâ in persequendo defatigatione, mille; ex quibus dimidia pars fere ex amicorum equitatu erat. Ex barbaris vero circiter trecenta millia cæsa ferebantur, multoque major numerus captorum quam cæsorum fuit. Elephanti etiam omnes, & currus quotquot in prælio confracti non fuerant, in potestatem venerunt. Hic fuit pugnæ exitus, archonte Athenis Aristophane, mense Julio. atque ita Aristandri vaticinium verax fuit, nimirum eodem illo mense quo lunæ defectus visus erat, Alexandrum & prælium commissurum, & victoriâ potiturum. Da- 16 rius ex hoc prælio protinus juxta montes Armeniæ in Mediam fugit, & cum ipso Bactrii, qui & reverso in acie appositi fuerant, fugerunt, & ex Persis cognati regis

82 *Τὰ χρήματα δὲ ἐγκατελήφθη, καὶ ἡ ἀσπὶς αὖθις*] Liber Optimus non paulo auctior hac parte: *τὰ χρήματα δὲ ἐγκατελήφθη, καὶ ἡ κατασκευὴ πᾶσα, καὶ τὸ ἅρμα τὸ Δαρείου αὖθις ἐγκατελήφθη, καὶ ἡ ἀσπὶς αὖθις.* Et videntur Arrianea, tum ex ipsa ratione verborum, tum plane sunt ad comparationem prædæ ex secundo prælio composita, ubi quum & *κάνδυν* & *τὸ ἅρμα* ceperit Darii Alexander, hic sane non minus id accidit. Certe *τὴν κατασκευὴν* ita exponit Curt. *traduntur Arbela regia supellectili ditique gaza repleta. Præterea pretiosæ vestes, totius, ut supra dictum est, exercitus opibus in illam sedem congestis.* Curru etiam pugnasse Darium satis ex eodem apparet, dum clare dixit cap. 15. *Curru Darius, equo Alexander vehebantur.* Neque illum currum etiam in maximo periculo deseruit, atque adeo tandem hunc ipsum currum in fugam vertit, ut testatur idem; quem denique Arbelis relinquere coactus fuit, & ibi cepit Alexander.

83 *Πολὺ πλείονες*] Opt. *πολλῷ πλ.* In Indicis cap. 15. maluit dicere *πολλόν τι ἀλκιμώτερον.*

84 *Ἄρχοντος Ἀθήνησι*] Scripti omnes *Ἀθηναίοις*, quod quum retinuerint quoque Basileenses, monstri simile est, unde mutari contigerit, præsertim quum sic rursus cap. 22. De Aristophane & notatione temporis hujus præter alios videndus Casaubonus ad Theophrastum pag. 101.

85 *Δαρεῖος μὲν δὴ ἐκ τῆς μάχης παρὰ τὰ ὄρη τὰ Ἀρμένια ἤλαυνεν ἐπὶ Μηδίας καὶ* &c.] Ne Græca quidem verba sincera sunt, & hinc multo minus Latina. Idcirco quum Vulcanius in V. C. reperisset *οἱ πολλοί*, (quod sane licet etiam exstet in Basileensi, non tamen agnovit Facius, ut ex versione ejus apparet) non *οἱ πολλοί*, censuit ita mutari posse versionem *multis Persis consanguineis & melophoris comitatus*: mihi autem istud *οἱ πολλοί* in nullo codice obvenisse testor. Cæterum primo voces *παρὰ τὰ ὄρη* non notant *trans montes*, (neque enim transcendit Darius) sed juxta vel præter montes. Facius *non procul ab Armeniæ montibus in Mediam fugientem.* Tum certe sequentia de regiis cognatis nequeunt admodum belle applicari verbo *ἤλαυνεν*. Arrianus enim is est, qui adjungat potius, augeatque verba, quam deesse patiatur. Nec tamen ab MSS. reliquis ullum solatium, ut qui cum vulgatis faciunt. Primum igitur Optimus ille codex auctior una voce *Δαρεῖος μὲν δὴ εὐθὺς ἐκ τῆς*, quomodo etiam mox de Alexandro loquitur

συγγενεῖς οἱ βασιλέως, καὶ τῶν μηλοφόρων καλουμένων οὐ πολλοί. Προσεγένοντο δὲ αὐτῷ κατὰ τὴν φυγὴν καὶ τῶν μισθοφόρων ξένων ἐς δισχιλίους· ὧν Πάρων τε ὁ Φωκεὺς[86] καὶ Γλαῦκος ὁ Αἰτωλὸς ἦγον. Ταύτῃ δὲ αὐτῷ ἡ φυγὴ ἐπὶ Μηδίας ἐγένετο, ὅτι ἐδόκει τὴν ἐπὶ Σοῦσά τε καὶ Βαβυλῶνος ἥξειν Ἀλέξανδρον ἐκ τῆς μάχης· ὅτι οἰκουμένη τε ἐκείνη πᾶσα ἦν, καὶ ὁδὸς τοῖς σκευοφόροις οὐ χαλεπή, καὶ ἅμα τοῦ πολέμου τὸ ἆθλον ἡ Βαβυλὼν καὶ τὰ Σοῦσα ἐφαίνετο· ἡ δὲ ἐπὶ Μηδίας μεγάλῳ στρατεύματι οὐκ εὔπορος. Καὶ οὐκ ἐψεύσθη Δαρεῖος. Ἀλέξανδρος γὰρ ἐξ Ἀρβήλων ὁρμηθεὶς, τὴν ἐπὶ Βαβυλῶνος εὐθὺς προὐχώρει· ἤδη τε οὐ πόρρω Βαβυλῶνος ἦν, καὶ τὴν δύναμιν ξυντεταγμένην ὡς ἐς μάχην ἦγε· καὶ οἱ Βαβυλώνιοι πανδημεὶ ἀπήντων αὐτῷ ξὺν ἱερεῦσί τε σφῶν καὶ ἄρχουσι, δῶρά τε ὡς ἕκαστοι φέροντες, καὶ τὴν πόλιν ἐκδιδόντες[87], καὶ τὴν ἄκραν, καὶ τὰ χρήματα. Ἀλέξανδρος δὲ παρελθὼν εἰς τὴν Βαβυλῶνα, τὰ ἱερὰ, ἃ Ξέρξης καθεῖλεν, ἀνοικοδομεῖν προσέταξε Βαβυλωνίοις· τά τε ἄλλα, καὶ τοῦ Βήλου τὸ ἱερὸν, ὃν μάλιστα θεῶν τιμῶσι Βαβυλώνιοι. Σατράπην δὲ κατέστησε Βαβυλῶνος Μαζαῖον· Ἀπολλόδωρον δὲ τὸν Ἀμφιπολίτην, στρατηγὸν τῶν μετὰ Μαζαίου ὑπολειπομένων στρατιωτῶν, καὶ Ἀσκληπιόδωρον τὸν Φίλωνος τοὺς φόρους ἐκλέγειν. Κατέπεμψε δὲ καὶ ἐς Ἀρμενίαν Μιθρήνην σατράπην, ὃς τὴν ἐν Σάρδεσιν ἀκρόπολιν Ἀλεξάνδρῳ ἐνέδωκεν. Ἔνθα δὴ καὶ τοῖς Χαλδαίοις ἐνέτυχεν, καὶ ὅσα ἐδόκει Χαλδαίοις ἀμφὶ τὰ ἱερὰ τὰ ἐν Βαβυλῶνι, ἔπραξε· τά τε ἄλλα, καὶ τῷ Βήλῳ, καθὰ ἐκεῖνοι ἐξηγοῦντο, ἔθυσεν. Αὐτὸς δὲ ἐπὶ Σοῦσα ἐστέλλετο, καὶ ἐντυγχάνει αὐτῷ κατὰ τὴν ὁδὸν ὅ, τε παῖς τοῦ Σουσίων σατράπου, καὶ παρὰ Φιλοξένου ἐπιστολεύς· Φιλόξενον γὰρ εὐθὺς ἐκ τῆς μάχης ἐπὶ Σοῦσα ἐστάλκει Ἀλέξανδρος. Τῇ δὲ ἐπιστολῇ τῇ παρὰ Φιλοξένου ἐνεγέγραπτο[88], ὅτι τήν τε πόλιν οἱ Σούσιοι παραδεδώκασιν, καὶ τὰ χρήματα πάν-

τα

gis & ex melophoris non multi. Accesserunt etiam ad eum in fuga mercenariorum exterorum duo millia, quorum duces erant Paron Phocensis & Glaucus Ætolus. Porro hoc consilio in Mediam fugit, quod Alexandrum ex prælio Susa & Babylonem profecturum existimabat: quia omnis ea regio cultoribus frequens esset, atque iter impedimentis vehendis non incommodum. præterea quod Babylon & Susa præmia quodammodo belli fore viderentur: iter vero in Mediam ingenti exercitui ducendo parum commodum erat. Neque eum sua opinio fefellit. Alexander enim ex Arbelis movens, rectà Babylonem est profectus. Jamque non procul Babylone aberat, quum instructà ad pugnandum acie exercitum duxit. Babyloniorum universa multitudo portis effusa, cum sacerdotibus & principibus civitatis Alexandro obviam ivit, munera certatim offerentes, urbemque & arcem cum pecunià tradentes. Alexander Babylonem ingressus, templa quæ Xerxes subverterat, instaurare Babylonios jussit, & in his templum Beli, quem præcipue deum Babylonii colunt. Satrapam eis constituit Mazæum. Apollodorum vero Amphipolitem, prætorem eorum militum qui cum Mazæo relicti erant, & Asclepiodorum Philonis filium tributis cogendis præfecit. Mithrinem etiam satrapam in Armeniam misit, qui Sardium arcem Alexandro tradiderat. Chaldæos quoque in hac urbe consuluit, & quæcunque circa templorum instaurationem facienda monuerunt, peregit. atque inter cætera Belo, ex ipsorum consilio, sacrum fecit. Ipse inde Susa movit: in itinere obvium habuit filium satrapæ Susiorum, & tabellarium cum literis à Philoxeno, quem Alexander statim ex prælio Susa miserat. Epistolæ sententia hæc erat, Susios urbem tradidisse, omnemque pecuniam Alexandro salvam esse:

tur; & dein rursus Φιλόξενον γὰρ εὐθὺς ἐκ τῆς μάχης ἐπὶ Σοῦσα ἐστάλκει, & notavit in ea voce locum Strabonis Phil. Cluverius Sicil. Antiq. pag. 156. Deinde præclare idem omnia adjuvabit, qui tanto ampliora hæc exhibet ἐλαύνει ἐπὶ Μηδίας καὶ ξὺν αὐτῷ οἵ τε Βάκτριοι ἐπανεληλυθότι τε ἐν τῇ μάχῃ ξυνταχθέντες ἔφυγον καὶ Περσῶν. Certe Bactrios non exiguam partem fuisse eorum, qui cum Dario fugiebant, testatur etiam Curtius v, 8. Refero autem, ut notatum in scedis meis invenio; unde si sensum quærere velimus, erit scribendum: οἵ τε Βάκτριοι οἱ ἐπανεληλυθότι. Hoc est, *& cum ipso tum Bactriani, qui revertenti ipsi in prælio adjuncti fuerunt, fugiebant, tum Persarum.* Sed & κατὰ τὴν φυγὴν, quæ voces mox sequuntur, vitiose transtulit Vulcanius *post fugam*, quum *in ipsa fuga* denotent, vel *post fugam inceptam*. Ἐν τῇ φυγῇ dicit cap. 17, ubi Vulcanius id interpretari neglexit.

86 Πάρων τε Φωκεὺς] Quod præcipuum ex Freinshemio observari merebatur, ad id connivent, tantum stolide notant eundem esse, qui memoratur Curtio lib. v capp. 9 & 11. At id habent, ut dixi, ex Freinshemio ad v, 11, 1. Sed idem doctissimus Vir ibidem notat patria Phocensem fuisse ex hoc Arriani indicio. Cur reperit hic noster, qui in Suanis & Tapuris adeo perite & callide exercere Geographiam potuit, Vulcanii ac Facii errorem, vocarique Phocæum patitur? Utique 1, 8 Φωκεῖς intellecti fuerunt *Phocenses*. Neque vero, quæ vicinia aut fere confusio inter duo hæc vocabula apud antiquos exstiterit nuper demum edocta, potuit istos illustravisse. Et ego tamen Phocensem præferens & vere Græcum exigens restitui.

87 Πόλιν ἐκδιδόντες] In Opt. ἐνδιδόντες, quod & Vulcanius ex V. C. annotavit.

88 Ἐνεγέγραπτο] MSS. omnes ἀνεγέγραπτο, etiam in V. C. Vulcanii.

τὰ νῦν ἐστιν Ἀλεξάνδρου. Ἀφίκετο δὲ ἐς Σοῦσα Ἀλέξανδρος ἐκ Βαβυλῶνος ἐν ἡμέραις εἴκοσι· καὶ παρελθὼν εἰς τὴν πόλιν, τά τε χρήματα παρέλαβεν, ὄντα ἀργυρίου τάλαντα[89] ἐς πεντακισμύρια, καὶ τὴν ἄλλην κατασκευὴν τὴν βασιλικήν. Πολλὰ δὲ καὶ ἄλλα κατελήφθη αὐτοῦ, ὅσα Ξέρξης ἀπὸ τῆς Ἑλλάδος ἄγων ἦλθε· τά τε ἄλλα, καὶ Ἁρμοδίου καὶ Ἀριστογείτονος χαλκαῖ εἰκόνες· καὶ ταύτας Ἀθηναίοις πέμπει ὀπίσω Ἀλέξανδρος, καὶ νῦν κεῖνται Ἀθήνησιν ἐν Κεραμεικῷ αἱ εἰκόνες, ᾗ ἄνιμεν ἐς πόλιν, καταντικρὺ μάλιστα τοῦ Μητρῴου[90] μακρὰν τῶν Εὐδανέμων τοῦ βωμοῦ· ὅστις δὲ μεμύηται τοῖν θεαῖν ἐν Ἐλευσῖνι, οἶδε τὸν Εὐδανέμου βωμὸν, ἐπὶ τοῦ δαπέδου ὄντα. Ἐνταῦθα θύσας τῷ πατρίῳ νόμῳ Ἀλέξανδρος, καὶ λαμπάδα ποιήσας καὶ ἀγῶνα γυμνικὸν, καταλιπὼν σατράπην μὲν τοῖς Σουσιανοῖς[91] Ἀβουλίτην ἄνδρα Πέρσην, φρούραρχον δὲ ἐν τῇ ἄκρᾳ τῶν Σούσων Μάζαρον τῶν ἑταίρων, καὶ στρατηγὸν Ἀρχέλαον τὸν Θεοδώρου, προὐχώρει ὡς ἐπὶ Πέρσας· ἐπὶ θάλασσαν δὲ κατέπεμψεν ὕπαρχον Συρίας καὶ Φοινίκης καὶ Κιλικίας Μένητα. Καὶ τούτῳ ἔδωκεν ἀργυρίου τάλαντα ἐς τρισχίλια φέρειν ἐπὶ θάλασσαν, καὶ ἀπ' αὐτῶν ἀποστεῖλαι παρ' Ἀντίπατρον, ὅσων ἂν δέηται Ἀντίπατρος ἐς τὸν πρὸς Λακεδαιμονίους πόλεμον. Ἐνταῦθα καὶ Ἀμύντας ὁ Ἀνδρομένους ξὺν τῇ δυνάμει ἀφίκετο, ἣν ἐκ Μακεδονίας ἦγε. Καὶ τούτων τοὺς μὲν ἱππέας ἐς τὴν ἵππον τὴν ἑταιρικὴν κατέταξεν Ἀλέξανδρος, τοὺς πεζοὺς δὲ προσέθηκε ταῖς τάξεσι ταῖς ἄλλαις, κατὰ ἔθνη ἑκάστους ξυντάξας. Κατέστησε καὶ[92] λόχους δύο ἐν ἑκάστῃ ἴλῃ, οὐ πρόσθεν ὄντας λόχους ἱππικούς· καὶ λοχαγοὺς ἐπέστησε τοὺς κατ' ἀρετὴν προκριθέντας ἐκ τῶν ἑταίρων. 17 Ἄρας δὲ ἐκ Σούσων, καὶ διαβὰς τὸν Πασιτίγριν ποταμὸν, ἐμβάλλει εἰς τὴν Οὐξίων γῆν. Οὐξίων δὲ οἱ μὲν τὰ πεδία οἰκοῦντες, τοῦ τε σατρα-

esse. Ex Babylone Susa vigesimo die pervenit, urbemque ingressus, pecuniam omnem, argenti talentûm millia quinquaginta, reliquumque apparatum regium accepit. Multa præterea alia ibi reperta sunt, quæ Xerxes è Græciâ attulerat: inter quæ Harmodii & Aristogitonis æneæ statuæ, quas quidem Atheniensibus remisit Alexander, & in hunc usque diem Athenis in Ceramico habentur statuæ; eâ parte quâ ad urbem ascendimus, è regione Metroi, *sive templi Matris deûm*, non procul ab arâ Eudanemi: quam quisquis Eleusiniis sacris initiatus est in porticu sitam esse non ignorat. Eo loco Alexander patrio more collucentibus facibus sacrum fecit, ludosque gymnicos edidit. Inde Abulite homine Persâ satrapâ Susianis relicto, Mazaroque uno ex amicis præfecto præsidii arcis, & Archelao Theodori filio prætore constituto, in Persas movit. Ad mare Menetem misit, Syriæ, Phœnices & Ciliciæ præsidem. Huic tria millia talentûm argenti ad mare vehenda tradit, jubetque ut ex iis Antipatro tantum, quantum ad bellum cum Lacedæmoniis gerendum sufficiat, mittat. Eo loci Amyntas Andromenis F. cum exercitu quem ex Macedoniâ ducebat venit. Atque equites quidem Alexander ad amicorum equitatum conjunxit; pedites vero in suæ quosque gentis ordines distribuit. Duas præterea in singulis alis turmas constituit, quum antea equestres turmæ nullæ fuissent: quarum ductores ex amicis eos qui virtute bellicâ præstitissent delegit. 17 Deinde Susis cum exercitu movens, Pasitigrem amnem transgressus, Uxiorum regionem ingreditur. Et Uxii quidem plana incolentes,

89 Ὄντα ἀργυρίου τάλαντα] Insanum variant libri antiqui. Duo enim interjiciunt τῶ, unus γὰ, (quod vidit etiam in V. C. Vulcanius, simul inserens Latinis vocem *talentûm*) sed in Optimo nec horum quidquam, nec participium ὄντα apparet, neque requiritur.

90 Καταντικρὺ μάλιστα τοῦ Μητρῴου] Mirifice exponit Vulcanius *è regione Metroi sive aræ matris Deum.* An Μητρῷον nihil aliud fuit, nisi ara matris Deûm? Longe aliter sane id à viris doctis describitur & inprimis vel ab Meursio tam in Atticis Lectionibus I, II, quam Ceramici capite V, vel ab Henrico Valesio per loca ad Harpocrationem diversis occasionibus adducta. Cæterum nescio an debuerit dicere Arrianus ᾗ ἄνιμεν ἐς πόλιν. Quod enim esse in adscensu ad urbem dicitur, id videtur statui extra urbem, quum tamen omnia illa loca, quæ adducit uterque ex citatis, persuadeant fuisse intra urbem prope forum, ubi erat Μητρῷον certe, inserviens custodiæ legum & tabularum publicarum, quem locum non apparet credibile fuisse extra urbis mœnia. Porro hic ipse locus materiam dedit eidem clarissimo Meursio colligendi partem priorem capitis ultimi libr. V. earundem Lectionum, ubi ita agit, ut omnino varietatem numeri, quæ in Arriano obtinet de Eudanemo & Eudanemis probet ac confirmet; atque ille sit iste Ἄγγελος ibi monstratus, cui sacra fuerit ara; hi vero, qui propter illam aram habitabant. Nec obnitor, si modo illius pluralis possit ea esse vis. Est enim prorsus simile, quod in Africa habemus Φιλαίνων βωμοὺς, quos tum Scylax, tum Polybius appellat Φιλαίνω. Vulcanius sane notat ex V. C. τοῦ Εὐδανέμου, quod & ipse in uno vidi. Sed meliores servant pluralem, & πόλις videtur esse ἀκρόπολις.

91 Τοῖς Σουσιανοῖς] MSS. omnes τῆς Σουσιανῆς. Quæ autem multis hîc ingesta nuper sunt de prætore Archelao, omnia & notavit & correxit Freinshemius in notis Curtianis V, 2, 43. Facius reddiderat, *Mazaro uni ex amicis arcis custodia mandata, copiarum, quas ibidem relinquebat, Archelaum Theodori ducem constituit.*

92 Κατέστησε καὶ] Lege ex Optimo κατέστησε δὲ καί. Versionem vero hujus loci puram dedit Freinshemius & Raderus in notis ad Curtium V, 2, 6, apud quos videbis omnia, quæ nuper sub suo nomine alius jactitavit.

σατράπῃ τῷ Περσῶν ἦρχον, καὶ τότε Ἀλεξάνδρῳ σφᾶς ἐνέδοσαν· οἱ δὲ ὄρειοι καλούμενοι Οὔξιοι, Πέρσαις τε οὐχ ὑπήκοοι ἦσαν, καὶ τότε πέμψαντες παρ' Ἀλέξανδρον, οὐκ ἄλλως παρήσειν ἔφασαν τὴν ἐπὶ Πέρσας ἰόντα ξὺν τῇ δυνάμει, ἢ λαβεῖν, ὅσα καὶ παρὰ τοῦ Περσῶν βασιλέως ἐπὶ τῇ παρόδῳ ἐλάμβανον. Καὶ τούτους ἀποπέμπει Ἀλέξανδρος, ἥκειν κελεύσας ἐπὶ τὰ στενά, ὧν κρατοῦντες ἐπὶ σφίσιν ἐδόκει τὴν πάροδον εἶναι τὴν ἐς Πέρσας, ἵνα καὶ παρ' αὐτοῦ λάβοιεν τὰ τεταγμένα. Αὐτὸς δὲ ἀναλαβὼν τοὺς σωματοφύλακας τοὺς βασιλικούς, καὶ τοὺς ὑπασπιστὰς[93], καὶ τῆς ἄλλης στρατιᾶς ἐς ὀκτακισχιλίους, τῆς νυκτὸς ᾔει ἄλλην ἢ τὴν φανεράν, ἡγησαμένων αὐτῷ τῶν Σουσίων· καὶ διελθὼν ὁδὸν τραχεῖαν καὶ δύσπορον ἐν μιᾷ ἡμέρᾳ, ἐμπίπτει ταῖς κώμαις[94] τῶν Οὐξίων, καὶ λείαν τε πολλὴν ἔλαβε, καὶ αὐτῶν ἔτι ἐν ταῖς εὐναῖς ὄντων πολλοὺς κατέκτεινεν· οἱ δὲ ἀπέφυγον εἰς τὰ ὄρη· αὐτὸς δὲ ᾔει σπουδῇ ἐπὶ τὰ στενά, ἵνα ἀπαντήσεσθαι οἱ Οὔξιοι πανδημεὶ ἐδόκουν, ληψόμενοι τὰ τεταγμένα. Κρατερὸν δὲ ἔτι πρόσθεν ἀπέστειλε, τὰ ἄκρα καταληψόμενον, ἔνθα ᾤετο βιαζομένους τοὺς Οὐξίους ἀποχωρήσειν· αὐτὸς δὲ πολλῷ τάχει ᾔει· καὶ φθάνει τε κρατήσας τῶν στενῶν, καὶ ξυντεταγμένους τοὺς ἀμφ' αὐτὸν ἔχων ἐξ ὑπερδεξίου χωρίου ἐπῆγεν ὡς ἐπὶ τοὺς βαρβάρους. Οἱ δὲ τῷ τε τάχει τοῦ Ἀλεξάνδρου ἐκπλαγέντες, καὶ τοῖς χωρίοις, οἷς μάλιστα δὴ ἐπεποίθεσαν, πλεονεκτούμενοι ἔφυγον, οὐδὲ ἐς χεῖρας ἐλθόντες· καὶ οἱ μὲν αὐτῶν ὑπὸ τῶν ἀμφ' Ἀλέξανδρον ἐν τῇ φυγῇ ἀπέθανον, πολλοὶ δὲ καὶ κατὰ τὴν ὁδόν, κρημνώδη οὖσαν· οἱ πλεῖστοι δὲ ἐπὶ τὰ ὄρη ἀναφεύγοντες, ἐμπίπτουσιν ἐς τοὺς ἀμφὶ Κρατερόν, καὶ ὑπὸ τούτων ἀπώλοντο. Ταῦτα τὰ γέρα παρ' Ἀλεξάνδρου λαβόντες, χαλεπῶς εὕροντο δεόμενοι[95] παρ' αὐτοῦ, τὴν χώραν τὴν σφῶν ἔχοντες, φόρους ὅσα ἔτη Ἀλεξάνδρῳ ἀποφέρειν. Πτολεμαῖος δὲ ὁ Λάγου λέγει, τὴν Δαρείου μητέρα δεηθῆναι ὑπὲρ αὐτῶν Ἀλεξάνδρου, δοῦναί σφισι τὴν χώραν οἰκεῖν. Ὁ φόρος δὲ ὁ συνταχθεὶς ἦν, ἵπποι ἐς ἔτος ἑκατόν, καὶ ὑποζύγια πεντακόσια, καὶ προ-

tes, quum Persarum satrapæ parerent, Alexandro deditionem fecerant: at vero Uxii, quos montanos vocant, Persis subditi non erant. Hi Alexandro nuntiant, se nequaquam passuros, ut cum exercitu in Persas transiret, nisi tantundem daret, quantum à Persarum regibus pro transitu accipere soliti essent. Quos Alexander remittit, utque angustias illas insideant jubet, quibus occupatis transitum in Persiam impediri posse credebant, ut eo loci pecuniam pendi solitam accipiant. Ipse sumtis secum corporis custodibus regiis, & scutatis, atque ex reliquo exercitu octo circiter millibus, aliam quam quæ conspicua erat viam noctu ingressus est, Susiis ductoribus usus. Viâ itaque difficili atque arduâ superatâ uno die in vicos Uxiorum pervenit, ubi & magnâ prædâ potitus est, multosque eorum adhuc somno pressos interfecit: alii in montes diffugiunt. Ipse celeriter ad eas fauces contendit, ad quas confluxuros catervatim Uxios censebat, ad pactam transitus mercedem recipiendam. At Craterum ante ea præmiserat ad juga montium occupanda, in quæ Uxios pressos sese recepturos existimabat. Ipse gressum accelerans transitum occupat, iisque qui circa ipsum erant in ordinem redactis, in barbaros ex editioribus maximeque opportunis locis fertur. Barbari celeritate Alexandri consternati, quum eos locos, in quibus plurimum fiduciæ posuerant, ereptos sibi esse cernerent, non tentato conflictu in fugam vertuntur. Horum multi ab Alexandri comitatu in fuga interficiuntur: multi per abrupta viarum præcipitia: plurimi vero ad juga montium confugientes, in Crateri copias incidunt, & ab iis cæduntur. Hac mercede acceptâ, ægre multis precibus ab Alexandro impetrarunt, ut agrorum suorum possessione ipsis relictâ annua tributa penderent. Ptolemæus Lagi filius autor est, Darii matrem pro iis Alexandro supplicasse, agrumque ejus rogatu illis incolendum esse datum. Tributum annuum iis impositum ejuscemodi fuit: Equi centum, jumenta quingenta, pecudum triginta millia. Ne-

93 Ἀναλαβὼν τοὺς σωματοφύλακας τοὺς βασιλικοὺς καὶ τοὺς ὑπασπιστάς] Mirifica definitio corporum militarium. Atqui nulli fuerunt alii σωματοφύλακες, neque unquam σωματοφύλακες βασιλικοὶ dicuntur ad differentiam aliorum σωματοφυλάκων, ut ἴλη aliqua dicta est ἴλη βασιλική, & distinguitur ab aliis. Somniare hic puto omnes libros MSS. & transpositis vocibus legendum ἀναλαβὼν τοὺς σωματοφύλακας καὶ τοὺς ὑπασπιστὰς τοὺς βασιλικούς. Hi enim ὑπασπισταὶ divisi fuerunt in diversa genera, unde I, 15 recensentur ὑπασπισταὶ τῶν ἑταίρων. Infra capite 19 hujus libri πεζῶν τάξις καὶ τῶν ὑπασπιστῶν χιλιαρχίαι. III, pag. 189 ὑπασπισταὶ τοῦ Ἀλεξάνδρου στρατιᾶς καὶ οἱ ὑπασπισταὶ οἱ βασιλικοί. Et pag. 184 τῶν πεζῶν πρῶτον ἄγημα τῶν ὑπασπιστῶν καὶ ἐπὶ τούτῳ ἄλλοι ὑπασπισταί. IV, 24 τοὺς ὑπασπιστὰς τῶν βασιλικῶν τὸ τρίτον μέρος. Quales vero hos Uxios describit Arrianus, tales Carduchos referunt illi, qui Xenophontis anabasin describunt, ex quibus habet Stephanus.

94 Ἐμπίπτει ταῖς κώμαις] Optimus cum plerisque atque adeo Basileensi etiam editione ἐνπίπτει. Quod quis mutavit? Sic mox cap. 18 [illegible].

95 Εὕροντο δεόμενοι] In tralatitiis MSS. & Basileensi editione est εὕροντο, at in Opt. etiam εὗρον.

πρόβατα τρισμύρια. Χρήματα γὰρ οὐκ ἦν Οὐξίοις, οὐδὲ γῆ οἷα ἐργάζεσθαι, ἀλλὰ νομεῖς [18] αὐτῶν οἱ πολλοὶ ἦσαν. Ἐκ δὲ τούτου τὰ μὲν σκευοφόρα, καὶ τοὺς Θετταλοὺς ἱππέας, καὶ τοὺς ξυμμάχους, καὶ τοὺς μισθοφόρους τοὺς ξένους, καὶ ὅσοι ἄλλοι τοῦ στρατεύματος βαρύτερον ὡπλισμένοι [96], ξὺν Παρμενίωνι ἐκπέμπει, ὡς ἐπὶ Πέρσας ἄγειν κατὰ τὴν ἁμαξιτὸν τὴν ἐς Πέρσας φέρουσαν. Αὐτὸς δὲ τοὺς πεζοὺς τοὺς Μακεδόνας ἀναλαβὼν, καὶ τὸ ἱππικὸν τὸ ἑταιρικὸν, καὶ τοὺς προδρόμους ἱππέας, καὶ τοὺς Ἀγριᾶνας, καὶ τοὺς τοξότας, ᾔει σπουδῇ τὴν διὰ τῶν ὀρῶν. Ὡς δὲ ἐπὶ τὰς πύλας τὰς Περσίδας ἀφίκετο, καταλαμβάνει αὐτοῦ Ἀριοβαρζάνην τὸν Περσῶν σατράπην, πεζοὺς μὲν ἐς τετρακισμυρίους [97] ἔχοντα, ἱππέας δὲ ἐς ἑπτακοσίους, διατετειχικότα τὰς πύλας, καὶ αὐτοῦ πρὸς τῷ τείχει ἐστρατοπεδευκότα, ὡς εἴργειν τῆς παρόδου [98] Ἀλέξανδρον. Τότε μὲν δὴ αὐτοῦ κατεστρατοπεδεύσατο· τῇ δὲ ὑστεραίᾳ ξυντάξας τὴν στρατιὰν, ἐπῆγε τῷ τείχει. Ὡς δὲ ἄπορόν τε διὰ δυσχωρίαν ἐφαίνετο αἱρεθῆναι, καὶ πολλὰς πληγὰς οἱ ἀμφ᾽ αὐτὸν ἐλάμβανον, ἐξ ὑπερδεξίου τε χωρίου καὶ ἀπὸ μηχανῶν βαλλόμενοι, τότε μὲν ἀποχωρεῖ ἐς τὸ στρατόπεδον· τῶν δὲ αἰχμαλώτων φρασάντων ἄλλην ὁδὸν περιάξειν αὐτὸν, ὡς εἴσω παρελθεῖν τῶν πυλῶν, ἐπεὶ τραχεῖαν τὴν ὁδὸν καὶ στενὴν ἐπύθετο, Κρατερὸν μὲν αὐτοῦ καταλείπει ἐπὶ στρατοπέδου, τήν τε αὑτοῦ τάξιν ἔχοντα, καὶ τὴν Μελεάγρου, καὶ τῶν τοξοτῶν ὀλίγους, καὶ τῶν ἱππέων ἐς πεντακοσίους· καὶ προστάττει αὐτῷ, ἐπειδὰν ἐκπεριεληλυθότα αὐτὸν αἴσθηται, καὶ προσάγοντα ἤδη τῷ στρατοπέδῳ τῶν Περσῶν, (αἰσθήσεσθαι δὲ οὐ χαλεπῶς, σημαίνειν γὰρ αὐτῷ τὰς σάλπιγγας) τότε δὲ προσβαλεῖν τῷ τείχει· αὐτός τε προὐχώρει νύκτωρ, καὶ διελθὼν ὅσον ἑκατὸν σταδίους ἀναλαμβάνει τοὺς ὑπασπιστὰς, καὶ τὴν Περδίκκου τάξιν, καὶ τῶν τοξοτῶν τοὺς κουφοτάτους, καὶ τοὺς Ἀγριᾶνας, καὶ τῶν ἑταίρων τὴν ἴλην τὴν βασιλικὴν, καὶ τετραρχίαν πρὸς ταύτῃ μίαν ἱππικὴν, καὶ ξὺν τούτοις ᾔει ἐπικάμψας, ὡς ἐπὶ τὰς πύλας, ἵνα οἱ αἰχμάλωτοι ἦγον. Ἀμύνταν δὲ καὶ Φιλώταν καὶ Κοῖνον τὴν ἄλλην στρατιὰν ὡς ἐπὶ τὸ πεδίον ἄγειν, καὶ τὸν ποταμὸν, ὃν ἐχρῆν περάσαι ἰόντι ἐπὶ Πέρσας, γεφυροῦν ἐκέλευσεν, αὐτὸς δὲ ᾔει ὁδὸν χαλεπὴν καὶ τραχεῖαν,

Neque enim monetâ Uxii utebantur, neque agros ad colendum aptos habebant, sed plerique eorum pecori pascendo vacabant. Posthæc Alexander sarcinas & impedimenta [18], Thessalosque equites, ac socios, & mercenarios exteros, reliquumque exercitum gravioris armaturæ cum Parmenione mittit, qui eos in Persas, viâ curribus aptâ, ducat. Ipse peditatu Macedonum secum sumto, equitatuque amicorum, atque equitibus antecursoribus, simulque Agrianis & sagittariis, per montana citatim iter facit. Postquam vero ad pylas Persidis ventum est, Ariobarzanem ibi reperit Persarum satrapam, cum peditum XL. millibus, equitibus circiter septingentis, ipsasque fauces muro clausisse, & juxta murum castris positis transitu prohibere instituisse. Primo itaque adventu ibi castra locat: postero autem die instructo exercitu muri oppugnationem aggreditur. Cæterum quum ob asperitatem loci difficillima expugnatio fore videretur, quod sui multa vulnera exciperent, partim ex editioribus locis, partim ex machinis icti, tum quidem temporis exercitum ab oppugnatione revocavit. Pollicentibus autem captivorum nonnullis, sese aliâ viâ circunducturos, quâ in ipsas pylas introitus pateret, ut audivit tramites illos arduos angustosque esse, Craterum ibi cum castris relinquit, ad suum agmen Meleagri etiam copiis & sagittariorum nonnullis atque equitibus quingentis adjunctis. Huic imperat, ut simul ac se pertransisse senserit, & Persarum castris imminere, (quod quidem haud difficultèr ex tubarum clangoribus sensurus esset) impetum in murum faciat. Ipse per noctem ad centum stadia progressus, assumtis scutatis & Perdiccæ agmine, sagittariisque expeditioribus & Agrianis, atque ex amicis turmâ regiâ, additâque his tetrarchiâ equestri unâ, flexo itinere ad pylas contendit, eâ quâ captivi ducebant viâ. Amyntam autem, Philotam & Cœnum reliquum exercitum per plana ducere jubet. Flumen præterea, quod in Persiam euntibus transeundum erat, ponte jungi mandat. Ipse viam difficilem asperamque per-

96 Βαρύτερον ὡπλισμένοι] Addit MS. Optimus ὄντες, ut opinor, bene.

97 Ἐς τετρακισχιλίους] Si unquam, nunc utique imperitiæ arguendi sunt, qui imperite Facium reddidisse ajunt *quadraginta millia*. Hoc primum. Tum quid illos Græce scire dicemus, qui hunc numerum Græca lingua τεσσαρακοντακισχιλίους ampulloso vocabulo & feculento exprimi judicant? Immo omnes MSS. quos vidi, etiam Optimus hoc loco habent τετρακισμυρίους, quomodo sine dubio etiam in suo exemplari Facius invenit, quod expressisse in versione eum credimus. Equidem quum Diodorus habeat XXV millia, ac totidem quoque agnoscat Curtius V, 3, 17 in MSS. quibusdam, etsi editiones quædam præferant *quindecim millia*, verisimilior est in Arriano hic numerus Facianus, quam qui à vulgo substitutus est τετρακισχιλίους Unde Arriano suum reddere non dubitavi.

98 Ὡς εἴργειν τῆς παρόδου] Plane huic non cedit, quod est in libro Optimo εἴρξων. Quin & mox idem τῇ δ᾽ ὑστεραίᾳ, non τῇ δ᾽ ὑστεραίῃ.

χείαν, καὶ ταύτῃ δρόμῳ τὸ πολὺ ἦγε. Τὴν μὲν δὴ πρώτην φυλακὴν τῶν βαρβάρων πρὶν φάος ἐπιπεσὼν[99] διέφθειρε, καὶ τῶν δευτέραν τοὺς πολλούς· τῆς τρίτης δὲ οἱ πλείους διέφυγον, καὶ οὐδὲ οὗτοι εἰς τὸ στρατόπεδον τὸ Ἀριοβαρζάνου ἔφυγον, ἀλλ' αὐτόθεν, ὡς εἶχον, ἐς τὰ ὄρη πεφοβημένοι· ὥστε ἔλαθεν ἐπὶ τὴν ἕω ἐπιπεσὼν τῷ στρατοπέδῳ τῶν πολεμίων, καὶ ἅμα μὲν προσέβαλε τῇ τάφρῳ, ἅμα δὲ αἱ σάλπιγγες ἐσήμαινον τοῖς ἀμφὶ Κρατερόν, καὶ Κρατερὸς προσῆγε τῷ προτειχίσματι. Οἱ δὲ πολέμιοι πάντοθεν ἀμφίβολοι γιγνόμενοι, οὐδὲ ἐς χεῖρας ἐλθόντες ἔφυγον, ἀλλὰ πανταχόθεν γὰρ εἴργοντο, τῇ μὲν Ἀλεξάνδρου ἐπικειμένου, ἄλλῃ δὲ τῶν ἀμφὶ Κρατερὸν ἐπιθεόντων[1], ὥστε ἠναγκάσθησαν οἱ πολλοὶ αὐτῶν ἐς τὰ τείχη ἀποστρέψαντες φεύγειν· εἴχετο δὲ καὶ τὰ τείχη πρὸς τῶν Μακεδόνων ἤδη. Ἀλέξανδρος γὰρ τοῦτο αὐτὸ ὅπερ ξυνέβη ὑποτοπήσας, Πτολεμαῖον ἀπολελοίπει αὐτοῦ, ἔχοντα τῶν πεζῶν ἐς τρισχιλίους· ὥστε οἱ μὲν πλεῖστοι τῶν βαρβάρων ἐν χερσὶ πρὸς τῶν Μακεδόνων κατεκόπησαν· οἱ δέ, καὶ ἐν τῇ φυγῇ φοβερᾶς γενομένης, κατὰ τῶν κρημνῶν ἑαυτοὺς ῥίψαντες[2], ἀπώλλυντο· αὐτὸς δὲ ὁ Ἀριοβαρζάνης ξὺν ὀλίγοις ἱππεῦσιν ἐς τὰ ὄρη ἀπέφυγεν. Ἀλέξανδρος δὲ σπουδῇ αὖθις ἦγεν ὡς ἐπὶ τὸν ποταμόν, καὶ καταλαμβάνει ἤδη πεποιημένην ἐπ' αὐτοῦ γέφυραν, καὶ διαβαίνει ξὺν τῇ στρατιᾷ εὐπετῶς. Ἐντεῦθεν δὲ σπουδῇ αὖθις ἤλαυνεν ἐς Πέρσας, ὥστε ἔφθη ἀφικέσθαι πρὶν τὰ χρήματα διαρπάσασθαι τοὺς φύλακας. Ἔλαβε δὲ καὶ τὰ ἐν Πασαργάδαις χρήματα, ἐν τοῖς Κύρου τοῦ πρώτου θησαυροῖς. Σατράπην μὲν δὴ Περσῶν κατέστησε Φρασαόρτην τὸν Ῥεομίθρου παῖδα· τὰ βασίλεια δὲ τὰ Περσικὰ ἐνέπρησε, Παρμενίωνος σώζειν συμβουλεύοντος, τά τε ἄλλα καὶ ὅτι οὐ καλὸν αὐτοῦ κτήματα ἤδη ἀπολλύναι, καὶ ὅτι οὐχ ὡσαύτως προσέξουσιν αὐτῷ οἱ κατὰ τὴν Ἀσίαν ἄνθρωποι, ὡς οὐδὲ αὐτῷ ἐγνωκότι κατέχειν τῆς Ἀσίας τὴν ἀρχήν, ἀλλ' ἀπελθεῖν μόνον[3] νικῶντα. Ὁ δὲ, τιμωρήσασθαι ἐθέλειν Πέρσας ἔφασκεν, ἀνθ' ὧν ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα ἐλάσαντες, τάς τε Ἀθήνας κατέσκαψαν, καὶ τὰ ἱερὰ ἐνέπρησαν, καὶ ὅσα ἄλλα κακὰ τοὺς Ἕλληνας εἰργάσατο[4], ὑπὲρ τούτων

persequitur, eamque magnâ ex parte cursu peregit. Quumque ad primam barbarorum stationem ante lucem venisset, custodes trucidat. Secundæ deinde stationis custodibus etiam plerisque cæsis, quum ad tertiam venit, complures diffugerunt. Sed ne hi quidem in castra Ariobarzanis fugerunt: sed inde in montes, prout quisque potuit, sese metu perculsi proripuerunt: adeo ut sub auroram inopinato castra hostium sit adortus. Simulac ad fossam castrorum perventum est, Craterus signo tubæ exaudito, impetum in murum facit. Hostes summâ consilii inopiâ laborantes, ne tentatâ quidem pugnâ in fugam vertuntur. Cæterum quum omni ex parte intercluderentur, hac enim Alexander premebat, illac Crateri copiæ infestæ occurrebant, plerique eorum muros cursu repetere sunt coacti: & jam Macedones muros occupârant. Alexander enim idipsum quod evenerat ante suspicatus, Ptolemæum eo loci cum peditum tribus millibus reliquerat. Maxima itaque barbarorum pars à Macedonibus illic trucidata est: alii fugâ terroris plenâ, in præcipitia delapsi, periêre. Ariobarzanes cum paucis equitibus in montes effugit. Alexander rursus ad flumen celeriter profectus, ponte jam perfecto facile omnem exercitum transmittit. Inde magnis itineribus in Persas contendit, ut præveniendo adesset, priusquam regii thesauri ab custodibus diriperentur. Cepit & apud Pasargadas pecunias, quæ in thesauris Cyri prioris fuerant. Persis satrapam constituit Phrasaortem Rheomithræ filium. Regiam autem Persarum incendit, suadente interim Parmenione ut intactam eam servaret, tum quod pulchrum non esset possessiones virtute suâ partas disperdere, tum quod Asiaticos minus benevolos ob id factum esset habiturus, existimaturos illum Asiam retinere nolle, sed eâ debellatâ recessurum. Alexander se Persarum facinus ulcisci velle respondit, quod quum in Græciam cum exercitu venissent, Athenas subverterant, templaque incenderant, aliaque multa in Græ-

99 Πρὶν φάος ἐπιπεσὼν] Vocula prima non agnoscitur ab Optimo libro. Et posset videri supervacua, utpote in pravis exemplaribus apposita ab eo, qui non animadvertebat Arrianum sic absolute loqui potuisse, ut usurparunt eo sensu solam vocem πρίν, ut intelligatur ἡμέρα. Vide ad II, 2.

1 Τῶν ἀμφὶ Κρατερὸν ἐπιθεόντων] MSS. omnes cum editione Basil. παραθεόντων; etiam paulo ante Optimus ἐσημαίνετο.

2 Κατὰ τῶν κρημνῶν ἑαυτοὺς ῥίψαντες] Sic plane Herodotus lib. VIII. cap. 53. Οἱ μὲν ἔρριπτον ἑαυτοὺς κατὰ τοῦ τείχεος κάτω. Illud autem ἑαυτοὺς in nullo antiquo reperi. Habes tamen in ipso hujus libri fine, πολλοὶ κατὰ τῶν κρημνῶν σφᾶς ῥίψαντες. Et jam ante fuit I, 20 οἱ μὲν αὐτῶν ῥίψαντες σφᾶς ἐν τῇ θαλάσσῃ διεσώζοντο. IV, 30. οἱ δὲ κατὰ τῶν κρημνῶν ῥίψαντες σφᾶς. Ubi etiam quidam adjecerunt αὐτοὺς in MSS. Vocula τῶν quoque non est in Optimo. Tum scribit Πασαγάδαις, quod notandum.

3 Ἀλλ' ἀπελθεῖν μόνον] Opt. ἐπελθεῖν, quod probatissimæ venæ verbum hoc loco, ut quia solus id habeat, ipse codex tanto sit laudabilior.

4 Ὅσα ἄλλα κατὰ τοὺς Ἕλληνας εἰργάσατο] Scribo

cum

τούτων δίκας λαβεῖν. Ἀλλ' οὐδ' ἐμοὶ δοκεῖ σὺν νῷ δρᾶσαι τοῦτό γε Ἀλέξανδρον, οὐδὲ εἶναί τις 19 αὕτη Περσῶν τῶν πάλαι τιμωρία. Ταῦτα δὲ διαπραξάμενος, προὐχώρει ἐπὶ Μηδίας· ἐκεῖ γὰρ ἐπυνθάνετο εἶναι Δαρεῖον. Γνώμην δὲ ἐπεποίητο Δαρεῖος, εἰ μὲν ἐπὶ Σούσοις καὶ Βαβυλῶνος μένοι Ἀλέξανδρος, αὐτοῦ προσμένειν καὶ αὐτὸς ἐν Μήδοις, εἰ δή τι νεωτερισθείη τῶν ἀμφ' Ἀλέξανδρον· εἰ δὲ ἐλαύνοι ἐπ' αὐτὸν, αὐτὸς δὲ ἄνω ἰέναι τὴν ἐπὶ Παρθυαίους τε καὶ Ὑρκανίαν, ἔστε ἐπὶ Βάκτρους[6], τήν τε χώραν φθείρων πᾶσαν, καὶ ἄπορον ποιῶν Ἀλεξάνδρῳ τὴν πρόσω ὁδόν. Τὰς μὲν δὴ γυναῖκας καὶ τὴν ἄλλην τὴν ἔτι ἀμφ' αὐτὸν κατασκευὴν, καὶ τὰς ἁρμαμάξας ἐπὶ τὰς Κασπίας καλουμένας πύλας πέμπει· αὐτὸς δὲ ξὺν τῇ δυνάμει, ἥντινα ἐκ τῶν παρόντων ξυνείλεκτο αὐτῷ, προσέμενεν ἐν Ἐκβατάνοις. Ταῦτα ἀκούσας Ἀλέξανδρος, προὐχώρει ἐπὶ Μηδίας· καὶ Παραιτάκας μὲν ἐς τὴν χώραν αὐτῶν ἐμβαλὼν κατεστρέψατο, καὶ σατραπεύειν ἔταξεν αὐτῶν Ὀξάθρην τὸν Ἀβουλίτου τοῦ πρότερον Σούσων σατράπου παῖδα. Αὐτὸς δὲ ὡς ἠγγέλθη κατὰ τὴν ὁδὸν, ὅτι ἐγνωκὼς εἴη Δαρεῖος ἀπαντᾶν τε αὐτῷ ὡς ἐς μάχην, καὶ αὖθις διακινδυνεύειν (Σκύθας τε γὰρ αὐτῷ ἥκειν, καὶ Καδουσίους συμμάχους) τὰ μὲν ὑποζύγια, καὶ τοὺς τούτων φύλακας, καὶ τὴν ἄλλην κατασκευὴν ἕπεσθαι ἐκέλευσε· τὴν στρατιὰν δὲ τὴν ἄλλην ἀναλαβὼν, ἦγεν ἐσταλμένους ὡς ἐς μάχην. καὶ ἀφικνεῖται δωδεκάτῃ ἡμέρᾳ ἐς Μηδίαν· ἔνθα ἔμαθεν οὐκ οὖσαν ἀξιόμαχον δύναμιν Δαρείῳ, οὐδὲ Καδουσίους ἢ Σκύθας αὐτῷ συμμάχους ἥκοντας, ἀλλ' ὅτι φεύγειν ἐγνωκὼς εἴη Δαρεῖος· ὁ δὲ ἔτι μᾶλλον ἦγε σπουδῇ[7]. Ὡς δὲ ἀπεῖχεν Ἐκβατάνων ὅσον τριῶν ἡμερῶν ὁδὸν, ἐνταῦθα ἀπήντα αὐτῷ Βισθάνης ὁ Ὤχου παῖς, τοῦ πρὸ Δαρείου βασιλεύσαντος Περσῶν· καὶ οὗτος ἀπήγγειλεν, ὅτι Δαρεῖος ἐς πέμπτην ἡμέραν εἴη πεφευγὼς, ἔχων τά τε χρήματα ἐκ Μήδων ἐς ἑπτακισχίλια τάλαντα, καὶ στρατιὰν, ἱππέας μὲν ἐς τρισχιλίους, πεζοὺς δὲ ἐς ἑξακισχιλίους. Ἐλθὼν δὲ ὡς Ἐκβάτανα[8] Ἀλέξανδρος, τοὺς μὲν

Græcos perpetrârant. Cæterum neque mihi prudenter hoc ab Alexandro factum videri potest, neque ulla de veteribus Persis hac ratione ultio sumta fuisse. His rebus ita ge- 19 stis, Alexander in Mediam movit: ibi enim Darium esse acceperat. Siquidem Darius ita apud se statuerat, si apud Susa & Babylonem hæreret Alexander, etiam apud Medos opperiri, an qui circa Alexandrum erant novi aliquid molirentur: si vero in se exercitum duceret, in Parthiam & Hyrcaniam usque ad Bactra se recipere, totâque regione vastatâ, omnem Alexandro progrediendi potestatem præriperet. Et mulieres, reliquumque apparatum universum quem penes se habebat, vehiculaque omnia ad pylas Caspias mittit: ipse cum copiis quas pro tempore collegerat, in Ecbatanis exspectabat. Quibus cognitis Alexander in Mediam progreditur: & Paritacas quidem, impetu in eorum regionem facto, subegit, satrapamque iis dedit Oxathrem Abulitæ filium, qui antea apud Susa satrapatum gesserat. Quumque Alexandro in itinere nuntiaretur Darium ei obviam ire statuisse, denuoque prælii fortunam experiri velle (Scythas enim & Cadusios ei auxilio venire) impedimentis, eorumque præsidio & reliquo apparatu subsequi jussis, omnibusque copiis secum ductis, instructâ acie ad pugnandum processit, & duodecimis castris in Mediam pervenit; ubi Dario non eas esse copias quibus prælio decernere posset cognovit, & neque Cadusios neque Scythas ei auxilio venire, & Darium omnem potius in fugâ spem collocasse: quapropter majore celeritate Alexander in eum contendebat. Quumque ab Ecbatanis trium dierum itinere abesset, Bisthanem Ochi filium, qui ante Darium in Perside regnârat, obvium habuit: is Alexandro nuntiavit, quintum jam diem esse, ex quo Darius fugisset, pecuniâ ex Mediâ VII M. talentûm secum ablatâ, cum exercitu equitum trium millium, peditum sex millium. Alexander ubi in Ecbatana venit, Thessalos equites alios-

cum pluribus antiquis κακά. Constructio eadem, etsi in alio verbo, IV, 2 τοὺς ἀλόντας τὰ αὐτὰ ὑπηρξαν. Lib. I cap. 14 dixit κακῶς ἐποίησαν ἡμᾶς. Id confirmat quoque V. C. apud Vulcanium, qui versionem ideo sic mutabat *aliisque multis damnis Græcos affecerant*. Habuit ab Xenophonte suo III Κυρ. παιδ. 112 οὐδεπώποτε ἐπαύσαντο πολλὰ κακὰ ἡμᾶς ποιοῦντες.

5 Σὺν νῷ δρᾶσαι] Habet ergo H. Stephanus, quod tueatur, scribens ad Herodotum pag. 509 rarissimum loquendi genus esse hoc nostrum σὺν νῷ, quod aperte hîc adest. Cui tamen ut opituler, scire oportet, quum reliqui veteres libri conspirent in hoc σὺν νῷ, esse unum illum Optimum, qui habeat δίκη. Sic IV, 8. Ὡς καὶ τὸν Φίλιππα τοῖς ἔργοις οὐδαμῶς ξὺν δίκῃ ἐπεμνᾶσθησαν. VII, 1. οὐ σὺν δίκῃ καλεῖ τοῦ ἡμᾶς μεγάλους βασιλέας. Deinde pro Ἀλέξανδρον plerique scripti Ἀλέξανδρος. Nec enim minus hinc videtur abfuisse primus casus, quam à sequentibus.

6 Ἔστε ἐπὶ Βάκτρους] Quis ita loquutus sit, viderit ejus scripturæ auctor. Certe codices vetusti omnes, in quibus & V. C. apud Vulcanium, atque editio Basileensis Βάκτρα.

7 Μᾶλλον ἦγε σπουδῇ] Optimus ἤπειγε.

8 Ἐλθὼν δὲ ὡς Ἐκβάτανα] Vulcanius ex MS. Aug. ἐς Ἐκβάτ. & sic quoque unus Florentinus, non sane ille ex optima nota, sed qui in multis desciscit, perinde ut iste V. C. Vulcanii, ab auctoritate tum Optimi, tum aliorum, in quibus idcirco non meretur, ut ratio aliqua ejus ducatur.

μὲν Θετταλοὺς ἱππέας καὶ τοὺς ἄλλους ξυμμάχους ἀποπέμπει ὀπίσω ἐπὶ θάλασσαν, τόν τε μισθὸν ἀποδοὺς αὐτοῖς ἐντελῆ τὸν ξυνταχθέντα, καὶ δισχίλια παρ' αὐτοῦ τάλαντα ἐπιδούς· ὅστις δὲ ἰδίᾳ βούλοιτο ἔτι μισθοφορεῖν παρ' αὐτῷ, ἀπογράφεσθαι ἐκέλευσε· καὶ ἐγένοντο οἱ ἀπογραψάμενοι οὐκ ὀλίγοι. Ἐπόκιλλον δὲ τὸν Πολυειδοῦς ἔταξε καταγαγεῖν αὐτοὺς ὡς ἐπὶ θάλασσαν, ἱππέας ἄλλους ἔχοντα ἐς φυλακὴν αὐτῶν· οἱ γὰρ Θεσσαλοὶ τοὺς ἵππους αὐτοῦ ἀπέδοντο[9]. ἐπέστειλε δὲ καὶ Μένητι, ἐπειδὰν ἀφίκωνται, τοὺς ἐπὶ θάλασσαν ἐπιμεληθῆναι[10], ὅπως ἐπὶ τριήρων κομισθήσονται ἐς Εὔβοιαν. Παρμενίωνα δὲ προσέταξε τὰ χρήματα τὰ ἐκ Περσῶν κομιζόμενα, εἰς τὴν ἄκραν τὴν ἐν Ἐκβατάνοις καταθέσθαι καὶ Ἁρπάλῳ παραδοῦναι. Ἅρπαλον γὰρ ἐπὶ τῶν χρημάτων κατέλιπε[11], καὶ φυλακὴν τῶν χρημάτων Μακεδόνας ἐς ἑξακισχιλίους, καὶ ἱππέας, καὶ φίλους ὀλίγους. Αὐτὸν δὲ Παρμενίωνα τοὺς ξένους ἀναλαβόντα, καὶ τοὺς Θρᾷκας, καὶ ὅσοι ἄλλοι ἱππεῖς, ἔξω τῶν ἵππων τῶν ἑταιρικῶν, παρὰ τὴν χώραν τὴν Καδουσίων ἐλαύνειν ἐς Ὑρκανίαν. Κλείτῳ δὲ τῷ τῆς βασιλικῆς ἴλης ἡγεμόνι ἐπέστειλεν, ἐπειδὰν ἐκ Σούσων εἰς Ἐκβάτανα ἀφίκηται (καταλέλειπτο γὰρ ἐν Σούσοις ἀρρωστῶν) ἀναλαβόντα τοὺς Μακεδόνας τοὺς ἐπὶ τῶν χρημάτων τότε ὑπολειφθέντας, ἰέναι τὴν ἐπὶ Παρθυαίους, ἵνα καὶ αὐτὸς ἥξειν ἔμελλεν. Αὐτὸς δὲ ἀναλαβὼν τήν τε ἵππον τῶν ἑταίρων, καὶ τοὺς προδρόμους, καὶ τοὺς μισθοφόρους ἱππέας, ὧν Ἐριγύϊος ἡγεῖτο, καὶ τὴν φάλαγγα τὴν Μακεδονικὴν, ἔξω τῶν ἐπὶ τοῖς χρήμασι ταχθέντων, καὶ τοὺς τοξότας, καὶ τοὺς Ἀγριᾶνας, ἤλαυνεν ὡς ἐπὶ Δαρεῖον. Καὶ αὐτῷ κατὰ τὴν ὁδὸν σπουδῇ γιγνομένην, τῶν τε στρατιωτῶν πολλοὶ κάμνοντες ὑπελείποντο, καὶ ἵπποι ἀπέθνησκον· ἀλλὰ καὶ ὣς ἦγε, καὶ ἀφικνεῖται ἐς Ῥάγας ἑνδεκάτῃ ἡμέρᾳ. Διέχει δὲ ὁ χῶρος οὗτος ἀπὸ τῶν Κασπίων πυλῶν ὁδὸν ἡμέρας μιᾶς ἐλαύνοντι ὡς Ἀλέ-

aliosque socios in maritimam oram remisit, ac præter integrum stipendium duo millia talentûm militibus donat. Quicunque autem illorum viritim stipendia mereri vellent, conscribi jussit. neque pauci nomen dederunt. Reliquos per Epocillum Polyidis filium ad mare deduci jubet, alio equitum præsidio adjuncto. Thessali enim equos ibi reddiderunt. Meneti etiam per literas mandat, ut quum eo pervenerint, navibus in Eubœam transvehendos curet. Parmenioni quoque negotium dat, uti pecuniam omnem ex Persis allatam in arce quæ in Ecbatanis deponat, & Harpalo custodiendam tradat, quem super thesauros ibi cum præsidio sex millium Macedonum, & equitum amicorumque nonnullis reliquit. Parmenionem vero ipsum assumtis exteris, & Thracibus, reliquoque equitatu, præterquam amicorum, per Cadusiorum fines in Hyrcaniam mittit. Clito autem regiæ turmæ duci scribit, ut quum è Susis in Ecbatana venisset, (ibi enim valetudinis causâ relictus erat) receptis Macedonibus qui pecuniarum præsidio positi fuerant, in Parthos moveat, quo & ipse venturus erat. Alexander assumto equitatu amicorum, & antecursoribus, equitibusque mercede conductis, quos Erigyjus ducebat, & phalange Macedonicâ, iis exceptis qui pecuniarum præsidio relicti fuerant, sagittariis etiam & Agrianis sibi conjunctis, in Darium movit. Quumque summâ festinatione contenderet, multi in itinere milites præ lassitudine relicti, multi etiam equi exstincti sunt. Alexander nihilo secius institutum iter urgebat, & undecimis castris Rhagas pervenit. Distat hic locus unius diei itinere à Caspiis pylis, equitanti ita ut Alexander ducebat.

9 Τοὺς ἵππους αὐτοῦ ἀπέδοντο] Vulcanius *equos ibi reddiderunt*. Nec reprehendo; modo constet eos redditos. Cui enim reddiderunt, aut quare? an non erant ipsorum? Facius hæc plane omisit. Vide an non intelligi debeat *vendiderunt*, atque ita exemplum hoc sit ejus significationis, quam annotarunt Grammatici Græci, & idcirco Henr. Stephanus ambivit exemplis plurimis eam firmare. Quod autem vides præcedentia ἰδίᾳ μισθοφορεῖν verti *viritim stipendia mereri*, non Vulcanii, sed Freinshemii est in Curtianis VI, 6, 35, quod ita avide noster amplexus fuit, quum Vulcanio placuerit *privatim*. Tanquam si socialia præstentur auxilia, non quilibet viritim stipendia mereatur, certe viritim operas edit. Immo rectius editur *privatim*, hoc est, non reipublicæ, sed suo nomine, sua sponte & privatim. Diodorus Siculus XVII, 74 opponit τοὺς ἀπὸ τῆς Ἑλληνίδος πόλεων συμμαχήσαντας, & τοὺς ἑλομένους ἐν τῇ στρατιᾷ τῇ μετὰ τοῦ βασιλέως μένειν.

10 Ἐπειδὰν ἀφίκωνται τοὺς ἐπὶ θάλασσαν ἐπιμ.] Interpretationem video tum apud Vulcanium, tum apud Facium aptissimam, at Græca quo pacto capere debeam, hæreo. Qui enim sunt isti οἱ ἐπὶ θάλασσαν? Nulli sunt apud interpretes. Quem si consulas, pene credideris & præter ipsius voluntatem sic esse editum. Quod tamen non ita est; nam recognoscens suam editionem & cum V. C. comparans sic manu sua distinctiones auxit ἐπέστειλε δὲ καὶ Μένητι, ἐπειδὰν ἀφίκωνται, τοὺς ἐπὶ θάλασσαν, ἐπιμεληθῆναι &c. nescio qua mente. Versio tamen ejus ostendit prorsus legisse eum prout legendum est, deleta vocula τοὺς, & sic transposita distinctione, ἐπειδὰν ἀφίκωνται ἐπὶ θάλασσαν, ἐπιμεληθῆναι &c. Basileenses video edidisse ἀφίκωνται τοῦ ἐπὶ θάλασσαν. quod sane probari posset, quum supra de Uxiis sic loquutus fuerit. Sed nos devoti sumus MSStis, præcipue talibus.

11 Ἐπὶ τῶν χρημάτων κατέλιπε] Opt. ἀπέλιπε, qui etiam infra ἐπὶ τὰ χρήματα τότε ὑπολειφθέντας, ac mox ἐλαύνειν ἐπὶ Δαρεῖον, deleto ὡς.

Ἀλέξανδρος ἦγε. Δαρεῖος δὲ ἐφθάκει ἤδη παρεληλυθὼς[12] εἴσω τῶν πυλῶν τῶν Κασπίων. Τῶν δὲ συμφευγόντων Δαρείῳ πολλοὶ μὲν ἀπολιπόντες αὐτὸν ἐν τῇ φυγῇ, ἐπὶ τὰ αὑτῶν ἕκαστος ἀπεχώρει· οὐκ ὀλίγοι δὲ καὶ Ἀλεξάνδρῳ σφᾶς ἐνεδίδοσαν. Ἀλέξανδρος δὲ, ὡς ἀπέγνω κατὰ πόδας αἱρήσειν Δαρεῖον, μείνας αὐτοῦ πέντε ἡμέρας, καὶ ἀναπαύσας τὸν στρατὸν, Μηδίας μὲν σατράπην ἀπέδειξεν Ὀξυδάτην Πέρσην ἄνδρα, ὃς ἐτύγχανε πρὸς Δαρείου ξυνειλημμένος, καὶ ἐν Σούσοις εἰργόμενος· τοῦτο αὐτὸ ἐς πίστιν ἦν πρὸς Ἀλέξανδρον. Αὐτὸς δὲ ὡς ἐπὶ Παρθυαίους ἦγε· καὶ τῇ μὲν πρώτῃ πρὸς ταῖς Κασπίαις πύλαις ἐστρατοπέδευσε· τῇ δευτέρᾳ δὲ εἴσω παρῆλθε τῶν πυλῶν, ἔστε οἰκουμένα ἦν. Ἐπισιτισάμενος δὲ αὐτόθι[13], ὅτι ἔρημον τὴν πρόσω χώραν ἤκουεν, ἐς προνομὴν ἐκπέμπει Κοῖνον ξὺν ἱππεῦσί τε καὶ τῶν πεζῶν ὀλίγοις. Καὶ ἐν τούτῳ ἀφικνεῖται παρ' αὐτὸν ἀπὸ τοῦ Δαρείου στρατοπέδου, Βαγιστάνης Βαβυλώνιος ἀνὴρ, τῶν γνωρίμων, καὶ ξὺν τούτῳ Ἀντίβηλος, τῶν Μαζαίου παίδων. Οὗτοι ἀπήγγειλαν, ὅτι Ναβαρζάνης τε χιλιάρχης τῶν ξὺν Δαρείῳ φευγόντων ἱππέων, καὶ Βῆσσος ὁ Βακτρίων σατράπης, καὶ Βαρσαέντης ὁ Ἀραχωτῶν καὶ Δραγγῶν σατράπης, ξυνειληφότες εἶεν Δαρεῖον. Ταῦτα ἀκούσας Ἀλέξανδρος, ἔτι μᾶλλον ἦγε σπουδῇ, τοὺς ἑταίρους μόνους ἔχων ἀμφ' αὐτὸν, καὶ τοὺς προδρόμους ἱππέας, καὶ τῶν πεζῶν τοὺς εὐρωστοτάτους[14] τε καὶ κουφοτάτους ἐπιλεξάμενος, οὐδὲ τοὺς ἀμφὶ Κοῖνον προσμείνας ἐκ τῆς προνομῆς ἐπανελθεῖν· τοῖς δὲ ὑπολειπομένοις ἐπιστήσας[15] Κρατερὸν, προστάττει ἕπεσθαι μὴ μακρὰς ὁδοὺς ἄγοντα. Οἱ δὲ ἀμφ' αὐτὸν, τὰ ὅπλα εἶχον μόνον, καὶ δύο ἡμερῶν σιτία. Ἐλθὼν δὲ τήν τε νύκτα ὅλην καὶ τῆς ἐπιούσης ἡμέρας μέχρι μεσημβρίας, ὀλίγον χρόνον ἀναπαύσας τὸν στρατὸν, αὖθις ᾔει ὅλην

cebat. Darius vero jam Caspias portas prætergressus erat: & eorum qui fugientem comitabantur, plerique in domos suas sese recipiebant; non pauci etiam sese Alexandro dedebant. Alexander depositâ spe Darium ulla celeritate abs se comprehendi posse, quinque diebus ibi substitit, recreatoque exercitu Oxydatem hominem Persam Mediæ satrapam constituit, qui à Dario captus apud Susa in custodiâ habitus fuerat. Hoc ei fidem apud Alexandrum conciliabat. Inde in Parthos exercitum duxit: ac primo quidem die juxta Caspias pylas castra posuit: postridie ipsas pylas ingressus est, ac loca cultoribus frequentia. Quumque inde commeatum in exercitum intulisset, quod interiorem regionem incultam esse audisset, Cœnum cum equitatu exiguoque peditatu frumentatum mittit. Inter hæc 21 Bagistanes Babylonius vir illustris, & cum eo Antibelus unus ex Mazæi filiis è Darii exercitu ad Alexandrum venerunt, nuntiantes Nabarzanem mille equitum qui cum Dario fugerant præfectum, & Bessum Bactrianorum satrapam, ac Brazam Arachotorum & Drangarum satrapam, Darium in custodiâ tenere. Quo audito Alexander majore adhuc celeritate sibi utendum putavit. amicis tantum, equitibusque antecursoribus, ac peditum fortissimis simul atque expeditissimis delectis, non exspectato Cœni, qui frumentatum iverat, reditu. Reliquo exercitui Craterum præficiens, mandat sequi, ita ut itinera moderatius faciat. qui secum ibant, arma solum & duorum dierum cibaria gerebant. Totâ itaque nocte, & postero die ad meridiem usque continuato itinere, aliquantulum temporis militi ad quietem

12 Ἐφθάκει ἤδη παρεληλυθὼς] MS. Opt. παρελθών. Dein pro ἀπεχώρει nonnulli, sed & in his Optimus, ἀπεχώρουν, quod etiam correxit Vulcanius, & repetivi.

13 Ἐπισιτισάμενος δὲ αὐτόθι] Opt. αὐτόθεν, quam sane terminationem gratam Arriano fuisse ex crebro usu colligimus. Paulo ante nonnulli habent τοῦτο αὐτῷ ἐς πίστιν.

14 Τοὺς ἑταίρους μόνους ἔχων ἀμφ' αὐτὸν καὶ τοὺς προδρόμους ἱππέας, καὶ τῶν πεζῶν τοὺς εὐρωστοτάτους] Nihil scrupuli in hoc sermone, nisi quem movet præstantissimus ille codex, cujus auctoritas merito maxima est. In eo non habentur voces illæ τῶν πεζῶν. Deinde in alio inveni καὶ τοὺς ἱππέας τοὺς προδρόμους καὶ τῶν πεζῶν &c. Certe vix credibile pedites etiamnum huic cursui adfuisse, nisi ipse auctor mox cap. 21 testaretur in locum quingentorum equitum, quos ab equis jussit descendere, utpote delassatos, totidem ex peditum ducibus aliisque adhuc vigentibus electos subjecisse, ut ita pateat adfuisse. Sed illi satis monstrantur inter προδρόμους. Vide igitur, an possit credi scripsisse Arrianum καὶ τοὺς προδρόμους, καὶ ἱππέας τοὺς ἰσχυροτάτους. Hinc autem vides referri historiam ad cujus formam Scipio in Sicilia sibi comparavit turmam electissimorum equitum sine ullo sumtu publico, quod narrat Livius in principio libri XXIX.

15 Τοῖς δὲ ὑπολειπομένοις ἐπιστήσας] Opt. ἐπὶ δὲ τοῖς ὑπολ. Sic VII, 6 ἐγγραφῆναι ἐπὶ τούτοις ἐπιγαμίας. Et sæpius gaudet duplicare præpositiones, & hanc ipsam, ut in Indicis cap. 15 τίγρις ἐπιπηδᾷ ἐπὶ τὸν κεφαλήν. Et in fine libri VII ἐπισημῆναι ἐπὶ τῇ τελευτῇ. Sequentia προστάττει μὴ μακρὰς ὁδοὺς ἄγοντα, videntur carere & destitui eo, in quo sensus potissimum repositus erat, verbo videlicet, aut scribendum erat ἄγων, ex uno MS. quomodo etiam Vulcanius ex V. C. Sed haud dubie sic quoque manet desolatus truncatusque Arrianus. Nam quorsum ἄγων προστάττει? utrum retrorsum an per eandem sibi viam, aut aliorsum? ut plane illa scriptura non venerit ab Arriani manu. Sane reliqui codd. conspirant in vulgatum. Sed tamen Optimus ille Arrianum non deficit, in quo plenissime προστάττει ἕπεσθαι μὴ μακρὰς ὁδοὺς ἄγοντα. Id omnino, ut reponi debet, reposui. Versionem vero hanc *itinera moderatius faciat*, videntur Facius cum Vulcanio concinnavisse ex Ovidianis, *moderatius oro Curre fugamque inhibe, moderatius insequar ipse*. Sed mallem ex Tacito XV ann. 12 *Continuum die noctuque iter properabant.*

τὴν νύκτα, καὶ ἅμα ἡμέρᾳ ὑποφαινούσῃ παρῆν εἰς τὸ στρατόπεδον, ὅθεν ἀφωρμήκει[16] ὀπίσω Βαγιστάνης· καὶ τοὺς μὲν πολεμίους οὐ κατέλαβε[17]. Δαρεῖον δὲ προσεπύθετο, αὐτὸν μὲν συνειλημμένον ἄγεσθαι ἐφ' ἁρμαμάξης, Βήσσῳ δὲ ἀντὶ Δαρείου γενέσθαι τὸ κράτος[18], καὶ ἡγεμόνα ὠνομάσθαι Βῆσσον, πρός τε τῶν Βακτρίων ἱππέων, καὶ τῶν ἄλλων ὅσοι βάρβαροι ξυνέφευγον Δαρείῳ, πλὴν Ἀρταβάζου, καὶ τῶν Ἀρταβάζου παίδων, καὶ τῶν Ἑλλήνων τῶν μισθοφόρων· τούτους δὲ πιστοὺς εἶναι Δαρείῳ, καὶ εἴργειν μὲν τὰ γιγνόμενα οὐ δυνατοὺς εἶναι· ἐκτρέψαντας δὲ ἔξω τῆς λεωφόρου ὁδοῦ, ὡς ἐπὶ τὰ ὄρη ἰέναι κατὰ σφᾶς[19] οὐ μετέχοντας τοῖς ἀμφὶ Βῆσσον τοῦ ἔργου. Γνώμην δὲ πεποιῆσθαι τοὺς ξυλλαβόντας Δαρεῖον, εἰ μὲν διώκοντα σφᾶς Ἀλέξανδρον πυνθάνοιντο, παραδοῦναι Δαρεῖον Ἀλεξάνδρῳ, καὶ σφίσι τι ἀγαθὸν εὑρίσκεσθαι· εἰ δὲ τὸ ἔμπαλιν ἐπανεληλυθότα μάθοιεν, τοὺς δὲ στρατιάν τε ξυλλέγειν ὅσην πλείστην δύναιντο, καὶ διασώζειν ἐς τὸ κοινὸν τὴν ἀρχήν. Βῆσσον δὲ ἐν τῷ παρόντι ἐξηγεῖσθαι κατ' οἰκειότητά τε τὴν Δαρείου, καὶ ὅτι ἐν τῇ αὐτοῦ σατραπείᾳ τὸ ἔργον ἐγίγνετο. Ταῦτα ἀκούσαντι Ἀλεξάνδρῳ ἀνακράτος διωκτέα ἐφαίνετο. Καὶ ἤδη μὲν ἐξέκαμνον οἵ τε ἄνδρες καὶ οἱ ἵπποι, ὑπὸ τῇ ταλαιπωρίᾳ[20] τῇ ξυνεχεῖ, ἀλλὰ καὶ ὣς ἦγε-

καὶ

tem dedit. Inde rursus totâ nocte progressus, diluculo in ea castra pervenit, unde Bagistanes discesserat. & hostes quidem ibi nactus non est. De Dario certior factus est captivum illum in curru portari, Bessum loco Darii imperium obtinere, & à Bactrianis equitibus aliisque barbaris qui cum Dario fugerant, ducem nominatum esse, præterquam ab Artabazo & Artabazi filiis, Græcisque mercenariis. Hos fidos perpetuo in Darium fuisse, neque ea quæ accidissent impedire potuisse. eosque à publicâ viâ deflexos, montes petere, nec cum Besso consilia communicare. Præterea eos qui Darium cepissent ita secum statuisse, ut si audiant Alexandrum se insequi, Darium tradant, & rebus suis consulant. Sin retrocessisse intelligant, exercitum quam possint maximum conscribant, & communi inter se ope imperium tueantur. Bessum in præsentiâ exercitus ducem designatum esse, ob eam necessitudinem quæ ipsi cum Dario intercedebat, tum etiam quod in ejus satrapatu id perpetratum erat. Hæc quum audisset Alexander, omni studio persequendam rem existimavit. ac tametsi tam viri, quam equi continuato itineris labore defatigati essent, nihilo tamen

mi-

16 Ὅθεν ἀφωρμήκει] Opt. ἔνθα ὡρμήκει. Geminum quid mox cap. 24 ἔνθαπερ ὡρμήθη ἐς τὴν Μάρδων γῆν, ubi omnes MSS. ἐνθένπερ. quod & alibi usurpat Arrianus, unus ἔνθεν παρεμβ. At Optimus ἔνθεν ὡρμήκει. ut v, 19 ἔνθεν ὡρμήθη. vi, 4 ἔνθεν δὲ ὡρμήθη τὸ δεύτερον. Xenophon vii. Κυρ. ἐλθόντες πάλιν, ἔνθεν ὡρμήθημεν. Etiam statim idem MS. αὐτὸς ᾔει ὅλην τὴν νύκτα, non ἦγε.

17 Τοὺς μὲν πολεμίους κατέλαβε] Sic quoque simpliciter interpres, *& hostes quidem ibi nactus est*, perinde ut Facius. At quos, oro? Hostes enim ipsius erant reliquiæ Persici exercitus, qui cum Besso longe abierant, à quibus nanciscendis haud parum aberat. An credimus in solis illis tribus Dario, Besso & Nabarzane jam constitisse nomen πολεμίων, ut reliqui omnes ab eis descìverint, & in castris istis manserint tunc, quum illi ultra fugerent? Stolidissimæ ineptiæ; & non alios illic substitisse, sed simul aufugisse dicit plane post paullo Arrianus, tam Bactrios equites, quam alios barbaros & mercenarios Græcos; sed hos postea demum è militari via excedentes separasse se ab illis. Huic difficultati ut nunc subveniamus, ex auctoritate Optimi libri inserendo corrigimus πολεμίους οὐ κατέλαβε, quod tum res ipsa exigit, tum absolutam facit oppositionem, ut in narrando solet. *Hostes quidem nactus non est, sed de Dario certior factus.* Ita sane & Justinus: *postera die supervenit; ibique cognovit Darium clauso vehiculo per noctem exportatum.* Itaque sic restitui.

18 Βήσσῳ δ' ἀντὶ Δαρείου γενέσθαι τὸ κράτος] MSS. omnes εἶναι, quod & notavit Vulcanius, qui etiam paulo ante dividit ex V. C. Δαρεῖον δὲ περιεπύθετο.

19 Ὡς ἐπὶ τὰ ὄρη ἰέναι σφᾶς] Non solum putet fœtetque oratio, sed etiam languet. neque id scribarum lapsu, quibus hæc solennis exprobratio evenit, sed intenta, si Diis placet, duorum ultimorum editorum cura, vel ut verè dicam, abominabili negligentia, quam eorum quisque ad has operas attulit. Quippe concorditer & MSS. prorsus omnes & Basileensis editio exhibent ἰέναι κατὰ σφᾶς, quod non fuerat tam insigni socordia patiendum, ut amputaretur, quum sit verissimum; neque sufficit id vertisse *montes petere*, sed ut plene Facius: *seorsum montes petere*. Quod sane omnino desideratur, & particula huic rei propria est. Polybius 1, 24. Στασιάζοντες τοὺς συμμάχους στρατοπεδεύειν αὐτοὺς καθ' ἑαυτούς. Et ipse Arrianus cap. 9 τοὺς κατὰ σφᾶς δὲ ἑκάστους ἐξορμᾶν ἔξω. iv, 6 αὐτοὺς τε κατὰ σφᾶς νεωτερίζειν, & antea cap. 5 hujus libri τοὺς μὲν νομάρχας ἄρχειν τῶν νομῶν τῶν κατὰ σφᾶς. Ubi Vulcanius, *ut legum imperium penes præsides esset.* Facius: *uti ejus provinciæ principes suis legibus uti, ac liberos esse permitteret.* Ad sententiam universam fortasse aliquid: ad Græca fordidum. Verte: *ut seorsum cuique præfecturæ suos magistratus ac nomarchas præesse & imperare fineret.* Loquitur enim de Ægypto, quæ proprie in νομοὺς divisa. iv, 27 οἱ μὲν δὴ κατεστρατοπέδευσαν κατὰ σφᾶς ἐπὶ γηλόφῳ. Ubi rectè per eandem voculam id Vulcanius reddidit. Sic in proverbio Ἀττικοὶ Ἐλευσίνια, bis rescribendum est καθ' ἑαυτούς, ut habet MS. Flor. ubi Andreas Schottus vitiose edidit ἐλλείπει τὸ καθ' ἑαυτό. λέγει δὲ Δωεῖς, ὅτι ὅταν καθ' ἑαυτοὺς συλλεγέντες, τοῖς πράττουσί τι, ἐπιλέγουσι ἑαυτοῖς, Ἀττικοὶ τὰ Ἐλευσίνια. Sed & idem ita explicuit ἐπὶ σφῶν. 1, 22 ἐκλισάμενοι αὐτοὶ ἐπὶ σφῶν. *Privato consilio arma capientes*, segregatim. vii, 16 de amnibus, πολλοὶ δὲ δὴ καὶ ἄλλοι ἐς τούτους ἐμβάλλοντες, καὶ αὐτοὶ ἐπὶ σφῶν ἐς τὴν θάλασσαν ταύτην ἐξιᾶσιν. *seorsum in istud mare exeunt.* Neque videtur id reprehendi debere. Sed Tacitus mirifice iv Hist. 13 id exponit *sibi consistere.* Illud κατὰ video ab Vulcanio postea ex V. C. ut scribit, adnotatum esse; quod mirandum satis, quum ex Basileensi editione id retinere aut certe restituere debuisset. Deinde miror omnes editos, & pleramque scriptorum partem eodem errore habere οὐ μετέχοντας τοῖς ἀμφὶ Βῆσσον. quum legendum sit τοῦ ἀμφὶ, ut millies ipse Arrian. & alii. Deinde etiam ternæ omnes editiones consentiunt in illud palam ineptum διώκοντας σφᾶς Ἀλέξανδρον quum MSSti omnes nostri recte præferant διώκοντα, quod etiam in versione sequutus Vulcanius.

20 Ὑπὸ τῇ ταλαιπωρίᾳ] Optimus ἐπὶ τῇ.

Darius à suis vulneratus moritur.

καὶ διελθὼν ὁδὸν πολλὴν τῆς τε νυκτὸς, καὶ τῆς ἐπὶ ταύτῃ ἡμέρας ἔστε ἐπὶ μεσημβρίαν, ἀφικνεῖται ἔς τινα κώμην, ἵνα τῇ προτεραίᾳ ἐστρατοπεδεύκεσαν οἱ Δαρεῖον ἄγοντες. Ἐνταῦθα ἀκούσας ὅτι νυκτὸς ποιεῖσθαι τὴν πορείαν ἐγνωσμένον εἴη τοῖς βαρβάροις, ἤλεγχε τοὺς προσχώρους, εἴ τινα εἰδεῖεν ἐπιτομωτέραν ὁδὸν ἐπὶ τοὺς φεύγοντας. Οἱ δὲ εἰδέναι μὲν ἔφασαν, ἐρήμην δὲ εἶναι τὴν ὁδὸν δι' ἀνυδρίαν. Ὁ δὲ, ταύτην ἄγειν ἐκέλευσε· καὶ γνοὺς ὅτι οὐχ ἕψονται οἱ πεζοὶ αὐτῷ σπουδῇ ἐλαύνοντι, τῶν μὲν ἱππέων ἐς πεντακοσίους κατεβίβασεν ἀπὸ τῶν ἵππων· τοὺς ἡγεμόνας δὲ τῶν πεζῶν καὶ τῶν ἄλλων ἐπιλεξάμενος τοὺς κρατιστεύοντας, ἐπιβαίνειν τῶν ἵππων ἐκέλευσεν οὕτως, ὥσπερ οἱ πεζοὶ ὡπλισμένοι[21] ἦσαν. Νικάνορα δὲ τὸν τῶν ὑπασπιστῶν ἡγεμόνα, καὶ Ἄτταλον τὸν τῶν Ἀγριάνων, κατὰ τὴν ὁδὸν ἥνπερ οἱ ἀμφὶ Βῆσσον προὐκεχωρήκεσαν, τοὺς ὑπολειφθέντας ἄγειν ἐκέλευσε, καὶ τούτους, ὡς κουφότατα ἐσταλμένους, τοὺς δὲ ἄλλους πεζοὺς ἐν τάξει ἕπεσθαι. Αὐτὸς δὲ ἀμφὶ δείλην ἄγειν ἀρξάμενος, δρόμῳ ἡγεῖτο· διελθὼν δὲ τῆς νυκτὸς σταδίους ἐς τετρακοσίους, ὑπὸ τὴν ἕω προστυγχάνει τοῖς βαρβάροις[22] ἀτάκτως ἰοῦσι καὶ ἀνόπλοις, ὥστε ὀλίγοι μέν τινες αὐτῶν ὡς ἀμυνούμενοι ὥρμησαν· οἱ δὲ πολλοὶ εὐθὺς ὡς Ἀλέξανδρον αὐτὸν κατεῖδον, οὐδὲ ἐς χεῖρας ἐλθόντες ἔφευγον· καὶ οἱ τραπέντες ἐς ἀλκὴν ὀλίγων πεσόντων, καὶ οὗτοι ἔφυγον. Βῆσσος δὲ καὶ οἱ ξὺν αὐτῷ τέως μὲν ἐφ' ἁρμαμάξης Δαρεῖον μετὰ σφῶν ἐκόμιζον. Ὡς δὲ ὁμοῦ ἤδη ἦν Ἀλέξανδρος, Δαρεῖον μὲν Σατιβαρζάνης καὶ Βαρσαέντης κατατρώσαντες, αὐτοῦ ἀπέλιπον· αὐτοὶ δὲ ἔφυγον ξὺν ἱππεῦσιν ἑξακοσίοις. Δαρεῖος δὲ ἀποθνήσκει ὀλίγον ὕστερον ἐκ τῶν τραυμάτων, πρὶν ὀφθῆναι 22 Ἀλεξάνδρῳ. Ἀλέξανδρος δὲ τὸ μὲν σῶμα τοῦ Δαρείου ἐς Πέρσας ἀπέπεμψε, θάψαι κελεύσας ἐν ταῖς βασιλικαῖς θήκαις, καθάπερ καὶ οἱ ἄλλοι οἱ πρὸ Δαρείου βασιλεῖς. Σατράπην δὲ ἀπέδειξε Παρθυαίων καὶ Ὑρκανίων Ἀμμινάπην[23] Παρθυαῖον· ἦν δὲ οὗτος τῶν Αἴγυπτον ἐνδόντων Ἀλεξάνδρῳ μετὰ Μαζάκου.

minus urgebat. magnoque itinere per noctem, & insequentem diem ad meridiem usque confecto, in pagum quendam pervenit, ubi qui Darium ducebant pridie consederant. Ibi certior factus barbaris statutum esse noctu iter ingredi, percontatus est incolas, an aliquod viæ compendium nossent, quâ fugientes assequi posset. Qui quidem se nosse affirmârunt, cæterum viam illam præ aquarum inopia desertam esse. Ipse nihilominus ut illac ducant imperat: quumque intelligeret non posse pedites se festinanter equitantem sequi, equites circiter quingentos equis desilire jubet, & duces peditum aliosque præstantissimos quosque, ita ut pedites armati erant, equos conscendere. Nicanori vero scutatorum præfecto, & Attalo Agrianum duci, per viam quâ Bessus cum suis processerat, reliquos (qui quidem levissime armati essent) ut ducant injungit. ceteri pedites, ut quadrato agmine sequantur. Ipse sub vesperum iter ingressus, citato agmine processit. confectisque per noctem quadringentis stadiis, sub lucem barbaros incomposite fugientes atque inermes assecutus est. pauci admodum ex iis tanquam se defensuri composuerunt: complures statim conspecto Alexandro, antequam prœlium experirentur, in fugam vertuntur: ex iis vero qui ad arma confugerunt cæsis nonnullis, reliqui terga verterunt. Bessus autem ejusque comites interea Darium curru avehebant. At quum Alexander eorum tergo instaret, Satibarzanes & Barzaëntes Darium abs se graviter vulneratum ibidem relinquunt. ipsi cum DC equitibus sese in præcipitem fugam dederunt. neque multo post Darius ex acceptis vulneribus priusquam ab Alexandro visus esset, interiit. Alexander Darii corpus ad Persas 22 misit, ut in regiis mausoleis, more aliorum regum qui Darium antecesserant, conderetur. Post hæc Amminapem Parthum, qui sibi una cum Mazace Ægyptum tradiderat, Parthorum & Hyrcanorum satrapam

Τλη-

21 Οὕτως ὥσπερ οἱ πεζοὶ ὡπλισμ.] MSS. omnes ὥσπερ ὅπως οἱ; & quum sic quoque legatur in editione Basileensi, quidni miremur Vulcanium, qui ad marginem ex V. C. adscripsit? Neque enim mutari id ab eo debuit, non magis quàm negari potest id Arriani esse. Est enim certe. Sic IV, 2. Καὶ ξυνιόντας ὅπως ἐνίκησε, ut habent vulgatæ, quum MSS. omnes interserant ὅπως, quomodo loquitur V, 23 Καὶ ξυνιόντας ὅπως ἐπολιόρκησε. Omisit tamen alterum 11, 10 καὶ ξυνιόντας ὅπως ἐδίωξε. Eandem prorsus contumeliam passa sunt verba sequentia οἱ τινα οἱ ἀμφὶ Βῆσσον, ut habent MSSti omnes, etiam Augustanus, etiam Basileensis editio: solæ duæ postremæ nunc quoque, ut ante, importune intercipere voculam οἱ & abolere sustinuerunt, quam reposui.

22 Προστυγχάνει τοῖς βαρβ.] In MSS. aliis reperi simplex τυγχάνει, quod etiam occupavit Basileensis editio, ac notavit ex Augustano Vulcanius. Unde certius statuo videri verum, quod est in Opt. ἐπιτυγχάνει. ἐπιτετυχηκότας τοῖς ξένοις dicit cap. 23.

23 Ἀμμινάπην] MSS. vel Ἀμμινάπην vel Ἀμινάπην, vel Ἀμμινάπαν, quod ipsum notat Vulcanius ex V. C. quomodo etiam Optimus, & sic videntur priores syllabæ congruere τῷ Aminadab. Quod autem mox Ulbranus Imperator noster ambitiose venditat de suo jussu in voce Μαζάκου; ut scias, quanti sit, notavit Freinshemius non solum in Curtianis notis VI, 4, 23; sed etiam IV, 3, 23 testatur eam Jani Gebhardi esse admonitionem. Multo minus audire eum possumus; quum παραλαμβ. in Justino.

Τληπόλεμος δὲ Πυθοφάνους, τῶν ἑταίρων, ξυνετάχθη αὐτῷ, σκοπεῖν τὰ ἐν Παρθυαίοις τε καὶ Ὑρκανίοις. Τοῦτο τὸ τέλος Δαρείῳ ἐγένετο, ἐπὶ ἄρχοντος Ἀθηναίοις Ἀριστοφῶντος, μηνὸς Ἑκατομβαιῶνος· ἀνδρὶ τὰ μὲν πολέμια, εἴπερ τινὶ ἄλλῳ, μαλθακῷ τε, καὶ οὐ φρενήρει, εἰς δὲ τὰ ἄλλα οὐδὲν ἀνεπιεικὲς ἔργον ἀποδειξαμένῳ, ἢ οὐδὲ ἐγγενόμενον αὐτῷ ἀποδεῖξαι· ὅτι ὁμοῦ μὲν εἰς τὴν βασιλείαν παρελθεῖν, ὁμοῦ δὲ προσπολεμεῖσθαι πρός τε Μακεδόνων καὶ τῶν Ἑλλήνων ξυνέβη· οὔκουν οὐδὲ ἐθέλοντι ἐξῆν ἔτι ὑβρίζειν ἐς τοὺς ὑπηκόους, ἐν μείζονι κινδύνῳ ἤπερ ἐκεῖνοι καθεστηκότι. Ζῶντι μὲν δὴ ξυμφοραὶ αὐτῷ ἄλλαι ἐπ' ἄλλαις ξυνηνέχθησαν[24], οὐδέ τις ἀνακωχὴ ἐγένετο, ἐπειδὴ πρῶτον ἐς τὴν ἀρχὴν παρῆλθεν· ἀλλὰ εὐθὺς μὲν τὸ τῶν σατραπῶν ἐπὶ Γρανικῷ πταῖσμα ξυνέβη τὸ ἱππικόν, εὐθὺς δὲ Ἰωνία τε καὶ Αἰολὶς εἴχοντο, καὶ Φρύγες ἀμφότεροι, καὶ Λυδία, καὶ Κᾶρες, πλὴν Ἁλικαρνασσέων· ὀλίγον δὲ ὕστερον καὶ Ἁλικαρνασσὸς ἐξῄρητο· ἐπὶ δὲ ἡ παραλία πᾶσα, ἔστε ἐπὶ τὴν Κιλικίαν· ἔνθεν δὲ ἡ αὐτοῦ ἐπ' Ἰσσῷ ἧσσα, ἵνα τὴν τε μητέρα αἰχμαλωτισθεῖσαν καὶ τὴν γυναῖκα καὶ τοὺς παῖδας ἐπεῖδεν· ἐπὶ τῷδε Φοινίκη τε ἀπώλετο καὶ Αἴγυπτος πᾶσα· ἐπὶ δὲ, αὐτὸς ἐν Ἀρβήλοις ἔφυγέ τε καὶ ἐν πρώτοις αἰσχρῶς[25], καὶ στρατιὰν πλείστην παντὸς τοῦ βαρβαρικοῦ γένους ἀπώλεσε· φυγάς τε ἐκ τῆς ἑαυτοῦ ἀρχῆς πλανώμενος, καὶ τελευτῶν πρὸς τῶν ἀμφ' αὐτὸν ἐς τὰ ἔσχατα[26] προδοθείς· βασιλεύς τε ἐν τῷ αὐτῷ καὶ δεσμώτης ξὺν ἀτιμίᾳ ἀγόμενος, τέλος δὲ πρὸς τῶν οἰκειοτάτων ἐπιβουλευθεὶς ἀπώλετο. Ζῶντι μὲν Δαρείῳ τοιαῦτα ξυνηνέχθη. Τελευτήσαντι δὲ, ταφή τε ἡ βασιλικὴ, καὶ τῶν παίδων, ὁποία καὶ βασιλεύοντος αὐτοῦ, τροφή τε Ἀλεξάνδρου καὶ παίδευσις, καὶ γαμβρὸς Ἀλέξανδρος. Ὅτε δὲ ἐτελεύτα, ἐγεγόνει ἀμφὶ τὰ πεντήκοντα ἔτη. Ἀλέξανδρος δὲ τοὺς ὑπολειφθέντας ἐν τῇ διώξει τῆς στρατιᾶς ἀναλαβὼν, ἐς Ὑρκανίαν προὐχώρει. Κεῖται δὲ ἡ Ὑρκανία χώρα ἐν ἀριστερᾷ τῆς ὁδοῦ τῆς ἐπὶ Βάκτρα φερούσης· καὶ τῇ μὲν ὄρεσιν ἀπείργεται δασέσι καὶ ὑψηλοῖς, τῇ δὲ πεδίον[27] αὐτῆς καθήκει

trapam constituit. Adjunxit autem illi Tlepolemum Pythophanis filium, unum ex amicis, qui rerum Parthicarum & Hyrcanicarum simul curam gereret. Atque hic quidem Dario vitæ exitus fuit, archonte Athenis Aristophonte, mense Junio: viro quod ad res bellicas attinet, (si quis alius) languido parumque prudenti: quod ad cætera, qui nihil iniqui in suos commiserit, aut certe potestatem committendi non habuerit. Nam simulac regnare cœpit, statim à Macedonibus & Græcis bello lacessitus est. Quocirca ne volenti quidem integrum erat subjectos sibi injuriâ afficere, quum ipse in majore periculo quam ipsi versaretur. Quandiu in vivis fuit, aliæ illum ex aliis calamitates exceperunt, neque ulla intermissio aut requies fuit, ex quo primum ad regnandum accessit. Nam statim initio equestris illa satraparum ad Granicum amnem clades accidit: mox Ioniam & Æoliam amisit, & utranque Phrygiam, Lydiam quoque & Cariam, præter Halicarnassenses: sed paulo post ipsa etiam Halicarnassus erepta est. deinde universa regio maritima ad Ciliciam usque. Post hæc ingens illa ipsius apud Issum clades accidit, in quâ mater, uxor ac liberi ejus capti sunt. deinde Phœnice atque Ægyptus imperio ejus detractæ. Postea ipse in Arbelis & quidem primus turpiter fugit, & plurimum exercitum ex omni barbarorum gente perdidit. Inde profugus è suo regno errans, & postremo ab iis qui circa eum erant, ad extremum destitutus, eodemque tempore & rex & captivus à suis habitus, ac cum ignominiâ ductus, tandem ab intimis sibi proditus & cæsus interiit. Hæc quidem ad extremum Dario acciderunt: at contra mortuo, regia sepultura, liberorum perinde atque ipso regnante, educatio atque institutio ab Alexandro, & Alexander gener contigit. Mortuus est annos natus circiter L. 23 Alexander autem, iis quos in persequendâ fugâ post se reliquerat assumtis, in Hyrcaniam movit. Sita porro est Hyrcania ad lævam viæ quæ in Bactra ducit: atque hac quidem montibus densis ac præcelsis dividitur; campus vero ejus in magnum mare quod

24 Ἄλλαι ἐπ' ἄλλαις ξυνηνέχθησαν] Basileenses ediderant ξυνετάχθησαν. Longe politius & tersius censeo, quod nunc produco ex aureo MS. ξυνέχθησαν. Inferius longe alio respectu ponitur.

25 Ἔφυγέ τε καὶ ἐν πρώτοις αἰσχρῶς] Indecenter abundat particula καὶ, neque ab Optimo agnoscitur. Mox idem codex effert στρατιὰν πλείστην τοῦ βαρβαρικοῦ γένους, sine voce παντός.

26 Πρὸς τῶν ἀμφ' αὐτὸν ἐς τὰ ἔσχατα] Idem Optimus πρὸς τὰ ἔσχατα. Et placet Arriano interdum eandem præpositionem iterare variante sensu. Sic in eadem voce ludit VII, 14 πρὶν γε δὴ πρὸς βίαν ἀπηνέχθη πρὸς τῶν ἑταίρων.

27 Καὶ τῇ μὲν ὄρεσιν ἀπ. δασ. καὶ ὑψ. τὸ πεδίον δὲ] Quum passim respondere sibi soleant illa τὸ μὲν, τὸ δὲ, prout ubique ut relativa occurrunt, tum evenit interdum, ut posterius omitteretur, aut certe obscurius exprimeretur. Sic VII, 20. Ταυτὶ ἀπαγγέλλει Ἀλεξάνδρῳ, τὰ μὲν πρὸς Ἀρχίου, nec subsequuntur τὰ δὲ, etsi τὰ illic possit intelligi pro ταῦτα, ista ipsa quæ prædixi. Verum hæc est incondita syntaxis: nec particulæ istæ τῇ μὲν sine vitio antecedere queunt, nisi continuo sequatur

S quam

θήκει ἐπὶ τὴν μεγάλην τὴν ταύτῃ θάλασσαν. Ταύτην δὲ ᾔει, ὅτι ταύτῃ τοὺς ξένους τοὺς ἀμφὶ Δαρεῖον[28] διαπεφευγέναι ἐς τὰ τῶν Πάγρων ὄρη ἐπύθετο, καὶ αὐτοὺς ἅμα τοὺς Πάγρους χειρωσόμενος. Τριχῆ δὲ διελὼν τὸν στρατόν, αὐτὸς μὲν τὴν ἐπιτομωτάτην καὶ χαλεπωτάτην ἡγήσατο, τὸ πλεῖστον καὶ ἅμα τὸ κουφότατον τῆς δυνάμεως ἄγων· Κρατερὸν δέ, τήν τε αὑτοῦ τάξιν ἔχοντα, καὶ τὴν Ἀμύντου, καὶ τῶν τοξοτῶν ἔστιν οὕς, καὶ ὀλίγους τῶν ἱππέων, ἐπὶ Ταπύρους ἔστειλεν· Ἐριγύιον δέ, τούς τε ξένους καὶ τὴν λοιπὴν ἵππον ἀναλαβόντα, τὴν λεωφόρον τε καὶ μακροτέραν ἡγεῖσθαι ἐκέλευσε, τὰς ἁμάξας καὶ τὰ σκευοφόρα καὶ τὸν ἄλλον ὅμιλον ἄγοντα. Ὑπερβαλὼν δὲ τὰ πρῶτα ὄρη, καὶ καταστρατοπεδεύσας αὐτοῦ, ἀναλαβὼν τούς τε ὑπασπιστάς, καὶ τῆς Μακεδονικῆς φάλαγγος τοὺς κουφοτάτους, καὶ τῶν τοξοτῶν ἔστιν οὕς, ᾔει χαλεπὴν ὁδὸν καὶ δύσπορον, φύλακας τῶν ὁδῶν καταλιπών, ἵνα σφαλερόν τι αὐτῷ ἐφαίνετο· ὡς μὴ τοῖς ἑπομένοις κατ' ἐκεῖνο ἐπιθοῖντο οἱ τὰ ὄρη ἔχοντες τῶν βαρβάρων. Αὐτὸς δὲ μετὰ τῶν τοξοτῶν διελθὼν τὰ στενά, ἐν τῷ πεδίῳ κατεστρατοπέδευσε πρὸς ποταμῷ οὐ μεγάλῳ. Καὶ ἐνταῦθα ὄντος αὐτοῦ, Ναβαρζάνης τε ὁ Δαρείου χιλιάρχης, καὶ Φραδαφέρνης ὁ Ὑρκανίας τε καὶ Παρθυαίων σατράπης, καὶ τῶν ἀμφὶ Δαρεῖον[29] Περσῶν οἱ ἐπιφανέστατοι ἀφικόμενοι παρέδοσαν σφᾶς αὐτούς. Ὑπομείνας δὲ ἐν τῷ στρατοπέδῳ τέσσαρας ἡμέρας, ἀνέλαβε τοὺς ὑπολειφθέντας κατὰ τὴν ὁδόν, τοὺς μὲν ἄλλους ἀσφαλῶς διελθόντας, τοῖς δὲ Ἀγριᾶσιν ὀπισθοφυλακοῦσιν ἐπέθεντο οἱ ὄρειοι τῶν βαρβάρων· καὶ μεῖον ἔχοντες τῷ ἀκροβολισμῷ ἀπηλλάγησαν. Ἄρας δὲ ἐντεῦθεν, προῄει ὡς ἐφ' Ὑρκανίας εἰς Ζαδράκαρτα πόλιν Ὑρκανίων. Καὶ ἐν τούτῳ οἱ περὶ Κρατερὸν ξυνέμιξαν αὐτῷ, τοῖς μὲν ξένοις τοῖς Δαρείου οὐκ ἐντετυχηκότες, τὴν χώραν δὲ ὅσην διαπεπορευμένοι ἦσαν, τὴν μὲν βίᾳ, τὴν δὲ ἐνδιδόντων τῶν κατοικούντων προσπεποιημένοι. Ἐνταῦθα καὶ Ἐριγύιος ἧκε ξὺν τοῖς σκευοφόροις, καὶ ταῖς ἁμάξαις. Ὀλίγον δὲ ὕστερον Ἀρτάβαζος ἀφίκετο παρ' Ἀλέξανδρον, καὶ τῶν παίδων αὐτοῦ Κωφὴν καὶ Ἀριβαρζάνης[30] καὶ Ἀρσάμης, καὶ ξὺν τούτοις παρὰ τῶν ξένων τῶν ξὺν Δαρείῳ πρέσβεις, καὶ Αὐτοφραδάτης, ὁ Ταπύρων

quod ex eâ parte est porrigitur. Hac Alexander exercitum ducebat, quod acceperat externos milites, qui Darii stipendiis meruerant, in Pagrorum montes confugisse, ipsos etiam Pagros subjugare statuens. Tripartito itaque exercitu, ipse per brevissimos difficillimosque tramites contendebat, maximam expeditissimamque copiarum partem ducens: Craterum autem, cum suo & Amyntæ agmine, cumque sagittariis ac equitibus nonnullis in Tapuros mittit: Erigyium vero, exteros, reliquumque equitatum viâ planâ, cæterum longiore, ducere jubet, cui currus atque impedimenta ac cæteram turbam adjungit. Superatis itaque primis montibus, castrisque ibi positis, ipse sumtis scutatis, & Macedonicæ phalangis expeditissimis quibusque, & sagittariorum nonnullis, viam perdifficilem atque impeditam ingressus est, dispositis per viam præsidiis, ubi quid periculi esse videbatur, ne barbari montani in eos qui sequebantur impetum facerent. Ipse cum sagittariis angustias transgressus, in planitie juxta amnem non magnum castra posuit. Eo loci Nabarzanes Darii chiliarcha, & Phradaphernes Hyrcanorum ac Parthorum satrapa, & alii quidam Persarum qui apud Darium illustriore loco fuerant, ad Alexandrum accedunt, seque ei dedunt. Quatuor ibi in castris dies moratus, partem copiarum quam in itinere reliquerat, recepit. & pars quidem tuto transierant: in Agrianas vero novissimi agminis custodiam tenentes barbari montani irruentes, jaculis repulsi, sese receperunt. Motis inde castris, in Hyrcaniam progressus, Zadracarta urbem petit. Eodem fere tempore Craterus ad eum venit, non inventis quidem exteris qui Darium secuti fuerant: omnem vero regionem per quam iter fecerat, partim vi, partim deditione incolarum receperat. Erigyius quoque cum impedimentis & curribus eodem pervenit. Neque multo post Artabazus & ex filiis ejus Cophen, item Aribarzanes & Arsames ad Alexandrum accessit, unaque cum iis legati ab exteris Darium secutis, & Autophradates Tapu-

quantur τῇ δὲ. Et hoc igitur beneficium à solo isto Opt. codice recipiat Arrianus, in quo sic est, τῇ δὲ πεδίον αὐτῆς. Vertendum, *& ab una quidem parte montibus densis ac celsis coercetur; ab altera vero campus ejus patet in magnum quod illic est, æquor. &c.*

28 Ξένους τοὺς ἐπὶ Δαρεῖον] Occurrit hæc loquutio & apud Polybium 1, 84. ἀντιπαράγων ἐν τοῖς ὑπαίθροις καὶ τηρῶν τοὺς ἐπὶ τὸν Ἀμίλκαν, & Josephum VI ἁλωσ. pag. 923. οἱ ἐπὶ τὸν Ἰωάννην. Quibus exemplis etsi defendatur vulgatum, quod à MSS. quoque stabilitur; tanti tamen ea omnia non sunt, ut non tum antiquiorem, tum fideliorem ducam Optimum MS. in quo habetur τοὺς ἀμφὶ Δαρ. tanto quidem certius, quod etiam libro I cap. 5 pro illis ὅσοι ἐθελονταὶ ἀμφ' αὐτὸν εἶχε, in uno MS. ostensum mihi fuerit ὑφ' αὐτῷ. Ergo id reposui.

29 Καὶ τῶν ἀμφὶ Δαρεῖον] Optimus καὶ ἄλλους τῶν.

30 Ἀριβαρζάνης] Optimus cum altero Ἀρμοβαρζάνης.

πέρων σατράπης. Αὐτοφραδάτην μὲν δὴ τὴν σατραπείαν ἀπέδωκεν· Ἀρτάβαζον δὲ καὶ τοὺς παῖδας ἅμα οἱ ἐν τιμῇ ἦγε, τά τε ἄλλα ἐν τοῖς πρώτοις Περσῶν ὄντας, καὶ τῆς ἐς Δαρεῖον πίστεως ἕνεκα. Τοῖς πρέσβεσι δὲ τῶν Ἑλλήνων δεομένοις σπείσασθαι σφίσιν ὑπὲρ τοῦ παντὸς ξενικοῦ ἀπεκρίνατο, ὁμολογίαν μὲν οὐκ ἂν ποιήσασθαι πρὸς αὐτοὺς οὐδεμίαν· ἀδικεῖν γὰρ μεγάλα τοὺς στρατευομένους ἐναντία τῇ Ἑλλάδι παρὰ τοῖς βαρβάροις, παρὰ τὰ δόγματα τὰ Ἑλλήνων· ἐκέλευσε δὲ ἥκειν ξύμπαντας, καὶ παραδιδόναι σφᾶς αὐτοὺς, ἐπιτρέποντας Ἀλεξάνδρῳ χρῆσθαι ὅ, τι βούλοιτο[31], ἢ σώζεσθαι ὅπῃ δύναιντο. Οἱ δὲ ἐπιτρέπειν ἔφασαν σφᾶς τε αὐτοὺς καὶ τοὺς ἄλλους Ἀλεξάνδρῳ· ξυμπέμπειν τε ἐκέλευον τὸν ἡγησόμενον αὐτοῖς, ὡς ἀσφαλῶς διακομισθεῖεν παρ' αὐτόν· εἶναι δὲ ἐλέγοντο ἐς χιλίους καὶ πεντακοσίους. Καὶ Ἀλέξανδρος πέμπει Ἀνδρόνικον τὸν Ἀγέρρου καὶ Ἀρτάβαζον παρ' αὐτούς. Αὐτὸς δὲ προῆγεν ὡς ἐπὶ Μάρδους, ἀναλαβὼν τούς τε ὑπασπιστὰς καὶ τοὺς τοξότας, καὶ τοὺς Ἀγριᾶνας, καὶ τὴν Κοίνου καὶ Ἀμύντου τάξιν, καὶ τῶν ἑταίρων ἱππέων τοὺς ἡμίσεας, καὶ τοὺς ἱππακοντιστάς· ἤδη γὰρ αὐτῷ καὶ ἱππακοντισταὶ ἦσαν τάξις. Ἐπελθὼν δὲ τὸ πολὺ μέρος τῆς χώρας τῶν Μάρδων, πολλοὺς μὲν ἀπέκτεινεν αὐτῶν φεύγοντας, τοὺς δέ τινας ἐς ἀλκὴν τετραμμένους· πολλοὺς δὲ ζῶντας ἔλαβεν. Οὐ γάρ ἐστιν ὅστις χρόνῳ ἐμβεβλήκει ἐς τὴν γῆν αὐτῶν[32] ἐπὶ πολέμῳ, διά τε δυσχωρίαν, καὶ ὅτι πένητες οἱ Μάρδοι, καὶ μάχιμοι ἐπὶ τῇ πενίᾳ ἦσαν· οὔκουν οὐδὲ Ἀλέξανδρον ἐμβαλεῖν ἄν ποτε δείσαντες, ἄλλως τε καὶ προκεχωρηκότα ἤδη ἐς τὸ πρόσω, ταύτῃ μᾶλλόν τι ἀφύλακτοι ἡλίσκοντο. Πολλοὶ δὲ αὐτῶν καὶ εἰς τὰ ὄρη καταπέφυγον, ἃ δὴ ὑψηλά τε καὶ ἀπότομα αὐτοῖς ἐν τῇ χώρᾳ ἐστὶν, ὡς πρὸς ταῦτά γε οὐχ ἥξοντα Ἀλέξανδρον. Ἐπεὶ δὲ καὶ ταύτῃ προσῆγεν, οἱ δὲ πέμψαντες πρέσβεις, σφᾶς τε αὐτοὺς ἐνέδοσαν, καὶ τὴν χώραν· καὶ Ἀλέξανδρος αὐτοὺς μὲν ἀφῆκεν, σατράπην δὲ ἀπέδειξεν αὐτῶν Αὐτοφραδάτην, ὅνπερ καὶ Ταπούρων. Αὐτὸς δ' ἐπανελθὼν ἐς τὸ στρατόπεδον, ἔνθενπερ ὡρμήθη ἐς τὴν Μάρδων τὴν γῆν, κατέλαβε τοὺς Ἕλληνας τοὺς μισθοφόρους ἥκοντας, καὶ τοὺς Λακεδαιμονίων πρέσβεις, οἳ παρὰ βασιλέα Δαρεῖον ἐπρέσβευον, Καλλιστρατίδαν[33] τε, καὶ Παύσιππον, καὶ Μόνιμον, καὶ Ἀπό-

Tapurorum satrapa. Autophradatem quidem in satrapiam suam restituit. Artabazum autem & liberos secum in honore habuit, tum quod ex principibus Persicæ nationis essent, tum propter eorum erga Darium fidem. Græcorum vero legatis postulantibus ut universos exteros in fidem amicitiamque suam reciperet, respondit se nullam cum iis pactionem initurum: gravissime enim delinquere, qui adversus Græcos pro barbaris militarent, contra commune Græcorum decretum. Jussit autem ut omnes ad se venirent, seque dederent, ut de ipsis pro suo arbitrio statuere posset, aut sibi quacunque viâ possent salutem quærerent. Illi semetipsos atque alios Alexandro committunt, petentes ut aliquem ipsis ducem mitteret, quo tuto ad eum venire possint. Ii circiter mille quingenti esse ferebantur. Alexander Andronicum Agerri F. & Artabazum ad eos mittit. 24 Ipse in Mardos profectus est, sumtis secum scutatis & sagittariis, atque Agrianis, Cœni etiam & Amyntæ agminibus, ac dimidiâ equitum amicorum parte, & jaculatoribus equestribus. Jam enim etiam agmen jaculatorum equestrium constituerat. Magnâ itaque Mardorum regionis parte percursâ, multos eorum fugientes, nonnullos ad arma conversos interficit; multos etiam vivos capit. Ante Alexandrum nemo eam regionem hostiliter invaserat, cum ob asperitatem locorum, tum inopiam incolarum: quæ quidem inopia bellicosos eos faciebat. Quocirca neque Alexandrum unquam ipsos adoriturum suspicati, (quum & ipse alioqui jam ulterius progressus esset) ex improviso capti sunt. Complures autem eorum in montes confugerunt, qui & vehementer excelsi atque abrupti eâ in regione erant, existimantes Alexandrum eo nequaquam pervasurum. Postquam vero ea etiam loca adisset, missis legatis sese pariter & regionem dediderunt. quibus dimissis Autophradatem iis satrapam, ut & Tapuris, statuit. Ipse in castra reversus unde in Mardos moverat, Græcos mercenarios qui ad se venerant, reperit: item Lacedæmoniorum legatos qui ad Darium missi fuerant. hi erant Callistratidas, Pausippus, Moni-

31 Ὅ τι βούλοιτο] Opt. ὅτι καὶ βούλοιτο. Deinde idem ἔλεγον, non ἐλέγοντο.

32 Ἐς τὴν γῆν αὐτῶν] Opt. χώραν, ut supra.

33 Καλλιστρατίδαν] Basil. edit. Καλλιστρατίδην, unus MS. cum V. C. Vulcanii Καλλιστρατίδαν. Hoc potius Laconicum, & recte pro varia lectione electum in Curtio ab Freinshemio III, 13. & ample Plutarchus in Apophthegm. Laconic. pag. 222, quem vide. At alterum esse aliorum Græcorum probat vel unus Androsthenes Callistrati citatus Arriano in Indicis, qui erat Cretensis. Etiam in reliquis nominibus cordate egit Freinshemius, & vitium est in scriptura Arriani Ἀπόμαντα, ubi unicus ille codex verissime præfert Ὀνόμαντα. Deinde duo MSS. cum Optimo ὑπὸ Περσῶν τε τεταγμένοι, quod omnino requiritur, & ideo restitui particulam, quæ vicem copulæ obtinet.

Ἀνόμαντα, καὶ Ἀθηναῖον Δρωπίδην. Τούτους μὲν δὴ ξυλλαβὼν, ἐν φυλακῇ εἶχε. Τοὺς Σινωπέων δὲ ἀφῆκεν, ὅτι Σινωπεῖς οὔτε τοῦ κοινοῦ τῶν Ἑλλήνων μετεῖχον, ὑπὸ Πέρσαις τε τεταγμένοι, οὐκ ἀπεικότα ποιεῖν ἐδόκουν, παρὰ τὸν βασιλέα σφῶν πρεσβεύοντες· ἀφῆκε δὲ καὶ τῶν ἄλλων Ἑλλήνων, ὅσοι πρὸ τῆς εἰρήνης τε καὶ τῆς ξυμμαχίας τῆς πρὸς Μακεδόνας γενομένης παρὰ Πέρσαις ἐμισθοφόρουν, καὶ Καρχηδόνιον Ἡρακλείδην τὸν πρεσβευτὴν ἀφῆκε· τοὺς δ' ἄλλους ξυστρατεύεσθαί οἱ ἐπὶ μισθῷ τῷ αὐτῷ ἐκέλευσε· καὶ ἐπέταξεν αὐτοῖς Ἀνδρόνικον, ὅσπερ ἤγαγέ τε αὐτοὺς, καὶ ἔνδηλος ἐγεγόνει 25 οὐ φαῦλον ποιούμενος σῶσαι τοὺς ἄνδρας. Ταῦτα δὲ διαπραξάμενος, ἦγεν ὡς ἐπὶ Ζευδρακάρτα, τὴν μεγίστην πόλιν τῆς Ὑρκανίας, ἵνα καὶ τὰ βασίλεια τοῖς Ὑρκανίοις ἦν. Καὶ ἐνταῦθα διατρίψας ἡμέρας πεντεκαίδεκα, καὶ θύσας τοῖς θεοῖς, ὡς νόμος, καὶ ἀγῶνα γυμνικὸν ποιήσας, ὡς ἐπὶ Παρθυαίους ἦγεν· ἐκεῖθεν δὲ ἐπὶ τὰ τῆς Ἀρείας ὅρια, καὶ Σουσίαν πόλιν τοῖς Ἀρείοις [34], ἵνα καὶ Σατιβαρζάνης ἧκε παρ' αὐτὸν, ὁ τῶν Ἀρείων σατράπης. Τούτῳ μὲν δὴ τὴν σατραπείαν ἀποδοὺς, ξυμπέμπει αὐτῷ Ἀνάξιππον τῶν ἑταίρων, δοὺς αὐτῷ τῶν ἱππακοντιστῶν ἐς τεσσαράκοντα, ὡς ἔχοι φύλακας καθιστάναι τῶν τόπων, τοῦ μηδὲν ἀδικεῖσθαι [35] τοὺς Ἀρείους πρὸς τῆς στρατιᾶς κατὰ τὴν πάροδον. Ἐν τούτῳ δὲ ἀφικνοῦνται παρ' αὐτὸν Περσῶν τινες, οἳ ἤγγελλον Βῆσσον τήν τε τιάραν ὀρθὴν ἔχειν, καὶ τὴν Περσικὴν στολὴν φοροῦντα· Ἀρταξέρξην τε καλεῖσθαι ἀντὶ Βήσσου, καὶ βασιλέα φάσκειν εἶναι τῆς Ἀσίας· ἔχειν τε ἀμφ' αὐτὸν Περσῶν τε τοὺς ἐς Βάκτρα διαφυγόντας, καὶ αὐτῶν Βακτριανῶν πολλούς· προσδέχεσθαι δὲ ἥξειν αὐτῷ καὶ Σκύθας ξυμμάχους. Ἀλέξανδρος δὲ ὁμοῦ ἤδη ἔχων τὴν πᾶσαν δύναμιν, ᾔει ἐπὶ Βάκτρων, ἵνα καὶ Φίλιππος ὁ Μενελάου παρ' αὐτὸν ἀφίκετο ἐκ Μηδίας, ἔχων τούς τε μισθοφόρους ἱππέας, ὧν ἡγεῖτο αὐτὸς, καὶ Θεσσαλῶν τοὺς ἐθελοντὰς ὑπομείναντας, καὶ τοὺς ξένους τοὺς Ἀνδρομάχου. Νικάνωρ δὲ ὁ Παρμενίωνος, ὁ τῶν ὑπασπιστῶν ἄρχων, τετελευτήκει ἤδη νόσῳ. Ἰόντι δὲ Ἀλεξάνδρῳ τὴν ἐπὶ Βάκτρα, ἐξηγγέλθη Σατιβαρζάνης ὁ Ἀρείων σατράπης, Ἀνάξιππον μὲν καὶ τοὺς ἱππακοντιστὰς τοὺς ξὺν αὐτῷ ἀποκτείνας, ὁπλίζων δὲ τοὺς Ἀρείους, καὶ ξυνάγων εἰς Ἀρτακόανα πόλιν, ἵνα τὸ βασίλειον ἦν τῶν Ἀρείων· ἐκεῖθεν δὲ

ὅτι

Monimus, Anomantus: ac Dropides Atheniensium. quos comprehensos in custodiam tradit. Sinopensium legatos liberos dimisit, quod Sinopenses nullam cum republicâ Græcorum societatem haberent, nec, utpote Persis subditi, inique facere viderentur, si ad regem suum legatos mitterent. Reliquos præterea Græcos, quotquot ante pacem & societatem cum Macedonibus initam apud Persas mercede militaverant, atque item Heraclidem Carthaginensium legatum, dimisit. Cæteros secum eâdem mercede, quâ sub Dario meruerant, militare jussit, iisque Andronicum præfecit, qui illos adduxerat, judicatusque est non male fecisse, quod illorum vitæ consuluisset. His rebus peractis 25 ad Zeudracarta maximam Hyrcaniæ urbem ubi regia erat, exercitum duxit: atque ibidem dies quindecim commoratus sacrificio diis rite facto, gymnicisque ludis editis, in Parthos contendit. Inde in Ariæ fines, ad Susiam Ariorum urbem. quo loci Satibarzanes Ariorum satrapes ad eum venit. Huic satrapatum reddit, unaque cum eo Anaxippum unum ex amicis mittit, quadraginta equestribus jaculatoribus ei adjunctis, quos custodes locorum disponeret, ne Arii ab exercitu illac transeunte damni aliquid acciperent. Per id tempus Persarum nonnulli ad eum venerunt, nuntiantes Bessum tiaram rectam, Persicamque vestem gestare, & immutato Bessi nomine Artaxerxem vocari, seque Asiæ regem appellare. habere apud se Persas qui in Bactra profugerant, & ex Bactrianis complures: Scytharum etiam confœderatorum adventum exspectare. Alexander omnes jam copias conjunctas habens in Bactra movet. Eo loci Philippus etiam Menelai filius ad eum ex Mediâ venit, equites mercenarios habens, quibus ipse præerat, & Thessalos qui voluntarii remanserant, ac peregrinos Andromacho duce. Nicanor autem Parmenionis filius, scutatorum præfectus, jam morbo sublatus erat. Eunti in Bactra Alexandro, nuntiatur Satibarzanem Ariorum satrapam, interfecto Anaxippo & equitibus jaculatoribus qui ei aderant, Arios armare, & ad urbem Artacoana, in quâ regia Ariorum erat, congregare. Inde

vero

34 Σουσίαν πόλιν τοῖς Ἀρείοις] Ne dubita, Lector; satis in mente hæsit mihi hic locus, quoties cogitavi de verbis Stephani, Ἄβαι πόλις Φωκέων, & nunquam tamen illuc adduxi, quia non oportebat, cum scirem nonnisi ab editionibus id dari, interim opinatus necessum non esse, ut coner persuadere cum MSS. Optimo duobusque aliis legi debere τῆς Ἀρείας, quod etiam Vulcanius notavit ex V. C.

35 Τοῦ μηδὲν ἀδικ.] Opt. cum iisdem τὸ μὴ ἀδι. Deinceps Optimus cum Basileensi editione, ᾔει ἐπὶ Βάκτρα, non Βάκτρων.

ὅτι ἔγνωκεν, ἐπειδὰν προκεχωρηκότα Ἀλέξανδρον πύθηται, ἰέναι ξὺν τῇ δυνάμει παρὰ Βῆσσον[36], ὡς ξὺν ἐκείνῳ ἐπιθησόμενος, ὅποι ἂν τύχῃ, τοῖς Μακεδόσι. Ταῦτα ὡς ἐξηγγέλθη αὐτῷ, τὴν μὲν ἐπὶ Βάκτρα ὁδὸν οὐκ ἦγεν· ἀναλαβὼν δὲ τούς τε ἑταίρους ἱππέας, καὶ τοὺς ἱππακοντιστὰς, καὶ τοὺς τοξότας, καὶ τοὺς Ἀγριάνας, καὶ τὴν Ἀμύντου τε καὶ Κοίνου τάξιν· τὴν δὲ ἄλλην δύναμιν αὐτοῦ καταλιπὼν, καὶ ἐπ' αὐτῇ Κρατερὸν ἡγεμόνα, σπουδῇ ἦγεν ὡς ἐπὶ Σατιβαρζάνην τε καὶ τοὺς Ἀρείους. Καὶ διελθὼν ἐν δυσὶν ἡμέραις σταδίους ἐς ἑξακοσίους[37], πρὸς Ἀρτακόανα ἧκε. Σατιβαρζάνης μὲν οὖν, ὡς ἔγνω ἐγγὺς ὄντα Ἀλέξανδρον, τῇ ὀξύτητι τῆς ἐφόδου ἐκπλαγεὶς, ξὺν ὀλίγοις ἱππεῦσι τῶν Ἀρείων ἔφυγε· πρὸς γὰρ τῶν πολλῶν στρατιωτῶν κατελείφθη ἐν τῇ φυγῇ, ὡς κἀκεῖνοι ἔμαθον προσάγοντα Ἀλέξανδρον. Ἀλέξανδρος δὲ, ὅσους ξυναιτίους τῆς ἀποστάσεως κατέμαθε, καὶ ἐν τῷ τότε ἀπολελοιπότας τὰς κώμας, τούτων δὲ ἄλλῃ[38] καὶ ἄλλῃ ὀξείας τὰς διώξεις ποιησάμενος, τοὺς μὲν ἀπέκτεινε, τοὺς δὲ ἠνδραπόδισε· σατράπην δὲ Ἀρείων ἀπέδειξεν Ἀρσάκην, ἄνδρα Πέρσην. Αὐτὸς δὲ σὺν τοῖς ἀμφὶ Κρατερὸν ὑπολελειμμένοις ὁμοῦ οὖσιν, ἤδη ὡς ἐπὶ τὴν Ζαραγγαίων χώραν ἦγε· καὶ ἀφικνεῖται ἵνα τὰ βασίλεια τῶν Ζαραγγαίων ἦν. Βαρσαέντης δὲ, ὃς τότε κατεῖχε τὴν χώραν, εἷς ὢν τῶν ξυνεπιθεμένων Δαρείῳ ἐν τῇ φυγῇ, προσιόντα Ἀλέξανδρον μαθὼν, ἐς Ἰνδοὺς τοὺς ἐπὶ τάδε τοῦ Ἰνδοῦ ποταμοῦ ἔφυγε. Ξυλλαβόντες δὲ αὐτὸν οἱ Ἰνδοὶ, παρ' Ἀλέξανδρον ἀπέστειλαν· καὶ ἀποθνήσκει πρὸς Ἀλεξάνδρου, τῆς ἐς Δαρεῖον ἀδικίας ἕνεκα. Ἐνταῦθα δὲ καὶ τὴν Φιλώτα[39] ἐπιβουλὴν τοῦ Παρμενίωνος ἔμαθεν Ἀλέξανδρος. Καὶ λέγει Πτολεμαῖος καὶ Ἀριστόβουλος, ὅτι προηγγελμένη ἤδη οἱ καὶ πρότερον ἐν Αἰγύπτῳ· οὐ μέντοι πιστή γε φανῆναι, τῆς τε φιλίας τῆς πάλαι ἕνεκα, καὶ τῆς ἐξ αὐτοῦ ἐς Παρμενίωνά τε τὸν πατέρα Φιλώτα τιμῆς, καὶ ἐς αὐτὸν Φιλώταν πίστεως. Πτολεμαῖος δὲ ὁ Λάγου λέγει εἰσαχθῆναι ἐς Μακεδόνας Φιλώταν, καὶ κατηγορῆσαι μὲν αὐτοῦ ἰσχυρῶς Ἀλέξανδρον, ἀπολογήσασθαι δὲ αὐτὸν Φιλώταν, καὶ τοὺς ἐπιμηνυτὰς[40] τοῦ ἔργου παρελθόντας, ἐξελέγξαι Φιλώταν

vero statuisse, quando Alexandrum ulterius progressum audisset, cum exercitu ad Bessum ire, ut conjunctis cum illo copiis, quacunque viâ facultas daretur, Macedones adoriretur. His rebus nuntiatis, intermisso itinere in Bactra, sumtis secum amicis equitibus, & jaculatoribus equestribus, atque sagittariis, & Agrianis, & Amyntæ ac Cœni agminibus: reliquo exercitu ibi relicto, Crateroque ei præfecto, ipse celeriter adversus Satibarzanem & Arios ducit. stadiisque sexcentis biduo emensis, ad Artacoana pervenit. Satibarzanes, ut appropinquare Alexandrum sensit, celeritate adventus consternatus, cum paucis equitibus Ariorum fugit. Plerique enim milites, quum jam imminere ipsis Alexandrum audirent, cum in fugâ destituerunt. Alexander quotquot conscios defectionis fuisse cognovit, desertisque pagis abiisse, acriter eos insecutus, partim interfecit, partim in servitutem redegit. Arsaceque Persâ satrapâ Ariorum constituto, ipse una cum iis qui cum Cratero relicti erant in Zarangæos profectus eo pervenit ubi gentis illius regia erat. Barsaëntes vero, qui tum eam regionem obtinebat, unus ex iis qui Darium in fugâ oppresserant, cognito Alexandri adventu, ad Indos qui cis Indum flumen incolunt fugit. quem Indi comprehensum ad Alexandrum mittunt. Alexander illum, ob perfidiam quâ erga Darium usus fuerat, interfici jussit. Ibidem Alexander Philotam Parmenionis filium vitæ suæ insidiari cognovit. Ptolemæus & Aristobulus autores sunt, quum antea in Ægypto sibi de insidiis significatum fuisset, veteris amicitiæ causâ, & honoris; quem Parmenioni Philotæ patri habebat, simul etiam fiduciæ causâ quam de Philota conceperat, nequaquam sibi verisimile id visum fuisse. At Ptolemæus Lagi filius Philotam ad Macedones adductum scribit, graviterque in concione ab Alexandro accusatum fuisse: ac Philotam quidem se purgasse: deinde indices accessisse, & criminationem adversus Philotam ac socios ejus insti-

36 Ἰέναι ξὺν τῇ δυνάμει παρὰ Βῆσσον] Omnino παρὰ, quod exstat in Optimo & uno altero & V. C. Vulcanii. Propterea ut necessarium reposui. Deinde omnes, etiam Basileensis editio ὅπῃ ἂν τύχῃ, non ὅποι; quod tamen non etiam annotatum esse ab Vulcanio miror. Xenophon v Κυροπαιδ. 408. αἴθριοι τῳ προστυχοῖεν ὅπῃ προσμίξαιεν. Sic videt pag. 343. ex MSS. ubi vulgo ὅπῃ.

37 Σταδίους ἑξακοσίους] MSSti Medicæi omnes interserunt ἐς, ut persæpe solet, & ideo restitui. Pro Ἀρτακόανα MS. unus habebat Ἀρτακάνα, Optimus Ἀρτοάκανα.

38 Κ'ἀπολελοιπότας τὰς κώμας; τούτων δὲ ἄλλῃ] In tribus MSS. offendi, etiam Vulcanius in V. C. ἀπολελοιπότας & τούτων, ut sit oratio eleganter suspensa & intercisa, quod ab Arriano non est alienum. I, 23 πολλοὺς αὐτῶν ἐς τὴν τάφρον ὠθισθέντας, τοὺς μὲν διαφθαρῆναι, τοὺς δὲ καὶ ἄνωθεν βαλλομένους κατακοντισθέντας. VI, 27 τοὺς δὲ ἀποκτείναντας, ὅτι οἱ Μακεδόνες τοὺς μὲν ἐν αὐτῷ τῷ ἔργῳ, τοὺς δὲ καὶ ὕστερον λαβόντες, ἀπέκτειναν.

39 Ἐνταῦθα δὲ καὶ τὴν Φιλ.] Adversativam in nullo MS. inveni, ut supra quoque. Etiam Optimus statim habebat προηγγελμένη.

40 Τοὺς ἐπιμηνυτὰς] In Opt. simplex est μηνυτάς.

ταῖς τε καὶ τοὺς ἀμφ' αὐτὸν ἄλλοις τε ἐλέγχοις οὐκ ἀφανέσι, καὶ μάλιστα δὴ ὅτι αὐτὸς Φιλώτας πεπύσθαι μὲν ἐπιβουλήν τινα Ἀλεξάνδρῳ παρασκευαζομένην συνέφη, ἐξηλέγχετο δὲ κατασιωπήσας ταύτην πρὸς Ἀλέξανδρον, καίτοι δὶς ἐπὶ τὴν σκηνὴν ὁσημέραι τὴν Ἀλεξάνδρου φοιτῶν· καὶ Φιλώταν μὲν προσακοντισθῆναι[41] πρὸς τῶν Μακεδόνων, καὶ ὅσοι ἄλλοι μετέσχον αὐτῷ τῆς ἐπιβουλῆς. Ἐπὶ Παρμενίωνα δὲ σταλῆναι Πολυδάμαντα, ἕνα τῶν ἑταίρων, γράμματα φέροντα παρ' Ἀλεξάνδρου πρὸς τοὺς στρατηγοὺς τοὺς ἐν Μηδίᾳ, Κλέανδρόν τε, καὶ Σιτάλκην, καὶ Μενίδην· οὗτοι γὰρ ἐπὶ τῆς στρατιᾶς, ἧς ἦρχε Παρμενίων, τεταγμένοι ἦσαν. Καὶ πρὸς τούτων ἀποθανεῖν Παρμενίωνα· τυχὸν μὲν, ὅτι οὐ πιστὸν ἐδόκει εἶναι Ἀλεξάνδρῳ[42], Φιλώτα ἐπιβουλεύοντος, μὴ ξυμμετασχεῖν Παρμενίωνα τῷ παιδὶ τοῦ βουλεύματος· τυχὸν δὲ, ὅτι εἰ καὶ μὴ ξυμμετέσχε, σφαλερὸς ἤδη ἦν περιὼν Παρμενίων, τοῦ παιδὸς αὐτοῦ ἀνῃρημένου, ἐν τοσαύτῃ ὢν ἀξιώσει παρά τε αὐτῷ Ἀλεξάνδρῳ, καὶ ἐς τὸ ἄλλο στράτευμα μὴ ὅτι τὸ Μακεδονικὸν, ἀλλὰ καὶ τῶν ἄλλων ξένων· ὧν πολλάκις καὶ ἐν μέρει, καὶ παρὰ τὸ μέρος, κατὰ πρόσταξιν τὴν Ἀλεξάνδρου, ξὺν χάριτι ἐξηγεῖτο[43]. Λέγουσι δὲ καὶ Ἀμύνταν τὸν Ἀνδρομένους κατὰ

institui ſſe, idque cum aliis non obſcuris argumentis, tum præcipue quod Philotas quidem ſe de quibuſdam inſidiis Alexandro paratis audiſſe confeſſus eſſet, quas celaſſe Alexandrum convincebatur, quum alioqui bis per ſingulos dies Alexandri tabernaculum adire ſolitus eſſet: ac Philotam cæteroſque omnes inſidiarum conſcios à Macedonibus jaculis confoſſos fuiſſe. Ad Parmenionem vero miſſum Polydamanta, unum ex amicis, literas ab Alexandro ad duces exercitus qui in Mediâ erant ferentem. Hi erant, Cleander, Sitalces, & Menides, qui quidem in exercitu cui præerat Parmenio duces erant conſtituti, & ab his Parmenionem interfectum: ſive quod haud veriſimile videretur Alexandro, quum Philotas ſibi inſidias ſtruxiſſet, Parmenionem patrem ejus conſilii ignarum fuiſſe: ſive, ut maxime conſcius non eſſet, quod periculoſum videretur illum interfecto filio ſupereſſe: præcipue quum tanta ejus eſſet autoritas tum apud Alexandrum, tum apud univerſum exercitum non ſolum Macedonum, verum etiam exterorum, cujus ſæpenumero magnæ parti, interdum etiam majori, juſſu Alexandri, ſummâ cum gratiâ præfuerat. Ferunt quoque eodem tempore etiam Amyntam

27

41 Προσακοντισθῆναι] Opt. κατακοντισθῆναι.

42 Οὐ πιστὸν ἐδόκει εἶναι Ἀλεξάνδρῳ] Optimus cum duobus aliis Ἀλεξάνδρος. An his ſimile eſt II, 18. ἐνόντων ἰδόντας αὐτῆς ἰσχύος τὸ νικᾶν αὐτοὺς μὲν τῇ τύχῃ προσάγειν, τὸ Ἡρακλέα ἐλεῖν ἀξιοῦσθαι? Mox idem Opt. τοῦ ἐπιβουλεύματος. Tum & παιδὶ non conſpicitur in eodem.

43 Ὧν πολλάκις καὶ ἐν μέρει καὶ παρὰ τὸ μέρος κατὰ πρόστ. Ἀλ. ἐξηγεῖτο] Facius: *quos ſæpius & ſimul & ſeparatim rexerat.* Vulcanius, *cujus ſæpenumero magnæ parti, interdum etiam majori juſſu Alexandri præfuerat.* Quaſi quum hæc interpretaretur, habuiſſet ante oculos verba Taciti in Agricola c. 8. *ſæpe parti exercitus in experimentum, aliquando majoribus copiis ex eventu præfecit.* Sed quantum utriuſque interpretis, non modo à ſe invicem, ſed à vero etiam intellectu intervallum? Nam ubi Facius ponit *ſimul*, illic alter *magnæ parti*; rurſum ubi prior *ſeparatim*, ibi alter *majori parti.* Utrum ex his ordinem Græcum exprimit? Equidem illa ἐν μέρει vel *ſimul* vel *ſeparatim* vel *magnæ parti* denotare qui poſſunt? atque etiam ſequentia παρὰ τὸ μέρος, ad ſignificandum *ſeparatim* qua catena trahi potuerunt? Et quod Vulcanius tandem dixit *majori parti*, habet aliquam ſpeciem, ſi voces ſingulas & disjunctas ſpectemus, quaſi indicaret *præter partem* ſuam & τάξιν ſæpe alios fuiſſe additos. Sed hominis Græce docti tam eſt conjuncta verba ſpectare, & animadvertere ſenſus eorum ſic perſæpe variandos, quam ſola & ſeparata. Neque tam nomenclator, quam literatus ad talia deſideratur & qui in legendo vigil eſt, ut animadvertat morem veterem loquendi. Duntaxat debuerant paraphraſeos loco aliquid adjungere. Et tamen Vulcanius optime noverat longe hic aliud latere, ut patet ex I, 9 αὐτοὺς ἐν τῷ μέρει ἐν τῷ ἐσχάτῳ κινδύνου διασώσειεν, *ipſi contra conſervarint.* IV, 20 τοὺς δὲ νύκτας ἐν μέρει οἱ σωματοφύλακες, *noctu vero viciſſim corporis cuſtodes.* V, 18, ἀλλ' ἄλλους τε ἐν μέρει ἐπιπέμπειν, *aliosque alios ſubmittebat.* VII, 9 παρ' ὑμῶν ἐν τῷ μέρει ἱκανῶς τὴν ἀσφάλειαν σφίσι περιζώσασθαι, *vice verſa.* In Indicis 14. ὁ δὲ ἐν μέρει τῇ προθυμίῃ ἵησι τὸ κύμβαλον καὶ ῥυθμὸν πρὸς ἑκατέρου τοῖν σκελοῖν. Ubi mox etiam iteratur. Itaque quod Caſaubonus in Æliani Variis IX, 1 notaverat, quod ipſe Vulcanius in aliis locis bene expreſſerat, quod deinde Stanleius ad Æſchyli Eumenides 439, quod viri docti in mille aliis locis recte interpretati ſunt, id tam ſordide ac fœde in hoc noſtro loco tractabitur? Ex quæſo an illi nunquam vel audierunt vel intellexerunt proverbium ἐν τῷ μέρει τις καὶ τὸν πῦν σκαλευέτω? Itaque ἐν μέρει eſt vice propria, & ſuo ordine. Habet multis locis Appianus, habet Lucianus, & recte intelligitur, niſi quod notare debui in Hermotimo p. 530, quibus addi etiam debet locus Plutarchi ἐν ἐρωτικῷ διηγ. p. 774. ἐν μέρει τε τὴν οἰκίαν διηγήσατο συμφορὰν τῷ ξένῳ. vertunt, *Suam interim calamitatem ſeorſim hoſpiti narravit.* Heliodorus lib. VIII p. 379. τοῖς δὲ ὅρκοις ἐν μέρει πειθομένη. *Ceterum jurejurando ex parte aſſentiens.* Immo, *ceterum conſiderans jurisjurandi religionem, viciſſim jurijurando fidem habens.* Philonem non ſatis aperte interpretantur in legat. ad Cajum pag. 1015 ὁ μὴν ἀλλὰ καὶ ταῖς μηνιαίοις τῆς πατρίδος διανομαῖς ἀργύριον ἢ σῖτον ἐν μέρει παντὸς τοῦ δήμου λαμβάνοντος, οὐδέποτε τοὺς Ἰουδαίους ἠλάττωσε τῆς χάριτος. *Domi quoque quoties menſtruas pecuniæ frumentive diſtributiones populus acciperet, Judæorum rationem haberi voluit.* Græca diſtincte volunt id per vices & alternis factum, modo pecunia, nunc frumento diviſis. Polybius dicit κατὰ μέρος III, 103, ubi Minucius Fabio ἀξιοῦν πρῶτον μὲν τοιοῦτον, ἢ κατὰ μέρος ἄρχειν, ἢ διελόμενον τὰς δυνάμεις χρῆσθαι τοῖς σφετέροις στρατοπέδοις. Rurſum παρὰ τὸ μέρος eſt, quum non vicem ſuam obiret, ſed Alexandri juſſu aliis præteritis id munus ipſi potiſſimum non vocante ipſum ſerie injungeretur. Hoc autem erat ex diſciplina Macedonicæ militiæ, ut primus locus ſeu imperia ſive inter duces ſive inter τάγματα, & pro iis quoque duces eorum tranſirent vel per

τὸν αὐτὸν λόγον ὑπαχθῆναι ἐς κρίσιν, καὶ Πολέμωνα, καὶ Ἄτταλον, καὶ Σιμμίαν, τοὺς Ἀμύντου ἀδελφοὺς[44], ὡς ξυμμετασχόντας καὶ αὐτοὺς τῆς ἐπιβουλῆς τῆς κατ' Ἀλεξάνδρου, κατὰ πίστιν τε καὶ ἑταιρείαν τὴν Φιλώτα. Καὶ ἐδόκει πιστοτέρα ἡ ἐπιβουλὴ ἐς τὸ πλῆθος, ὅτι Πολέμων εἷς τῶν ἀδελφῶν τῶν Ἀμύντου, ξυλληφθέντος Φιλώτα, ἔφυγεν ἐς τοὺς πολεμίους. Ἀλλ' Ἀμύντας γε ξὺν τοῖς ἀδελφοῖς ὑπομείνας τὴν δίκην, καὶ ἀπολογησάμενος ἐν Μακεδόσι καρτερῶς, ἀφίεται τῆς αἰτίας· καὶ εὐθὺς ὡς ἀπέφυγεν ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ, ἠξίωσεν ἀφεθῆναί οἱ ἐλθεῖν παρὰ τὸν ἀδελφὸν, καὶ ἐπαναγαγεῖν αὐτὸν παρὰ τὸν Ἀλέξανδρον· καὶ οἱ Μακεδόνες ξυγχωροῦσιν. Ὁ δὲ ἀπελθὼν αὐτῇ τῇ ἡμέρᾳ τὸν Πολέμωνα ἐπανήγαγε· καὶ ταύτῃ πολὺ ἔτι μᾶλλον[45] ἡ πρόσθεν ἔξω αἰτίας ἐφάνη Ἀμύντας. Ἀλλ' ὀλίγον γε ὕστερον κώμην τινὰ πολιορκῶν, τοξευθεὶς, ἐκ τῆς πληγῆς ἐτελεύτησεν, ὥστε οὐδὲν πλέον αὐτῷ γίγνεται τῆς κρίσεως ἀποφυγόντι, ὅτι μὴ ἀγαθῷ νομιζομένῳ ἀποθανεῖν. Ἀλέξανδρος δὲ καταστήσας ἐπὶ τοὺς ἑταίρους ἱππάρχας δύο[46], Ἡφαιστίωνά τε τὸν Ἀμύντορος, καὶ Κλεῖτον τὸν Δρωπίδου, καὶ δίχα διελὼν τὴν τάξιν τῶν ἑταίρων (ὅτι οὐδὲ φίλον ἂν ἐβούλετο ἕνα τοσούτων ἱππέων, ἄλλως τε καὶ τοῦ κρατίστου τοῦ παντὸς ἱππικοῦ κατά τε ἀξίωσιν καὶ τὴν ἄλλην ἀρετὴν, ἐξηγεῖσθαι) ἀφικνεῖται ἐς τοὺς πάλαι μὲν Ἀριάσπας[47] καλουμένους, ὕστερον δὲ Εὐεργέτας ἐπονομασθέντας, ὅτι Κύρῳ τῷ Καμβύσου ξυνεπελάβοντο τῆς ἐς Σκύθας ἐλάσεως. Καὶ τούτους Ἀλέξανδρος ὧν τε ἐς Κῦρον ὑπῆρξαν οἱ πρόγονοι αὐτῶν, τιμήσας· καὶ αὐτὸς καταμαθὼν ἄνδρας οὐ κατὰ τοὺς ἄλλους τοὺς ταύτῃ βαρβάρους πολιτεύοντας, ἀλλὰ τὸ δίκαιον ἴσα καὶ τοῖς κρατίστοις τῶν Ἑλλήνων μεταποιουμένους, ἐλευθέρους τε ἀφῆκε, καὶ χώραν τὴν ὅμορον ὅσην αὐτοὶ σφίσιν ᾔτησαν[48] (οὐ πολλὴν δὲ οὐδ' αὐτοὶ ᾔτησαν) προσέθηκεν. Ἐνταῦθα θύσας τῷ Ἀπόλλωνι, Δημήτριον μὲν ἕνα τῶν σωματοφυλάκων, ὑποπτεύσας μετέχειν Φιλώτα

tam Andromenis F. in judicium vocatum, & cum eo Polemonem, Attalum, Simmiamque, Amyntæ fratres, tanquam & ipsi insidiarum adversus Alexandrum conscii fuissent, ob fidem atque amicitiam quam cum Philota coluerant. Hoc etiam insidiarum suspicionem verisimiliorem apud multitudinem effecit, quod Polemon, unus ex Amyntæ fratribus, Philota comprehenso, ad hostes profugerat. At quum Amyntas cum fratribus actionem publicam sustinuisset, causamque suam strenue apud Macedones dixisset, ab eâ criminatione absolutus est: statimque post absolutionem in concilio factam, potestatem sibi fieri petiit eundi ad fratrem, ut eum ad Alexandrum reduceret. quod quum à Macedonibus illi concessum esset, abiit, eodemque die Polemonem reduxit. Ex eo multo quam antea manifestius apparuit Amyntam extra culpam fuisse. Cæterum paulo post pagum quendam oppugnans, sagittâ ictus, ex eo vulnere interiit: adeo ut nihil illi ex illâ absolutione accesserit, præter quam quod vir bonus habitus interierit. Post hæc Alexander equitatui duos ex amicis Hephæstionem Amyntoris filium, & Clitum Dropidæ præfecit, divisisque in duas partes amicorum copiis (neque enim quemquam amicorum volebat unum tot equitibus, qui alioqui præstantissimi totius equitatus & dignitate & bellicâ virtute erant, solum præfectum esse) ad eos pervenit, qui olim quidem Agriaspæ, postea vero Euergetæ vocati sunt, *hoc est benefici*, quod Cyrum Cambysis filium in expeditione Scythicâ adjuvissent. Hos Alexander, quod illorum majores de Cyro bene meriti fuissent, honore affecit. Quumque ipse intelligeret eos non more reliquorum ejus regionis barbarorum vivere, sed perinde atque qui apud Græcos optime instituti sunt, justitiam colere, liberos dimisit, tantumque ex finitimis locis agri quantum petiêre (exiguum autem petiêre) dedit. Eo loci Apollini sacrum fecit: & Demetrium, unum ex corporis custodibus, quem Philotæ consiliorum

per dies vel per hebdomadas, ut demonstravimus satis perspicua fide ad I, 15, quum interim agnoscere debeam in plurimis locis occurrisse mihi illud *παρὰ μέρος*, ubi plane videbatur eandem sententiam efferre, quam habere dico *ἐν μέρει*. Itaque vertendum fuerat; *quibus sæpe seu ordine ipsum vocante seu etiam extra ordinem jussu Alexandri præfuerat.*

44 *Τοὺς Ἀμύντου ἀδελφοὺς*] In Optimo codice lego *τὸν Ἀμύντου ἀδελφόν*. Nec tamen dici potest Simmiam solum fratrem ejus fuisse, & negari reliquos, quum mox disserte sequatur *Πολέμων εἷς τῶν ἀδελφῶν τῶν Ἀμύντου*. Suboloror hic aliud latere, & esse veram scripturam *τοὺς Ἀμύντου ἀδελφοὺς*, ut tres solos numeret ex fratribus Amyntæ, quos ille plures habebat. Ea ratio sic loquendi perpetua est Arriani. Sic *Νικάνωρ τῶν ἑταίρων*, *Καρανος τῶν ἑταίρων*.

45 *Πολὺ ἔτι μᾶλλον*] Mediam voculam non agnoscit Optimus.

46 *Καταστήσας ἐπὶ τοὺς ἱππάρχας ἑταίρους δύο*] Est hic error typorum in editione Vulcanii, quod satis docet ipsius versio, quæ concinnata est ad Basileensem: *ἐπὶ τοὺς ἑταίρους ἱππάρχας*. Itaque etiam editioni suæ adscripsit Vulcanius [V. C. legit *ἐπὶ τοὺς ἑταίρους ἱππάρχας*] Nec potest aliter legi, nec ullus MS. aliter habet. Mireris, cur non etiam mutaverint cap. 29 *τῶν τε ἑταίρων ἱππαρχίας τρεῖς ἄγοντα*, in *ἱππαρχίας ἑταιρίας*.

47 *Ἀγριάσπας*] Optimus, ut editum à Basileensibus, *Ἀριάσπας*.

48 *Ὅσην αὐτοὶ σφίσιν ᾔτησαν*] Illud *αὐτοὶ* abest ab Optimo. Et sane extractum huc videtur ab inferiore versiculo, ubi melius convenit. Similiter V, 8. *καὶ Ἀλέξανδρος προστίθησιν αὐτοῖς χώραν τῆς ὁμόρου ὅσης ἐδέοντο.*

λῶτα τῆς ἐπιβουλῆς, ξυνέλαβε· σωματοφύλακα δὲ ἀντὶ Δημητρίου ἀπέδειξε Πτολεμαῖον 28 τὸν Λάγου. Ταῦτα δὲ διαπραξάμενος, προήει ὡς ἐπὶ Βάκτρα τε καὶ Βῆσσον, Δράγγας τε καὶ Δραγγογὰς[49] ἐν τῇ παρόδῳ παραστησάμενος. Παρεστήσατο δὲ καὶ τοὺς Ἀραχώτας, καὶ σατράπην κατέστησεν ἐπ' αὐτοῖς Μένωνα. Ἐπῆλθε δὲ καὶ τῶν Ἰνδῶν τοὺς προσχώρους Ἀραχώτοις. Ξύμπαντα δὲ ταῦτα ἔθνη διὰ χιόνος τε πολλῆς, καὶ ξὺν ἀπορίᾳ τῶν ἐπιτηδείων, καὶ τῶν στρατιωτῶν ταλαιπωρίᾳ ἐπῆλθε. Μαθὼν δὲ τοὺς Ἀρείους αὖθις ἀφεστάναι, Σατιβαρζάνου ἐς τὴν χώραν αὐτῶν ἐμβαλόντος σὺν ἱππεῦσι δισχιλίοις, οὓς παρὰ Βήσσου ἔλαβεν, ἀποστέλλει παρ' αὐτοὺς Ἀρτάβαζόν τε τὸν Πέρσην, καὶ Ἐριγύιον, καὶ Κάρανον, τῶν ἑταίρων. Προσέταξε δὲ καὶ Φραταφέρνην τὸν τῶν Παρθυαίων σατράπην ξυμβαλεῖν αὐτοῖς ἐς τοὺς Ἀρείους. καὶ γίγνεται μάχη τῶν ἀμφὶ Ἐριγύιον[50] καὶ Κάρανον πρὸς Σατιβαρζάνην καρτερά· οὐδὲ πρόσθεν οἱ βάρβαροι ἐνέκλιναν, πρὶν Σατιβαρζάνην ξυμπεσόντα Ἐριγύιῳ, ὡς Ἐριγύιου πληγέντος[51] δόρατι ἐς τὸ πρόσωπον ἀποθανεῖν. Τότε δ' ἐγκλί-

rum participem fuisse suspicabatur, comprehendit, & Ptolemæum Lagi in ejus locum sufficit. His peractis in Bactra & Bessum 28 movit, Drangis Dragogisque in ipso itinere subactis. Subegit autem etiam Arachotos, & Menonem iis satrapam constituit. Posthæc Indos Arachotis finitimos invadit: omnes has gentes per multas nives, in magnâ rerum omnium penuriâ, summis militum laboribus subjugavit. Quumque cognovisset Arios denuo descivisse, Satibarzane cum duobus millibus equitum quos à Besso acceperat, in eorum agros ingresso, Artabazum Persam, & Erigyium Caranumque ex amicis in eos mittit, Phrataphernе Parthorum satrapa una cum eis in Arios misso. Atrox ibi Erigyii & Carani adversus Satibarzanem prælium committitur. neque prius barbari in fugam sese inclinarunt, quam Satibarzanes cum Erigyio congressus, jaculoque faciem transfossus cecidit. Tum effusa bar-

49 Δράγγας τε καὶ Δραγγογὰς] Gandenses optimas membranas, quarum allegatione eliminant quod servare nequeunt, ipsorum fidei relinquimus. Postea publicari cœpit Holstenius ad Stephanum, qui pag. 103 dum nimis curiosus est, plane est incuriosus, & atrociter quos alibi reperiri non putat, existimat non alios esse quam Arachotos postea commemoratos, & Arriano errorem impingit. Magis placet accurata modestia Ortelii, notantis modo hunc locum. Nos interim nullo expulso legendum censemus Δράγγας τε καὶ Γαδρωσοὺς, quia confusas statuo fuisse literas & non nisi unica mutatur: & ecce causas daturas, ut opinor, βλεπτότατα μαρτύρια. Primo, nusquam eos subigi ab Alexandro narrat Arrianus; sed demum libro VI per eos periculose redisse dicitur, quod omnino sine pugnis factum non foret, nisi pacatis jam ante ab Alexandro incolis. Tantum dicit in confinio locatos quosdam Oritas & Gedrosos fuisse, qui audito adventu Alexandri diffugerint, Oritis statim ad se dedendum mittentibus: de Gedrosis nihil, nisi quod tantum transit, & quidem difficillima ratione, ita ut si hostes passus tunc fuisset Gedrosos, millies trucidari potuerit; atque adeo hi Gedrosi in confinii præsidio locati videntur non auctoritate publica gentis, sed tanquam temeraria colluvies illic consedisse. Immo & ipse Alexander præbet huic emendationi firmissimum robur, dum Carmaniam & Oritas in reditu subactos, non item Gedrosiam fatetur lib. VII cap. 10. Deinde quum Alexander venisset in Gadrosorum regiam, Apollophanem (quem tamen paulo ante Oritis datum dixerat) satrapam ejus regionis, ὅτι οὐδὲν ἐπιμελήθη αὐτῷ τῶν προεπηγγελμένων, dignitate exuit, substituens Thoanta, quo mortuo Sibyrtium VI, 27. Jam quæro, quando hic Apollophanes sit constitutus? Proculdubio nunc, quum subactis illis aut accepto aliquo parendi indicio ad alia transiret: quod non memorasse Arrianum quis credet? Nec locus ei narrationi tamen ullus est alius hoc ipso. Quin & apparet occasionem fuisse hujus satrapæ Oritis constituendi VI, 22, quod jam Gedrosis imperaret vicinis eorum. Etiam ipse situs hoc docet, quem sic describit Periplus sub nomine Marciani Heracleotæ: Γεδρωσία περιορίζεται ἀπὸ μὲν ἄρκτων τῇ Δραγγιανῇ καὶ τῇ Ἀραχωσίᾳ, ἀπὸ δὲ δύσεως τῇ προειρημένῃ Καρμανίᾳ μέχρι θαλάσσης, ἀπὸ δὲ ἀνατολῶν τῷ τῆς Ἰνδικῆς μέρει τῷ παρὰ τὸν Ἰνδὸν ποταμὸν μέχρι τοῦ πρὸς τῇ μεσημβρινῇ Ἀραχωσίᾳ ὁρίου, quæ etiam nota habuit Raderus apud Freinshemium in notis Curtianis IX, 10, 5. Huic situi quid commodius dici possit, quam quod dicit Arrianus ἐν τῇ παρόδῳ παραστησάμενος, ignoro. Denique Curtius Arachotis & Gedrosis eundem præfectum ponit, nempe Menona, ut vero simile sit hos populos uno tempore subjugatos fuisse. Plane ut nunc quoque subegit τοὺς προσχώρους Ἀραχώτας. MS. Opt. Δράγγας scribit unico γ, ut licet Latini dixerint Drangæ, vel Dranceæ, nihil impedierit Græcos uno γ scripsisse, ut *Menix*. Verum & dein habet Ἀραχώτας cum plerisque aliis & editione Basil. non Ἀραχώτους, de quo manifeste agit Stephanus. Tam autem hic populus Arriano appellantur Γαδρωσοί, quam Γαδρώσιοι. Valesius tamen ad Ammianum pag. 266 scribi vult Καδρωσία potius quam Γεδρωσία.

50 Γίγνεται μάχη τῶν ἀμφὶ Ἐριγύιον] In Opt. & altero & August. est τοῖς ἀμφὶ, & huc dirigunt quoque alii MSS. qui τοὺς habebant.

51 Ὡς Ἐριγύιου πληγέντος] Proscribendus esset hic locus, ut qui nulla apta ratione explicari potest, quicquid aut interpretentur aut distinguant aut transeant editores. Et quum Basileensis editio habeat πληγέντος, miror, qua insolentia deinde illic potuerint sic mutare nulla prorsum opportunitate nixi. Per quam scripturam ipse quondam deceptus, opinabar in particula ὡς prorsus hic supervacua & inani, latere voculam ὑπὸ, ipsa historiæ veritate eam mihi suppeditante. Sic enim Curtius VII, 4. *At ipse* (Erigyius) *infestam sarissam in medio barbari gutture ita fixit, ut per cervicem emineret. Præcipitatus ex equo barbarus adhuc tamen repugnabat. Sed ille extractam ex vulnere hastam rursus in os dirigit.* Vides geminatos ictus. Verum in MSS. omnibus non nisi πληγέντα reperi, & quidem etiam ὑπὸ Ἐριγύιου πληγέντα, quod & ex V. C. annotavit Vulcanius, idque satis commode ad sensum procederet, nisi vidissem in Optimo tamen illa ὡς vel ὑπὸ Ἐριγύιου desiderari, quæ satis ex varietate scripturæ evincas spuria esse, & absque eis omnia perfecta sunt, affatim ostendentia nonnisi cum Erigyio eum congressum esse; unde nonnisi ab illo potuit vulnerari. Sed & deinde idem τότε δὲ ἐγκλίνοντες.

δ' ἐγκλίναντες οἱ βάρβαροι, προτροπάδην ἔφευγον. Ἐν τούτῳ δὲ Ἀλέξανδρος πρὸς τὸν Καύκασον τὸ ὄρος ἦγεν, ἵνα καὶ πόλιν ἔκτισε, καὶ ὠνόμασεν Ἀλεξάνδρειαν· καὶ θύσας ἐνταῦθα τοῖς θεοῖς, ὅσοις νόμος αὐτῷ, ὑπερέβαλε τὸ ὄρος τὸν Καύκασον· σατράπην μὲν τῇ χώρᾳ ἐπιτάξας Προέξην ἄνδρα Πέρσην· τῶν δ' ἑταίρων, Νειλόξενον τὸν Σατύρου, ἐπίσκοπον ξὺν στρατιᾷ ἀπολιπών. Τὸ δὲ ὄρος ὁ Καύκασος, ὑψηλὸν μέν ἐστιν, ὥσπερ τι ἄλλο τῆς Ἀσίας, ὡς λέγει Ἀριστόβουλος, ψιλὸν δὲ τὸ πολὺ αὐτοῦ τό γε ταύτῃ[52]. Μακρὸν γὰρ ὄρος παρατέταται ὁ Καύκασος, ὥστε καὶ τὸν Ταῦρον τὸ ὄρος, ὃς δὴ τὴν Κιλικίαν τε καὶ Παμφυλίαν ἀπείργει, ἀπὸ τοῦ Καυκάσου εἶναι λέγουσι, καὶ ἄλλα ὄρη μεγάλα διακεκριμένα ἀπὸ τοῦ Καυκάσου ἄλλῃ καὶ ἄλλῃ ἐπωνυμίᾳ, κατὰ ἔθνη τὰ ἑκάστων. Ἀλλὰ ἔν γε τούτῳ τῷ Καυκάσῳ οὐδὲν ἄλλο ὅτι μὴ τέρμινθοι πεφύκασι, καὶ σίλφιον[53], ὡς λέγει Ἀριστόβουλος· ἀλλὰ καὶ ὣς ἐπῴκειτο[54] πολλοῖς ἀνθρώποις, καὶ πρόβατα πολλὰ καὶ κτήνη ἐνέμοντο, ὅτι καὶ χαίρουσι τῷ σιλφίῳ τὰ πρόβατα· καὶ εἰ ἐκ πολλοῦ πρόβατον σιλφίου αἴσθοιτο, καὶ θεῖ ἐπ' αὐτό, καὶ τό, τε ἄνθος ἐπινέμεται, καὶ τὴν ῥίζαν ἀνορύττον καὶ ταύτην κατεσθίει· ἐπὶ τῷδε ἐν Κυρήνῃ ὡς μακροτάτω ἀπελαύνουσι τὰς ποίμνας τοῦ χωρίου, ἵνα καὶ αὐτοῖς τὸ σίλφιον[55] φύεται· οἱ δὲ καὶ περιφράσσουσι τὸν χῶρον, τοῦ μηδ' εἰ πελάσαιεν αὐτῷ τὰ πρόβατα, δυνατὰ γενέσθαι εἴσω παρελθεῖν· ὅτι πολλοῦ ἄξιον Κυρηναίοις τὸ σίλφιον. Βῆσσος δὲ ἔχων ἀμφ' αὐτὸν Περσῶν τε τοὺς μεταχόντας[56] αὐτῷ τῆς Δαρείου συλλήψεως, καὶ αὐτῶν

barbarorum fuga fit. Inter hæc Alexander ad Caucasum montem profectus, urbem ibi condidit, quam Alexandriam nominavit, & sacrificio diis patrio more facto, Caucasum montem superavit. Satrapam illi regioni constituit Proëxem Persam. ex amicis vero Niloxenum Satyri filium inspectorem cum exercitu ibi relinquit. Mons Caucasus, nulli montium qui in Asiâ sunt altitudine secundus est, ut Aristobulus autor est. Ejus ab eâ parte tum temporis ut plurimum nudum dorsum erat. In magnam enim longitudinem porrigitur Caucasus; adeo ut & Taurum montem, qui Ciliciam Pamphiliamque disterminat, à Caucaso duci velint, aliosque ingentes montes qui pro varietate gentium, à quibus incoluntur, nomina variant. At in hoc Caucaso nihil præter terebinthum & silphium nascitur, ut autor est Aristobulus: & nihilominus multos incolas habet, multæque in eo pecudes atque armenta pascuntur, quod pecudes silphium ament: & si ex longinquiore loco id per odoratum senserint, citatim eo feruntur, depastoque flore radicem etiam suffodiunt atque arrodunt: eamque ob causam Cyrenæi greges ovium quam longissime ab iis locis arcent, quibus silphium nascitur: alii sepem obducunt, ne si pecudes propius accedant, ad interiora loca penetrare possint. magno enim apud Cyrenæos in pretio est silphium. Bessus autem Persis, qui participes consiliorum in capiendo Dario fuerant, comitatus,

Ba-

52 Ψιλὸν δὲ τὸ πολὺ αὐτοῦ τό γε ταύτῃ] Non secus ac si hoc de Caucaso loqueretur, ut lib. VI, 13 de India, ubi milites contemplari Alexandrum validiorem dicuntur βάλλων αὐτοῖς, ὅσα ἐν τῷ τότε ἡ Ἰνδῶν χώρα παρεῖχε. Verum causa, quam deinde hujus sermonis affert Arrianus, nihil distinguit de tempore, quasi tum temporis nudior ea parte fuerit Caucasus, quam reliquis anni temporibus esse soleat: quæ sententia procedit ex versione Vulcanii, qui nunc ista interpretaturus, non opinor Arrianum, sed interpretationem Facii aliis verbis efferre voluit. Facius enim, *per id anni tempus ab ea parte ut plurimum nudus erat*. Prorsus ut nec prius auctor, nec Vulcanius, nec qui hunc nuper secutus est, splendidus & non tam morum antiquorum quam λευκῇ φρενὶ ἁμαρτώλας editor ab fœdæ socordiæ nomine liberari possint, dum habentes ante oculos emendatissima & MSSta & Basileensis editionis exemplaria tam prave Arrianum corrumpunt. Nec vero sagacior fuit Freinshemius in notis ad Curtium VII, 3, 8, ubi hanc ipsam Vulcanii versionem adducit & sine nota transmittit; tanto fœdius, quod ipse Curtius scribat solere Paropamisadas in nudo montis dorso ædificare ad summum fastigium laterculo: ex quo sequitur Curtium innuere non uno quodam tempore nudum montis dorsum esse, sed omni anno & tempore. Hoc ergo ulcus, ne serpat ulterius, cauto tandem opus est, & restitue rursum αὐτοῦ τό γε ταύτῃ, quod ante Vulcanium omnes libri agnoscunt. Nihil enim aliud vult auctor, nisi magnam Caucasi partem, imprimis eam, in qua tunc Alexander versabatur, nudam & effœtam gignentium fuisse non solum isto tempore, sed etiam perpetuo. Mox nullum vidi MStum, qui non exhibebat κατὰ ἔθνη, perinde ut Stephanus notat in ora editionis Vulcanii, & hic postea similiter ex V. C. multi etiam τῶν ἑκάστων.

53 Ὅτι μὴ τέρμινθοι πεφύκασι καὶ σίλφιον] Quæ ipsa attribuit etiam huic regioni Strabo lib. XV, cujus verba citat Freinshemius ad Curtium VII, 4, 25.

54 Ἀλλὰ καὶ ὡς ἐπῳκ.] In verbis adeo planis miranda est diversitas MSStorum quos inspexi. Nam pro tertia voce, quæ in uno solum exstabat, vel habent ὧ, vel ὦ, Optimus ω & supra ultimam literam aderat nota circumflexi. Unde accidit, ut Basileæ editum fuerit ὧ. Vix assequor, quid lateat. Nescio an fuerit καὶ ὡς ὧν ἐπῳκ.

55 Ἵνα καὶ αὐτοῖς τὸ σίλφ.] Non quidem intolerabilis, sed tamen importuna est secunda particula; & ubi nullum ejus momentum est, à nescio quibus arreptam vides. Propterea exigente Opt. codice eam relego.

56 Περσῶν τε τοὺς μεταχόντας] Non taceo in Opt. codice prima illa Περσῶν τε non apparere. Et possunt utique sine damno abesse, ut non Persarum modo, sed omnium nationum reliquias bello superstites ac cæde Darii impuras intelligamus. Quin immo notavit auctor cap. 16 fugisse cum Dario Περσῶν τούς τε συγγενεῖς τοῦ βασιλέως καὶ τῶν μισθοφόρων οὐ πολλούς. Sed mox cap. 20 τῶν συμφευγόντων Δαρείῳ πολλοὺς μὲν ἀπολιπόντας

αὐτὸν

τῶν Βακτρίων ἐς ἑπτακισχιλίους, καὶ Δάας τοὺς ἐπὶ τάδε τοῦ Τανάϊδος ποταμοῦ ἐποικοῦντας, ἔφθειρε τὴν ὑπὸ τῷ ὄρει τῷ Καυκάσῳ, ὡς ἐρημίᾳ τε τῆς χώρας τῆς ἐν μέσῳ αὐτοῦ τε καὶ Ἀλεξάνδρου καὶ ἀπορίᾳ τῶν ἐπιτηδείων, ἀπείρξειν Ἀλέξανδρον τοῦ μὴ ἐλαύνειν πρόσω. Ἀλλ' Ἀλέξανδρος ἤλαυνεν οὐδὲν μεῖον, χαλεπῶς μὲν διά τε χιόνος πολλῆς, καὶ ἐνδείᾳ τῶν ἀναγκαίων, ᾔει δὲ ὅμως. Βῆσσος δὲ, ἐπεὶ ἐξηγγέλλετο αὐτῷ οὐ πόῤῥω ἤδη ὢν Ἀλέξανδρος, διαβὰς τὸν Ὦξον ποταμὸν, τὰ μὲν πλοῖα ἐφ' ὧν διέβη κατέκαυσεν, αὐτὸς δὲ εἰς Ναύτακα τῆς Σογδιανῆς χώρας ἀπεχώρει. Εἵποντο δὲ αὐτῷ οἵ τε ἀμφὶ Σπιταμένην καὶ Ὀξυάρτην, ἔχοντες τοὺς ἐκ τῆς Σογδιανῆς ἱππέας, καὶ Δάαι οἱ ἀπὸ τοῦ Τανάϊδος. Οἱ δὲ τῶν Βακτρίων ἱππεῖς, ὡς φεύγειν ἐγνωκότα ἔμαθον Βῆσσον, ἄλλος ἄλλῃ ἐπὶ τὰ σφῶν ἕκαστοι ἀπηλλάγησαν. 29 Ἀλέξανδρος δὲ ἐς Δράψακα ἀφικόμενος, καὶ ἀναπαύσας τὴν στρατιὰν, ἐς Ἄορνόν τε ἦγε καὶ Βάκτρα, αἳ δὴ μέγισται εἰσὶ πόλεις ἐν τῇ Βακτρίων χώρᾳ· καὶ ταύτας τε ἐξ ἐφόδου ἔλαβε, καὶ φυλακὴν ἐν τῇ ἄκρᾳ τῆς Ἀόρνου ἀπέλιπε, καὶ ἐπὶ ταύτης Ἀρχέλαον τὸν Ἀνδρόκλου [57], τῶν ἑταίρων· τοῖς δ' ἄλλοις Βακτρίοις οὐ χαλεπῶς προσχωρήσασιν, ἐπέταξε σατράπην Ἀρταβάζον τὸν Πέρσην· αὐτὸς δὲ ἦγεν ὡς ἐπὶ τὸν Ὦξον ποταμόν. Ὁ δὲ Ὦξος ποταμὸς [58] ῥέει μὲν ἐκ τοῦ ὄρους τοῦ Καυκάσου, ἔστι δὲ ποταμῶν μέγιστος τῶν ἐν τῇ Ἀσίᾳ, ὅσους γε δὴ Ἀλέξανδρος καὶ οἱ ξὺν Ἀλεξάνδρῳ ἐπῆλθον, πλὴν τῶν Ἰνδῶν ποταμῶν. Οἱ δὲ Ἰνδοὶ ποταμοὶ πάντων μέγιστοι [59] εἰσίν· ἐξίησι δὲ ὁ Ὦξος ἐς τὴν μεγάλην θάλασσαν, τὴν καθ' Ὑρκανίαν. Διαβαίνειν δὲ ἐπιχειροῦντι αὐτῷ [60] τὸν ποταμὸν, πάντη ἄπορον ἐφαίνετο· τὸ μὲν γὰρ εὖρος ἦν ἐς ἓξ μάλιστα σταδίους· βάθος δὲ, οὐδὲ πρὸς λόγον τοῦ εὔρους, ἀλλὰ πολὺ δή τι βαθύτερος, καὶ ψαμμώδης, καὶ ῥεῦμα ὀξὺ, ὡς τὰ καταπηγνύμενα πρὸς αὐτοῦ τοῦ ῥοῦ ἐκστρέφεσθαι ἐκ τῆς γῆς οὐ χαλεπῶς, οἷα δὴ οὐδὲ βεβαίως κατὰ τῆς ψάμμου ἱδρυμένα· ἄλλως τε καὶ ἀπο-

ρία

Bactrianisque circiter septem millibus, & Dais cis Tanaim fluvium habitantibus, regionem Caucaso adjacentem depopulatus est, ut præ vastitate regionis inter se & Alexandrum interjectæ, rerumque necessariarum penuriâ, Alexandrum quominus progrederetur impediret. Is vero idcirco nihilominus processit, difficulter quidem & ob nivium altitudinem, & commeatus inopiam: processit tamen. Bessus, ut cognovit Alexandrum jam non procul abesse, Oxo flumine trajecto, navigia quibus copias transvexerat incendit; ipse in Nautaca Sogdianæ regionis se recepit. Sequebantur eum Spitamenes & Oxyartes cum equitibus Sogdianis, & Dais à Tanai profectis. Bactriani equites, quum in unâ fugâ Bessum salutis suæ spem posuisse intellexerunt, alius alio dilapsi domum reverterunt. Alexander inde Drapsaca profectus, 29 recreato exercitu, in Aornos & Bactra movit, quæ quidem maximæ sunt in Bactris urbes: quibus primo impetu captis, præsidium in arce Aorni constituit, cui Archelaum Androcli filium, unum ex amicis, præfecit; reliquis vero Bactriis non difficulter sese dedentibus Artabazum Persam satrapam dedit. Ipse ad Oxum flumen exercitum duxit. Oxus fluvius è monte Caucaso fluit, omnium Asiæ fluminum, quotquot Alexander cum exercitu adiit, maximum, Indorum fluminibus exceptis. Hæc enim omnia flumina magnitudine superant. Oxus porro in mare magnum, juxta Hyrcaniam, influit. conanti Alexandro flumen transire, nulla se facultas offerre videbatur. namque ejus latitudo ad sex maxime stadia extenditur: altitudo latitudini non respondet, sed multo profundior & sabulosus est. Cursus fluminis adeo rapidus, ut facile quæ vado infixa fuerint subvertat secumque rapiat, utpote quæ ob sabulum firmiter stabilita non sint. ad hæc materia etiam pontibus struendis deerat. Multum præterea moræ faciendum videbatur,

αὐτὸν ἐν τῇ φυγῇ ἐπὶ τὰ αὐτῶν ἕκαστοι ἀποχωρεῖν tum ibid. Artabazum & ejus filios non fuisse affines perfidiæ. Itaque si qui Persæ etiam nunc adhæserint, forsan ita pauci fuerint; ut ne commemorari quidem meruerint.

57 Ἀρχέλαον τὸν Ἀνδρόκλου] Quum adeo manifeste Arrianus prodat hunc ipsum Archelaum præpositum mansisse præsidio, quod in Aorno Alexander reliquerit, non queo cognoscere, quibus rationibus inductus sit Freinshemius, ut quum in divisione provinciarum inter successores legatur apud Diodorum, Cedrenum ac Justinum Archelaus vel Arcesilaus sortitus esse Mesopotamiam, eum credat hunc ipsum esse. Utique nuspiam audimus eum ex statione ista revocatum: utique apud Justinum plane dicitur præfectos in Indis retentos; inter quos si non fuit habitus hic Archelaus, certe fuit illis proximus & præcipue vicinus. Immo vero iste Mesopotamiæ prætor non est Androclis Archelaus, sed Theodori, ut eum nominavit Arrianus cap. 16, & quem ibi στρατηγὸν τοῖς Σουσίοις ab Alexandro constitutum narrat. Is, ut plerique alii, vivo rege acceptam provinciam retinuisse videtur.

58 Ὁ δὲ Ὦξος ποταμὸς] Vox ultima est alieni styli: non enim in ullo vetere libro reperitur.

59 Οἱ δὲ Ἰνδοὶ ποταμοὶ πάντων μέγιστοι] In omnibus antiquis hæc ita leguntur: οἱ δὲ Ἰνδοὶ πάντων ποταμῶν μέγιστοι. Et quum sic quoque in suis invenerint Basileenses, qua confidentia posteriores id mutarunt? Vulcanius tanto infelicior, quod quum ex Augustano annotare vellet eandem haud dubie lectionem, quam nos nunc producimus, sic quoque eum fefellerit calamus manusque; scripsit enim, V. C. οἱ δὲ Ἰνδοὶ ποταμοὶ πάντων μέγιστοι εἰσί, qui verborum ordo prorsus in ipsius editione reperiebatur.

60 Διαβαίνειν δὲ ἐπιχειροῦντι αὐτῷ] Vox posterior non est in Optimo.

ρία ὕλης ἐν τοῖς πόνοις ἦν[61]· καὶ τριβὴ πολλὴ ἐφαίνετο, εἰ μακρόθεν μετίοιεν ὅσα ἐς γεφύρωσιν τοῦ πόρου. Ξυναγαγὼν οὖν τὰς διφθέρας, ὑφ' αἷς ἐσκήνουν οἱ στρατιῶται, φορυτοῦ ἐμπλῆσαι ἐκέλευσεν ὡς ξηροτάτου, καὶ καταδῆσαί τε καὶ ξυρράψαι ἀκριβῶς, τοῦ μὴ ἐνδύεσθαι[62] ἐς αὐτὰς τοῦ ὕδατος· ἐμπλησθεῖσαι δὲ καὶ ξυρραφεῖσαι, ἱκαναὶ ἐγένοντο διαβιβάσαι τὴν στρατιὰν ἐν πέντε ἡμέραις. Πρὶν δὲ διαβαίνειν τὸν ποταμὸν, τῶν τε Μακεδόνων ἐπιλέξας τοὺς πρεσβυτάτους[63], καὶ ἤδη ἀπολέμους, καὶ τῶν Θεσσαλῶν τοὺς ἐθελοντὰς καταμείναντας, ἐπ' οἴκου ἀπέστειλεν. Ἐκπέμπει δὲ καὶ Στασάνορα[64], ἕνα τῶν ἑταίρων, ἐς Ἀρείους, προστάξας Ἀρσάμην τὸν σατράπην τῶν Ἀρείων ξυλλαβεῖν, ὅτι ἐθελοκακεῖν αὐτῷ Ἀρσάκης ἔδοξεν· αὐτὸν δὲ σατράπην εἶναι ἀντ' ἐκείνου Ἀρείων. Περάσας δὲ τὸν Ὦξον ποταμὸν ἦγε κατὰ σπουδὴν, ἵνα Βῆσσον εἶναι ξὺν τῇ δυνάμει ἐπυνθάνετο. Καὶ ἐν τούτῳ ἀφικνοῦνται παρὰ Σπιταμένους καὶ Δαταφέρνου πρὸς αὐτὸν ἀγγέλλοντες, ὅτι Σπιταμένης καὶ Δαταφέρνης, εἰ πεμφθείη αὐτοῖς ὀλίγη στρατιά[65], καὶ ἡγεμὼν τῇ στρατιᾷ, ξυλλήψονται Βῆσσον, καὶ παραδώσουσιν Ἀλεξάνδρῳ· ἐπεὶ καὶ νῦν ἀδέσμῳ φυλακῇ φυλάσσεσθαι πρὸς αὐτῶν Βῆσσον. Ταῦτα ὡς ἤκουσεν Ἀλέξανδρος, αὐτὸς μὲν ἀναπαύων ἦγε τὴν στρατιὰν σχολαιότερον ἢ πρόσθεν· Πτολεμαῖον δὲ τὸν Λάγου ἀποστέλλει, τῶν τε ἑταίρων ἱππαρχίας τρεῖς ἄγοντα, καὶ τοὺς ἱππακοντιστὰς ἅπαντας

tur, si ex longinquo apportanda essent quæcunque ad flumen ponte jungendum erant necessaria. Collectis itaque pellibus sub quibus milites in tentoriis degebant, sarmentis quammaxime siccis eas impleri, accurateque vinciri & consui jubet, ne aquam aliquâ ex parte admittere possent. quibus ita impletis & consutis, exercitum quinque dierum spatio traduxit. Antequam vero flumen trajiceret, seligens ex Macedonibus qui aut præ ætate aut vulneribus inepti ad pugnam erant, & ex Thessalis qui voluntarii remanserant, in domos suas remisit. Stasanorem quoque, unum ex amicis, in Arios mittit, qui Arsamen Ariorum satrapam comprehenderet, quod mali aliquid moliri videretur: utque ejus loco satrapatum obtineat jubet. Trajecto autem amne Oxo celeriter eò exercitum duxit, ubi Bessum cum copiis esse acceperat. Interea nuntii ad eum à Spitamene & Dataphserne veniunt, pollicentes, si aliquem ex ducibus suis cum aliquantis copiis mitteret, sese Bessum comprehensum Alexandro tradituros esse. In custodiâ enim illum, citra vincula tamen, teneri. Quâ re cognitâ, Alexander relaxationem dans, lentius quam antea exercitum duxit. Ac Ptolemæum quidem Lagi filium cum tribus amicorum equitum turmis, & jaculatoribus equitibus omnibus:

61 Καὶ ἀπορία ὕλης ἐν τοῖς πόνοις ἦν] Πόνους quidem παθόντας ab Macedonibus agnosco cum Alexandro apud auctorem nostrum v, 25 & vi, 14. Præter exspectatum certe codex Opt. pro his offerebat πόροις. Sed simul se ea vox obtulit, simul isti πόνοι parum huc convenire mihi visi sunt, & tanto absurdiores. quanto gratior ista vulgatæ quidem vocis usurpatio: cui plane similis est apud Xenophont. ἐν Κυνηγετ. non procul à fine: οἱ δὲ καὶ ταύτας canes ἀποφύγωσι lepores, τοὺς πόρους αὐτῶν ἐκμαστεύοντες, καὶ πρὸς οἷα χωρία φυγόντες αἱροῦνται οἱ λαγοὶ, ἐν τούτοις τὰ δίκτυα δυσόρατα ἐντείναντες.

62 Ἐνδύεσθαι] Recte Opt. ἐσδύεσθαι, Aliud enim est ἐνδύεσθαι, aliud ἐσδύεσθαι. Idem mox τῆς στρατιᾶς pro τὴν στρατιάν.

63 Ἐπιλέξας τοὺς πρ.] In MSS. aliis est ἐπιλέξας, alio ἐκλέξ. in alio ἐπιλέξας, quod etiam servat Optimus, & ex V. C notavit Vulcanius, & sine dubio est Arriani. Quin immo habet quoque Basileensis editio; & quæ tam præpostere feriata manus, ut id mutaret? Nonne Polybius sic dixit v, 46. Ἐπιλέξας δὲ ἐκ παντὸς τοῦ στρατεύματος τοὺς εὐρωστοτάτους ἱππεῖς καὶ πεζούς? Et ita sæpius.

64 Στασάνορα] Hinc denique emendatam medicinam accipiet locus Strabonis huc usque conclamatus lib. xi pag. 516, ubi in principio scribit. Ὁμορεῖ δὲ ἡ Ἀρία τῇ Βακτριανῇ καὶ τὴν ὑπωρείαν ἔχει τῷ ἔχοντι τὴν Βακτριανήν. Hæc mirifice transtulit ita interpres. Contermina est Aria Bactrianæ: & monti eam succingenti, nulla habita ratione vocum τὴν ὑπωρείαν; & quis ille mons, qui succingere dicitur Bactrianen? Casaubonus, quum videret locum depravatum, satis habuit in margine conjectare, quomodo interpres videatur legisse, quod putat fuisse vel ὑπωρεία vel ὑπακούειν vel ὑποτεταγμένη. Cujus tamen suspicionis non ullam poterit dare causam; neque unquam dixerit Xylander se credidisse ὁμορεῖ ὑπωρείᾳ dicturum quenquam Græcum de universa regione. Ergo jubet tandem videre commentarios: in quibus enimvero grandem risum movet, dum pro gaza quam reperire sperabam, nihil nanciscor præter *De hoc loco mihi diutius est cogitandum.* Valeat ergo. Nos sine multa cogitatione vidimus statim restitui oportere. Ὁμορεῖ δὲ ἡ Ἀρία τῇ Βακτριανῇ κατὰ τὴν ὑπὸ Στασάνορι τῷ ἔχοντι Βακτριανήν. Dicit enim Strabo primum γειτνιάζειν Bactrianæ confinem esse Ariam, deinde distinguit partem Bactrianæ, quæ proprie ab ipso intelligatur; ejus distinctionis rationem ut accuratam faciat, sumit à præfecti nomine, cui illa pars regenda ab Alexandro commissa sit. Quod egregie convenit cum Arriano & aliis historiæ Alexandrinæ scriptoribus, qui non dicunt universa Bactra uni alicui adsignata fuisse, sed partes eorum: & ut jam audivimus Aorno primariæ Bactrorum urbi Archelaus, reliquis Artabazus Persa impositus fuit. Strabo admiratus videtur fuisse Stasanora, adeo, ut hunc unum esse dicat per quem urbs Soli sit illustrata lib. 14 p. 683. Pro Ἀρσάκην, vero quod sequitur nomen & mox Ἀρσάκης, in præstantissimo MS. legitur Ἀρσάβην & Ἀρσάβης, notissima confusione literarum μ & β per figuram ω, ut omnino sic convalescat adfirmatio Freinshemii semel monentis in notis Curtianis viii, 3, 17 occultari mendam in Arriano, ubi pro Ἀρσάκης legatur Ἀρσάμης: Quod quum ille prudenter semel monuerit, nihilominus ea ipsa admonitio in nuperis octo animadversionum libris quinque vel sex animadversiones conficere debuit, nuspiam nominato Freinshemio, nisi ubi locus Curtii contra illum sollicitatur.

65 Εἰ πεμφθείη αὐτοῖς ὀλίγη στρατιά] MSS. tres inque illis codex Optimus addita vocula scribunt αὐτοῖς καὶ ὀλίγη. Mox iidem σχολαίτερον pro σχολαιότερον.

τας[66]. πεζῶν δὲ, τήν τε Φιλώτα τάξιν, καὶ τῶν ὑπασπιστῶν χιλιαρχίαν μίαν, καὶ τοὺς Ἀγριᾶνας πάντας, καὶ τῶν τοξοτῶν τοὺς ἡμίσεας, σπουδῇ ἐλαύνειν κελεύσας ὡς Σπιταμένην[67] τε καὶ Δαταφέρνην. Καὶ Πτολεμαῖος ᾔει ὡς ἐτέτακτο· καὶ διελθὼν ἐν ἡμέραις τέσσαρσι σταθμοὺς δέκα, ἀφικνεῖται ἐς τὸ στρατόπεδον, οὗ τῇ προτεραίᾳ ηὐλισμένοι ἦσαν οἱ ἀμφὶ τὸν Σπιταμένην βάρβαροι. Ἐνταῦθα ἔμαθε Πτολεμαῖος, ὅτι οὐ βεβαία τῷ Σπιταμένῃ καὶ Δαταφέρνῃ ἡ γνώμη ἐστὶν ἀμφὶ τῇ παραδόσει τοῦ Βήσσου. Τοὺς μὲν δὴ πεζοὺς κατέλιπε, προστάξας ἕπεσθαι ἐν τάξει· αὐτὸς δὲ ξὺν τοῖς ἱππεῦσιν ἐλάσας ἀφίκετο πρὸς κώμην τινὰ, ἵν' ὁ Βῆσσος ἦν ξὺν ὀλίγοις στρατιώταις. Οἱ γὰρ ἀμφὶ τὸν Σπιταμένην μετακεχωρήκεσαν ἤδη ἐκεῖθεν, καταιδεσθέντες αὐτοὶ παραδοῦναι τὸν Βῆσσον. Πτολεμαῖος δὲ περιστήσας ἐν κύκλῳ τῆς κώμης τοὺς ἱππέας (ἦν γάρ τι καὶ τεῖχος περιβεβλημένον καὶ πύλαι κατ' αὐτὸ) ἐπεκηρυκεύετο τοῖς ἐν τῇ κώμῃ βαρβάροις, ἀπαθεῖς σφᾶς ἀπαλλάσσεσθαι παραδόντας Βῆσσον. Οἱ δὲ ἐδέχοντο τοὺς ξὺν Πτολεμαίῳ ἐς τὴν κώμην· καὶ Πτολεμαῖος ξυλλαβὼν Βῆσσον, ὀπίσω ἐπανῄει. Προπέμψας δὲ, ἤρετο Ἀλέξανδρον, ὅπως χρὴ ἐς ὄψιν ἄγειν Ἀλεξάνδρου Βῆσσον· καὶ Ἀλέξανδρος, γυμνὸν ἐν κλοιῷ δήσαντα οὕτως ἄγειν ἐκέλευσε, καὶ καταστήσαντα ἐν δεξιᾷ τῆς ὁδοῦ, ᾗ αὐτός τε καὶ ἡ στρατιὰ παρελεύσεσθαι ἔμελλε. Καὶ Πτολεμαῖος οὕτως ἐποίησεν. Ἀλέξανδρος δὲ ἰδὼν τὸν Βῆσσον, ἐπιστήσας τὸ ἅρμα, ἤρετο, ἀνθ' ὅτου τὸν βασιλέα τὸν αὑτοῦ καὶ ἅμα οἰκεῖον καὶ εὐεργέτην γενόμενον Δαρεῖον, τὰ μὲν πρῶτα ξυνέλαβε καὶ δήσας ἦγεν, ἔπειτα ἀπέκτεινε. Καὶ ὁ Βῆσσος οὐ μόνῳ οἱ ταῦτα δόξαντα πρᾶξαι ἔφη, ἀλλὰ ξὺν τοῖς τότε ἀμφὶ Δαρεῖον οὖσιν, ὡς σωτηρίαν σφίσιν εὑρέσθαι παρ' Ἀλεξάνδρου. Ἀλέξανδρος δὲ ἐπὶ τοῖσδε μαστιγοῦν ἐκέλευεν αὐτὸν, καὶ ἐπιλέγειν τὸν κήρυκα ταῦτα ἐκεῖνα, ὅσα αὐτὸς τῷ Βήσσῳ ἐν τῇ πύστει ὠνείδισε. Βῆσσος μὲν δὴ οὕτως αἰκισθεὶς, ἀποπέμπεται ἐς Βάκτρα ἀποθανούμενος. Καὶ ταῦτα Πτολεμαῖος ὑπὲρ Βήσσου ἀναγέγραφεν[68]. Ἀριστόβουλος δὲ, τοὺς ἀμφὶ Σπιταμένην τε καὶ Δαταφέρνην Πτολεμαίῳ ἀγαγεῖν Βῆσσον, καὶ παραδοῦναι Ἀλεξάνδρῳ γυμνὸν ἐν κλοιῷ δήσαντας. Ἀλέξανδρος δὲ ἀναπληρώσας τὸ ἱππικὸν ἐκ τῶν αὐτόθεν ἵππων (πολλοὶ γὰρ αὐτῷ ἵπποι ἔν τε τῇ ὑπερβολῇ τοῦ Καυκάσου καὶ ἐν τῇ ἐπὶ τὸν Ὦξόν τε καὶ ἀπὸ τοῦ Ὤξου πορείᾳ ἐξέλιπον) ὡς ἐπὶ Μαράκανδα ἦγε· τὰ δέ ἐστι βασίλεια τῆς Σογδιανῆς χώρας

bus: ex peditibus vero, Philotæ agmine, & scutatis mille, Agrianisque omnibus ac sagittariorum dimidiâ parte, ut ad Spitamenem & Daphernem celeriter contendat jubet. Ptolemæus imperata facit, & decem mansionum iter quatriduo emensus, eò, pervenit ubi pridie barbari cum Spitamene castra habuerant. Ibi certior factus 30 est, dubiam esse Spitamenis & Dataphernis de tradendo Besso sententiam. Peditibus itaque relictis, & justo agmine sequi jussis, ipse cum equitatu progressus ad vicum quendam venit, in quo Bessus cum paucis militibus agebat. Nam qui cum Spitamene erant jam inde abierant, quod eos Bessum tradere puderet. Ptolemæus, pago equitibus circumsesso (erat enim pagus muro & portis cinctus) barbaris paganis denuntiari jubet, incolumes eos abituros, si Bessum tradant. Barbari Ptolemæum cum suis copiis intromittunt. Ptolemæus capto Besso ad Alexandrum revertitur: nuntiumque præmittit, qui percontetur quomodo illum in conspectum suum adduci velit. Alexander nudum capistro alligatum adduci jubet, & ad dextrum viæ latus, quà sibi cum exercitu transeundum esset, sisti. Ptolemæus ita ut imperatum ei est facit. Alexander Bessum conspicatus, currum sistens, rogavit quam ob causam Darium regem suum pariter atque amicum, & optime de se meritum, comprehensum & in vinculis ductum interfecisset. cui Bessus, Non ex suo unius consilio id factum fuisse, sed omnium qui tum temporis Dario adfuerant, uti eâ ratione salutem sibi apud Alexandrum invenirent. Tum Alexander Bessum flagris cædi jussit, ac per præconem pronuntiari eadem illa quæ ipse Besso ob perfidiam suam exprobrârat. Bessus ita flagellis cæsus, in Bactra pœnas capite persoluturus, remittitur. Hæc Ptolemæus de Besso. Aristobulus vero autor est, eos qui cum Spitamene & Datapherne erant, Bessum Ptolemæo adduxisse, atque ita nudum capistro vinctum Alexandro traditum fuisse. Alexander, equis quos ibi nactus est in supplementum sui equitatus sumtis (multos enim equos tam in transitu Caucasi montis, quam in itinere ad Oxum amnem & discessu ab Oxo amiserat) in Maracanda movit, quà in urbe Sogdianorum regia est. Inde

66 Ἱππακοντιστὰς ἅπαντας] MSS. omnes ξύμπαντας.

67 Ἐλαύνειν κελεύσας ὡς ἐς Σπιταμένην] MSS. Florentini omnes delent ἐς, etiam Augustanus. Sed & Basileensis editio ignorat. Gratias magnas igitur aliorum liberalitati.

68 Ἀναγέγραφεν] MSS. duo ἀνέγραψεν. Verum est quod habet Optimus cum alio ἀνέγραψεν.

ρας[69]. Ἐνθένδε ἐπὶ τὸν Τάναϊν ποταμὸν προῆγε. Τῷ δὲ Ταναΐδι τούτῳ, ὃν δὴ καὶ Ὀρξάντην ἄλλῳ ὀνόματι[70] πρὸς τῶν ἐπιχωρίων βαρβάρων καλεῖσθαι λέγει Ἀριστόβουλος, αἱ πηγαὶ μὲν ἐκ τοῦ Καυκάσου ὄρους καὶ αὐτῷ εἰσίν· ἐξίησι δὲ καὶ οὗτος ὁ ποταμὸς ἐς τὴν Ὑρκανίαν θάλασσαν. Ἄλλος δ' ἂν εἴη Τάναϊς, ὑπὲρ ὅτου λέγει ὁ Ἡρόδοτος ὁ λογοποιὸς, ὄγδοον εἶναι τῶν ποταμῶν τῶν Σκυθικῶν Τάναϊν[71], καὶ ῥέειν μὲν ἐκ λίμνης μεγάλης ἀνίσχοντα, ἐκδιδόναι δὲ ἐς λίμνην ἔτι μείζω τὴν καλουμένην Μαιῶτιν· καὶ τὸν Τάναϊν τοῦτον εἰσὶν οἳ ὅρον ποιοῦσι τῆς Ἀσίας καὶ τῆς Εὐρώπης. Οἷς δὴ ἀπὸ τοῦ μυχοῦ τοῦ πόντου[72] τοῦ Εὐξείνου ἥ λίμνη τε ἡ Μαιῶτις καὶ ὁ ἐς ταύτην ἐξιὼν ποταμὸς[73] ὁ Τάναϊς οὗτος, διείργει τὴν Ἀσίαν τε καὶ τὴν Εὐρώπην, καθάπερ ἡ κατὰ Γάδειρά τε καὶ τοὺς ἀντιπέραν Γαδείρων Λίβυας τοὺς Νομάδας θάλασσα, τὴν Λιβύην αὖ καὶ τὴν Εὐρώπην διείργει· οἷς γε δὴ ἡ Λιβύη ἀπὸ τῆς Ἀσίας τῆς ἄλλης τῷ Νείλῳ ποταμῷ διακέκριται. Ἐνταῦθα ἀποσκεδασθέντες τινὲς τῶν Μακεδόνων ἐς προνομὴν, κατακόπτονται πρὸς τῶν βαρβάρων· οἱ δὲ δράσαντες τὸ ἔργον, ἀπέφυγον ἐς ὄρος τραχύτατον, καὶ πάντη ἀπότομον· ἦσαν δὲ τὸ πλῆθος ἐς τρισμυρίους. Καὶ ἐπὶ τούτοις Ἀλέξανδρος τοὺς κουφοτάτους τῆς στρατιᾶς ἀναλαβὼν ἦγεν. Ἔνθα δὴ προσβολαὶ πολλαὶ ἐγίγνοντο τοῖς Μακεδόσιν ἐς τὸ ὄρος· καὶ τὰ μὲν πρῶτα ἀπεκρούοντο, βαλλόμενοι ἐκ τῶν βαρβάρων· καὶ ἄλλοι τε πολλοὶ τραυματίαι ἐγένοντο, καὶ αὐτὸς Ἀλέξανδρος ἐς τὴν κνήμην τοξεύεται διαμπὰξ, καὶ τῆς περόνης τι ἀποθραύεται αὐτῷ ἐκ τοῦ τοξεύματος. Ἀλλὰ καὶ ὣς ἔλαβέ τε τὸ χωρίον, καὶ τῶν βαρβάρων οἱ μὲν αὐτοῦ κατεκόπησαν πρὸς τῶν Μακεδόνων, πολλοὶ δὲ καὶ κατὰ τῶν πετρῶν ῥίψαντες σφᾶς ἀπέθανον· ὥστε ἐκ τρισμυρίων οὐ πλείους ἀποσωθῆναι ὀκτακισχιλίων.

Inde ad Tanaim fluvium profectus est. hujus fluminis (quod & alio nomine Orxantem à finitimis barbaris appellari Aristobulus dicit) fontes è Caucaso etiam monte oriuntur: in Hyrcanium etiam mare fertur. Alius porro est Tanais, de quo Herodotus historiarum scriptor dicit, octavum esse flumen Scythicum Tanaim, ejusque fontes ex magno lacu ortos fluere, & in alium majorem lacum, Mæotim dictum, ferri. Atque hunc Tanaim sunt qui Asiæ atque Europæ terminum statuant. quibus quidem ex intimo sinu ponti Euxini & Mæotis palus & in eam exiens iste Tanais, Asiam ab Europâ separat: quemadmodum mare, quod inter Gades & inter eos, qui trans illud objacent, Afros Numidas, Africam ab Europâ dividit; quibus etiam Africa à reliquâ Asiâ Nilo flumine dirimitur. Eo loco nonnulli ex Macedonibus longius pabulatum digressi à barbaris cæsi sunt, qui sese post hoc factum in montem asperrimum omnique ex parte præruptum receperunt. Hi ad XXX M. erant: adversus quos Alexander assumptis expeditioribus totius exercitus celeriter profectus est. Macedones frequentes in montem insultus faciunt: ac initio quidem icti à barbaris, multis vulneribus acceptis, repelluntur. atque ipse Alexander sagittâ medium crus trajectus est, & fibulæ pars in ipso crure abrumpitur. Collis nihilominus captus est, ac plerique barbarorum illic à Macedonibus cæsi, alii è rupibus sese præcipitantes interierunt: adeo ut ex triginta millibus non plures octo millibus evaserint.

69 Τῆς Σογδιανῆς χώρας] Opt. Σογδιανῶν.

70 Καὶ Ὀρξάντην ἄλλῳ ὀνομ.] Recte, siquidem id voluit auctor. Attamen forte: Καὶ Ὀρξάντην καὶ ἄλλῳ· Incolæ enim Silyn vocant. Plin. VI, 16.

71 Ὄγδοον εἶναι τῶν ποταμῶν τῶν Σκυθικῶν Τάναϊν] In uno prius τῶν desideratur, & idem habebat Σκυθῶν. Sed omnia melius & verissime se habent in Optimo ὄγδοον εἶναι τῶν ποταμῶν τῶν Σκυθικῶν Τάναϊν.

72 Οἷς δὴ ἀπὸ τοῦ μυχοῦ πόντου &c.] Mirifici Geographi sunt interpretes Arriani. Facius, *namque in Euxino ponto & Mæotis ipsa & Tanais, qui in eam illabitur, Asiam ab Europa dividunt.* Primo libertime & indecentissime personas invertit, & quod Arrianus de aliis dicit, ipse Arriano tribuit. Deinde Tanais in Euxino ponto (quæ duæ voces tam ad Mæotin ab eo quam ad Tanain referuntur per illam constructionem) non dividit Asiam ab Europa. Vulcanius, *quibus quidem ex intimo sinu ponti Euxini Mæotis palus oritur, atque hic Tanais in eam prolapsus Asiam ab Europa separat.* Sicut religiosior in retinenda loquutione Arriani, sic quod ad veterum de Geographia sententias longe ineptior. Quis enim unquam dixit Mæotin ex sinu Ponti oriri, quum potius omnes Mæotim esse matrem & *fontem* ponti dixerint. Verte. *quibus ab sinu ponti Euxini tum Mæotis, tum in eam illabens fluvius Tanais Asiam & Europam separant.*

73 Ἐξιὼν ποτ.] MSS. omnes ἐξιοῖς.

ΑΡΡΙΑΝΟΥ ΑΝΑΒΑΣΕΩΣ ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΥ

ΒΙΒΛΙΟΝ ΤΕΤΑΡΤΟΝ.

ARRIANI DE EXPEDITIONE ALEXANDRI

LIBER QUARTUS.

ΚΕΦ. Α.

Οὐ πολλαῖς δὲ ἡμέραις[1] ὕστερον, ἀφικνοῦνται παρ' Ἀλέξανδρον πρέσβεις, παρά τε Σκυθῶν τῶν Ἀβίων καλουμένων (οὓς καὶ Ὅμηρος δικαιοτάτους ἀνθρώπων[2] εἰπὼν ἐν τῇ ποιήσει ἐπῄνεσεν. οἰκοῦσι δὲ ἐν τῇ Ἀσίᾳ οὗτοι αὐτόνομοι, οὐχ ἥκιστα διὰ πενίαν τε καὶ δικαιότητα) καὶ παρὰ τῶν ἐκ τῆς Εὐρώπης Σκυθῶν, οἳ δὴ τὸ μέγιστον ἔθνος Σκυθικὸν ἐν τῇ Εὐρώπῃ ἐποικοῦσι. Καὶ τούτοις ξυμπέμπει Ἀλέξανδρος τῶν ἑταίρων, πρόφασιν μὲν, κατὰ πρεσβείαν φιλίαν ξυνθησομένους· ὁ δὲ νοῦς τῆς πομπῆς, ἐς κατασκοπήν τι μᾶλλον ἔφερε, φύσεώς τε τῆς χώρας τῆς Σκυθικῆς, καὶ πλήθους αὐτῶν, καὶ νομαίων[3], καὶ ὁπλίσεως ἥν τινα ἔχοντες στέλλονται) ἐς τὰς μάχας. Αὐτὸς δὲ πρὸς τῷ Ταναΐδι ποταμῷ ἐπενόει πόλιν οἰκίσαι, καὶ ταύτην ἑαυτοῦ ἐπώνυμον· ὅ, τε γὰρ χῶρος ἐπιτήδειος αὐτῷ ἐφαίνετο αὐξῆσαι τὴν πόλιν ἐπὶ μέγα, καὶ ἐν καλῷ οἰκισθήσεσθαι[4] τῆς ἐπὶ Σκύθας, εἴποτε ξυμβαίνοι, ἐλάσεως, καὶ τῆς προ-

CAP. I.

Paucis post diebus legati ad Alexandrum veniunt à Scythis, quos Abios vocant (quos & Homerus justissimos mortalium appellans in suo opere laudat. hi Asiam incolunt, nullis legibus subjecti, ob paupertatem nimirum cum justitiâ conjunctam) & à Scythis Europæis. maxima enim natio Scythica Europam colit. Cum his redeuntibus Alexander quosdam ex amicis mittit, prætextu quidem amicitiæ per legationem componendæ: re autem verâ non alio spectabat hæc missio, quam ut naturam Scythicæ regionis specularentur, & quanta esset incolarum multitudo, qui mores, quâve armaturâ utentes in pugnam prodirent, cognoscerent. Ipse juxta Tanaim fluvium urbem condere statuerat, eamque suo de nomine vocare. Nam & ipse locus percommodus videbatur ad urbem amplificandam, & opportunam sedem censebat ad expeditionem (siquando id res postularet) in Scythas faciendam. tum etiam propugnaculum fore re-

1 Οὐ πολλαῖς δὲ ἡμέραις] Ignorat adversativam Optimus, perinde ut in principio libri primi.

2 Δικαιοτάτους ἀνθρώπων] MSS. omnes ἀνθρώπους. Sic & Basileenses. Id haud dubie est ab Arriani manu. Etsi enim is dicat etiam cap. 11 πρώτων προσκυνηθῆναι ἀνθρώπων; etsi Curtius scribat constitisse justissimos Barbarorum forsan ex Homero; Arrianus tamen aliter consideranda judicavit verba poetæ Ἀβίων τε δικαιοτάτων ἀνθρώπων, ut non acciperentur quasi ex constructione solenni superlativorum, ut si in recto casu Homerus loquutus fuisset, crediderit dicturum Ἄβιοι δικαιότατοι ἀνθρώπων, sed δικαιότατοι ἄνθρωποι, quod sine invidia prædicatur, quum istud intolerandum. Quæ autem nuper his subjecta fuerunt de interpretatione Homeri & Agauis, videbis eadem omnia, si inspexeris Freinshemiana ad Curtium VII, 6, 11. Mox scribe ex Opt. οἰκοῦσι δὲ ἐν τῇ Ἀσίᾳ καὶ οὗτοι. Vulgo omittunt καὶ, sane perperam, quasi hi soli in Asia liberi agnoscerentur ab auctore, qui sane lenius censet de ejus populis.

3 Καὶ νομαίων] Vulcanius ex V.C. notavit νομίμων; & sic unus ex Florentinis, familiari commixtione αι & ι. Ceterum an Alexander sua aliquid interesse judicaverit scire horum Scytharum mores, valde dubito, & ex iis, quæ hic leguntur, certe magis videtur sollicitus fuisse de potentia & efficacia ad resistendum, si aggredi vellet. Id clarius patebit ex lectione codicis Optimi καὶ σωμάτων, quod non sustineo negligere: nam id observat Arrianus. Sic V, 4 refert de Indis, ἀλλὰ μεγάλους μὲν τὰ σώματα. Et lib. 1. μεγάλοι οἱ Κελτοὶ τὰ σώματα, καὶ μέγα φρονοῦντες. Et initio Indicorum. Ἀσσακηνοὶ ἔθνεα Ἰνδικὰ ἀλλ' οὔτε μεγάλοι τὰ σώματα. Habuit à Xenophonte, apud quem Cyrus semper laudat Persas quasi μεγάλους τὰ σώματα. Utrumque vero habes VII, 20 καταμαθεῖν καὶ τοὺς κατοικοῦντας αὐτὴν ἀνθρώπους καὶ τὰ νόμαια τῶν ἀνδρῶν. Mox deinde non scribendum ὁπλίσεων, quod tamen vitiose habent omnes editi, sed ὁπλίσεως, quod servant optimi & multi in MSS.

4 Καὶ ὅτι ἐν καλῷ οἰκισθήσεσθαι] Tanquam vellent hunc locum addi illis, quæ contuli II, 16. Sed quis centonum finis erit? In nullo enim MSS. nec etiam in editione Basileensi occurrit vocula ὅτι, ut omnino à Vulcanii editione per conniventiam vel ipsius vel Stephani prodierit, cui nos eam remittimus, præsertim quum post etiam ipse Vulcanius non invenerit in V. C.

προφυλακῆς τῆς χώρας πρὸς τὰς καταδρομὰς τῶν πέραν τοῦ ποταμοῦ ἐποικούντων βαρβάρων. Ἐδόκει δ' ἂν καὶ μεγάλη γενέσθαι ἡ πόλις, πλήθει τε τῶν ἐς αὐτὴν ξυνοικιζομένων, καὶ τοῦ ὀνόματος τῇ λαμπρότητι. Καὶ ἐν τούτῳ οἱ πρόσχωροι τῷ ποταμῷ βάρβαροι τούς τε τὰ φρούρια ἐν ταῖς πόλεσι σφῶν ἔχοντας στρατιώτας τῶν Μακεδόνων ξυλλαβόντες ἀπέκτειναν, καὶ τὰς πόλεις ἐς ἀσφάλειάν τινα μᾶλλον ὠχύρουν. Ξυνεπελάβοντο δὲ αὐτοῖς τῆς ἀποστάσεως καὶ τῶν Σογδιανῶν οἱ πολλοί, ἐπαρθέντες πρὸς τῶν ξυλλαβόντων Βῆσσον, ὥστε καὶ τῶν Βακτριανῶν ἔστιν οὓς σφίσιν οὗτοι ξυναπέστησαν[5]· εἴτε δὴ καὶ δείσαντες Ἀλέξανδρον, εἴτε καὶ λόγον ἐπὶ τῇ ἀποστάσει διδόντες, ὅτι ἐς ἕνα ξύλλογον ἐπηγγέλκει Ἀλέξανδρος ξυνελθεῖν τοὺς ὑπάρχους τῆς χώρας ἐκείνης, εἰς Ζαρίασπα τὴν μεγίστην πόλιν, ὡς ἐπ' ἀγαθῷ οὐδενὶ τοῦ ξυλλόγου γιγνομένου. 2 Ταῦτα ὡς ἀπηγγέλθη Ἀλεξάνδρῳ, παραγγείλας τοῖς πεζοῖς κατὰ λόχους κλίμακας ποιεῖσθαι, ὅσαι ἑκάστῳ λόχῳ ἐπηγγέλθησαν, αὐτὸς μὲν ἐπὶ τὴν πρώτην ἀπὸ τοῦ στρατοπέδου ὁρμηθεὶς πόλιν προὐχώρει, ᾗ ὄνομα ἦν Γάζα· ἐς γὰρ ἑπτὰ πόλεις συμπεφευγέναι ἐλέγοντο οἱ ἐκ τῆς χώρας βάρβαροι. Κρατερὸν δ' ἐκπέμπει πρὸς τὴν καλουμένην Κυρούπολιν, ἥπερ μεγίστη πασῶν[6]· καὶ ἐς αὐτὴν οἱ πλεῖστοι ξυνειλεγμένοι ἦσαν τῶν βαρβάρων. Παρήγγελτο δὲ αὐτῷ στρατοπεδεῦσαι πλησίον τῆς πόλεως, καὶ τάφρον τε ἐν κύκλῳ αὐτῆς ὀρύξαι, καὶ χάρακα περιβάλλεσθαι, καὶ τὰς μηχανὰς ὅσαις χρῆσθαι ξυμπηγνύναι, ὡς πρὸς τοὺς ἀμφὶ Κρατερὸν τὴν γνώμην τετραμμένοι οἱ ἐκ τῆς πόλεως ταύτης[7], ἀδύνατοι ὦσι ταῖς ἄλλαις πόλεσιν ἐπωφελεῖν. Αὐτὸς δὲ ἐπὶ τὴν Γάζαν ἐπεὶ ἀφίκετο, ὡς εἶχεν, ἐξ ἐφόδου σημαίνει προσβάλλειν τῷ τείχει, γηΐνῳ τε καὶ οὐχ ὑψηλῷ ὄντι, προσθέντας ἐν κύκλῳ πάντοθεν τὰς κλίμακας· οἱ δὲ σφενδονῆται αὐτῷ καὶ οἱ τοξόται καὶ οἱ ἀκοντισταὶ ὁμοῦ τῇ ἐφόδῳ τῶν πεζῶν ἐσηκόντιζον εἰς τοὺς προμαχομένους ἀπὸ τοῦ τείχους, καὶ βέλη ἀπὸ μηχανῶν ἠφίετο, ὥστε ὀξέως μὲν ὑπὸ τοῦ πλήθους[8] τῶν βελῶν ἐγυμνώθη τὸ τεῖχος τῶν προμαχομένων, ταχεῖα δὲ ἡ πρόσθεσις τῶν κλιμάκων καὶ ἡ ἀνάβασις τῶν Μακεδόνων ἡ ἐπὶ τὸ τεῖχος ἐγίγνετο. Τοὺς μὲν δὴ ἄνδρας παν-

regionis adversus barbarorum qui ultra flumen degebant incursiones. Magnam autem urbem fore, tum ex incolarum frequentiâ, tum ex nominis splendore, autumabat. Interea barbari fluvio finitimi Macedonum milites, qui in Scythicis urbibus præsidio constituti erant, comprehensos interficiunt, urbesque suas majoris securitatis causâ muniunt. Conjunxerant se illorum defectioni Sogdianorum plerique, sollicitati ab iis qui Bessum ceperant; qui & Bactrianorum nonnullos ad se pertraxerunt: sive quod Alexandrum timerent, sive rationem defectionis dantes, quod Alexander præsidum illius provinciæ conventus ad Zariaspa urbem maximam indixisset: è quo quidem conventu nihil boni ipsis sperandum videbatur. Hæc 2 ubi Alexandro nuntiata sunt, quamprimum ut peditibus per singulas cohortes scalas certo numero parent jubet: ipseque ad primam ab exercitu urbem (Gazæ nomen erat) cum copiis tendit. Nam in septem oppida barbari ejus regionis confugisse ferebantur. Craterum Cyropolim mittit, omnium urbium maximam, & in quam plurimi barbarorum se receperant. Huic imperat ut castra prope urbem locet, fossamque in orbem ducat, & vallo muniat, ac machinas quibus opus sit componat: ut oppidani Cratero propulsando occupati, aliis urbibus opem ferre non possent. Ipse vero simulac Gazam pervenit, primo statim impetu murum terreum alioqui & parum altum invadi jubet, scalis omni ex parte admotis. Tum funditores & sagittarii ac jaculatores simul cum peditibus impetum facientibus murorum propugnatores missilibus lacessunt, telis quoque è machinis petunt; adeo ut præ nimiâ telorum vi muro confestim propugnatoribus nudato, scalæ celeriter admotæ sint, Macedonesque murum conscenderint. ac viros qui-

5 Βακτριανῶν ἐστὶν οὓς σφίσιν οὗτοι ξυναπέστησαν] Hoc quoque ex Vulcaniana propagatum, nec dubium, quin typorum lapsu; quippe interpretatio exprimit scripturam veterem omnium MSS. & editionis Basil. σφίσιν οὗτοι ξυνῆσαν. Optimus etiam omittit σφίσιν.

6 Ὥσπερ μεγίστη πασῶν] De Crateri virtute opinionem Alexandri magnam & eximiam fuisse, multa docent testimonia. Sed cum præter alios duces in tanto honore fuisse, ut is potissimum eligeretur ad urbes maximas expugnandas, nec Arrianus testatus est, nec uspiam alibi legisse memini. Itaque ineptam rationem esse censeo, qua hic refertur, quasi Craterum idcirco illuc miserit, ut ad omnium urbium maximam, & sic exuerit se ipse nolens suo periculo esse temerarius, quod passim facit. Hanc ergo malitiam voco, & facessere jubeo tanto magis, quod in editione Basileensi legatur ἥπερ μεγίστη, atque adeo litera posterior sit solius Vulcanianæ, cujuscunque sit culpa, & pro ea denique ex MS. Optimo restituo veram veteremque lectionem ἥπερ μεγίστη πασῶν, quomodo & alius MS. & V. C. in chirographo Vulcanii.

7 Οἱ ἐκ τῆς πόλεως ταύτης] Quia in nonnullis antiquis libris pro voce postrema legitur βάρβαροι, & id Vulcanio occurrebat in V. C. propterea sic mutari volebat versionem., *ut barbarorum qui in urbe erant animis in Craterum conversis, aliis* &c. Sed non ita meliores, ut omnino oporteat hanc mutationem sperni. Quin etiam illa ipsa notæ pejoris exemplaria sustinuerunt augere ὅσαις χρῆσθαι προσῆκεν.

8 Ὑπὸ τοῦ πλήθους] Vide ad 1, 22. Statim Opt. cum duobus aliis πάντας ἀπέκτειναν οὗτοι, ἐξ Ἀλεξάνδρου &c.

Cyropolis expugnata.

πάντας ἀπέκτειναν, οὕτως πρὸς Ἀλεξάνδρου προστεταγμένον· γυναῖκας δὲ καὶ παῖδας καὶ τὴν ἄλλην λείαν διήρπασαν. Ἐνθένδε εὐθὺς ἦγεν ἐπὶ τὴν δευτέραν ἀπ' ἐκείνης πόλιν ᾠκισμένην, καὶ ταύτην τῷ αὐτῷ τε τρόπῳ, καὶ τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ λαμβάνει, καὶ τοὺς ἁλόντας τὰ αὐτὰ ἔπραξεν. Ὁ δὲ ἦγεν ἐπὶ τὴν τρίτην πόλιν, καὶ ταύτην τῇ ὑστεραίᾳ ἐπὶ τῇ πρώτῃ προσβολῇ εἷλεν. Ἐν ᾧ δὲ αὐτὸς ξὺν τοῖς πεζοῖς ἀμφὶ ταῦτα εἶχε, τοὺς ἱππέας ἐκπέμπει ἐς τὰς δύο τὰς πλησίον πόλεις, προστάξας παραφυλάττειν τοὺς ἀνθρώπους τοὺς ἔνδον, μήποτε τῆς ἁλώσεως αἰσθόμενοι τῶν πλησίον πόλεων, καὶ ἅμα τῆς αὐτοῦ οὐ διὰ μακροῦ ἐφόδου, οἱ δὲ ἐς φυγὴν τραπέντες ἄποροι αὐτῷ διώκειν γένωνται. Καὶ ξυνέβη δὲ οὕτως ὅπως εἴκασε, καὶ ἐν δέοντι ἐγένετο αὐτῷ ἡ πομπὴ τῶν ἱππέων. Οἱ γὰρ τὰς δύο τὰς οὔπω ἑαλωκυίας πόλεις ἔχοντες τῶν βαρβάρων, ὡς καπνόν τε εἶδον ἀπὸ τῆς πρὸ σφῶν πόλεως ἐμπιπραμένης, καί τινες ἀπὸ τοῦ πάθους[10] αὐτοῦ διαφυγόντες, αὐτάγγελοι τῆς ἁλώσεως ἐγένοντο, ὡς τάχους ἕκαστοι εἶχον, ἀθρόοι ἐκ τῶν πόλεων φεύγοντες, ἐμπίπτουσιν εἰς τὸ στῖφος τῶν ἱππέων ξυντεταγμένον, καὶ κατεκόπησαν οἱ πλεῖστοι αὐτῶν. 3 Οὕτω δὴ τὰς πέντε πόλεις ἐν δυσὶν ἡμέραις ἑλών τε καὶ ἐξανδραποδισάμενος, ᾔει ἐπὶ τὴν μεγίστην αὐτῶν τὴν Κυρούπολιν. Ἡ δὲ τετειχισμένη τε ἦν ὑψηλοτέρῳ τείχει ἤπερ αἱ ἄλλαι, οἷα δὴ ὑπὸ Κύρου οἰκισθεῖσα, καὶ οἱ πλεῖστοι καὶ μαχιμώτατοι τῶν ταύτῃ βαρβάρων ἐς ταύτην συμπεφευγότες, οὐχ ὡσαύτως ῥᾳδία ἐξ ἐφόδου ἑλεῖν τοῖς Μακεδόσιν ἐγίγνετο. Ἀλλὰ μηχανὰς γὰρ προσάγων τῷ τείχει Ἀλέξανδρος, ταύτῃ μὲν κατασείειν ἐπενόει τὸ τεῖχος, καὶ κατὰ τὸ ἀεὶ παραρρηγνύμενον αὐτοῦ τὰς προσβολὰς ποιεῖσθαι· αὐτὸς δὲ ὡς κατεῖδε τοὺς ὀχετοὺς τοῦ ποταμοῦ, ὃς διὰ τῆς πόλεως χειμάρρους ὢν διέρχεται, ξηροὺς ἐν τῷ τότε ὕδατος, καὶ οὐ ξυνεχεῖς τοῖς τείχεσιν, ἀλλ' οἵους παρασχεῖν πάροδον τοῖς στρατιώταις διαδῦναι ἐς τὴν πόλιν, ἀναλαβὼν τούς τε σωματοφύλακας καὶ τοὺς ὑπασπιστὰς καὶ τοὺς τοξότας καὶ τοὺς Ἀγριᾶνας, τετραμμένων τῶν βαρβάρων πρὸς τὰς μηχανὰς καὶ τοὺς ταύτῃ προμαχομένους[11], λανθάνει κατὰ τοὺς ὀχετοὺς ξὺν ὀλίγοις τὸ πρῶτον παρελθὼν ἐς τὴν πόλιν. Ἀναρρήξας δὲ ἔνδοθεν

quidem omnes interimunt: (ita enim jusserat Alexander) mulieribus ac pueris, reliquâque prædâ direptâ. Inde ad alteram ab hac urbem statim movit, quæ ejusdem cum Gazâ structuræ erat. eam quum eodem die cepisset, idem de captivis quod de Gazæis statuit. Tertiam deinde urbem adortus, postero die primo impetu cepit. Interea vero dum ipse has urbes cum peditatu expugnat, equitatum ad alias duas vicinas urbes mittit: jubens ut caverent ne earum incolæ, vicinarum urbium expugnatione, ipsiusque haud procul inde adventu cognito, in fugam versi, difficilem sibi insequendi rationem facerent. Et quidem ita ut cogitârat evenit, missioque equitum necessaria fuit. Barbari enim qui duas alias urbes nondum captas tenebant, conspecto fumo incensæ urbis quæ ipsis ex adverso sita erat, (& nonnulli etiam qui ex eâ calamitate evaserant captæ urbis nuntium attulerant) quam maximâ celeritate poterant confertim ex urbibus diffugientes, in instructum equitum agmen incidunt, multique eorum interfecti sunt. 3 His quinque oppidis biduo captis ac direptis, ad maximam illorum urbem Cyropolim contendit. Erat hæc editiore muro quam aliæ munita, utpote à Cyro condita: quumque plurimi bellicosissimique ejus regionis barbari in eam confugissent, non perinde facile primo impetu à Macedonibus capi potuit. Porro Alexander tormentis admotis, murum quatere statuerat, & quâ parte perfractus fuisset impetum facere. Cæterum ut vidit alveum fluminis, quod urbem torrentis instar perlabitur, aquâ vacuum tum temporis siccumque esse, neque contiguum muro esse, sed transitum militibus ad subeundum in urbem præbere: assumtis corporis custodibus & scutatis ac sagittariis Agrianisque, barbaris ad machinas earumque propugnatores conversis, clam per alveum cum paucis primum in urbem subit,

9 Ἐς φυγὴν τραπέντες] Codices antiqui omnes, quos ego versavi, immo & ipsa Basileensis editio, præmittunt his verbis οἱ δὲ, quod non potest nisi ab Arriani genio venisse: adeo elegans abundantia & scita interjectio est, ut jam incepi ostendere ad 11, 12. Sic cap. 24. πολλοὶ δὲ αὐτῶν καὶ ἐς τὰ ὄρη κατέφυγον . . . , ἐπεὶ δὲ καὶ ταύτῃ προσῆγεν, οἱ δὲ πέμψαντες πρέσβεις &c. Etiam cap. 12 Λέγεται δὲ ἐπειδή τις ἰδὼν τῶν Περσῶν αὐτῷ ἐν κόσμῳ προσκυνοῦντα, τὸν δὲ ἐγγελάσαι τῷ σχήμ. Sed etiam mox edidi καὶ ξυνέβη δὲ οὕτως ὅπως εἴκασε, ex omnibus priscis exemplaribus, & Basil. edit. ut notavi ad cap. 21.

10 Καί τινες ἀπὸ τοῦ πάθους] Opt. καί τινες καὶ ἀπό.

11 Τοὺς ταύτῃ προμαχομένους] Astute Vulcanius: *earumque propugnatores*. An ergo tantum in hos? & non etiam in fabros & machinarios ipsos, qui eodem loco versabantur. Immo si bene consideres ad solennem scribendi rationem, ipsi barbari erant οἱ προμαχόμενοι (ut & mox appellantur) ac propugnatores, & conversi πρὸς τοὺς ταύτῃ προσμαχομένους. Ita enim legendum docet ipse ordo narrandi, nec aliter habet MS. Opt. & duo alii cum editione Basileensi. Verte igitur *et qui ab ea parte oppugnabant*. Dein rursum Opt. λανθάνει κατὰ τοὺς ὀχετοὺς ξὺν ὀλίγοις κατὰ τὸ πρῶτον. Ubi vulgo abest posterius κατά.

ἔσωθεν τῶν πυλῶν, ἀλλὰ κατὰ τοῦτο τὸ χωρίον ἐσελθόντες, δέχονται καὶ τοὺς ἄλλους στρατιώτας εὐπετῶς. Ἔνθα δὴ οἱ βάρβαροι ἐχομένην ἤδη τὴν πόλιν αἰσθόμενοι, ἐπὶ τοὺς ἀμφ' Ἀλέξανδρον ὅμως ἐτράπησαν, καὶ γίνεται προσβολὴ αὐτῶν καρτερὰ, καὶ βάλλεται λίθῳ αὐτὸς Ἀλέξανδρος βιαίως τήν τε κεφαλὴν καὶ τὸν αὐχένα, καὶ Κρατερὸς τοξεύματι, καὶ πολλοὶ ἄλλοι τῶν ἡγεμόνων· ἀλλὰ καὶ ὣς ἐξέωσαν ἐκ τῆς ἀγορᾶς τοὺς βαρβάρους· καὶ ἐν τούτῳ οἱ κατὰ τὸ τεῖχος προσβεβληκότες, ἔρημον ἤδη τὸ τεῖχος τῶν προμαχομένων αἱροῦσιν. Ἐν μὲν δὴ τῇ πρώτῃ καταλήψει τῆς πόλεως ἀπέθανον τῶν πολεμίων μάλιστα ἐς ὀκτακισχιλίους· οἱ δὲ λοιποὶ (ἦσαν γὰρ οἱ πάντες ἐς μυρίους καὶ ὀκτακισχιλίους[12] οἱ ξυνεληλυθότες) καταφεύγουσιν ἐς τὴν ἄκραν. Καὶ τούτους περιστρατοπεδεύσας Ἀλέξανδρος ἡμέραν μίαν ἐφρούρησεν· οἱ δὲ ἐνδείᾳ ὕδατος ἐνεχείρισαν σφᾶς Ἀλεξάνδρῳ. Τὴν δὲ ἑβδόμην πόλιν ἐξ ἐφόδου ἔλαβε· Πτολεμαῖος μὲν λέγει ὅτι αὐτοὺς σφᾶς ἐνδόντας, Ἀριστόβουλος δὲ, ὅτι βίᾳ καὶ ταύτην ἐξεῖλε, καὶ ὅτι πάντας τοὺς καταληφθέντας ἐν αὐτῇ ἀπέκτεινε. Πτολεμαῖος δὲ κατανεῖμαι λέγει αὐτὸν τοὺς ἀνθρώπους τῇ στρατιᾷ, καὶ δεδεμένους κελεῦσαι φυλάττεσθαι, ἔς τ' ἂν ἐκ τῆς χώρας ἀπαλλάττηται αὐτός· ὡς μηδένα ἀπολείπεσθαι τῶν τὴν ἀπόστασιν πραξάντων. Ἐν τούτῳ δὲ τῶν ἐκ τῆς Ἀσίας Σκυθῶν στρατιὰ ἀφικνεῖται πρὸς τὰς ὄχθας τοῦ ποταμοῦ τοῦ Ταναΐδος, ἀκούσαντες οἱ πολλοὶ αὐτῶν ὅτι ἔστιν οἳ καὶ τῶν ἐπέκεινα τοῦ ποταμοῦ βαρβάρων ἀπ' Ἀλεξάνδρου ἀφεστᾶσιν· ὡς εἰ δή τι λόγου ἄξιον νεωτερίζοιτο, καὶ αὐτοὶ ἐπιθησόμενοι τοῖς Μακεδόσι. Καὶ οἱ ἀμφὶ Σπιταμένην δὲ ἀπηγγέλθη ὅτι τοὺς ἐν Παρακάδοις καταλειφθέντας ἐν τῇ ἄκρᾳ πολιορκοῦσιν. Ἔνθα δὴ Ἀλέξανδρος ἐπὶ μὲν τοὺς ἀμφὶ Σπιταμένην, Ἀνδρόμαχόν τε ἀποστέλλει καὶ Μενέδημον καὶ Κάρανον, ἱππέας μὲν ἔχοντας τῶν ἑταίρων ἐς ἑξήκοντα[13], καὶ τῶν μισθοφόρων ὀκτακοσίους, ὧν Κάρανος ἡγεῖτο, πεζοὺς δὲ μισθοφόρους ἐς χιλίους πεντακοσίους· ἐπιτάσσει δὲ αὐτοῖς Φαρνούχην τὸν ἑρμηνέα, τὸ μὲν γένος Λύκιον τὸν Φαρνούχην[14], ἔμπειρον δὲ τῆς τε φωνῆς τῶν ταύτῃ βαρβάρων ἔχοντα, καὶ τὰ ἄλλα ὁμιλῆσαι αὐτοῖς δεξιὸν φαινόμενον. Αὐτὸς δὲ τὴν πόλιν, ἣν ἐπενόει, τειχίσας ἐν ἡμέραις εἴκοσι, καὶ ξυνοικίσας ἐς αὐτὴν τῶν τε Ἑλλήνων μισθοφόρων, καὶ ὅστις τῶν προσοικούντων βαρβάρων ἐθελοντὴς μετέσχε τῆς ξυνοικίσεως, καί τινας καὶ τῶν ἐκ τοῦ στρατοπέδου Μακε-

subit, refractisque interius portis quæ ex eâ parte erant, facile reliquos milites intromitit. Tum barbari ubi captam jam urbem esse senserunt, nihilominus tamen in Alexandri milites conversi, atrocem conflictum edunt. Alexander ipse saxum capite & cervice excepit, Craterus multique alii ex ducibus sagittis icti. Barbari tandem foro pulsi sunt. Interea qui murum oppugnabant, eum jam propugnatoribus vacuum capiunt: & primo quidem tumultu captæ urbis cæsi sunt ex hostibus circiter octo millia. Reliqui (erant enim in universum octodecim millia eorum qui convenerant) in arcem confugerunt. Quos quum Alexander uno die obsessos tenuisset, aquarum inopiâ pressi deditionem fecerunt. Septimam urbem primo insultu cepit; deditione quidem, ut Ptolemæus scribit: Aristobulus vero etiam hanc vi captam tradit, omnesque in eâ comprehensos, interfectos fuisse. Ptolemæus captivos in exercitum distributos narrat, vinctosque custodiri jussos, donec ipse ex eâ regione discederet; nequis eorum qui defectionem fecerant relinqueretur. Dum hæc geruntur, Scytharum Asiaticorum exercitus ad ripas Tanais fluvii venit, quod plerique audissent nonnullos barbarorum trans flumen incolentes ab Alexandro defecisse: ut siqua insignis defectio fieret, ipsi quoque in Macedones irruerent. Eodem tempore nuntiatum est, Spitamenem eos qui Paracadis in arce relicti erant obsidere. Itaque Alexander adversus Spitamenem, Andromachum mittit & Menedemum ac Caranum, cumque his equites ex amicis sexaginta, ex mercenariis octingentos, quos ducebat Caranus, pedites autem mercenarios mille quingentos. His præponit Pharnuchem interpretem, Lycium genere, qui barbarorum linguam callebat, aptusque qui cum iis ageret videbatur. Ipse urbem, quam condere statuerat, viginti dierum spatio muro complexus, eam Græcis mercenariis habitandam dat, & finitimis barbaris quibus suâ sponte eo commigrandi voluntas fuit, nonnullis etiam Macedonibus, qui in-

12 Ἐς μυρίους καὶ ὀκτακισχιλίους] Opt. & item duo alii ὀκτακισχιλίους, additque statim huic voci Optimus μυρίους.

13 Ἔχοντας τῶν ἑταίρων ὡς ἑξήκοντα] MSS. omnes ἐς pro ὡς.

14 Ἐπιτάσσει δὲ αὐτοῖς Φαρνούχην τὸν ἑρμηνέα, τὸ μὲν γένος Λύκιον τὸν Φαρνούχην] Satisfeci opinor abunde de hujus generis repetitione, quam propterea nunc restituere Arriano non dubitavi, in Epistolicis meis dissertationibus ad Livium pag. 18, eo justius nunc illas allegans, quia in fine capitis quarti lib. II silui propter contumaciam librorum aliorum in retinendo φίλος. Sed prorsus eam repetitionem venire ab Arriano probat etiam lib. VI cap. 23 τούτους τοὺς ἁλιέας ὕδατι ὀλίγῳ διαχρῆσθαι ... καὶ οὐδὲ τούτῳ πάντῃ γλυκεῖ τῷ ὕδατι.

4 Μακεδόνων, ὅσοι ἀπόμαχοι ἤδη ἦσαν. Θύσας τοῖς θεοῖς ὡς νόμος αὐτῷ[15], καὶ ἀγῶνα ἱππικόν τε καὶ γυμνικὸν ποιήσας, ὡς οὐκ ἀπαλλασσομένους ἑώρα τοὺς Σκύθας ἀπὸ τῆς ὄχθης τοῦ ποταμοῦ, ἀλλ' ἐκτοξεύοντες ἐς τὸν ποταμὸν ἑωρῶντο, οὐ πλατὺν ταύτῃ ὄντα, καί τινα καὶ πρὸς ὕβριν τοῦ Ἀλεξάνδρου βαρβαρικῶς ἐθρασύνοντο· ὡς οὐκ ἂν τολμήσοντα Ἀλέξανδρον ἅψασθαι Σκυθῶν, ἢ μαθόντα ἂν ὅ, τι περ τὸ διάφορον Σκύθαις τε καὶ τοῖς Ἀσιανοῖς βαρβάροις· ὑπὸ τούτων παροξυνόμενος ἐπενόει διαβαίνειν ἐπ' αὐτοὺς, καὶ τὰς διφθέρας παρεσκεύαζεν ἐπὶ τὸν πόρῳ. Θυομένῳ δὲ ἐπὶ τῇ διαβάσει, τὰ ἱερὰ οὐκ ἐγίγνετο· ὁ δὲ βαρέως μὲν ἔφερεν οὐ γιγνομένων· ὅμως δὲ ἐκαρτέρει, καὶ ἔμενεν. Ὡς δὲ οὐκ ἀνίεσαν οἱ Σκύθαι, αὖθις ἐπὶ τῇ διαβάσει ἐθύετο· καὶ αὖ ἐς κίνδυνον αὐτῷ σημαίνεσθαι Ἀρίστανδρος ὁ μάντις ἔφραζεν· ὁ δὲ κρεῖσσον ἔφη ἐς ἔσχατον κινδύνου ἐλθεῖν, ἢ κατεστραμμένον ξύμπασαν ὀλίγου δεῖν τὴν Ἀσίαν, γέλωτα εἶναι Σκύθαις[16], καθάπερ Δαρεῖος ὁ Ξέρξου πατὴρ πάλαι ἐγένετο. Ἀρίστανδρος δὲ οὐκ ἔφη παρὰ τὰ ἐκ τοῦ θείου σημαινόμενα[17] ἄλλα ἀποδείξασθαι, ὅτι ἄλλα ἐθέλει ἀκοῦσαι Ἀλέξανδρος. Ὁ δὲ, ὡς αἵ τε διφθέραι αὐτῷ παρεσκευασμέναι[18] ἦσαν ἐπὶ τὸν πόρῳ, καὶ ὁ στρατὸς ἐξωπλισμένος ἐφειστήκει τῷ ποταμῷ, αἵ τε μηχαναὶ ἀπὸ ξυνθήματος ἐξηκόντιζον ἐς τοὺς Σκύθας παριππεύοντας[19] ἐπὶ τῇ ὄχθῃ· καὶ ἔστιν οἳ αὐτῶν ἐτιτρώσκοντο ἐκ τῶν βελῶν, εἷς δὲ δὴ διὰ τοῦ γέρρου τε καὶ τοῦ θώρακος διαμπὰξ πληγεὶς, πίπτει ἀπὸ τοῦ ἵππου[20]· οἱ μὲν ξυνεπλάγησαν πρός τε τῶν βελῶν τὴν διὰ μακροῦ ἄφεσιν, καὶ ὅτι ἀνὴρ ἀγαθὸς αὐτοῖς τετελευτήκει, καὶ ὀλίγον ἀπεχώρησαν ἀπὸ τῆς ὄχθης. Ἀλέξανδρος δὲ τεταραγμένους πρὸς τὰ βέλη ἰδὼν, ὑπὸ σαλπίγγων ἐπέρα τὸν ποταμὸν αὐτὸς ἡγούμενος· εἵπετο δὲ αὐτῷ καὶ ἡ ἄλλη στρατιά. πρῶτον μὲν δὴ τοὺς τοξότας καὶ σφενδονήτας ἀποβιβάσας, σφενδονᾶν καὶ τοξεύειν[21] ἐκέλευσεν ἐς τοὺς Σκύθας, ὡς μὴ πελάζειν αὐτοὺς τῇ φάλαγγι τῶν πεζῶν ἐκβαινούσῃ, πρὶν τὴν ἵππον αὐτῷ διαβῆναι πᾶσαν. Ὡς δὲ ἀθρόοι ἐπὶ τῇ ὄχθῃ ἐγένοντο, ἀφῆκεν ἐπὶ τοὺς Σκύθας τὸ μὲν πρῶτον μίαν ἱππαρχίαν τῶν ξένων, καὶ τῶν σαρισσοφό-

inepti bello erant. Deinde facto diis sacrificio pro more suo, & certamine equestri ac gymnico edito, quum Scythas à ripâ fluminis non recedere cerneret, sed trans flumen (cujus exigua erat eâ parte latitudo) tela mittere, nonnulla etiam probra in Alexandrum barbarico more jacere: nimirum non audere Alexandrum cum Scythis congredi, aut, si faciat, experturum quantum inter Scythas & barbaros Asiaticos intersit his rebus irritatus Alexander, transire in eos statuit, pellesque ad trajiciendum parari jubet. Facto igitur pro transitu sacrificio, exta nihil prosperi portenderunt. quod quidem graviter tulit, patienter tamen sustinuit, ibique moram fecit. Scythis vero à contumeliâ non desistentibus, rursus pro transitu sacrificium fecit. quumque Aristander vates periculum portendi diceret, Alexander respondit, Satius esse extremum periculum adire, quam se, totâ pene Asiâ subactâ, Scythis ludibrio esse, quemadmodum Darius Xerxis pater olim fuisset. Aristander contra, non alia quam quæ divinitus portendebantur, declaravisse se respondit, tametsi Alexander alia audire mallet. Alexander nihilominus, paratis jam ad transitum pellibus, exercituque armato ad amnem stante, tormentis tela, signo dato, in Scythas ad ripam obequitantes excuti jubet. ac nonnulli quidem Scythæ telorum jactu vulnerati sunt: unus scutum & thoracem trajectus, ex equo procidit. At barbari, longinquo telorum jactu, & strenui illius viri cæde perterriti, parumper à ripâ retrocesserunt. Alexander illos telorum jactu perturbatos conspicatus, tubis clangentibus flumen transit. atque ipsum præeuntem reliquus exercitus subsequutus est: ac primum quidem sagittariis & funditoribus transmissis, fundis telisque Scythas lacessere jubet, ne in phalangem transeuntem irruerent, priusquam universus equitatus transmissus esset. Quumque jam omnes in ulteriorem ripam evasissent, primum quidem equitum sociorum agmen unum,

15 Θύσας τοῖς θεοῖς ὡς νόμος αὐτῷ] Sed v, 3 dicit θύει θεοῖς ὅσοις νόμος αὐτῷ, & VII, 12 θυσίαν ἐποίησε τοῖς θεοῖς οἷς αὐτῷ νόμος. Ut idem de hoc loco suspicari posses. Veruntamen vulgato utitur VI, 3 ἔθυε τοῖς θεοῖς, ὡς νόμος. Tu decerne, qui leges.

16 Γέλωτα εἶναι Σκύθαις] Ita loquitur IV, 3 ταύτῃ γέλωτα εἶναι Ἀλεξάνδρῳ. MS. tamen Opt. habebat Σκυθῶν.

17 Παρὰ τὰ ἐκ τοῦ θείου σημαινόμενα] Optimus cum alio & editione Basileensi παρὰ τοῦ .... σημαινομένου, quod videntur ejecisse nonnulli gravati terminationem eandem in tot vocibus, quam sæpe sic occurrere videas; etsi invitis quoque scriptoribus alibi injunctam, ut memorabili exemplo patebit cap. 6.

18 Διφθέραι αὐτῷ παρεσκευασμέναι] Ab Opt. abest vox media.

19 Παριππεύοντας] Opt. ac duo alii ex meis περιππεύοντας, quod præplacet, quum & Vulcanius notet ex V. C. editumque sit Basileæ, VI, 8 προσβολὰς μὲν ἐποίει τοὺς κύκλῳ περιππεύων.

20 Ἀπὸ τοῦ ἵππου] In reliquis omnibus MSS. præter Opt. notavi esse τῆ, sicut etiam ξυνεπλάγησαν, non ἐξεπλάγησαν, quod nescio cur post editionem Basileensem sic mutari placuerit.

21 Σφενδονᾶν καὶ τοξεύειν] Opt. σφενδονᾶν τε καὶ ἐπιτοξεύειν, ut mox cap. 5. ἀπὸ τῶν πλαγίων ἐξετόξευον ἐς αὐτούς. ubi tamen in Optimo legebatur ἐτόξευον.

σοφέρων ἴλας τέσσαρας. καὶ τούτους δεξάμενοι οἱ Σκύθαι, καὶ ἐς κύκλους περιιππεύοντες, ἔβαλλόν τε πολλοὶ ὀλίγους, καὶ αὐτοὶ οὐ χαλεπῶς[22] διεφύγγανον. Ἀλέξανδρος δὲ τούς τε τοξότας καὶ τοὺς Ἀγριᾶνας καὶ τοὺς ἄλλους ψιλούς, ὧν Βάλακρος ἦρχεν, ἀναμίξας τοῖς ἱππεῦσιν, ἐπῆγεν ἐπὶ τοὺς Σκύθας. Ὡς δὲ ὁμοῦ ἤδη ἐγίγνοντο, ἐλάσαι ἐκέλευσεν ἐς αὐτοὺς τῶν τε ἑταίρων τρεῖς ἱππαρχίας, καὶ τοὺς ἱππακοντιστὰς ξύμπαντας· καὶ αὐτὸς δὲ τὴν λοιπὴν ἵππον ἄγων, σπουδῇ ἐνέβαλεν ὀρθίαις ταῖς ἴλαις. Οὔκουν ἔτι οἷοί τε ἦσαν ἐξελίσσειν τὴν ἱππασίαν ἐς κύκλους, ὡς πρόσθεν ἔτι· ὁμοῦ μὲν γὰρ ἡ ἵππος προσέκειτο αὐτοῖς, ὁμοῦ δὲ οἱ ψιλοὶ ἀναμεμιγμένοι τοῖς ἱππεῦσιν οὐκ εἴων[23] ἐς τὰς ἐπιστροφὰς ἀσφαλεῖς ποιεῖσθαι. Ἔνθα λαμπρὰ ἤδη φυγὴ τῶν Σκυθῶν ἦν· καὶ πίπτουσι μὲν ἐς χιλίους[24], καὶ εἷς τῶν ἡγεμόνων Σατράκης· ἑάλωσαν δὲ ἐς ἑκατὸν καὶ πεντήκοντα. Ὡς δὲ ἡ δίωξις ὀξεῖά τε καὶ διὰ καύματος πολλοῦ ταλαιπώρως ἐγίγνετο, δίψει τε ἡ στρατιὰ πᾶσα εἴχετο, καὶ αὐτὸς Ἀλέξανδρος ἐλαύνων, πίνει ὁποῖον ἦν ὕδωρ ἐν τῇ χώρᾳ ἐκείνῃ. Καὶ (ἦν γὰρ πονηρὸν τὸ ὕδωρ) ῥεῦμα ἀθρόον κατέσκηψεν αὐτῷ ἐς τὴν γαστέρα· καὶ ἐπὶ τῷδε ἡ δίωξις οὐκ ἐπὶ πάντων Σκυθῶν ἐγένετο· εἰ δὲ μή, δοκοῦσιν ἄν μοι καὶ πάντες διαφθαρῆναι ἐν τῇ φυγῇ, εἰ μὴ Ἀλεξάνδρῳ τὸ σῶμα ἔκαμε[25], καὶ αὐτὸς ἐς ἔσχατον κινδύνου ἐλθὼν, ἐκομίσθη ὀπίσω ἐς τὸ στρατόπεδον· καὶ 5 οὕτω ξυνέβη ἡ μαντεία Ἀριστάνδρου. Ὀλίγον δὲ ὕστερον παρὰ τοῦ βασιλέως Σκυθῶν[26] ἀφικνοῦνται παρ' Ἀλέξανδρον πρέσβεις, ὑπὲρ τῶν πραχθέντων ἐς ἀπολογίαν ἐκπεμφθέντες, ὅτι οὐκ ἀπὸ κοινοῦ τῶν Σκυθῶν ἐπράχθη, ἀλλὰ καθ' ἁρπαγὴν λῃστρικῷ τρόπῳ σταλέντων, καὶ αὐτὸς ἐθέλει ποιεῖν τὰ ἐπαγγελλόμενα. Καὶ τούτῳ φιλάνθρωπα ἐπιστέλλει Ἀλέξανδρος· ὅτι οὔτε ἀπιστοῦντα μὴ ἐπεξιέναι[27] καλὸν αὐτῷ ἐφαίνετο, οὔτε καιρὸς ἦν ἐν τῷ τότε ἐπεξιέναι. Οἱ δ' ἐν Μαρακάνδοις ἐν τῇ ἄκρᾳ φρουρούμενοι Μακεδό-

unum, & eorum qui sarissas gestant cohortes quatuor in Scythas immisit. quorum impetum sustinentes Scythæ, atque equitatu cingentes, multi paucos premebant, simulque facile se recipiebant. Alexander sagittarios atque Agrianas aliosque expeditos, quibus præerat Balacrus, equitibus permiscens, in Scythas immittit. iisque inter se congressis, tria equitum amicorum agmina, equitesque jaculatores omnes in eos ferri jubet: ipse reliquum equitatum ducens ex adverso in eos contendit. Jamque non amplius equitatum in orbes ut antea ducere poterant: simul enim & equitatus eos premebat, atque expediti equitibus misti equitatum tuto circumducere non sinebant. Tum manifesta Scytharum fuga fit, cæsis circiter mille, & in iis uno ex ducibus Satrace, captis CL. Quumque fugientes Scythas in summo æstu acerrime insequerentur, universus exercitus magnâ siti laboravit. Ipse etiam Alexander aquâ, qualem ea regio fert, vitiosâ nimirum, epotâ, vehementi profluvio alvi correptus est, quæ res Macedones ab insequendis hostibus remorata fuit. Omnes alioqui, meo judicio, eâ in fugâ interiissent, nisi Alexander corpore male affecto fuisset. Ipse in summum vitæ discrimen adductus, retro in castra relatus est: atque ita Aristandri vaticinium evenit. Haud multo post legati à rege Scy- 5 tharum ad Alexandrum veniunt, factum excusaturi: non esse ei illata arma communi totius gentis Scythicæ consilio, sed ab iis qui latronum more ex rapto viverent; se imperata facere velle. Alexander huic humaniter respondet: quia neque honestum putabat, si excusationem illius suspectam haberet, prælio rem non decernere: neque opportunum sibi videbatur eo tempore prælium committere. At qui Maracandis in arce obsidebantur Macedones, quum Spitamenes

22 Καὶ αὐτοὶ οὐ χαλεπῶς] Editio Basileensis & MSSti nonnulli ἔβαλλόν τε πολλοὶ ὀλίγους, αὐτοὶ οὐ χαλεπῶς διεφύγγανον. Alius ὀλίγους· αὐτοὶ καὶ οὐ. Sed Opt. αὐτοὶ δὲ οὐ χαλ. ut non de Scythis, quam de quatuor corporibus & hipparchia Alexandri sit intelligendum; qui ab Scythis pressi sunt, ita tamen ut paratus esset recessus ad Alexandrum, unde is statim plures submisit.

23 Ὁμοῦ δὲ οἱ ψιλοὶ ἀναμεμιγμένοι τοῖς ἱππεῦσιν οὐκ εἴων] Non prave hæc quidem. Sed pulcherrime Opt. MS. Ὁμοῦ δὲ οἱ ψιλοὶ ἀναμ. τοῖς ἱππεῦσιν· καὶ οὐκ ἦν τὰς ἐπιστροφὰς ἀσφ. ποιεῖσθαι. Sic præclare cap. 14 καὶ γὰρ οὐκ εἶναι ἔτι ἀνδρὶ φέρειν τὴν ὕβριν.

24 Πίπτουσι μὲν ἐς χιλίους] Opt. μὲν αὐτῶν ἐς.

25 Εἰ μὴ Ἀλεξάνδρῳ τὸ σῶμα ἔκαμε] Etsi nihil sit in singulis his vocibus, quod reprehendi aut corripi possit, tamen videntur hæc omnia ineptiora esse, quam ut ab eleganti & jucundo Arriani genio proficisci potuerint. Omnia enim sunt jam dicta, & inclusa in præcedentibus illis paucis εἰ δὲ μή. Neque enim ullus fere Græcus scriptor est, qui non his voculis utatur ad contraria quædam præcedentibus opponenda. Plane eodem compendio, quo Latini *sin* usurpant. Xenophon 1 Κύρ. παιδ. 94. καὶ μὴν δὴ ὅρα, εἰ μᾶλλόν γε πλέον ἕξω· εἰ δὲ μὴ, ὅπως ἂν ὅτῳ φίλιμον καὶ αὐτὸς βέλτιον εἶναι &c. τοσῷ δ' ἂν μᾶλλον φυλαττοίμην. Sed & manifeste noster VI, 9 in loco corrupto quammaxime, εἰ δὲ μὴ, κινδυνεύειν &c. ubi plane non repetit eam ipsam sententiam, quam occultam sed in his voculis comprehensam intelligi voluerat. Itaque vide, an scripserit Arrianus. ἀλλ' ἤδη Ἀλεξάνδρῳ, aut ἤδη δ' Ἀλεξάνδρῳ, aut simile.

26 Παρὰ τοῦ βασιλέως Σκυθῶν] In Optimo plenius παρὰ τῶν Σκυθῶν, καὶ παρὰ τοῦ βασιλέως αὐτῶν.

27 Ἀπιστοῦντα μὴ ἐπεξιέναι] Non est prælio rem decernere, ut interpretatur Vulcanius, quum Facio placuerit *non exire in aciem, Scythasque bello persequi*: quod enim hic prælium, ubi nulli exercitus pares? Sed ulcisci & vindictam sumere & exsequi, ut lib. 1. cap. 9. ἐξ ὁμοφύλων τε καὶ παλαιᾶς ἀπεχθείας ἐπεξιέναι.

κεδόνες, προσβολῆς γενομένης τῇ ἄκρᾳ ἐκ Σπιταμένους τε καὶ τῶν ἀμφ' αὐτόν, ἐπεκδραμόντες ἀπέκτεινάν τε τῶν πολεμίων ἔστιν οὕς, καὶ ἀπώσαντο ξύμπαντας· καὶ αὐτοὶ ἀπαθεῖς ἀπεχώρησαν ἐς τὴν ἄκραν. Ὡς δὲ καὶ οἱ ὑπ' Ἀλεξάνδρου ἐσταλμένοι ἐς Μαράκανδα, ἤδη προσάγοντες Σπιταμένῃ ἐξηγγέλλοντο, τὴν μὲν πολιορκίαν ἐκλείπει τῆς ἄκρας· αὐτὸς δὲ ὡς ἐς τὰ βασίλεια τῆς Σογδιανῆς ἀπεχώρει. Φαρνούχης δὲ καὶ οἱ ξὺν αὐτῷ σπεύδοντες[28] ἐξελάσαι αὐτὸν παντάπασιν ἐπί τε τὰ ὅρια τῆς Σογδιανῆς, ξυνείποντο ὑποχωροῦντι, καὶ εἰς τοὺς Νομάδας τοὺς Σκύθας οὐδενὶ λογισμῷ ξυνεσβάλλουσιν. Ἔνθα δὴ προσλαβὼν ὁ Σπιταμένης τῶν Σκυθῶν ἱππέας ἐς ἑξακοσίους, προσεπήρθη ὑπὸ τῆς ξυμμαχίας τῆς Σκυθικῆς δέξασθαι ἐπιόντας[29] τοὺς Μακεδόνας· παραταξάμενος δὲ ἐν χωρίῳ ὁμαλῷ πρὸς τῇ ἐρήμῳ τῆς Σκυθικῆς, ὑπομεῖναι μὲν τοὺς πολεμίους, ἢ αὐτὸς ἐς αὐτοὺς ἐμβαλεῖν οὐκ ἤθελε· περιιππεύων δὲ ἐτόξευεν ἐς τὴν φάλαγγα τῶν πεζῶν· καὶ ἐπελαυνόντων αὐτοῖς[30] τῶν ἀμφὶ Φαρνούχην, ἔφευγεν εὐπετῶς, οἷα δὴ ὠκυτέρων τε αὐτοῖς ἐν τῷ τότε καὶ ἀκμαιοτέρων ὄντων τῶν ἵππων. Τοῖς δ' ἀμφὶ Ἀριστόμαχον, ὑπό τε τῆς ξυνεχοῦς πορείας, καὶ ἅμα χιλοῦ ἀπορίᾳ, κεκάκωτο ἡ ἵππος· μένουσι δὲ ἢ ὑποχωροῦσιν ἐπέκειντο εὐρώστως οἱ Σκύθαι. Ἔνθα δὴ πολλῶν μὲν τιτρωσκομένων ἐκ τῶν τοξευμάτων, ἔστι δ' ὧν καὶ πιπτόντων, ἐς πλαίσιον ἰσόπλευρον[31] τάξαντες τοὺς στρατιώτας, ἀνεχώρουν ὡς ἐπὶ τὸν ποταμὸν τὸν Πολυτίμητον, ὅτι νάπος ταύτῃ ἦν· ὡς μή τε τοῖς βαρβάροις εὐπετὲς ἔτι εἶναι ἐκτοξεύειν ἐς αὐτούς, σφίσι τε οἱ πεζοὶ ὠφελιμώτεροι ὦσι. Κάρανος δὲ ὁ ἱππάρχης, οὐκ ἀνακοινώσας Ἀνδρομάχῳ, διαβαίνειν ἐπεχείρησε τὸν ποταμόν, ὡς ἐς ἀσφαλὲς ταύτῃ καταστήσων[32] τὴν ἵππον· καὶ οἱ πεζοὶ αὐτῷ ἐπηκολούθησαν, οὐκ ἐκ παραγγέλματος, ἀλλὰ φοβερά τε καὶ οὐδενὶ κόσμῳ ἐγίνετο αὐτοῖς ἡ ἐς τὸν ποταμὸν ἔσβασις κατὰ κρημνώδεις τὰς ὄχθας. Καὶ οἱ βάρβαροι αἰσθόμενοι τὴν ἁμαρτίαν τῶν Μακεδόνων, αὐ-

menes cum suis copiis impetum in eos fecisset, excursione factâ, nonnullos hostium interfecerunt, reliquos omnes repulerunt, ipsique incolumes in arcem sese receperunt. Postquam vero Spitameni nuntiatum est eos qui in Maracanda auxilio obsessis missi fuerant appropinquare, relictâ obsidione arcis, ad Sogdianæ dominationis regiam contendit: Pharnuches autem & qui cum eo erant, illum ad fines Sogdianæ regionis profligare nitentes, fugientem insequebatur, & in Nomadas Scythas præter opinionem simul incidunt. Spitamenes assumtis circiter sexcentis equitibus Scythis, statuit Macedonum insultum, Scythico auxilio fretus, excipere, acieque ad Scythicam solitudinem loco plano instructâ, neque exspectare hostem, neque ipse impetum in eum facere volebat: sed circumequitans peditum phalangem sagittis incessebat. Pharnuche autem in se cum equitatu irruente, facile refugiebat: quod equos & velociores & robustiores tum temporis haberet. Aristomachi vero equitatus, cum ob continuata itinera, tum ob pabuli inopiam affectus erat. Scythæ eos sive resistentes, sive retrocedentes acriter premunt. Multis itaque sagittarum ictu vulneratis, nonnullis etiam occisis, quadrato agmine sese recipiunt ad flumen Polytimetum, quod sylva illi vicina esset: ita ut barbari non ita facile eos sagittis peterent, & peditatus Macedonibus usui esse posset. Caranus autem, uni equitum agmini præfectus, non communicato cum Andromacho consilio, flumen transire tentabat, quod tutius ibi equitatus locari posse videretur. Pedites cum sequuntur, non jussi, sed metu impulsi: atque inordinatus plane fuit is in amnem per præruptas ripas ingressus. Barbari, cognito Macedonum errato, diversis è partibus equis

28 Φαρνούχης δὲ καὶ οἱ ξὺν αὐτῷ σπεύδοντες] Codex Opt. interserit vocem satis congruam καὶ οἱ ξὺν αὐτῷ στρατηγοὶ σπεύδ. nempe quos supra dixit, Andromachus, Menedemus, Caranus.

29 Δέξασθαι ἐπιόντας] Hæsit hoc loco Vulcanius. Nam quum postea in V.C. reperiret μὴ δέξασθαι, versionem statim suam sic mutavit, *Sc. auxilio fretus non excipere, acie vero ad Scyth.* Deinde quum considerasset acrius, adscripsit. *videtur tamen rectior lectio prior, ut deleatur μή.* Certe causa non fuit, ut nunc hæreret magis, quam quum primum eam particulam ejecit ex Basileensi, ubi etiam additur, & nos eam in uno MS. invenimus, sed bene alii eam omittunt.

30 Ἐπελαυνόντων αὐτοῖς] MSSti omnes nostri ἐπελαυνόντων μὲν αὐτοῖς, & sic quoque Basileensis editio, etiam ex V. C. Vulcanius. Sed Optimus, ἐπελαυνόντων μὲν αὐτῷ. Certe enim vulgata vox locum non habet.

31 Ἐς πλαίσιον ἰσόπλευρον] Vulcanius *quadrato agmine.* Non sufficit. Nam & cap. 4 lib. 1. τὴν φάλαγγα ἐν πλαισίῳ ἄγειν vertit *quadrata acie phalangem ducat.* Nempe etsi quadrata illic fuerit, tamen non fuit ἰσόπλευρος, sed βαθυτέρα: at hoc loco plane dicitur ἰσόπλευρος æquilateris, quia spatia camporum id hic permittunt, non item istic. Hæc diversitas narrationis non erat supprimenda in versione.

32 Ὡς ἀσφαλὲς ταύτῃ καταστήσων] Hoc quidem Græca syntaxis adeo non tolerat, ut quilibet in Græcis mediocriter versatus cogatur suspicari ἐς ἀσφαλές, ut semper solet ac debet loqui. Vide ad v, 7. Sed tam verum est omnes reliquos MSStos hoc loco defectos vitiososque esse, quam descriptores nonnullorum codicum, ut Florentini unius & V. C. apud Vulcanium, vanissime ex cerebro suo correxisse ἀσφαλῶς; in illo autem unico & Optimo genuinam scripturam exstare. Legit enim ὡς ἐς ἀσφαλές. Quomodo procul dubio rescribendum. Apud Lucianum in Navigio dicit Adimantus δεῖ σε ὦ Λυκῖνε κατέχειν ἐς τὸ ἀσφαλές. In Indicis ita occurrit ἔστε καταστῆσαι αὐτὸ ἐς Σοῦσα.

αὐτοῖς ἵπποις ἔνθεν καὶ ἔνθεν ἐσβάλλουσιν[33] ἐς τὸν πόρον· καὶ οἱ μὲν αὐτῶν ἤδη διαβεβηκότας[34] καὶ ἀποχωροῦντας εἴχοντο, οἱ δὲ τοὺς διαβαίνοντας ἀντιμέτωποι παραθέοντες ἀνεῖλον ἐς τὸν ποταμόν· οἱ δὲ ἀπὸ τῶν πλαγίων ἐξετόξευον ἐς αὐτούς· οἱ δὲ τοῖς ἔτι ἐσβαίνουσιν ἐπέκειντο· ὥστε ἀπορίᾳ πάντοθεν ξυνεχόμενοι[35] οἱ Μακεδόνες, ἐς νῆσον ἰδὰ τὴν ἐν τῷ ποταμῷ ξυμφεύγουσιν οὐ μεγάλην· καὶ περισχόντες αὐτοὺς οἱ Σκύθαι τε καὶ οἱ ξὺν Σπιταμένῃ ἱππεῖς ἐν κύκλῳ πάντας κατετόξευσαν· ὀλίγους δὲ ἠνδραποδίσαντο αὐτῶν, καὶ τούτους πάντας ἀπέκτειναν. 6 Ἀριστόβουλος δὲ ἐνέδρᾳ τὸ πολὺ τῆς στρατιᾶς διαφθαρῆναι λέγει, τῶν Σκυθῶν ἐν παραδείσῳ κρυφθέντων, οἳ ἐκ τοῦ ἀφανοῦς ἐπεγένοντο τοῖς Μακεδόσιν ἐν αὐτῷ τῷ ἔργῳ, ἵνα τὸν μὲν Φαρνοῦχον παραχωρεῖν[36] τῆς ἡγεμονίας τοῖς ξυμπεμφθεῖσι Μακεδόσιν, ὡς οὐκ ἐμπείρως ἔχοντα πολεμικῶν, ἀλλ' ἐπὶ τῷ καθομιλῆσαι τοὺς βαρβάρους[37] μᾶλλόν τι πρὸς Ἀλεξάνδρου ἢ ἐπὶ τῷ ἐν ταῖς μάχαις ἐξηγεῖσθαι, ἐςαλμένον· τοὺς δὲ Μακεδόνας τε εἶναι καὶ ἑταίρους βασιλέως. Ἀνδρόμαχον δὲ καὶ Κάρανον, καὶ Μενέδημον, οὐ δέξασθαι τὴν ἡγεμονίαν· τὸ μέντοι, ὡς[38] μὴ δοκεῖν παρὰ τὰ ἐπηγγελμένα πρὸς Ἀλεξάνδρου αὐτοὺς τι κατὰ σφᾶς νεωτερίζειν· τὸ δὲ, καὶ ἐν αὐτῷ τῷ δεινῷ οὐκ ἐθελήσαντας, εἰδότας, πταίσαντας[39] μὴ ὅσον κατ' ἄνδρα μόνον μετέχειν αὐτοὺς, ἀλλὰ καὶ ὡς τὸ πᾶν αὐτοὺς κακῶς ἐξηγησαμένους. Ἐν τούτῳ δὴ

quis vadum ingressi, alii eos qui jam transierant & retrocedebant premunt, alii in transeuntes ex adverso delati eos in ipso amne interficiunt: alii ex obliquo eos sagittis petunt, alii in eos qui jam vadum ingrediebantur irruunt. Quibus difficultatibus undique circumventi Macedones in insulam quandam non magnam, eo in flumine sitam, confugiunt. Scythæ & Spitamenis equitatus his circumfusi, omnes sagittis interfecerunt, præter paucos quos captos occiderunt. Aristobulus scribit magnam exercitus partem insidiis oppressam fuisse à Scythis, qui in hortis abditi Macedonibus in ipso conflictu ex improviso supervenerunt. Quo quidem loci Pharnuchem præfecturam suam Macedonibus qui una cum eo missi erant cedere voluisse, quippe qui rei bellicæ parum peritus esset, quique potius ad sermones cum barbaris conferendos ab Alexandro missus esset, quam ut in prælio ducem ageret: ipsos vero, & Macedones, & regis amicos esse. Quumque Andromachus & Caranus ac Menedemus imperium recusarent, partim ne viderentur aliquid novi præter mandata regis moliti esse, partim quod in ipso periculo id accipere noluissent: non ignari nimirum, si res male gereretur, non tantum pro se quemque mali participem futurum, sed tanquam toto exercitu male administrato culpam in sese

33 Αὐτοῖς ἵπποις ἔνθεν καὶ ἔνθεν ἐσβάλλουσιν] Quam vim hoc loco impleret prima vox, frustra desideravi ab interpretibus discere, quum nihil dicat Facius, nisi *& ipsi à diversis partibus vadum ingressi sunt*, Vulcanio nihil addente præter vocem *equis*, cætera sequente Facium, quod non probo. Docet enim sic Arrianus nihil prorsus omisisse, quo sperarent eos turbare in hoc inconsulto transitu, atque ideo *omnibus omnino equis hinc & inde immisisse se in alveum*. Sic enim illud αὐτοῖς nunc intelligi reor, prout lib. 1 cap. 20 notavi, idque revocari debuerat eodem lib. cap. 29, & in fine capitis secundi lib. 11, & 111, 8. & v, 15.

34 Οἱ μὲν αὐτῶν ἤδη διαβ.] Omnes quos vidi MSS. tum V. C. apud Vulcanium, οἱ μὲν τὸν ἤδη, ut sequitur etiam. Mox iidem non εἴχοντο, sed ἀνεῖλον. Id sane verbum quum exstet jam quoque in Basileensi editione, quam ante oculos habuit interpretans Vulcanius, utique non debuit oculis ab eo aversis, ex Facio qui reddidit *alii oppositi, transire conantes in ipso flumine interficiebant*, aliquid simile transscribere, quod Arriano haud convenit; sed dare auctori sensum suum, *alii fronte directa oppositi eos qui transibant in amnem revolvebant*. Est enim ab ἀνειλεῖν.

35 Ἀπορίᾳ πάντοθεν ξυνεχόμενοι] In Optimo est simplex ἐχόμενοι, ut sæpe ante.

36 Παραχωρεῖν] MSS. omnes παραχωρεῖ, etiam Basileensis editio, quam nulla causa erat mutari.

37 Καθομιλῆσαι τοὺς βαρβάρους] Optimus τοῖς βαρβάροις.

38 Τὸ μέν τοι ὡς] Opt. τὸ μέν τι ὡς.

39 Οὐκ ἐθελήσαντας, εἰδότας, πταίσαντας] Tale quid exstitere videas vi, 22 τοὺς Φοίνικας τοὺς ξυνεπομένους, ξυλλέγοντας τὸ δάκρυον, ἐμπλήσαντας τὰ ὑποζύγια. Sed est aliqua diversitas. Itaque circumspicio, quis fuerit iste venustulus, qui adeo pulchram trium participiorum repetitionem concinnaverit; quum ex MS. Stephani citetur in Vulcanii editione εἰδότας, non in quarto casu. Ego autem in uno MS. inveni ἰδόντες: à duobus confirmabatur Basileensis libri scriptura εἰ δὲ τι πταίσειαν. Quam licet interpolatam, utique meliorem censeo præ edita. Itaque quum sic quoque in V.C. reperisset Vulcanius, interpretationem suam ita mutavit: *Andromachum autem & Caranum & Menedemum imperium & præfecturam non suscepisse: partim ne viderentur aliquid injussu regis moliti esse, partim etiam quod nollent, si quid sinistri in ipso conflictu accideret, non solum ipsi participes mali esse, sed totius exercitus male administrati culpam in sese redundare* Qui sensus equidem bonus est, & exprimitur ab Livio v1, 24 in precibus L. Furii: *ego ni restituitur pugna, fortunam cum omnibus, infamiam solus sentiam*. Nihilominus sic quoque adhuc hiat oratio & est valde imperfecta. Nam utique debuerunt esse participes mali, ut etiam fuisse discimus statim. Id non potuerunt nolle, nec id dicit Arrianus. Hinc prorsus verissima omnium, etsi sensu eodem, abscondita fuit in Opt. MS. εἰ δέ τι πταίσωσιν, quæ plena perfectaque est, si subintellexeris vocem συμβῇ. εἰ δέ τι πταίσωσιν scilicet accidat. *Partim etiam, quod in ipso periculo, si quid calamitatis immineret, detrectarent non modo viritim ejus esse participes.* Aut hoc verum est, aut quod olim (si modo id nunc annecti meruit) ex vulgatis illis lectionibus mihi occurrit εἰ δέ τι πταίσαντας. Quæ vox & huc optime congruit, & est elegantissima, & à Polybio conjungitur nunc cum ταλαιπωρηθεὶς, nunc cum ἀπείρους, ἀλόγους, ἀτυχέας.

διὰ τὸν θόρυβόν τε καὶ τὴν ἀταξίαν ἐπιθεμένους αὐτοῖς τοὺς βαρβάρους κατακόψαι πάντας, ὥστε ἱππέας μὲν μὴ πλείονας⁴⁰ τῶν τεσσαράκοντα ἀποσωθῆναι, πεζοὺς δὲ ἐς τριακοσίους. Ταῦτα δὲ ὡς ἠγγέλθη Ἀλεξάνδρῳ, ἤλγησέ τε τῷ πάθει τῶν στρατιωτῶν, καὶ ἔγνω σπουδῇ ἐλαύνειν ὡς ἐπὶ Σπιταμένην τε καὶ τοὺς ἀμφ' αὐτὸν βαρβάρους. Ἀναλαβὼν οὖν τῶν τε ἑταίρων ἱππέων τοὺς ἡμίσεας καὶ τοὺς ὑπασπιστὰς ξύμπαντας καὶ τοὺς τοξότας καὶ τοὺς Ἀγριᾶνας καὶ τῆς φάλαγγος τοὺς κουφοτάτους, ᾔει ὡς ἐπὶ Μαράκανδα, ἵνα ἐπανήκειν Σπιταμένην ἐπυνθάνετο, καὶ αὖθις πολιορκεῖν τοὺς ἐν τῇ ἄκρᾳ. Καὶ αὐτὸς μὲν ἐν τρισὶν ἡμέραις διελθὼν χιλίους καὶ πεντακοσίους σταδίους, τῇ τετάρτῃ ὑπὸ τὴν ἕω προσῆγε τῇ πόλει. Σπιταμένης δὲ καὶ οἱ ἀμφ' αὐτὸν, ὡς ἐξηγγέλθη προσάγων Ἀλέξανδρος, οὐκ ἔμειναν· ἀλλ' ἐκλιπόντες τὴν πόλιν, φεύγουσιν. Ὁ δὲ ἐχόμενος αὐτῶν ἐδίωκεν· ὡς δ' ἐπὶ χῶρον ἧκεν, οὗ ἡ μάχη ἐγένετο, θάψας τοὺς στρατιώτας ἐκ τῶν παρόντων[41], εἵπετο ἔστε ἐπὶ τὴν ἔρημον τοῖς φεύγουσιν· ἐκεῖθεν δ' ἀναστρέφων, ἐπόρθει τὴν χώραν, καὶ τοὺς ἐς τὰ ἐρύματα καταπεφευγότας τῶν βαρβάρων ἔκτεινεν, ὅτι ξυνεπιθέσθαι ἐξηγγέλλοντο καὶ αὐτοὶ τοῖς Μακεδόσι· καὶ ἐπῆλθε πᾶσαν τὴν χώραν, ὅσην ὁ ποταμὸς ὁ Πολυτίμητος ἐπάρδων ἐπέρχεται· ἵνα δὲ ἀφανίζεται τοῦ ποταμοῦ τὸ ὕδωρ, ἐκεῖθεν ἤδη τὸ ἐπέκεινα ἔρημος ἡ χώρα ἐστίν· ἀφανίζεται δὲ, καίπερ πολλοῦ ὄντος τοῦ ῥεύματος[42], ἐς τὴν ψάμμον. Καὶ ἄλλοι ποταμοὶ ὡσαύτως ἐκεῖ ἀφανίζονται, μεγάλοι καὶ ἀέναοι, ὅ, τε Ἔπαρδος, ὃς ῥεῖ διὰ Μάρδων[43] τῆς χώρας καὶ Ἄρειος,

se redundaturam. In hoc tumultu & perturbatione rerum Scythas in eos irruisse, omnesque interfecisse, ita ut equites XL tantum, pedites CCC evaserint. Hisce rebus Alexandro nuntiatis, vehementer militum suorum clade commotus, confestim in Spitamenem ac barbaros exercitum ducere statuit. Assumptâ itaque amicorum equitum parte dimidiâ, scutatis omnibus & sagittariis atque Agrianis & ex phalange expeditioribus, Maracanda contendit: quo Spitamenem reversum esse acceperat, denuoque eos qui in arce erant obsidere. Ipse tridui spatio mille quingenta stadia emensus, quarto die sub auroram ad urbem venit. Spitamenes cum suis copiis, ut Alexandrum adventare intellexit, non exspectato ejus adventu, relictâ obsidione, fugit. Alexander eos acriter insequitur; quumque ad eum locum venit ubi pugna commissa fuerat, militibus, prout tempus ferebat, sepultis, fugientes ad Scythiæ deserta usque insecutus est. Inde conversus eorum agros vastat, & barbaros qui in loca munitiora confugerant interficit, quod & ipsi Macedones oppressisse dicerentur. totamque eam regionem, quam Polytimetus amnis irrigans transit, percurrit. Namque ubi aqua fluminis è conspectu evanescit, omnis ulterior regio deserta est. evanescit autem etiam multam aquam trahens, sub arenas se condens. Alii etiam ingentes ac perpetui amnes eadem ratione ibi se condunt, Epardus nimirum, qui per Mardorum regionem

40 Μὴ μὲν πλείονας] Opt. μὲν οὐ πλείονας. Et id vult quoque alter, dum habet μὲν ὑπὲρ πλείους. Basileensis ἱππέας μὲν πλείονας. V. C. apud Vulcanium μὲν οὐ πλείους.

41 Θάψας τοὺς στρατιώτας ἐκ τῶν παρόντων] Opt. στρατιώτας ὡς ἐκ. Et mox ξυνεπιθέσθαι ἠγγέλλοντο, non ἐξηγγέλλοντο.

42 Καίπερ πολλοῦ ὄντος τοῦ ῥεύματος] Fluminis impetum strepitumque parum credo posse impedire, quo minus terram subeat. Deinde quis docuit amnes quum terram subeunt, acrius retentos, quam si libero cursu mearent, inlidi crebro & reverberari? Hoc & tunc fieri potest, quod facile fateor, sed non semper; & sæpe fit, etiam ubi non subeunt terram. Certe non Curtius, cujus verba dum ad hanc sententiam rapiunt, multum errant. Vult enim Curtius probare Polytimetum sub terram lapsum, manere amnem, non absorberi à terra, nec per plures venas dispergi & evanescere, sed integro alveo plenum manare, idque colligi ex sono, qui exaudiri potest, non quem edit intraturus cavernam, sed jam sub terra means. Sicut apud Pomponium Melam in descriptione antri Corycii subterraneus amnis magnum impetum, qui cerni tamen in illo antro potest, brevi alveo trahens, iterum demersus absconditur: quem impetum supponi vult non sine magno strepitu progredi. Quicquid vero istud sit, in nullo vetere libro obvenit mihi illud ῥεύματος, quod in Stephani libro legi ajunt; nempe ex indicio ipsius Stephani. Quod si ita est, ne dignum quidem est, quod attendatur. In solo etiam Perusino inveni πολλοῦ ὄντος τοῦ ὕδατος, quod expresserunt Basileenses. In aliis tribus, etiam Optimo, clare scriptum erat, πολλοῦ ὂν ὕδατος, quod ne rejiciamus. Est enim continua hæc Arriani in describendis fluviis nota. v, 9 οἱ ποταμοὶ οἱ Ἰνδοὶ πολλοῦ τε ὕδατος καὶ θολεροῦ ἦσαν καὶ ὀξεῖς τοῦ ῥεύματος. vi, 6 κατεστρατοπέδευσεν πρὸς ὕδατι οὐ πολλῷ. vii, 21 de Euphrate, ἅτε δὴ οὐ πολλοῦ ὄντος αὐτῷ τοῦ ὕδατος. Sic contra vi, 21 Arbium dicit στενόν τε καὶ ὀλίγου ὕδατος. Aquas ingentes vocat Livius xxxv, 9, dum eas illo anno fuisse scribit, & Tiberim loca plana urbis inundavisse: & xliv, 33. notat scaturigines primo tenues emicare, dein liquidam multamque fundere aquam. Etiam paulo ante habebat Optimus ἵνα δὲ ἀφανίζεται τοῦ ποταμοῦ τὸ ὕδωρ.

43 Ὅ τε Ἔπαρδος, ὃς ῥεῖ διὰ Μάρδων &c.] Nulli dubitant, quin nomen fluvii sit corruptum. Si quæras rationem, hanc dicunt, quia paulo ante dicitur ὁ Πολυτίμητος ἐπάρδων ἐπέρχεται: hinc sciolum suspicatum nescio quæ indigna, quæ repetantur, & nulli isti scioli sunt, nisi ipsi. Ponunt tamen duas argutias vel Μάρδος, ὃς vel Μαργος, ὃ, ῥεῖ διὰ Μαργιανῶν. Acute videlicet! Immo statuamus alterutrum; dic causam, cur Ἄρειον solum vocat ἐπώνυμον τῆς Ἀρείων γῆς, & non etiam hunc vel Margum Margis vel Mardum Mardis cognominem: quod utique unicum capeat stolidissima ista immutatio. Immo sicut de Erymandro statim non dicit eum esse ἐπώνυμον regioni, per quam fluit, sic quoque id non dixit in Epardo, quia & is fluebat per regionem diversæ appellationis. Sed ut palam eluceat inanissimum istud

Ἄρειος, ὅτου ἐπώνυμος ἡ τῶν Ἀρείων γῆ ἐστι· καὶ Ἐτύμανδρος [44], ὃς δι' Εὐεργετῶν ῥεῖ· καὶ εἰσὶ ξύμπαντες οὗτοι τηλικοῦτοι ποταμοὶ, ὥστε οὐδεὶς αὐτῶν μείων ἐστὶ τοῦ Πηνειοῦ τοῦ Θεσσαλικοῦ ποταμοῦ, ὃς διὰ τῶν Τεμπῶν ῥέων ἐκδιδοῖ ἐς θάλασσαν· ὁ δὲ Πολυτίμητος πολὺ ἔτι μείζων ἢ κατὰ τὸν Πηνειὸν ποταμόν ἐστι. 7 Ταῦτα δὲ διαπραξάμενος, ἐς Ζαρίασπα ἀφίκετο, καὶ αὐτοῦ κατέμενεν ἔστε παρελθεῖν τὸ ἀκμαῖον τοῦ χειμῶνος. Ἐν τούτῳ δὲ ἀφίκοντο παρ' αὐτὸν Φραταφέρνης τε ὁ Παρθυαίων σατράπης, καὶ Στασάνωρ ὁ ἐς Ἀρείους ἀποπεμφθεὶς, ὡς Ἀρσάμην συλληψόμενος· τόν τε Ἀρσάμην δεδεμένον ἄγοντες, καὶ Βαρζάνην, ὅντινα Βῆσσος τῶν Παρθυαίων σατραπεύειν κατεστήκει, καὶ ἄλλους τῶν τότε ξὺν Βήσσῳ ἀποστάντων. Ἧκον δὲ ἐν τῷ αὐτῷ Ἐπόκιλλος καὶ Μελαμνίδας καὶ Πτολεμαῖος ὁ τῶν Θρᾳκῶν στρατηγὸς ἀπὸ θαλάσσης, οἳ τά τε χρήματα ξὺν Μένητι πεμφθέντα, καὶ τοὺς συμμάχους ὡς ἐπὶ θάλασσαν κατήγαγον. Καὶ Ἄσανδρος δὲ ἐν τούτῳ ἧκε καὶ Νέαρχος στρατιὰν Ἑλλήνων μισθοφόρων ἄγοντες· καὶ Βῆσσός τε ὁ Συρίας σατράπης, καὶ Ἀσκληπιόδωρος ὁ ὕπαρχος ἐπὶ θαλάσσης [45], καὶ οὗτοι στρατιὰν ἄγοντες. Ἔνθα δὴ ξύλλογον ἐκ τῶν παρόντων ξυναγαγὼν Ἀλέξανδρος, παρήγαγεν ἐς αὐτοὺς Βῆσσον· καὶ κατηγορήσας τὴν Δαρείου προδοσίαν, τήν τε ῥῖνα Βήσσου ἀποτμηθῆναι καὶ τὰ ὦτα ἄκρα ἐκέλευσεν· αὐτὸν δὲ ἐς Ἐκβάτανα ἄγεσθαι [46], ὡς ἐκεῖ ἐν τῷ Μήδων τε καὶ Περσῶν ξυλλόγῳ [47] ἀποθανούμενον. Καὶ ἐγὼ οὔτε

nem fluit; & Arius, à quo Ariorum regio appellationem accepit; & Etymandrus, qui per Euergetas labitur: suntque omnes hi fluvii tantæ magnitudinis, ut nullus eorum Peneo Thessaliæ amne sit minor, qui per Tempe fluens in mare fertur; Polytimetus autem Peneum amnem magnitudine superat. His rebus gestis, ad Zariaspa pervenit, 7 ibique moram fecit, brumam quæ tum vigebat transacturus. Interea ad eum venerunt Phrataphernes Parthorum satrapa, & Stasanor ad Arios missus, ut Arsamem comprehenderet. quem quidem vinctum adduxerunt, & Barzanem, quem Bessus Parthis satrapam dederat, ac nonnullos alios qui tum temporis una cum Besso defecerant. Per idem quoque tempus accesserunt è maritimâ orâ Epocillus & Melamnidas ac Ptolemæus Thracum dux, qui pecunias cum Menete missas & socios ad mare deduxerant. Venerunt item Asander & Nearchus, exercitum Græcorum mercenariorum adducentes: Bessus etiam Syriæ satrapa, atque Asclepiodorus mari præfectus, hi quoque copias adduxerunt. Hîc Alexander, conventu omnium quotquot aderant habito, Bessum introducit, accusataque ejus in Darium perfidiâ, nares ei summasque aures præscindi jubet: deinde Ecbatana mittit, ut ibi in Medorum Persarumque concilio morte mulctetur. Ego vero atrocem hanc

istud ausum; discrimen etiam in his duabus mutationum insulsitatibus facit, & præfert Μάρδος, aut cum Ammiano Ἀμάρδος; ne hoc quidem ipsius est: & quæ hujus acuminis ansa? Nimirum cum Georgius Agricola recensens totos, ut loquitur, fluvios in profundum terræ actos addidisset illis, *Arius in Aria*, *Epardus qui per Mardorum regionem fluit*, *Etymandrus qui per Euergetarum*, Freinshemius in notis Curtianis, VI, 4, 4 subnotavit *Epardus* (*nisi rectius Amardum voces*) *in Mardis. Arrianus* IV, I, 33. Hæc ansa, hoc acumen est hujus Μάρδος; non cerebrum illud splendoris, si ullum, maxime terreni. In appellationem Ἐπάρδος consentiunt MSSti omnes, nisi quod unus Ἔπαρχος; ego causam dubitandi de veritate eorum non habeo, nec opinor esse.

44 Καὶ Ἐτύμανδρος] De hoc facilius est recensere quæ notata & collecta sunt, quam aliud quid certi proferre. Freinshemius enim hunc Etymandrum Arriani apponit Erymantho, quem Curtius VIII, 9, 10 Indiæ fluvium facit. Sed recte tandem Freinshemius adnectit *hunc Indiæ non possum vindicare*. Agricola, ut audimus, hinc agnoscit Etymandrum amnem, ut & Freinshemius ibidem & Facius, & Vulcanius. Etiam ante hos tres Ortelius Etymandrum Arriani componit cum Hermando Arachosiæ fluvio Plinii & Erymantho Polybii lib. II. Quod etsi Salmasius (hunc enim nominat, ubi non vult sequi: sed in priore notæ parte de indicio lectionis *Parabeste*, de verbo *præfluere*, in quibus describit Salmasium, non nominat) quoque videatur facere, tamen distingui jubet Harduinus, utpote Paropamiso interjecto. Sed unde didicerit istam Arrianei Etymandri descriptionem, *qui per Euergetas in Aria campis decurrit ac demum se condit in arenas*, non assequor. Patior facile, ut Etymandri nomen in Euergetis vigeat, nisi illic quoque forsan fuerit fluvius Μάνδρος nomine, prout fuit circa vicinos Sogdianis Mandruenos, & auctor scripserit καὶ ἔτι Μάνδρος. Sed maneat salvus prior.

45 Ὕπαρχος ἐπὶ θαλάσσης] Nullus talis est, nisi si tunc habuerit adhuc præfectum classis. Optimus ἀπὸ. Cæterum Gordius nodus videlicet hic est, quem non nisi Alexandri more solvas. Possis autem facillime: Καὶ Ἄσανδρος δὲ ἐν τούτῳ ἧκε καὶ Νέαρχος στρατιὰν Ἑλλήνων μισθοφόρων ἄγοντες καὶ Βῆσσος, ὁ τε Συρίας σατράπης Ἀσκληπιόδωρος καὶ . . . . . ὁ ὕπαρχος ἀπὸ θαλάσσης. Sensum vides, nec incommodum; sed manum Arriani non præstiterim. Certe potuit nunc peculiaris copia venisse ex Bessis gente Thracica, ut III, 12 memorantur Odrysæ equites sub Agathone, etsi paulo ante hæc verba noverit Thracas duce Ptolemæo. Venit autem nunc Asclepiodorus ille, utpote nactus successorem Meneta III, 16. Ex Optimo autem libro plane verum judico ἀπὸ θαλάσσης.

46 Ἐς Ἐκβάτανα ἄγεσθαι] Quidam libri ἐς βάτανα. alii delent alteram præpositionem. Melius credo, quod est in Optimo εἰς Ἐκβάτανα, *ad urbem Ecbatana*.

47 Ἐν τῷ Μήδων τε καὶ Περσῶν ξυλλόγῳ] Vulcanius postremam vocem vertit *concilio*, quod quale fuerit Ecbatanis, aut sibi imaginatus fuerit interpres, ignoro. Facius, *ut Medorum Persarumque quorum regem prodiderat, sententia condemnatus*. Judices igitur ex utroque populo consessuros hic supponit. Mirum cur ex omnibus Darii subjectis Medos potissimum jungat Persis. Opinor ξύλλογον dici hoc loco, quem tempus ipsum colligebat, & nundinarum ratio ex vicinis populis co-

Patrocinium Alexandri in vitiis.

οὔτε τὴν ἄγαν ταύτην τιμωρίαν Βήσσου ἐπαινῶ, ἀλλὰ βαρβαρικὴν εἶναι τίθεμαι τὴν ἀκρωτηρίαν τῶν λωβῶν· καὶ ὑπαχθῆναι Ἀλέξανδρον ξύμφημι ἐς ζῆλον τοῦ Μηδικοῦ τε καὶ Περσικοῦ πλούτου[48], καὶ τῆς κατὰ τοὺς βαρβάρους βασιλέας οὐκ ἴσης ἐς τοὺς ὑπηκόους ξυνδιαιτήσεως. Ἐσθῆτά τε ὅτι Μηδικὴν ἀντὶ τῆς Μακεδονικῆς τε καὶ πατρίου, Ἡρακλείδης ὤν, μετέλαβεν, οὐδαμῇ ἐπαινῶ· καὶ τὴν κίδαριν τὴν Περσικὴν τῶν νενικημένων, ἀντὶ ὧν αὐτὸς ὁ νικῶν πάλαι ἐφόρει, ἀμείψασθαι οὐκ ἐπῃδέσθη, οὐδὲ τοῦτο ἐπαινῶ· ἀλλ' εἴπερ τι ἄλλο, καὶ τὰ Ἀλεξάνδρου μεγάλα πράγματα ἐς τεκμήριον τίθεμαι, ὡς οὔτε τὸ σῶμα ὅτῳ εἴη καρτερὸν, οὔτε ὅστις γένει ἐπιφανὴς, οὔτε κατὰ πόλεμον εἰ δή τις διευτυχοίη[49] ἔτι μᾶλλον ἢ Ἀλέξανδρος· οὐδὲ εἰ τὴν Λιβύην τις πρὸς τῇ Ἀσίᾳ (καθάπερ οὖν ἐπενόει ἐκεῖνος) ἐκπεριπλεύσας κατάσχοι· οὐδὲ εἰ τὴν Εὐρώπην ἐπὶ τῇ Ἀσίᾳ τε καὶ Λιβύῃ τρίτην· τούτων οὐδέν τι ὄφελος ἐς εὐδαιμονίαν ἀνθρώπου, εἰ μὴ σωφρονεῖν ἐν ταὐτῷ ὑπάρχοι τούτῳ τῷ ἀνθρώπῳ τῷ τὰ μεγάλα, ὡς δοκεῖ, πράγματα πράξαντι. 8 Ἔνθα δὴ καὶ τὸ Κλείτου τοῦ Δρωπίδου πάθημα, καὶ τὴν Ἀλεξάνδρου ἐπ' αὐτῷ συμφορὰν[50], εἰ καὶ ὀλίγον ὕστερον ἐπράχθη, οὐκ ἔξω τοῦ καιροῦ ἀφηγήσομαι. Εἶναι μὲν γὰρ ἡμέραν ἱερὰν τοῦ Διονύσου

hanc de Besso ultionem nequaquam laudaverim. quinimo barbaricam esse duxerim hanc extremarum corporis partium mutilationem: adductum vero regem fuisse judicaverim æmulatione quadam Medicæ Persicæque superbiæ, atque diversæ Barbarorum regum in eos quibus imperant consuetudinis. Neque hoc ullo modo probaverim, quod vestem Medicam pro Macedonicâ ac patriâ (quum ex Heraclidarum genere esset) assumserit. ut neque hoc, quod cidarim Persicam, iis quos prælio vicerat ademptam, cum eo ornatu quem ipse olim victor gestare solebat, commutare non erubuerit. Cæterum, siquid aliud, Alexandri certe præclara facinora documento esse possunt, sive quis corporis viribus polleat, sive generis splendore emineat, sive bellicâ virtute felicitateque Alexandrum ipsum superet; sive Africam simul atque Asiam (quemadmodum ille animo destinârat) pernavigans subjugârit, sive Europam Asiæ atque Africæ tertiam adjunxerit: nihil hæc omnia homini ad felicitatem adipiscendam profutura, nisi pariter moderatio animi accedat, quantumvis res in speciem maximas gerat. Hoc igitur loco Cliti Dropidis filii 8 casum, atque Alexandri facinus enarrare, quamvis aliquanto post acciderit, non intempestivum judicaverim. Diem quendam apud

cogere, & plane notare id quod Justinus vocat *mercatum*, qui certo tempore anni Ecbatanis haberi solitus præcipue videtur convocavisse Medos & Persas, ut maxime unitos & situ regionum junctos. pag. 185 Itaque significat in celeberrima hominum utriusque populi frequentia voluisse eum pœnas pendere, quæ solet convenire ad συνόδους, ut alias loquuntur, pro quibus nunc συλλόγους poni mihi videtur. Habemus talem notitiam in Etymologico, Ἄγυρις ἀθροισία, ἡ σύνοδος ἡ πρὸς τοὺς κοινοὺς ὅρους γινομένη τῶν ἀγυρτῶν &c. Etiam Harpocratio ἀγυρμὸν exponit per σύνοδον.

48 Ἐς ζῆλον τοῦ Μηδικοῦ τε καὶ Περσικοῦ πλούτου] Quæ lectio licet sit in Basileensi codice, tamen Vulcanius (si in margine editionis suæ apposuit, & non ipse H. Stephanus) conjectabat ὄγκου, & nuperus id se præferre ait. An quia legit cap. 11. ἀνθρώπους ἐς χῶρον ὑπέρογκον καθιστάναι τῶν τιμῶν ταῖς ὑπερβολαῖς? aut apud Propertium II, 25 *Custodum nullo septa tumore*. Possent similia multa excogitari, & convenientiora, ut τύφου vel κόμπου, quo sic præclare utitur Heliodorus lib. IX pag. 430. ἤδη γὰρ πραττόμενος ἑωρᾶτο, κόμπῳ τε Περσικῷ τὰς ὄψεις προκαταλαμβάνων. Sed nos quoque vulgatam ab omnibus chirographis confirmatam videmus. Et cur mutant? Nonne Cicero dixit Senect. 17. *ornatum Persicum multo auro multisque gemmis*? Quasi vero ea voce non satis exprimeretur fastus ille ex nimia opulentia proveniens, & decori mediocritatisque despectus & negligentia, prout Aristoteles lib. II magnorum moralium. ὁ πλοῦτος πολλοὺς γινόμενος ὑπερόπτας καὶ ἀηδεῖς ἐποίησεν. Denique excelsus iste fortunæ nimiæ strepitus. Hic prægnans sensus in voce Græca πλοῦτος & Latina *divitiæ* non videtur animadverti ab viris magnis. Lucianus Nigrin. p. 22 edit. Amst. quum dixisset πλοῦτον, addit tandem subjungens χρυσοῦ καὶ πορφύρας καὶ τῶν πάνυ περιβλέπτων τοῖς πολλοῖς. Socrates III. Hist. Eccl. I. tradit ὅτι πανοπλία ἡ ἐν τῷ βασιλικῷ πλούτῳ τοῖς πολλοῖς ἐγγινομένη κατάπληξις ὑποκαταφρονεῖσθαι ἐποίει τὴν βασιλείαν. Id est, vertente Cassiodoro: quod remoto fastu palatii contemtibile videtur imperium, ut observavit Freinshemius in notis Curtianis VIII, 5, 11. Justinus quum lib. II cap. 14 dixisset post victoriam ad Platæas Græcos diviso auro Persico, divitiarum luxuria captos esse, exponit sensum suum exemplo Alexandri etiam admiratione Persicarum opum capti, partim lib. XI cap. 10 *Tunc primum luxuriosa convivia & magnificentiam epularum sectari, tunc captivam diligere propter formæ pulchritudinem cœpit*. partim lib. XII cap. 3. *Post hæc habitum regum Persarum & diadema insolitum antea regibus Macedonicis assumit, tanquam in Persico regia superbiæ more*. Itaque sic denotantur omnia vitia ex divitiis orientia. Hinc ab eodem Justino scribitur III, 3, *ne cujus divitiæ vel luxuria in occulto essent*. Hinc scripsit Florus III, 9 de Cypro: *Insulam veteribus divitiis abundantem & ob hoc Veneri sacram*, sensu certe integerrimo & tot morsus ingeniorum non merito. Denique ipse Arrianus se ostendit VII, 9 καὶ ὁ Λυδῶν πλοῦτος, καὶ οἱ Περσῶν θησαυροί. Tandem merentur addi verba Ill. Grotii ad Matthæum XIII, 22. [Cur tertiam causam, quæ itidem suffocare solet pietatis studium, voluptates scilicet corporis, quas Johannes dixit ἐπιθυμίαν σαρκός, Marcus hoc loco τὰς περὶ τὰ λοιπὰ ἐπιθυμίας, Lucas ἡδονὰς τοῦ βίου, Matthæus omiserit, causam hanc fuisse suspicor, quod divitiis nominatis eas satis putaret intelligi, quia ferme propter voluptates corporis divitiæ expetuntur.]

49 Οὔτε κατὰ πόλεμον εἰ δή τις διευτ.] MS. Opt. οὔτε κατά.

50 Καὶ τὴν Ἀλεξάνδρου ἐπ' αὐτῷ συμφορὰν] Non assequor, quid cogitaverit Vulcanius interpretans *atque Alexandri facinus*. Quum casus Cliti sit facinus Alexandri, certe non videtur inter duo Arriani pronunciata recte distinxisse, quorum hoc posterius idcirco longe aliter intellexit & interpretabatur Facius, *qui Alexandro magnam infamiæ notam attulit*. Sed omnino aliud intellexit auctor, nempe *& Alexandri post id miserabilem actionem*.

νύσου Μακεδόσι[51], καὶ θύειν Διονύσῳ ὅσα ἔτη ἐν αὐτῇ Ἀλέξανδρον. τὸν δὲ τοῦ Διονύσου μὲν ἐν τῷ τότε ἀμελῆσαι λέγουσι, Διοσκούροιν δὲ θῦσαι, ἐξ ὅτου δὴ ἐπιφρασθέντα τοῖν Διοσκούροιν τὴν θυσίαν. πόρρω δὲ τοῦ πότου προϊόντος (καὶ γὰρ καὶ τὰ τοῦ πότου ἤδη Ἀλεξάνδρῳ ἐς τὸ βαρβαρικώτερον νενεωτέριστο) ἀλλ᾽ ἔν γε τῷ πότῳ τότε ὑπὲρ τοῖν Διοσκούροιν λόγους γίγνεσθαι, ὅπως ἐς Δία ἀνηνέχθη αὐτοῖν ἡ γένεσις, ἀφαιρεθεῖσα Τυνδάρεω[52]· καί τινας τῶν παρόντων κολακείᾳ τῇ Ἀλεξάνδρου (οἷοι δὴ ἄνδρες[53] διέφθειράν τε ἀεὶ καὶ οὔποτε παύσονται) ἐπιτρίβοντες τὰ τῶν ἀεὶ βασιλέων πράγματα) κατ᾽ οὐδὲν ἀξιοῦν συμβάλλειν[54] Ἀλεξάνδρῳ τε καὶ τοῖς Ἀλεξάνδρου ἔργοις τὸν Πολυδεύκην καὶ τὸν Κάστορα. Οἱ δὲ οὐδὲ τοῦ Ἡρακλέους ἀπείχοντο ἐν τῷ πότῳ· ἀλλὰ τὸν φθόνον γὰρ ἐμποδὼν ἵστασθαι τοῖς ζῶσι, τὸ μὴ τὰς δικαίας τιμὰς αὐτοῖς ἐκ τῶν ξυνόντων γίγνεσθαι. Κλεῖτον δὲ δῆλον μὲν εἶναι πάλαι ἤδη ἀχθόμενον τοῦ τε Ἀλεξάνδρου τῇ ἐς τὸ βαρβαρικώτερον μεταχωρήσει, καὶ τῶν κολακευόντων αὐτὸν τοῖς λόγοις. Τότε δὲ καὶ αὐτὸν πρὸς τοῦ οἴνου παροξυνόμενον, οὐκ ἐᾶν οὔτε ἐς τὸ θεῖον ὑβρίζειν, οὔτε τὰ τῶν πάλαι ἡρώων ἔργα ἐκφαυλίζοντας[55] χάριν ταύτην ἄχαριν προστιθέναι Ἀλεξάνδρῳ. Εἶναι γὰρ οὖν οὐδὲ τὰ Ἀλεξάνδρου οὕτω τι μεγάλα καὶ θαυμαστά, ὡς ἐκεῖνοι ἐπαίρουσιν· οὔκουν μόνον καταπρᾶξαι αὐτά, ἀλλὰ τὸ γὰρ πολὺ μέρος Μακεδόνας εἶναι τὰ ἔργα. καὶ τοῦτον τὸν λόγον ἀνιᾶσαι Ἀλέξανδρον, λεχθέντα. Οὐδὲ ἐγὼ ἐπαινῶ τὸν λόγον, ἀλλὰ ἱκανὸν γὰρ εἶναι τίθεμαι ἐν τοιᾷδε παροινίᾳ τὸ καθ᾽ αὑτὸν σιγῶντα ἔχειν, μηδὲ τὰ αὐτὰ τοῖς ἄλλοις ἐς κολακείαν πλημμελεῖν. Ὡς δὲ καὶ τῶν Φιλίππου τινὲς ἔργων, ὅτι οὐ μεγάλα οὐδὲ θαυμαστὰ Φιλίππῳ κατεπράχθη, οὐδὲ μιᾷ ξὺν δίκῃ ἐπεμνήσθησαν, χαριζόμενοι καὶ οὗτοι Ἀλεξάνδρῳ, τὸν Κλεῖτον ἤδη οὐκ ἔτι ἐν ἑαυτοῦ ὄντα[56], προ-

apud Macedones Baccho sacrum esse ferunt, atque Alexandrum quotannis eo die Baccho sacrificare solitum, tum temporis neglecto Baccho, Dioscuris sacrum fecisse. atque ex eo tempore sacrificium cum epulo Dioscuris instituisse: quumque jam pocula longius processissent (nam & in poculis jam Alexander barbarorum mores imitabatur) omnibus vino incalescentibus sermo de Dioscuris incidit, quo pacto illorum origo ad Jovem relata esset, Tyndaro ablata. quosdam etiam ex præsentibus adulandi causâ (cujusmodi homines regibus, regumque negotiis & perniciosi semper fuerunt, & nunquam esse desinent) nullâ ratione Castorem & Pollucem Alexandro ejusque rebus gestis comparandum esse censuisse. Alii ne ab Hercule quidem inter pocula abstinebant: sed invidiam mortalibus obstare, quominus iis debiti honores ab illis quibuscum versantur tribuantur. At Clitus jamdudum & hanc Alexandri in barbaricos mores transitionem, & adulantium illi sermones moleste ferebat. tum vero, exstimulante vino, neque illas in divos contumelias ferre potuisse, neque quod veterum heroum facta extenuantes, inofficiosum hoc officium Alexandro deferrent. Neque enim Alexandri res tantas adeoque admirandas esse, quantum illi verbis extollerent; neque ipsum solum ea præstitisse, sed magnam rerum gestarum partem Macedonibus deberi. Atque hæc quidem Cliti verba acerbe admodum tulisse Alexandrum. Neque vero ego dictum laudo: satius enim judicaverim, in ejuscemodi vinolentiâ silentium præstare, neque eodem cum aliis adulationis vitio peccare. Quum vero nonnulli rerum ab Philippo gestarum meminissent, & nihil magnum aut præclarum ab eo factum esse nullo jure contenderent, Alexandro nimirum etiam hi gratificantes; Clitum jam extra

51 Ἡμέραν ἱερὰν τοῦ Διονύσου Μακεδόσι] Et tamen ubique in vicinis partim urbibus, partim populis monumenta prisca eum celebrant potius, quam in ipsa Macedonia, ut vix in tabula XXXIV occasione serpentis mentionem aliquam ejus facere Nonnius potuerit, donec Leon. Augustinus occasione gemmæ, qua exhiberi Olympiadem putat, eum ex Plutarcho in hac regione consecravit, & excellentiore indicio Liberalissimus pecuniæ veteris possessor D. Jacobus de Wilde in Selectis Numismatibus Tab. X, quem honoris & sanctæ amicitiæ causa nomino.

52 Τυνδάρῳ] MSS. Τυνδάρεω. Quin & in Optimo ἐς Δία ἀνηνέχθη αὐτοῖς ἡ γένεσις, non αὐτοῖν.

53 Οἷοι δὴ ἄνδρες &c.] Non dubitat veritatem suæ admonitionis factæ in Dario II, 6 nunc quoque repetere, ut pateat in Alexandro, ad exemplum Taciti, qui licet jam in Nerone dixisset idem, tamen repetens lib. III hist. 56. *Arcuere eos intimi amicorum Vitellii, ita formatis principis auribus, ut aspera quæ utilia, nec quidquam nisi jucundum & læsurum acciperet.* Idque tangit Lipsius III Polit. 8. Sed non hæc solis regibus adsignanda, quum nec respublicas esse immunes doceant querelæ assiduæ τῶν πρὸς χάριν δημηγορῶν, prout eas exprimit Demosthenes.

54 Κατ᾽ οὐδὲν ἀξιοῦν συμβάλλειν] Optimus ἀξιοῦντας.

55 Τὰ τῶν πάλαι ἡρώων ἔργα ἐκφαυλίζοντας] Sic quoque I, 14. Τῷ ὀνόματι τὸν Γρανικὸν ἐκφαυλίσας. Quomodo etiam aliquoties construit Ælianus in Variis. Etiam Lucianus de mercede conductis εἰ μὲν ἐκφαυλίζοι τι τῶν λεγομένων. MSS. tamen omnes hoc loco addunt particulam ἐς τὰ τῶν. Et statim Optimus οὔκουν μόνον γε καταπρᾶξαι.

56 Οὐκ ἔτι ἐν ἑαυτῷ ὄντα] Quis credat? Est enim hæc editionum postremarum peritia & margarita; quum Basileæ esset editum ἐν ἑαυτοῦ. Id ipsum reperi ego in tribus MSS. ex quorum numero erat quoque Optimus. An vero pulcherrimum hoc potuit videri sive Vulcanio sive Stephano tam vile & contemnendum, ut prorsus expellerent? Atqui sicut dixerunt εἶναι ἐν Ἑρμοῦ, Ἀπόλλωνος scil. ἱερῷ, cur non similiter ἐν ἑαυτοῦ dixerint, commodo intellecto substantivo, sive δυνάμει, sive alio? Itaque cum hac nota & admonitione istud vetus restitui.

Cædes Cliti quomodo peracta.

πρεσβεύειν μὲν τὰ τοῦ Φιλίππου, καταβάλλειν δὲ Ἀλέξανδρόν τε καὶ τὰ τούτου ἔργα· παροινοῦντα ἤδη τὸν Κλεῖτον τά τε ἄλλα, καὶ πολὺν εἶναι ἐξονειδίζοντα Ἀλεξάνδρῳ, ὅτι πρὸς αὐτοῦ ἄρα ἐσώθη, ὁπότε ἡ ἱππομαχία ἡ ἐπὶ Γρανικῷ ξυνειστήκει πρὸς Πέρσας· καὶ δὴ τὴν δεξιὰν[57] τὴν αὐτοῦ σοβαρῶς ἀνατείναντα, Αὕτη σε ἡ χεὶρ (φάναι) ὦ Ἀλέξανδρε ἐν τῷ τότε ἔσωσε. Καὶ Ἀλέξανδρον οὐκ ἔτι φέρειν τοῦ Κλείτου τήν τε παροινίαν τε καὶ ὕβριν, ἀλλὰ ἀναπηδᾶν γὰρ ξὺν ὀργῇ ἐπ' αὐτὸν, κατέχεσθαι δὲ ὑπὸ τῶν ξυμπάντων[58]· Κλεῖτον δὲ οὐκ ἀνιέναι ὑβρίζοντα. Ἀλέξανδρος δὲ ἐβόα, ἀνακαλῶν τοὺς ὑπασπιστάς· οὐδενὸς δὲ ὑπακούοντος, ἐς ταὐτὰ ἔφη καθεστηκέναι Δαρείῳ, ὁπότε πρὸς Βήσσου τε καὶ τῶν ἀμφὶ Βῆσσον ξυλληφθεὶς ἤγετο, οὐδέν τι ἄλλο ὅτι μὴ ὄνομα ἦν βασιλέως[59]. Οὔκουν ἔτι οἵους τε εἶναι κατέχειν αὐτὸν τοὺς ἑταίρους, ἀλλ' ἀναπηδήσαντα γὰρ, οἱ μὲν λόγχην ἁρπάσαι λέγουσι τῶν σωματοφυλάκων τινὸς, καὶ ταύτῃ παίσαντα Κλεῖτον ἀποκτεῖναι· οἱ δὲ σάρισσαν, παρὰ τῶν φυλάκων τινὸς καὶ ταύτην. Ἀριστόβουλος δὲ, ὅθεν μὲν ἡ παροινία ὡρμήθη, οὐ λέγει· Κλείτου δὲ γενέσθαι μόνου τὴν ἁμαρτίαν[60], ὃν γε ὠργισμένου Ἀλεξάνδρου, καὶ ἀναπηδήσαντος ἐπ' αὐτὸν ὡς διαχρησομένου, ἐπαχθῆναι[61] μὲν διὰ θυρῶν ἔξω ὑπὲρ τὸ τεῖχός τε καὶ τὴν τάφρον τῆς ἄκρας, ἵνα ἐγένετο πρὸς Πτολεμαίου τοῦ Λάγου τοῦ σωματοφύλακος· οὐ καρτερήσαντα δὲ, ἀναστρέψαι αὖθις, καὶ περιπετῆ Ἀλεξάνδρῳ γενέσθαι Κλεῖτον ἀνακαλοῦντι, καὶ φάναι, Οὗτός τοι ἐγὼ ὁ Κλεῖτος, ὦ Ἀλέξανδρε· καὶ

tra se positum, Philippi res gestas extollere, Alexandrum autem ejusque facta deprimere cœpisse; tum quoque in Alexandrum debacchantem inter alia ei exprobrasse, quod in equestri apud Granicum amnem prælio à se servatus esset: „simulque dextrâ arro„ganter expansâ, Hæc manus (dixisse) te „Alexander eo in conflictu servavit. Alexandrum, quum diutius Clitum linguæ intemperantiâ furentem, ejusque contumelias ferre non posset, inflammatum irâ in eum prosiluisse, atque à circum[illegible]tibus retentum fuisse; Clitum contra nullum conviciis modum fecisse: Alexandrum clamore sublato scutatos arcessivisse. quumque à nemine exaudiretur, se in eodem statu esse quo Darius, quum à Besso ejusque sociis captus ducebatur, exclamasse: neque quicquam jam amplius sibi quam regium nomen superesse. Tum amicos diutius illum retinere non potuisse, sed exilientem, alii à quodam ex custodibus corporis hastam abripuisse ajunt, eâque ictum Clitum interemisse; alii sarissam, etiam ab excubitoribus acceptam. Aristobulus vero unde hæc debacchatio orta sit, non recenset: omnem autem culpam in uno Clito fuisse dicit, quippe qui, quum jam Alexander [illegible] citus in eum interfecturus prosiliret, ipse per ostium ultra muros & fossam in arcem subductus ad Ptolemæum Lagi F. corporis custodem, continere se non potuerit quin reverteretur: quumque in Alexandrum Cliti nomen inclamantem incidisset, eique respondisset, En tibi Clitum, Alexander: tum

57 Καὶ δὴ τὴν δεξιὰν] Lege ex Opt. καὶ δὴ καὶ τὴν δ.

58 Κατέχεσθαι δὲ ὑπὸ τῶν ξυμπάντων] Ita quidem omne illud secundum genus MSStorum. Vulcanius vertit *a circumstantibus*, quos unde arripuerit Facius (hunc enim primum auctorem video) parum liquet, nisi legerit ξυμπαρεστώτων. Alibi video πρὸς τῶν παρόντων ita esse ab eo translata. Neque tamen ξύμπαντας eum inhibuisse demonstrat Curtius; sed primo Ptolemæum & Perdiccam, mox Lysimachum, & Leonnatum. Et si tamen vulgatum sic defendi posset, rudis est & absurda hæc vox ita separatim posita sine subjecto, & infinitum præclarius, quod subministrat codex ille Optimus: ὑπὸ τῶν ξυμπινόντων. Quod absque dubitatione verum est, pateque hinc origo vocis alienæ. Vertigitur *a convivis*. Usus fuerat ea voce jam antea Arrianus quoque I, 22 ξυμπινόντες τε ἅμα καὶ ξυμπαίζοντες. Ælianus, describens Tempe Thessalica, lib. III Ποικιλ. πᾶς δὲ ὁ περίοικος λεὼς συνίασιν ἄλλοι σὺν ἄλλοις καὶ θύουσι καὶ συνουσίας ποιοῦνται καὶ συμπίνουσι.

59 Οὐδὲν ἄλλο ὅτι μὴ ὄνομα ἔχων βασιλέως] , ictum ut ab histrione Syro: *Sepulchri similis nihil nisi nomen retineo*. Quid igitur est, quod Basil. editio cum MSS. omnibus pro ἔχων habent ἦν, nisi quod unus ὤν. Quid quærimus? Notavit nuperus noster recte legi ἦν, quasi dicat Alexander se in eodem esse statu, quo Darius, cui, cum à Besso & ejus sociis captivus duceretur, nihil præter nomen regis supererat. Quam caute! An quidquam ejus sententiæ est, quod aut ignoratum aut non expressum Vulcanio? Non agitur de sententia; agitur de Græcis, quæ sunt vitrea fracta, si tantum legas, οὐδὲν ἄλλο ὅτι μὴ ὄνομα ἦν βασιλέως. Immo vel omisso verbo ἤγετο legendum ξυλληφθεὶς οὐδὲν ἄλλο ὅτι μὴ ὄνομα ἦν, vel MSSti adjuvandi sunt aliqua ope, quippe indigitantes scribendum, ξυλληφθεὶς ἤγετο, οὐδέν τι ἄλλο ὅτι μὴ ὄνομα ὤν: neque aliud quid erat quam nomen. Hoc ipsum est, quod exigit etiam liber Optimus. Quod si placet tamen rationem habere unius illius, in quo est ὢν, sane retentis omnibus legeris commodissime ὄνομα ὤν, ut, de virtute ille. Ὦ τλῆμον ἀρετὴ, λόγος ἄρ' ἦσθ'. ut alter Τύχας δ' εἶναι σχεδὸν ἅπαντα τὰ ἀνθρώπινα πράγματα; & denique ut Julius dixit, Nihil esse Rempublicam, appellationem modo.

60 Κλείτου δὲ γενέσθαι μόνου τὴν ἁμ.] Opt. & plerique alii μόνη, ut jam notavi ad II, 9.

61 Ἐπαχθῆναι] Optimus ἀπαχθῆναι, quod necessarium est. Mox videtur molestia exorta esse, quod nonnulli ignorantes stylum Arriani mutaverint καὶ λέγουσιν εἰσὶν οἳ τὰ Ἀλεξάνδρου, ut est in codicibus quoque scriptis, nisi quod in uno legebam λέγοντες, quod & ex V. C. notavit Vulcanius. Sed omnia erronee; sicut plane non magis feliciter Vulcanius supplevit ex imitatione libri VI cap. 24. καὶ λέγουσιν οἱ πολλοὶ τῶν ξυγγραψάντων τὰ ἀμφ' Ἀλέξανδρον. Et lib. II. cap. 12. ἀλλὰ λέγουσί τινες τῶν τὰ Ἀλεξάνδρου γραψάντων. Sed non ex similibus locis licet augere nunc quoque voces contra MSS. Nam Arrianus scripserat καὶ λέγουσιν εἰσὶν οἳ τῶν Ἀλέξανδρον. Hic quartus casus illis nimium vacuus videbatur, sed frustra.

9 καὶ ἐν δέοντι πληγέντα τῇ σαρίσσῃ ἀποθανεῖν. Καὶ ἐγὼ Κλεῖτον μὲν τῆς ὕβρεως τῆς ἐς τὸν βασιλέα τὸν αὐτοῦ, μεγάλως τι μέμφομαι· Ἀλέξανδρον δὲ τῆς συμφορᾶς οἰκτείρω, ὅτι δυοῖν κακοῖν ἐν τῷ τότε ἡττημένον ἐπέδειξεν αὑτὸν (ὑφ' ὅτων δὴ καὶ τοῦ ἑτέρου οὐκ ἐπέοικεν ἄνδρα σωφρονοῦντα ἐξηττᾶσθαι) ὀργῆς τε καὶ παροινίας. Ἀλλὰ τὰ ἐπὶ τοῖσδε αὖ ἐπαινῶ Ἀλέξανδρον, ὅτι παραυτίκα ἔγνω σχέτλιον ἔργον ἐργασάμενος. Καὶ λέγουσιν εἰσὶν οἱ τὰ Ἀλεξάνδρου, ὅτι ἐρείσας τὴν σάρισσαν πρὸς τὸν τοῖχον, ἐπιπίπτειν ἐγνώκει αὐτῇ· ὡς οὐ καλὸν αὐτῷ ζῆν, ἀποκτείναντι φίλον αὑτοῦ ἐν τῷ οἴνῳ. Οἱ πολλοὶ μὲν ξυγγραφεῖς[62] τοῦτο μὲν οὐ λέγουσιν· ἀπελθόντα δὲ ἐς τὴν εὐνὴν, κεῖσθαι ὀδυρόμενον, αὐτόν τε τὸν Κλεῖτον ὀνόματι ἀνακαλοῦντα, καὶ τὴν Κλείτου μὲν ἀδελφὴν, αὐτὸν δὲ ἀναθρεψαμένην, Λανίκην, τὴν Δρωπίδου παῖδα[63], ὡς καλὰ ἄρα αὐτῇ τροφεῖα ἀποτετικὼς εἴη ἀνδρωθεὶς, ἣ γε τοὺς μὲν παῖδας τοὺς ἑαυτῆς ὑπὲρ αὐτοῦ μαχομένους ἐπεῖδεν ἀποθανόντας, τὸν ἀδελφὸν δὲ αὐτῆς αὐτὸς αὐτοχειρίᾳ ἔκτεινε· φονέα τε τῶν φίλων οὐ διαλείπειν αὑτὸν ἀνακαλοῦντα, ἄσιτόν τε καὶ ἄποτον καρτερεῖν ἔστε ἐπὶ τρεῖς ἡμέρας, οὐδέ τινα ἄλλην[64] θεραπείαν θεραπεῦσαι τὸ σῶμα. Καὶ ἐπὶ τούτοις τῶν μάντεών τινες μῆνιν ἐκ Διονύσου εἶδον[65], ὅτι ἡ θυσία ἐξελείφθη Ἀλεξάνδρῳ ἡ τοῦ Διονύσου. Καὶ Ἀλέξανδρος μόγις πρὸς τῶν ἑταίρων πεισθεὶς, σίτου τε ἥψατο, καὶ τὸ σῶμα κακῶς ἐθεράπευσε[66]· καὶ τῷ Διονύσῳ τὴν θυσίαν ἐπέδωκεν, ἐπεὶ οὐδὲ αὐτῷ ἄκουσιν ἦν ἐς μῆνιν τοῦ θείου μᾶλλον ἢ ἐς τὴν αὐτοῦ κακότητα ἀναφέρεσθαι τὴν ξυμφοράν. Ταῦτα μεγάλως τι ἐπαινῶ[67] Ἀλέξανδρον, τὸ μήτε ἀπαυ-

tum sarissā ictum interiisse. Ego vero, ut 9 Clitum ob contumelias in regem suum vehementer reprehendo, ita Alexandri vicem doleo, quod se tum temporis duobus vitiis obnoxium declarârit, (à quorum altero virum temperantem nequaquam vinci conveniebat) iræ nimirum & vinolentiæ. Eo vero rursum nomine Alexandrum laudo, quod statim maleficii pœnitentiā ductus fuerit. Nonnulli enim ex iis qui de Alexandri rebus scribunt, autores sunt, ipsum in sarissæ ad parietem firmatæ spiculum sese conjicere voluisse, quod vitam sibi turpem existimaret amico per temulentiam interfecto. Plerique tamen scriptores hoc non recensent. Quum vero cubitum concessisset, jacuisse lamentantem, & Clitum nomine compellantem; Lanicemque Dropidæ filiam, Cliti sororem, quæ Alexandrum educaverat, egregiam scilicet educationis mercedem ab se jam viro accepisse: quæ & filios suos pro Alexandro pugnantes interfectos vidisset, & cujus ipse fratrem suā manu occidisset: amicorum interfectorem identidem se esse clamitantem, ac triduum totum à cibo & potu abstinuisse, neque aliam ullam corporis curam habuisse. Quibus è rebus nonnulli vates Liberi patris iram agnoverunt, quod sacrificium ejus ab Alexandro prætermissum esset. Alexander ægre ab amicis eo adduci potuit, ut cibo ac potu sumto, corpus reficeret. Libero itaque sacrificium reddidit. siquidem non ingratum ei erat, casum illum ad iram numinis potius quam ad suum maleficium referri. Eo vero nomine magnopere laudandum Alexandrum cen-

62 *Οἱ πολλοὶ μὲν ξυγγρ.*] MSS. *οἱ πολλοὶ δὲ ξυγγρ.* & recte. Deinde *ἀπελθόντα*, non *ἐπελθ.* Quæ utraque notavit & Vulcanius ex V. C. & certe posterius recepi.

63 *Λανίκην τὴν Δρωπίδου παῖδα*] Huc usque progredi sustinuit Freinshemius, ut in Supplementis Curtianis 1, 2, 6 ex hoc Arriani loco nutricem hanc appellaret Hellanicen, quum id nomen non exstare sciret, nisi in libro VIII Curtii cap. 1. In notis vero ad istum locum utrique videbat in tribus auctoribus Græcis citante Poppma appellari concorditer *Lanicen*: nam quod ex Athenæo citatur *Lacnice*, vitium est scripturæ, quum in MS. illic ipse legerim *Λαννικῆς*, cui inter posterius *ν* & *ι* superpositum erat *ι*. Scilicet quum prius *κν* vitiose esset positum, porro depravari debuit. Itaque illud *Λανίκη* videtur vetus Macedonicum vel Græcum nomen, certe apud Macedonas antiquius, quam ut concipi primo debuerit ab Græcis victoriis, quas tum nondum habuerant. Prout multis syllabam *Λα* præposuerunt ad notandam intentionem magnitudinis, tum propriis, ut Lasthenes, Lathurus, tum communibus, ut nonnulli cogitarunt in v. *Λάβρος*. Sic enim mihi conceptum à primo imaginatus semper fui.

64 *Οὐδέ τινα ἄλλην*] Optimus *τὴν ἄλλην*, hoc est, solennem & ordinariam curam, quod longe est accommodatius.

65 *Μῆνιν ἐκ Διονύσου εἶδον*] MSS. etiam apud Vulcanium V. C. *ᾖδον*, proprio augurum verbo. Id modo *ἐπιᾴδειν* vocavit, alibi *ἐξηγεῖσθαι*. Mox autem sequuntur monstra in MSStis, adeo ut nonnulli pro verbis *ὅτι ἡ θυσία ἐξελείφθη Ἀλεξάνδρῳ ἡ τοῦ Διονύσου*, habeant hæc ipsa: *ὅτι ἡ θυσία Διονύσου παρεωθεῖσα* vel *παρεωθεῖσ' Ἀλεξάνδρῳ ταῦτ' εἰργάσατο.* Quod notare debui, quoniam ex V. C. id descripserat quoque Vulcanius, etsi nihil in eo sit, quod probari debeat, perinde ut neque quod in quibusdam legitur *ἐξηλείφθη*, prout etiam expressum est Basilex, pro quo alius codex mihi suppeditabat *ἐξελίπε*.

66 *Καὶ τὸ σῶμα κακῶς ἐθερ.*] Neque ego hic adhærerem, nisi admonuisset idem Opt. in quo est *καλῶς*, non *κακῶς*. Quam veram Arriani manum non intellectam avertit insipida quædam species & similitudo veri in vulgato residens. At *καλῶς* non respicit animum Alexandri adhuc ægrum & sibi irascentem, sed celebrationem Bacchei festi; id celebrari non potuit, nisi haberet *σῶμα καλῶς θεραπευθέν*: alioqui id invidiosum foret numini ipsi, & ingratum. Id autem innuit hac scriptura Arrianus, nempe ut persuaderent aulici Alexandro curationem corporis, usos esse hoc astu vel prætexto vel strategemate, omnino instauranda esse Liberi sacrificia; eum placandum; quod nisi fieret, graviora metuenda. Itaque sic regem resipiscere coactum corpus omni purgatione mundasse.

67 *Μεγάλως τι ἐπαινῶ*] Id nempe debuit à nugatoribus hic reponi, quia præcedebat *μεγάλως τι*. Perinde factum in summa hac pagina. Sed tu restitues *μεγαλωστί*,

ἀπαυθαδιάσασθαι[68] ἐπὶ κακῷ, μήτε προστάτην τε καὶ ξυνήγορον κακίονα ἔτι γενέσθαι τοῦ ἁμαρτηθέντος, ἀλλὰ ξυμφῆσαι γὰρ ἐπταικέναι ἄνθρωπόν γε ὄντα. Εἰσὶ δὲ οἳ λέγουσιν Ἀνάξαρχον[69] τὸν σοφιστὴν ἐλθεῖν μὲν παρ᾽ Ἀλέξανδρον κληθέντα, ὡς παραμυθησόμενον· εὑρόντα δὲ κείμενον καὶ ἐπιστένοντα, ἐπιγελάσαντα, ἀγνοεῖν, φάναι, διότι ἐπὶ τῷδε οἱ πάλαι σοφοὶ ἄνδρες τὴν Δίκην πάρεδρον τῷ Διῒ ἐποίησαν, ὡς ὅ, τι ἂν πρὸς τοῦ Διὸς κυρωθῇ, τοῦτο ξὺν δίκῃ πεπραγμένον· καὶ οὖν καὶ τὰ ἐκ βασιλέως μεγάλου γιγνόμενα, δίκαια χρῆναι νομίζεσθαι[70], πρῶτα μὲν πρὸς αὐτοῦ βασιλέως, ἔπειτα πρὸς τῶν ἄλλων ἀνθρώπων. Ταῦτα εἰπόντα παραμυθήσασθαι μὲν Ἀλέξανδρον ἐν τῷ τότε· κακὸν δὲ μέγα, ὡς ἐγώ φημι, ἐξεργάσασθαι Ἀλεξάνδρῳ, καὶ μεῖζον ἔτι ἢ ὅτῳ τότε ξυνείχετο· εἴπερ σοφοῦ ἀνδρὸς τήνδε ἔγνω τὴν δόξαν, ὡς οὐ τὰ δίκαια ἄρα χρὴ σπουδῇ ἐπιλεγόμενον πράττειν τὸν βασιλέα, ἀλλὰ ὅ, τι ἂν καὶ ὁπωσοῦν ἐκ βασιλέως πραχθῇ, τοῦτο δίκαιον νομίζειν. Ἐπεὶ καὶ προσκυνεῖσθαι ἐθέλειν Ἀλέξανδρον λόγος κατέχει, ὑπούσης μὲν αὐτῷ καὶ τῆς ἀμφὶ τοῦ Ἄμμωνος πατρὸς μᾶλλόν τι ἢ Φιλίππου δόξης· θαυμάζοντα δὲ ἤδη τὰ Περσῶν καὶ Μήδων τῆς τε ἐσθῆτος τῇ ἀμείψει, καὶ τῆς ἄλλης θεραπείας τῇ μετακοσμήσει, οὐκ ἐνδεῆσαι δὲ οὐδὲ πρὸς τοῦτο αὐτὸ τοὺς κολακείᾳ ἐς αὐτὸ ἐνδιδόντας, ἄλλους τέ τινας, καὶ δὴ καὶ τῶν σοφιστῶν τῶν ἀμφ᾽ αὐτὸν, Ἀνάξαρχόν τε καὶ Ἄγιν Ἀργεῖον ἐποποιόν. Καλλισθένην δὲ τὸν Ὀλύνθιον Ἀριστοτέλους τε τῶν λόγων διακηκοότα, καὶ τὸν τρόπον ὄντα ὑπαγροικότερον, οὐκ ἐπαινεῖν ταῦτα. Τούτου μὲν δὴ ἕνεκα καὶ αὐτὸς Καλλισθένει ξυμφέρομαι· ἐκεῖνα δὲ οὐκ ἔτι ἐπιεικῆ δοκῶ τοῦ Καλλισθένους (εἴπερ ἀληθῆ ξυγγέγραπται) ὅτι ὑφ᾽ αὑτῷ τε εἶναι ἀπέφαινε καὶ τῇ αὑτοῦ ξυγγραφῇ Ἀλέξανδρόν τε καὶ τὰ Ἀλεξάνδρου ἔργα. Οὔκουν αὐτὸς ἀφῖχθαι ἀπ᾽ Ἀλεξάνδρου δόξαν κτησόμενος[71], ἀλλὰ ἐκεῖνον εὐκλεᾶ

censuerim, quod non eo facinore insolenter exultârit, neque, quod deterius fuisset, facto suo patrocinatus sit, sed humano more lapsum se agnoverit. Sunt qui scribant, Anaxarchum sophistam consolandi ejus causâ arcessitum, ad eum venisse, quumque cubantem atque suspirantem offendisset, arridentem dixisse, Ignorare ipsum, cur veteres sapientes Justitiam Jovi assidentem fecerint: nimirum quia quicquid à Jove decernitur, id juste factum esse censeri debeat: oportere igitur, quæ à magno rege fierent, justa existimari, primum quidem ab ipso rege, deinde à cæteris mortalibus. Atque hoc quidem dicto tunc nonnihil solatii Alexandro attulisse. Ego vero majoris errati quam prioris autorem Alexandro Anaxarchum fuisse censeo, si illam viri sapientis sententiam esse statuit; Non oportere nimirum regem summo studio delectuque adhibito justa agere: sed quicquid aut qualecunque sit quod rex faciat, justum censeri debere. Siquidem & adorari se voluisse Alexandrum fama est, quippe qui eam opinionem conceperat, Hammonem potius sibi quam Philippum patrem esse. Quum vero Persas jam ac Medos admiraretur, eosque vestis immutatione, totiusque cultus ratione imitaretur, non videbatur ob eam rem ullis adulatoribus qui ejus animum eo pellicerent, neque sophistis quidem, sive Anaxarcho sive Agide Argivo poeta eguisse. Callisthenes vero Olynthius, Aristotelis discipulus, moribus paulo asperioribus præditus, hæc non probabat. Quâ quidem in re etiam ego Callistheni assentior. illud autem à Callisthene parum modeste scriptum (si vera scripta sunt) censeo, quod Alexandrum ejusque facta se & suis scriptis inferiora esse prædicabat. Neque vero se ad Alexandrum venisse, ut sibi ab eo gloriam compararet, sed uti Alexandrum inter mortales

etsi in adverbium abolendum omnes conspirent. Quod tamen non tam vitium est, quam rectæ scripturæ prava ab lectoribus & editoribus addita interpretatio aut literarum separatio. Sic cap. 12 ἀναστὰς μὲν μεγαλωστὶ Ἀλέξανδρον, ubi similiter μεγάλως τε editur.

68 Ἀπαυθαδιάσασθαι] Opt. ἐπαυθαδ. Quod sequitur προστάτην, servant quidem omnes editi, sed viderint tamen, unde habeant. Nos enim scimus Arrianum scripsisse προστάτην, ut invenimus in omnibus MSS. Florentinis, & Vulcanius in V. C. Unde nullus dubito, quin si adfuissent hic Gandenses aut Richelianæ membranæ, id debuerit in eis quoque inveniri, & inde productum fuisset. Non enim potest aliter bene legi. Sed & pro ἐπιγενέσθαι omnes meliores antiqui habent ἔτι γενέσθαι, quo alludunt alii, in quibus est ἔτι γίνεσθαι & Basileensis editio, in qua ἔτι γίνεσθαι. Unde debui illa ut necessaria & pulcherrima Arriano reddere.

69 Εἰσὶ δὲ Ἀνάξαρχον] Hanc scripturam in uno MS. offendi. In alio erat εἰσὶ δὲ οἱ λέγω Ἀναξ. Sed plenissime tres alii, in quibus & Optimus εἰσὶ δὲ οἱ λέγουσιν Ἀνάξαρχον. Quod vero verius est, & sic quoque Vulcanius tandem notavit ex V. C.

70 Δίκαια χρῆναι νομίζεσθαι] Si non ubique jam apparuisset illum codicem, quem Optimum vocare soleo, instar omnium esse, ex hujus utique loci documento constaret. Ubi quum omnis illa copiosa scriptorum codicum turba conveniat ad confirmandam vulgatam scripturam, quæ sicuti Græca est, ita nihil habet, quo emineat, iste unus discedens ab omnibus exhibet pro verbo medio χρῆν? De qua quia memineram olim suboluisse magnis viris, sed hic locus certissimam ejus voculæ loco infinitivi usurpatæ dare confirmationem videbatur, non immerito exultabam. Vide Henr. Stephanum.

71 Ἀπ᾽ Ἀλεξάνδρου δόξαν κτησόμενος] Opt. ἐξ Ἀλεξάνδρου. In duobus deest particula, ut & editione Basileensi.

κλεᾶ ἐς ἀνθρώπους ποιήσειν· καὶ οὖν καὶ τὴν θείαν τὴν μετουσίαν Ἀλεξάνδρῳ οὐκ ἐξ ὧν Ὀλυμπιὰς ὑπὲρ τῆς γενέσεως αὐτοῦ ψεύδεται ἀνηρτῆσθαι, ἀλλ᾽ ἐξ ὧν ἂν αὐτὸς ὑπὲρ Ἀλεξάνδρου συγγράψας ἐξενέγκῃ ἐς ἀνθρώπους. Εἰσὶ δὲ οἳ καὶ τάδε ἀνέγραψαν, ὡς ἄρα ἤρετό ποτε αὐτὸν Φιλώτας, ὅντινα οἴοιτο μάλιστα τιμηθῆναι πρὸς τῆς Ἀθηναίων πόλεως· τὸν δὲ ἀποκρίνασθαι, Ἁρμόδιον καὶ Ἀριστογείτονα, ὅτι τὸν ἕτερον τοῖν τυράννοιν ἔκτειναν, καὶ τυραννίδα ὅτι κατέλυσαν· ἐρέσθαι αὖθις τὸν Φιλώταν, εἰ τῷ τύραννον κτεῖναντι ὑπάρχει, παρ᾽ οὕστινας ἐθέλει τῶν Ἑλλήνων φυγόντα σώζεσθαι· καὶ ἀποκρίνασθαι αὖθις Καλλισθένην, εἰ καὶ μὴ παρ᾽ ἄλλους[72], παρά γε Ἀθηναίους ὅτι φυγόντι ὑπάρχει σώζεσθαι. Τούτους γὰρ καὶ πρὸς Εὐρυσθέα πολεμῆσαι ὑπὲρ τῶν παίδων τῶν Ἡρακλέους, τυραννοῦντα ἐν τῷ τότε τῆς Ἑλλάδος. Ὑπὲρ δὲ τῆς προσκυνήσεως, ὅπως ἠναντιώθη Ἀλεξάνδρῳ, καὶ τοιόσδε κατέχει λόγος. Ξυγκεῖσθαι μὲν γὰρ τῷ Ἀλεξάνδρῳ πρὸς τοὺς σοφιστάς τε καὶ τοὺς ἀμφ᾽ αὐτὸν Περσῶν καὶ Μήδων τοὺς δοκιμωτάτους, μνήμην τοῦ λόγου τοῦδε ἐν πότῳ ἐμβαλεῖν· ἄρξαι δὲ τοῦ λόγου Ἀνάξαρχον, ὡς πολὺ δικαιότερον ἂν θεὸν νομιζόμενον Ἀλέξανδρον, Διονύσῳ τε καὶ Ἡρακλεῖ[73], μὴ ὅτι τῶν ἔργων ἕνεκα, ὅσα καὶ ἡλίκα καταπέπρακται Ἀλεξάνδρῳ, ἀλλὰ καὶ ὅτι Διόνυσος μὲν Θηβαῖος ἦν, οὐδέν τι προσήκων Μακεδόσι, καὶ Ἡρακλῆς Ἀργεῖος, οὐδὲ οὗτος προσήκων, ὅτι μὴ κατὰ γένος τὸ Ἀλεξάνδρου· Ἡρακλείδην γὰρ εἶναι Ἀλέξανδρον. Μακεδόνας δ᾽ αὖ τὸν σφῶν βασιλέα δικαιότερον θείαις τιμαῖς κοσμοῦντας· καὶ γὰρ οὐδὲ ἐκεῖνο εἶναι ἀμφίλογον[74], ὅτι ἀπελθόντα γε ἐξ ἀνθρώπων, ὡς θεὸν τιμήσουσι· πόσῳ δὴ δικαιότερον ζῶντα γεραίρειν ἤπερ τελευτήσαντα, ἐς οὐδὲν ὄφελος τῷ τιμωμένῳ. Λεχθέντων δὲ τούτων τε

11 καὶ τοιούτων λόγων πρὸς Ἀναξάρχου, τοὺς μὲν μετεσχηκότας τῆς βουλῆς ἐπαινεῖν τὸν λόγον, καὶ δὴ ἐθέλειν[75] ἄρχεσθαι τῆς προσκυνήσεως· τοὺς Μακεδόνας δὲ τοὺς πολλοὺς μαχομένους τῷ λόγῳ, σιγῇ ἔχειν. Καλλισθένην δὲ ὑπολαβόντα, Ἀλλ᾽ Ἀλέξανδρον μέν, εἰπεῖν, ὦ Ἀνάξαρχε, οὐδεμιᾶς ἀνάξιον ἀποφαίνω τιμῆς, ὅσαι ξύμμετροι ἀνθρώπῳ· ἀλλὰ διακεκρίσθαι γὰρ τοῖς ἀνθρώποις, ὅσαι τε ἀνθρώπιναι τιμαί, καὶ ὅσαι θεῖαι, πολλοῖς μὲν καὶ ἄλλοις, καθάπερ ναῶν τε οἰκοδομήσει, καὶ ἀγαλμάτων ἀναστάσει· ὅτι καὶ τεμένη τοῖς θεοῖς

tales illustrem ac gloriosum redderet: præterea divinitatis communicationem Alexandro non ex iis quæ Olympias de ortu suo mentita esset pendere, sed ex iis quæ ipse de Alexandro scripsisset & ad mortalium notitiam traduxisset. Sunt etiam qui scribant, quum aliquando à Philota interrogatus esset, quem putaret ab Atheniensibus in maximo honore haberi, respondisse Harmodium & Aristogitona, quod alterum tyrannorum interfecissent, ac tyrannidem sustulissent. Philotam rursus interrogasse, si cui contingat tyrannum occidere, apud quos Græcorum profugium illi tutum foret? Respondisse Callisthenem, si non alibi, certe apud Athenienses tutum fore. Hos enim pro filiis Herculis adversus Eurystheum bellum gessisse, qui tum temporis Græciam tyrannide premebat. De adoratione vero, quo pacto Alexandro Callisthenes restiterit, hujuscemodi quippiam narratur. Convenerat inter Alexandrum & sophistas, eosque qui ex Persis & Medis illustriores circa ipsum erant, ut inter pocula in hunc sermonem ex composito venirent. Anaxarchum sermonis initium fecisse, censentem, Alexandrum majore jure pro deo habendum, quam Liberum, aut Herculem: idque non modo propter magnitudinem atque præstantiam rerum ab Alexandro gestarum, verumetiam quod Liber pater Thebanus fuisset, nihil cum Macedonibus commune habens: Hercules autem Argivus, ne ipse quidem conveniens, nisi quod ad Alexandri genus attinet; Alexandrum enim Heraclidem esse. Macedones vero multo convenientius atque æquius suum ipsorum regem divinis honoribus prosequi. Neque enim dubium esse, quin postquam è vivis excessisset, ut deum culturi essent. multo igitur satius esse, vivo illi divinos honores deferre quam mortuo, quum nulla ad eum cultus utilitas esset perventura. Hæc atque alia 11 in hanc sententiam quum ab Anaxarcho dicta essent, eos qui participes consilii initi erant, ea laudasse, & initium adorandi facere velle dixisse: plerosque vero Macedones, qui Anaxarchi orationem improbarent, tacuisse: Callisthenem autem abrupto silentio in hanc sententiam dixisse; „Equidem, „Anaxarche, Alexandrum nullo plane ho„nore, qui quidem hominibus conveniat, „indignum esse censeo. Cæterum statuta „sunt inter homines divini & humani ho„noris discrimina, cum multis aliis rebus, „tum templorum exædificatione, & sta„tuarum erectione. diis enim delubra con„secra-

72 Κἂν μὴ παρ᾽ ἄλλους] MSSti prorsus omnes, εἰ καὶ μή. Neque aliter editio Basileensis. Itaque viderint, qui mutarunt.

73 Διονύσῳ τε καὶ Ἡρακλεῖ] Editio Basil. Ἡρακλέει. Sed MSS. omnes Διονύσῳ τε καὶ Ἡρακλεῖ, quod verissimum.

74 Οὐδ᾽ ἐκεῖνο εἶναι ἀμφίλογον] Tertia vox non est in MS. Optimo.

75 Καὶ δὴ ἐθέλειν] Opt. καὶ ἤδη ἐθέλ.

Egregia de honoribus divinis & humanis.

θεοῖς ἐξαιρεῖται, καὶ θύεται ἐκείνοις, καὶ σπένδεται· καὶ ὕμνοι μὲν ἐς τοὺς θεοὺς ποιοῦνται, ἔπαινοι δὲ ἐς ἀνθρώπους· ἀτὰρ οὐχ ἥκιστα τῷ τῆς προσκυνήσεως νόμῳ[76]. Τοὺς μὲν γὰρ ἀνθρώπους φιλεῖσθαι πρὸς τῶν ἀσπαζομένων· τὸ θεῖον δὲ ὅτι ἄνω που ἱδρυμένον[77], καὶ οὐδὲ ψαῦσαι αὐτοῦ θέμις, ἐπὶ τῷδε ἄρα τῇ προσκυνήσει γεραίρεται. Καὶ χοροὶ τοῖς θεοῖς ἵστανται, καὶ παιᾶνες ἐπὶ τοῖς θεοῖς ᾄδονται. Καὶ οὐδὲν θαυμαστὸν, ὁπότε γε καὶ αὐτῶν τῶν θεῶν ἄλλοις ἄλλαι τιμαὶ προσκεῖνται, καὶ ναὶ μάλιστα ἥρωσιν ἄλλαι[78], καὶ αὗται ἀποκεκριμέναι τοῦ θείου. Οὔκουν εἰκὸς ξύμπαντα ταῦτα ταράξοντας, τοὺς μὲν ἀνθρώπους ἐς σχῆμα ὑπέρογκον καθιστάναι τῇ τιμῶν ταῖς ὑπερβολαῖς, τοὺς θεοὺς δὲ, τό γε ἐπὶ σφίσιν, ἐς ταπεινότητα οὐ πρέπουσαν καταβάλλειν, τὰ ἴσα ἀνθρώποις τιμῶντας. Οὔκουν οὐδὲ Ἀλέξανδρον ἀνασχέσθαι ἂν, εἰ τῶν ἰδιωτῶν τις εἰσποιοῖτο ταῖς βασιλικαῖς τιμαῖς[79] χειροτονίᾳ ἢ ψη-

„ secramus ; iisque sacra facimus & libamus. rursus hymni deorum sunt, laudes „ hominum, sed non cum adoratione conjunctæ. Hominibus siquidem à salutantibus oscula dantur : deos verò edito loco „ positos, ne contingi quidem fas est, ideoque adoratione coluntur. Tripudia etiam „ saltationesque diis fiunt, & pæanes cantantur. Neque vero mirum id est, quum „ ex diis alii aliis honores tribuantur. & „ quidem heroibus alii, etiam ipsi à divinis honoribus diversi. Non est igitur consentaneum hæc omnia inter se confundere, neque homines nimiis honoribus supra humanum modum extollere, & deos „ ad statum ab illorum dignitate alienum „ redigere, ut nimirum eodem quo homines cultu colantur. Neque enim pateretur Alexander privatum aliquem, regios „ honores electione suffragiisque illegiti- „ mis,

76 Ἀτὰρ οὐχ ἥκιστα τῷ τῆς προσκυνήσεως νόμῳ] Adeo mirifice has voces interpretantur viri boni, ut vix opiner ab iis vel illas ipsas vel omnis hujus periodi connexionem recte fuisse perceptam. Vulcanius, *sed non cum adoratione conjunctæ*. Id minime respondet Græcis. Facius: *hymni Deorum sunt, laudes hominum. homines quidem à salutantibus osculari mos est.* Inepte & ridicule. Omnia sic erant vertenda & concinnanda. *Sed statuta esse inter homines discrimina, quæ ad divinos, & quæ ad humanos honores pertinerent, multis quidem aliis rebus, veluti ædium ædificatione, statuarum erectione; quod & templa Diis eximuntur iisque sacrificatur & libatur; sed & hymni deorum sunt, laudes hominum: tum etiam, quod in his non est minimum, ritu adorandi.* Particula τις in illis τιμῶν τοῖς θεοῖς τις ἐξαιρεῖται, debet induci, & in plurimis MSS. non exstat. Est autem hic locus priscæ philosophiæ notus & fere communis, quem sic profert Æschylus in Agamemnone 646 χωρὶς ἡ τιμὴ θεῶν. Euripides apud Stobæum: Θεῶν δ' ἐν θνητοῖς κόσμον οὐ περιττὸν φέρειν. Eoque sensu Tiberius precatur deos, ut ipsi *quietam & intelligentem humani divinique juris mentem duint* apud Tacitum IV annal. 38. Unde & Ovidius II Pont. epist. 8

Sic homines novere Deos, quos arduus æther
Occulit, & colitur pro Jove forma Jovis.

77 Τὸ θεῖον δ' ἐν ἄνω που ἱδρυμένον] Hæc Græca quum sint vitrea fracta, & sententiæ contra Arriani morem dissolutæ, ut nihil cohæreat, nempe *Numen autem supra alibi positum, & neque tangere id fas, idcirco sane adoratione honoratur*, vide tamen, ut potuerint in versionibus connectere viri docti satis videntes, non esse hunc stylum hujus auctoris, in quibus Facius: *Divinitas autem, quoniam in supernis sedem suam tenet, neque fas est eam à mortalibus contingi, propterea adorando colitur.* Lipsius item ad Plinii panegyricum c. 23. *At numina in alto posita, quia contingere non licet, adoratione coli.* Accessit demum Vulcanius, cujus adsunt verba. At unde arcessunt ista, *quoniam, quia, ideoque?* Ut mirari oporteat, cur sic editi codices se vitiari permiserint, scriptis omnibus optime purum & integrum servantibus quod Arrianus reliquerat, nempe δ' ὅτι ἄνω. Ea vocula certe ineleganter abest & restitui tempus exigit. Vertendum vero: *numen autem, quoniam in edito positum est, & ne quidem contingere id datur, propterea sane adoratione colitur.* Hæc & ipsa quum esset vulgata opinio, hinc plebs ridebat λέγοντας ὡς καὶ ὁ θεὸς οὐκ ἐν οὐρανῷ ἐστιν, ἀλλὰ διὰ πάντων πεφοίτηκεν &c. ut ostendit Lucianus in fine Hermotimi. Eustathius ad Homeri istud Iliad. α, 178 ἀλλ' ἄλλο τις οἴονται θεὸν εἰς οὐρανὸν. ὅτι οἱ εἰς οὐρανὸν ὁρῶντες Ἕλληνες εὔχονται, ἔνθα ἱδρῦσθαι τὸ θεῖον δοκεῖ.

78 Καὶ ναὶ μάλιστα ἥρωσιν ἄλλαι] Quid denotet hoc loco vox tertia; quo potissimum inventore huc irrepserit; quo corde denique editores eam legerint & approbaverint, frustra diu admirans inquiro. Et tolerari quocunque modo posset, si retenta fuisset scriptura Basileensis, τιμαὶ προσκεῖνται, καιναὶ μάλιστα, *maxime novæ ac diversæ*, quum interim nesciam, quid sequutus fuerit Facius: *nec est mirandum, quod aliis alii honores superis instituti sint, cum & Heroum quoque honores à deorum cultu differant.* Verum Stephanus vel Rhodomannus in Diodoro Siculo pag. 855 in supplementis post librum XX ediderunt προσκεῖνται καιναὶ μάλιστα. ἥρωσιν ἄλλαι. Sed Vulcanii editio discerpsit vocem, nec quare nec quomodo. Cæterum aliud latebat. In omnibus enim scriptis, tam Perusino quam Florentinis (& postea quoque notavit ex V. C. Vulcanius) perspicue satis legitur καὶ ναὶ μὰ Δία ἥρωσιν, quod tam pretiosum, quam inane ac ineptum est vulgarum, perinde ut in Alexandri oratione v, 26. τότε οὐκ ἠγανάκτεις μὰ Δία ὑμεῖς &c. Unde id prorsus restituendum. Ex quo loco etsi suspicari posses particulam ναὶ esse ortam ex varia lectione copulæ præcedentis, ut libenter inductum velles, non debet tamen induci, utpote quum hæc elegantissime jungi demonstret admirandus Xenophonteæ Κυροπαιδείας lepor, ubi persæpe occurrit καὶ μὰ Δί' ἔφη ὁ Κῦρος. Etiam Plutarchus p. 152 Conviv. 7 sæpe καὶ μὰ Δία. Etiam Ælianus XIII Variæ Hist. 4. Et quis non? Itaque hinc petenda medicina Luciani loco in Judicio vocalium p. 50 de litera γάμμα. Ἐπαύσαντο δ' ἂν καὶ πρὸς τὸ λάμβδα μαχόμενον τὸ, μόγις, ἀφαιρούμενον αὐτοῦ καὶ μὰ Δία παραμένοντος, ubi quum edant vulgo μάλιστα similiter, Bourdelotius potuit agnoscere locum corruptum, sed cui non mederetur; Marcilius tentavit μογίδα temere, quum quod scribit de μαλίδα probari nullo modo ab eo possit. Mox quoque idem ἀνταπαράσσοντας pro simplice ταράσσοντας.

79 Τῶν ἰδιωτῶν τις εἰσποιοῖτο ταῖς βασιλικαῖς τιμαῖς] Nisi si ipse in pœnam alterius excitaret, ut postea Ptolemæus, Attalus, Ariarathes, tres omnino reges, potuerunt hanc contumeliam regio nomini inferre in Alexandro Bala, & alii deinde in Zabina, altero fortis extremæ juvene, altero negotiatoris filio.

ἢ ψήφῳ ἢ δικαίᾳ. Πολὺ ἂν οὖν δικαιότερον τοὺς θεοὺς δυσχεραίνειν, ὅσοι ἄνθρωποι ἐς τὰς θείας τιμὰς σφᾶς εἰσποιοῦσιν, ἢ πρὸς ἄλλων εἰσποιούμενοι ἀνέχονται. Ἀλέξανδρον δὲ πόρρω τῶν ἀνδρῶν ἀγαθῶν τὸν ἄριστον εἶναί τε καὶ δοκεῖν, καὶ βασιλέων τὸν βασιλικώτατον, καὶ στρατηγῶν τὸν ἀξιοστρατηγότατον[80]. Καί σε, εἴπερ τινὰ ἄλλον, ὦ Ἀνάξαρχε, εἰσηγητὴν τε τῶν λόγων ἐχρῆν γίγνεσθαι, καὶ κωλυτὴν τῶν ἐναντίων ἐπὶ σοφίᾳ τε καὶ παιδεύσει Ἀλεξάνδρῳ ξυνόντα· οὔκουν ἄρχειν σε τῶνδε τῶν λόγων πρέπον ἦν, ἀλλὰ μεμνῆσθαι γὰρ οὐ Καμβύσῃ οὐδὲ Ξέρξῃ ξυνόντα ἢ συμβουλεύοντα, ἀλλὰ Φιλίππου μὲν παιδί, Ἡρακλείδῃ δὲ ἀπὸ γένους, καὶ Αἰακίδῃ, ὅτου οἱ πρόγονοι ἐξ Ἄργους εἰς Μακεδονίαν ἦλθον, οὐδὲ βίᾳ, ἀλλὰ νόμῳ Μακεδόνων ἄρχοντες διετέλεσαν. Οὔκουν οὐδὲ αὐτῷ τῷ Ἡρακλεῖ ζῶντι ἔτι θεῖαι τιμαὶ παρ' Ἑλλήνων ἐγένοντο, ἀλλ' οὐδὲ τελευτήσαντι πρόσθεν, ἢ πρὸς τοῦ θεοῦ τοῦ ἐν Δελφοῖς ἐπιθεσπισθῆναι[81], ὡς θεὸν τιμᾶν Ἡρακλέα. Εἰ δ' ὅτι ἐν τῇ βαρβάρῳ γῇ ὀλίγοι γίγνονται, βαρβαρικὰ χρὴ ἔχειν τὰ φρονήματα, καὶ ἐγὼ τῆς Ἑλλάδος μεμνῆσθαί σε ἀξιῶ, ὦ Ἀλέξανδρε, ἧς ἕνεκα ὁ πᾶς στόλος σοι ἐγίγνετο, προσθεῖναι τὴν Ἀσίαν τῇ Ἑλλάδι. Καὶ οὖν ἐνθυμήθητι ἐκεῖσε ἐπανελθών, ἆρά γε καὶ τοὺς Ἕλληνας τοὺς ἐλευθερωτάτους προσαναγκάσεις ἐς τὴν προσκύνησιν, ἢ Ἑλλήνων μὲν ἀφέξῃ, Μακεδόσι δὲ προσθήσεις τήνδε τὴν ἀτιμίαν· ἢ διακεκριμένα ἔσται σοι αὐτῷ τὰ τῆς τιμῆς[82] ἐς ἅπαν, ὡς πρὸς Ἑλλήνων μὲν καὶ Μακεδόνων ἀνθρωπίνως τε καὶ Ἑλληνικῶς τιμᾶσθαι· πρὸς δὲ τῶν βαρβάρων μόνων βαρβαρικῶς. Εἰ δὲ Κῦρον τὸν Καμβύσου λέγουσι, τὸν πρῶτον προσκυνηθῆναι ἀνθρώπων Κῦρον[83], καὶ ἐπὶ τῷδε ἐμμεῖναι Πέρσαις τε καὶ Μήδοις τήνδε τὴν ταπεινότητα, χρὴ ἐνθυμεῖσθαι, ὅτι τὸν Κῦρον ἐκεῖνον Σκύθαι ἐσωφρόνισαν, πένητες ἄνδρες καὶ αὐτόνομοι, καὶ Δαρεῖον ἄλλοι αὖ Σκύθαι, καὶ Ξέρξην

„ mis, usurpare. Multo itaque justius deos „ indignaturos, si quis mortalium divinos „ honores sibi arroget, aut ab aliis delatos „ sustineat. Atque Alexandrum quidem in- „ finitis partibus fortium virorum fortissi- „ mum esse atque haberi, inter reges ma- „ xime regium, inter imperatores maximè „ imperio dignum. Ac te quidem, Anaxar- „ che, si quem alium, oportebat hujusmo- „ di sermonibus Alexandrum instruere, at- „ que à contrariis deterrere, cujus ille quo- „ tidianâ consuetudine propter sapientiam & „ eruditionem utitur. Neque te convenie- „ bat hujus sermonis autorem esse: at po- „ tius meminisse, te non id Cambysi aut „ Xerxi consulere, sed Philippi filio, qui „ ab Hercule atque Æaco genus ducat, „ cujus majores ex Argis in Macedoniam „ venerunt, neque vi sed Macedonum mo- „ ribus atque institutis imperium tenuerunt. „ Sed ne Herculi quidem, quum adhuc in „ vivis esset, divini honores à Græcis dela- „ ti sunt, imo ne mortuo quidem, donec „ Delphico oraculo ut pro deo coleretur „ jussum fuit. Si vero, quod in barbarâ re- „ gione pauci sint, barbaricos sensus indue- „ re oportet, ego te, Alexander, ut Græ- „ ciæ memineris oro, cujus gratiâ hæc omnis „ expeditio à te suscepta est, ut Asiam Græ- „ ciæ adjicias. Nunc vero cogita, an quum „ in Græciam redieris, Græcos liberrimos „ populos ad tui adorationem sis compulsu- „ rus, aut an, Græcis exemptis, Macedo- „ nas tantum hoc dedecore sis oneraturus: „ aut an tibi diversi plane honores sint de- „ cernendi, Græcis quidem & Macedoni- „ bus humanos honores Græcorum more „ tibi deferentibus: barbaris autem solis bar- „ barice te colentibus? Si vero de Cyro „ Cambysis filio dicitur, primum omnium „ mortalium Cyrum ab hominibus adora- „ tione cultum fuisse, atque ab hoc sum- „ missionem hanc Persis & Medis perman- „ sisse, cogitare te oportet Scythas popu- „ lum inopem, liberum tamen, Cyri inso- „ lentiam compescuisse: Darium rursus alii „ Scythæ ad modestiam redegerunt, Xer- „ xem

80 Ἀξιοστρατηγότατον] Opt. ἀξιοστρατηγικώτατον.

81 Ἐπιθεσπισθῆναι] Opt. θεσπισθῆναι.

82 Ἢ διακεκριμένα ἔσται σοι αὐτῷ τὰ τῆς τιμῆς] Reddidit Latine Vulcanius ita, ut valde sensus ejus distet ab sensu Græcorum, quæ commodius expressa videntur ab Facio: *vel potius distinctis pro diversitate gentium honoribus, à Græcis quidem ac Macedonibus patrio more coli velis.* Neque enim hìc agitur de honoribus decernendis, quos tamen ipsos sic citare potuit ad Curtium Freinshemius VIII, 5, 21, alioquin ita acriter diligens; sed quemadmodum ea quæ ad honores præstandos pertinerent, Alexander vellet disposita & distincta habere. Et sane quod hìc proponit Callisthenes, ut absurdum & ignobile, videntur arripuisse adulatores, ut suaderent Regi, qui ea ratione usus fuit. Nam Plutarchus scribit Alexandrum per Hephæstiona περσίζειν respondisse barbaris, per Craterum vero patrii moris tenacem Macedonibus & Græcis. Sed & literas, quas in Europam mitteret, veteris annuli gemma obsignabat, iis quas in Asiam scriberet, Darii annulus imprimebatur. Adde, quæ notat Freinshemius ad Curtium VIII, 5, 6 ex Luciano.

83 Πρῶτον προσκυνηθῆναι ἀνθρώπων Κῦρον] Recte sic accessi venerationis hujusmodi originem judicat Bar. Brissonius in libro I de regno Pers. ubi hunc locum citat. Cæterum non multo post citat quoque locum Strabonis ex libro X, ubi à Medis transiisse τὴν περὶ τὰς βασιλέας θεραπείαν καὶ κόσμον καὶ σεβασμὸν θεοπρεπῆ παρὰ τῶν ἀρχομένων. Immo accedat Herodotus de Astyage lib. I c. 119. Ἄστυαγες μὲν, ὡς ἤκουσε ταῦτα, προσκυνήσας .... ἐς τὰ οἰκία.

ξαν Ἀθηναῖοι καὶ Λακεδαιμόνιοι, καὶ Ἀρταξέρξην Κλέαρχος καὶ Ξενοφῶν, καὶ οἱ ξὺν τούτοις μύριοι, καὶ Δαρεῖον τοῦτον Ἀλέξανδρος, 12 μὴ προσκυνούμενος. Ταῦτα δὴ καὶ τοιαῦτα εἰπόντα Καλλισθένην, ἀνιᾶσαι μὲν μεγάλως τὸν Ἀλέξανδρον, Μακεδόσι δὲ ἀδελφὰ εἰπεῖν[84]· καὶ τοῦτο γνόντα Ἀλέξανδρον, πέμψαντα κυκλῶσαι Μακεδόνας[85], μεμνῆσθαι ἔτι τῆς προσκυνήσεως. Ἀλλὰ σιγῆς γὰρ γενομένης ἐπὶ τοῖς λόγοις, ἀναστάντας Περσῶν τοὺς πρεσβυτάτους, ἐφεξῆς προσκυνεῖν. Λεοννάτον δὲ ἕνα τῶν ἑταίρων, ἐπειδή τις ἐδόκει τῶν Περσῶν αὐτῷ οὐκ ἐν κόσμῳ προσκυνῆσαι, τὸν δὲ ἐπιγελάσαι τῷ σχήματι τοῦ Πέρσου, ὡς ταπεινῷ[86]· καὶ τούτῳ χαλεπήναντα τότε Ἀλέξανδρον, ξυναλλαγῆναι αὖθις. Ἀναγέγραπται δὲ δὴ καὶ τοιόσδε λόγος· προπίνειν φιάλην χρυσῆν ἐν κύκλῳ Ἀλέξανδρον πρώτοις μὲν τούτοις, πρὸς οὕστινας ξυνέκειτο αὐτῷ τὰ τῆς προσκυνήσεως· τὸν δὲ πρῶτον ἐκπιόντα τὴν φιάλην, προσκυνῆσαί τε ἀναστάντα, καὶ φιληθῆναι πρὸς αὐτοῦ, καὶ τοῦτο ἐφεξῆς διὰ πάντων χωρῆσαι· ὡς δὲ ἐς Καλλισθένην ἧκεν ἡ πρόποσις, ἀναστῆναι μὲν Καλλισθένην καὶ ἐκπιεῖν τὴν φιάλην· καὶ προσελθόντα ἐθέλειν φιλῆσαι, οὐ προσκυνήσαντα. Τὸν δὲ τυχεῖν μέν τι διαλεγόμενον Ἡφαιστίωνι· οὔκουν προσέχειν τὸν νοῦν, εἰ καὶ τὰ τῆς προσκυνήσεως ἐπιτελῆ[87] αὐτῷ Καλλισθένει ἐγένετο. Ἀλλὰ Δημήτριον γὰρ τὸν Πυθώνακτος, ἕνα τῶν ἑταίρων, ὡς προσῄει αὐτῷ ὁ Καλλισθέ-

„xem Athenienses & Lacedæmonii, Artaxerxem Clearchus & Xenophon, cum „decem tantum hominum millibus; Darium „etiam hunc Alexander, quum nulla illi „adoratio decreta esset. Hæc aliaque ejusce- 12 modi quum dixisset Callisthenes, Alexandrum quidem molestissime tulisse, Macedonibus vero gratissima accidisse: quo cognito, Alexandrum misisse qui Macedonas ambirent, uti adorationis memores essent, silentioque ad hunc sermonem facto, qui inter Persas ætate dignitateque præstabant consurrexisse, eumque ordine adorasse. Leonnatum vero, unum ex amicis, quum ex Persis quendam indecore adorantem conspexisset, gestum illius Persæ, ut nimis abjectum, irrisisse. Alexandrum vero tunc indignatum, postea conciliatum fuisse. Sunt qui scribant, Alexandrum phialam auream in coronâ propinasse, iis quidem primum quibuscum de se adorando convenisset: eumque qui primus ebibisset, consurrexisse atque adorasse, deinde osculo ab eo exceptum esse. idque ordine deinceps à reliquis factitatum. Quumque propinandi ordo ad Callisthenem venisset, consurrexisse quidem, & phialam ebibisse, propiusque accedentem osculari voluisse, adoratione prætermissâ. At tum forte Alexandrum sermonem cum Hephæstione habuisse, eamque ob rem non animadvertisse, an integram adorationem deferret. Demetrium vero Pythonactis filium, unum ex amicis, quum

84 *Μακεδόσι δὲ ἀδελφὰ εἰπεῖν*] Opt. pro ἀδελφὰ habet πρὸς θυμοῦ. Vix decerno quæ glossa, quæve interpretatio habenda. Suidas quidem operosior est in explicandis illis πρὸς θυμοῦ, quam voce ἀδελφός. Verum ipsa significatio, quâ gaudet istud adjectivum, est non satis conveniens huic loco, ubi sane requiritur *gratissima*, ut dedit Vulcanius, aut *Macedones libenter audierunt*, ut Facius; cæterum ea vis non attribuitur ei voci, sed similia, paria, æqualia, omnia non hujus loci, ut apud Lucianum in Gallo οὕτως ἀδελφὰ ἐγνώμην τὰ σὰ τοῖς ἐμοῖς φανῶσι. Idcirco stare cogor ab Optimo codice, præsertim quum utatur eodem sermone Arrianus V, 2 καὶ ταῦτα Ἀλεξάνδρῳ πρὸς θυμοῦ ἐγίγνετο ἀκούειν. VII, 6 τοὺς γάμους οὐ πρὸς θυμοῦ γενέσθαι τοῖς πολλοῖς αὐτῶν. Etiam in uno MS. vidi ἀδελφὸν, ut scias fuisse hic aliquid incertum, in quo hæserunt librarii.

85 *Πέμψαντα κυκλῶσαι Μακεδόνας*] *Misisse, qui Macedonas ambirent.* Hoc igitur exemplum fugit diligentiam Stephani, ut ex classico scriptore demonstraret κυκλῶσαι usurpatum pro *ambire*, quod notaret non modo circumdare, sed simul rogare, atque adeo conveniret optime de prensatione Romana scribentibus, qui eo vix ita tamen utuntur. Id verbum ex imitatione Facii hic dedit Vulcanius, non contradicentibus aliis, quorum provincia erat saltem observare, si id admittas, longe alienissimam & absurdam quandam exoriri sententiam. Cur enim ambire jussit, ut tantum memores forent adorationis, & non plane eam introducerent? Utique neminem credo eorum, qui huic disputationi adfuere, totâ vitâ obliturum fuisse hujus tantopere pœnitendi ac pudibundi Alexandro temporis ac fastus; ut potius ambire debuerit, ne ejus memores ultra essent. Satis inde apparet aliud hic latere, quod licet tegat omnis scriptorum librorum cohors, tamen unus ille Opt. liber sanctior fuit, quam ut nos ab ejus cognitione excluderet. In eo namque sine macula scriptum est κωλῦσαι, quod non absque veneratione præstantissimi & emendatissimi codicis plurima excepi. Nempe Alexander quum videret ex verissima Callisthenis ratiocinatione nimiam invidiæ exaggerationem, eamque inciperet tandem vereri, misit qui Macedonas prohiberent vel meminisse ultra adorationis. Sensus maxime sincerus, & assuetus principum mos ad aliquid abolendum. Quid enim est aliud hoc loco κωλῦσαι, nisi simile decretum illi Claudiano, quo quintus ille Cæsar id biduum, quo de mutando reipublicæ statu hæsitatum erat, memoriæ eximeretur. Itaque sic explosa est adoratio, ut scribebat Justinus.

86 *Ἐπιγελάσαι τῷ σχήματι ὡς ταπεινῷ*] MSS. omnes ταπεινόν. Sed & Opt. ἐπιγελάσαι τῷ σχήματι ὡς ταπεινόν. Eaque inclinatio frequentius adjungitur, ut V, 2 ἐπισπουδάσαι τῷ λόγῳ. Appianus de capite Marii Junioris. καὶ αὐτὴν ὁ Σύλλας ἐν ἀγορᾷ πρὸ τῶν ἐμβόλων θέμενος, ἐπιγελάσαι λέγεται τῇ νεότητι τοῦ ὑπάτου. Idem quoque deinceps τούτῳ χαλεπήναντα.

87 *Καὶ τὰ τῆς προσκυνήσεως ἐπιτελῆ*] Est ubi hæc particula denotare interrogationem potest & particulæ Latinæ *an* respondere. Notum vulgo καὶ εἰ τινων. Hoc autem loco id facere non videtur posse, & idcirco conjeceram εἰ vel ἤ. Quin etiam fuisse hic jam à longo tempore hæsitatum probat unus ex Florentinis, in quo legitur καὶ τὰ τῆς προσκυνήσεως οὐκ ἐπιτελῆ &c. quomodo etiam ex V. C. adscripsit Vulcanius. Sed vana omnia. Legendum ex Optimo codice εἰ καὶ τὰ τῆς, quod adhibui.

λισθένης φιλήσων, φάναι, ὅτι οὐ προσκυνήσας πρόσεισι, καὶ τὸν Ἀλέξανδρον οὐ παραδέξασθαι φιλῆσαι ἑαυτόν· τὸν δὲ Καλλισθένην, φιλήματι (φάναι) ἔλαττον ἔχων ἄπειμι. Καὶ τούτων ἐγὼ ὅσα ἐς ὕβριν τὴν Ἀλεξάνδρου τὴν ἐν τῷ παραυτίκα, καὶ ἐς σκαιότητα τὴν Καλλισθένους φέροντα, οὐδὲν οὐδαμῇ ἐπαινῶ· ἀλλὰ τὸ καθ᾽ αὑτόν γε κοσμίως τίθεσθαι ἐξαρκεῖν φημὶ, αὔξοντα (ὡς ἀνυστὸν) τὰ βασιλέως πράγματα, ὅτῳ τις ξυνεῖναι οὐκ ἀπηξίωσεν. Οὔκουν ἀπεικότως δι᾽ ἀπεχθείας γενέσθαι Ἀλεξάνδρῳ Καλλισθένην τίθεμαι, ἐπί τε τῇ ἀκαίρῳ τε παρρησίᾳ, καὶ ὑπερόγκῳ ἀβελτηρίᾳ. Ἐφ᾽ ὅτῳ τεκμαίρομαι μὴ χαλεπῶς πιστευθῆναι τοὺς κατειπόντας Καλλισθένους, ὅτι μετέσχε τῆς ἐπιβουλῆς τῆς γενομένης Ἀλεξάνδρῳ ἐκ τῶν παίδων· τοὺς δὲ, ὅτι καὶ ἐπῆρεν αὐτοὺς[88] εἰς τὸ ἐπιβουλεῦσαι. Ξυνέβη δὲ τὰ τῆς ἐπιβουλῆς ὧδε. 13 Ἐκ Φιλίππου ἦν ἤδη καθεστηκὸς, τῶν ἐν τέλει Μακεδόνων τοὺς παῖδας, ὅσοι ἐς ἡλικίαν ἐμειρακίσαντο, καταλέγεσθαι ἐς θεραπείαν τοῦ βασιλέως, τά τε περὶ τὴν ἄλλην δίαιταν τοῦ σώματος διακονεῖσθαι βασιλεῖ, καὶ κοιμώμενον φυλάσσειν τούτοις ἐπετέτραπτο· καὶ ὁπότε ἐξελαύνοι βασιλεὺς, τοὺς ἵππους παρὰ τῶν ἱπποκόμων δεχόμενοι ἐκεῖνοι προσῆγον, καὶ ἀνέβαλλον οὗτοι[89] βασιλέα τὸν Περσικὸν τρόπον, καὶ τῆς ἐπὶ θήρᾳ φιλοτιμίας βασιλεῖ κοινωνοὶ ἦσαν. Τούτων καὶ Ἑρμόλαος ἦν, Σωπόλιδος μὲν παῖς, φιλοσοφίᾳ δὲ ἐδόκει προσέχειν τὸν νοῦν, καὶ Καλλισθένην θεραπεύειν. Ἐπὶ τῷδε ὑπὲρ τούτου λόγος πρεσβεύει[90], ὅτι ἐς θήραν προσφερομένου Ἀλεξάνδρῳ συὸς, ἔφθη βαλὼν τὸν σῦν ὁ Ἑρμόλαος· καὶ ὁ μὲν σῦς πίπτει βληθείς. Ἀλέξανδρος δὲ οὗ καιροῦ ὑστερήσας, ἐχαλέπηνε τῷ Ἑρμολάῳ, καὶ κελεύει αὐτὸν πρὸς ὀργὴν πληγὰς λαβεῖν, ὁρώντων τῶν ἄλλων παίδων, καὶ τὸν ἵππον αὐτοῦ ἀφείλετο. Τοῦτον τὸν Ἑρμόλαον ἀλγήσαντα τῇ ὕβρει, φράσαι πρὸς Σώστρατον τὸν Ἀμύντου, ἡλικιώτην τε αὐτοῦ καὶ ἐραστὴν ὄντα, ὅτι οὐ βιωτόν ἐστι μὴ τιμωρησαμένῳ[91] Ἀλέξαν-

quum Callisthenes Alexandrum osculaturus accederet, dixisse, illum eo non adorato accedere. atque ita Alexandrum ejus osculum non admisisse; tum Callisthenem dixisse, se osculi jacturâ factâ discedere. Ego vero nihil aut eorum quæ ad ignominiam Alexandri illico pertinent, aut Callisthenis asperitatem morum laudaverim: sufficere autem existimaverim modestiam præ se ferre, eumque qui regi inservire velit, ejus negotia, quoad fieri potest, promovere. Non igitur immerito odiosum fuisse Alexandro Callisthenem censeo, ob intempestivam ejus loquendi libertatem, & ineptam arrogantiam. Quam quidem ob causam crediderim facile fidem habitam fuisse delatoribus, qui Callisthenem insidiarum, quæ Alexandro per pueros structæ erant, conscium fuisse accusârant; aliisque, qui illos ab eo incitatos dicebant. Insidiæ vero hujuscemodi fuerunt. Erat jam ante à Phi- 13 lippo institutum, uti Macedonum, qui in summa dignitate constituti essent, filii quum adolevissent, ad regium ministerium deligerentur, & cum ad alia quæ ad regii corporis curam pertinerent præsto essent, tum eo cubante custodias agerent. Hi equos quum rex ascensurus esset, ab agasonibus acceptos ad regem adducebant: eum Persico more in equum imponebant, & venationi studentem comitabantur. In his erat Hermolaus Sopolidis F. qui quidem philosophiæ studiosus esse videbatur, & Callisthenem observare. Hunc Hermolaum, rumor est quum Alexandro inter venandum aper occurrisset, in eo feriendo Alexandrum prævenisse. atque aper quidem ictus procidit. Indignatum regem opportunitatem feriendi apri sibi præreptam, adolescentem per iram, cæteris pueris spectantibus verberari, eique equum adimi jussisse. quam contumeliam ægre ferentem Hermolaum, rem cum Sostrato Amyntæ filiò, æquali atque amatore suo communicasse, vitam sibi acerbam testatum, nisi Alexandri

88 **Ἐπῆρεν αὐτοὺς**] Quid peiune, quum sic edunt? in MS. Optimo, in reliquis Mediceis omnibus, in editione Basileensi legitur **αὐτὸς**, quod quanto est nervosius! & ipsi id in interpretatione exprimunt.

89 **Καὶ ἀνέβαλλον οὗτοι &c.**] Quid interpretationibus factum sit nescio. Adscripsit in infima pagina Vulcanius. *Opinio H. Steph. hinc confutatur de significatione verbi ἀναβάλλεσθαι.* Quæ nota respicit præfationis ista verba. [Lib. 4 de filiis nobilium qui regi inserviebant, **καὶ ἀνέβαλλον οὗτοι βασ. τ. Π. τρόπον**, vertit Facius *Persico habitu ornati*, pro Persico habitu regem vestiebant, vel (ut Henricus Stephanus interpretandum censet) Persico more regem in equum tollebant.] Ubi adscripsit Vulcanius, *adjectum ab Henrico Stephano.* Hinc hæreo, quæ sit interpretatio Vulcanii. An tanta fuit H. Stephani audacia, ut in ipso contextu interpolaverit verba Vulcanii, & suam interpretationem subjecerit? Certe verba præfationis cum interpretatione ipsa pugnant.

90 **Καὶ Καλλισθένην θεραπεύειν ἐπὶ τῷδε. Ὑπὲρ τούτου λόγος πρεσβεύει**] Ita distinxeram hunc locum vulgo aliter habitum, vertebamque, *& propterea Callisthenem observare. Hunc rumor est*, &c. quum postea agnovi Vulcanium similiter notasse ex V. C. in hæc verba [V. C. legit **θεραπεύειν ἐπὶ τῷδε. ὑπὲρ**] & versioni adscripsisse, *videbatur, eoque nomine Callisthenem observare.* In ultimo autem verbo, ut securi sunt editi per typos libri, sic nonnihil scrupuli est in MSS. quum in uno id plane non invenerim, in tribus autem pro eo erat **προσφέρει**: sed in Optimo **κατέχει**, quo etiam æque ac vulgato alibi Arrianus utitur. Sed etiam paulo ante idem codex **τούτων καὶ Ἑρμόλαος, Σωπόλιδος μὲν** &c. omisso verbo **ἦν**.

91 **Ὅτι οὐ βιωτόν ἐστι μὴ τιμ.**] MSS. Medicei omnes **οὐ βιωτὸν οἱ ἦν**. Unus ille V.C. notante Vulcanio **ὅτι ἀβίωτον οἱ ἦν**, omnia sane non ociose contemnenda & melio-

 ra

λέξανδρον τῆς ὕβρεως· καὶ τὸν Σώστρατον οὐ χαλεπῶς συμπεῖσαι μετασχεῖν τοῦ ἔργου, ὅτι ἐρῶντα. Ὑπὸ τούτου δὲ ἀναπεισθῆναι Ἀντίπατρόν τε τὸν Ἀσκληπιοδώρου τοῦ Συρίας σατραπεύσαντος, καὶ Ἐπιμένην τὸν Ἀρσέου, καὶ Ἀντικλέα τὸν Θεοκρίτου, καὶ Φιλώταν τὸν Κάρσιδος τοῦ Θρᾳκός. Ὡς οὖν περιῆκεν ἐς Ἀντίπατρον ἡ νυκτερινὴ φυλακή, ταύτῃ τῇ νυκτὶ ξυγκείμενον εἶναι ἀποκτεῖναι Ἀλέξανδρον, κοιμωμένῳ ἐπιπεσόντα[92]. ξυμβῆναι δὲ οἱ μὲν αὐτομάτως λέγουσιν, ἔστε ἡμέραν πίνειν Ἀλέξανδρον. Ἀριστόβουλος δὲ ὧδε ἀνέγραψε· Σύραν γυναῖκα ἐφομαρτεῖν Ἀλεξάνδρῳ, κάτοχον ἐκ τοῦ θείου γιγνομένην, καὶ ταύτην τὸ μὲν πρῶτον γέλωτα εἶναι Ἀλεξάνδρῳ τε καὶ τοῖς ἀμφ' αὐτόν· ὡς δὲ τὰ πάντα ἐν τῇ κατοχῇ ἀληθεύουσα ἐφαίνετο, οὐκέτι ἀμελεῖσθαι ὑπ' Ἀλεξάνδρου, ἀλλ' εἶναι γὰρ τῇ Σύρᾳ πρόσοδον πρὸς τὸν βασιλέα καὶ νύκτωρ καὶ μεθ' ἡμέραν, καὶ καθεύδοντι πολλάκις ἤδη ἐπιστῆναι. Καὶ δὴ τότε[93] ἀπαλλασσομένου ἐκ τοῦ πότου κατεχομένην ἐκ τοῦ θείου ἐντυχεῖν, καὶ δεῖσθαι, ἐπανελθόντα πίνειν ὅλην τὴν νύκτα· καὶ Ἀλέξανδρον θεῖόν τι εἶναι νομίσαντα[94], ἐπανελθεῖν τε καὶ πίνειν, καὶ οὕτω τοῖς παισὶ διαπεσεῖν τὸ ἔργον. Τῇ δὲ ὑστεραίᾳ Ἐπιμένης ὁ Ἀρσέου τῶν μετεχόντων τῆς ἐπιβουλῆς, φράζει τὴν πρᾶξιν Χαρικλεῖ τῷ Μενάνδρου, ἐραστῇ ἑαυτοῦ γεγονότι· Χαρικλῆς δὲ φράζει Εὐρυλόχῳ τῷ ἀδελφῷ τοῦ Ἐπιμένους· καὶ ὁ Εὐρύλοχος ἐλθὼν ἐπὶ τὴν σκηνὴν Ἀλεξάνδρου, Πτολεμαίῳ τῷ Λάγου τῷ σωματοφύλακι καταλέγει ἅπαν τὸ πρᾶγμα. Ὁ δὲ Ἀλεξάνδρῳ ἔφησε[95], καὶ Ἀλέξανδρος ξυλλαβεῖν κελεύει, ὧν τὰ ὀνόματα εἶπεν ὁ Εὐρύλοχος· καὶ οὗτοι στρεβλούμενοι, σφῶν τε αὐτῶν κατεῖπον τὴν ἐπιβουλήν, καί τινας καὶ ἄλλους ὠνόμασαν. Ἀριστόβουλος μὲν λέγει, ὅτι καὶ Καλλισθένην ἐπᾶραι σφᾶς ἔφασαν ἐς τὸ τόλμημα· καὶ Πτολεμαῖος ὡσαύτως λέγει. Οἱ δὲ πολλοὶ οὐ ταύτῃ λέγουσιν, ἀλλὰ διὰ μῖσος γὰρ τὸ ἤδη ὂν πρὸς Καλλισθένην ἐξ Ἀλεξάνδρου[97], καὶ ὅτι ὁ Ἑρμόλαος ἐς τὰ μάλιστα ἐπιτή-

dri injuriam ulcisceretur; ac Sostratum quidem non difficulter, utpote amatorem, in societatem facinoris pertractum esse. Ab hoc Antipatrum etiam Asclepiodori (qui satrapatum Syriæ gerebat) F. persuasum, & Epimenem Arseæ filium, atque Anticlem Theocriti, unaque Philotam Carsidis Thracis filium. Quum itaque nocturnæ custodiæ vices ad Antipatrum revolutæ essent, eâ nocte statutum fuisse Alexandrum dormientem opprimere. Contigisse vero, ut suâ sponte, quemadmodum nonnulli scribunt, Alexander in lucem usque potaret. At Aristobulus autor est, mulierem quandam Syram numine correptam Alexandrum sequutam. atque hanc quidem initio & Alexandro ejusque amicis risui fuisse. quum vero in illâ numinis afflatione omnia vera vaticinaretur, non amplius ab Alexandro contemtui habitam, sed liberum Syræ ad regem & noctu & interdiu accessum factum fuisse, ac sæpenumero etiam dormienti adfuiisse. Hanc tum forte regi è compotatione discedenti numine afflatam occurrisse, atque ut reversus totam noctem potando traduceret orasse. Alexandrum divinos monitus esse suspicatum, ad pocula rediisse, & sic puerorum conatus irritos fuisse. Postero die Epimenes Arseæ filius, unus ex conjuratis, Charicli Menandri filio amatori suo rem aperit, Charicles Eurylocho Epimenis fratri: Eurylochus Alexandri tabernaculum ingressus; Ptolemæo Lagi filio corporis custodi totum negotium declarat: is Alexandro id significat, qui statim eos quorum nomina detulerat Eurylochus comprehendi jubet. Hi quæstione adhibitâ, & suum de insidiis consilium aperuerunt, & alios nonnullos nominârunt. Aristobulus quidem autor est, illos hoc etiam dixisse, se à Callisthene ad facinus adeundum incitatos fuisse. quod & Ptolemæus affirmat. Sunt vero qui aliter hac de re scribunt, nimirum Alexandrum quod odio Callisthenis laboraret, & quod magna Hermolao cum

ra vulgatis, & ille βίος ἀβίωτος ubique celebratur. Optimus οὐ βιωτὸν οἱ αὐτῷ ἐστι. Quæ scriptura quum prima fronte nihil videatur præ se ferre nisi abundantiam pleonasmi aut geminæ lectionis servatæ indicium; tum nescio quid continere subodoror elegantiæ secretioris; quia nempe loquitur ad amatorem suum, qui & in ipso erat, ut ipse in amatore, ut nec sibi nec ipsi vivendum amplius dicat. Deinde Opt. ὑπὸ τούτων non τούτου. Et possunt uterque sollicitasse.

92 Ἐπιπεσόντα] Opt. cum alio & V.C. Vulcanii ἐπιπεσόντας.

93 Καὶ δὴ τότε] Opt. καὶ δὴ καὶ τότε.

94 Καὶ θεῖον τι εἶναι νομίσαντα] Nuperus testatur quosdam expressos legere θεῖον τι νοῦν, corrupte. Hoc tantum ille & nil præterea. Sed neque sua hic ponit, sed aliena, & tota sunt Vulcanii. At nisi totus fuisset rupes mera, non debuit hoc ita sordide præterire, & potius curare, ut quod rectum est, ex hoc corrupto effingeretur. Scribendum enim cum omnibus MSS. θεῖόν τι εἶναι.

95 Ἀλεξάνδρῳ ἔφησε] Recte MSS. omnes ἔφρασε.

96 Σφῶν τε αὐτῶν κατεῖπον τὴν ἐπιβουλήν] Non possum negare ista recte se habere: nihilominus etiam tacere non possum voces postremas duas admodum mihi suspectas esse. Certe nihil huc ad sententiam conferunt, quum satis intelligantur. Et constructio ipsa exstat paulo ante: μὴ χαλεπῶς πιστευθῆναι τὰς κακουργίας Καλλισθένους. Alioquin bene novi illa VI, 29. ἐσυλήθησαν, ὡς κατειπεῖν τοὺς δράσαντας. VII, 24 τὸ δὲ οὐδὲν ἄλλο κατειπεῖν, ὅτι μὴ ἐπὶ νοῦν οἱ ἐλθεῖν οὕτω πρᾶξαι.

97 Μῖσος τὸ ἤδη ὂν πρὸς Καλλισθένην ἐς Ἀλέξανδρον] Licet tenui, letali tamen ictu sauciata sunt hæc verba. Neque

ἐπιτήδειος ἦν τῷ Καλλισθένει, οὐ χαλεπῶς πιστεῦσαι τὰ χείρω ὑπὲρ Καλλισθένους Ἀλέξανδρον. Ἤδη δέ τινες καὶ τάδε ἀνέγραψαν· τὸν Ἑρμόλαον προσαχθέντα ἐς τοὺς Μακεδόνας ὁμολογεῖν τε ἐπιβουλεῦσαι· καὶ γὰρ οὐκ εἶναι ἔτι ἐλευθέρῳ ἀνδρὶ φέρειν τὴν ὕβριν τὴν Ἀλεξάνδρου· πάντα καταλέγοντα, τήν τε Φιλώτα οὐκ ἔνδικον τελευτὴν, καὶ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ Παρμενίωνος ἔτι ἐκνομωτέραν, καὶ τῶν ἄλλων τῶν τότε ἀποθανόντων, καὶ τὴν Κλείτου ἐν μέθῃ ἀναίρεσιν, καὶ τὴν ἐσθῆτα τὴν Μηδικὴν, καὶ τὴν προσκύνησιν τὴν βουλευθεῖσαν, καὶ οὔπω πεπαυμένην, καὶ πότους τε καὶ ὕπνους τοὺς Ἀλεξάνδρου· ταῦτα οὐ φέροντα ἔτι, ἐλευθερῶσαι ἐθελῆσαι ἑαυτόν καὶ τοὺς ἄλλους Μακεδόνας. Τοῦτον μὲν δὴ αὐτόν τε καὶ τοὺς ξὺν αὐτῷ ξυλληφθέντας καταλευσθῆναι πρὸς τῶν παρόντων. Καλλισθένην δὲ Ἀριστόβουλος μὲν λέγει δεδεμένον ἐν πέδαις ξυμπεριάγεσθαι τῇ στρατιᾷ, ἔπειτα νόσῳ τελευτῆσαι· Πτολεμαῖος δὲ ὁ Λάγου στρεβλωθέντα καὶ κρεμασθέντα ἀποθανεῖν[98]. Οὕτως οὐδὲ οἱ πάνυ πιστοὶ ἐς τὴν ἀφήγησιν, καὶ ξυγγενόμενοι ἐν τῷ τότε Ἀλεξάνδρῳ, ὑπὲρ τῶν γνωρίμων τε καὶ οὐ λαθόντων σφᾶς ὅπως διεπράχθη, ξύμφωνα ἀνέγραψαν. Πολλὰ δὲ καὶ ἄλλα ὑπὲρ τούτων αὐτῶν ἄλλοι ἄλλως ἀφηγήσαντο· ἀλλ' ἐμοὶ τὰ ἀποχρῶντα ἔστω ἀναγεγραμμένα[99]. Ταῦτα μὲν δὴ οὐ πολλῷ ὕστερον πραχθέντα, ἐγὼ ἐν τοῖσδε τοῖς ἀμφὶ Κλεῖτον ξυνενεχθεῖσιν Ἀλεξάνδρῳ ἀνέγραψα, τούτοις μᾶλλόν τι οἰκεῖα ὑπολαβὼν ἐς τὴν

cum Callisthene familiaritas intercederet, facile in sinistram de Callisthene suspicionem à delatoribus adductum. Nonnulli etiam tradunt, Hermolaum ad Macedonas productum, insidias abs se structas confessum: neque enim liberi hominis esse, Alexandri contumelias ferre; omniaque ab Alexandro perpetrata recensuisse: nimirum injustam Philotæ necem, & patris ejus Parmenionis atque eorum qui tum temporis interfecti fuerant, multo iniquiorem: Cliti etiam per temulentiam cædem, habitum quoque Medorum assumtum, adorationem consultatam, neque adhuc abolitam, adhæc potationes, & somnolentiam Alexandri: quæ quum diutius ferre non posset, voluisse se reliquosque Macedonas in libertatem vindicare. Tum Hermolaum & cæteros comprehensos, à circumstantibus lapidibus obrutos fuisse. Aristobulus vero, Callisthenem compedibus vinctum in exercitu circumductum fuisse, ac postea morbo interiisse scribit: Ptolemæus illum tortum ac deinde crucifixum vitam finisse ait. Adeo ne ipsi quidem scriptores, quorum magna est fides, quique tum temporis Alexandro aderant, de rebus manifestis, quæque quo pacto gestæ essent eos nequaquam latebant, inter se consentiunt. Multa vero etiam alia alii de hisce rebus diversaque scripserunt. Sed de his abunde à me jam dictum est; quæ quidem, quia haud multo post tempore acta fuerunt, iis quæ Clito acciderunt adjeci, quod non aliena ab hac

que enim dubitari potest, quin particula πρὸς idem prorsus notet, quod altera ἐς; neque ratio loquendi paritur, ut istæ sic copulentur, neque ex iis ea sententia exsculpi potest, *Alexandrum, quod odio Callisthenis laboraret*, non magis, quam *Callisthenem, quod odio Alexandri laboraret;* quorum tamen prius necessarium est. Aureum est, quod nunc demum ex MSS. Florentinis (non enim quoque annotavit Vulcanius) restitui Ἀλεξάνδρῳ. Et opinor typorum crimen in Basileensi editione prodi satis ex accentu, quem secundæ syllabæ vocis Ἀλεξάνδρῳ imponunt, quasi voluissent Ἀλεξάνδρῳ. Inde prolatum est ad sequentes.

98 *Κρεμασθέντα ἀποθανεῖν*] Verbum prius ter occurrit in Arriano, quæ loca quum nunc omnia nuperus animadversor colligat, tamen ut augeretur volumen, tum singula deinde separatam animadversionem faciunt, tum quartam citationem ex Diodoro Sic. de Tyro arcessit, ut hac pagina 272, ita p. 147. & ne quidem præterire id verbum potest, etiam ubi recte Vulcanius vertit. Et sane perquam displicet, quod libro VI verterit *laqueo suspendi.* Unde videtur se penitus intelligendum dare. Alioqui non satis circumspecte agit noster, qui, licet alii scriptores dicant *in crucem tolli, cruci adfigi*, propterea *suspendi* negat minus rectum esse. Sed & hoc furatus est ab Freinshemio in notis Curtianis IX, 8, 16, cui ut & Lipsio id facile indulgemus. Nos alioqui simplici verbo *suspendi* non offenderemur, quod licet observet Lipsius hoc ad laqueum aptari posse, docuit observatio Salmasii haud paulo hos omnes excedentis, non nisi indoctos de laqueo id accipere posse, quum laqueo suspendi non fuerit publicum supplicium ante Constantini tempora. Sed & Lipsius quidem monuit *suspendere* ad crucem referendum. Tum an non Curtius, *Crucibus adfixi pependerunt?* an non Justinus *in cruce pendentis Pausaniæ* lib. IX? Apulejus lib. III. *hic nares & digiti, illic carnosi clavi pendentium.* Verum notabilis locus est in Passione Bonifacii. *Judex iratus est vehementer, & jussit suspendi eum, & diutius ungulis corpus ejus radi. In tantum autem raserunt eum ministri diaboli, ut ossa ejus apparerent. Beatus autem Bonifacius nihil respondebat, sed habebat oculos suos attentus ad sanctos Dei martyres. Tunc jussit judex levari eum à terra.*

99 *Ἐμοὶ τὰ ἀποχρῶντά ἔστω ἀναγ.*] MSS. omnes, etiam V. C. Vulcanii, *ἐμοὶ ταῦτα ἀποχρῶντα ἔστω ἀναγ.* Semper enim in his interpositionibus utitur modo imperandi Arrianus. V, 3. *ἐμοὶ δὲ ἐν μέσῳ κείσθων οἱ λόγοι.* Et c. 19 *ἐμοὶ ἐς τοσόνδε γεγράφθω.* Et alibi. Nec ingrata est repetitio vocis *ταῦτα.* Etiam Vulcanius interpretationem sic mutavit *de his hæc à me scripta sufficiant:* deletis illis *abunde à me jam dictum est.* Sed & supra pro *διεπράχθη* Optimus simpliciter *ἐπράχθη.*

1 *Ἀνέγραψα τούτοις μᾶλλόν τι οἰκεῖα κτλ.*] Pedibus trahi oratio videtur ista; adeo quum post verbum *ἀνέγραψα* esset finita rotundissimis numeris & absoluta, tarde & lente subjunguntur reliqua. Præterea voculam *τι* Arrianus interdum infinitivo apponit, participio nunquam. Itaque agnosce curiosas edentium manus: ab iis enim hæc insignia prodierunt, quum in MSS. omnibus peremendate legatur *ἀνέγραψα, τούτοις μᾶλλόν τι οἰκεῖα* &c. Nemo, qui Arrianum legit, ignorare potest, quam gratum sit illi istud *μᾶλλόν τι.*

15 τὴν ἀφήγησιν. Παρ' Ἀλέξανδρον δὲ ἧκε καὶ αὖθις Σκυθῶν τῶν ἐκ τῆς Εὐρώπης πρεσβεία, ξὺν τοῖς πρέσβεσιν, οὓς αὐτὸς ἐς Σκύθας [2] ἔστειλεν. Ὁ μὲν δὴ τότε βασιλεὺς τῶν Σκυθῶν, ὅτε οὗτοι ὑπ' Ἀλεξάνδρου ἐπέμποντο, τελευτήσας ἐτύγχανεν· ἀδελφὸς δὲ ἐκείνου ἐβασίλευεν. Ἦν δὲ ὁ νοῦς τῆς πρεσβείας, ἐθέλειν ποιεῖν πᾶν τὸ ἐξ Ἀλεξάνδρου ἐπαγγελλόμενον Σκύθας· καὶ δῶρα ἔφερον Ἀλεξάνδρῳ παρὰ τοῦ βασιλέως τῶν Σκυθῶν, ὅσα μέγιστα νομίζεται ἐν Σκύθαις· καὶ τὴν θυγατέρα ὅτι ἐθέλει Ἀλεξάνδρῳ δοῦναι γυναῖκα, βεβαιότητος εἵνεκα τῆς πρὸς Ἀλέξανδρον φιλίας τε καὶ συμμαχίας. Εἰ δὲ ἀπαξιοῖ τὴν Σκυθῶν βασίλισσαν γῆμαι Ἀλέξανδρος, ἀλλὰ τῶν γε σατραπῶν τῶν τῆς Σκυθικῆς χώρας, καὶ ὅσοι ἄλλοι δυνάσται κατὰ τὴν γῆν τὴν Σκυθίδα, τούτων τὰς παῖδας ἐθέλειν δοῦναι τοῖς πιστοτάτοις τῶν ἀμφ' Ἀλέξανδρον· ἥξειν δὲ καὶ αὐτὸς ἔφασκεν, εἰ κελεύοιτο, ὡς παρ' αὐτοῦ Ἀλεξάνδρου ἀκοῦσαι [3] ὅσα ἐπαγγέλλοι. Ἀφίκετο δὲ ἐν τούτῳ παρ' Ἀλέξανδρον καὶ Φαρασμάνης ὁ Χωρασμίων [4] βασιλεύς, ξὺν ἱππεῦσι χιλίοις καὶ πεντακοσίοις. Ἔφασκε δὲ ὁ Φαρασμάνης, ὅμορος οἰκεῖν τῷ τε Κόλχων γένει καὶ ταῖς γυναιξὶ ταῖς Ἀμαζόσι· καὶ εἰ ἐθέλοι [5] Ἀλέξανδρος, ἐπὶ Κόλχους τε καὶ Ἀμαζόνας ἐλάσας, καταστρέψασθαι τὰ ἐπὶ τὸν πόντον τὸν Εὔξεινον ταύτῃ καθήκοντα γένη, ὁδῶν τε ἡγεμὼν ἔσεσθαι ἐπηγγέλλετο, καὶ τὰ ἐπιτήδεια τῇ στρατιᾷ παρασκευάσειν. Τοῖς τε οὖν παρὰ τῶν Σκυθῶν ἥκουσι φιλάνθρωπα ἀποκρίνεται Ἀλέξανδρος, καὶ ἐς τὸν τότε καιρὸν ξύμφορα [6], γάμου δὲ οὐδὲν δεῖσθαι Σκυθικοῦ· καὶ Φαρασμάνην ἐπαινέσας τε, καὶ φιλίαν καὶ ξυμμαχίαν πρὸς αὐτὸν ξυνθέμενος, αὐτῷ μὲν τότε οὐκ ἔφη ἐν καιρῷ εἶναι ἐλαύνειν ἐπὶ τὸν πόντον. Ἀρταβάζῳ δὲ τῷ Πέρσῃ, ὅτῳ τὰ Βακτρίων ἐξ Ἀλεξάνδρου ἐπετέτακτο [7], καὶ ὅσοι ἄλλοι πρόσχωροι τούτῳ σατράπαι [8], ξυστήσας Φαρασμάνην

hac narratione viderentur. Post hæc legati 15 denuo ad Alexandrum à Scythis Europam incolentibus venerunt, una cum legatis, quos ipse ad Scythas miserat. Rex enim Scytharum, qui tum temporis regnabat quum hi ab Alexandro mitterentur, mortem obierat, ejusque frater regnum tenebat. Summa legationis erat, Scythas quicquid Alexander imperaret facere velle. dona etiam à Scytharum rege adferebant, quæ apud Scythas censentur amplissima. ad hæc se filiam suam Alexandro uxorem, ad amicitiam societatemque confirmandam, dare velle. At si Scytharum reginam uxorem ducere dedignaretur, principum Scythicæ regionis & eorum, qui apud sese in dignitate constituti essent, filias iis, quos Alexander maxime caros ac fidos haberet, matrimonio copulaturum: se quoque, si juberetur, venturum, ut ab ipso Alexandro coram imperata acciperet. Eodem fere tempore etiam Pharasmanes Chorasmiorum rex ad Alexandrum venerat cum equitibus MD. qui se finitimum Colchorum genti & mulieribus Amazonibus esse dicebat: & si Alexander in Colchos & Amazonas profectus gentes Euxino Ponto illic vicinas subigere in animo haberet, se & ducem itineris fore, omniaque exercitui necessaria suppeditaturum pollicebatur. Alexander primum Scythicis legatis benigne respondet, oratione tempori illi maxime accommodatâ usus; se vero Scythicis nuptiis non egere. Deinde Pharasmane collaudato, ipsoque in amicitiam ac societatem recepto, sibi quidem tum commodum non esse dixit in Pontum proficisci. Artabazo autem Persæ, cui Bactrianorum regionem reliquisque, quibus vicinos satrapatus Alexander commiserat, Pharasmanem

2 *Πρέσβεσιν οὓς αὐτὸς ἐς Σκυθ.*] MSS. tres & Basileensis editio *οὓς αὐτοὺς*, ex natura Græcismi, ubi notus varius relativi respectus, & quidem ut relativum malit respicere casum vocis præcedentis, quam sequentis periodi rationem habere. Sane violentius exemplum occurret VII, 9.

3 *Ὡς παρ' Ἀλεξάνδρου ἀκοῦσαι*] MSS. aut *ἀκοῦσαι*, aut *ἐπακοῦσαι*, quod est in Optimo. Nec respues, si videris notata ad III, 9.

4 *Φαρασμάνης ὁ Χωρασμίων*] *Pharasmanes Chorasmenorum.* Utrumque nomen lividum. Nam non modo codex Optimus, sed & alii duo habent *Φαρασμάνης*, & in eo semper sibi constant, itidemque observavit in V:C. Vulcanius. Quod ut admittamus, persuadet auctoritas Taciti sic idem appellantis nomen. Vide Freinshemium ad Curtium VIII, 5, 16. Etiam Arriano idem nomen VI, 17 *Φαρασμάνης* dicitur, quum VII, 6 corrumpatur in *Φραδασμάνης*. Nam *μάνης* est terminatio interioris Asiæ, ut Ariamenes, Spitamenes, non finitimæ Scythis, ubi notus Pharasmanes. Tum si Latinis Chorasmeni dicerentur, Græcis forent *Χωρασμηνοί*, ut pene omnia Asiatica gentilia. Sed repudiant hoc concorditer MSS. omnes (etsi taceat Vulcanius) in quibus est, vel *Χωρασμίων*, quod est in Optimo & duobus aliis, vel *Χωρασμιῶν*, quod in uno est, & inde mutationis processus ad hunc errorem, quem abegi, auxilio Optimi judicans utendum. Quis vero præstet verba Strabonis, ex cujus libro XI excerptum servatur ita conceptum? *Μαρτυρεῖ καὶ Ἀρριανὸς τοῦτο, λέγων ὅτι τῷ βασιλεῖ Ἀλεξάνδρῳ Φαρασμάνης ἐδήλωσε Ἀμαζόνας &c.* tanquam prorsus ex hoc loco id testaretur Strabo, quum melius convenirent illis, quæ memorantur libr. VII cap. 13, etsi ea agant de Atropate, non Pharasmane.

5 *Εἰ ἐθέλοι*] Opt. ac duo alii *εἰ θέλοι*, nec aliter Augustanus, nisi quod *ἐθέλοι*. Statim cur non editur *παρασκευάσειν*? Certe in id convenit sententia simul & MSSti & editio Basileensis.

6 *Ἐς τὸν τότε καιρὸν ξύμφορα*] MS. Optimus *ξύμφορα, γάμου οὐδὲν δεῖσθαι*, abjecta adversativa.

7 *Ὅτῳ τὰ Βακτρίων ἐπετέτακτο*] Immo *ἐπετέτραπτο*, ut est in Opt.

8 *Καὶ ὅσοι ἄλλοι πρόσχωροι τούτῳ σατράπαι*] Intelligit hæc interpres de Artabazo, vertens *cui Bactrianorum regio-*

μένην ἀποπέμπει ἐς τὰ ἤθη αὐτοῦ [9]· αὐτῷ δὲ τὰ Ἰνδῶν ἔφη ἐν τῷ τότε μέλειν, καὶ τούτους καταστρεψάμενος [10], πᾶσαν ἂν ἤδη ἔχειν τὴν Ἀσίαν· ἐχομένης δὲ τῆς Ἀσίας, ἐπανιέναι ἐς τὴν Ἑλλάδα· ἐκεῖθεν δὲ ἐφ' Ἑλλησπόντου τε καὶ τῆς Προποντίδος ξὺν τῇ δυνάμει πάσῃ τῇ τε ναυτικῇ καὶ τῇ πεζικῇ ἐλάσειν εἴσω τοῦ Πόντου· καὶ ἐς τότε ἠξίου ἀποθέσθαι Φαρασμάνην, ὅσα ἐν τῷ παρόντι ὑπισχνεῖτο. Αὐτὸς δὲ ἐπὶ τὸν Ὦξόν τε ποταμὸν ἦε αὖθις, καὶ ἐς τὴν Σογδιανὴν χώραν [11] προεχώρει ἐγνωκὼς, ὅτι πολλοὺς τῶν Σογδιανῶν ἐς τὰ ἐρύματα ξυμπεφευγέναι ἠγγέλλετο, οὐδὲ ἐθέλειν κατακούειν τοῦ σατράπου, ὅστις αὐτοῖς ἐξ Ἀλεξάνδρου ἐπιτέτακτο. Παραστρατοπεδεύοντι δὲ αὐτῷ ἐπὶ τῷ ποταμῷ τῷ Ὤξῳ, οὐ μακρὰν τῆς σκηνῆς τῆς αὐτοῦ Ἀλεξάνδρου πηγὴ ὕδατος, καὶ ἄλλη ἐλαίου πηγὴ [12] πλησίον αὐτῆς ἀνέσχε· καὶ Πτολεμαίῳ τῷ Λάγου τῷ σωματοφύλακι ἐπειδὴ ἐσηγγέλθη τὸ τέρας, Πτολεμαῖος Ἀλεξάνδρῳ ἔφρασεν. Ἀλέξανδρος δὲ ἔθυεν ἐπὶ τῷ φάσματι, ὅσα οἱ μάντεις ἐξηγοῦντο. Ἀρίστανδρος δὲ, πόνων εἶναι σημεῖον τὴν ἐλαίου τὴν πηγὴν ἔφασκεν· ἀλλὰ καὶ νίκην 16 ἐπὶ τοῖς πόνοις σημαίνειν. Διαβὰς οὖν ξὺν μέρει τῆς στρατιᾶς ἐς τὴν Σογδιανὴν, Πολυσπέρχοντα δὲ καὶ Ἄτταλον καὶ Γοργίαν καὶ Μελέαγρον αὐτοῦ ἐν Βάκτροις ὑπολιπόμενος, τούτοις μὲν παρήγγειλε τήν τε χώραν ἐν φυλακῇ ἔχειν, ὡς μὴ νεωτερίσωσιν οἱ ταύτῃ βάρβαροι, καὶ τοὺς ἔτι ἀφεστηκότας [13] αὐτῶν ἐξαιρεῖν· αὐτὸς δὲ

nem adjungens, ad suam gentem dimittit. Sibi vero res Indicas in animo esse dixit; Indis enim subactis, universam Asiam in suâ potestate fore: porro Asiâ debellatâ, in Græciam reversurum; illinc enim, per Hellespontum & Propontidem, cum omnibus copiis tam navalibus quam terrestribus, Pontum Euxinum petiturum, utque in id tempus Pharasmanes promissa sua reservaret jussit. Ipse rursus ad Oxum amnem contendit: decreverat enim in Sogdianos proficisci, quod plerosque Sogdianorum in arces sese recepisse intelligeret, neque satrapæ, quem iis Alexander constituerat, morem gerere velle. Quumque prope Oxum flumen castra posuisset, gemini fontes non procul ab ipsius Alexandri tabernaculo, alter aquam, alter ipsi vicinus oleum fundens, orti sunt: quod prodigium ubi Ptolemæo Lagi filio nuntiatum fuit, is protinus Alexandro significavit; qui statim ex vatum præscripto sacrificium fecit. Aristander fontem oleo manantem labores portendere respondit, victoriam tamen ex labore consecuturam. In Sogdianos itaque cum 16 parte exercitus progressus, Polysperchonte verò & Attalo & Gorgia atque Meleagro ibi apud Bactrianos relictis, ut regionem illam præsidio tenerent, ne barbari ejus loci novi aliquid molirentur, utque eos qui rebellarent adhuc, expugnarent; ipse copiis

regionem, *aliosque vicinos satrapatus commiserat*, *Pharasmanem adjungens*, & Freinshemius ad Curtium VI: 1, 3, 17 hinc adfirmat in Bactrianæ satrapis & Drangas fuisse, quos capularis ille senex interim filio commiserit, dum aliter ea de re constitueret Alexander. Ac tamen abest, ut ista hoc loco ubi debebat consulere Arriano, refutet novissimus editor, ut etiam Græca verba rursus alleget, neque ex Græcis, quæ sunt manifestissima, convellat sententiam Freinshemii, sed aliunde quædam arcessat, ut pro *Dram* in Curtio substituat *Drangarum* pag. 180. Omnia vero stolidis scatentia nugis. Dicit autor Pharasmanem ab Alexandro commendatum Artabazo, quem Bactris præfecerat, & reliquis ei vicinis satrapis, & sic remissum esse ad sua. Ad hunc modum emendari debet versio, & sic intellexit Facius *adducto in colloquium*, (quod potuit melius intelligere) *cum Artabazo Persa, cui Bactrianas res commiserat, & cum ceteris, qui erant Artabazo finitimi*.

9 Ἀποπέμπει ἐς τὰ ἤθη αὐτοῦ] Proculdubio ἤθη, ut cap. 27 ἐπειδὴ ἐς τὰ σφέτερα ἤθη ἐπανασώσῃ. Et cap. 30 ὡς ἀπασκεδάννυσθαι ἐς τὰ σφέτερα ἤθη. V, 20. Ταξίλην ἀπέπεμψεν ἐς τὰ ἤθη τὰ αὐτοῦ. Hæc prisca mea conjectura. Nunc adsevero in omnibus MSS. etiam Optimo à me id repertum esse, sic ut in quibusdam præter id quod posuimus, etiam esset ἐς ἤθη τὰ αὐτοῦ, in aliis ἐς τὰ ἤθη τὰ αὐτοῦ. Etiam editio Basileensis exhibet hoc loco, quod revocamus. Et cur aut qui expulerunt?

10 Καὶ τούτους καταστρεψάμενος] Hoc Vulcanii est. In MSS. libris mirum unde illa varietas inoleverit. Nam præter quod Basileensis habuerit πάντας, inveni nunc τούτους δὲ, nunc σπάντας γὰρ, nunc πάντας γὰρ. Sed in Optimo plane est τούτους γὰρ, prout ex V.C. postea notavit quoque Vulcanius. Sed & paulo post pro ἐπανιέναι ἐς τὴν Ἑλλάδα, quidam antiqui ἐπανιέναι ἀλανὲς ἐστιν, quidam ἐπανιέναι ἀλανεῖς. Per quæ facile quis inducatur in suspicionem scripsisse Arrianum ἐπανιέναι δὲ Ἀλανοὺς ἐς τὴν Ἑλλ. quod magno, opinor, voluisset Freinshemius cognitum habuisse vel in indice Curtiano, vel in notis ad VI, 4, 19. Sed plane nunc non cogitavit de Scythis, nedum de Alanis, ut per eos rediret in Græciam, & plane ipse alia consilia proferet, ut unice verum censeam exstare in Optimo ἐπανιέναι ἂν ἐς τὴν Ἑλλ. quod ab aliis circumluditur, & cujus integritati nil potest opponi. Mox etiam MSS. ἐκεῖθεν δὲ ἐφ'.

11 Ἐς τὴν Σογδιανὴν χώραν] Postrema vox abest ab Optimo & omnibus aliis, quos adhibui, scriptis, & supra quoque ad hæc verba allusimus. Sane quum in principio capitis sexti decimi omiserit auctor appositionem istius substantivi, potuit idem nunc fecisse. Vulcanius etiam ex V.C. annotavit προεχώρει, quod sequor, non προεχώρησε. Tum quoque mox idem Optimus liber παραστρατοπεδεύοντι, non παραστρατοπεδ. quam veram & priscam Arriani manum esse præstamus ex Eustathio ad Dionysii periegesin pag. 99. Ἱστορεῖ δὲ ὅτι ἐνταῦθά που περὶ τὸν Ὦξον, ὡς ἡ ἱστορία φησὶ (haud dubie hæc Arriani) στρατεύοντος Ἀλεξάνδρου.

12 Καὶ ἄλλη ἐλαίου πηγὴ] Sic repeti ultimam vocem in Optimo codice & omnibus aliis diximus in Dissertationibus Epistolicis & satis confirmavimus, ut nunc suo loco reposuerim, quod inscite negligi placuit Basileæ.

13 Τοὺς ἔτι ἀφεστηκότας] MS. Opt. τοὺς ἤδη αὐτῶν. Deinde lacunam in divisione copiarum Alexandri complanavi prorsus notabilem, & exemplo suo docentem, quam fatue blandiri sibi possint ingenia, dum extrinsecus inducto leyi ad speciem fomento gravissimam quo-

δὲ ἐς πέντε μέρη διελὼν τὴν ἅμα οἱ στρατιὰν, τῶν μὲν Ἡφαιστίωνα ἄρχειν ἔταξε, τῶν δὲ Πτολεμαῖον τὸν Λάγου τὸν σωματοφύλακα· τοῖς τρίτοις δὲ Περδίκκαν ἐπέταξε· τῆς δὲ τετάρτης τάξεως Κοῖνος καὶ Ἀρτάβαζος ἡγοῦντο αὐτῶν· τὴν δὲ πέμπτην μοῖραν ἀναλαβὼν αὐτὸς, ἐπήει τὴν χώραν ὡς ἐπὶ Μαράκανδα. Καὶ οἱ ἄλλοι, ὡς ἑκάστοις προὐχώρει, ἐπήεσαν, τοὺς μὲν τινας τῶν ἐς τὰ ἐρύματα ξυμπεφευγότων βίᾳ ἐξαιροῦντες, τοὺς δὲ καὶ ὁμολογίᾳ προσχωροῦντας σφίσιν ἀναλαμβάνοντες. Ὡς δὲ ξύμπασα αὐτῷ ἡ δύναμις, ἐπελθοῦσα τῆς Σογδιανῶν τῆς χώρας τὴν πολλὴν, ἐς Μαράκανδα ἀφίκετο, Ἡφαιστίωνα μὲν ἐκπέμπει τὰς ἐν τῇ Σογδιανῇ πόλεις συνοικίζειν· Κοῖνον δὲ καὶ Ἀρτάβαζον ὡς ἐς Σκύθας, ὅτι ἐς Σκύθας καταπεφευγέναι Σπιταμένης αὐτῷ ἐξηγγέλλετο[14]. Αὐτὸς δὲ ξὺν τῇ λοιπῇ στρατιᾷ ἐπιὼν τῆς Σογδιανῆς, ὅσα ἔτι πρὸς τῶν ἀφεστηκότων κατείχετο, ταῦτα οὐ χαλεπῶς ἐξῄρει. Ἐν τούτοις δὲ Ἀλεξάνδρου ὄντος, Σπιταμένης τε καὶ σὺν αὐτῷ τῶν Σογδιανῶν τινες φυγάδων, ἐς τῶν Σκυθῶν τῶν Μασσαγετῶν καλουμένων τὴν χώραν[15] ξυμπεφευγότες, ξυναγαγόντες τῶν Μασσαγετῶν ἱππέας ἑξακοσίους, ἀφίκοντο πρός τι φρούριον τῆς χώρας τῆς Βακτριανῆς· καὶ τῷ τε φρουράρχῳ οὐδὲν πολέμιον προσδεχομένῳ ἐπιπεσόντες, καὶ τοῖς ξὺν τούτῳ τὴν φυλακὴν ἔχουσι, τοὺς μὲν στρατιώτας διέφθειραν[16], τὸν φρούραρχον δὲ ἑλόντες ἐν φυλακῇ εἶχον. Θαῤῥήσαντες δὲ ἐπὶ τοῦ φρουρίου τῇ καταλήψει, ὀλίγαις ἡμέραις ὕστερον Ζαριάσποις πελάσαντες, τῇ μὲν πόλει προσβαλεῖν ἀπέγνωσαν· λείαν δὲ πολλὴν[17] περιβαλλόμενοι, ἤλαυνον. Ἦσαν δὲ ἐν τοῖς Ζαριάσποις, νόσῳ ὑπο-

piis suis in quinque partes divisis, uni quidem parti Hephæstionem præesse jussit, alteri Ptolemæum Lagi filium custodem corporis; tertiis Perdiccam imposuit; quarto autem istorum agmini Cœnum & Artabazum præfecit. Ipse quintâ parte secum sumtâ, regionem ingreditur Maracanda versus. reliqui, ut quisque potuit, ingressi, alios qui in arces confugerant vi expugnârunt, alios deditionem voluntarie facientes receperunt. Postquam vero universæ copiæ, majore Sogdianæ regionis parte peragratâ, ad Maracanda convenerunt, Hephæstionem emittit, qui in Sogdianorum urbes colonias deducat: Cœnum autem & Artabazum in Scythas, quod nuntiatum fuerat Spitamenem ad eos confugisse. Ipse reliquo exercitu Sogdianorum ditionem ingressus, cætera oppida, quæ ab iis qui defecerant occupabantur, parvo negotio expugnat. Dum hæc aguntur ab Alexandro, Spitamenes cum Sogdianorum profugorum manu qui in Scytharum regionem profugerant, collectis Massagetis equitibus sexcentis, ad arcem quandam Bactrianæ profectus, & præfectum præsidii nihil hostile expectantem adortus, militibus qui in præsidio erant interfectis, præfectum in custodiâ tenuit. Ipsi captâ hac arce, animis elati, paucis post diebus Zariaspis appropinquantes urbem oppugnare non statuerunt, multamque prædam inde abegerunt. Erant in eâ urbe equites nonnulli ex amicis, infirmitatis

que jacturam obliterantes, summam rei literariæ hiatibus & rapinis debilitatam sine fine produnt ac corrumpunt.

14 Σπιταμένης τε αὐτῷ ἐξηγγέλλετο] Nihil huc affert copulativa, & delenda ocius auctore MS. Optimo.

15 Ἐς τῶν Σκυθῶν καλουμένων τὴν χώραν] Nequaquam assequi potui, quid Vulcanius cogitaverit de isto participio καλουμένων, aut quam vim huc afferri ab eo censuerit; sed nec ipse comprehendi, quid huc faceret vox illa, quum toties jam antea Scytharum meminerit, neque illic id participium apposuerit: immo plane otiosa mihi visa fuit, nisi sic oratio transponeretur, ἐς τῶν Σκυθῶν τῶν Μασσαγετῶν καλουμένων τὴν χώραν ξυμπεφευγότες, ξυναγαγόντες ἱππέας, &c. sive sic constituta sermonis serie, seu ante ἱππέας interposita voce αὐτῶν. Sogdiana enim & Massagetarum regio confines erant, & in ipso earum fine positæ erant Gabæ, ut paulo post narrat auctor. Et certe ad hanc narrationem, sive ex Ptolemæo sive ex alio petiverit Arrianus, respiciebat Strabo lib. 11 pag. 513. Τῶν δὲ Μασσαγετῶν καὶ τῶν Σακῶν ἐστὶ καὶ οἱ Ἀττάσιοι καὶ οἱ Χωράσμιοι εἰσὶν· εἰς οὓς ἀπὸ τῶν Βακτριανῶν καὶ τῶν Σογδιανῶν ἔφυγε Σπιταμένης, εἷς ὢν τῶν ἀποδρασάντων Περσῶν τὸν Ἀλέξανδρον. Itaque aut istud placere debebat, aut poterat suppleri Σκυθῶν Σακῶν καλουμένων. Sic ego olim; nec ex MSStis quos primos tres evolvi, quales sunt infiniti & parum laudabiles, multum lucri huc afferre potui, quippe habentibus vulgatum ordinem. Sed Optimus iste per singula verba sic pergebat immensa mea cum voluptate: ἐς τῶν Σκυθῶν τῶν Μασσαγετῶν καλουμένων τὴν χώραν ξυμπεφευγότες, ξυναγαγόντες τῶν Μασσαγετῶν ἱππέας, ut superiorum aliqua hinc egregie quidem confirmarentur, sed tamen ut in conjecturis & refectionibus inde repetitis multa non bene firma. Itaque gratulans Arriano vetustam integritatem libens restitui. Supra quoque pro ἐν τούτοις Optimus idem codex ἐν τούτῳ.

16 Διέφθειραν] Optimus pergit præsenti tempore utî διαφθείρουσι.

17 Τῇ μὲν πόλει προσβαλεῖν ἀπέγνωσαν, λείαν δὲ πολλὴν &c.] Sic & fere ad verbum interpres, qui tamen quam velut solutis nervis trahitur, *urbem oppugnare statuerunt, multamque prædam inde abegerunt?* Quin tu dic igitur, quid oppugnatione illa factum sit? Unde abegerunt prædam? ex urbe? illam tantum statuerunt oppugnare. Ex agro? inde non abegerunt: nam ibi manserunt urbem oppugnare statuentes. Sic nulla ratione subsistit orationis sensus, nisi corrigas ἀπέγνωσαν, ab urbe quidem oppugnanda abstinuerunt; multa autem præda congesta abierunt. Ita plane noster libro 1 cap. 5 τὴν μὲν πόλιν ἀπέγνω ἑλεῖν, φυλακὰς δὲ ἐς ἐπιτηδείους ἐπέμπετο. Et cap. 24 ταύτας μὲν ἀπέγνω πολιορκεῖν. Θαψακούς δὲ τὰς ἀπειληφότας &c. Sed & Polybius 1 cap. 29 τὴν μὲν παραφυλάττειν ἀπέγνωσαν, συνήθροιζον δὲ τὰς δυνάμεις. Hæc quoque nos olim, & sunt perpetua antitheta, ex rerum usu necessaria. Nunc ab Optimo MS. conjecturam hanc affirmari testor. An idem animadvertit Facius, qui interpretatur, *quia urbem aggredi non audebant?* Certe ita MSSti plurimi corrupti fuerunt 1, 29. τὴν Τελμησσὸν δὲ ἀπέγνω ἑλεῖν ἂν ἐν ὀλίγῳ χρόνῳ, ἀλλ᾽ ἐπὶ Σαλα-

ὑπολελειμμένοι, τῶν ἱππέων ἑταίρων οὐ πολλοί, καὶ ξὺν τούτοις Πείθων τε ὁ Σωσικλέους, ἐπὶ τῆς βασιλικῆς θεραπείας τῆς ἐν Ζαριάσποις τεταγμένος[18], καὶ Ἀριστόνικος ὁ κιθαρῳδός. Καὶ οὗτοι αἰσθόμενοι τῶν Σκυθῶν τὴν καταδρομὴν (ἤδη γὰρ ἐκ τῆς νόσου ἀναῤῥωσθέντες ὅπλα τε ἔφερον, καὶ τῶν ἵππων ἐπέβαινον) ξυναγαγόντες τούς τε μισθοφόρους ἱππέας ἐς ὀγδοήκοντα, οἳ ἐπὶ φυλακῇ τῶν Ζαριασπῶν ὑπολελειμμένοι ἦσαν, καὶ τῶν παίδων τινὰς τῶν βασιλικῶν, ἐκβοηθοῦσιν ἐπὶ τοὺς Μασσαγέτας· καὶ τῇ μὲν πρώτῃ προσβολῇ, οὐδὲν ὑποτοπήσασι τοῖς Σκύθαις ἐπιπεσόντες, τήν τε λείαν ξύμπασαν ἀφείλοντο αὐτούς, καὶ τῶν ἀγόντων τὴν λείαν οὐκ ὀλίγους ἀπέκτειναν. Ἐπανιόντες δὲ αὐτοὶ ἀτάκτως, ἅτε οὐδενὸς ἐξηγουμένου, ἐνεδρευθέντες πρὸς Σπιταμένους καὶ τῶν Σκυθῶν, τῶν μὲν ἑταίρων ἀποβάλλουσιν ἑπτά, τῶν δὲ μισθοφόρων ἱππέων ἑξήκοντα· καὶ Ἀριστόνικος ὁ κιθαρῳδὸς αὐτοῦ ἀποθνήσκει, οὐ κατὰ κιθαρῳδὸν ἀνὴρ ἀγαθὸς γενόμενος. Πείθων τε τρωθεὶς[19], ζῶν λαμβάνεται πρὸς τῶν Σκυθῶν. Καὶ ταῦτα ὡς Κρατερῷ ἐξηγγέλθη, σπουδῇ ἐπὶ τοὺς Μασσαγέτας ἤλαυνεν. Οἱ δὲ ὡς ἐπύθοντο πλησίον ἐπελαύνοντα σφίσι Κρατερόν, ἔφευγον ἀνακράτος ὡς ἐς τὴν ἐρήμην. Καὶ Κρατερὸς ἐχόμενος αὐτῶν, αὐτοῖς τε ἐκείνοις περιπίπτει οὐ πόῤῥω τῆς ἐρήμου, καὶ ἄλλοις ἱππεῦσι Μασσαγετῶν ὑπὲρ τοὺς χιλίους· καὶ μάχη γίνεται τῶν τε Μακεδόνων καὶ τῶν Σκυθῶν καρτερά, καὶ ἐνίκων οἱ Μακεδόνες· τῶν δὲ Σκυθῶν ἀπέθανον μὲν ἑκατὸν καὶ πεντήκοντα ἱππεῖς. Οἱ δὲ ἄλλοι οὐ χαλεπῶς ἐς τὴν ἐρήμην διεσώθησαν, ὅτι ἄπορον ἦν προσωτέρω τοῖς Μακεδόσι διώκειν. Καὶ ἐν τούτῳ Ἀλέξανδρος Ἀρτάβαζον μὲν τῆς σατραπείας τῆς Βακτρίων ἀπαλλάττει δεηθέντα διὰ γῆρας[20]· Ἀμύνταν δὲ τὸν Νικολάου σατράπην ἀντ' αὐτοῦ καθίστησι. Κοῖνον δὲ ἀπολεί-

tatis causâ ibi relicti; & simul cum his Pithon Sosiclis filius, iis qui ex regiâ familiâ Zariaspis erant præfectus, & Aristonicus ciharœdus. Hi cognitâ incursione Scytharum (jam enim convaluerant, armaque ferre & equos conscendere poterant) collectis mercenariis equitibus circiter LXXX, qui præsidio Zariaspis relicti fuerant, & regiorum puerorum nonnullis, in Massagetas feruntur. ac primum quidem, impetu in Scythas nihil tale opinantes facto, omnem prædam illis abripiunt, & eorum qui prædam abigebant non paucos interficiunt. Qui quum incomposito agmine, solutisque ordinibus, utpote nemine ipsos ducente, redirent, Spitamenes & Scythæ ex insidiis eos adorti, ex amicis quidem septem, ex mercenariis equitibus LX interimunt. Aristonicus citharœdus, qui in eâ pugnâ se non ut citharœdum sed strenuum militem gesserat, interfectus est. Pithon saucius vivus in hostium potestatem venit. Hæc ut Cratero nuntiata sunt, confestim in Massagetas contendit. qui ut illum adventare acceperunt, effusâ fugâ deserta petierunt. Craterus acriter eos insecutus, illos pariter aliosque Massagetarum equites circiter mille non procul à solitudine consequitur. acre ibi inter Macedones & Scythas certamen fit: victoria penes Macedones fuit. Ex Scythis quidem CL. equites cæsi. reliqui facile per solitudinem evaserunt, Macedonibus facultate persequendi ademptâ. Inter hæc Alexander, Artabazo à satrapatu Bactrianorum propter senectutem absoluto, Amyntam Nicolai filium in ejus locum suffecit.

Σαλαγγαῖοι ἐτίλλετο, ubi & Basileensis editio ex illis dedit ἐτίγνω.

17 Τοῖς ἐν Ζαριάσποις τεταγμένοις] Verissime corrigit Freinshemius ad Curtium VIII, 1, 5 τῆς, & sic plane habet Optimus codex, & omnino id referri debet ad proximum θεραπείας. A Vulcanio dici Pithonem fuisse in his, qui invaletudinis causâ ibi relicti erant, quomodo hunc reum agit Freinshemius, non video. Plane quidem is non dicit *in his*, quod plenum posset esse, si pendeat ab *equitibus* solis, non quales erant affecti ab valetudine, sed cum his, ut more præfecti gereret curam θεραπείας βασιλικῆς, prout ea dicitur etiam auctori lib. II cap. 12 & alibi, ut non fuerit solus.

18 Πείθων τε τρωθεὶς] Rectius Πείθων δὲ, ut cum editione Basileensi habent MSSti. Est enim longe diversus casus.

19 Ἀπαλλάττει, δῆθεν διὰ γῆρας] Cujuscunque potius viderentur esse hæc tria posteriora verba, & vel lectoris vel scribæ alicujus scholion, qui quum legeret Artabazum per omnia Alexandro carum ab eo moveri satrapatu, adjecit honoris Artabazi causâ *scilicet propter senectutem*; si modo hæc ita constaret debere legi ut veram Arriani manum. Nam is particulam δῆθεν in derisu & ironiae cujusdam ludibrio aut opinionis alicujus falsitate ostendenda adhibet, ut mox cap. 18 ὡς ἐς ἀνάλωσιν δῆθεν τὸ χωρίον ἐκεῖνο ὑπεληφότων. VII, 14 Ἐῤῥῖψαι τεμνομένου δῆθεν τοῦ Ἑλλήσποντος. c. 8 ὡς χαριζόμενος δῆθεν τοῖς Μακεδόσι. Et c. 23 ὡς θεωρεῖ δῆθεν ἐς τιμὴν θεοῦ ἀφιγμένοι. Jam vero & MSSti aperiunt temerarias quorundam nugas; eratque in uno δεηθέντα διὰ, in aliis duobus itemque Optimo & V. C. apud Vulcanium δεηθέντα, quod crediderim certissime Arriani esse. Hæc est, *propter senectutem id desiderante*. Δεῖσθαι & δέησις propria sunt libellis supplicantium regi aut principi. In principio libri V. πρεσβείας δεομένας Ἀλεξάνδρου. Hæc quum ab ipsa ratione & solenni loquendi modo satis confirmentur, tum ne dubitari de historia ipsa possit, probat ejus veritatem auctoritas Curtii VIII, 1 *acceptaque ætatis excusatione ab Artabazo, provinciam ejus destinat Clito*. Qui quum hoc tempore interfectus esset, pergit Curtius cap. 2. *Quam Clito autem destinaverat provinciam, Amyntæ dedit.* Plane ut Arrianus. Vocabulum δῆθεν adscripserat expositionis instar Scaliger ad Tertullian. init. adversus Gnosticos. Nam quod sciant multos simplices ac rudes tum infirmos, plerosque vero inventum si placuerit, Christianos, nunquam magis adeundos sapiunt, quam quum aditus animæ formido laxavit.

λείπει αὐτοῦ, τήν τε αὑτοῦ τάξιν καὶ τὴν Μελεάγρου ἔχοντα, καὶ τῶν ἑταίρων ἱππέων ἐς τετρακοσίους, καὶ τοὺς ἱππακοντιστὰς πάντας, καὶ τῶν Βακτριανῶν καὶ Σογδιανῶν ὅσοι ἄλλοι[21] μετὰ Ἀμύντου ἐτάχθησαν· προστάξας ἅπασιν, ἀκούειν Κοίνου, καὶ διαχειμάζειν αὐτοῦ ἐν τῇ Σογδιανῇ, τῆς τε χώρας ἕνεκα τῆς φυλακῆς, καὶ εἴ πη ἄρα Σπιταμένην περιφερόμενον κατὰ τὸν χειμῶνα ἐνεδρεύσαντας ξυλλαβεῖν. Σπιταμένης δὲ καὶ οἱ ἀμφ' αὐτόν, ὡς φρουραῖς τε πάντα κατειλημμένα ἑώρων ἐκ τῶν Μακεδόνων, καί σφιν ἄπορα πάντα τὰ τῆς φυγῆς ἐγίγνετο, ὡς ἐπὶ Κοῖνόν τε καὶ τὴν ξὺν τούτῳ στρατιὰν ἐτράποντο, ὡς ταύτῃ μᾶλλόν τι ἀξιόμαχοι ἐσόμενοι. Ἀφικόμενοι δὲ ἐς Γάβας[22], χωρίον τῆς Σογδιανῆς ὀχυρόν, ἐν μεθορίῳ τῆς τε Σογδιανῶν γῆς καὶ τῆς Μασσαγετῶν Σκυθῶν ᾠκισμένον, ἀναπείθουσιν οὐ χαλεπῶς τῶν Σκυθῶν ἱππέας ἐς τρισχιλίους συνεμβάλλειν σφίσιν ἐς τὴν Σογδιανήν. Οἱ δὲ Σκύθαι οὗτοι ἀπορίᾳ τε πολλῇ ἔχονται, καὶ ἅμα ὅτι οὔτε πόλεις εἰσὶν αὐτοῖς, οὔτε ἑδραῖοι οἰκοῦσιν, ὡς δειμαίνειν ἂν περὶ τῶν φιλτάτων, οὐ χαλεποὶ ἀναπεισθῆναί εἰσιν ἐς ἄλλον καὶ ἄλλον πόλεμον. Ὡς δὲ Κοῖνός τε καὶ οἱ ἀμφ' αὐτὸν ἔμαθον προσιόντας τοὺς ξὺν Σπιταμένῃ[23] ἱππέας, ἀπήντων καὶ αὐτοὶ μετὰ τῆς στρατιᾶς· καὶ γίγνεται αὐτῶν μάχη καρτερά, καὶ νικῶσιν οἱ Μακεδόνες, ὥστε τῶν μὲν βαρβάρων ἱππέων ὑπὲρ τοὺς ὀκτακοσίους πεσεῖν ἐν τῇ μάχῃ, τῶν δὲ ξὺν Κοίνῳ ἱππεῖς μὲν ἐς εἴκοσι καὶ πέντε, πεζοὺς δὲ δώδεκα. Οἵ τε οὖν Σογδιανοί, οἱ ἔτι ὑπολιπόμενοι ξὺν Σπιταμένῃ, καὶ τῶν Βακτρίων πολλοὶ ἀπολείπουσιν ἐν τῇ φυγῇ Σπιταμένην· καὶ ἀφικόμενοι παρὰ Κοῖνον, παρέδωκαν σφᾶς αὐτοὺς Κοίνῳ. Οἵ τε Μασσαγέται οἱ Σκύθαι κακῶς πεπραγότες, τὰ μὲν σκευοφόρα τῶν ξυμπαραταξαμένων σφίσι Βακτρίων τε καὶ Σογδιανῶν διήρπασαν· αὐτοὶ δὲ ξὺν Σπιταμένῃ ἐς τὴν ἔρημον ἔφυγον. Ὡς δὲ ἐξηγγέλλετο[24] αὐτοῖς Ἀλέξανδρος ἐν ὁρμῇ ὢν ἐπὶ τὴν ἔρημον ἐλαύνειν, ἀποτεμόντες τοῦ Σπιταμένους τὴν κεφαλὴν παρὰ Ἀλέξανδρον πέμπουσιν, ὡς ἀποτρέψοντες ἀπὸ σφῶν αὐτὸν τούτῳ τῷ ἔργῳ[25]. Καὶ ἐν τούτῳ Κοῖνός τε ἐς Ναύ-

fecit. Cœnoque ibidem relicto cum suis ac Meleagri copiis, equitibusque ex amicis cccc, & omnibus jaculatoribus equestribus, tum Bactrianis Sogdianisque quibus Amyntas præfuerat, eos omnes Cœno parere, & in Sogdianis hybernare jussit: partim ut præsidio regioni essent, partim ut Spitamenem, si is forte per hyemem ea loca peragraret, ex insidiis caperent. Spitamenes vero cum suis, ubi agnovit omnia passim loca præsidiis Macedonum teneri, fugamque sibi perdifficilem fore, in Cœnum ejusque copias se convertit, quod facilior eâ parte conflictus futurus videretur. quumque Gabas pervenissent, munitum Sogdianorum oppidum, medium inter Massagetas Scythas & Sogdianos situm, Scytharum equitibus circiter III M facile ut se ipsis conjungant atque in Sogdianos una irrumpant, persuadent. Hi Scythæ quum inopes admodum sint, quippe qui neque urbes habeant, neque certas sedes figant, neque metu perdendi res maxime charas occupentur, non difficulter ad alia atque alia bella inducuntur. Cœnus cognito Spitamenis adventu, obviam cum exercitu profectus, acre cum barbaris prælium committit. Macedones superiores evadunt. Ex barbaris DCCC amplius equites cæsi, à Cœni partibus equites XXV, pedites XII. Sogdiani qui cum Spitamene pugnæ superfuerant, & Bactrianorum plerique Spitamene in fugâ deserto, ad Cœnum venerunt, seque in illius fidem dediderunt. Massagetæ vero Scythæ re male gestâ, Bactrianorum & Sogdianorum sociorum impedimentis direptis, cum Spitamene in solitudinem confugerunt. Cæterum postquam intellexerunt Alexandrum animo penetrandi deserta adventare, interfecto Spitamene caput ejus ad Alexandrum mittunt, tanquam illum à sese hoc facto aversuri. Inter hæc Cœnus 18 &

21 Καὶ τῶν Βακτριανῶν καὶ Σογδιανῶν ὅσοι ἄλλοι] Ex MSS. hæc ita rescribenda sunt καὶ τῶν Βακτρίων τε καὶ Σογδιανῶν καὶ ὅσοι ἄλλοι. In quibus illud postremum καὶ exstat in Basil. editione, & ex V. C. notavit dein Vulcanius, ut mirer illos, qui excidere passi sunt, & vituperem adeo vanos interpolatores.

22 Ἐς Γάβας] MS. unus γαβάς. ex V. C. Vulcanius Γαβάς. Sed Opt. Βαγάς. Est igitur id situm in ripa Oxi, quippe de quo scribit Strabo XI, 517 μεταξὺ τοῦ Ὤξου ποταμοῦ, ὃς ὁρίζει τήν τε τῶν Βακτρίων καὶ τὴν τῶν Σογδίων.

23 Τοὺς ξὺν Σπιταμένῃ] Mira licentia in alieno opere, quum in uno etiam repererim Σπιταμένῳ, Vulcanius in V. C. Σπιταμένη, tum hîc, tum infra, & nulla causa sit, cur non legi debeat, utique Σπιταμένῃ prout mox infra, quod etiam legi in Optimo & altero uno.

24 Ὡς δὲ ἐξηγγέλλετο] Opt. ἐξήγγελτο, ut sæpius ante.

25 Ὡς ἀποτρέψοντες ἀπὸ σφῶν αὐτὸν τούτῳ τῷ ἔργῳ.] Non parum discrepant scripti. Optimus & alii cum editione ipsa Basileensi αὐτῶν, non αὐτὸν, prout nempe mox legerat librarius ille σφᾶς αὐτούς. Cæterum unus etiam ἀπὸ σφῶν αὐτῶν τὰ τούτου ἔργα. Vide, an forsan fuerit ἀπὸ σφῶν αὐτῶν τὰ τούτου ἔργα, *hoc pacto à se ipsis facta illius aversuri*, tanquam Spitameni omnia sint imputanda, non ipsis. Non tamen penitus damno vulgatum, pro quo alias dicit τούτῳ τῷ ἔργῳ χώραν εἰργασμένος. Atque ita factum est, ut Geographia Græca in hoc tractu ultra Sogdianos & Nomadas sese non extenderit, quoniam ulteriores Scythas nulla expeditio aperuit, καθάπερ ἤδη περὶ τοὺς βορειοτάτους τῶν Νομάδων, ἐφ' οὓς ἐπεχείρησε μὲν ὁ Ἀλέξανδρος ἄγειν στρατιάν, ὅτε τοῖς Βαρ-

Ναύτακα παρ' Ἀλέξανδρον ἐπανῆκον, καὶ οἱ ἀμφὶ Κρατερόν τε καὶ Φραταφέρνην τὸν τῶν Παρθυαίων σατράπην, καὶ Στασάνορα Ἀρείων [26], πεπραγμένων σφίσι πάντων ὅσα ἐξ Ἀλεξάνδρου ἐτέτακτο. Ἀλέξανδρος δὲ περὶ Ναύτακα ἀναπαύων τὴν στρατιὰν, ὅτι περ ἀκμαῖον τοῦ χειμῶνος [27], Φραταφέρνην μὲν ἀποστέλλει ἐς Μάρδους καὶ Τοπείρους, Φραδάτην ἐπανάξοντα τὸν σατράπην, ὅτι πολλάκις ἤδη μετάπεμπτος ἐξ Ἀλεξάνδρου γιγνόμενος, οὐχ ὑπήκουε καλοῦντι. Στασάνορα δὲ ἐς Δράγγας σατράπην ἐκπέμπει, ἐς Μήδους δὲ Ἀτροπάτην ἐπὶ σατραπείᾳ καὶ τούτοις ἐπὶ Μήδων [28], ὅτι Ἐξοδάτης [29] ἐθελοκακεῖν αὐτῷ ἐφαίνετο. Σταμένην δὲ ἐπὶ Βαβυλῶνος στέλλει, ὅτι Μαζαῖος ὁ Βαβυλῶνος ὕπαρχος [30] τετελευτηκέναι αὐτῷ ἐξηγγέλλετο. Σώπολιν δὲ καὶ Ἐπόκιλλον καὶ Μενοίδαν ἐς Μακεδονίαν ἐκπέμπει, τὴν στρατιὰν τὴν ἐκ Μακεδονίας αὐτῷ ἀνάξοντας. Ἅμα δὲ τῷ ἦρι ὑποφαίνοντι, προὐχώρει ὡς ἐπὶ τὴν ἐν τῇ Σογδιανῇ πέτραν, ἐς ἣν πολλοὺς μὲν τῶν Σογδιανῶν ξυμπεφευγέναι αὐτῷ ἐξηγγέλλετο· καὶ ἡ Ὀξυάρτου δὲ γυνὴ τοῦ Βακτρίου, καὶ αἱ παῖδες αἱ Ὀξυάρτου ἐς τὴν πέτραν ταύτην ξυμπεφευγέναι ἐλέγοντο, Ὀξυάρτου αὐτὰς ὡς ἐς ἀνάλωτον δῆθεν τὸ χωρίον ἐκεῖνο ὑπεκθεμένου· ὅτι καὶ αὐτὸς ἀφειστήκει ἀπ' Ἀλεξάνδρου. Ταύτης γὰρ ἐξαιρεθείσης, οὐκέτι οὐδὲν ὑπολειφθήσεσθαι ἐδόκει τῶν Σογδιανῶν τοῖς νεωτερίζειν ἐθέλουσιν. Ὡς δ' ἐπέλασαν τῇ πέτρᾳ, καταλαμβάνει πάντῃ ἀπότομον ἐς τὴν προσβολὴν, σιτία τε ξυγκεκομισμένους τοὺς βαρβάρους ὡς ἐς χρόνιον πολιορκίαν, καὶ χιὼν πολλὴ ἐπιπεσοῦσα τήν τε πρόσβασιν ἀπορωτέραν ἐποίει τοῖς Μακεδόσι, καὶ ἅμα ἐν ἀφθονίᾳ ὕδατος τοὺς βαρβάρους διῆγεν. Ἀλλὰ καὶ ὣς προσβάλλειν ἐδόκει τῷ χωρίῳ· καὶ γάρ τι καὶ ὑπέρογκον ἀπὸ τῶν βαρβάρων λεχθὲν, ἐς φιλοτιμίαν ξὺν ὀργῇ ἐμβεβλήκει [31] Ἀλέξανδρον. Προκληθέντος γὰρ ἐς ξύμβασιν [32], καὶ προλεγομένου σφίσιν, ὅτι σώοις ὑπάρχει ἐπὶ τὰ σφέτερα ἀπαλλαγῆναι, παραδοῦσι τὸ χωρίον· οἱ δὲ σὺν

& Craterus Nautaca ad Alexandrum reverterunt, & Phratraphernes ac Stasanor, ille Parthorum, hic Areorum satrapa, omnibus iis rebus quas Alexander imperârat confectis. Alexander quiete exercitui ad Nautaca datâ (vigebat enim tum bruma) Phrataphernem in Mardos ac Topiros mittit, ut Phradatem satrapam, qui sæpius arcessitus ab Alexandro non parebat, adducat. Stasanorem in Drangas præsidem mittit, in Medos Atropatem: atque hunc quidem in Medos, quod Exodatem male sibi velle intellexerat. Stamenem vero Babylonem ire jubet, quod Mazæus Babylonis præses mortem obiisse nuntiaretur. Sopolim vero & Epocillum ac Menœdam in Macedoniam mittit, exercitum inde ducturos. Posthæc imminente vere ad petram in Sogdianis sitam proficiscitur, in quam multos Sogdianorum confugisse acceperat. atque in his Oxyartis Bactriani uxor & filiæ sese recepisse dicebantur. Oxyartes enim eas in hunc locum ut inexpugnabilem subduci curârat. nam & ipse ab Alexandro defecerat. Porro eâ petrâ captâ, nihil reliquum Sogdianis fore videbatur, quod eos ad defectionem invitaret. Simulac vero ad petram accessit, comperit præruptum undique ejus aditum esse, & barbaros frumentum in diuturnam obsidionem importasse: nivium etiam altitudo difficiliorem Macedonibus accessum faciebat, & aquarum copiam barbaris suppetebat. Alexander nihilominus oppugnandam esse petram statuit. Arrogans etiam ac superbum barbarorum responsum, ad gloriam simul atque iram Alexandrum excitavit. Quum enim eos ad colloquium evocasset, ac si se dederent, facultatem libere in domos suas redeundi cis

σι μετέι, καὶ τῶν Σπιταμένου Σογδιανῶν δ' ἀπεχθέντες τοῦ Βήσσου, τὰ δ' ἐπὶ Σπιταμένους ὑπὸ τῶν βαρβάρων διαφθαρέντος, ἐπαύσατο τῆς ἐπιχειρήσεως, ut scribit Strabo lib. 11. pag. 558.

26 Καὶ Στασάνορα Ἀρείων] Sic plana & simili constructione procedunt editi. Verum MSS. plerique, etiam Optimus Στασάνωρ ὁ Ἀρείων. Et non indignam elegantia auctoris hanc mutationem judico.

27 Ὅτι περ ἀκμαῖον τοῦ χειμῶνος] Addit Optimus ἦν. Mox vero in eodem codice, sed & aliis, ut V.C. Vulcanii, legitur Ταπύρους. Phradatem porro unde didicerit nuperus esse Autophradaten, ostendit Freinshemius ter id inculcans ad Curtium, in notis VI, 5, 21. tum in indice & in *Autophradates* & in *Phradates*, ex quo indice etiam habet de Tapuris.

28 Καὶ τούτοις ἐπὶ Μήδων] MSS. prorsus omnes τούτου τῶν Μήδων: nempe continenter legendum ἐπὶ σατραπείᾳ καὶ τούτου τῶν Μήδων, ut notavit & Vulcanius ex V. C. id quod nescivérunt Basileenses edentes ἐπὶ σατραπείᾳ. καὶ τούτου τῶν Μήδων. Unde post orta est pejor mutatio.

29 Ἐξοδάτης] Optimus clare Ὀξοδάτης.

30 Βαβυλῶνος ὕπαρχος] Hoc Vulcanii est, ut ipse fatetur in præfixo indice locorum ab ipso mutatorum post editionem Basileensem. In Florentinis duobus ac Peruf. erat Βαβυλῶνος ὑπάρχη, ut ediderunt Basileenses. In uno Βαβυλωνίων ὕπαρχος. Scilicet genuinum est in Optimo Βαβυλῶνος ὕπαρχος. Deinde pro Μενοίδαν Optimus cum alio Μενίδαν, alii duo Μενίδαν.

31 Ἐς φιλοτιμίαν ἐμβεβλήκει] Opt. ἐμβεβλήκει.

32 Προκληθέντος γὰρ εἰς ξύμβασιν] Potest equidem ferri, ut participium censeatur neutro genere, *quum pronunciatum à præcone aliquid foret ad colloquium incboandum, & promissum illis*, &c. Nihilominus ambabus ulnis amplector scripturam editionis Basil. quam in tribus quoque MSS. offendi, προκληθέντες, vel ut MSS. προσκληθέντες nempe ipsi barbari. Recepta à Vulcanio scriptura, non satis ex æquo valet exprimere ipsius versionem.

σὺν γέλωτι βαρβαρίζοντες, πτηνοὺς ἐκέλευον ζητεῖν στρατιώτας Ἀλέξανδρον, οἵτινες αὐτῷ ἐξαιρήσουσι τὸ ὄρος, ὡς τῶν γε ἄλλων ἀνθρώπων οὐδεμίαν ὤραν σφίσιν οὖσαν. Ἔνθα δὴ ἐκήρυξεν Ἀλέξανδρος, τῷ μὲν πρώτῳ ἀναβάντι, δώδεκα τάλαντα εἶναι τὸ γέρας· δευτέρῳ δ᾽ ἐπὶ τούτῳ, τὰ δεύτερα, καὶ τρίτῳ τὰ ἐφεξῆς, ὡς τελευταῖον εἶναι τῷ τελευταίῳ ἀνελθόντι τριακοσίους Δαρεικοὺς τὸ γέρας· καὶ τοῦτο τὸ κήρυγμα παρώξυνεν ἔτι μᾶλλον καὶ ἄλλως τοὺς Μακεδόνας 19 ὡρμημένους[33]. Ξυνταξάμενοι δὲ ὅσοι πετροβατεῖν ἐν ταῖς πολιορκίαις αὐτῷ μεμελετήκεισαν, ἐς τριακοσίους τὸν ἀριθμὸν[34], καὶ πασσάλους μικροὺς σιδηροῦς, οἷς αἱ σκηναὶ κατεπεπήγεσαν αὐτοῖς, παρασκευάσαντες, τοῦ καταπηγνύναι αὐτοὺς ἔς τε τὴν χιόνα ὅπη πεπηγυῖα φανείη, καὶ εἴπη τι τῆς χώρας ἔρημον χιόνος ὑποφαίνοιτο, καὶ τούτους καλωδίοις ἐκ λίνου ἰσχυροῦ ἐκδήσαντες, τῆς νυκτὸς προὐχώρουν κατὰ τὸ ἀποτομώτατόν τι τῆς πέτρας, καὶ ταύτῃ ἀφυλακτότατον· καὶ τούτους τοὺς πασσάλους καταπηγνύντες, τοὺς μὲν εἰς τὴν γῆν ὅπη διεφαίνετο, τοὺς δὲ καὶ τῆς χιόνος[35] ἐς τὰ μάλιστα οὐ θρυφθησόμενα, ἀνεῖλκον σφᾶς αὐτοὺς ἄλλοι ἄλλῃ τῆς πέτρας. Καὶ τούτων ἐς τριάκοντα μὲν ἐν τῇ ἀναβάσει διεφθάρησαν, ὥστε οὐδὲ τὰ σώματα αὐτῶν ἐς ταφὴν εὑρέθη, ἐκπεσόντα ἄλλῃ καὶ ἄλλῃ τῆς χιόνος. Οἱ δὲ λοιποὶ ἀναβάντες ὑπὸ τὴν ἕω, καὶ τὸ ἄκρον τοῦ ὄρους καταλαβόντες, σινδόνας κατέσειον ὡς ἐπὶ τὸ στρατόπεδον τῶν Μακεδόνων· οὕτως αὐτοῖς ἐξ Ἀλεξάνδρου παρηγγελμένον. Πέμψας δὲ κήρυκα, ἐμβοῆσαι ἐκέλευσε τοῖς προφυλάσσουσι τῶν βαρβάρων, μὴ διατρίβειν ἔτι, ἀλλὰ παραδιδόναι σφᾶς· ἐξευρῆσθαι γὰρ δὴ τοὺς πτηνοὺς ἀνθρώπους, καὶ ἔχεσθαι ὑπ᾽ αὐτῶν[36] τοῦ ὄρους τὰ ἄκρα· καὶ ἅμα ἐδείκνυον τοὺς ὑπὲρ τῆς κορυφῆς στρατιώτας. Οἱ δὲ βάρβαροι ἐκπλαγέντες τῷ παραλόγῳ τῆς ὄψεως, καὶ πλείονάς τε ὑποτοπήσαντες εἶναι τοὺς κατέχοντας τὰ ἄκρα, καὶ ἀκριβῶς ὡπλισμένους, ἐνέδοσαν σφᾶς αὐτούς· οὕτω πρὸς τὴν ὄψιν τῶν ὀλίγων ἐκείνων Μακεδόνων φοβεροὶ ἐγένοντο. Ἔνθα δὴ ἄλλων τε πολλῶν γυναῖκες καὶ παῖδες ἐλήφθησαν, καὶ ἡ γυνὴ ἡ Ὀξυάρτου, καὶ αἱ παῖδες. Καὶ γὰρ ἦν Ὀξυάρ-

cis proposuisset, ipsi barbare irridentes, ut alatos sibi milites Alexander quæreret, qui petram caperent, jusserunt, quippe qui ab aliis hominibus nihil sibi metuerent. Tum Alexander per præconem edici jubet, primo omnium qui in petram conscenderet XII talenta præmii loco se daturum. secundo deinde, ac tertio sua etiam ordine præmia: postremo qui in petram evasisset CCC Daricos proponit. quæ quidem præmii spes Macedones etiam suâ sponte concitatos magis accendit. Collectis itaque ex omni numero 19 eorum qui conscendendis rupibus in obsidionibus assueverant, trecentis, præparatis exiguis paxillis ferreis, quibus tabernacula affixa erant, ita ut in nivem, ubi illa gelu constricta esset, aut iis locis quæ nivem non habebant, defigere possent, validos funes iis alligant, noctuque ad eam rupis partem quæ maxime prærupta arduaque erat, atque ob id præsidio non indigere videbatur, sese conferunt, & paxillis partim in terram nive vacuam, partim in nivem ipsam, quæ maximè congelata esset, defixis, ipsi se aliâ atque aliâ viâ in altum nitentes sublevant. Atque ex his quidem, XXX in ascensu perierunt, adeo ut ne corpora quidem, ut sepeliri possent, inventa sint, in altam nimirum nivem demersa. reliqui cum sub lucem in verticem rupis evasissent, linteorum quassatione Macedonum exercitui ascensus significationem dederunt. ita enim illis ab Alexandro imperatum fuerat. Misso itaque statim caduceatore, Alexander procubitoribus barbaris denuntiari jubet, ut nullâ interpositâ morâ sese dedant; inventos enim esse abs se homines alatos, & ab iis petræ cacumen teneri: simulque iis milites qui in vertice rupis stabant ostendunt. Barbari inopinato spectaculo attoniti, plures eos quam erant & bene armatos esse rati, sese dedunt. tanto terrori iis paucorum Macedonum aspectus fuit. Multæ ibi diversorum uxores & liberi capti: atque in iis Oxyartis uxor & filiæ. Erat

33 *Παρώξυνεν ἔτι μᾶλλον ἄλλως τοὺς Μακεδόνας ὡρμημένους*] His interpretatio parum consentit, *Macedones etiam sua sponte concitatos magis accendit*, quanquam pari modo Facius, *Macedones suopte ingenio gloriæ avidi, aliquanto etiam magis incensi sunt*. Quæ licet ad sensum perficiendum egregie faciant, non queunt tamen ex Græcis, ut vulgo leguntur, educi. Ex MSS. unus præferebat *μᾶλλον ἄλλους τε καὶ Μακ.* Satis manifesto, sed diverso sensu. Vulcanius notavit V. C. *ἄλλους τε καὶ Μακεδ.* Sed commodius judico, quod erat in Opt. & ad quod collineant quoque alii codd. *ἔτι μᾶλλον καὶ ἄλλως τοὺς Μακ.* Idque exprimunt Latina, unde repetivi.

34 *Τριακοσίους τὸν ἀριθμὸν*] Mirarer etiamnum, ut faciebam primitus, quid in omnibus MSS. ut & editione Basileensi esset *τριακοσίους*, nisi Optimus me docuisset illos jacturam voculæ fecisse, scribendumque *ἐς τριακοσίους*, prout eandem quoque supra auctori restitui. Editur autem *αὐτῷ μεμελετήκεισαν*, si forsan peculiaris ea cura Alexandri fuerit, ut effecerit quosdam ad id instrui. Sed quum id ignoretur, potuerant relinquere veterem scripturam *αὐτοῖς*, quæ est in Optimo. Sicut mox idem sane Optimus cum reliquis *ἰσχυροῦ*, non *ἰσχυρῶ*.

35 *Τοὺς δὲ καὶ τῆς χιόνος*] Opt. *τοὺς δὲ εἰς τῆς χιόνος*, & recte: construendum modo *εἰς τῆς χιόνος οὐ θρυφθησόμενα ἐς τὰ μάλιστα*, quod correctores videntur non percepisse. Mox pro *ἀνεῖλκον* MSS. omnes *ἀνεῖλκον*.

36 *Ἔχεσθαι ὑπ᾽ αὐτῶν*] Optimus *ὑπὸ τῶν αὐτῶν* optime & egregie.

Ὀξυάρτου παῖς παρθένος ἐν ὥρᾳ γάμου, Ῥωξάνη ὄνομα, ἣν δὴ καλλίστην τῶν Ἀσιανῶν γυναικῶν λέγουσιν ὀφθῆναι τῷ Ἀλεξάνδρῳ στρατεύσαντι[37], μετά γε τὴν γυναῖκα Δαρείου· καὶ ταύτην ἰδόντα Ἀλέξανδρον, ἐς ἔρωτα ἐλθεῖν αὐτῆς· ἐρασθέντα δέ, οὐκ ἐθελῆσαι ὑβρίσαι καθάπερ αἰχμάλωτον, ἀλλὰ γῆμαι γὰρ οὐκ ἀπαξιῶσαι. Καὶ τοῦτο ἐγὼ Ἀλεξάνδρου τὸ ἔργον ἐπαινῶ μᾶλλόν τι ἢ μέμφομαι. Καίτοι τῆς Δαρείου[38] (ἣ καλλίστη δὴ ἐλέγετο τῶν ἐν τῇ Ἀσίᾳ γυναικῶν) ἢ οὐκ ἦλθεν ἐς ἐπιθυμίαν, ἢ καρτερὸς αὐτὸς αὑτοῦ ἐγένετο, νέος τε ὤν, καὶ τὰ μάλιστα ἐν ἀκμῇ τῆς εὐτυχίας, ὁπότε ὑβρίζουσιν οἱ ἄνθρωποι· ὁ δὲ κατηδέσθη τε καὶ ἐφείσατο, σωφροσύνῃ τε πολλῇ διαχρώμενος, καὶ δόξης ἅμα ἀγαθῆς οὐκ ἀτόπῳ ἐφέσει. Καὶ τοίνυν καὶ λόγος κατέχει, ὀλίγον μετὰ τὴν μάχην[39], ἣ πρὸς Ἰσσῷ Δαρείῳ τε καὶ Ἀλεξάνδρῳ συνέβη, ἀποδράντα ἐλθεῖν παρὰ Δαρεῖον τὸν εὐνοῦχον τὸν φύλακα αὐτῷ τῆς γυναικός· καὶ τοῦτον ὡς εἶδε Δαρεῖος, πρῶτα μὲν πυθέσθαι, εἰ ζῶσιν αὐτῷ αἱ παῖδες καὶ οἱ υἱοὶ[40] καὶ ἡ γυνή τε καὶ ἡ μήτηρ· ὡς δὲ ζώσας ἐπύθετο, καὶ βασίλισσαι ὅτι καλοῦνται, καὶ ἡ θεραπεία ὅτι ἀμφ' αὐτάς ἐστιν, ἣν ἴσα καὶ ἐπὶ Δαρείου ἐθεραπεύοντο, ἐπὶ τῷδε αὖ πυθέσθαι, εἰ σωφρονεῖ αὐτῷ ἡ γυνὴ ἔτι· ὡς δὲ σωφρονοῦσαν ἐπύθετο, αὖθις ἐρέσθαι[41], μή τι βίαιον ἐξ Ἀλεξάνδρου αὐτῇ ἐς ὕβριν ξυνέβη· καὶ τὸν εὐνοῦχον ἐπομόσαντα φάναι, Ὅτι, ὦ βασιλεῦ, οὕτω τοι ὡς ἀπέλιπες ἔχει ἡ σὴ γυνή· καὶ Ἀλέξανδρος ἀνδρῶν ἄριστός τέ ἐστι καὶ σωφρονέστατος· ἐπὶ τοῖσδε ἀνατεῖναι Δαρεῖον ἐς τὸν οὐρανὸν τὰς χεῖρας, καὶ εὔξασθαι ὧδε· Ἀλλ' ὦ Ζεῦ βασιλεῦ[42], ὅτῳ

Erat porro Oxyartis filia Roxane virgo nubilis, quam omnium Asiaticarum mulierum pulcherrimam visu fuisse, post Darii uxorem, qui Alexandro militârunt, judicârunt. quâ visâ, Alexandrum ejus amore captum, nihilominus tamen contumeliam, utpote captivæ, inferre noluisse: matrimonio autem dedignatum non fuisse. Quod quidem Alexandri factum laude potius quam reprehensione dignum censuerim. Et Darii quidem uxoris (quæ formosissima omnium Asiæ mulierum habita fuit) aut desiderio tactus non fuit, aut cupiditati suæ imperavit, quanquam in ipso ætatis flore, summæque felicitatis culmine constitutus: quæ duo maxime humanos animos ad contumeliam aliis inferendam provocare solent. Ipse vero quadam reverentiâ ductus ei pepercit: magnâ profecto continentiâ usus, & magno quodam gloriæ studio impulsus. Fama etiam tenet, paulo post pugnam apud Issum inter Alexandrum & Darium commissam, eunuchum Darii uxoris custodem, castris elapsum ad Darium confugisse, quem ut conspexit Darius, primum interrogasse, an filiæ ac filii uxorque & mater viverent? quas quum vivere, & reginas vocari, eundemque honorem illis, qui apud Darium habitus fuerat, haberi dixisset, rursus quæsivit, an uxor matrimonii fidem servaret. quod quum eunuchus affirmaret, rursus percontatus est, an Alexander illi vim aliquam quæ ad ejus ludibrium pertineret intulisset: quumque eunuchus jurejurando adhibito testaretur, uxorem Darii in eo statu quo eam reliquerat esse, & Alexandrum omnium mortalium optimum ac temperantissimum esse: tum Darium manus ad cœlum tendentem, ita orasse: „ Jupiter rex, qui regum in „ ter-

37 *Τῷ Ἀλεξάνδρῳ στρατεύσαντι*] Optimus ac cæteri MSS. *οἱ ξὺν Ἀλεξάνδρῳ στρατ.* Et sic quoque Vulcanius ex V. C. unde & sua sic auxit, *qui cum Alexandro*.

38 *Καὶ τοι τῆς Δαρείου*] Multo suavius & ad morem Arriani rotundius copiosiusque MSS. omnes *καίτοιγε τῆς Δαρείου γυναικός*.

39 *Ὀλίγον κατὰ τὴν μάχην*] Id non potest exponi *paulo post pugnam*, nisi scribas ex MSS. omnibus *μετὰ*, quod mirere, omnibus editis errorem manifestissimum continuantibus.

40 *Ει ζῶσιν αὐτῷ αἱ παῖδες καὶ οἱ υἱοὶ*] Quantum ex scedis meis colligo, consentiunt in hanc lectionem MSS. etiam Optimus: proculdubio tamen tres ultimæ voces sunt insitivæ, quam fidem satis valide tum ipsa historiæ veritas ostendit, tum Suidas, qui in voce *Ἀλέξανδρος* describens totum hunc locum, non modo præcedentia sic ut ex MSS. reposui (ut *φύλακα αὐτῷ τῆς γυναικὸς*, non *αὐτοῦ*, item *ζώσας τε ἐπύθ.*) legit, sed hic quoque tantum habet *καὶ αἱ παῖδες*, quod est perfectissimum, nec dubito, quin ita Arrianus scripserit.

41 *Αὖθις ἐρέσθαι*] Horum nihil in Optimo MS. apparet, neque magnopere desiderem.

42 *Ἀλλ' ὦ Ζεῦ*] Est hoc loco, quod turbas dare possit. Interpres enim reddidit *Jupiter rex*. At paulo ante, ubi eunuchus sanctitatem Alexandri testaturus præmittit *ὦ βασιλεῦ*, Vulcanius neglexit, tanquam istum titulum inde sublatum, depressum cuperet adjunctumque huic exclamationi Darii. Quod satis pro auctoritate; quum tam in sermone eunuchi elogium illud à MSS. omnibus, immo & editione Basileensi, (immo etiam exstet in excerpto Suidæ) retineatur, quam in precibus Darii, *ὦ Ζεῦ βασιλεῦ*, ut & in Latinis fuerit bis exprimendum, & hinc videatur Justinus hausisse *regales Deos*, non tam ex communi atque etiam Græcorum more, quem exhibuit in Alexandro hoc Græco Arrianus lib. III cap. 5, quum Memphim rediisset, *ἐνταῦθα δὲ θύει τῷ Διῒ τῷ βασιλεῖ*, & in Asia jam ætate Gordii culto lib. I cap 3. *θύειν κελεύσας τῷ Διῒ βασιλεῖ*, sed vel maxime Persico, prout ostendit Xenophon lib. III *Κυροπαιδ. Ἐν τούτῳ τοὺς μὲν στρατιώτας σῖτον συσκευάζεσθαι ὁ Κῦρος ἴσως, πρῶτον μὲν Διῒ βασιλεῖ.* Et libro VII. *Ἐπεὶ δὲ εἰσῆλθεν ὁ Κῦρος, πρῶτον μὲν Ἑστίᾳ ἔθυσεν, ἔπειτα Διῒ βασιλεῖ, καὶ εἴ τινι ἄλλῳ θεῷ οἱ μάγοι ἐξηγοῦντο*, quo minus mirum sit ab postremo Dario id fieri. Apud Plutarchum est *Ζεῦ πατρῷε Περσῶν καὶ βασίλειοι θεοί*. Ut hæc turbare non debeat Athenæus, quum scribit libro XIII. *Δαρεῖος καὶ Δαρείου τοῦτο μαθὼν ηὔξατο τῷ Ἡλίῳ τὰς χεῖρας ἀνατείνας ἢ αὐτὸν βασιλεύειν ἢ Ἀλέξανδρον.* Fuerunt enim diversi scriptores, à quibus diversa sunt tradita. Itaque restitui.

ὅτῳ ἐπιτέτραπται νέμειν τὰ βασιλέων πράγματα ἐν ἀνθρώποις, σὺ νῦν μάλιστα μὲν ἐμοὶ φύλαξον Περσῶν τε καὶ Μήδων τὴν ἀρχὴν, ὥσπερ οὖν καὶ ἔδωκας. Εἰ δὲ ἐγὼ [43] οὐκέτι σοι βασιλεὺς τῆς Ἀσίας, σὺ δὲ μηδενὶ ἄλλῳ ὅτι μὴ Ἀλεξάνδρῳ παραδοῦναι τὸ ἐμὸν κράτος. Οὕτως οὐδὲ πρὸς τῶν πολεμίων ἄρα ἀμελεῖται, ὅσα σώφρονα ἔργα. Ὀξυάρτης δὲ ἀκούσας τοὺς παῖδας ἐχομένους, ἀκούσας δὲ καὶ ὑπὲρ Ῥωξάνης τῆς θυγατρὸς, ὅτι μέλει αὐτῆς Ἀλεξάνδρῳ, θαρσήσας ἀφίκετο πρὸς Ἀλέξανδρον [44], καὶ ἦν ἐν τιμῇ παρ' αὐτῷ, εἴπερ εἰκὸς [45] ἐπὶ ξυντυχίᾳ τοιαύτῃ.

21 Ἀλέξανδρος δὲ ὡς τὰ ἐν Σογδιανοῖς αὐτῷ διεπέπρακτο, ἐχομένης ἤδη καὶ τῆς πέτρας [46], ἐς Παραιτάκας προὐχώρει, ὅτι καὶ ἐν Παραιτάκαις χωρίον τι ὀχυρὸν καὶ ἄλλην πέτραν [47] κατέχειν ἐλέγοντο πολλοὶ τῶν βαρβάρων. Ἐκαλεῖτο δὲ αὕτη, Χοριήνου ἡ πέτρα· καὶ ἐς αὐτὴν αὐτός τε ὁ Χοριήνης ξυμπεφεύγει, καὶ ἄλλοι τῶν ὑπάρχων οὐκ ὀλίγοι. Ἦν δὲ τὸ μὲν ὕψος τῆς πέτρας, ἐς σταδίους εἴκοσι· κύκλος δὲ, ἐς ἑξήκοντα [48]· αὐτὴ δὲ ἀπότομος πάντοθεν· ἄνοδος δὲ ἐς αὐτὴν μία, καὶ αὐτὴ στενή τε καὶ οὐκ εὔπορος, οἷα δὴ παρὰ τὴν φύσιν τοῦ χωρίου πεποιημένη, ὡς χαλεπὴν εἶναι [49] καὶ μηδενὸς εἴργοντος καὶ καθ' ἕνα ἀνελθεῖν. Φάραγξ δὲ κύκλῳ περιείργει τὴν πέτραν βαθεῖα, ὥστε ὅστις προσάξειν στρατιὰν τῇ πέτρᾳ ἔμελλε, πολὺ πρόσθεν αὐτῷ τὴν φάραγγα εἶναι χωστέον, ὡς ἐξ ὁμαλοῦ ὁρμᾶσθαι προσάγοντα ἐς προσβολὴν τὸν στρατόν. Ἀλλὰ καὶ ὡς Ἀλέξανδρος ἥπτετο τοῦ ἔργου. Οὕτω πάντα ᾤετο χρῆναι βατά τε αὐτῷ καὶ ἐξαιρετέα εἶναι· ἐς τοσόνδε τόλμης τε καὶ εὐτυχίας προεκεχωρήκει. Τεμὼν δὴ τὰς ἐλάτας (πολλαὶ γὰρ καὶ ὑπερύψηλοι ἐλάται ἦσαν ἐν κύκλῳ τοῦ ὄρους) κλίμακας ἐκ τούτων ἐποίει, ὡς καθόδον εἶναι ἐς τὴν φάραγγα τῇ στρατιᾷ· οὐ γὰρ ἦν ἄλλως κατελθεῖν ἐς αὐτήν. Καὶ τὰς μὲν ἡμέρας αὐτὸς Ἀλέξανδρος ἐφειστήκει τῷ ἔργῳ, τὸ ἥμισυ τοῦ στρατοῦ ἔχων ἐργαζόμενον· τὰς δὲ νύκτας ἐν μέρει οἱ σωματοφύλακες [50], Περδίκκας τε καὶ Λεοννάτος καὶ Πτολεμαῖος ὁ Λάγου τῷ λοιπῷ μέρει τῆς στρατιᾶς τριχῶς διανενεμημένῳ, ὅσῳ αὐτῷ

„ terris negotia statusque moderaris, tu mihi Medorum ac Persarum imperium quod „ dedisti stabilito. Sin vero jam de me „ transfactum est, ut rex Asiæ esse desinam, „ in neminem alium quam in Alexandrum „ imperium meum transferto. Adeo ne ab hostibus quidem quod honeste quis agit, negligitur. Oxyartes vero ut liberos suos captos audivit, filiamque suam Alexandro curæ esse, erecto in bonam spem animo ad Alexandrum venit, magnoque in honore, ut par erat ob ejusmodi conjunctionem, ab Alexandro habitus fuit.

21 His apud Sogdianos ita gestis, petrâque occupatâ, Alexander in Parætacas movit, quod ibi aliud quoddam oppidum munitum, petramque aliam multi barbari insedisse nuntiarentur. Ea Choriensis petra appellabatur: ipseque Chorienes atque alii principes non pauci in eam confugerant. Erat ejus altitudo stadiorum circiter xx, in ambitu LX, ipsa undique prærupta; ascensus ad eam unicus, isque angustus & difficilis, utpote præter loci naturam factus, adeo ut singuli, etiam nemine obstante, ægre conscendere possent. Erat porro hæc petra profundâ voragine in orbem cincta, adeo ut qui exercitum ad petram adducere vellet, multo antea illi cavernosæ illæ voragines aggere obruendæ essent, ut ex planitie exercitus admoveri rupemque oppugnare posset. Alexander nihilominus aggrediendum opus esse statuit, nihil omnino sibi inaccessum aut inexpugnabile censens. tantum fiduciæ ex perpetuâ felicitate conceperat. Cæsis itaque abietibus, quarum magna in ambitu illius montis copia erat, scalas ex iis confici jubet, ut per eas exercitus (quod aliter ne quidem fieri poterat) in voraginem descenderet. Et interdiu quidem Alexander opus urgebat cum dimidiâ exercitus parte, noctu vero vicissim corporis custodes Perdiccas & Leonnatus & Ptolemæus Lagi filius, reliquo exercitu in tres partes distributo, no-

43 Εἰ δὲ ἐγὼ] Melius MSS. εἰ δὲ δὴ ἐγὼ, quod & ipsum notavit ex V. C. Vulcanius, sicut etiam præcedens.

44 Ἀφίκετο πρὸς Ἀλέξανδρον] MSS. & Optimus & alii tres à me consulti παρ' Ἀλ. nec scio, cur id mutari placuerit. Vulcanius ex V. C. id non notavit.

45 Εἴπερ εἰκὸς] Opt. cum alio & V. C. apud Vulcanium ᾗπερ. v, 23. ἀποδείξας τὸ χωρίον, ᾗπερ μάλιστα εἴκαζε βιάζεσθαι τοὺς βαρβάρους. Xenoph. v Κυρ. 398. ἄρχοντα ὑμῶν ἔλαθε ᾗπερ ὑμῶν νόμος.

46 Ἐχομένης ἤδη καὶ τῆς πέτρας] Vocula καὶ abest ab Optimo, sed solo, & propterea probando.

47 Χωρίον τι ὀχυρὸν καὶ ἄλλην πέτραν] In nullo MS. reperitur copulativa, & erit satis apta epexegesis. In Optimo etiam ὅτι quod præmittitur, non exstat. Mox vitiose editur ἐλέγετο πολλοί, quum & MSS. habeant & syntaxis requirat ἐλέγοντο.

48 Κύκλῳ δὲ ἐς ἑξήκοντα] Sine dubio & hæc mendosa. Nam eodem modo ante debuisset scribere τῷ ὕψει ἡ πέτρα, ut bene responderent hi casus. Verissime igitur Optimus κύκλος δὲ, quod recepi.

49 Ὡς χαλεπὴν εἶναι] Optimus χαλεπὸν, verissime, & tamen iterum plane solus.

50 Οἱ σωματοφύλακες] Adjicit Optimus αὐτῷ εἰργάζοντο. Dein pro τριχῶς MSS. omnes τριχῇ. Vide III, 25. Similiter v, 8 δίχῃ διατμηθέντα, αἱ τριακόντοροι δὲ τριχῇ ἐτμήθησαν, ut habent illic quoque MSS. omnes pro vulgato τριχῶς, videturque hac terminatione uti maluisse auctor, ut multis locis apparet.

αὐτῷ ἐς τὴν νύκτα ἐπιτέτακτο. Ἤνυτον δὲ τῆς ἡμέρας οὐ πλέον ἤπερ εἴκοσι πήχεις, καὶ τῆς νυκτὸς ὀλίγου ἀποδέον[51], καίτοι ξυμπάσης τῆς στρατιᾶς ἐργαζομένης· οὕτω τό, τε χωρίον ἄπορον ἦν, καὶ τὸ ἔργον ἐν αὐτῷ χαλεπόν. Κατιόντες δὲ ἐς τὴν φάραγγα[52], πασσάλους κατεπήγνυον ἐς τὸ ὀξύτατον τῆς φάραγγος, διέχοντας ἀλλήλων ὅσον ξύμμετρον πρὸς ἰσχύν τε καὶ ξυνοχὴν τῶν ἐπιβαλλομένων. Ἐπέβαλλον δὲ πλέγματα ἐκ λύγων, ἐς γεφύρας μάλιστα ἰδέαν· καὶ ταῦτα ξυνδήσαντες, χοῦν ἄνωθεν ἐπεφόρουν, ὡς ἐξ ὁμαλοῦ γίγνεσθαι τῇ στρατιᾷ τὴν πρόσοδον τὴν πρὸς τὴν πέτραν. Οἱ δὲ βάρβαροι τὰ μὲν πρῶτα κατεφρόνουν, ὡς ἀπόρου πάντη τοῦ ἐγχειρήματος· ὡς δὲ τοξεύματα ἤδη εἰς τὴν πέτραν ἐξικνεῖτο[53], αὐτοὶ ἀδύνατοι ἦσαν ἄνωθεν ἐξείργειν τοὺς Μακεδόνας (ἐπεποίητο γὰρ αὐτοῖς προκαλύμματα πρὸς τὰ βέλη, ὥστε ὑπ' αὐτοῖς ἀβλαβῶς ἐργάζεσθαι) ἐκπλαγεὶς ὁ Χοριήνης πρὸς τὰ γιγνόμενα, κήρυκα πέμπει πρὸς Ἀλέξανδρον, δεόμενος Ὀξυάρτην αὐτῷ ἀναπέμψαι[54]· καὶ πέμπει Ὀξυάρτην Ἀλέξανδρος. Ὁ δὲ ἀφικόμενος, πείθει Χοριήνην ἐπιτρέψαι Ἀλεξάνδρῳ αὐτόν τε καὶ τὸ χωρίον· βίᾳ μὲν γὰρ οὐδὲν ὅ, τι οὐχ ἁλωτὸν εἶναι Ἀλεξάνδρῳ, καὶ τῇ στρατιᾷ τῇ ἐκείνου· ἐς πίστιν δὲ ἐλθόντος καὶ φιλίαν, τὴν πίστιν τε καὶ δικαιότητα μεγαλωστὶ ἐπῄνει τοῦ βασιλέως, τά τ' ἄλλα, καὶ τὸ αὐτοῦ ἐν πρώτοις ἐς βεβαίωσιν τοῦ λόγου προφέρων[55]. Τούτοις πεισθεὶς ὁ Χοριήνης, αὐτός τε ἧκε παρ' Ἀλέξανδρον, καὶ τῶν οἰκείων τινὰς τῶν ἑταίρων[56] αὐτοῦ. Ἐλθόντι δὲ Χοριήνῃ, φιλάνθρωπά τε ἀποκρινάμενος, καὶ πίστιν ἐς φιλίαν δοὺς, αὐτὸν μὲν κατέχει, πέμψαι

nocturni operis ipsis commissi curam gerebant. nec per diem plus xx cubitis, noctu paulo minus efficiebant, quantumvis universus exercitus in opere esset. tanta erat & ipsius loci asperitas, & operis difficultas. Descendentes itaque in voraginem, paxillos quam firmissime potuerunt ad voraginis latera impegerunt, tanto spatio inter se distantes, quantum ponderi sustinendo par esset. His crates vimineas instraverunt, quæ pontis similitudinem præ se ferrent, iisque arcte colligatis terram ingesserunt, ut per planitiem exercitus ad petram adduceretur. Barbari initio Macedonum conatus tanquam vanos atque irritos irridebant. Postquam vero sagittis peti cœperunt, neque ipsi ex editiore petrâ Macedonas propulsare possent, (tegmina enim sibi construxerant, ne telorum jactu ab opere impedirentur) Chorienes molitionum novitate attonitus caduceatorem ad Alexandrum mittit, rogans uti Oxyartem ad se mittat. Is quum ad eum venisset, Chorieni suadere cœpit, ut se pariter atque petram Alexandro dedat. nihil enim Alexandro ejusque exercitui impervium esse. Si vero ad ejus fidem amicitiamque se contulisset, fidem regis & benignitatem extollebat, se ipse in exemplum adducens. Quibus rebus persuasus Chorienes, cum familiarium nonnullis ad Alexandrum venit. quem Alexander humaniter exceptum, quum in fidem amicitiamque suam recepisset, ipsum quidem penes

51 Ὀλίγου ἀποδέον] Opt. ὀλίγον. Ut V, 4 τεταγμένους πολλοὺς ἢ ὀλίγον ἀποδέοντας. Et cap. 18 πεζοὶ μὲν ὀλίγον ἀποδέοντες τῶν δισμυρίων. Et sæpius.

52 Κατιόντες δὲ ἐς τὴν φάραγγα] MSS. omnes κατιόντες δὲ ἐς τὴν φ. quod sane expressit interpres, etsi nec prior Basileensis editio, nec aliæ sequutæ præpositionem necessariam agnoscant, nec ex V. C. notavit Vulcanius. Sequitur incommoditas quædam in versione. Illa enim κατεπήγνυον ἐς τὸ ὀξύτατον τῆς φάραγγος, quum interpretatus esset insulse Facius *scandendo gradatim palos figebant*, Vulcanius non Arriani manum sed Facii interpretationem respiciens & imitans, ut opinor, vertit, *quam firmissime potuerunt ad voraginis latera impegerunt*, quæ plurima licet verba tum quæsita sunt nimis, tum minime exprimunt vim Græcorum; quod nec mirum est, quum prorsus sint paraphrasis Latina primæ interpretationis. Nam quis dubitaret non in fundum voraginis, sed ad latera impactos fuisse? Neque tamen nisi ad unum latus impacti fuerunt. Deinde ὀξύτατον nihil minus notat quam *firmissime*. Ut ὀξύτατον montis est ipsum cacumen, ubi maxime in acumen fastigatur; sic vallis vel voraginis ὀξύτατον esse potest infima ejus pars, ubi minime lata est & maxime coit instar carinæ. Sed ea non videtur esse hujus loci sententia, ubi ὀξύτατον de labro & clivo nimis prærupto ac præcipiti & glabro videtur intelligere, ubi escendere ulterius nequibant. Ibi igitur desperato adscensu judicarunt commode infigi trabes & palos ad sustinendas vimineas crates instar tabulati vel pontis paulatim per paxillos adscendentis. Vertendum fuit; *in maxime præcipiti & acuta voraginis parte impegerunt*, quam non facile poterant adscendendo superare.

53 Ἐξικνεῖτο] MSS. omnes ἐξικνοῦντο. Tum codicum maxima pars, immo universa, καὶ αὐτοὶ, ut est Basileæ recte editum.

54 Ὀξυάρτην αὐτῷ ἀναπέμψαι] MSS. Florentini & V. C. apud Vulcanium οἱ, & sic quoque jam Basileensis editio, ut imprudenter mutaverint.

55 Καὶ τὸ αὐτοῦ ἐς βεβαίωσιν τοῦ λόγου προσφέρων] MSS. omnes & Basil. προφέρων. Utrumque probum, sed suo sensu, & antiquius non temere mutandum. Geminus plane locus est apud Polyb. de Abilyce III, 99. καὶ προσπαρατιθεὶς τὴν αὐτοῦ μετάθεσιν, πολλοὺς Ἰβήρων παρέχομαι πρὸς τὴν τῶν Ῥωμαίων φιλίαν. Adde ad libri II caput 7.

56 Οἰκείων τινὰς τῶν ἑταίρων] Vulcanius, *cum familiarium nonnullis*. Imperfecte vestigiis Facii institit, qui exprimebat *cum eo familiarium nonnulli*. Alii apud Græcos & præsertim Arrianum, etsi nunc non agatur de Macedonica militia, οἰκεῖοι, alii ἑταῖροι. Et quæ ratio loquendi est τῶν οἰκείων τῶν ἑταίρων? quasi articulus geminatus esset aliquid. Itaque quum omnes MSS. corrupte vulgatum exhibeant, præstantissimus ille codex interpositam recte habet conjunctionem οἰκείων τινὰς καὶ τῶν ἑταίρων, hoc est, *consanguineis nonnullis ac amicis comitatus*. Video idem σφάλμα nocuisse hactenus Polybio X, 31, ubi vulgo μετὰ τῶν οἰκείων φίλων; at in MS. Florentiæ Medicæo perspicue erat οἰκείων καὶ φίλων, ut recte interpretatus sit Casaubonus *cum amicis ac necessariis suis*. Et IV, 81. τοὺς δ' οἰκείους καὶ φίλους παρεκάλει. Ex longa alterius dubitatione quid emolumenti Arriano? præcipue quam suo Marte solvet nunquam.

ψαι δὲ κελεύει τῶν συγκατελθόντων τινὰς αὐτῷ ἐς τὴν πέτραν, τοὺς κελεύσοντας ἐνδοῦναι τὸ χωρίον[57]. καὶ ἐνδίδοται ὑπὸ τῶν ξυμπεφευγότων, ὥστε καὶ αὐτὸς Ἀλέξανδρος ἀναλαβὼν τῶν ὑπασπιστῶν ἐς πεντακοσίους, ἀνέβη κατὰ θέαν τῆς πέτρας, καὶ τοσούτῳ ἐδέησεν[58] ἀνεπιεικές τι ἐς τὴν Χοριήνου ἔργον ἀποδείξασθαι, ὥστε καὶ αὐτὸ τὸ χωρίον ἐκείνῳ ἐπιτρέπει Χοριήνῃ, καὶ ὕπαρχον εἶναι ὅσωνπερ καὶ πρόσθεν ἔδωκε. ξυνέβη τε χειμῶνι κακοπαθῆσαι αὐτῷ τὴν στρατιὰν, πολλῆς χιόνος πεσούσης[59] ἐν τῇ πολιορκίᾳ, καὶ ἅμα ἀπορίᾳ τῶν ἐπιτηδείων ἐπιέσθησαν· ἀλλὰ Χοριήνης ἐς δίμηνον σιτία ἔφη δώσειν τῇ στρατιᾷ· καὶ ἔδωκε σῖτόν τε καὶ οἶνον τῶν ἐν τῇ πέτρᾳ ἀποθέτων, κρέα τε ταριχηρὰ κατὰ σκηνήν· καὶ ταῦτα δοὺς, οὐκ ἔφασκεν ἀναλῶσαι[60] τῶν παρεσκευασμένων ἐς τὴν πολιορκίαν οὐδὲ τὴν δεκάτην μοῖραν· ἔνθεν ἐν τιμῇ μᾶλλον τῷ Ἀλεξάνδρῳ ἦν, ὡς οὐ πρὸς βίαν μᾶλλον ἢ κατὰ γνώμην ἐνδοὺς τὴν πέτραν. Ταῦτα δὲ διαπραξάμενος[61] Ἀλέξανδρος, αὐτὸς μὲν ἐς Βάκτρα ᾔει, Κρατερὸν δὲ τῶν ἑταίρων ἱππέας[62] ἔχοντα ἑξακοσίους, καὶ τῶν πεζῶν τήν τε αὐτοῦ τάξιν καὶ τὴν Πολυσπέρχοντος καὶ Ἀττάλου καὶ τὴν Ἀλκέτα, ἐπὶ Καταίνην τε καὶ Αὐστάνην ἐκπέμπει, οἳ δὴ μόνοι ἔτι ὑπελείποντο ἐν τῇ Παραιτακηνῶν χώρᾳ ἀφεστηκότες· καὶ μάχης γενομένης πρὸς αὐτοὺς καρτερᾶς, νικῶσιν οἱ ἀμφὶ Κρατερὸν τῇ μάχῃ· καὶ Καταίνης μὲν ἀποθνήσκει αὐτοῦ μαχόμενος· Αὐστάνης δὲ ξυλληφθεὶς ἀνήχθη παρ' Ἀλέξανδρον. Τῶν δὲ ξὺν αὐτοῖς βαρβάρων, ἱππεῖς μὲν ἀπέθανον ἑκατὸν καὶ εἴκοσι[63]· πεζοὶ δὲ, ἀμφὶ τοὺς χιλίους πεντακοσίους. Ταῦτα δὲ ὡς ἐπράχθη τοῖς ἀμφὶ Κρατερὸν, καὶ οὗτοι ἐς Βάκτρα ᾔεσαν· καὶ ἐν Βάκτροις, τὸ ἀμφὶ Καλλισθένην τε καὶ τοὺς παῖδας πάθημα Ἀλεξάνδρῳ ξυνηνέχθη. Ἐκ Βάκτρων δὲ, ἐξήκοντος ἤδη τοῦ ἦρος, ἀναλαβὼν τὴν στρατιὰν, προὐχώρει ὡς ἐπὶ Ἰνδοὺς, Ἀμύνταν ἀπολιπὼν ἐν τῇ χώρᾳ τῇ Βακτρίων, καὶ ξὺν αὐτῷ ἱππέας μὲν τρισχιλίους καὶ πεντακοσίους, πεζοὺς δὲ μυρίους. Ὑπερβαλὼν δὲ τὸν Καύκασον ἐν δέκα ἡμέραις, ἀφίκετο ἐς Ἀλεξάνδρειαν πόλιν, τὴν κτισθεῖσαν ἐν Παραπαμισάδαις, ὅτε τὸ πρῶτον ἐπὶ Βάκτρων ἐστέλλετο· καὶ τὸν μὲν ὕπαρχον, ὅστις αὐτῷ ἐπὶ τῆς πόλεως τότε ἐτάχθη, παραλύει τῆς ἀρχῆς, ὅτι οὐ καλῶς ἐξηγεῖσθαι ἔδοξε· προσκατοι-

nes se retinet: at ex iis qui cum ipso venerant nonnullos in petram remittit, qui ut deditio fiat jubeant. atque ita ab iis qui eo confugerant petra tradita est. Quo facto Alexander assumtis scutatis circiter quingentis, petram spectandi causâ conscendit. tantumque abfuit ut indignum aliquid in Chorienem statueret, ut oppidum ejus fidei rursus commiserit, præsidemque omnium locorum quorum antea fuerat, statuerit. Per id tempus accidit ut exercitus, quum per hyemem in eâ obsidione nix alte terram operuisset, commeatus & rerum necessariarum inopiâ laboraret: sed Chorienes cibaria duobus mensibus exercitui subministraturum se dixit: exque eo commeatu qui in petrâ erat frumentum & vinum dedit ac carnes salitas per singula tentoria: quæ omnia quum dedisset, ne decimam quidem partem commeatus, quem eò ad obsidionem sustinendam convexerat, exhaustam esse dicebat. Quâ de causâ majore ab Alexandro in honore est habitus, quippe qui non tam vi quam suâ sponte deditionem fecisse videretur. His rebus ita gestis Alexander in Bactra movit, Craterum autem cum sexcentis amicorum equitibus, suoque & Polysperchontis atque Attali & Alcetæ peditatu, adversus Catanem & Austanem, qui in Parætacene soli ex defectoribus adhuc reliqui erant, mittit. acrique inter hos pugnâ commissâ, Craterus superior evadit: Catanes inter pugnandum occisus; Austanes captus ad Alexandrum adductus est. Ex barbaris equites CXX cæsi: pedites circiter MD. Quo facto Craterus in Bactra etiam est profectus. In Bactris, Callisthenis & puerorum regiorum insidiæ Alexandro structæ detectæ sunt. Ex Bactris, adulto jam vere, coactis omnibus copiis in Indos movit, Amynta apud Bactrianos relicto, cum equitum III MD, peditum X M. decimisque castris transmisso Caucaso pervenit Alexandriam, quæ apud Parapamisadas condita fuerat, quum primam expeditionem in Bactra faceret: præsidemque illius urbis amovit, quod non bene officio suo functus fuisse videretur: pluri-

57 Ἐνδοῦναι τὸ χωρίον] MS. Opt. ἀνδοῦναι.
58 Τοσούτῳ ἐδέησεν] MSS. τοσοῦτο.
59 Πεσούσης] Opt. ἐπιπεσούσης. Etiam mox ante legendum ξυνέβη δὲ χειμῶνι τε κακόν.
60 Ἔφασκεν ἀναλῶσαι] Vehementior oratio in MSS. omnibus per præpositam particulam οὐκ ἔφασκεν. Quæ quum habeatur in Basileensi editione, immo & exprimatur in Latinis, cur eam Græcis negare possunt? Ego certe rursus apposui.
61 Διαπραξάμενος] Iidem καταπραξάμενος.
62 Ἑταίρων ἱππέας] Optimus ἱππέων ἑταίρων.
63 Ἀπέθανον ἑκατὸν καὶ εἴκοσι] Opt. ἐς ἑκατόν. Mendose autem id in versione exprimitur CCXX, quum delenda sit prior litera. Sed adeo cœcus fuit ille nuperus, ut nisi quod ab Freinshemio ei oggerebatur, videre vix quidquam potuerit; quale etiam istud est, quod hoc loco notavit de reliquiis deficientium in Parætacene, quod omne, vide sodes, quam ingrate selegerit ex notis Curtianis VIII, 5, 2.

κατοικίσας δὲ καὶ ἄλλους τῶν περιοίκων τε καὶ ὅσοι τῶν στρατιωτῶν ἀπόμαχοι ἦσαν ἐς τὴν Ἀλεξάνδρειαν, Νικάνορα μὲν, ἕνα τῶν ἑταίρων, τὴν πόλιν αὐτὴν κοσμεῖν ἐκέλευσε· σατράπην δὲ Τυριάσπην κατέστησε τῆς τε χώρας τῆς Παραπαμισαδῶν καὶ τῆς ἄλλης, ἔστ' ἐπὶ τὸν Κωφῆνα [64] ποταμόν. Ἀφικόμενος δ' ἐς Νίκαιαν πόλιν, καὶ τῇ Ἀθηνᾷ θύσας, προῄει· ὡς δὲ ἐπὶ τὸν Κωφῆνα, προπέμψας κήρυκα ὡς Ταξίλην τε καὶ τοὺς ἐπὶ τάδε τοῦ Ἰνδοῦ ποταμοῦ, κελεύσας ἀπαντᾶν, ὅπως ἂν ἑκάστοις προχωρῇ [65]. Καὶ Ταξίλης τε καὶ οἱ ἄλλοι ὕπαρχοι ἀπήντων, δῶρα τὰ μέγιστα παρ' Ἰνδοῖς νομιζόμενα κομίζοντες· καὶ τοὺς ἐλέφαντας δώσειν ἔφασκον, τοὺς παρὰ σφίσιν ὄντας, ἀριθμὸν ἐς πέντε καὶ εἴκοσιν. Ἔνθα δὴ διελὼν τὴν στρατιὰν, Ἡφαιστίωνα μὲν καὶ Περδίκκαν ἐκπέμπει ἐς τὴν Πευκελαῶτιν χώραν, ὡς ἐπὶ τὸν Ἰνδὸν ποταμὸν, ἔχοντας τήν τε Γοργίου τάξιν καὶ Κλείτου καὶ Μελεάγρου, καὶ τῶν ἑταίρων ἱππέων τοὺς ἡμίσεας, καὶ τοὺς μισθοφόρους ἱππέας ξύμπαντας· προστάξας τά τε κατὰ τὴν ὁδὸν χωρία ἢ βίᾳ ἐξαιρεῖν, ἢ ὁμολογίᾳ παρίστασθαι· καὶ ἐπὶ τὸν Ἰνδὸν ποταμὸν ἀφικομένους, παρασκευάζειν ὅσα ἐς τὴν διάβασιν τοῦ ποταμοῦ ξύμφορα· ξὺν τούτοις δὲ καὶ Ταξίλης, καὶ οἱ ἄλλοι ὕπαρχοι στέλλονται. Καὶ οὗτοι ὡς ἀφίκοντο πρὸς τὸν Ἰνδὸν ποταμὸν, ἔπρασσον ὅσα ἐξ Ἀλεξάνδρου ἦν τεταγμένα. Ἄστης δὲ, ὁ τῆς Πευκελαώτιδος χώρας ὕπαρχος, νεωτερίσας, αὐτός τε ἀπόλλυται, καὶ τὴν πόλιν προσαπώλεσεν, ἐς ἣν κατέφυγεν. Ἐξεῖλον γὰρ αὐτὴν ἐν τριάκοντα ἡμέραις προσκαθήμενοι οἱ ξὺν Ἡφαιστίωνι· καὶ αὐτὸς μὲν Ἄστης [66] ἀποθνήσκει, τῆς πόλεως δὲ ἐπιμελεῖσθαι ἐτάχθη Σαγγαῖος, ὃς ἔτι πρόσθεν πεφευγὼς Ἄστην παρὰ Ταξίλην ηὐτομολήκει· καὶ τοῦτο ἦν αὐτῷ τὸ πιστὸν πρὸς Ἀλέξανδρον. Ἀλέξανδρος δὲ ἄγων τοὺς ὑπασπιστὰς, καὶ τῶν ἑταίρων ἱππέων ὅσοι μὴ ξὺν Ἡφαιστίωνι ἐτετάχατο, καὶ τῶν πεζεταίρων καλουμέ-

23

pluribusque colonis in Alexandriam, ex finitimis & Macedonibus qui inutiles bello erant, deductis, Nicanora unum ex amicis illius urbis gubernationi præficit. Tyriaspen totius regionis Parapamisadarum, & reliquæ provinciæ ad Cophenem amnem usque, satrapam constituit. Inde Nicæam veniens, sacro Palladi facto processit: ut vero ad Cophenem amnem, ibi caduceatore præmisso ad Taxilem ac cæteros qui cis Indum amnem incolebant, obviam sibi prout quosque accedebat, progredi jussos, tum Taxiles, tum reliqui præsides obviam venerunt, dona quæ apud Indos censentur amplissima offerentes; elephantos etiam, qui apud eos erant, numero XXV se missuros polliciti: ibi diviso exercitu, Hephæstionem ac Perdiccam in Peucelaotidem regionem mittit, Indum amnem versus, una cum Gorgiæ & Cliti atque Meleagri copiis, atque equitum amicorum dimidiâ parte, & mercenariis equitibus omnibus: mandatis traditis uti oppida omnia quæ in itinere essent aut vi expugnarent, aut deditione reciperent. quumque ad Indum fluvium pervenissent, omnia quæ ad trajiciendum necessaria essent appararent. Cum his & Taxiles reliquique ejus regionis præsides missi, ubi ad Indum flumen venerunt, quæ Alexander jusserat faciunt. Astes vero Peucelaotidis regionis præses, defectione tentatâ, & se & urbem in quam confugit perdidit. Hephæstion enim eam XXX dies obsessam expugnavit, Asteque in eâ interfecto, ejus gubernationem Sangæo tradidit, qui paulo ante fugiens Astem, ad Taxilem se contulerat. quod quidem illi fidem apud Alexandrum auxerat. Alexander cum scutatorum manu, & equitatu amicorum qui Hephæstionem secuti non erant, & eorum qui pedites amici vocan-

23

64 Ἔστ' ἐς τὸν Κωφῆνα] Sic edidi & causam dixi ad III, 7. vulgo ἐς τ' ἐπί. Mox codicum omnium fidelissimus dabat ὡς δὴ ἐπί, quum istam adversativam nemo alius agnosceret. Inde longe aliter statui de hoc loco, quam habebatur vulgo: & quæso qualis locutio est προπέμψας κήρυκα ὡς κελεύσας? Inspice igitur, & confer cum vulgatis.

65 Ὅπως ἂν ἑκάστοις προχωρῇ] Sensum forsan universe ostendit, at Græcas voces longissime reliquit utraque interpretatio, in qua nihil horum verborum, & nec ipsa sana sunt. Eadem adhibet auctor I, 1 ῥίψαντες ὡς ἑκάστοις προχωρεῖ τὰ ὅπλα *prout cuique licebat*. Ejusdem libri cap. 8 vertit, *ut quisque potuit*. V, 23 *ut quisque poterat*. VII, 15 *qua cuique integrum est*. Xenophon lib. I Κύρ. παιδ. non longe à principio, ὅπως ἂν ἑκάστῳ προχωρῇ. Et sane placuit Senecæ ep. 50 *quomodo quisque potest*. Talia hic locum habere non queunt, ubi non imperatur accedere, prout cuique libet, sed omnino accedere definito certo tempore, quod ostendunt egregie codices MSSti, in quorum duobus notavi προχωρῇ, quomodo etiam legendum. Hoc enim semper deditionis signum accepit Alexander, si accedenti sibi & appropinquanti occurrerent dynastæ, ut clarum est ex VI, 16, ubi idem notarunt alii. Ludibundi vero & Facius & Vulcanius superiora ἐπὶ τάδε τοῦ Ἰνδοῦ ποταμοῦ transtulerunt *trans amnem*, quasi per Græcas voces Ἰνδὸν ποταμὸν ille idem Cophen intelligeretur. Sed ut fatear Cophenem attribui Indiæ & evolvi in fluvium nomine Indum; tum profecto ut jussa hæc Alexandri terminari fluvio Cophene putemus, non patiuntur verba Arriani. Et quod Vulcanius edat *trans amnem*, etiam pugnat cum structura sermonis Græci, in quo voces ἐπὶ τάδε semper *citra* notant, nunquam *trans*. Immo plane per Ἰνδὸν ποταμὸν intelligit Arrianus non Cophenem, sed sic κυρίως appellatum Indum. Nempe præcones misit ab Cophene, ut vicinos huic fluvio quaqua versum, usque dum misceatur Indo, regulos, unumque Taxilem, cujus in potestate esse Orientalem Indi ripam audierat, juberet Alexandro se submittere.

66 Αὐτὸς δὲ Ἄστης] MSS. omnes αὐτὸς μὲν Ἄστης.

λαβὼν τὰς τάξεις καὶ τοὺς τοξότας καὶ τοὺς Ἀγριᾶνας καὶ τοὺς ἱππακοντιστὰς, προὐχώρει ἐς τὴν Ἀσπασίων τε καὶ Θυραίων χώραν καὶ Ἀρασακῶν[67]. πορευθεὶς δὲ παρὰ τὸν Χόην καλούμενον ποταμὸν, ὀρεινήν τε ὁδὸν καὶ τραχεῖαν, καὶ τοῦτον διαβὰς χαλεπῶς, τὸ μὲν πεζῶν πλῆθος βάδην ἕπεσθαί οἱ ἐκέλευσεν. Αὐτὸς δὲ ἀναλαβὼν τοὺς ἱππέας ξύμπαντας, καὶ τῶν πεζῶν τῶν Μακεδόνων ἐς ὀκτακοσίους ἐπιβιβάσας τῶν ἵππων ξὺν ταῖς ἀσπίσι ταῖς πεζικαῖς, σπουδῇ ἦγεν, ὅτι τοὺς ταύτῃ οἰκοῦντας βαρβάρους ξυμπεφευγέναι ἔς τε τὰ ὄρη τὰ κατὰ τὴν χώραν ἐξηγγέλλετο αὐτῷ, καὶ ἐς τὰς πόλεις ὅσαι ὀχυραὶ αὐτῶν ἐς τὸ ἀπομάχεσθαι. Καὶ τούτων τῇ πρώτῃ[68] κατὰ ὁδὸν πόλει ᾠκισμένῃ προσβαλὼν, τοὺς μὲν πρὸ τῆς πόλεως τεταγμένους, ὡς εἶχεν, ἐξ ἐφόδου ἐτρέψατο, καὶ κατέκλεισεν ἐν τῇ πόλει[69]. αὐτὸς δὲ τιτρώσκεται βέλει διὰ τοῦ θώρακος ἐς τὸν ὦμον· τὸ δὲ τραῦμα οὐ χαλεπὸν αὐτῷ ἐγένετο· ὁ γὰρ θώραξ ἔσχε τὸ μὴ οὐ διαμπὰξ διὰ τοῦ ὤμου ἐλθεῖν τὸ βέλος. Καὶ Πτολεμαῖος ὁ Λάγου ἐτρώθη, καὶ Λεοννάτος. Τότε μὲν δὴ ἵνα ἐπιμαχώτατον τοῦ τείχους ἐφαίνετο, ἐστρατοπεδεύσατο πρὸς τῇ πόλει· τῇ δὲ ὑστεραίᾳ ὑπὸ τὴν ἕω (διπλοῦν γὰρ τεῖχος περιβέβλητο τῇ πόλει) ἐς μὲν τὸ πρῶτον, ἅτε οὐκ ἀκριβῶς τετειχισμένον, οὐ χαλεπῶς ἐβιάσαντο οἱ Μακεδόνες· πρὸς δὲ τῷ δευτέρῳ ὀλίγον ἀντισχόντες οἱ βάρβαροι, ὡς αἵ τε κλίμακες προσέκειντο ἤδη, καὶ ὑπὸ τῶν βελῶν πάντοθεν ἐτιτρώσκοντο οἱ προμαχόμενοι, οὐκ ἔμειναν· ἀλλὰ κατὰ τὰς πύλας ὡς ἐπὶ τὰ ὄρη ἐκπίπτουσιν ἐκ τῆς πόλεως· καὶ τούτων οἱ μὲν ἐν τῇ φυγῇ ἀποθνήσκουσιν· ὅσους δὲ ζῶντας ἔλαβον αὐτῶν, ξύμπαντας ἀποκτείνουσιν οἱ Μακεδόνες, ὅτι ἐτρώθη ὑπ' αὐτῶν Ἀλέξανδρος ὀργιζόμενοι· οἱ πολλοὶ δὲ ἐς τὰ ὄρη, ὅτι οὐ μακρὰν τῆς πόλεως τὰ ὄρη ἦν, ἀπέφυγον. Τὴν πόλιν δὲ κατασκάψας, ἐς Ἄνδρακα[70] ἄλλην πόλιν ἦγε. Ταύτην δὲ ὁμολογίᾳ ἐνδοθεῖσαν κατασχὼν, Κρατερὸν μὲν ξὺν τοῖς ἄλλοις ἡγεμόσι τῶν πεζῶν καταλείπει αὐτοῦ, ἐξαι-

cantur agmine, cumque sagittariis atque Agrianis & jaculatoribus equitibus, in Aspios, Thyræos, & Arasacos movit. itinereque juxta Choen fluvium facto, montano magnâ ex parte atque aspero, eoque amne difficulter transmisso, peditatum sensim subsequi jubet. Ipse sumto secum equitatu universo, & Macedonum peditibus DCCC scuta pedestria gestantibus in equos impositis, summâ celeritate contendit, quod barbari ejus regionis in montes confugisse nuntiarentur, & in urbes munitiores ad repugnandum sese recepisse. Quarum urbium primam in ipso itinere sitam adortus, oppidanos pro mœnibus instructâ acie stantes, primo impetu ut erat repressos intra portas rejecit: ipse autem telo per thoracem ictus vulnus in humero accepit. Levius tamen id fuit, quod thorax, quominus telum altius in humerum penetraret, obstiterit. Ptolemæus etiam Lagi F. & Leonnatus vulnerati. Tum Alexander, quâ parte commodior ad oppugnandum murus videbatur, ad urbem castra locat; posteroque die sub lucem (duplici enim muro cincta urbs erat) exteriorem, qui minus firmus erat, Macedones parvo negotio superant; ad interiorem barbari aliquamdiu restitêre. Postquam vero admotis scalis propugnatores omni ex parte telis peterentur, neque diutius sustinere possent, protinus eruptione per portas factâ in montes sese proripiunt. quos insecuti Macedones, non paucos in fugâ cædunt; quotquot autem vivi in potestatem venerunt, eos etiam animis ob Alexandri vulnus irâ inflammatis omnes interficiunt. multi eorum in montes non procul ab urbe dissitos evaserunt. Eâ urbe solo adæquatâ, in Andraca aliam urbem exercitum duxit. quâ urbe deditione receptâ, Craterum ibi cum aliis peditum ducibus reliquit, ut reliquas

67 Ἀσπίων τε καὶ Θυραίων χώραν καὶ Ἀρασάκων] Thyræi isti prorsus incogniti ut & Arasacæ vel Arasaci, ut colligere est ex miro Ortelii silentio. Nihilominus videtur memorari regio geminorum priorum à Strabone lib. XI pag. 517 in verbis ἐν τοῖς Ἀσπιώνοις καὶ τὴν Τουριούαν ἀφῄρηντο Εὐκρατίδην οἱ Παρθυαῖοι, manifestis mendis pro Ἀσπίων καὶ τῶν Τυραίων per transpositionem literarum. Attamen quum de prima litera vocis postremæ nihil mihi cavere possim, ut verbo dicam, videtur scribendum; Ἀσπίων (vel ut volunt Ἀσπασίων: nam Ἀσπασιακοὶ miror huc citari, quum illi sint primo Massagetarum populus, ut dicit Stephanus ab ipsis allegatus; deinde habitant illi circa medium Oxi, ut clare ait cum Polybio Strabo etiam in verbis allegatis ab ipsis ex Stephano atque adeo inter Scythas haberi debeant, hic autem de Indis aut Indiæ proximis Scythis sermo est) τε καὶ Γυραίων χώραν καὶ Ἀσσακανῶν. Nam Γ & Γ sunt iidem fere characteres. Videbis autem ordine de his ab Arriano deinceps memorati. Freinshemius in notis ad Curtium VIII, 10, 7, ultimos vocabat *Arsacos*, nescio unde. Quem vero fluvium auctor vocat Χόην, proculdubio is est, qui Prolomæo dicitur Χόας, de quo idem Freinshemius VIII, 10, 21.

68 Καὶ τούτων τῇ πρώτῃ] Non possem referre huic lectioni litem, nisi viderem in Optimo codice exstare τούτοις. Quod ego opinor Arriani esse, & sic distinguendum: καὶ τούτοις, τῇ πρώτῃ καθ' ὁδὸν πόλει ᾠκισμένῃ προσβαλὼν, τοὺς μὲν π. τ. π. τεταγμένους &c. Exempla similia habes ad III, 25 ubi itidem corruperant, quibus adde notata ad V, 20.

69 Κατέκλεισεν ἐν τῇ πόλει] MSS. ἐς τὴν πόλιν.

70 Ἄνδρακα] Quidquid dicant vel nuperi vel Freinshemius ad Curtium VIII, 10, 19, utique recte Vulcanius edidit Ἄνδακα. In hoc enim quatuor MSStos vidi consentientes, & in his Optimum illum. Unus exhibebat Ἄνδαλα.

ἐξαιρεῖν ὅσαι ἂν ἄλλαι πόλεις μὴ ἑκοῦσαι προσχωρῶσι, καὶ τὰ κατὰ τὴν χώραν ὅπως ξυμφορώτατον ἐς τὰ παρόντα [71] κοσμεῖν. 24 Αὐτὸς δὲ ἄγων τοὺς ὑπασπιστὰς καὶ τοὺς τοξότας καὶ τοὺς Ἀγριάνας καὶ τὴν Κοίνου τε καὶ Ἀττάλου τάξιν καὶ τῶν ἱππέων τὸ ἄγημα καὶ τῶν ἄλλων ἑταίρων ἐς τέσσαρας μάλιστα ἱππαρχίας καὶ τῶν ἱπποτοξοτῶν τοὺς ἡμίσεας, ὡς ἐπὶ τὸν ποταμὸν τὸν Εὐάσπλα [72] προὐχώρει, ἵνα ὁ τῶν Ἀσπίων ὕπαρχος ἦν· καὶ διελθὼν πολλὴν ὁδὸν, δευτεραῖος ἀφίκετο πρὸς τὴν πόλιν. Οἱ δὲ βάρβαροι προσάγοντα αἰσθόμενοι Ἀλέξανδρον, ἐμπρήσαντες τὴν πόλιν, ἔφευγον πρὸς τὰ ὄρη. Οἱ δ' ἀμφ' Ἀλέξανδρον εἵποντο τῶν φευγόντων ἔστ' ἐπὶ τὰ ὄρη, καὶ φόνος πολὺς γίγνεται τῶν βαρβάρων, πρὶν ἐς τὰς δυσχωρίας φθάσαι ἀπελθόντας. Τὸν δὲ ἡγεμόνα αὐτὸν τῶν ταύτῃ Ἰνδῶν Πτολεμαῖος ὁ Λάγου πρός τινι ἤδη γηλόφῳ ὄντα κατιδὼν, καὶ τῶν ὑπασπιστῶν ἔστιν οὓς ἀμφ' αὐτὸν, ξὺν πολὺ ἐλάττοσιν αὐτὸς ὢν ὅμως ἐδίωκεν ἔτι ἐκ τοῦ ἵππου· ὡς δὲ χαλεπὸς ὁ γήλοφος τῷ ἵππῳ ἀναδραμεῖν ἦν, τοῦτον μὲν αὐτοῦ καταλείπει, παραδοὺς τινὶ τῶν ὑπασπιστῶν ἄγειν· αὐτὸς δ' ὡς εἶχε, πεζὸς τῷ Ἰνδῷ εἵπετο. Ὁ δ', ὡς πελάζοντα ἤδη κατεῖδε [73] τὸν Πτολεμαῖον, αὐτός τε μεταβάλλει ἐς τοὔμπαλιν, καὶ οἱ ὑπασπισταὶ ξὺν αὐτῷ. Καὶ ὁ μὲν Ἰνδὸς τοῦ Πτολεμαίου διὰ τοῦ θώρακος παίει ἐκ χειρὸς ἐς τὸ στῆθος ξυστῷ μακρῷ, καὶ ὁ θώραξ ἔσχε τὴν πληγήν· Πτολεμαῖος δὲ τὸν μηρὸν διαμπὰξ βαλὼν τοῦ Ἰνδοῦ, καταβάλλει τε καὶ σκυλεύει αὐτόν. Ὡς δὲ τὸν ἡγεμόνα σφῶν κείμενον οἱ ἀμφ' αὐτὸν εἶδον, οὗτοι μὲν οὐκέτι ἔμενον· οἱ δ' ἐκ τῶν ὀρῶν αἰρόμενον τὸν νεκρὸν τοῦ ὑπάρχου ἰδόντες πρὸς τῶν πολεμίων, ἤλγησάν τι, καὶ καταδραμόντες ξυνάπτουσιν ἐπ' αὐτῷ μάχην καρτερὰν πρὸς τῷ γηλόφῳ. Ἤδη
γὰρ

liquas ejus regionis urbes, quæ se sponte non dederent, vi expugnet, & provinciam, prout commodissimum præsenti rerum statui videretur, administraret. 24 Ipse cum scutatis & sagittariis atque Agrianis Cœnique & Attali copiis & equitum agemate atque aliorum amicorum equitum quatuor admodum turmis & equestrium sagittariorum dimidiâ parte, ad flumen Euaspla contendit, ubi Aspiorum præfectus erat, magnoque itinere confecto secundis castris ad urbem pervenit. Barbari simulac Alexandrum appropinquare senserunt, incensâ urbe in montes confugiunt. Macedones eos in montes usque insecuti sunt, multaque barbarorum cædes edita est, priusquam ad loca ob asperitatem tuta pervenirent. Quorum ducem Ptolemæus Lagi F. in colle quodam stantem conspicatus, scutatorum manu comitatum, tametsi ipse numero militum multo inferior esset, eques in eum fertur: quumque in collem acclivem difficulter subire posset, relicto cuidam ex scutatis equo qui illum duceret, pedes Indum insequitur. Quem ut Indus appropinquantem vidit, continuo cum suis recurrens oblongam hastam in Ptolemæi thoracem vibrat; neque tamen ictus thoracem penetravit. Ptolemæus Indi femore trajecto, illum prosternit, armisque exuit. Barbari circumstantes ducem suum prostratum conspicati, in fugam vertuntur. Montani vero cadaver ducis ab hostibus ablatum esse indignati, decurrentes, acrem pro ducis corpore recuperando pugnam ad collem ineunt. Jam vero

71 Ὅπως ξυμφορώτατον ἐς τὰ παρόντα] Admodum ab hac lectione abeunt MSS. quidam ὅπως & ξυμφορώτατον. Pro sequentibus alii ἕκαστα παρόντα, alii ἐς τε τὰ παρ. quæ scriptura defenditur à verbis v, 17 ὡς νομίζω ξυμφορά τε σοι ἐς τὰ παρόντα. Sed mirum est, cur præsenti tantum rerum statui commodissime administrari mandat. Certe Romani cavissent adeo male ominosas voces, & non præsenti sed æterno statui potius accommodassent. Et cur credimus aut ab Alexandro, acerrime erudito principe sic mandatum, aut ab Arriano, instructissimo Græci Romanique moris notitia viro, sic scriptum fuisse? Scio satis illa τὰ παρόντα simplicius intelligi posse, ut nequaquam eo respectu utatur, sed agat de hoc primæ in eam regionem expeditionis statu, ut mox rebus compositis omnia emendatius instaurarentur, ut v, 22. Ὡς μάλιστα πρὸς τὰ παρόντα ἐν καιρῷ οἱ ἐδόκει, tantum de isto prælio agit. At sic tamen mihi liquide genuinum erit, quod legitur in Optimo ὅπως ξυμφορώτατόν ἐστι, πάντα διακοσμεῖν. Non enim modo præsentibus consulere voluit Alexander, sed & in reliquum.

72 Τὸν ποταμὸν τὸν Εὐάσπλα] Ut hactenus agitur, vix spes potest relinqui hujus loci restituendi aliquando. Inveni hanc scripturam in uno solum MSto, quum in aliis omnibus, etiam Optimo exstet Εὐας πόλεως, ut Basileenses, (quibus etiam consentit in voce Ἀσπασίων) etiam Vulcanius in Augustano. Quid ergo? an hic ita velut in densissimis tenebris micare cogimur, ut fecerunt nuper? Adverte oro: quia flumen hoc nomine nusquam reperiunt, quia legitur Εὐασπόλεως, quia continenter subjicit Arrianus de urbe, immo quia etiam nominat urbem Ἀριγαῖον, primo audent ausu nefandissimo expuncta voce ποταμὸν subjicere ἐπὶ Ἀριγαῖον πόλιν. Hoc nempe Arriani erit. Immo negant ipsi, & è vestigiis lectionis Basileensis eruunt Εὐάσπλα πόλιν. Quid præter cloacam merentur hæ scriptiones, certe impiæ in Arriano? Certe quidem latet aliquod temporis furtum; sed tamen superest quædam semita in hac quoque, in qua sic delirant, scriptura veteri, cujus ductum sequuti & certum Geographiæ veteris ordinem, non sine spe & specie veri jacturam tot annorum resarcimus ἐπὶ τὸν ποταμὸν τὸν Σόαστον vel Σοαστὸν τινα ἐγχώριον. Nempe post superata montana primo venit Alexander ad Choen, post hunc versus Orientem, quo pergebat Alexander, sequitur Soastus vel Suastus; quem istic ponit novitque omnis vetustas. Post transitum hujus fluvii & regionem adjacentem pacatam Hephæstion & Perdicca primi recte progredi dicuntur ad Indum. Nihil potest concinnius narrari. Et quid potest propius accedere ad vulgatam lectionem? Vide in Indicis c. 4.

73 Ὁ δὲ ὡς πελάζοντα ἤδη κατεῖδε] MS. Opt. αὐτὸς δὲ ὡς πελάζοντα εἶδε ἤδη τὸν Πτολ.

τῷ καὶ Ἀλέξανδρος ἔχων τοὺς ἀπὸ τῶν ἵππων καταβεβηκότας πεζοὺς, πρὸς τῷ γηλόφῳ. Καὶ οὗτοι ἐπιγενόμενοι μόγις ἐξώσαντες τοὺς Ἰνδοὺς ἐς τὰ ὄρη, καὶ τοῦ νεκροῦ ἐκράτησαν. Ὑπερβαλὼν δὲ τὰ ὄρη Ἀλέξανδρος ἐς πόλιν κατῆλθεν[74], ᾗ ὄνομα ἦν Ἀριγαῖον, καὶ ταύτην καταλαμβάνει ἐμπεπρησμένην ὑπὸ τῶν ἐνοικούντων, καὶ τοὺς ἀνθρώπους πεφευγότας. Ἐνταῦθα δὲ ἀφίκοντο αὐτῷ καὶ οἱ ἀμφὶ Κρατερὸν ξὺν τῇ στρατιᾷ, πεπραγμένων σφίσι ξυμπάντων ὅσα ὑπὸ τοῦ βασιλέως ἐπέτακτο. Ταύτην μὲν δὴ τὴν πόλιν, ὅτι ἐν ἐπικαίρῳ χωρίῳ ἐδόκει ὠκεῖσθαι[75], ἐκτειχίσαι τε προστάττει Κρατερῷ, καὶ ξυνοικίσαι ἐς αὐτὴν τούς τε προσχώρους ὅσοι ἐθελονταὶ, καὶ εἰ δή τινες ἀπόμαχοι τῆς στρατιᾶς. Αὐτὸς δὲ προὐχώρει, ἵνα ξυμπεφευγέναι ἐπυνθάνετο τοὺς πολλοὺς τῶν ταύτῃ βαρβάρων· ἐλθὼν δὲ πρός τι ὄρος, κατεστρατοπέδευσεν ὑπὸ ταῖς ὑπωρείαις τοῦ ὄρους. Καὶ ἐν τούτῳ Πτολεμαῖος ὁ Λάγου ἐκπεμφθεὶς μὲν ὑπὸ Ἀλεξάνδρου ἐς προνομὴν, προελθὼν δὲ προσωτέρω αὐτὸς ξὺν ὀλίγοις ὡς ἐς κατασκοπὴν, ἀπαγγέλλει Ἀλεξάνδρῳ πυρὰ κατιδεῖν τῶν βαρβάρων πλείω ἢ ἐν τῷ Ἀλεξάνδρου στρατοπέδῳ· καὶ Ἀλέξανδρος τῷ μὲν πλήθει τῶν πυρῶν ἠπίστησεν· εἶναι δέ τι ξυνεστηκὸς τῶν ταύτῃ βαρβάρων αἰσθόμενος, μέρος μὲν τῆς στρατιᾶς αὐτοῦ καταλείπει πρὸς τῷ ὄρει, ὡς εἶχε στρατοπεδευομένους[76]· αὐτὸς δὲ ἀναλαβὼν ὅσοι ἀποχρῶντες ἐς τὰ ἐπηγγελμένα ἐφαίνοντο, ὡς πλησίον ἤδη ἀφεώρων τὰ πυρὰ, τριχῇ διανέμει τὴν στρατιάν· καὶ τῇ μὲν ἐπέταξε Λεοννάτον τὸν σωματοφύλακα, ξυντάξας αὐτῷ τήν τε Ἀττάλου καὶ τὴν Βαλάκρου τάξιν· τὴν δευτέραν δὲ μοῖραν Πτολεμαίῳ τῷ Λάγου ἄγειν ἔδωκε[77], τῶν τε ὑπασπιστῶν τῶν βασιλικῶν τὸ τρίτον μέρος καὶ τὴν Φιλίππου καὶ Φιλώτου τάξιν[78] καὶ δύο χιλιαρχίας τῶν τοξοτῶν καὶ τοὺς Ἀγριᾶν-

vero & Alexander advenerat cum peditibus qui ex equis descenderant. qui quidem in barbaros irruentes, difficulter eos in montes repulerunt, & cadavere potiti sunt. Trajecto inde monte Alexander quum ad urbem venisset (Arigæum ei nomen erat) eam ab incolis incensam ac desertam reperit. Dum hæc geruntur, Craterus cum exercitu, peractis iis rebus quas Alexander imperârat, advenit. Et quoniam ejus urbis situs peropportunus videbatur, Cratero ejus instaurandæ negotium dat; utque colonos ex finitimis qui suâ sponte accedere vellent, & ex iis qui bello inutiles essent deducat jubet. Ipse eo contendit, quo barbarorum plerosque confugisse audierat. quumque ad montem quendam pervenisset, ad ejus radicem castra posuit. Interea Ptolemæus Lagi F. pabulatum ab Alexandro missus, longius cum exiguâ manu speculandi causâ progressus, Alexandro nuntiat plures in barbarorum quam in Alexandri castris ignes videri. Atque Alexander quidem ignium frequentiæ parum fidei tribuit. Cæterum quum intellexisset barbaros eo confluxisse, partem quidem exercitus ad montem ubi castra locârat relinquit. ipse assumtis iis quos pares imperatis exequendis fore censebat, quum ad ignium conspectum venisset, in tres partes copias dividit: atque uni quidem Leonnatum corporis custodem præficit, adjuncto ei Attali & Balacri agmine; alteram partem Ptolemæo Lagi filio ducendam dat, & scutatorum regiorum partem tertiam, Philippi præterea & Philotæ agmen huic adjungit, & sagittariorum duo millia,

74 Ἐξώσαντες τοὺς Ἰνδοὺς ἐς τὰ ὄρη, Ἀλέξανδρος ἐς πόλιν κατῆλθεν] Quis non animadvertit hanc esse nimis frigidam connexionem? unde etiam unus Flor. & pars chartæ Academicæ Leidensis interpositam habebant particulam, Ἀλέξανδρος δὲ ἐς. Sed ne hoc quidem satis: neque enim utrum retro ad hanc urbem descenderit, (quod ineptissime crediderunt illi, qui pro Εὐὰς πόλεως audebant suspicari Ἀριγαῖον πόλιν: quippe eam non nunc demum potest dici Alexander καταλαμβάνειν ἐμπεπρησμένην, quum antea illam præteriens & insequens fugientes incendiarios viderit) neque an dorso montis integro trajecto, quidquam memoratur. Itaque nec Vulcanius κατελθεῖν interpretatus est, sed simplex ἐλθεῖν *quum venisset*; etiam immissa voce *deinde*, quæ nulla in Græcis. Agnosce igitur lacunam, quam eximie ope pulcherrimi libri procurabo, sic eam replendo, ἐξώσαντες τοὺς Ἰνδοὺς ἐς τὰ ὄρη, καὶ τοῦ νεκροῦ ἐκράτησαν. ὑπερβαλὼν δὲ τὰ ὄρη Ἀλέξανδρος ἐς πόλιν &c. hoc est, *in montes repulerunt, & cadavere potiti sunt. Transito inde monte, Alexander ad urbem descendit.* Agnoscis & originem lacunæ ortam ex repetitione vocis ὄρη, & simul alia esse loca, ubi ponit Ἀριγαῖον πόλιν, alia, ubi fluvium Suastum; quæ omnia ab pretiosissimo hoc supplemento penitus illustrantur.

75 Ὠκεῖσθαι] Rectius in Opt. & aliis ᾠκίσθαι. Et mox πυρὰ κατιδεῖν τῶν βαρβάρων πλείονα, non πλείω.

76 Ὡς εἶχε στρατοπεδευομένους] Vel ὡς εἶχ' ἔστρατον. vel ὡς εἶχεν ἔστρατον. ex MSS. legendum. Ac mox ἀπηγγελμένα optimus, & recte.

77 Πτολεμαίῳ τῷ Λάγου ἄγειν ἔδωκε] Verbum ἄγειν non apparebat in Opt. codice.

78 Καὶ τὴν Φιλίππου καὶ Φιλώτου τάξιν] MSS. omnes Φιλώτου, aut, ut etiam Optimus ille, Φιλώτα retinent. Sed & in particulis mutant, modo καὶ τὴν τοῦ Φιλίππου καὶ τοῦ Φιλ. verum in his quoque excellit Optimus καὶ τὴν Φιλίππου καὶ Φιλώτα. Cæterum ultra hic dispiciendum est. Movet enim huic nomini quæstionem nuperus editor tum hoc loco, tum pagg. 117 & 134, quæ loca incurrunt in 111, 27 & 29. Nempe quia detestabile videbatur nomen conjurati in regem hoc honore afficere, ut ab eo agmen aliquod nominaretur, aut alium ait debere esse, aut, quo ipse inclinat, legendum ubique φίλων, *ut agmen amicorum* τῶν ἑταίρων *capiatur*; quasi πεζοὶ φίλοι iidem fuerint, aut esse potuerint, qui πεζέταιροι. Quorum ultimum si verum est, cur semper eos vocat πεζεταίρους, φίλους nusquam, nisi ubi ipse ita mutavit? Deinde cur non eodem modo φίλους ἱππέας aliquando vocat, sed

γριάνας καὶ τῶν ἱππέων τοὺς ἡμίσεας· τὸ δὲ τρίτον μέρος αὐτὸς ἦγεν, ἵνα οἱ πλεῖστοι τῶν βαρβάρων ἐφαίνοντο. Οἱ δὲ ὡς ᾔσθοντο προσάγοντας τοὺς Μακεδόνας (κατεῖχον γὰρ χωρία ὑπερδέξια, τῷ τε πλήθει σφῶν θαρσήσαντες, καὶ τῶν Μακεδόνων ὅτι ὀλίγοι ἐφαίνοντο καταφρονήσαντες) ἐς τὸ πεδίον ὑποκατέβησαν· καὶ μάχη γίγνεται καρτερά. Ἀλλὰ τούτους μὲν οὐ ξὺν πόνῳ ἐνίκα Ἀλέξανδρος. Οἱ δὲ ἀμφὶ Πτολεμαῖον οὐκ ἐν τῷ ὁμαλῷ παρετάξαντο, ἀλλὰ λόφον γὰρ κατεῖχον οἱ βάρβαροι, ὀρθίους ποιήσαντες τοὺς λόχους. Πτολεμαῖος προσῆγεν, ᾗ ἐπιμαχιμώτατον[79] τοῦ λόφου ἐφαίνετο, οὐ πάντῃ τὸν λόφον κυκλωσάμενος, ἀλλ' ἀπολιπών, εἰ φεύγειν ἐθέλοιεν οἱ βάρβαροι, χώραν αὐτοῖς ἐς τὴν φυγήν. Καὶ γίγνεται καὶ τούτοις μάχη καρτερά, τοῦ τε χωρίου τῇ χαλεπότητι, καὶ ὅτι οὐ κατὰ τοὺς ἄλλους τοὺς ταύτῃ βαρβάρους οἱ Ἰνδοί, ἀλλὰ πολὺ δή τι ἀλκιμώτατοι τῶν προσχώρων εἰσί. Ἐξώσθησαν δὲ καὶ οὗτοι ἀπὸ τοῦ ὄρους ὑπὸ τῶν Μακεδόνων, καὶ οἱ ἀμφὶ Λεοννάτον τῇ τρίτῃ μοίρᾳ τοῦ στρατεύματος ὡσαύτως ἐπράξαν· ἐνίκων γὰρ καὶ οὗτοι τοὺς κατὰ σφᾶς. Καὶ λέγει Πτολεμαῖος ἀνθρώπους μὲν ληφθῆναι τοὺς πάντας ὑπὲρ τετρακισμυρίους, βοῶν δὲ ὑπὲρ τὰς τρεῖς καὶ εἴκοσι μυριάδας· καὶ τούτων τὰς καλλίστας ἐπιλεξάμενον Ἀλέξανδρον, ὅτι διαφέρουσαι αὐτῷ κάλλει τε καὶ μεγέθει ἐφαίνοντο, πέμψαι ἐθέλειν ἐς Μακεδονίαν, ἐργάζεσθαι τὴν γῆν. Ἐντεῦθεν ἐπὶ τὴν τῶν Ἀσσακηνῶν χώραν ἦγεν[80]· τούτους γὰρ ἐξηγγέλλετο παρεσκευάσθαι ὡς μαχουμένους[81], ἱππέας μὲν ἐς δισχιλίους[82] ἔχοντας, πεζοὺς δὲ ὑπὲρ τοὺς τρισμυρίους, τριάκοντα δὲ ἐλέφαντας. Κρατερὸς μὲν δὴ ἐκτετειχικὼς ἤδη τὴν πόλιν, ἐφ' ἧς τοῦ οἰκισμοῦ καταλέλειπτο[83], τούς τε βαρυτέρους ὡπλισμένους τοῦ στρατοῦ Ἀλεξάνδρῳ ἦγε, καὶ τὰς μηχανάς, εἴ που

millia, Agrianas etiam totiusque equitatus dimidium. Tertiam partem ipse ducit, qua confertissimam barbarorum aciem videt. Qui postquam Macedones appropinquantes sensere, (tenebant enim superiora loca, multitudine suorum confisi, & Macedonibus quod pauci viderentur contemptis) in planitiem descendunt. atrox ibi pugna fit. Cæterum hos non magno cum negotio vicit Alexander. Ptolemæus vero non in plano iis oppositus erat. collem enim occupârant barbari, acie acclivi loco instructâ. Eâ itaque parte, quâ collis facilior oppugnatu videbatur, exercitum admovet, non utique collem omni ex parte cingens, sed locum ad fugam barbaris de industriâ relinquens. & cum his quoque acre certamen habitum fuit, tum propter iniquitatem loci, tum quod longe alia sit Indorum quam reliquorum ejus provinciæ barbarorum ratio, quippe qui finitimos omnes bellicâ virtute superent. Sed & hi à Macedonibus monte depulsi sunt. eodem modo & Leonnatus cum tertia exercitus parte rem gessit. nam & hic barbaros quos adortus est vicit. Ac Ptolemæus quidem autor est hominum XL M capta fuisse, boum ultra CCXXX M. è quibus Alexandrum præstantissimas quasque delectas, quod eximiâ pulchritudine atque magnitudine excellere viderentur, in Macedoniam, regionis colendæ causâ, mittere voluisse. Exinde Alexander in Assacenos movit, qui quidem equitum duo millia, peditum XXX M. elephantos triginta, ad pugnam instruxisse nuntiabantur. Craterus instauratis mœnibus urbis, ad cujus exædificationem relictus fuerat, milites gravioris armaturæ ad Alexandrum adduxit, machinis etiam tormentisque advectis, sicubi

sed semper ἑταίρους ἱππέας? Hæc non fuit solitus miscere noster Arrianus. Porro dubitandum non est τάξιν Φιλώτα fuisse alterius Philotæ, non ejus, qui à Macedonibus ob conspirationis indicia occisus est; id quod inde apparet, quod nusquam eo tempore, quo Philotas ille gratiam tenuit, agmen hujus Philotæ memoretur: quod certe fecisset Arrianus, tum alibi, tum præcipue lib. 1 cap. 20, ubi Philotas ἄγων τούς τε ἱππέας καὶ τῶν πεζῶν τάξεις τινὰς dicitur emitti, non etiam suo agmine comitatus, quod si ejus peculiare adfuisset, etiam auctor distinxisset. Sed non habuit talem propriam τάξιν Philotas ille, quum ἱππεταίρων omnium τάξεως fuerit præfectus: ut discimus ex citato III, 27, ubi frustra & temere volebant quoque istud nomen expugnare. Et fuisse plures nemo dubitabit, cogitans, quemadmodum præter illum Parmenionis memoretur Arriano Philotas Carsidis, & libro 1 alius pater Asandri. Similiter in Curtio V, 1 Philotas Argæus. Eidem VIII, 6 alius à Sostrato & Hermolao in conjurationem adscitus. Hoc nomine alius aliquis quum dux agminis certi mortuus esset vel in alium militiæ gradum promotus, isti successit. Et quis ille, qui mox post Alexandri mortem Ciliciam nactus est? Hunc enim recenset Justinus, & Diodorus Sicul. p. 595 eum qui Phrygiam ad Hellespontum habuit, & p. 637 alium & 662, 664. Utique diversus ab illo noster.

79 Ἐπιμαχιμώτατον] Opt. ἐπιμαχώτατον, quam scripturam credo approbatum iri, si dicam vulgata voce nunquam & ne semel quidem, nova vero, quam ex MS. repono, semper Arrianum uti solere.

80 Περὶ τὴν τῶν Ἀσσακ. χώραν ἦγεν] Ergo circa & propter hanc regionem duxit. Cur igitur interpretatur *in Assacenos movit*. Necessario corrigendum ἐπὶ, ut habent MSSti & plurimi & optimi.

81 Ὡς μαχουμένους] Omnino reponi debet μαχησομένους ex MS. ut editum est I, 20, quum jam ante præcessisset illic cap. 14 τὴν στρατιὰν πᾶσαν συνέταξεν ὡς μαχησομένους & III, 21 ὡς ἀμυνούμενοι. Et in Indicis 24 ὡς [illegible].

82 Ἱππέας μὲν ἐς δισχιλίους] Sane codex Opt. δισμυρίους. Nec potest videri nimium in campestri regione, ut videtur indicare Strabo lib. 15 pag. 698, dum post enumeratas gentes, in quibus etiam Assacenos, subnectit in montibus tum fuisse Abisari regnum.

83 Ἐφ' ἧς τοῦ οἰκισμοῦ καταλέλειπτο] Opt. τῷ οἰκισμῷ.

τε πολιορκίας δέοιτο. Αὐτὸς δὲ Ἀλέξανδρος τούς τε ἑταίρους ἱππέας[84] ἄγων καὶ τοὺς ἱππακοντιστὰς καὶ τὴν Κοίνου καὶ Πολυσπέρχοντος τάξιν καὶ τοὺς Ἀγριάνας τοὺς χιλίους καὶ τοὺς τοξότας, ᾔει ὡς ἐπὶ τοὺς Ἀσσακηνούς. Ἦγε δὲ διὰ τῆς Γουραίων χώρας, καὶ τὸν ποταμὸν τὸν ἐπώνυμον τῆς χώρας τὸν Γουραῖον χαλεπῶς διέβη, διά τε βαθύτητά τι, καὶ ὅτι ὀξὺς ὁ ῥοῦς ἦν αὐτοῦ, καὶ οἱ λίθοι στρογγύλοι ἐν τῷ ποταμῷ ὄντες σφαλεροὶ τοῖς ἐπιβαίνουσιν ἐγίγνοντο. Οἱ δὲ βάρβαροι ὡς προσάγοντα[85] ᾔσθοντο Ἀλέξανδρον, ἀθρόοι μὲν ἐς μάχην καταστῆναι οὐκ ἐτόλμησαν· διαλυθέντες δὲ ὡς ἕκαστοι[86] κατὰ πόλεις, ταύτας ἐπενόουν ἀπομαχόμενοι διασώζειν. 26 Καὶ Ἀλέξανδρος πρῶτα μὲν ἐπὶ Μάσσαγα ἦγε, τὴν μεγίστην τῶν ταύτῃ πόλεων. Ὡς δὲ προσῆγεν ἤδη τοῖς τείχεσι, θαρρήσαντες οἱ βάρβαροι τοῖς μισθοφόροις τοῖς ἐκ τῶν πρόσω Ἰνδῶν (ἦσαν γὰρ αὐτοῖς ἐς ἑπτακισχιλίους) ὡς στρατοπεδευσαμένους[87] εἶδον τοὺς Μακεδόνας, δρόμῳ ἐπ' αὐτοὺς ᾔεσαν. Καὶ Ἀλέξανδρος ἰδὼν πλησίον τῆς πόλεως ἐσομένην τὴν μάχην, προσωτέρω ἐκκαλέσασθαι αὐτοὺς βουληθεὶς τῶν τειχῶν, ὡς εἰ τροπὴ γίγνοιτο (ἐγίγνωσκε γὰρ ἐσομένην) μὴ δι' ὀλίγου ἐς πόλιν καταφυγόντες εὐμαρῶς διασώζοιντο· ὡς ἐκθέοντας εἶδε τοὺς βαρβάρους, μεταβαλλομένους κελεύει τοὺς Μακεδόνας ὀπίσω ἀποχωρεῖν, ὡς πρὸς γήλοφόν τινα ἀπέχοντα ἀπὸ τοῦ ποταμοῦ Γουραίου[88], ἵνα περ στρατοπεδεύειν ἐγνώκει, ἑπτά που μάλιστα σταδίους. Καὶ οἱ πολέμιοι ἀναθαρσήσαντες, ὡς ἐγκεκλικότων ἤδη τῶν Μακεδόνων, δρόμῳ τε καὶ ξὺν οὐδενὶ κόσμῳ ἐφέροντο ἐς αὐ-

sicubi obsidione opus esset. Alexander cum equitatu amicorum & equestribus jaculatoribus utraque Cœni ac Polysperchontis agmine atque Agrianis mille & sagittariis, in Assacenos pergit, per Guræos iter faciens. & fluvium Guræum, ejusdem cum regione nominis, difficulter transit, cum ob amnis profunditatem, & cursus rapiditatem, tum quod rotunda ejus fluminis saxa transeuntium vestigia fallerent. Barbari ut adventare Alexandrum senserunt, confertâ acie subsistere non ausi, dissolutis ordinibus, prout cuique integrum erat, in oppida sese recipiunt, iis sese tueri statuentes. 26 Atque Alexander quidem primum Massaga cum exercitu petit, urbem ejus regionis maximam. Admoto itaque urbi exercitu, barbari Indis mercenariis ex Indiâ interiore adductis freti (erant hi ad septem millia) in Macedonas qui jam castra locârant, cursu feruntur. Alexander quum pugnam sub ipsos urbis muros futuram videret, longius à mœnibus eos prolicere cupiens, ne si fuga fieret, (quam futuram omnino cogitabat) è parvo loci intervallo in urbem confugientes, facile evaderent; statim atque barbaros excurrentes est conspicatus, conversos Macedonas in collem quendam, septem circiter stadiis à flumine Guræo, ubi castra ponere statuerat, diffitum, retrocedere jubet. Tum hostes audaciores facti, utpote retrocedentibus Macedonibus, effuso cursu nulloque ordine in eos feruntur.

84 Ἀλέξανδρος τούς τε ἑταίρους ἱππέας &c.] Mirifice convalescit corruptela, ubi semel cœpit hærere. Utique enim vel dicendum deesse ἀναλαβὼν aut ἔχων, vel deinde pro ᾔει scribendum ἦγεν, etsi debebam fateri sic incidere hæc verba in eandem sententiam, quæ antecessit in loco nunc demum veritati restituto ἐπὶ τὸν τῶν Ἀσπασίων χώραν ἦγεν. Sic olim scripseram, nunc video in MSS. omnibus, etiam in V. C. apud Vulcanium post ἱππέας addi ἄγων, quod securus lætusque reposui.

85 Προσάγοντα] Opt. ἄγοντα simpliciter.

86 Διαλυθέντες δὲ ὡς εἶχεν ἕκαστοι] Quam proni fuerunt vel scribæ quondam in subtrahendis vocibus necessariis? Sed & deinde editores quam fuere faciles in augendis, quæ in illis primordiis non bene satis intelligebant? Illud εἶχεν nec in Basileensi editione legitur, nec in ullo MS. quantum comperio, sine ratione, à Vulcanio aut Stephano adjectum, cui libenter id reddimus, quum id Arrianus non admittat. Sic infra hujus libri cap. 10 γνώμας ἐποιοῦντο πατὴς ὡς ἕκαστοι διαπεπαιδευμένοι ἐπὶ τὰ σοφίσματα ἦσαν. II, 12 καὶ χρημάτων ἐπαθλοῖς ὡς ἑκάστους οἱ τῇ ἀξίᾳ ἐτίμησε. III, 16 δῶρα τε ὡς ἕκαστοι ἔφερον. VII, 26 δεξιοῦσθαι δὲ ὡς ἑκάστους. Quibus addi potest locus, quem tetigi in Luciani libro primo veræ historiæ. Itaque non hic sensus est, *dissolutis ordinibus, prout cuique integrum erat, in oppida sese recipiunt, iis sese tueri statuentes*. Sed potius verbis Justini *deserto bello ad sua tuenda dilapsi*, vel *dissipati per suas quique urbes, eas tueri propugnando statuebant*. Tum etiam pro κατὰ πόλεις in MSS. est κατὰ πόλιν.

87 Στρατοπεδευσαμένους] Optimus & alii στρατοπεδευομένους, quo dirigunt & alii & Basileensis editio, ubi legi videas στρατοπεδευσομένους, ubi abjectio literæ σ facienda erat, non mutatio literæ o in ω.

88 Ἀπέχοντα ἀπὸ τοῦ ποταμοῦ Γουραίου] Hæc inepta & insulsa esse clamat tum res ipsa, tum comparatio aliorum auctorum. Nam si hic Gouræus idem est, qui Curtio memoratur cingens urbem amne torrenti, qui præruptis undique ripis aditum ad urbem impediebat, profecto causa non fuit, ut per septem stadia inde abiret, quum is difficilis esset ad transeundum, atque adeo etsi evocasset longius ex urbe cives, tamen in persequendis iis tardaretur. Sed & idem Curtius negat ab eo latere, unde sunt præaltæ rupes, hunc fluvium esse, sed ab diverso; nec ratio dicendi patitur, ut à fluvio qui alteram oppidi partem præterlabitur, quis dicatur tot stadia abesse, potius quam ab oppido ipso. Ipsa quoque varietas scripturæ in antiquis prodit errorem. In uno enim Florentino & Augustano erat πρώτου χωρίου (quæ scriptura sic cepit Vulcanium, ut is verba sua *à flumine Guræo* sic deinde mutaverit *à priore loco*) alii plerique ποταμοῦ χωρίου, quod & Basileenses exhibent. Sed Optimus & ignorabat vocem ποταμοῦ & retinebat tantum χωρίου. Nec queo ejus auctoritatem rejicere, & perspicuum est voluisse Alexandrum ad collem septem stadia à munito illo barbarorum loco distantem castra metari, & sic infra vocat ἐχυρὸν τοῦ χωρίου.

ἐς αὐτούς. Ὡς δ' ἐξικνεῖτο ἤδη τῶν Μακεδόνων τὰ τοξεύματα [89], ἐνταῦθα Ἀλέξανδρος ἀπὸ ξυνθήματος ἐπιστρέψας ἐς αὐτοὺς, τὴν φάλαγγα δρόμῳ ἀντεπῆγε. Πρῶτοι δὲ οἱ ἱππακοντισταί τε αὐτῷ καὶ οἱ Ἀγριᾶνες καὶ οἱ τοξόται ἐκδραμόντες, ξυνέμιξαν τοῖς βαρβάροις· αὐτὸς δὲ τὴν φάλαγγα ἐν τάξει ἦγεν. Οἱ δ' Ἰνδοὶ τῷ τε παραλόγῳ ἐκπλαγέντες, καὶ ἅμα ἐν χερσὶ γεγενημένης τῆς μάχης, ἐγκλίναντες ἔφυγον ἐς τὴν πόλιν· καὶ ἀπέθανον μὲν αὐτῶν ἀμφὶ τοὺς διακοσίους· οἱ δὲ λοιποὶ ἐς τὰ τείχη κατεκλείσθησαν. Καὶ Ἀλέξανδρος προσάγει τοῖς τείχεσι τὴν φάλαγγα, καὶ ἐνθένδε τοξεύεται ἀπὸ τοῦ τείχους ἐς τὸ σφυρὸν οὐ χαλεπῶς· ἐπαγαγὼν δὲ τὰς μηχανὰς τῇ ὑστεραίᾳ τῶν μὲν τειχῶν τι εὐμαρῶς κατέσεισε· βιαζομένους δὲ ταύτῃ τοὺς Μακεδόνας, ᾗ παρέρρηκτό τι τοῦ τείχους [90], οὐκ ἀτόλμως οἱ Ἰνδοὶ ἠμύνοντο· ὥστε ταύτῃ μὲν τῇ ἡμέρᾳ ἀνεκαλέσατο τὴν στρατιάν· τῇ δ' ὑστεραίᾳ τῶν Μακεδόνων αὐτῶν ἡ προσβολὴ καρτερωτέρα ἐγένετο, καὶ πύργος ἐπήχθη ξύλινος τοῖς τείχεσιν· ὅθεν ἐκτοξεύσαντες οἱ τοξόται καὶ βέλη ἀπὸ μηχανῶν ἀφιέμενοι [91], ἀνέστελλον ἐπὶ πολὺ τοὺς Ἰνδούς. Ἀλλ' οὐδ' ὡς βιάσασθαι εἴσω τοῦ τείχους οἷοί τε ἐγένοντο. Τῇ δὲ τρίτῃ προσαγαγὼν αὖθις τὴν φάλαγγα, καὶ ἀπὸ μηχανῆς γέφυραν ἐπιβαλὼν τοῦ τείχους, ᾗ παρερρωγὸς ἦν, ταύτῃ ἐπῆγε τοὺς ὑπασπιστάς, οἵ περ αὐτῷ καὶ Τύρον ὡσαύτως ἐξεῖλον. Πολλῶν δὲ ὑπὸ προθυμίας ὠθουμένων, ἄχθος λαβοῦσα μεῖζον ἡ γέφυρα κατερράγη, καὶ πίπτουσι ξὺν αὐτῇ οἱ Μακεδόνες· οἱ δὲ βάρβαροι ἰδόντες τὸ γιγνόμενον, λίθοις τε ξὺν βοῇ ἀπὸ τῶν τειχῶν καὶ τοξεύμασι, καὶ ἄλλῳ ὅτῳ τις μετὰ χεῖρας ἔχων ἐτύγχανεν, ἢ ὅτῳ τις ἐν τῷ τότε ἔλαβεν, ἐξηκόντιζον ἐς τοὺς Μακεδόνας· οἱ δὲ κατὰ θύρας [92], αἵ τινες αὐτοῖς κατὰ τὰ μεσοπύργια μικραὶ ἦσαν, ἐκθέοντες, ἐκ χειρὸς

27 ἔπαιον τεταραγμένους. Ἀλέξανδρος δὲ πέμπει Ἀλκέταν ξὺν τῇ αὐτοῦ τάξει, τούς τε κατατετρωμένους ἀναλαβεῖν, καὶ ὅσοι προσεμάχοντο ἀνακαλέσασθαι ὡς ἐπὶ τὸ στρατόπεδον· καὶ τῇ τετάρτῃ ὡσαύτως ἐπ' ἄλλης μηχανῆς [93] ἄλλη ἐπιβάθρα αὐτῷ προσήγετο πρὸς τὸ τεῖχος. Καὶ οἱ Ἰνδοὶ, τέως μὲν αὐτοῖς ὁ ἡγεμὼν τοῦ χωρίου περιῆν, ἀπεμάχοντο καρτερῶς· ὡς δὲ βέλει ἀπὸ μηχανῆς

tur. Postquam vero intra teli jactum venerunt, Alexander dato signo in eos conversus phalangem magnâ vi immisit. Ac primi quidem jaculatores equites atque Agrianes & sagittarii excursione factâ cum barbaris conflixerunt, ipse vero phalangem instructâ acie duxit. Indi celeritate rei inexpectatæ perculsi, quumque jam ad manus ventum esset, fugâ sese in urbem receperunt. ducenti ex iis cæsi, reliqui intra muros rejecti. Alexander confestim phalangem muris admovet, atque ibi sagittâ malleolum leviter perstrictus est. Postero autem die machinis admotis, aliquâ murorum parte facile dejectâ, quum Macedones per ruinas impetum facerent, Indi strenue restiterunt, adeo ut eo die Alexander receptui cani jusserit. Postridie vero Macedones rursus majore conatu urbem aggrediuntur, turri ligneâ mœnibus admotâ, è quâ sagittarii magnam sagittarum vim torquentes, & tela machinis excutientes, Indos acriter reprimebant. Sed ne sic quidem intra muros irrumpere potuerunt. Tertio exinde die Macedonum phalange rursus ad muros adductâ, atque ex ligneâ turri ponte muris, quâ parte perfracti erant, superinjecto, scutatos immittit, qui quidem Tyrum antea eadem ratione ceperant. quumque magnâ animorum alacritate pontem subeunt, is nimio pondere fatiscens ruptus est, unaque cum Macedonibus ruinam fecit. Barbari eo casu alacriores facti, saxis omnique genere telorum, quæ quisque aut in manibus habebat, aut tum aliunde assumsit, clamore sublato Macedonas è muris petunt: alii vero per angustas portulas interturriis interjectas prosilientes, perturbatos comi-

27 nus feriunt. Alexander Alcetam cum suo agmine emittit, qui & saucios recipiat, & eos qui urbem oppugnabant in castra revocet. Quarto die aliis operibus alium pontem in murum jacit. Atque Indi quidem, quandiu præfectus loci supererat, fortiter Macedonas propulsabant. At quum is telo ex

89 Ἐξικνεῖτο ἤδη τῶν Μακεδόνων τὰ τοξεύματα] MS. Optimus tertiam & quartam vocem non agnoscit, & videntur temere iterata.

90 Παρέρρηκτό τι τοῦ τείχους] Vocula τι abest ab omnibus MSS. & editione Basileensi.

91 Βέλη ἀπὸ μηχανῶν ἀφιέμενοι] Optimus & quidam alii scripti ἀφιέμενα. Nec indignum quod annotetur. Nam etsi βέλη quidem considerari possint & dicamur γυναικῶς, ut apud Xenoph. III Κυροπ. οἱ δὲ τοξόται καὶ σφενδονῆται αὐτῶν ἀφίεσαν τὰ βέλη, πρὶν ἐξικνεῖσθαι, tamen proprie utique sagittarii vel τοξόται non sunt, qui machinis tela excutiebant, ut jure & merito gloriari iste perversus possit ad auctoris mentem ea verba ab se reddita esse, tanto minus, quod & Arrianus id verbi tempus non nisi passive adhibet, ut I, 23 ταῖς μηχαναῖς ἀπὸ τῶν πύργων λίθων τε μεγάλων ἀφιεμένων. Et inferius cap. 30 in obsidione petræ, ἀπὸ μηχανῶν βέλη ἀφιέμενα, quem locum ipse contra se citat. VII, 10 οὐδ' ὅπλον τι ἐστὶν ὃ ἐκ χειρὸς ἢ τῶν ἀφιεμένων. Sed & Basileensis editio consentit in MSS. Vere igitur & tela è machinis excussa.

92 Οἱ δὲ κατὰ θύρας]. Opt. cum plerisque οἱ δὲ καὶ κατά. Mox pro ἀνακαλέσασθαι omnes ἐπανακαλέσασθαι.

93 Ἐπ' ἄλλης μηχανῆς] Opt. ἀπ' ἄλλης. Et hoc melius.

χανῆς τοξευθεὶς ἀποθνήσκει ἐκεῖνος, αὐτοῖς τε οἱ μὲν τινες πεπτωκότες ἐν τῇ ξυνεχεῖ πολιορκίᾳ, οἱ πολλοὶ δὲ τραυματίαι τε καὶ ἀπόμαχοι ἦσαν, ἐπικηρυκεύονται πρὸς Ἀλέξανδρον. Τῷ δὲ ἀσμένῳ γίνεται ἄνδρας ἀγαθοὺς διασῶσαι· καὶ ξυμβαίνει ἐπὶ τῷδε Ἀλέξανδρος τοῖς μισθοφόροις Ἰνδοῖς, ὡς καταταχθέντας ἐς τὴν ἄλλην στρατιὰν ξὺν αὐτῷ στρατεύεσθαι. Οἱ μὲν δὴ ἐξῆλθον ξὺν τοῖς ὅπλοις, καὶ κατεστρατοπέδευσαν κατὰ σφᾶς ἐπὶ γηλόφῳ, ὃς ἦν ἀντίῤῥοπος τοῦ τῶν Μακεδόνων στρατοπέδου· νυκτὸς δὲ ἐπενόουν δρασμῷ διαχρησάμενοι ἐς τὰ σφέτερα ἤθη ἐπαναστῆναι[94], οὐκ ἐθέλοντες ἐναντία αἴρεσθαι τοῖς ἄλλοις Ἰνδοῖς ὅπλα. Καὶ ταῦτα ὡς ἐξηγγέλθη Ἀλεξάνδρῳ, περιστήσας τὸν κύκλον τῷ γηλόφῳ τὴν στρατιὰν πᾶσαν, κατακόπτει τοὺς Ἰνδοὺς ἐν μέσῳ ἀπολαβών· τήν τε πόλιν αἱρεῖ κατὰ κράτος, ἐρημωθεῖσαν τῶν προμαχομένων, καὶ τὴν μητέρα τὴν Ἀσσακήνου καὶ τὴν παῖδα ἔλαβεν· ἀπέθανον δὲ ἐν τῇ πάσῃ πολιορκίᾳ τῶν ξὺν Ἀλεξάνδρῳ ἐς πέντε καὶ εἴκοσιν. Ἔνθεν δὲ Κοῖνον μὲν ὡς ἐπὶ Βάζιρα ἐκπέμπει, γνώμην ποιησάμενος, ὅτι μαθόντες τῶν Ἀσσακηνῶν τὴν ἅλωσιν ἐνδώσουσι σφᾶς αὐτούς· Ἄτταλον δὲ καὶ Ἀλκέταν καὶ Δημήτριον τὸν ἱππάρχην ἐπὶ Ὧρα πέμπει, ἄλλην πόλιν· προσαγγείλας περιτειχίζειν τὴν πόλιν, ἔστ' ἂν ἀφίκηται αὐτός. Καὶ γίγνεται ἐκδρομὴ τῶν ἐκ τῆς πόλεως ἐπὶ τοὺς ἀμφὶ Ἀλκέταν· οὐ χαλεπῶς δὲ τρεψάμενοι αὐτοὺς οἱ Μακεδόνες εἴσω τοῦ τείχους ἐς τὴν πόλιν ἀποστρέφουσι. Καὶ Κοίνῳ οὐ προχωρεῖ τὰ ἐν τοῖς Βαζίροις, ἀλλὰ πιστεύοντες γὰρ τοῦ χωρίου τῇ ὀχυρότητι (ὅτι ὑψηλόν τε ἦν καὶ πάντῃ ἀκριβῶς τετειχισμένον) οὐδὲν ξυμβατικὸν ἐνεδίδοσαν. Ταῦτα μαθὼν Ἀλέξανδρος, ὥρμητο[95] μὲν ὡς ἐπὶ Βάζιρα· γνοὺς δὲ ὅτι τῶν προσοίκων τινὲς βαρβάρων παρελθεῖν ἐς τὰ Ὧρα τὴν πόλιν λαθόντες μέλλουσι, πρὸς Ἀβισάρου ἐπὶ τῷδε ἐσταλμένοι, ἐπὶ τὰ Ὧρα πρῶτον ἦγε· Κοῖνον δὲ ἐπιτειχίσαι τῇ πόλει τῶν Βαζίρων καρτερόν τι χωρίον προσέταξε, καὶ ἐν τούτῳ φυλακὴν καταλιπόντα ἀποχωρῆσαι, ὡς μὴ ἄδεια εἴη τοῖς ἐν τῇ πόλει χρῆσθαι τῇ χώρᾳ, αὐτὸν ἄγοντα τῆς στρατιᾶς τὴν λοιπὴν παρ' αὐτὸν ἰέναι. Οἱ δ' ἐκ τῶν Βαζίρων, ὡς εἶδον ἀπιόντα ξὺν τῷ πλείστῳ τῆς στρατιᾶς τὸν Κοῖνον, καταφρονήσαντες τῶν Μακεδόνων, ὡς οὐ γενομένων ἂν σφίσιν ἀξιομάχων, ἐπεκθέουσιν ἐς τὸ πεδίον· καὶ γίγνεται αὐτῶν μάχη καρτερά· καὶ ἐν ταύτῃ πίπτουσι μὲν τῶν βαρβάρων ἐς πεντακοσίους, ἐλήφθησαν δὲ ζῶντες ὑπὲρ τοὺς ἑβδομήκοντα· οἱ δὲ λοιποὶ ἐν τῇ πόλει ξυμφυγόντες βεβαιότεροι ἤδη εἴργοντο τῆς χώρας ὑπὸ τῶν ἐκ τοῦ ἐπιτειχίσματος. Καὶ Ἀλεξάνδρῳ δὲ τῶν Ὤρων ἡ πολιορκία οὐ χαλε-

ex machinis ictus occubuit, multique ex suis in continua oppugnatione cæsi, alii saucii pugnæque inutiles essent, caduceatorem ad Alexandrum mittunt. Qui quidem libenter fortes strenuosque viros servare statuerat. Paciscitur itaque eâ conditione cum mercenariis Indis, ut exercitui suo accensi secum militent. Hi cum armis urbe egressi seorsum in colle quodam Macedonibus opposito castra faciunt, eo consilio ut noctu arreptâ fugâ domum redirent, quod adversus alios Indos arma ferre nollent. Quæ ut Alexandro nuntiata sunt, eadem nocte colle in quo constiterant copiis suis circumsesso, omnes ad internecionem cecidit: urbemque propugnatoribus vacuam protinus vi capit, in eaque Assaceni matrem & filiam. Ab Alexandri partibus XXV tantum in universâ obsidione desiderati. Exinde Cœnum Bazira mittit, ratus oppidanos, Assacenorum expugnatione auditâ, deditionem facturos: Attalum vero & Alcetam ac Demetrium equitatus præfectum ad Ora oppidum mittit, utque urbem muro in orbem ducto incrcludant, tantisper dum ipse advenerit, jubet. Oppidani in Alcetam excursionem faciunt: quos Macedones facile repulsos atque in ubem rejectos muris clauserunt. At Cœno Bazirensium obsidio non statim ex sententiâ successit. siquidem oppidani loci munitione freti (erat enim urbs & excelso loco sita, & valido muro omni ex parte cincta) nullam deditionis significationem edebant. Quo cognito, Alexander confestim eò movit: quumque accepisset nonnullos barbarorum finitimorum in Ora urbem clam se immissuros, ab Abissaro ad id missos, primum Ora cum exercitu petit; Cœnum vero apud Bazira munitam arcem extruere, præsidioque in eâ relicto, quod oppidanis agri usum impedire posset, reliquum exercitum ad se ducere jubet. Bazirenses Cœnum cum maximâ copiarum parte decessisse conspicati, contemtâ Macedonum qui relicti erant paucitate, in planitiem excurrunt. acrisque inter eos conflictus fit: quingentis barbaris eâ pugnâ cæsis, vivis supra LXX captis: reliqui in urbem repulsi, acrius deinceps ab excursione in agrum, ab iis qui in arce ex adverso murorum extructâ erant, arcebantur. Neque vero laboriosa Alexandro Ororum obsidio

94 Ἐπαναστῆναι] Opt. ἀπαναστῆναι.

95 Ὥρμητο] Opt. ὥρμητο.

χαλεπὴ ἐγένετο· ἀλλ' εὐθὺς ἐξ ἐφόδου προσβαλὼν τοῖς τείχεσι, τῆς πόλεως ἐκράτησε· καὶ τοὺς ἐλέφαντας τοὺς ἐγκαταλειφθέντας ἔλαβε.

28 Καὶ ταῦτα οἱ ἐν τοῖς Βαζίροις ὡς ἔμαθον, ἀπογνόντες τὰ σφέτερα πράγματα, ἀμφὶ μέσας νύκτας τὴν πόλιν ἐκλείπουσιν, ἔφυγον δ' ἐς τὴν πέτραν· ὡς δὲ καὶ οἱ ἄλλοι βάρβαροι ἐποίουν. Ἀπολιπόντες γὰρ τὰς πόλεις[96] ξύμπαντες, ἔφευγον ἐς τὴν πέτραν τὴν ἐν τῇ χώρᾳ, τὴν Ἄορνον καλουμένην. Μέγα γάρ τι τοῦτο χρῆμα πέτρας ἐν τῇ χώρᾳ ταύτῃ ἐστί· καὶ λόγος ὑπὲρ αὐτῆς κατέχει, οὐδὲ Ἡρακλεῖ τῷ Διὸς ἁλωτὸν γενέσθαι τὴν πέτραν. Εἰ μὲν δὴ καὶ ἐς Ἰνδοὺς ἀφίκετο ὁ Ἡρακλῆς ὁ Θηβαῖος, ἢ ὁ Τύριος, ἢ ὁ Αἰγύπτιος, ἐς οὐδέτερα ἔχω ἰσχυρίσασθαι· μᾶλλον δὲ δοκῶ ὅτι οὐκ ἀφίκετο (ἀλλὰ πάντα γὰρ ὅσα χαλεπά, οἱ ἄνθρωποι ἐς τοσόνδ' ἄρα αὔξουσιν αὐτῶν τὴν χαλεπότητα, ὡς καὶ τῷ Ἡρακλεῖ ἂν ἄπορα γενέσθαι) ἀληθεύειν[97]. Κἀγὼ ὑπὲρ ταύτης[98] τῆς πέτρας οὕτω γιγνώσκω, τὸν Ἡρακλέα ἐς κόμπον τοῦ λόγου ἐπιφημίζεσθαι. Τὸν μὲν δὴ κύκλον τῆς πέτρας λέγουσιν ἐς διακοσίους σταδίους μάλιστα εἶναι· ὕψος δὲ αὐτῆς, ἵνα περ χθαμαλώτατον, σταδίων ἕνδεκα· καὶ ἀνάβασιν χειροποίητον μίαν χαλεπήν· εἶναι δὲ καὶ ὕδωρ ἐν ἄκρᾳ τῇ πέτρᾳ πολὺ καὶ καθαρὸν πηγὴν ἀνίσχουσαν[99], ὡς καὶ ἀπορρεῖν ἀπὸ τῆς πηγῆς ὕδωρ· καὶ ὕλην, καὶ γῆν ἀγαθὴν ἐργάσιμον, ὅσην καὶ χιλίοις ἀνθρώποις ἀποχρῶσαν ἂν εἶναι ἐργάζεσθαι. Καὶ ταῦτα ἀκούοντα Ἀλέξανδρον πόθος λαμβάνει ἐξελεῖν καὶ τοῦτο τὸ ὄρος, οὐχ ἥκιστα ἐπὶ τῷ ἀμφὶ τὸν Ἡρακλέα μύθῳ πεφημισμένῳ. Τὰ μὲν δὴ Ὦρα καὶ τὰ Μάσαγα φρούρια ἐποίησεν ἐπὶ τῇ χώρᾳ· τὰ Βάζιρα δὲ πόλιν ἐξετείχισε. Καὶ οἱ ἀμφὶ Ἡφαιστίωνά τε καὶ Περδίκκαν αὐτῷ ἄλλην πόλιν ἐκτειχίσαντες[1] (Ὀροβάτις ὄνομα τῇ πόλει ἦν) καὶ φρουρὰν καταλιπόντες, ὡς ἐπὶ τὸν Ἰνδὸν ποταμὸν ᾔεσαν· ὡς δ' ἀφίκοντο, ἔπρασσον ἤδη ὅσα ἐς τὸ ζεῦξαι τὸν Ἰνδὸν ὑπὸ Ἀλεξάνδρου ἐπέτακτο. Ἀλέξανδρος δὲ τὴν μὲν χώρας

sidio fuit. Primo enim impetu in muros facto, urbem expugnavit, elephantis quos ibi reperit captis. Bazirenses Ororum expugnatione auditâ, viribus suis diffisi, sub mediam noctem desertâ urbe in petram confugiunt. quod & reliqui barbari imitati sunt. Omnes enim desertis oppidis in petram sese receperunt, quam Aornon vocant. Ingens porro erat hæc petra ejus regionis munimentum, famaque tenuit, ne ab ipso quidem Hercule ab Jove sato vinci potuisse. Ego vero, an Hercules Thebanus, aut Tyrius, aut Ægyptius ad Indos penetrârit, nihil habeo quod affirmare possim. potius tamen non eo penetrasse (omnia enim quæ difficilia sunt, homines ut difficiliora esse videantur, Herculem ipsum præstare nequivisse comminiscuntur) verum esse crediderim. Equidem de hac petrâ ita sentio, augendæ rei causâ Herculis nomen adhibitum esse. Ambitum hujus petræ cc stadiorum esse ajunt: altitudinem, qua humillima est, stadiorum XI. uno tantum arduo calle, eoque manu facto, adiri posse. multam etiam eamque purissimam in vertice petræ aquam esse, fontemque inde manare: sylvam etiam habere, tantumque arabilis & fertilis agri, quantum mille homines colere possint. Quibus cognitis, Alexandrum magno ejus montis capiendi desiderio captum fuisse. neque parum fabula illa de Hercule vulgata illum accendit. Itaque Oris & Massagis ad regionis præsidium firmatis, Bazira in urbis modum excoluit. Hephæstion etiam & Perdiccas aliâ urbe, Alexandri jussu, instauratâ (Orobatis urbi nomen erat) relicto ibidem præsidio, ad Indum flumen moverunt. quo ubi venerunt, omnia quæ de ponte jungendo Alexander imperârat faciunt. Regioni cis Indum sitæ Alexander

96 Ἀπολιπόντες γὰρ τὰς πόλεις] Vocula γὰρ in nullo MS. à me conspecta est, licet de Augustano nihil notaverit Vulcanius. Sed neque Basileensis editio eam agnoscit. Idem testor de adversativa in his præcedentibus verbis ἔφυγον δ' ἐς τὴν πέτραν, quæ tamen omnia quinque verba mihi suspecta sunt. Et vide sodes, quam non inepta sit oratio illis omissis.

97 Ὡς καὶ τῷ Ἡρακλεῖ ἂν ἄπορα γενέσθαι) ἀληθεύειν] Satis congrue ad hanc lectionem comparata est versio: & verbo ἀληθεύειν quoque utitur auctor VII, 5. ὁ χρόνος τὸν Βασιλέα ἄλλο τι ἢ ἀληθεύειν. Videndum tamen, an id non præter necessitatem adhærescat, & plenissime sententiam expresserit Arrianus illis vocibus, μᾶλλον δὲ δοκῶ. Quid quod in MS. Optimo etiam non est ἀληθεύειν, sed μυθεύειν. Quod si non debet respui, producenda est parenthesis, ut hoc quoque verbum ei includatur, vel potius ea omnis tollenda est, vertendumque, *in tantum augent eorum difficultatem, ut etiam ab ipso Hercule effici non potuisse fabulentur*. Et confirmant hoc inferiora, ἐπὶ τῷ ἀμφὶ τὸν Ἡρακλέα μύθῳ πεφημισμένῳ. Et V, 1 τὰ ὑπὲρ Διονύσου τῆς πλάνης μυθεύματα. Egregie vero ad mentem Arriani Tacitus: *Quicquid ubique magnificum est, in claritatem Herculis referre consensimus.*

98 Ὑπὲρ ταύτης] Opt. & alii αὐτῆς.

99 Πηγὴν ἀνίσχουσαν] Non placet interpretatio Vulcanii; neque enim fons manat ex aqua, neque si id esset, nunc voluit dicere Arrianus, cujus sententia est, *esse quoque in summa petra fontem emittentem multam & limpidam aquam, sic ut ista aqua quoque ab fonte profluat.* Curtius VII, 11 de alia petra. *Fontes per totum fere specum manant, è quibus conlatæ aquæ per prona montis flumen emittunt.* Livius 44, 33. *Scaturigines turbidæ primo & tenues, dein liquidam multamque fundere aquam.* Stephanus in Οὖα.

1 Αὐτῷ ἄλλην πόλιν ἐκτειχίσαντες] Vox prior non est in Optimo codice.

ρας τῆς ἐπὶ τάδε τοῦ Ἰνδοῦ ποταμοῦ σατράπην κατέστησε Νικάνορα, τῶν ἑταίρων· αὐτὸς δὲ τὰ μὲν πρῶτα [2] ὡς ἐπὶ τὸν Ἰνδὸν ποταμὸν ἦγε, καὶ πόλιν τε Πευκελιῶτιν οὐ πόῤῥω τοῦ Ἰνδοῦ ᾠκισμένην ὁμολογίᾳ παρεστήσατο, καὶ ἐν αὐτῇ φρουρὰν καταστήσας τῶν Μακεδόνων, καὶ Φίλιππον ἐπὶ τῇ φρουρᾷ ἡγεμόνα. Ὁ δὲ καὶ ἄλλα προσηγάγετο μικρὰ πολίσματα πρὸς τῷ Ἰνδῷ ποταμῷ ᾠκισμένα· ξυνείποντο δὲ αὐτῷ Κωφαῖός τε καὶ Ἀσσαγέτης, οἱ ὕπαρχοι τῆς χώρας. Ἀφικόμενος δὲ ἐς Ἐμβόλιμα πόλιν, ἣ ξύνεγγυς τῆς πέτρας τῆς Ἀόρνου ᾤκειτο, Κρατερὸν μὲν ξὺν μέρει τῆς στρατιᾶς καταλείπει αὐτοῦ, σῖτόν τε ἐς τὴν πόλιν ὡς πλεῖστον ξυνάγειν, καὶ ὅσα ἄλλα ἐς χρόνιον τριβήν· ὡς ἐνθένδε ὁρμωμένους τοὺς Μακεδόνας χρονίᾳ πολιορκίᾳ ἐκτρυχῶσαι τοὺς κατέχοντας τὴν πέτραν, εἰ μὴ ἐξ ἐφόδου ληφθείη. Αὐτὸς δὲ τοὺς τοξότας τε ἀναλαβὼν καὶ τοὺς Ἀγριάνας καὶ τὴν Κοίνου τάξιν, καὶ ἀπὸ τῆς ἄλλης φάλαγγος ἐπιλέξας τοὺς κουφοτάτους τε καὶ ἅμα εὐοπλοτάτους, καὶ τῶν ἑταίρων ἱππέων ἐς διακοσίους, καὶ ἱπποτοξότας ἐς ἑκατὸν, προσῆγε τῇ πέτρᾳ· καὶ ταύτῃ μὲν τῇ ἡμέρᾳ κατεστρατοπεδεύσατο, ἵνα ἐπιτήδειον αὐτῷ ἐφαίνετο· τῇ δὲ ὑστεραίᾳ προσελθὼν ὡς πρὸς τὴν πέτραν αὖθις ἐστρατοπεδεύσατο. 29 Καὶ ἐν τούτῳ ἧκον παρ' αὐτὸν τῶν προσχώρων τινὲς, σφᾶς τε αὐτοὺς ἐνδιδόντες, καὶ ἡγήσασθαι φάσκοντες ἐς τῆς πέτρας τὸ ἐπιμαχώτατον, ὅθεν οὐ χαλεπὸν αὐτῷ ἔσεσθαι ἑλεῖν τὸ χωρίον· καὶ ξὺν τούτοις πέμπει Πτολεμαῖον τὸν Λάγου τὸν σωματοφύλακα, τούς τε Ἀγριάνας ἄγοντα καὶ τοὺς ψιλοὺς τοὺς ἄλλους καὶ τῶν ὑπασπιστῶν ἐπιλέκτους· προστάξας ἐπειδὰν καταλάβῃ τὸ χωρίον, κατέχειν μὲν αὐτὸ ἰσχυρᾷ φυλακῇ, οἱ δὲ σημαίνειν ὅτι ἔχεται. Καὶ Πτολεμαῖος ἐλθὼν ὁδὸν τραχεῖάν τε καὶ δύσπορον, λανθάνει τοὺς βαρβάρους καταλαβὼν τὸν τόπον· καὶ τοῦτον χάρακι ἐν κύκλῳ καὶ τάφρῳ ὀχυρώσας, πυρσὸν αἴρει ἀπὸ τοῦ ὄρους, ἔνθεν ὀφθήσεσθαι ὑπ' Ἀλεξάνδρου ἔμελλε· καὶ ὤφθη τε ἅμα ἡ φλὸξ, καὶ Ἀλέξανδρος ἐπῆγε τῇ ὑστεραίᾳ τὴν στρατιάν. ἀμυνομένων δὲ τῶν βαρβάρων, οὐδὲν πλέον αὐτῷ ὑπὸ δυσχωρίας ἐγίγνετο. Ὡς δὲ Ἀλεξάνδρῳ ἄπορον τὴν προσβολὴν κατέμαθον οἱ βάρβαροι, ἀναστρέψαντες τοῖς ἀμφὶ Πτολεμαῖον αὐτοὶ προσέβαλλον· καὶ γίνεται αὐτῶν τε καὶ τῶν Μακεδόνων μάχη καρτερὰ, τῶν μὲν διασπάσαι τὸν χάρακα σπουδὴν ποιουμένων τῶν Ἰνδῶν, Πτολεμαίου δὲ διαφυλάξαι τὸ χωρίον· καὶ μεῖον ἔχοντες οἱ βάρβαροι ἐν τῷ ἀκροβολισμῷ, νυκτὸς ἐπιγενομένης ἀπεχώρησαν. Ἀλέ-

der ex amicis Nicanorem satrapam constituit. Ipse primum ad Indum flumen movit, urbemque Peuceliotim haud procul ab amne sitam deditione recepit, præsidioque Macedonum imposito, Philippum ei præfecit. Multa præterea ignobilia oppida ad Indum amnem sita subegit, comitantibus eum Cophæo & Assagete præsidibus provinciæ. Postquam vero Embolima venit, quæ urbs non procul à petrâ Aorno sita est, Craterum cum parte exercitus ibi relinquit, utque frumentum quantum posset, aliaque necessaria ad longi temporis moram ibi faciendam in urbem convehat jubet, ut inde progressi Macedones, diuturnâ obsidione eos qui petram tenebant conficerent, si primo impetu capi non posset. Ipse assumtis sagittariis atque Agrianis Cœnique agmine, & ex reliquâ phalange delectis iis qui & expeditiores & melius armati essent, præterea ex equitatu amicorum ducentis, ac sagittariis equestribus centum, exercitum ad petram admovit. ac primo quidem die castra commodo loco ponit. postero die propius rursum ad petram castra locat. 29 Interea finitimorum nonnulli ad eum venerunt deditionem facientes, viamque sese ostensuros dicentes, quâ commodior petræ oppugnatio futura esset, parvoque negotio capi posset. Cum his Ptolemæum Lagi filium corporis custodem mittit, Agrianas secum ducentem aliosque levis armaturæ & scutatorum lectissimos quosque, jubens, ut quum oppidum occupasset, firmo id præsidio muniret, utque occupati loci significationem sibi aliquam ederet. Ptolemæus viâ arduâ atque difficili contendens non sentientibus barbaris in verticem evadit, & loco in orbem vallo ac fossâ communito, facem accensam, ab eâ parte montis quâ conspici ab Alexandro posset, tollit. Alexander conspecto flammæ splendore, postridie exercitum admovit. at Barbaris acriter sese tuentibus, nihil tum ob locorum asperitatem effecit. Quum vero barbari animadverterent Alexandrum ab eâ parte frustra niti, in Ptolemæum conversi feruntur. Atrox ibi cum Macedonibus pugna miscetur, Indis quidem vallum rescindere nitentibus, Ptolemæo omnibus viribus locum tutante. Demum barbari Macedonum velitari conflictu male excepti, nocte interveniente retrocedunt.

2 Αὐτὸς δὲ τὰ μὲν πρῶτα] Sic edidi ex MS. Optimo, quum vocula quarta vulgo negligatur. Sed & mox in eodem legitur tantum Αὐτὸς δὲ τοὺς τοξότας τε λαβὼν, non ἀναλαβών.

Ἀλέξανδρος δὲ τῶν Ἰνδῶν ἕνα τῶν αὐτομόλων, πιστόν τε ἄλλως καὶ τῶν χωρίων δαήμονα, ἐπιλεξάμενος, πέμπει παρὰ Πτολεμαῖον τῆς νυκτὸς γράμματα φέροντα τὸν Ἰνδόν, ἵνα ἐνεγέγραπτο[3]· ἐπειδὰν αὐτὸς προσβάλῃ τῇ πέτρᾳ, τὸν δὲ ἐπικεῖσθαι τοῖς βαρβάροις κατὰ τὸ ὄρος, μηδὲ ἀγαπᾶν ἐν φυλακῇ ἔχοντα τὸ χωρίον, ὡς ἀμφοτέρωθεν βαλλομένους τοὺς Ἰνδοὺς ἀμφιβόλους γίγνεσθαι. Καὶ αὐτὸς ἅμα τῇ ἡμέρᾳ ἄρας ἐκ τοῦ στρατοπέδου, προσῆγε τὴν στρατιὰν κατὰ τὴν πρόσβασιν, ᾗ Πτολεμαῖος λαθὼν ἀνέβη· γνώμην ποιούμενος, ὡς εἰ ταύτῃ βιασάμενος ξυμμίξοι τοῖς ἀμφὶ Πτολεμαῖον, οὐ χαλεπὸν ἔτι ἐσόμενον αὐτῷ τὸ ἔργον. Καὶ ξυνέβη οὕτως· ἔστε μὲν γὰρ ἐπὶ μεσημβρίαν ξυνειστήκει καρτερὰ μάχη τοῖς τε Ἰνδοῖς καὶ τοῖς Μακεδόσι, τῶν μὲν ἐκβιαζομένων ἐς τὴν πρόσβασιν, τῶν δὲ βαλλόντων ἀνιόντας· ὡς δὲ οὐκ ἀνίεσαν οἱ Μακεδόνες, ἄλλοι ἐπ᾽ ἄλλοις ἐπιόντες, οἱ δὲ πρόσθεν ἀναπαυόμενοι, μόλις ἀμφὶ[4] δείλην ἐκράτησαν τῆς παρόδου, καὶ ξυνέμιξαν τοῖς ξὺν Πτολεμαίῳ. Ἐκεῖθεν δὲ ὁμοῦ ἤδη γενομένη ἡ στρατιὰ πᾶσα, ἐπῆγεν αὖθις ὡς ἐς αὐτὴν τὴν πέτραν· ἀλλὰ γὰρ ἔτι ἄπορος ἦν αὕτη ἡ προσβολή. Ταύτῃ μὲν δὴ τῇ ἡμέρᾳ τοῦτο τὸ τέλος γίγνεται. Ὑπὸ δὲ τὴν ἕω παραγγέλλει στρατιώτῃ ἑκάστῳ, κόπτειν χάρακας ἑκατὸν κατ᾽ ἄνδρα· καὶ οὗτοι κεκομμένοι ἦσαν, καὶ αὐτὸς ἐχώννυεν, ἀρξάμενος ἀπὸ τῆς κορυφῆς τοῦ λόφου, ἵνα ἐστρατοπεδευκότες ἦσαν, ὡς ἐπὶ τὴν πέτραν χῶμα μέγα, ὅθεν τοξεύματά τε ἂν ἐξικνεῖσθαι ἐς τοὺς προμάχους[5], καὶ ἀπὸ μηχανῶν βέλη ἀφιέμενα· καὶ ἐχώννυεν αὐτὸ πᾶς τις ἀντιλαμβανόμενος τοῦ ἔργου· καὶ αὐτὸς ἐφειστήκει θεατὴς καὶ ἐπαινέτης τοῦ ξὺν προθυμίᾳ περαινομένου, κολαστὴς δὲ τοῦ ἐν τῷ παραχρῆμα ἐκλιποῦς. Τῇ μὲν δὴ πρώτῃ ἡμέρᾳ ὡς ἐπὶ στάδιον ἔχωσεν αὐτῷ ὁ στρατός. Ἐς δὲ τὴν ὑστεραίαν, οἵ τε σφενδονῆται σφενδονῶντες ἐς τοὺς Ἰνδοὺς ἐκ τοῦ ἤδη κεχωσμένου, καὶ ἀπὸ τῶν μηχανῶν βέλη ἀφιέμενα ἀνέστελλε τῶν Ἰνδῶν τὰς ἐκδρομάς, τὰς ἐπὶ τοὺς χωννύντας. Καὶ ἐχώννυτο αὐτῷ ἐς τρεῖς ἡμέρας ξυνεχῶς τὸ χωρίον[6]. Τῇ τετάρτῃ δὲ βιασάμενοι τῶν Μακεδόνων οὐ πολλοί, κατέσχον ὀλίγον γήλοφον ἰσόπεδον τῇ πέτρᾳ· καὶ Ἀλέξανδρος οὐδέν τι ἐλινύων ἐπῆγε τὸ χῶμα, ξυνάψαι ἐθέλων τὸ χωννύμενον τῷ γηλόφῳ, ὃν ἵνα οἱ ὀλίγοι αὐτῷ ἤδη κατεῖχον. Οἱ δ᾽ Ἰνδοὶ πρός τε τὴν ἀδιήγητον τόλμαν τῶν ἐς τὸν γήλοφον βιασαμένων Μακεδόνων ἐκπλαγέντες, καὶ τὸ χῶμα ξυνηπτόμενον ἤδη ὁρῶν-

dunt. Alexander interea Indum quendam transfugam, fidum & locorum peritum, noctu cum literis ad Ptolemæum mittit; quibus monet, ut quum ipse petram adoriretur, Ptolemæus eodem tempore ex monte impetum in hostes faceret, neque in præsidio se tueri contentus esset, ut utrinque petiti barbari in ambiguo versarentur. Ipse primâ luce castris motis exercitum ad eam partem ducit, quâ Ptolemæus clam hostibus montem conscenderat, ita secum statuens, si impetu facto illac se cum Ptolemæo conjungere posset, non ita difficile negotium ei futurum. quod quidem ita evenit. Nam ad meridiem usque acre inter Indos & Macedones certamen fuit, his quidem conscendere nitentibus, illis subeuntes propulsantibus. quum vero Macedones non desisterent alii aliis succedere, prioresque interim à labore reficerentur, vix ante noctem transitu potiti, sese cum Ptolemæo conjunxerunt. Exinde quum jam omnes copiæ unà essent, rursus petram adoriuntur. Sed ne hac quidem ratione petra subiri potuit. atque ita dies ille consumptus est. Sub lucem milites singulos centum palos cædere jubet. quibus comportatis ingentem aggerem à summo colle in quo castra locârat ad petram molitur, unde & sagittæ & tela machinis excussa ad hostes pertingere possent: universoque exercitu ad opus intento, ipse & spectator & laudator adstabat, eos quidem qui magnâ contentione opus promovebant collaudans, segniores vero castigans. Ac primo quidem die exercitus in stadii longitudinem aggerem produxit. postero die funditores mittentes fundis ex eo quod aggestum erat & tela machinis excussa Indorum in eos, qui aggerem struebant, excursiones represserunt. atque ita agger triduo toto perfectus est. Quarto die quum Macedones aliquot collem quendam petræ oppositum, æqualis cum eâ altitudinis, cepissent, Alexander confestim eo contendit, aggeremque ad eum collem quem pauci tenebant continuare statuit. Barbari ob incredibilem Macedonum qui collem illum superârant audaciam attoniti, aggeremque jam ad collem perductum conspicati,

3 Ἵνα ἐνεγέγραπτο] MS. Opt. ἐγγέγραπτο.

4 Μόλις ἀμφὶ] MS. Opt. & alii μόγις δὴ ἀμφὶ. Mox ὡς ἐπ᾽ αὐτήν.

5 Τοξεύματά τε ἂν ἐξικνεῖσθαι ἐς τοὺς προμάχους] MSS. omnes, ἐς τοὺς προμαχομένους δυνατὰ αὐτῷ ἐφαίνετο, καὶ ἀπὸ &c. Sane etiam capite 3 hujus libri sic vidimus προμαχομένους.

6 Ἐχώννυτο αὐτῷ ἐς τρεῖς ἡμέρας ξυνεχῶς τὸ χωρίον] MS. Opt. τὰ χωρία. Qui etiam mox cum aliis nonnullis ἡμέρας in plurali præfert.

δρῶντες, τοῦ μὴ ἀπομάχεσθαι ἔτι ἀπείχοντο· πέμψαντες δὲ κήρυκα σφῶν παρ' Ἀλέξανδρον, ἐθέλειν ἔφασκον ἐνδοῦναι τὴν πέτραν, εἰ σφίσι σπείσαιτο. Γνώμην δ' ἐπεποίηντο ἐν τῷ ἔτι διαμέλλοντι τὰς σπονδὰς διαγαγόντες τὴν ἡμέραν, νυκτὸς ὡς ἕκαστοι διασκεδάννυσθαι ἐπὶ τὰ σφέτερα ἤθη. Καὶ τοῦτο ὡς ἐπύθετο Ἀλέξανδρος, ἐνδίδωσιν αὐτοῖς χρόνον τε ἐς τὴν ἀποχώρησιν, καὶ τῆς φυλακῆς τὴν κύκλωσιν τὴν πάντη ἀφελεῖν· καὶ αὐτὸς ἔμενεν, ἔστε ἤρξαντο τῆς ἀποχωρήσεως· καὶ ἐν τούτῳ ἀναλαβὼν τῶν σωματοφυλάκων καὶ τῶν ὑπασπιστῶν ἐς ἑπτακοσίους, κατὰ τὸ ἐκλελειμμένον τῆς πέτρας ἀνέρχεται ἐς αὐτὴν πρῶτος, καὶ οἱ Μακεδόνες ἄλλος ἄλλῃ ἀνιμῶντες ἀλλήλους ἀνῄεσαν, καὶ οὗτοι ἐπὶ τοὺς ἀποχωροῦντας τῶν βαρβάρων τραπόμενοι ἀπὸ ξυνθήματος, πολλοὺς μὲν αὐτῶν ἐν τῇ φυγῇ ἀπέκτειναν· οἱ δὲ καὶ πεφοβημένως ἀποχωροῦντες, κατὰ τῶν κρημνῶν ῥίψαντες σφᾶς, ἀπέθανον· εἴχετό τε Ἀλεξάνδρῳ ἡ πέτρα, ἡ τῷ Ἡρακλεῖ ἄπορος γενομένη· καὶ ἔθυεν ἐπ' αὐτῇ Ἀλέξανδρος, καὶ κατεσκεύασε φρούριον, παραδοὺς Σισικόττῳ ἐπιμελεῖσθαι τῆς φρουρᾶς, ὃς ἐξ Ἰνδῶν μὲν πάλαι ηὐτομολήκει ἐς Βάκτρα παρὰ Βῆσσον, Ἀλεξάνδρου δὲ κατασχόντος τὴν χώραν τὴν Βακτρίαν ξυνεστράτευέ τε αὐτῷ καὶ πιστὸς ἐς τὰ μάλιστα ἐφαίνετο. Ἄρας δ' ἐκ τῆς πέτρας, ἐς τὴν τῶν Ἀσσακανῶν χώραν ἐμβάλλει. Τὸν γὰρ ἀδελφὸν Ἀσσακάνου ἐξηγγέλλετο τούς τε ἐλέφαντας ἔχοντα καὶ τῶν προσχώρων βαρβάρων πολλοὺς ξυμπεφευγέναι ἐς τὰ ταύτης ὄρη [7]. Καὶ ἀφικόμενος εἰς Δύρτα πόλιν, τῶν μὲν οἰκούντων οὐδένα καταλαμβάνει, οὐδὲ ἐν τῇ χώρᾳ τῇ πρὸς τῇ πόλει· ἐς δὲ τὴν ὑστεραίαν, Νέαρχόν τε καὶ Ἀντίοχον τοὺς χιλιάρχους τῶν ὑπασπιστῶν ἐκπέμπει· καὶ Νεάρχῳ μὲν τοὺς Ἀγριᾶνας τοὺς ψιλοὺς [8] ἄγειν ἔδωκεν· Ἀντιόχῳ δὲ τήν τε αὐτοῦ χιλιαρχίαν, καὶ δύο ἐπὶ ταύτῃ ἄλλας. Ἐστέλλοντο δὲ τά τε χωρία κατοψόμενοι, καὶ εἴπου τινὰς τῶν βαρβάρων ξυλλαβεῖν, ἐς ἔλεγχον τῶν κατὰ τὴν χώραν τῶν τε ἄλλων, καὶ μάλιστα δὴ τὰ ἀμφὶ τοὺς ἐλέφαντας ἔμελλον αὐτῷ μαθεῖν [9]. Αὐτὸς δ' ὡς ἐπὶ τὸν Ἰνδὸν ποταμὸν ἤδη ἦγε, καὶ ἡ στρατιὰ

ſpicati, à defenſione deſiſtunt, miſſoque ad Alexandrum caduceatore, ſpondent ſeſe, ſi paciſci cum iis velit, petræ deditionem facturos. Conſilium vero ipſorum erat, ut totum illum diem pactionibus faciendis tranſigentes, noctu ſeſe quiſque in domos ſuas reciperent. Quo cognito, Alexander tempus ſatis amplum iis ad diſcedendum conceſſit, omni præſidio per circuitum amoto. ipſeque ibi tantiſper dum diſcedere inciperent manſit. Poſthæc aſſumtis ex cuſtodibus corporis & ſcutatis DCC, primus in deſertam ab hoſtibus petram conſcendit. Macedones quoque, alius alia ſeſe mutuo ſubtrahentes, eodem aſcenderunt. Exinde in recedentes barbaros ſigno dato converſi, multos in fugâ interfecerunt. Illorum plerique trepide fugientes, per præcipitia delapſi perierunt. Alexander potitus petrâ, quam ne Hercules quidem ipſe ſuperare potuerat, ſacrificio in eâ facto, præſidium impoſuit, eique Siſicottum præfecit, qui multo ante ex Indis in Bactra ad Beſſum transfugerat, & poſtquam Alexander Bactrianorum regionem ſubjugârat, conjunctis cum eo copiis fidelem imprimis ei operam navârat. Alexander è petrâ in Aſſacanorum regionem movit. Aſſacani enim fratrem, cum elephantis & finitimorum barbarorum non exiguâ manu, in illius regionis montes confugiſſe acceperat. quumque ad urbem Dyrtam perveniſſet, neminem incolarum aut in ea aut in vicina regione reperit. Poſtero autem die Nearchum & Antiochum, qui ſinguli mille ſcutatis præfecti erant, emittit. ac Nearcho quidem Agrianas levis armaturæ, Antiocho ad mille ſcutatos quos ducebat, alia duo millia adjungit. Hos ſpeculatum in illa loca mittit, & an forte nonnullos ex barbaris comprehendere poſſint, è quibus cum alia ad regionis notitiam pertinentia, tum de elephantis cognoſcerent. Ipſe ad Indum flumen jam pergit: exercitu qui viam

7 Ἐς τὰ ταύτης ὄρη] Optimus aliique ταύτῃ, recte, prout mox repetit τὰ ταύτῃ χωρία. Sic ſcribendum v, 26 καὶ ὅρος τῆς ταύτῃ ἀρχῆς &c. *idemque hujus imperii illic erit limes*, in Aſia ſcilicet ac Libya. Vulgo ταύτης. Quum non utatur hoc vocum ordine Græci, ſed debuerit ſcribi ταύτης τῆς ἀρχῆς, licet ſic quoque tolerari nequeat. Quod autem paulo ante animadvertit nuperus noſter de nomine *Siſicottus* & emendando Arriano, ſi inſpexeris Freinshemiana in Curtiano indice in vocabulo *Siſocoſtus*, videbis & ridebis, quam lepide perſonatæ illæ animadverſiones ejus verba potuerint commutare. Ego autem indulſi duobus minimum codicibus, unde ſic notavi.

8 Τοὺς Ἀγριᾶνας τοὺς ψιλούς] Vertunt cum Facio Vulcanius *Agrianos levis armaturæ*. Cedo igitur Agrianas armaturæ gravis; quos ego nullos hactenus inveni. Nullam quidem notatam video in ſœdis meis varietatem ex MSS. ſed vel invitis iis omnibus ſcribendum τοὺς Ἀγριᾶνας καὶ τοὺς ψιλούς. Nam ſic loquitur paſſim. Hujus libri cap. 4 τούς τε τοξότας καὶ τοὺς Ἀγριᾶνας καὶ τοὺς ἄλλους ψιλούς. Et cap. 29. Πτολεμαῖον τούς τε Ἀγριᾶνας ἄγοντα καὶ τοὺς ψιλοὺς τοὺς ἄλλους. VI, 8 οἵ τε Ἀγριᾶνες καὶ ἄλλαι τάξεις τῶν ψιλῶν. Sane quum pene ſemper Ἀγριᾶνες aut ſimpliciter jungantur τοξόταις aut appoſito ipſorum muneris vocabulo appellentur ἀκοντισταί, dubium non poteſt eſſe, quin illi pars fuerint τῶν ψιλῶν. Et clare id patet ex illis, quæ in Curtii indice colligit Freinshemius.

9 Τὰ ἀμφὶ τοὺς ἐλεφ. ἔμελλον αὐτῷ μαθεῖν] Præclare græciſſat hic ſermo, & neſcio unde hauſerint μαθεῖν τινι pro edocere aliquem. Baſileenſes ἔμελλεν. Scribendum, ut legitur in MSS. plurimis ἔμελλε, *& maxime quæ ad elephantos pertinerent, cognoſcere curæ ipſi erat.*

ἵνα αὐτῷ ὁδοποιεῖτο προσιοῦσι, ἄπορα ἄλλως ὄντα τὰ ταύτῃ χωρία. Ἐνταῦθα ξυλλαμβάνει ὀλίγους τῶν βαρβάρων, καὶ παρὰ τούτων ἔμαθεν, ὅτι οἱ μὲν ἐν τῇ χώρᾳ Ἰνδοὶ παρὰ Βαρισάδην ἀποπεφευγότες εἶεν· τοὺς ἐλέφαντας δὲ ὅτι αὐτοῦ κατέλιπον νέμεσθαι πρὸς τῷ ποταμῷ τῷ Ἰνδῷ· καὶ τούτους ἡγήσασθαί οἱ τὴν ὁδὸν ἐκέλευσεν ὡς ἐπὶ τοὺς ἐλέφαντας. Εἰσὶ δ' Ἰνδῶν πολλοὶ κυνηγέται τῶν ἐλεφάντων, καὶ τούτους σπουδῇ ἀμφ' αὑτὸν εἶχεν Ἀλέξανδρος, καὶ τότε ἐθήρα ξὺν τούτοις τοὺς ἐλέφαντας· καὶ δύο μὲν αὐτῶν ἀπώλοντο, κατὰ κρημνοὺς[10] σφᾶς ῥίψαντες ἐν τῇ διώξει· οἱ δὲ ἄλλοι ξυλληφθέντες, ἔφερόν τε τοὺς ἀναβάτας, καὶ τῇ στρατιᾷ ξυνετάσσοντο. Ἐπεὶ δὲ καὶ ὕλῃ ἐργασίμῳ ἐπέτυχε παρὰ τὸν ποταμὸν, καὶ αὕτη ἐκόπη αὐτῷ ὑπὸ τῆς στρατιᾶς, καὶ ναῦς ἐποίησεν[11], καὶ αὗται κατὰ τὸν Ἰνδὸν ποταμὸν ἤγοντο ὡς ἐπὶ γέφυραν, ἣν ἤδη Ἡφαιστίων καὶ Περδίκκας αὐτῷ ἐξῳκοδομηκότες πάλαι ἦσαν.

viam faceret, præmisso. neque enim aliter ea loca transiri possunt. Eo loci barbaris nonnullis captis, certior factus est Indos ejus regionis ad Barisadem confugisse; elephantos in pascuis apud Indum amnem relictos esse. quo cognito, ut se ad eum locum, ubi elephanti erant, ducant jubet. Sunt autem plerique Indi elephantorum venatores, & ob id Alexander hos apud se caros habebat. Ac tum quidem elephantos venatus est. duo inter persequendum è præcipitiis lapsi perierunt: reliqui capti, admissis sessoribus, exercitui admoti sunt. Sylvam quoque cæduam apud flumen nactus, eam ab exercitu cædi navesque ædificari jussit, quibus in Indum flumen deductis, ad pontem quem jam multo ante Hephæstion & Perdiccas construxerant, vectus est.

10 Κατὰ κρημνοὺς] MSS. κρημνοῦ. Sic perpetuò Arrianus. Etiam quod antecedit, non ἀπώλοντο est in MSS. sed ἀπώλλυντο. vide ad libri III caput 18. Iidem mox ἀμβάτας.

11 Ναῦς ἐποίησεν] MSS. ἐποιήθησαν.

ΑΡΡΙΑΝΟΥ ΑΝΑΒΑΣΕΩΣ ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΥ

ΒΙΒΛΙΟΝ ΠΕΜΠΤΟΝ.

ARRIANI DE EXPEDITIONE ALEXANDRI

LIBER QVINTVS.

ΚΕΦ. Α.

Ἐν δὲ τῇ χώρᾳ ταύτῃ, ἥν τινα μεταξὺ τοῦ τε Κωφῆνος καὶ τοῦ Ἰνδοῦ ποταμοῦ ἐπῆλθεν Ἀλέξανδρος, καὶ Νύσσαν πόλιν οἰκίσθαι λέγουσι· τὸ δὲ κτίσμα εἶναι Διονύσου· Διόνυσον δὲ κτίσαι τὴν Νύσσαν, ἀφ' οὗ τε Ἰνδοὺς ἐχειρώσατο[1], ὅστις δὴ οὗτος ὁ Διόνυσος, καὶ ὁπότε

CAP. I

In hac regione, quam inter Cophenem & Indum fluvios interjacentem Alexander aggressus est, Nyssam etiam urbem sitam esse ferunt, à Dionyso conditam, eo tempore, quo Indos domuit, quicunque tandem is Dionysus fuerit, & quando aut unde Indis

1 Ἀφ' οὗ τε Ἰνδοὺς ἐχειρώσατο] Opt. ἐπεί τε Ἰνδοὺς. Et mox recte, ὃ καὶ ἐν Τμώλῳ. Præterea idem codex non Νύσσαν præfert, sed Νῦσαν, quæ est haud dubie vera lectio, & apparet manifeste in derivato inde Dionyso. Cæterum quum in Augustano reperisset Vulcanius post verbum ἐχειρώσατο adjecta hæc verba, οὐκ ἔχω φράσαι, id statim approbans correxit in versione *intulerit, affirmare nequeo. Neque enim conjectura assequi possum, an sit is &c.* Sed sunt ineptissima ista supplementa, & neque hæc nova correctio, neque prisca interpretatio aut ad genium styli Arrianei aut ad gustum meum respondet. Arrianus sic loquitur, prout simpliciter in versione correxi. Qui utique narrandi processus suavior faciliorque est, & simul plenissimus, quem non ita præbet Vulcanius. In pluribus MSS. illæ tres voces occurrunt.

ὁπότε ἢ ὅθεν ἐπ' Ἰνδοὺς ἐστράτευσεν· οὐ γὰρ ἔχω συμβαλεῖν, εἰ ὁ Θηβαῖος Διόνυσος, ὃς ἐκ Θηβῶν ἢ ἐκ Τμώλου τοῦ Λυδίου ὁρμηθεὶς ἐπ' Ἰνδοὺς ἧκε στρατιὰν ἄγων, τοσαῦτα μὲν ἔθνη μάχιμα καὶ ἄγνωστα τοῖς τότε Ἕλλησιν ἐπελθὼν, οὐδὲν δ' αὐτῶν ἄλλο ὅτι μὴ τὸ Ἰνδῶν βίᾳ χειρωσάμενος· πλήν γε δὴ ὅτι οὐκ ἀκριβῆ ἐξεταστὴν χρὴ εἶναι τῶν ὑπὲρ τοῦ θείου ἐκ παλαιοῦ μεμυθευμένων. Τὰ γάρ τοι κατὰ τὸ εἰκὸς ξυντιθέντι οὐ πιστὰ[2], ἐπειδὰν τὸ θεῖόν τις προσθῇ τῷ λόγῳ, οὐ πάντη ἄπιστα φαίνεται. Ὡς δ' ἐπέβη τῇ Νύσῃ Ἀλέξανδρος, ἐκπέμπουσι παρ' αὐτὸν οἱ Νυσαῖοι τὸν κρατιστεύοντα σφῶν (ὄνομα δ' ἦν αὐτῷ Ἄκουφις) καὶ ξὺν αὐτῷ πρέσβεις τῶν δοκιμωτάτων τριάκοντα, δεησομένους Ἀλεξάνδρου, ἀφεῖναι τῷ θεῷ τὴν πόλιν· παρελθεῖν τε δὴ ἐς τὴν σκηνὴν τὴν Ἀλεξάνδρου τοὺς πρέσβεις, καὶ καταλαβεῖν καθήμενον κεκονιμένον ἔτι[3] ἐκ τῆς ὁδοῦ, ξὺν τοῖς ὅπλοις τοῖς τε ἄλλοις, καὶ τὸ κράνος αὐτῷ περικείμενον, καὶ τὸ δόρυ ἔχοντα, θαμβῆσαι ἰδόντας τὴν ὄψιν, καὶ πεσόντας ἐς γῆν ἐπὶ πολὺ σιγὴν ἔχειν· ὡς δ' ἐξανέστησέ τε αὐτοὺς Ἀλέξανδρος, καὶ θαρρεῖν ἐκέλευσε, τότε δὴ τὸν Ἄκουφιν ἀρξάμενον λέγειν τάδε[4], Ὦ βασιλεῦ, δέονταί σου Νυσαῖοι, ἐᾶσαι σφᾶς ἐλευθέρους τε καὶ αὐτονόμους, αἰδοῖ τοῦ Διονύσου. Διόνυσος γὰρ ἐπειδὴ χειρωσάμενος τὸ Ἰνδῶν ἔθνος, ἐπὶ θάλασσαν ὀπίσω κατῄει τὴν Ἑλληνικὴν, ἐκ τῶν ἀπομάχων στρατιωτῶν, οἳ δὴ αὐτῷ καὶ βάκχοι ἦσαν, κτίζει τὴν πόλιν τήνδε, μνημόσυνον τῆς αὑτοῦ πλάνης τε καὶ νίκης τοῖς ἔπειτα ἐσομένοις[5]· καθάπερ οὖν καὶ σὺ αὐτὸς Ἀλεξάνδρειάν τε ἔκτισας τὴν πρὸς Καυκάσῳ ὄρει, καὶ ἄλλην Ἀλεξάνδρειαν ἐν τῇ Αἰγυπτίων γῇ, καὶ ἄλλας πολλὰς τὰς μὲν ἔκτισας ἤδη, τὰς δὲ καὶ κτίσεις ἀνὰ χρόνον[6], οἷα δὴ πλείονα Διονύσου ἔργα ἀποδειξάμενος. Νῦσάν τε οὖν ἐκάλεσε τὴν πόλιν ὁ Διόνυσος ἐπὶ τῆς τροφοῦ[7] τῆς Νύσης, καὶ τὴν χώραν Νυσ-

dis bellum intulerit. Neque enim conjicere possum, sitne is Thebanus, qui ex Thebis aut etiam ex Tmolo Lydiæ profectus in Indos exercitum duxerit. qui quum tot bellicosas, & tum temporis Græcis ignotas gentes adierit, nullam ex iis præterquam Indorum vi subegerit: hoc tantum censuerim, ea quæ de diis veteres fabulis suis conscripsere, non esse nimium curiose pervestiganda. Scripta enim quibus merito fides derogari posset, quando numinis alicujus mentio accedit, fit ut non omnino incredibilia esse videantur. Alexander itaque simulac Nyssam cum exercitu venit, oppidani Acuphim principem civitatis ad eum mittunt, & cum eo legatos XXX ex primoribus, oraturos uti numini suo urbem liberam relinquat. Legati ad Alexandri tabernaculum adducti, quum illum sedentem nondum deterso pulvere, omni adhuc armaturâ indutum, galeaque tectum, & lanceam manu tenentem vidissent, aspectu ejus perterrefacti in terram prociderunt, diuque silentium tenuerunt. Postquam vero Alexander surgere illos, bonoque animo esse jussit, Acuphim ita orsum, „ORANT te, ô rex, Nyssæi, uti Liberi „Patris reverentiâ adductus civitatem ipsis „liberam legibusque suis utentem relinquas. Dionysus enim debellatis Indis, „quum ad Græcanicum mare reverteretur, „ex militibus rude donatis, qui ipsi & „Bacchi erant, hanc urbem condidit, „quæ perpetuum peregrinationis victoriæ„que suæ monumentum posteris extaret. „quemadmodum tu ipse Alexandriam ad „Caucasum montem condidisti, aliamque „in Ægyptiorum regione, aliasque multas „partim jam exædificasti, partim nunc æ„dificas: utpote qui jam plura quam Dio„nysus præstiteris. Nyssam autem vocavit „urbem à nutrice Nyssâ, & provinciam „Nys-

2 *Τὰ γάρ τοι κατὰ τὸ εἰκὸς ξυντιθέντι οὐ πιστὰ*] Vulcanius, *scripta quibus merito fides derogari posset.* Nescio an intellexerit, licet ei adquiescat Freinshemius ad Curtium 4, 7, 30. Neque enim ξυντιθέναι hic est *componere scriptum*, ut is videtur accepisse, sed suspicari, conjicere, colligere, ut cap. 10 εἰ ἄν τις ἐκ τῶνδε τοῦ λόγου ξυντιθέντι τεκμηριοῦσθαι. cap. 16 ὅπως ὁ Πῶρος τῷ λόγῳ ξυντιθείς. In Indicis, cap. 14. ξυντιθεὶς αὐτῷ τῆς ἀγγελίας τὸν χρόνον. Et frequenter. Vertendum: *Etenim ex certa ratione suspicanti aliqua vera non esse; si quis apposuerit narrationi numen, non omnino aliena à vero videntur.* Facius: *nam quæ* (male vulgo *namque*) *verum naturam diligentius consideranti interdum minus credibilia viderentur, ea si quid divinum inseratur, non omnino falsa, aut incredibilia videri solent.* Hanc vero sententiam suam exemplo insigni exornat ipse Arrianus II, 16. ὅτι ἂν τὸ ὄνομα γνώσεται, εἰ μή τις Ἥρας τοῦτο ἐπάγων, τὸ οὐ πιστὸν τοῦ λόγου ἀποκρύψειεν ἐθέλων τῷ μύθῳ.

3 *Κεκονιμένον ἔτι*] Vocula postrema non est in Optimo libro.

4 *Λέγειν τάδε*] Opt. & alii ὧδε, ut cap. 15.

5 *Ἐσομένοις*] Iidem ἐσομένους, ac deinde *Αἰγυπτίων γῇ*.

6 *Τὰς δὲ καὶ κτίσεις ἀνὰ χρόνον*] Vulcanius: *partim nunc ædificas.* Id sciebant illi scilicet. Facius: *ac in posterum conditurus es.* Quod merum Arriani, qui certe ex more veterum hunc inducit bene ominantem.

7 *Ἀπὸ τῆς τροφοῦ*] In uno tantum occurrit mihi quod habent Basileenses, τροφῆς, etsi Vulcanius id quoque notaverit ex V. C. Reliqui omnes, etiam optimus ἐπὶ τῆς τροφοῦ præferunt, quæ sola est verissima scriptura. Quippe & malunt eam particulam elegantiores Græci, licet diverso casu, cujus tamen diversa quoque potest esse consideratio. Ipse Arrianus lib. 5 cap. 19. ἀφ' ὅτου καὶ τὸ ὄνομα τοῦτο λέγουσιν ὅτι ἔφυγεν. VI, 28 καὶ θριάμβου τε αὐτὸν ἐπιλαβέσθαι Διόνυσον, καὶ τὰς ἐπὶ ταῖς νίκαις ταῖς ἐκ πολέμου πομπὰς

Νυσαίαν· τὸ δ' ὄρος δὲ, ὅ τε περ πλησίον ἐστὶ τῆς πόλεως, καὶ τοῦτο Μηρὸν ἐπωνόμασε Διόνυσος, ὅτι δὴ κατὰ τὸν μῦθον ἐν μηρῷ τῷ τοῦ Διὸς ηὐξήθη. Καὶ ἐκ τούτου ἐλευθέραν τε οἰκοῦμεν τὴν Νύσαν, καὶ αὐτοὶ αὐτόνομοι, καὶ ἐν κόσμῳ πολιτεύοντες· τῆς δ' ἐκ Διονύσου οἰκίσεως, καὶ τόδε σοι γενέσθω τεκμήριον· κιττὸς γὰρ, οὐκ ἄλλῃ τῆς Ἰνδῶν γῆς φυόμενος[8], παρ' ἡμῖν φύεται.

2 Καὶ ταῦτα πάντα Ἀλεξάνδρῳ πρὸς θυμοῦ ἐγίγνετο ἀκούειν, καὶ ἤθελε πιστὰ εἶναι τὰ ὑπὲρ τοῦ Διονύσου τῆς πλάνης μυθολογούμενα· καὶ κτίσμα εἶναι Διονύσου τὴν Νύσαν ἤθελεν, ὡς ἤδη τε ἥκειν αὐτὸς ἔνθα ἦλθε Διόνυσος, καὶ ἐπέκεινα ἐλθεῖν Διονύσου· οὐδ' ἂν Μακεδόνας[9] τὸ πρόσω ἀπαξιῶσαι συμπονεῖν οἱ ἔτι κατὰ ζῆλον τῶν Διονύσου ἔργων· καὶ δίδωσιν ἐλευθέρους τε εἶναι τοὺς οἰκήτορας τῆς Νύσης, καὶ αὐτονόμους. Ὡς δὲ καὶ τοὺς νόμους ἐπύθετο αὐτῶν, καὶ ὅτι πρὸς τῶν ἀρίστων τὸ πολίτευμα ἔχεται, ταῦτά τε ἐπῄνεσε, καὶ ἠξίωσε τῶν τε ἱππέων οἱ ξυμπέμψαι ἐς τριακοσίους, καὶ τῶν προεστώτων τοῦ πολιτεύματος (ἦσαν δὲ καὶ αὐτοὶ τριακόσιοι) ἑκατὸν τοὺς ἀρίστους ἐπιλεξάμενος· Ἄκουφιν δὲ εἶναι τὸν ἐπιλεγόμενον, ὅντινα καὶ ὕπαρχον τῆς χώρας τῆς Νυσαίας κατέστησεν αὐτός. Τὸν δὲ Ἄκουφιν ταῦτα ἀκούσαντα ἐπιμειδιάσαι λέγεται τῷ λόγῳ· καὶ Ἀλέξανδρον ἐρέσθαι, ἐφ' ὅτῳ ἐγέλασεν· ἀποκρίνασθαι δ' Ἄκουφιν, Καὶ πῶς ἂν, ὦ βασιλεῦ, μία πόλις ἑκατὸν ἀνδρῶν ἀγαθῶν ἐρημωθεῖσα, ἔτι καλῶς πολιτεύοιτο· ἀλλὰ σὺ, εἴ σοι μέλει Νυσαίων, τοὺς ἱππέας μὲν ἄγεσθαι τοὺς τριακοσίους, καὶ εἰ βούλει[10] ἔτι τούτων πλείονας· ἀντὶ δ' ἑκατὸν, οὕς τινας τοὺς ἀρίστους ἐπιλέξαι σὺ κελεύεις, διπλασίους τῶν ἄλλων τῶν κακιόνων ἄγεσθαι, ὡς σοι καὶ αὖθις ἀφικομένῳ[11] δεῦρο ἐν τῷ αὐτῷ τούτῳ κόσμῳ φανείη ἡ πόλις. Ταῦτα λέγοντα (λέγειν γὰρ δόξαι φρόνιμα) πεῖσαι Ἀλέξανδρον. Καὶ τοὺς μὲν ἱππέας ξυμπέμπειν οἱ ἐκέλευσε· τοὺς δὲ ἑκατὸν τοὺς ἐπιλέκτους μηκέτι αἰτῆσαι, ἀλλὰ μηδ' ἀντ' αὐτῶν ἄλλους· τὸν δὲ παῖδα ἄρα τοῦ Ἀκούφιος, καὶ τῆς θυγατρὸς τὸν παῖδα ξυμπέμψαι αὐτῷ Ἄκουφιν. Ἀλέξανδρον δὲ πόθος ἔλαβεν ἰδεῖν τὸν χῶρον, ὅπου ἵνα

„ Nysæam. montem vero qui urbi immi- „ net, Meron [*hoc est, femur*] vocari vo- „ luit, quod, secundum fabulam, in femore „ Jovis succreverit. Ex eo tempore liberam „ Nyssam incolimus, nostrisque legibus u- „ tentes composite vivimus. Quod vero à „ Libero Patre ædificata sit, hoc etiam tibi „ documento esse potest, quod nusquam ali- „ bi apud Indos hedera, nisi apud nos, nasca- „ tur. Grata Alexandro Acuphis oratio ac- 2 cidit. Cupiebat enim fide digna esse, quæ de Dionysi peregrinatione fabulæ narrant: facileque credi volebat, Nyssam ab eo conditam fuisse. quasi jam eo ipse, quo Dionysus pervenisset, & ulterius quam Dionysus progressurus esset: & Macedonas non illibenter cum ipso æmulatione quadam rerum à Dionyso gestarum, ulteriores labores adituros putabat. Itaque Nyssæis civibus libertatem, utque suis legibus uterentur concessit. Deinde quum leges eorum cognovisset, quodque rempublicam ex optimatibus constitutam haberent, illorum institutum collaudavit, & ccc equites ad se mitti jussit, cum centum præcipuis ex iis qui remp. regerent (qui & ipsi ccc erant) sibi delectis. Acuphis autem ex numero selectorum erat, quem quidem ipse præsidem Nyssææ provinciæ constituerat. Ad hæc postulata Acuphim subrisisse ferunt. & Alexandro interrogante causam risus, respondisse Acuphim, „ Quonam pacto, ô rex, „ civitas centum bonis viris privata, recte „ deinceps gubernari queat? At tu, si Nys- „ sæorum salus tibi cordi est, equites qui- „ dem ccc, & si velis plures, accipe. sed „ pro centum quos ex optimis deligi tibi „ jubes, ducentos ex deterioribus dari pa- „ tiare, ut siquando huc revertaris, civita- „ tem pristinum statum decusque retinuisse „ intelligas. His dictis (quod prudenter respondisse videretur) Alexandrum persuasum fuisse. atque equites quidem ut mitterentur jussisse: centum vero illos ex præcipuis delectos neque petiisse, neque eorum loco alios. Filium vero Acuphis, ejusque ex filiâ nepotem una ad Alexandrum missum. Posthæc Alexandrum cupido cepit visendæ illius

ποταμοῦ ἐπὶ τῷ αὐτῷ τούτῳ ἱδρυμένης. VII, 10. Ἴκαρον ἐκέλευσε καλεῖσθαι Ἀλέξανδρος ἐπὶ τῇ νήσῳ τῇ Ἰκάρῳ. In Indicis cap. 42 ἐν Μεσοποταμίῳ ἐπὶ τῷδε κληΐζεσθαι. Non aliter Antoninus Liberalis fab. 3. γεινέας δὲ παῖδας Εὔρυτον καὶ Ἀμβρακίαν, ἀφ' ἧς ἡ πόλις Ἀμβρακία καλεῖται, ubi notavit quoque Berkelius.

8 Κιττὸς οὐκ ἄλλῃ τῆς Ἰνδῶν γῆς φυόμενος] Ita distincte magis noster, quam Curtius non designata hac plaga 8, 10, 11, ubi propterea non omisit afferre Freinshemius hæc Arrianea, quibus fidem addit Diod. Siculus 1, 19. Osirin φυτεῦσαι δὲ καὶ κισσὸν ἐν τῇ παρ' Ἰνδοῖς Νύσῃ, καὶ διαμένειν τοῦτο τὸ φυτὸν ἐν ἐκείνῳ μόνῳ τῷ τόπῳ τῶν κατὰ τὴν Ἰνδικὴν καὶ τὴν ὅμορον χώραν. Unde in fine capitis sequentis non dubitavit Arrianus id ipsum iterare.

9 Οὐδ' ἂν Μακεδόνας &c.] Sub hac infinita oratione Vulcanius, ut vides, intellexit *putabat*. Facius vero, *cogitabat Macedonas haud amplius longiorem militiam detrectaturos*. Neuter bene. Dicit Arrianus stabili sermone affirmans, *neque etiam Macedonas longinquiorem adhuc cum eo militiam amplius detrectasse*.

10 Εἰ βούλει] Hæc non sunt in Optimo MS.

11 Ὡς σοι καὶ αὖθις ἀφ.] Magna jactatio hujus loci in scriptis. Quidam ὥς σοι, alii ἵνα. Opt. vero ἵνα σοι, idque antecellit, & restitui meretur. Etiam idem paulo ante τῶν ἄλλων τῶν κακιόνων, ut fortasse innuat τῶν κακιόνων.

ἰδεῖν τὰ ὑπομνήματα τοῦ Διονύσου οἱ Νυσαῖοι ἐκόμπαζον, ἐλθεῖν τε ἐς τὸ ὄρος τὸ Μηρὸν ξὺν τοῖς ἑταίροις ἱππεῦσι καὶ τῷ πεζικῷ ἀγήματι, καὶ ἰδεῖν κισσοῦ τε ἀνάπλεων καὶ δάφνης τὸ ὄρος, καὶ ἄλση παντοῖα· καὶ ἰδεῖν σύσκιον, καὶ θήρας ἐν αὐτῷ εἶναι θηρίων παντοδαπῶν· καὶ τοὺς Μακεδόνας ἡδέως τὸν κισσὸν ἰδόντας, οἷα δὴ διὰ μακροῦ ὀφθέντα (οὐ γὰρ εἶναι ἐν τῇ Ἰνδῶν χώρᾳ κισσόν, οὐδ' ἵνα αὐτοῖς ἄμπελοι ἦσαν) στεφάνους σπουδῇ ἀπ' αὐτοῦ ποιεῖσθαι, ὡς καὶ στεφανώσασθαι εἶχον [12], ἐφυμνοῦντας, καὶ Διόνυσόν τε καὶ τὰς ἐπωνυμίας τοῦ θεοῦ ἀνακαλοῦντας· θῦσαί τε αὐτοῦ Ἀλέξανδρον τῷ Διονύσῳ, καὶ εὐωχηθῆναι ὁμοῦ τοῖς ἑταίροις. Οἱ δὲ καὶ τάδε ἀνέγραψαν [13] (εἰ δή τῳ πιστὰ καὶ ταῦτα) πολλοὺς τῶν ἀμφ' αὐτὸν οὐκ ἠμελημένων Μακεδόνων τῷ τε κισσῷ στεφανωσαμένους, καὶ ὑπὸ τῇ κατακλήσει τοῦ θεοῦ κατασχεθῆναί τε πρὸς τοῦ Διονύσου, καὶ 3 ἀνανεῦσαι τὸν θεὸν, καὶ βακχεῦσαι [14]. Καὶ ταῦτα

illius regionis, in quâ Nysaei monumenta quaedam Dionysi esse gloriabantur; adeundi etiam montis Meri cum equitatu amicorum & peditum agemate, ut montem hederâ lauroque refertum, lucosque quarumlibet arborum videret; & visu opacum omneque ferarum genus abundanter patuisse. Macedonibus hederae conspectum jucundum fuisse, quam nimirum à multo tempore non vidissent (neque enim Indorum regio hederam fert, ne ibi quidem ubi vites sunt) coronasque ex eâ sedulo fecisse, ut etiam coronare possent, accinentes, ac Dionysum pariter & varias Dei appellationes exclamantes: Alexandrum illic Dionyso sacrificium fecisse, & cum amicis epulatum esse. Tradunt etiam nonnulli (si cui haec credibilia videntur) multos non obscuri nominis Macedones hederâ coronatos in eo epulo Dionysi numine correptos, euantes bacchantesque discurrisse. Caeterum his uni- 3 cuique

12 Καὶ στεφανώσασθαι εἶχον] MSS. omnes, ὡς καὶ στεφανώσεσθαι εἶχον. Sic & Basileensis editio, ut adeo debuerit vel Vulcanius vel H. Stephanus mutavisse, nequaquam ob id laudandi. Etsi enim illud ὡς εἶχον sic frequens occurrat, non ideo necessum est, ut semper connectatur etiam positu vocum. Neque sane probo interpretationem Latinam; quae utraque negligit sententiam proprie ab Arriano expressam, quae indicat vel eam copiam hederae fuisse, ut potuerint inde capita coronis ornare, vel ideo eos studiose fecisse coronas, ut etiam liceret eos qui hymnum peragerent sive omnes sive nonnullos coronare.

13 Καὶ τάδε ἀνέγραψαν] MS. Opt. ταῦτα. Id probant sequentia.

14 Ἀνανεῦσαι τὸν θεὸν καὶ βακχεῦσαι] Omnes uno consensu MSS. vulgares in hanc ineptam futilemque lectionem consentiunt. Quin etiam editorum vel doctrina, vel acumen tantum fuit, ut & tolerare, &, si diis placet, interpretari quoque ac sine nota transire potuerint, Facius: *bacchantium more discurrisse*: hinc Vulcanius *bacchantes disc.* At quid est ἀνανεῦσαι θεόν? Exprimitur in illo verbo nutus, ut patet in Henr. Stephano, & ille vetans, prout plurimum usurpant, resupinando scilicet frontem, unde etiam est, ubi notare creditur sursum spectare: quae sunt propriae hujus verbi significationes, non *bacchari*, non *discurrere*, quorum alterum ei videntur aequiparasse interpretes nostri, me nequaquam assequente, quemadmodum ex ipsa verbi hujus consideratione ad id venerint. In illud quod dixi, consentiunt Scaligeriana ad Festum in v. *Abnutare* & *Simpludearia*. Hinc apud Achillem Tatium pag. 179 ἀνανεύσας ἐς οὐρανόν. Hinc Graecis εὐχὴ describitur μετάθεσις μυστικῶς πρὸς ἑαυτὸν καὶ θεῷ ἀνανεύοντα. Hinc apud Dionem Chrysostomum, εἶτα δύναμαι κατὰ τὸ στῆθος καὶ τὸ δῆξις μικρόν τι ἀνανεύειν, quod tangit Is. Casaubonus ad *Satiram tertiam* Persii, in eoque explicari putat *summa bullire in unda*. Notabilis profecto corruptela, & nimis aperta, quam ut viri tam docti, prout fuere & Vulcanius & Stephanus, non debuerint offendi & saltem stigmate locum notare. Quin & medicina nimis exposita & parata est, quam ut non admoverint eam, si vel in attendentium numero haberi voluerunt. Quum enim modò antecedat compositum simile ἀνακαλοῦντας, apparet clarissime, Arrianum pari modo tale compositum adhibuisse, prout solent in precibus votisque tam festis, quam tristibus tale usurpare auctores Graeci ad solennem illam clamoris intentionem exprimendam, qui plane non erat submissus. Hinc θεοὺς ἀνευφημοῦμεν ait Achilles Tat. lib. 3 *amorum Leucippes*. Hinc Anacreon c. 41 Ἀναμέλψομεν δὲ Βάκχον. Hinc Plutarchus in *comparatione Thesei & Romuli* p. 39 μᾶλλον ὑπ' αἰδοῦς τῶν πολεμίων προσκυνήσαντας καὶ θεοὺς ἀνευφημήσαντας. Hinc dixerunt ἀνευάζειν, quo ipse noster utitur 11, 12, hinc ἀνευφημεῖσθαι. Haec fundamenta sunt firma & certa, unde quum adolescens ad hunc locum perveni, in levissima, sed pulcherrima immutatione Arrianum sibi reddebam, qui scripsit ἀνευάσαι. Quod sane verbum est huc percommodum & longe dignius, quam ut per Nonnum & similis farinae scriptores, ut fit tamen satis miserabiliter ab Henr. Stephano tom. 1 p. 1198, sed per Arrianum & meliores in Graeciam referatur. In quibus poterat esse Dionysii Periegesis, ubi habes num. 577 hos versus:

> Οἷαι ὅτε σὺν παισὶ μαλακρόθου αὐᾳ Γαγγεω
> Ἰνδαὶ κῶμον ἄγουσιν ἐρισμαράγῳ Διονύσῳ,
> Ὡς κεῖνον κατὰ χῶρον ἀνευάζουσι γυναῖκες.

Ubi habet opportuna Eustathius. Etiam Claudiano attribuitur carmen εἰς μαχλάδα γραῖαν:

> Μαχλὰς εὐφορτάλλουσιν ἀνευάζουσα χορείαις
> Δίζυγα παλλομένοις τυμπάνοις χαλκὸν ἀράσσει.

Quos duos versiculos ut solos citat, sic egregie illustrat Cl. Salmasius ad Historiam Augustam pag. 491. Sed Nicol. Heinsius inter Claudiani epigrammata illis dedit locum num. XVI, & in notis proximis fatetur *Graeca quae sequuntur, ex Anthologia deprompsisse Raphelengium: caetera ex Vaticano codice descripta mecum communicavit Vir Cl. Leo Allatius*. Ex quibus non intelligo, ubi dividi velit ista dona. Certe illi versiculi, qui sequuntur illos, quos citavi, non debebant proxime apponi, quum non conveniant, & participium ἀνευάζουσα nec ad priora potest referri, nec ad posteriora, ut ipse ediderit quidem, sed intellexerit nequaquam (quod est parum laudabile) non magis, quam illud praecedens ἱλάδας ὑπ' ἥρωας ὑπ' ἀκροπολίων ἀείρεις, quomodo sane fideliter etiam manu sua scripsit, sed verum erat ἱλάδας ὑπ' ἥρωας ὑπ' ἀκροπολίων ἀείρεις, ut in Anthologia scripta habetur. Vix possim dubitare, quin hunc ipsum locum ante oculos habuerit Suidas, quum ait ἀνευάσας τὰ τοῦ θεοῦ. Ἐπὶ δὲ τοῦτο ἥρωες εἰς Διόνυσον. Sic igitur voluit etiam dicere Arrianus ἀνευάσαι hos Alexandri milites, tanquam νεῦσαι non exprimeret satis clamorem, qui tamen non potest in cultu Dei hujus suppo-

τω ὅπως τις ἐθέλοι ὑπολαβὼν ἀπιστείτω ἢ πιστευέτω. Οὐ γὰρ ἔγωγε Ἐρατοσθένει τῷ Κυρηναίῳ πάντῃ ξυμφέρομαι, ὃς λέγει πάντα ὅσα ἐς τὸ θεῖον ἀναφέρεται ἐκ Μακεδόνων, πρὸς χάριν τὴν Ἀλεξάνδρου ἐς τὸ ὑπέρογκον ἐπιφημισθῆναι. Καὶ γὰρ καὶ σπήλαιον λέγει ἰδόντας ἐν Παραπαμισάδαις τοὺς Μακεδόνας, καί τινα μῦθον ἐπιχώριον ἀκούσαντας, ἢ καὶ αὐτοὺς ξυνθέντας, φημίσαι ὅτι τοῦτο ἄρα ἦν τοῦ Προμηθέως τὸ ἄντρον, ἵνα ἐδέδετο· καὶ ὁ ἀετὸς ὅτι ἐκεῖσε ἐφοίτα, δαισόμενος τῶν σπλάγχνων τοῦ Προμηθέως· καὶ ὁ Ἡρακλῆς ὅτι ἐκεῖσε ἀφικόμενος, τόν τε ἀετὸν ἀπέκτεινε, καὶ τὸν Προμηθέα τῶν δεσμῶν ἀπέλυσε· τὸν δὲ Καύκασον τὸ ὄρος ἐκ τοῦ Πόντου ἐς τὰ πρὸς ἕω μέρη τῆς γῆς καὶ τὴν Παραπαμισάδων χώραν[15], ὡς ἐπὶ Ἰνδοὺς μετάγειν τῷ λόγῳ τοὺς Μακεδόνας, Παραπάμισον ὄντα τὸ ὄρος αὐτοὺς καλοῦντας Καύκασον, τῆς Ἀλεξάνδρου ἕνεκα δόξης, ὡς ὑπὲρ τὸν Καύκασον ἄρα ἐλθόντα Ἀλέξανδρον· ἔν τε αὐτῇ τῇ Ἰνδῶν γῇ βοῦς ἰδόντας ἐγκεκαυμένας ῥόπαλον, τεκμηριοῦσθαι ἐπὶ τῷδε, ὅτι Ἡρακλῆς ἐς Ἰνδοὺς ἀφίκετο. Ὅμοια δὲ καὶ ὑπὲρ Διονύσου τῆς πλάνης ἀπιστεῖ Ἐρατοσθένης· ἐμοὶ δ' ἐν μέσῳ κείσθων οἱ ὑπὲρ τούτων λόγοι. Ἀλέξανδρος δὲ ὡς ἀφίκετο ἐπὶ τὸν Ἰνδὸν ποταμὸν, καταλαμβάνει γέφυράν τε ἐπ' αὐτῷ πεποιημένην πρὸς Ἡφαιστίωνος, καὶ πλοῖα πολλὰ μὲν σμικρότερα, δύο δὲ τριακοντόρους, καὶ παρὰ Ταξίλου τοῦ Ἰνδοῦ δῶρα ἥκοντα, ἀργυρίου μὲν τάλαντα ἐς διακόσια, ἱερεῖα δὲ βοῦς μὲν τρισχιλίους, πρόβατα δὲ ὑπὲρ μύρια, ἐλέφαντας δὲ ἐς τριάκοντα· καὶ ἱππεῖς δὲ ἑπτακόσιοι αὐτῷ Ἰνδῶν ἐς ξυμμαχίαν παρὰ Ταξίλου ἧκον· καὶ τὴν πόλιν Τάξιλα, τὴν μεγίστην μεταξὺ Ἰνδοῦ τε ποταμοῦ καὶ Ὑδάσπου, ὅτι αὐτῷ Ταξίλης ἐνδίδωσιν. Ἐνταῦθα θύει Ἀλέξανδρος τοῖς θεοῖς ὅσοις αὐτῷ νόμος, καὶ ἀγῶνα ποιεῖ γυμνικὸν καὶ ἱππικὸν ἐπὶ τῷ ποταμῷ, καὶ γίγνεται αὐτῷ ἐπὶ τῇ διαβάσει τὰ ἱερά. Ὁ δ' Ἰνδὸς ποταμὸς ὅτι μέγιστος ποταμῶν ἐστι τῶν κατὰ τὴν Ἀσίαν τε καὶ τὴν Εὐρώπην, πλὴν Γάγγου, καὶ τούτου Ἰνδοῦ ποταμοῦ. Καὶ ὅτι αἱ πηγαὶ εἰσὶν αὐτῷ ἐπὶ τάδε τοῦ ὄρους τοῦ Παραπαμίσου ἢ Καυκάσου·

cuique per me integrum sit, fidem prout velit aut tribuere aut derogare. Neque vero Eratostheni Cyrenæo prorsus assentior, qui auctor est, quicquid honoris numini à Macedonibus delatum fuit, in gratiam Alexandri fastu quodam, faustis acclamationibus adhibitis, factitatum fuisse. Dicit etiam Macedonas specum quandam apud Parapamisadas conspicatos, fabulâ quadam ab incolis auditâ, aut ab ipsismet confictâ, sparsisse specum illam Promethei antrum esse, ubi religatus olim is fuit, aquilamque eò venire solitam quæ ejus viscera depascceretur: Herculis autem interventu aquilam interfectam, & Prometheum vinculis solutum. Caucasum montem ex Ponto ad orientales terræ partes & Parapamisadarum regionem, ad Indos nimirum eâ ratione Macedones suis sermonibus transferre, & Parapamisum montem Caucasum vocare in Alexandri gloriam, utpote qui Caucasum superarit. quumque in eadem Indorum regione boves vidissent, quibus clavæ inustæ essent, ex hoc conjectasse Herculem ad Indos pervenisse. Similia de Dionysi peregrinatione Eratosthenes improbat. Mihi vero hac de re sermo in medio relinquendus videtur. Alexander ubi ad Indum pervenit, pontem jam ab Hephæstione perfectum reperit, multaque minora navigia, duas vero naves triginta remorum. adhæc dona à Taxile Indo allata, argenti talenta cc, animalium boves ad IIIM, oves ultra XM, elephantos XXX. Equites etiam DCC Indi à Taxile auxilio missi. urbis quoque Taxilorum, quæ inter Indum & Hydaspem fluvios maxima est, Taxiles deditionem fecit. Alexander ibi diis quibus consueverat sacrificio facto, ludos gymnicos & equestres ad flumen edidit. exta felicem transitum portenderunt. Indus porro omnium Asiæ atque Europæ fluviorum maximus est, præter Gangem, qui etiam Indiæ fluvius est. Fontes ejus ex Parapamisi vel Caucasi montis citeriore parte

supponi alius quam semper vel intensissimus, quem omnino supponunt similia verba ἰακχάζειν apud Herodotum, φωνάζειν apud Dionysium Longinum, unde Diodorus Siculus IV, pag. 211 παρθένους εὐαζούσας καὶ τιμώσας τὸν θεόν. Sicut Longus jungit in Ποιμενικοῖς lib. III pag. 103. Ἀπαρξάμεναι τῷ Διονύσῳ τρυγῆς ... τὰς κεφαλὰς ἐστεφανωμένοι· καὶ ἐπεὶ καιρὸς ἦν, ἰακχιάσαντες καὶ εὐάσαντες προπέμπουσι τὸν Δάφνιν. Etiam Hesychius, Εὔασμα, ... καὶ Βακχικὸν ἐπίφθεγμα, καὶ γὰρ τὸ Βακχεύειν εὐάζειν, καὶ σταφύλη Βακχεῖον. Hinc videtur in Inscriptione poni IOVI EIAZIO apud Capaccium hist. Neapol. lib. I pag. 213, ubi Sabazium alii, ipse Abazium cogitat aut Jovem permittentem ab ἐάω, vel stabilientem ab ἑδράζω. Non potest melius converti, quam ex Justino *sacris Deum ululatibus clamasse*, aut *venerari Deum* ex Livio I, 5, *ut nudi juvenes Lycæum Pana venerantes per lusum atque lasciviam currerent*. Aut si proprie malis, Evoe & Bacche *clamasse*. In hac meditatione deinde ne unus quidem ex isto gregali codicum scriptorum cumulo aliquid opis mihi ferre voluit, omnibus corrumpi se & vitiari passis. Sed solus ille, quem voco jure Optimum, quum plane exhiberet istud εὐάσαι, non abstinui, quin suo loco iterum fulgere ad decus Arriani & fidem chirographi ejus mea opera curarem; ut appareat, quanta fuerit differentia inter librarios & exemplaria.

15 Παραπαμισάδων χώραν] Suavissime MS. Opt. Παραπαμισάδα χώραν, ut Οἰνιὰς ἡ χώρα dicitur etiam Stephano, unde & populus & urbs Οἰνιάδαι.

που πολιορκίας δεήσειεν. Αὐτὸς δὲ Ἀλέξανδρος τούς τε ἑταίρους ἱππέας[84] ἄγων καὶ τοὺς ἱπποακοντιστὰς καὶ τὴν Κοίνου καὶ Πολυσπέρχοντος τάξιν καὶ τοὺς Ἀγριᾶνας τοὺς χιλίους καὶ τοὺς τοξότας, ᾔει ὡς ἐπὶ τοὺς Ἀσσακηνούς. Ἦγε δὲ διὰ τῆς Γουραίων χώρας, καὶ τὸν ποταμὸν τὸν ἐπώνυμον τῆς χώρας τὸν Γουραῖον χαλεπῶς διέβη, διά τε βαθύτητά τε, καὶ ὅτι ὀξὺς ὁ ῥοῦς ἦν αὐτοῦ, καὶ οἱ λίθοι στρογγύλοι ἐν τῷ ποταμῷ ὄντες σφαλεροὶ τοῖς ἐπιβαίνουσιν ἐγίγνοντο. Οἱ δὲ βάρβαροι ὡς προσάγοντα[85] ᾔσθοντο Ἀλέξανδρον, ἀθρόοι μὲν ἐς μάχην καταστῆναι οὐκ ἐτόλμησαν· διαλυθέντες δὲ ὡς ἕκαστοι[86] κατὰ πόλεις, ταύτας ἐπενόουν ἀπομαχόμενοι διασώζειν. Καὶ Ἀλέξανδρος πρῶτα μὲν ἐπὶ Μάσσαγα ἦγε, τὴν μεγίστην τῶν ταύτῃ πόλεων. Ὡς δὲ προσῆγεν ἤδη τοῖς τείχεσι, θαῤῥήσαντες οἱ βάρβαροι τοῖς μισθοφόροις τοῖς ἐκ τῶν πρόσω Ἰνδῶν (ἦσαν γὰρ αὐτοὶ ἐς ἑπτακισχιλίους) ὡς στρατοπεδευσαμένους[87] εἶδον τοὺς Μακεδόνας, δρόμῳ ἐπ' αὐτοὺς ᾔεσαν. Καὶ Ἀλέξανδρος ἰδὼν πλησίον τῆς πόλεως ἐσομένην τὴν μάχην, προσωτέρω ἐκκαλέσασθαι αὐτοὺς βουληθεὶς τῶν τειχῶν, ὡς εἰ τροπὴ γίγνοιτο (ἐγίγνωσκε γὰρ ἐσομένην) μὴ δι' ὀλίγου ἐς πόλιν καταφυγόντες εὐμαρῶς διασώζοιντο· ὡς ἐκθέοντας εἶδε τοὺς βαρβάρους, μεταβαλλομένους κελεύει τοὺς Μακεδόνας ὀπίσω ἀποχωρεῖν, ὡς πρὸς γήλοφόν τινα ἀπέχοντα ἀπὸ τοῦ ποταμοῦ Γουραίου[88], ἵναπερ στρατοπεδεύειν ἐγνώκει, ἑπτά που μάλιστα σταδίους. Καὶ οἱ πολέμιοι ἀναθαρσήσαντες, ὡς ἐγκεκλικότων ἤδη τῶν Μακεδόνων, δρόμῳ τε καὶ ξὺν οὐδενὶ κόσμῳ ἐφέροντο ἐς αὐ-

sicubi obsidione opus esset. Alexander cum equitatu amicorum & equestribus jaculatoribus utraque Cœni ac Polysperchontis agmine atque Agrianis mille & sagittariis, in Assacenos pergit, per Guræos iter faciens. & fluvium Guræum, ejusdem cum regione nominis, difficulter transit, cum ob amnis profunditatem, & cursus rapiditatem, tum quod rotunda ejus fluminis saxa transeuntium vestigia fallerent. Barbari ut adventare Alexandrum senserunt, confertâ acie subsistere non ausi, dissolutis ordinibus, prout cuique integrum erat, in oppida sese recipiunt, iis sese tueri statuentes. Atque Alexander quidem primum Massaga cum exercitu petit, urbem ejus regionis maximam. Admoto itaque urbi exercitu, barbari Indis mercenariis ex Indiâ interiore adductis freti (erant hi ad septem millia) in Macedonas qui jam castra locârant, cursu feruntur. Alexander quum pugnam sub ipsos urbis muros futuram videret, longius à mœnibus eos prolicere cupiens, ne si fuga fieret, (quam futuram omnino cogitabat) è parvo loci intervallo in urbem confugientes, facile evaderent; statim atque barbaros excurrentes est conspicatus, conversos Macedonas in collem quendam, septem circiter stadiis à flumine Guræo, ubi castra ponere statuerat, dissitum, retrocedere jubet. Tum hostes audaciores facti, utpote retrocedentibus Macedonibus, effuso cursu nulloque ordine in eos feruntur.

84 Ἀλέξανδρος τούς τε ἑταίρους ἱππέας &c.] Mirifice convalescit corruptela, ubi semel cœpit hærere. Utique enim vel dicendum deesse ἀναλαβὼν aut ἔχων, vel deinde pro ᾔει scribendum ἦγε, etsi debebam fateri sic incidere hæc verba in eandem sententiam, quæ antecessit in loco nunc demum veritati restituto ἐπὶ τὴν τῶν Ἀσσακηνῶν χώραν ἦγε. Sic olim scripseram, nunc video in MSS. omnibus, etiam in V. C. apud Vulcanium post ἱππέας addi ἄγων, quod securus lætusque reposui.

85 Προσάγοντα] Opt. ἄγοντα simpliciter.

86 Διαλυθέντες δὲ ὡς εἶχεν ἕκαστοι] Quam proni fuerunt vel scribæ quondam in subtrahendis vocibus necessariis? Sed & deinde editores quam fuere faciles in augendis, quæ in illis primordiis non bene satis intelligebant? Illud εἶχεν nec in Basileensi editione legitur, nec in ullo MS. quantum comperio, sine ratione, à Vulcanio aut Stephano adjectum, cui libenter id reddimus, quum id Arrianus non admittat. Sic infra hujus libri cap. 30 γνώμην ἐποιήσατο τοὺς ὡς ἕκαστοι διασκεδασθῆναι ἐπὶ τὰ σφέτερα ἤθη. II, 12 καὶ χρημάτων ἐπιδοῦναι ὡς ἑκάστους σὺν τῇ ἀξίᾳ ἐτίμησε. III, 16 δῶρα τε ὡς ἕκαστοι φέροντες. VII, 16 διέφυγον δὲ ὡς ἕκαστοι. Quibus addi potest locus, quem tetigi in Luciani libro primo veræ historiæ. Itaque non hic sensus est, *dissolutis ordinibus, prout cuique integrum erat, in oppida sese recipiunt, iis sese tueri statuentes.* Sed potius verbis Justini *deserto bello ad sua tuenda dilapsi*, vel *dissipati per suas quique urbes, eas tueri propugnando statuebant.* Tum etiam pro κατὰ πόλεις in MSS. est κατὰ πόλιν.

87 Στρατοπεδευομένους] Optimus & alii στρατοπεδευομένους, quo dirigunt & alii & Basileensis editio, ubi legi videas στρατοπεδευσαμένους, ubi abjectio literæ σ facienda erat, non mutatio literæ ο in α.

88 Ἀπέχοντα ἀπὸ τοῦ ποταμοῦ Γουραίου] Hæc inepta & insulsa esse clamat tum res ipsa, tum comparatio aliorum auctorum. Nam si hic Gouræus idem est, qui Curtio memoratur cingens urbem amne torrenti, qui præruptis undique ripis aditum ad urbem impediebat, profecto causa non fuit, ut per septem stadia inde abiret, quum is difficilis esset ad transeundum, atque adeo etsi evocasset longius ex urbe cives, tamen in persequendis iis tardaretur. Sed & idem Curtius negat ab eo latere, unde sunt præaltæ rupes, hunc fluvium esse, sed ab diverso; nec ratio dicendi paritur, ut à fluvio qui alteram oppidi partem præterlabitur, quis dicatur tot stadia abesse, potius quam ab oppido ipso. Ipsa quoque varietas scripturæ in antiquis prodit errorem. In uno enim Florentino & Augustano erat προτέρου χωρίου (quæ scriptura sic cepit Vulcanium, ut is verba sua *à flumine Guræo* sic deinde mutaverit *à priore loco*) alii plerique ποταμοῦ χωρίου, quod & Basileenses exhibent. Sed Optimus & ignorabat vocem ποταμοῦ & retinebat tantum χωρίου. Nec queo ejus auctoritatem rejicere, & perspicuum est voluisse Alexandrum ad collem septem stadia à munito illo barbarorum loco distantem castra metari, & sic infra vocat ὀχυρωτάτου τοῦ χωρίου.

ἐς αὐτούς. Ὡς δ' ἐξικνεῖτο ἤδη τῶν Μακεδόνων τὰ τοξεύματα[89], ἐνταῦθα Ἀλέξανδρος ἀπὸ ξυνθήματος ἐπιστρέψας ἐς αὐτούς, τὴν φάλαγγα δρόμῳ ἀντεπῆγε. Πρῶτοι δὲ οἵ τε ἱππακοντισταὶ αὐτῷ καὶ οἱ Ἀγριᾶνες καὶ οἱ τοξόται ἐκδραμόντες, ξυνέμιξαν τοῖς βαρβάροις· αὐτὸς δὲ τὴν φάλαγγα ἐν τάξει ἦγεν. Οἱ δ' Ἰνδοὶ τῷ τε παραλόγῳ ἐκπλαγέντες, καὶ ἅμα ἐν χερσὶ γιγνομένης τῆς μάχης, ἐγκλίναντες ἔφυγον ἐς τὴν πόλιν· καὶ ἀπέθανον μὲν αὐτῶν ἀμφὶ τοὺς διακοσίους· οἱ δὲ λοιποὶ ἐς τὰ τείχη κατεκλείσθησαν. Καὶ Ἀλέξανδρος προσάγει τοῖς τείχεσι τὴν φάλαγγα, καὶ ἐνθένδε τοξεύεται ἀπὸ τοῦ τείχους ἐς τὸ σφυρὸν οὐ χαλεπῶς· ἐπαγαγὼν δὲ τὰς μηχανὰς τῇ ὑστεραίᾳ τῶν μὲν τειχῶν τι εὐμαρῶς κατέσεισε· βιαζομένους δὲ ταύτῃ τοὺς Μακεδόνας, ᾗ παρέρρηκτό τι τοῦ τείχους[90], οὐκ ἀτόλμως οἱ Ἰνδοὶ ἠμύνοντο· ὥστε ταύτῃ μὲν τῇ ἡμέρᾳ ἀνεκαλέσατο τὴν στρατιάν· τῇ δ' ὑστεραίᾳ τῶν Μακεδόνων αὐτῶν ἡ προσβολὴ καρτερωτέρα ἐγένετο, καὶ πύργος ἐπηνέχθη ξύλινος τοῖς τείχεσιν· ὅθεν ἐκτοξεύοντες οἱ τοξόται καὶ βέλη ἀπὸ μηχανῶν ἀφιέμενοι[91], ἀνέστελλον ἐπὶ πολὺ τοὺς Ἰνδούς. Ἀλλ' οὐδ' ὣς βιάσασθαι εἴσω τοῦ τείχους οἷοί τε ἐγένοντο· τῇ δὲ τρίτῃ προσαγαγὼν αὖθις τὴν φάλαγγα, καὶ ἀπὸ μηχανῆς γέφυραν ἐπιβαλὼν τοῦ τείχους, ᾗ παρερρωγὸς ἦν, ταύτῃ ἐπῆγε τοὺς ὑπασπιστάς, οἵ περ αὐτῷ καὶ Τύρον ὡσαύτως ἐξεῖλον. Πολλῶν δὲ ὑπὸ προθυμίας ὠθουμένων, ἄχθος λαβοῦσα μεῖζον ἡ γέφυρα κατερράγη, καὶ πίπτουσι ξὺν αὐτῇ οἱ Μακεδόνες· οἱ δὲ βάρβαροι ἰδόντες τὸ γιγνόμενον, λίθοις τε ξὺν βοῇ ἀπὸ τῶν τειχῶν καὶ τοξεύμασι, καὶ ἄλλῳ ὅτῳ τις μετὰ χεῖρας ἔχων ἐτύγχανεν, ἢ ὅτῳ τις ἐν τῷ τότε ἔλαβεν, ἐξηκόντιζον ἐς τοὺς Μακεδόνας· οἱ δὲ κατὰ θύρας[92], αἵ τινες αὐτοῖς κατὰ τὰ μεσοπύργια μικραὶ ἦσαν, ἐκθέοντες, ἐκ χειρὸς ἔπαιον τεταραγμένους. 27 Ἀλέξανδρος δὲ πέμπει Ἀλκέταν ξὺν τῇ αὐτοῦ τάξει, τούς τε κατατετρωμένους ἀναλαβεῖν, καὶ ὅσοι προσεμάχοντο ἀνακαλέσασθαι ὡς ἐπὶ τὸ στρατόπεδον· καὶ τῇ τετάρτῃ ὡσαύτως ἐπ' ἄλλης μηχανῆς[93] ἄλλη ἐπιβάθρα αὐτῷ προσήγετο πρὸς τὸ τεῖχος. Καὶ οἱ Ἰνδοί, τέως μὲν αὐτοῖς ὁ ἡγεμὼν τοῦ χωρίου περιῆν, ἀπεμάχοντο καρτερῶς· ὡς δὲ βέλει ἀπὸ μηχανῆς

Ejus oppugnatio varia.

tur. Postquam vero intra teli jactum venerunt, Alexander dato signo in eos conversus phalangem magnâ vi immisit. Ac primi quidem jaculatores equites atque Agrianes & sagittarii excursione factâ cum barbaris conflixerunt, ipse vero phalangem instructâ acie duxit. Indi celeritate rei inexpectatæ perculsi, quumque jam ad manus ventum esset, fugâ sese in urbem receperunt. ducenti ex iis cæsi, reliqui intra muros rejecti. Alexander confestim phalangem muris admovet, atque ibi sagittâ malleolum leviter perstrictus est. Postero autem die machinis admotis, aliquâ murorum parte facile dejectâ, quum Macedones per ruinas impetum facerent, Indi strenue restiterunt, adeo ut eo die Alexander receptui cani jusserit. Postridie vero Macedones rursus majore conatu urbem aggrediuntur, turri ligneâ mœnibus admotâ, è quâ sagittarii magnam sagittarum vim torquentes, & tela machinis excutientes, Indos acriter reprimebant. Sed ne sic quidem intra muros irrumpere potuerunt. Tertio exinde die Macedonum phalange rursus ad muros adductâ, atque ex ligneâ turri ponte muris, quâ parte perfracti erant, superinjecto, scutatos immittit, qui quidem Tyrum antea eadem ratione ceperant. quumque magnâ animorum alacritate pontem subeunt, is nimio pondere fatiscens ruptus est, unaque cum Macedonibus ruinam fecit. Barbari eo casu alacriores facti, saxis omnique genere telorum, quæ quisque aut in manibus habebat, aut tum alimnde assumsit, clamore sublato Macedonas è muris petunt: alii vero per angustas portulas interturris interjectas prosilientes, perturbatos cominus feriunt. Alexander Alcetam cum suo 27 agmine emittit, qui & saucios recipiat, & eos qui urbem oppugnabant in castra revocet. Quarto die aliis operibus alium pontem in murum jacit. Atque Indi quidem, quandiu præfectus loci supererat, fortiter Macedonas propulsabant. At quum is telo ex

89 Ἐξικνεῖτο ἤδη τῶν Μακεδόνων τὰ τοξεύματα] MS. Optimus tertiam & quartam vocem non agnoscit; & videntur temere iterata.

90 Παρέρρηκτό τι τοῦ τείχους] Vocula τι abest ab omnibus MSS. & editione Basileensi.

91 Βέλη ἀπὸ μηχανῶν ἀφιέμενοι] Optimus & quidam alii scripti ἀφιέμενα. Nec indignum quod annotetur. Nam etsi βέλη quidem considerari possint & dicantur γυμνοί, ut apud Xenoph. III Κυρ. παιδ. οἱ δὲ τοξόται καὶ σφενδονῆται αὐτῶν ἀφίεσαν τὰ βέλη, πρὶν ἐξικνεῖσθαι, tamen proprie utique sagittarii vel τοξόται non sunt, qui machinis tela excutiebant, ut jure & merito gloriari iste perversus possit ad auctoris mentem ea verba ab se reddita esse, tanto minus, quod & Arrianus id verbi tempus non nisi passive adhibet, ut I, 23 ταῖς μηχαναῖς ἀπὸ τῶν πύργων λίθων τε μεγάλων ἀφιεμένων. Et inferius cap. 30 in obsidione petræ, ἀπὸ μηχανῶν βέλη ἀφιέμενα, quem locum ipse contra se citat. VII, 10 οὐδὲ ἄλλον τι ἐστὶν ὃ ἐκ χειρὸς ἢ τῶν ἀφιεμένων. Sed & Basileensis editio consentit in MSS. Verte igitur *& tela è machinis excussa*.

92 Οἱ δὲ κατὰ θύρας]. Opt. cum plerisque οἱ δὲ καὶ κατά. Mox pro ἀνακαλέσασθαι omnes ἐπανακαλέσασθαι.

93 Ἐπ' ἄλλης μηχανῆς] Opt. ἀπ' ἄλλης. Et hoc melius.

χανῆς τυχὼν ἀποθνήσκει ἐκεῖνος, αὐτῶν τε οἱ μὲν τινες πεπλωκότες ἐν τῇ ξυνεχεῖ πολιορκίᾳ, οἱ πολλοὶ δὲ τραυματίαι τε καὶ ἀπόμαχοι ἦσαν, ἐπικηρυκεύοντο πρὸς Ἀλέξανδρον. Τῷ δὲ ἀσμένῳ γίνεται ἄνδρας ἀγαθοὺς διασῶσαι· καὶ ξυμβαίνει ἐπὶ τῷδε Ἀλέξανδρος τοῖς μισθοφόροις Ἰνδοῖς, ὡς καταταχθέντες ἐς τὴν ἄλλην στρατιὰν ξὺν αὐτῷ στρατεύεσθαι. Οἱ μὲν δὴ ἐξελθόντες ξὺν τοῖς ὅπλοις, καὶ καταστρατοπεδεύσαντες κατὰ σφᾶς ἐπὶ γηλόφῳ, ὃς ἦν ἀντίῤῥοπος τοῦ τῶν Μακεδόνων στρατοπέδου· νυκτὸς δὲ ἐπενόουν δρασμῷ διαχρησάμενοι ἐς τὰ σφέτερα ἤθη ἐπαναστῆναι[94], οὐκ ἐθέλοντες ἐναντία αἴρεσθαι τοῖς ἄλλοις Ἰνδοῖς ὅπλα. Καὶ ταῦτα ὡς ἐξηγγέλθη Ἀλεξάνδρῳ, περιστήσας τῆς νυκτὸς τῷ γηλόφῳ τὴν στρατιὰν πᾶσαν, κατακόπτει τοὺς Ἰνδοὺς ἐν μέσῳ ἀπολαβών· τήν τε πόλιν αἱρεῖ κατὰ κράτος, ἐρημωθεῖσαν τῶν προμαχομένων, καὶ τὴν μητέρα τὴν Ἀσσακήνου καὶ τὴν παῖδα ἔλαβεν· ἀπέθανον δὲ ἐν τῇ πάσῃ πολιορκίᾳ τῶν ξὺν Ἀλεξάνδρῳ ἐς πέντε καὶ εἴκοσι. Ἔνθεν δὲ Κοῖνον μὲν ὡς ἐπὶ Βάζιρα ἐκπέμπει, γνώμην ποιησάμενος, ὅτι μαθόντες τῶν Ἀσσακηνῶν τὴν ἅλωσιν ἐνδώσουσι σφᾶς αὐτούς· Ἄτταλον δὲ καὶ Ἀλκέταν καὶ Δημήτριον τὸν ἱππάρχην ἐπὶ Ὧρα στέλλει, ἄλλην πόλιν· προσαγγείλας περιτειχίζειν τὴν πόλιν, ἔστ᾽ ἂν ἀφίκηται αὐτός. Καὶ γίγνεται ἐκδρομὴ τῶν ἐκ τῆς πόλεως ἐπὶ τοὺς ἀμφὶ Ἀλκέταν· οὐ χαλεπῶς δὲ τρεψάμενοι αὐτοὺς οἱ Μακεδόνες εἴσω τοῦ τείχους ἐς τὴν πόλιν ἀποστρέφουσι. Καὶ Κοίνῳ οὐ προχωρεῖ τὰ ἐν τοῖς Βαζίροις, ἀλλὰ πιστεύοντες γὰρ τοῦ χωρίου τῇ ὀχυρότητι (ὅτι ὑψηλόν τε ἦν καὶ πάντη ἀκριβῶς τετειχισμένον) οὐδὲν ξυμβατικὸν ἐνεδίδοσαν. Ταῦτα μαθὼν Ἀλέξανδρος, ὥρμητο[95] μὲν ὡς ἐπὶ Βάζιρα· γνοὺς δὲ ὅτι τῶν προσοίκων τινὲς βαρβάρων παρελθεῖν ἐς τὰ Ὧρα τὴν πόλιν λαθόντες μέλλουσι, πρὸς Ἀβισάρου ἐπὶ τῷδε ἐσταλμένοι, ἐπὶ τὰ Ὧρα πρῶτον ἦγε· Κοῖνον δὲ ἐπιτειχίσαι τῇ πόλει τῶν Βαζίρων καρτερόν τι χωρίον προσέταξε, καὶ ἐν τούτῳ φυλακὴν καταλιπόντα ἀποχωρῆσαι, ὡς μὴ ἄδεια εἴη τοῖς ἐν τῇ πόλει χρῆσθαι τῇ χώρᾳ, αὐτὸν ἄγοντα τῆς στρατιᾶς τὴν λοιπὴν παρ᾽ αὐτὸν ἰέναι. Οἱ δ᾽ ἐκ τῶν Βαζίρων, ὡς εἶδον ἀπιόντα ξὺν τῷ πλείστῳ τῆς στρατιᾶς τὸν Κοῖνον, καταφρονήσαντες τῶν Μακεδόνων, ὡς οὐ γενομένων ἂν σφίσιν ἀξιομάχων, ἐπεκθέουσιν ἐς τὸ πεδίον· καὶ γίγνεται αὐτῶν μάχη καρτερά· καὶ ἐν ταύτῃ πίπτουσι μὲν τῶν βαρβάρων ἐς πεντακοσίους, ἐλήφθησαν δὲ ζῶντες ὑπὲρ τοὺς ἑβδομήκοντα· οἱ δὲ λοιποὶ ἐν τῇ πόλει ξυμφυγόντες βεβαιότεροι ἤδη εἴργοντο τῆς χώρας ὑπὸ τῶν ἐκ τοῦ ἐπιτειχίσματος. Καὶ Ἀλεξάνδρῳ δὲ τῶν Ὤρων ἡ πολιορκία οὐ χαλε-

ex machinis ictus occubuit, multique ex suis in continua oppugnatione cæsi, alii saucii pugnæque inutiles essent, caduceatorem ad Alexandrum mittunt. Qui quidem libenter fortes strenuosque viros servare statuerat. Paciscitur itaque eâ conditione cum mercenariis Indis, ut exercitui suo accensi secum militent. Hi cum armis urbe egressi seorsum in colle quodam Macedonibus opposito castra faciunt, eo consilio ut noctu arreptâ fugâ domum redirent, quod adversus alios Indos arma ferre nollent. Quæ ut Alexandro nuntiata sunt, eadem nocte colle in quo constiterant copiis suis circumsesso, omnes ad internecionem cecidit: urbemque propugnatoribus vacuam protinus vi capit, in eaque Assaceni matrem & filiam. Ab Alexandri partibus XXV tantum in universâ obsidione desiderati. Exinde Cœnum Bazira mittit, ratus oppidanos, Assacenorum expugnatione auditâ, deditionem facturos: Attalum vero & Alcetam ac Demetrium equitatus præfectum ad Ora oppidum mittit, utque urbem muro in orbem ducto includant, tantisper dum ipse advenerit, jubet. Oppidani in Alcetam excursionem faciunt: quos Macedones facile repulsos atque in ubem rejectos muris claudunt. At Cœno Bazirensium obsidio non statim ex sententiâ successit. siquidem oppidani loci munitione freti (erat enim urbs & excelso loco sita, & valido muro omni ex parte cincta) nullam deditionis significationem edebant. Quo cognito, Alexander confestim eò movit: quumque accepisset nonnullos barbarorum finitimorum in Ora urbem clam se immissuros, ab Abissaro ad id missos, primum Ora cum exercitu petit; Cœnum vero apud Bazira munitam arcem extruere, præsidioque in eâ relicto, quod oppidanis agri usum impedire posset, reliquum exercitum ad se ducere jubet. Bazirenses Cœnum cum maximâ copiarum parte decessisse conspicati, contemtâ Macedonum qui relicti erant paucitate, in planitiem excurrunt. acrisque inter eos conflictus fit: quingentis barbaris eâ pugnâ cæsis, vivis supra LXX captis: reliqui in urbem repulsi, acrius deinceps ab excursione in agrum, ab iis qui in arce ex adverso murorum extructâ erant, arcebantur. Neque vero laboriosa Alexandro Ororum obsidio

94 Ἐπαναστῆναι] Opt. ἀπαναστῆναι.

95 Ὥρμητο] Opt. ὥρμησε.

χαλεπὴ ἐγένετο· ἀλλ' εὐθὺς ἐξ ἐφόδου προσβαλὼν τοῖς τείχεσι, τῆς πόλεως ἐκράτησε· καὶ τοὺς ἐλέφαντας τοὺς ἐγκαταλειφθέντας ἔλαβε.

28 Καὶ ταῦτα οἱ ἐν τοῖς Βαζίροις ὡς ἔμαθον, ἀπογνόντες τὰ σφέτερα πράγματα, ἀμφὶ μέσας νύκτας τὴν πόλιν ἐκλείπουσιν, ἔφυγον δ' ἐς τὴν πέτραν· ὡς δὲ καὶ οἱ ἄλλοι βάρβαροι ἔπραττον. Ἀπολιπόντες γὰρ τὰς πόλεις[96] ξύμπαντες, ἔφευγον ἐς τὴν πέτραν τὴν ἐν τῇ χώρᾳ, τὴν Ἄορνον καλουμένην. Μέγα γάρ τι τοῦτο χρῆμα πέτρας ἐν τῇ χώρᾳ ταύτῃ ἐστί· καὶ λόγος ὑπὲρ αὐτῆς κατέχει, οὐδὲ Ἡρακλεῖ τῷ Διὸς ἁλωτὸν γενέσθαι τὴν πέτραν. Εἰ μὲν δὴ καὶ ἐς Ἰνδοὺς ἀφίκετο ὁ Ἡρακλῆς ὁ Θηβαῖος, ἢ ὁ Τύριος, ἢ ὁ Αἰγύπτιος, ἐς οὐδέτερα ἔχω ἰσχυρίσασθαι· μᾶλλον δὲ δοκῶ ὅτι οὐκ ἀφίκετο (ἀλλὰ πάντα γὰρ ὅσα χαλεπὰ, οἱ ἄνθρωποι ἐς τοσόνδ' ἄρα αὔξουσιν αὐτῶν τὴν χαλεπότητα, ὡς καὶ τῷ Ἡρακλεῖ ἂν ἄπορα γενέσθαι) ἀληθεύειν[97]. Κἀγὼ ὑπὲρ ταύτης[98] τῆς πέτρας οὕτω γινώσκω, τὸν Ἡρακλέα ἐς κόμπον τοῦ λόγου ἐπιφημίζεσθαι. Τὸν μὲν δὴ κύκλον τῆς πέτρας λέγουσιν ἐς διακοσίους σταδίους μάλιστα εἶναι· ὕψος δὲ αὐτῆς, ἵναπερ χθαμαλώτατον, σταδίων ἕνδεκα· καὶ ἀνάβασιν χειροποίητον μίαν χαλεπήν· εἶναι δὲ καὶ ὕδωρ ἐν ἄκρᾳ τῇ πέτρᾳ πολὺ καὶ καθαρὸν πηγὴν ἀνίσχουσαν[99], ὡς καὶ ἀπορρεῖν ἀπὸ τῆς πηγῆς ὕδωρ· καὶ ὕλην, καὶ γῆν ἀγαθὴν ἐργάσιμον, ὅσην καὶ χιλίοις ἀνθρώποις ἀποχρῶσαν ἂν εἶναι ἐργάζεσθαι. Καὶ ταῦτα ἀκούοντα Ἀλέξανδρον πόθος λαμβάνει ἐξελεῖν καὶ τοῦτο τὸ ὄρος, οὐχ ἥκιστα ἐπὶ τῷ ἀμφὶ τὸν Ἡρακλέα μύθῳ πεφημισμένῳ. Τὰ μὲν δὴ Ὦρα καὶ τὰ Μάσσαγα φρούρια ἐποίησεν ἐπὶ τῇ χώρᾳ· τὰ Βάζιρα δὲ πόλιν ἐξετείχισε. Καὶ οἱ ἀμφὶ Ἡφαιστίωνά τε καὶ Περδίκκαν αὐτῷ ἄλλην πόλιν ἐκτειχίσαντες[1] (Ὀροβάτις ὄνομα τῇ πόλει ἦν) καὶ φρουρὰν καταλιπόντες, ὡς ἐπὶ τὸν Ἰνδὸν ποταμὸν ᾔεσαν· ὡς δ' ἀφίκοντο, ἔπρασσον ἤδη ὅσα ἐς τὸ ζεῦξαι τὸν Ἰνδὸν ὑπὸ Ἀλεξάνδρου ἐπέτακτο. Ἀλέξανδρος δὲ τὴν μὲν χώρας

fidio fuit. Primo enim impetu in muros facto, urbem expugnavit, elephantis quos ibi reperit captis. 28 Bazirenses Ororum expugnatione auditâ, viribus suis diffisi, sub mediam noctem desertâ urbe in petram confugiunt. quod & reliqui barbari imitati sunt. Omnes enim desertis oppidis in petram sese receperunt, quam Aornon vocant. Ingens porro erat hæc petra ejus regionis munimentum, famaque tenuit, ne ab ipso quidem Hercule ab Jove sato vinci potuisse. Ego vero, an Hercules Thebanus, aut Tyrius, aut Ægyptius ad Indos penetrârit, nihil habeo quod affirmare possim. potius tamen non eo penetrasse (omnia enim quæ difficilia sunt, homines ut difficiliora esse videantur, Herculem ipsum præstare nequivisse comminiscuntur) verum esse crediderim. Equidem de hac petrâ ita sentio, augendæ rei causâ Herculis nomen adhibitum esse. Ambitum hujus petræ CC stadiorum esse ajunt: altitudinem, qua humillima est, stadiorum XI. uno tantum arduo calle, eoque manu facto, adiri posse. multam etiam eamque purissimam in vertice petræ aquam esse, fontemque inde manare: sylvam etiam habere, tantumque arabilis & fertilis agri, quantum mille homines colere possint. Quibus cognitis, Alexandrum magno ejus montis capiendi desiderio captum fuisse. neque parum fabula illa de Hercule vulgata illum accendit. Itaque Oris & Massagis ad regionis præsidium firmatis, Bazira in urbis modum excoluit. Hephæstion etiam & Perdiccas aliâ urbe, Alexandri jussu, instauratâ (Orobatis urbi nomen erat) relicto ibidem præsidio, ad Indum flumen moverunt. quo ubi venerunt, omnia quæ de ponte jungendo Alexander imperârat faciunt. Regioni cis Indum sitæ Alexander

96 Ἀπολιπόντες γὰρ τὰς πόλεις] Vocula γὰρ in nullo MS. à me conspecta est, licet de Augustano nihil notaverit Vulcanius. Sed neque Basileensis editio eam agnoscit. Idem testor de adversativa in his præcedentibus verbis ἔφυγον δ' ἐς τὴν πέτραν, quæ tamen omnia quinque verba mihi suspecta sunt. Et vide sodes, quam non inepta sit oratio illis omissis.

97 Ὡς καὶ τῷ Ἡρακλεῖ ἂν ἄπορα γενέσθαι) ἀληθεύειν] Satis congrue ad hanc lectionem comparata est versio: & verbo ἀληθεύειν quoque utitur auctor VII, 5. εἰ χρῄζοι τὸν Βασιλέα ἄλλο τι ἢ ἀληθεύειν. Videndum tamen, an id non præter necessitatem adhærescat, & plenissime sententiam expresserit Arrianus illis vocibus, μᾶλλον δὲ δοκῶ. Quid quod in MS. Optimo etiam non est ἀληθεύειν, sed μυθεύειν. Quod si non debet respui, producenda est parenthesis, ut hoc quoque verbum ei includatur, vel potius ea omnis tollenda est, vertendumque, *in tantum augent eorum difficultatem, ut etiam ab ipso Hercule effici non potuisse fabulentur.* Et confirmant hoc inferiora, ἐπὶ τῷ ἀμφὶ τὸν Ἡρακλέα μύθῳ πεφημισμένῳ. Et V, 1 τὰ ὑπὲρ Διονύσου τῆς πλάνης μυθεύματα. Egregie vero ad mentem Arriani Tacitus: *Quicquid ubique magnificum est, in claritatem Herculis referre consensimus.*

98 Ὑπὲρ ταύτης] Opt. & alii αὐτῆς.

99 Πηγὴν ἀνίσχουσαν] Non placet interpretatio Vulcanii; neque enim fons manat ex aqua, neque si id esset, nunc voluit dicere Arrianus, cujus sententia est, *esse quoque in summa petra fontem emittentem multam & limpidam aquam, sic ut ista aqua quoque ab fonte profluat.* Curtius VII, 11 de alia petra. *Fontes per totum fere specum manant, è quibus conlatæ aquæ per prona montis flumen emittunt.* Livius 44, 33. *Scaturigines turbidæ primo & tenues, dein liquidam multamque fundere aquam.* Stephanus in Ὀῶα.

1 Αὐτῷ ἄλλην πόλιν ἐκτειχίσαντες] Vox prior non est in Optimo codice.

ρας τῆς ἐπὶ τάδε τοῦ Ἰνδοῦ ποταμοῦ σατράπην κατέστησε Νικάνορα, τῶν ἑταίρων· αὐτὸς δὲ τὰ μὲν πρῶτα[2] ὡς ἐπὶ τὸν Ἰνδὸν ποταμὸν ἦγε, καὶ πόλιν τε Πευκελιῶτιν οὐ πόρρω τοῦ Ἰνδοῦ ᾠκισμένην ὁμολογίᾳ παρεστήσατο, καὶ ἐν αὐτῇ φρουρὰν καταστήσας τῶν Μακεδόνων, καὶ Φίλιππον ἐπὶ τῇ φρουρᾷ ἡγεμόνα. Ὁ δὲ καὶ ἄλλα προσηγάγετο μικρὰ πολίσματα πρὸς τῷ Ἰνδῷ ποταμῷ ᾠκισμένα· ξυνείποντο δὲ αὐτῷ Κωφαῖός τε καὶ Ἀσσαγέτης, οἱ ὕπαρχοι τῆς χώρας. Ἀφικόμενος δὲ ἐς Ἐμβόλιμα πόλιν, ἣ ξύνεγγυς τῆς πέτρας τῆς Ἀόρνου ᾤκειτο, Κρατερὸν μὲν ξὺν μέρει τῆς στρατιᾶς καταλείπει αὐτοῦ, σῖτόν τε ἐς τὴν πόλιν ὡς πλεῖστον ξυνάγειν, καὶ ὅσα ἄλλα ἐς χρόνον τριβήν· ὡς ἐνθένδε ὁρμωμένους τοὺς Μακεδόνας χρονίᾳ πολιορκίᾳ ἐκτρυχῶσαι τοὺς κατέχοντας τὴν πέτραν, εἰ μὴ ἐξ ἐφόδου ληφθείη. Αὐτὸς δὲ τοὺς τοξότας τε ἀναλαβὼν καὶ τοὺς Ἀγριάνας καὶ τὴν Κοίνου τάξιν, καὶ ἀπὸ τῆς ἄλλης φάλαγγος ἐπιλέξας τοὺς κουφοτάτους τε καὶ ἅμα εὐοπλοτάτους, καὶ τῶν ἑταίρων ἱππέων ἐς διακοσίους, καὶ ἱπποτοξότας ἐς ἑκατὸν, προσῆγε τῇ πέτρᾳ· καὶ ταύτῃ μὲν τῇ ἡμέρᾳ κατεστρατοπεδεύσατο, ἵνα ἐπιτήδειον αὐτῷ ἐφαίνετο· τῇ δὲ ὑστεραίᾳ προσελθὼν ὡς πρὸς τὴν πέτραν αὖθις ἐστρατοπεδεύσατο. 29 Καὶ ἐν τούτῳ ἧκον παρ' αὐτὸν τῶν προσχώρων τινὲς, σφᾶς τε αὐτοὺς ἐνδιδόντες, καὶ ἡγήσασθαι φάσκοντες ἐς τῆς πέτρας τὸ ἐπιμαχώτατον, ὅθεν οὐ χαλεπὸν αὐτῷ ἔσεσθαι ἑλεῖν τὸ χωρίον· καὶ ξὺν τούτοις πέμπει Πτολεμαῖον τὸν Λάγου τὸν σωματοφύλακα, τούς τε Ἀγριάνας ἄγοντα καὶ τοὺς ψιλοὺς τοὺς ἄλλους καὶ τῶν ὑπασπιστῶν ἐπιλέκτους· προστάξας, ἐπειδὰν καταλάβῃ τὸ χωρίον, κατέχειν μὲν αὐτὸ ἰσχυρᾷ φυλακῇ, οἱ δὲ σημαίνειν ὅτι ἔχεται. Καὶ Πτολεμαῖος ἐλθὼν ὁδὸν τραχεῖάν τε καὶ δύσπορον, λανθάνει τοὺς βαρβάρους καταλαβὼν τὸν τόπον· καὶ τοῦτον χάρακι ἐν κύκλῳ καὶ τάφρῳ ὀχυρώσας, πυρσὸν αἴρει ἀπὸ τοῦ ὄρους, ἔνθεν ὀφθήσεσθαι ὑπ' Ἀλεξάνδρου ἔμελλε· καὶ ὤφθη τε ἅμα ἡ φλὸξ, καὶ Ἀλέξανδρος ἐπῆγε τῇ ὑστεραίᾳ τὴν στρατιάν. ἀμυνομένων δὲ τῶν βαρβάρων, οὐδὲν πλέον αὐτῷ ὑπὸ δυσχωρίας ἐγίγνετο. Ὡς δὲ Ἀλεξάνδρῳ ἄπορον τὴν προσβολὴν κατέμαθον οἱ βάρβαροι, ἀναστρέψαντες τοῖς ἀμφὶ Πτολεμαῖον αὐτοὶ προσέβαλλον· καὶ γίνεται αὐτῶν τε καὶ τῶν Μακεδόνων μάχη καρτερὰ, τῶν μὲν διασπάσαι τὸν χάρακα σπουδὴν ποιουμένων τῶν Ἰνδῶν, Πτολεμαίου δὲ διαφυλάξαι τὸ χωρίον· καὶ μεῖον ἔχοντες οἱ βάρβαροι ἐν τῷ ἀκροβολισμῷ, νυκτὸς ἐπιγενομένης ἀπεχώρησαν. Ἀλέ-

der ex amicis Nicanorem satrapam constituit. Ipse primum ad Indum flumen movit, urbemque Peuceliotim haud procul ab amne sitam deditione recepit, præsidioque Macedonum imposito, Philippum ei præfecit. Multa præterea ignobilia oppida ad Indum amnem sita subegit, comitantibus cum Cophæo & Assagete præsidibus provinciæ. Postquam vero Embolima venit, quæ urbs non procul à petrâ Aorno sita est, Craterum cum parte exercitus ibi relinquit, utque frumentum quantum posset, aliaque necessaria ad longi temporis moram ibi faciendam in urbem convehat jubet, ut inde progressi Macedones, diuturnâ obsidione eos qui petram tenebant conficerent, si primo impetu capi non posset. Ipse assumtis sagittariis atque Agrianis Cœnique agmine, & ex reliquâ phalange delectis iis qui & expeditiores & melius armati essent, præterea ex equitatu amicorum ducentis, ac sagittariis equestribus centum, exercitum ad petram admovit. ac primo quidem die castra commodo loco ponit. postero die propius rursum ad petram castra locat. 29 Interea finitimorum nonnulli ad eum venerunt deditionem facientes, viamque sese ostensuros dicentes, quâ commodior petræ oppugnatio futura esset, parvoque negotio capi posset. Cum his Ptolemæum Lagi filium corporis custodem mittit, Agrianas secum ducentem aliosque levis armaturæ & scutatorum lectissimos quosque, jubens, ut quum oppidum occupasset, firmo id præsidio muniret, utque occupati loci significationem sibi aliquam ederet. Ptolemæus viâ arduâ atque difficili contendens non sentientibus barbaris in verticem evadit, & loco in orbem vallo ac fossâ communito, facem accensam, ab eâ parte montis quâ conspici ab Alexandro posset, tollit. Alexander conspecto flammæ splendore, postridie exercitum admovit. at Barbaris acriter sese tuentibus, nihil tum ob locorum asperitatem effecit. Quum vero barbari animadverterent Alexandrum ab eâ parte frustra niti, in Ptolemæum conversi feruntur. Atrox ibi cum Macedonibus pugna miscetur, Indis quidem vallum rescindere nitentibus, Ptolemæo omnibus viribus locum tutante. Demum barbari Macedonum velitari conflictu male excepti, nocte interveniente retrocedunt.

2 Αὐτὸς δὲ τὰ μὲν πρῶτα] Sic edidi ex MS. Optimo, quum vocula quarta vulgo negligatur. Sed & mox in eodem legitur tantum Αὐτὸς δὲ τοὺς τοξότας τε λαβὼν, non ἀναλαβών.

Ἀλέξανδρος δὲ τῶν Ἰνδῶν ἕνα τῶν αὐτομόλων, πιστόν τε ἄλλως καὶ τῶν χωρίων δαήμονα, ἐπιλεξάμενος, πέμπει παρὰ Πτολεμαῖον τῆς νυκτὸς γράμματα φέροντα τὸν Ἰνδόν, ἵνα ἐνεγέγραπτο[3], ἐπειδὰν αὐτὸς προσβάλλῃ τῇ πέτρᾳ, τὸν δὲ ἐπικεῖσθαι τοῖς βαρβάροις κατὰ τὸ ὄρος, μηδ' ἀρκεῖν ἐν φυλακῇ ἔχοντα τὸ χωρίον, ὡς ἀμφοτέρωθεν βαλλομένους τοὺς Ἰνδοὺς ἀμφιβόλους γίγνεσθαι. Καὶ αὐτὸς ἅμα τῇ ἡμέρᾳ ἄρας ἐκ τοῦ στρατοπέδου, προσῆγε τὴν στρατιὰν κατὰ τὴν πρόσβασιν, ᾗ Πτολεμαῖος λαθὼν ἀνέβη· γνώμην ποιούμενος, ὡς εἰ ταύτῃ βιασάμενος ξυμμίξοι τοῖς ἀμφὶ Πτολεμαῖον, οὐ χαλεπὸν ἐσόμενον αὐτῷ τὸ ἔργον. Καὶ ξυνέβη οὕτως. Ἔστε μὲν γὰρ ἐπὶ μεσημβρίαν ξυνειστήκει καρτερὰ μάχη τοῖς τε Ἰνδοῖς καὶ τοῖς Μακεδόσι, τῶν μὲν ἐκβιαζομένων ἐς τὴν πρόσβασιν, τῶν δὲ βαλλόντων ἀνιόντας· ὡς δὲ οὐκ ἀνίεσαν οἱ Μακεδόνες, ἄλλοι ἐπ' ἄλλοις ἐπιόντες, οἱ δὲ πρόσθεν ἀναπαυόμενοι, μόλις ἀμφὶ[4] δείλην ἐκράτησαν τῆς παρόδου, καὶ ξυνέμιξαν τοῖς ξὺν Πτολεμαίῳ. Ἐκεῖθεν δὲ ὁμοῦ γενομένη ἡ στρατιὰ πᾶσα, ἐπῆγεν αὖθις ὡς ἐπ' αὐτὴν τὴν πέτραν· ἀλλὰ γὰρ ἔτι ἄπορος ἦν αὐτῇ ἡ προσβολή. Ταύτῃ μὲν δὴ τῇ ἡμέρᾳ τοῦτο τὸ πλέον γίγνεται· ὑπὸ δὲ τὴν ἕω παραγγέλλει στρατιώτῃ ἑκάστῳ, κόπτειν χάρακας ἑκατὸν κατ' ἄνδρα· καὶ οὗτοι κεκομμένοι ἦσαν, ἐχώννυεν, ἀρξάμενος ἀπὸ τῆς κορυφῆς τοῦ λόφου, ἵνα ἐστρατοπεδευκότες ἦσαν, ὡς ἐπὶ τὴν πέτραν χῶμα μέγα, ἔνθεν τοξεύματά τε ἂν ἐξικνεῖσθαι ἐς τοὺς προμάχους[5], καὶ ἀπὸ μηχανῶν βέλη ἀφιέμενα· καὶ ἐχώννυεν αὐτὸ πᾶς τις ἀντιλαμβανόμενος τοῦ ἔργου· καὶ αὐτὸς ἐφειστήκει θεατὴς καὶ ἐπαινέτης τοῦ ξὺν προθυμίᾳ περαινομένου, κολαστὴς δὲ τοῦ ἐν τῷ παραχρῆμα ἐκλιπόντος. Τῇ μὲν δὴ πρώτῃ ἡμέρᾳ ὡς ἐπὶ στάδιον ἐχώσθη αὐτῷ ὁ στρατός. Ἐς δὲ τὴν ὑστεραίαν, οἵ τε σφενδονῆται σφενδονῶντες ἐς τοὺς Ἰνδοὺς ἐκ τοῦ ἤδη κεχωσμένου, καὶ ἀπὸ τῶν μηχανῶν βέλη ἀφιέμενα ἀνέστελλε τῶν Ἰνδῶν τὰς ἐκδρομάς, τὰς ἐπὶ τοὺς χωννύντας. Καὶ ἐχώννυτο αὐτῷ ἐς τρεῖς ἡμέρας ξυνεχῶς τὸ χωρίον[6]. Τῇ τετάρτῃ δὲ βιασάμενοι τῶν Μακεδόνων οὐ πολλοί, κατέσχον ὀλίγοι γήλοφον ἰσόπεδον τῇ πέτρᾳ· καὶ Ἀλέξανδρος οὐδέν τι ἐλινύων ἐπῆγε τὸ χῶμα, ξυνάψαι ἐθέλων τὸ χωννύμενον τῷ γηλόφῳ, ὃν ἤδη οἱ ὀλίγοι αὐτῷ ἤδη κατεῖχον. Οἱ δ' Ἰνδοὶ πρός τε τὴν ἀδιήγητον τόλμαν τῶν ἐς τὸν γήλοφον βιασαμένων Μακεδόνων ἐκπλαγέντες, καὶ τὸ χῶμα ξυναφθὲν ἤδη ὁρῶν-

dunt. Alexander interea Indum quendam transfugam, fidum & locorum peritum, noctu cum literis ad Ptolemæum mittit; quibus monet, ut quum ipse petram adoriretur, Ptolemæus eodem tempore ex monte impetum in hostes faceret, neque in præsidio se tueri contentus esset, ut utrinque petiti barbari in ambiguo versarentur. Ipse primâ luce castris motis exercitum ad eam partem ducit, quâ Ptolemæus clam hostibus montem conscenderat, ita secum statuens, si impetu facto illac se cum Ptolemæo conjungere posset, non ita difficile negotium ei futurum. quod quidem ita evenit. Nam ad meridiem usque acre inter Indos & Macedones certamen fuit, his quidem conscendere nitentibus, illis subeuntes propulsantibus. quum vero Macedones non desisterent alii aliis succedere, prioresque interim à labore reficerentur, vix ante noctem transitu potiti, sese cum Ptolemæo conjunxerunt. Exinde quum jam omnes copiæ unà essent, rursus petram adoriuntur. Sed ne hac quidem ratione petra subiri potuit. atque ita dies ille consumptus est. Sub lucem milites singulos centum palos cædere jubet. quibus comportatis ingentem aggerem à summo colle in quo castra locârat ad petram molitur, unde & sagittæ & tela machinis excussa ad hostes pertingere possent: universoque exercitu ad opus intento, ipse & spectator & laudator adstabat, eos quidem qui magnâ contentione opus promovebant collaudans, segniores vero castigans. Ac primo quidem die exercitus in stadii longitudinem aggerem produxit. postero die funditores mittentes fundis ex eo quod aggestum erat & tela machinis excussa Indorum in eos, qui aggerem struebant, excursiones represserunt. atque ita agger triduo toto perfectus est. Quarto die quum Macedones aliquot collem quendam petræ oppositum, æqualis cum eâ altitudinis, cepissent, Alexander confestim eo contendit, aggeremque ad eum collem quem pauci tenebant continuare statuit. Barbari ob incredibilem Macedonum qui collem illum superârant audaciam attoniti, aggeremque jam ad collem perductum conspicati,

3 Ἵνα ἐνεγέγραπτο] MS. Opt. ἐγγέγραπτο.
4 Μόλις ἀμφὶ] MS. Opt. & alii μόγις δὲ ἀμφὶ. Mox ὡς ἐπ' αὐτήν.
5 Τοξεύματά τε ἂν ἐξικνεῖσθαι ἐς τοὺς προμάχους] MSS. omnes, ἐς τοὺς προμαχομένους δυνατὰ αὐτῷ ἐφαίνετο, καὶ ἀπὸ &c. Sane etiam capite 3 hujus libri sic vidimus προμαχομένους.
6 Ἐχώννυτο αὐτῷ ἐς τρεῖς ἡμέρας ξυνεχῶς τὸ χωρίον] MS. Opt. τὸ χῶμα. Qui etiam mox cum aliis nonnullis ἡμέρας in plurali præfert.

ὁρῶντες, τὸ μὴ ἀπομάχεσθαι ἔτι ἀπείχοντο· πέμψαντες δὲ κήρυκα σφῶν παρ' Ἀλέξανδρον, ἐθέλειν ἔφασκον ἐνδοῦναι τὴν πέτραν, εἰ σφίσιν σπείσοιτο. Γνώμην δ' ἐπεποίηντο ἐν τῷ ἔπι διαμέλλοντι τῶν σπονδῶν διαγαγόντες τὴν ἡμέραν, νυκτὸς ὡς ἕκαστοι διασκεδάννυσθαι ἐπὶ τὰ σφέτερα ἤθη. Καὶ τοῦτο ὡς ἐπύθετο Ἀλέξανδρος, ἐνδίδωσιν αὐτοῖς χρόνον τε ἐς τὴν ἀποχώρησιν, καὶ τὴν φυλακὴν τὴν κύκλωσιν τὴν πάντη ἀφελεῖν· καὶ αὐτὸς ἔμενεν, ἔστε ἤρξαντο τῆς ἀποχωρήσεως· καὶ ἐν τούτῳ ἀναλαβὼν τῶν σωματοφυλάκων καὶ τῶν ὑπασπιστῶν ἐς ἑπτακοσίους, κατὰ τὸ ἐκλελειμμένον τῆς πέτρας ἀνέρχεται ἐς αὐτὴν πρῶτος, καὶ οἱ Μακεδόνες ἄλλος ἄλλῃ ἀνιμῶντες ἀλλήλους ἀνῄεσαν, καὶ οὗτοι ἐπὶ τοὺς ἀποχωροῦντας τῶν βαρβάρων τραπόμενοι ἀπὸ ξυνθήματος, πολλοὺς μὲν αὐτῶν ἐν τῇ φυγῇ ἀπέκτειναν· οἱ δὲ καὶ πεφοβημένως ἀποχωροῦντες, κατὰ τῶν κρημνῶν ῥίψαντες σφᾶς, ἀπέθανον· εἴχετό τε Ἀλεξάνδρῳ ἡ πέτρα, ἡ τῷ Ἡρακλεῖ ἄπορος γενομένη· καὶ ἔθυεν ἐπ' αὐτῇ Ἀλέξανδρος, καὶ κατεσκεύασε φρούριον, παραδοὺς Σισικόττῳ ἐπιμελεῖσθαι τῆς φρουρᾶς, ὃς ἐξ Ἰνδῶν μὲν πάλαι ηὐτομολήκει ἐς Βάκτρα παρὰ Βῆσσον, Ἀλεξάνδρου δὲ κατασχόντος τὴν χώραν τὴν Βακτρίαν ξυνεστράτευέ τε αὐτῷ καὶ πιστὸς ἐς τὰ μάλιστα ἐφαίνετο. Ἄρας δ' ἐκ τῆς πέτρας, ἐς τὴν τῶν Ἀσσακανῶν χώραν ἐμβάλλει. Τὸν γὰρ ἀδελφὸν Ἀσσακάνου ἐξηγγέλλετο τούς τε ἐλέφαντας ἔχοντα καὶ τῶν προσχώρων βαρβάρων πολλοὺς ξυμπεφευγέναι ἐς τὰ ταύτης ὄρη [7]. Καὶ ἀφικόμενος εἰς Δύρτα πόλιν, τῶν μὲν οἰκούντων οὐδένα καταλαμβάνει, οὐδὲ ἐν τῇ χώρᾳ τῇ πρὸς τῇ πόλει· ἐς δὲ τὴν ὑστεραίαν, Νέαρχόν τε καὶ Ἀντίοχον τοὺς χιλιάρχας τῶν ὑπασπιστῶν ἐκπέμπει· καὶ Νεάρχῳ μὲν τοὺς Ἀγριᾶνας τοὺς ψιλοὺς [8] ἄγειν ἔδωκεν· Ἀντιόχῳ δὲ τήν τε αὑτοῦ χιλιαρχίαν, καὶ δύο ἐπὶ ταύτῃ ἄλλας. Ἐστέλλοντο δὲ τά τε χωρία κατοψόμενοι, καὶ εἴπου τινὰς τῶν βαρβάρων ξυλλαβεῖν, ἐς ἔλεγχον τῶν κατὰ τὴν χώραν τῶν τε ἄλλων, καὶ μάλιστα δὴ τὰ ἀμφὶ τοὺς ἐλέφαντας ἔμελλον αὐτῷ μαθεῖν [9]. Αὐτὸς δ' ὡς ἐπὶ τὸν Ἰνδὸν ποταμὸν ἤδη ἦγε, καὶ ἡ στρατιὰ

spicati, à defensione desistunt, missoque ad Alexandrum caduceatore, spondent sese, si pacisci cum iis velit, petræ deditionem facturos. Consilium vero ipsorum erat, ut totum illum diem pactionibus faciendis transigentes, noctu sese quisque in domos suas reciperent. Quo cognito, Alexander tempus satis amplum iis ad discedendum concessit, omni præsidio per circuitum amoto. ipseque ibi tantisper dum discedere inciperent mansit. Posthæc assumtis ex custodibus corporis & scutatis DCC, primus in desertam ab hostibus petram conscendit. Macedones quoque, alius alia sese mutuo subtrahentes, eodem ascenderunt. Exinde in recedentes barbaros signo dato conversi, multos in fugâ interfecerunt. Illorum plerique trepide fugientes, per præcipitia delapsi perierunt. Alexander potitus petrâ, quam ne Hercules quidem ipse superare potuerat, sacrificio in eâ facto, præsidium imposuit, eique Sisicottum præfecit, qui multo ante ex Indis in Bactra ad Bessum transfugerat, & postquam Alexander Bactrianorum regionem subjugârat, conjunctis cum eo copiis fidelem imprimis ei operam navârat. Alexander è petrâ in Assacanorum regionem movit. Assacani enim fratrem, cum elephantis & finitimorum barbarorum non exiguâ manu, in illius regionis montes confugisse acceperat. quumque ad urbem Dyrtam pervenisset, neminem incolarum aut in ea aut in vicina regione reperit. Postero autem die Nearchum & Antiochum, qui singuli mille scutatis præfecti erant, emittit. ac Nearcho quidem Agrianas levis armaturæ, Antiocho ad mille scutatos quos ducebat, alia duo millia adjungit. Hos speculatum in illa loca mittit, & an forte nonnullos ex barbaris comprehendere possint, è quibus cum alia ad regionis notitiam pertinentia, tum de elephantis cognoscerent. Ipse ad Indum flumen jam pergit: exercitu qui viam

7 Ἐς τὰ ταύτης ὄρη] Optimus aliique ταύτῃ, recte, prout mox repetit τὰ ταύτῃ χωρία. Sic scribendum v, 26 καὶ ὅρος τῆς ταύτῃ ἀρχῆς &c. *idemque hujus imperii illic erit limes*, in Asia scilicet ac Libya. Vulgo ταύτης. Quum non utantur hoc vocum ordine Græci, sed debuerit scribi ταύτης τῆς ἀρχῆς, licet sic quoque tolerari nequeat. Quod autem paulo ante animadvertit nuperus noster de nomine *Sisicottus* & emendando Arriano, si inspexeris Freinshemiana in Curtiano indice in vocabulo *Sisocostus*, videbis & ridebis, quam lepide personatæ illæ animadversiones ejus verba potuerint commutare. Ego autem indulsi duobus minimum codicibus, unde sic notavi.

8 Τοὺς Ἀγριᾶνας τοὺς ψιλούς] Vertunt cum Facio Vulcanius *Agrianas levis armaturæ*. Cedo igitur Agrianas armaturæ gravis; quos ego nullos hactenus inveni. Nullam quidem notatam video in schedis meis varietatem ex MSS. sed vel invitis iis omnibus scribendum τοὺς Ἀγριᾶνας καὶ τοὺς ψιλούς. Nam sic loquitur passim. Hujus libri cap. 4 τούς τε τοξότας καὶ τοὺς Ἀγριᾶνας καὶ τοὺς ἄλλους ψιλούς. Et cap. 29. Πτολεμαῖον τούς τε Ἀγριᾶνας ἄγοντα καὶ τοὺς ψιλοὺς τοὺς ἄλλους. VI, 8 οἵ τε Ἀγριᾶνες καὶ ἄλλαι τάξεις τῶν ψιλῶν. Sane quum pene semper Ἀγριᾶνες aut simpliciter jungantur τοξόταις aut apposito ipsorum muneris vocabulo appellentur ἀκοντισταί, dubium non potest esse, quin illi pars fuerint τῶν ψιλῶν. Et clare id patet ex illis, quæ in Curtii indice colligit Freinshemius.

9 Τὰ ἀμφὶ τοὺς ἐλεφ. ἔμελλον αὐτῷ μαθεῖν] Præclare græcissat hic sermo, & nescio unde hauserint μαθεῖν τινὶ pro edocere aliquem. Basileenses ἔμελλεν. Scribendum, ut legitur in MSS. plurimis ἔμελλεν, *& maxime quæ ad elephantos pertinerent, cognoscere cura ipsi erat.*

ὡς αὐτῷ ὡδοποιεῖτο προϊοῦσι, ἄπορα ἄλλως ὄντα τὰ ταύτῃ χωρία. Ἐνταῦθα ξυλλαμβάνει ὀλίγους τῶν βαρβάρων, καὶ παρὰ τούτων ἔμαθεν, ὅτι οἱ μὲν ἐν τῇ χώρᾳ Ἰνδοὶ παρὰ Βαρισάδην ἀποπεφευγότες εἶεν· τοὺς ἐλέφαντας δὲ ὅτι αὐτοῦ κατέλιπον νέμεσθαι πρὸς τῷ ποταμῷ τῷ Ἰνδῷ· καὶ τούτους ἡγήσασθαί οἱ τὴν ὁδὸν ἐκέλευσεν ὡς ἐπὶ τοὺς ἐλέφαντας. Εἰσὶ δ' Ἰνδῶν πολλοὶ κυνηγέται τῶν ἐλεφάντων, καὶ τούτους σπουδῇ ἀμφ' αὐτὸν εἶχεν Ἀλέξανδρος, καὶ τότε ἐθήρα ξὺν τούτοις τοὺς ἐλέφαντας· καὶ δύο μὲν αὐτῶν ἀπώλοντο, κατὰ κρημνῶν[10] σφᾶς ῥίψαντες ἐν τῇ διώξει· οἱ δὲ ἄλλοι ξυλληφθέντες, ἔφερόν τε τοὺς ἀναβάτας, καὶ τῇ στρατιᾷ ξυνετάσσοντο. Ἐπεὶ δὲ καὶ ὕλῃ ἐργασίμῳ ἐνέτυχε παρὰ τὸν ποταμόν, καὶ αὕτη ἐκόπη αὐτῷ ὑπὸ τῆς στρατιᾶς, καὶ ναῦς ἐποίησαν[11], καὶ αὗται κατὰ τὸν Ἰνδὸν ποταμὸν ἤγοντο ὡς ἐπὶ γέφυραν, ἣν ἤδη Ἡφαιστίων καὶ Περδίκκας αὐτῷ ἐξῳκοδομηκότες πάλαι ἦσαν.

viam faceret, præmisso. neque enim aliter ea loca transiri possunt. Eo loci barbaris nonnullis captis, certior factus est Indos ejus regionis ad Barisadem confugisse; elephantos in pascuis apud Indum amnem relictos esse. quo cognito, ut se ad eum locum, ubi elephanti erant, ducant jubet. Sunt autem plerique Indi elephantorum venatores, & ob id Alexander hos apud se caros habebat. Ac tum quidem elephantos venatus est. duo inter persequendum è præcipitiis lapsi perierunt: reliqui capti, admissis sessoribus, exercitui admoti sunt. Sylvam quoque cæduam apud flumen nactus, eam ab exercitu cædi navesque ædificari jussit, quibus in Indum flumen deductis, ad pontem quem jam multo ante Hephæstion & Perdiccas construxerant, vectus est.

10 Κατὰ κρημνῶν] MSS. κρημνοῦ. Sic perpetuo Arrianus. Etiam quod antecedit, non ἀπώλοντο est in MSS. sed ἀπόλλυνται. vide ad libri III caput 18. Iidem mox ἀμβάτας.

11 Ναῦς ἐποίησαν] MSS. ἐποιήθησαν.

ΑΡΡΙΑΝΟΥ ΑΝΑΒΑΣΕΩΣ ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΥ

ΒΙΒΛΙΟΝ ΠΕΜΠΤΟΝ.

ARRIANI DE EXPEDITIONE ALEXANDRI

LIBER QVINTVS.

ΚΕΦ. Α.

ΕΝ δὲ τῇ χώρᾳ ταύτῃ, ἣν μεταξὺ τοῦ τε Κωφῆνος καὶ τοῦ Ἰνδοῦ ποταμοῦ ἐπῆλθεν Ἀλέξανδρος, καὶ Νύσαν πόλιν ᾠκίσθαι λέγουσι· τὸ δὲ κτίσμα εἶναι Διονύσου· Διόνυσον δὲ κτίσαι τὴν Νύσαν, ἀφ' οὗ τε Ἰνδοὺς ἐχειρώσατο[1], ὅστις δὴ οὗτος ὁ Διόνυσος, καὶ ὁπότε

CAP. I

IN hac regione, quam inter Cophenem & Indum fluvios interjacentem Alexander aggressus est, Nyssam etiam urbem sitam esse ferunt, à Dionyso conditam, eo tempore, quo Indos domuit, quicunque tandem is Dionysus fuerit, & quando aut unde Indis

1 Ἀφ' οὗ τε Ἰνδοὺς ἐχειρώσατο] Opt. ἐπεί τε Ἰνδοὺς. Et mox recte, ἢ καὶ ἐκ Τρωάδι. Præterea idem codex non Νύσαν præfert, sed Νύσσαν, quæ est haud dubie vera lectio, & apparet manifeste in derivato inde Dionyso. Cæterum quum in Augustano reperisset Vulcanius post verbum ἐχειρώσατο adjecta hæc verba, ὃν ἔχω φράσαι, id statim approbans correxit in versione *intulerit, affirmare nequeo. Neque enim conjectura assequi possum, an fit is* &c. Sed sunt ineptissima ista supplementa, & neque hæc nova correctio, neque prisca interpretatio aut ad genium styli Arrianei aut ad gustum meum respondet. Arrianus sic loquitur, prout simpliciter in versione correxi. Qui utique narrandi processus suavior faciliorque est, & simul plenissimus, quem non ita præbet Vulcanius. In pluribus MSS. illæ tres voces occurrunt.

Nysa urbs, opus Dionysi.
Legatio ejus ad Al.

ὁπότε ἢ ὅθεν ἐπ᾽ Ἰνδοὺς ἐστράτευσεν· οὐ γὰρ ἔχω συμβαλεῖν, εἰ ὁ Θηβαῖος Διόνυσος, ὃς ἐκ Θηβῶν ἢ ἐκ Τμώλου τοῦ Λυδίου ὁρμηθεὶς ἐπ᾽ Ἰνδοὺς ἧκε στρατιὰν ἄγων, τοσαῦτα μὲν ἔθνη μάχιμα καὶ ἄγνωστα τοῖς τότε Ἕλλησιν ἐπελθών, οὐδὲν δ᾽ αὐτῶν ἄλλο ὅτι μὴ τὸ Ἰνδῶν βίᾳ χειρωσάμενος· πλήν γε δὴ ὅτι οὐκ ἀκριβῆ ἐξεταστὴν χρὴ εἶναι τῶν ὑπὲρ τοῦ θείου ἐκ παλαιοῦ μεμυθευμένων. Τὰ γάρ τοι κατὰ τὸ εἰκὸς ξυντιθέντι οὐ πιστὰ [2], ἐπειδὰν τὸ θεῖόν τις προσθῇ τῷ λόγῳ, οὐ πάντῃ ἄπιστα φαίνεται. Ὡς δ᾽ ἐπέστη τῇ Νύσῃ Ἀλέξανδρος, ἐκπέμπουσι παρ᾽ αὐτὸν οἱ Νυσαῖοι τὸν κρατιστεύοντα σφῶν (ὄνομα δ᾽ ἦν αὐτῷ Ἄκουφις) καὶ ξὺν αὐτῷ πρέσβεις τῶν δοκιμωτάτων τριάκοντα, δεησομένους Ἀλεξάνδρου, ἀφεῖναι τῷ θεῷ τὴν πόλιν· παρελθεῖν τε δὴ ἐς τὴν σκηνὴν τὴν Ἀλεξάνδρου τοὺς πρέσβεις, καὶ καταλαβεῖν καθήμενον κεκονιμένον ἔτι [3] ἐκ τῆς ὁδοῦ, ξὺν τοῖς ὅπλοις τοῖς τε ἄλλοις, καὶ τὸ κράνος αὐτῷ περικείμενον, καὶ τὸ δόρυ ἔχοντα, θαμβῆσαι ἰδόντας τὴν ὄψιν, καὶ πεσόντας ἐς γῆν ἐπὶ πολὺ σιγὴν ἔχειν· ὡς δ᾽ ἐξανέστησέ τε αὐτοὺς Ἀλέξανδρος, καὶ θαρρεῖν ἐκέλευσε, τότε δὴ τὸν Ἄκουφιν ἀρξάμενον λέγειν τάδε [4], Ὦ βασιλεῦ, δέονταί σου Νυσαῖοι, ἐᾶσαι σφᾶς ἐλευθέρους τε καὶ αὐτονόμους, αἰδοῖ τοῦ Διονύσου. Διόνυσος γὰρ ἐπειδὴ χειρωσάμενος τὸ Ἰνδῶν ἔθνος, ἐπὶ θάλασσαν ὀπίσω κατῄει τὴν Ἑλληνικήν, ἐκ τῶν ἀπομάχων στρατιωτῶν, οἳ δὴ αὐτῷ καὶ Βάκχοι ἦσαν, κτίζει τὴν πόλιν τήνδε, μνημόσυνον τῆς αὐτοῦ πλάνης τε καὶ νίκης τοῖς ἔπειτα ἐσομένην [5]· καθάπερ οὖν καὶ σὺ αὐτὸς Ἀλεξάνδρειάν τε ἔκτισας τὴν πρὸς Καυκάσῳ ὄρει, καὶ ἄλλην Ἀλεξάνδρειαν ἐν τῇ Αἰγυπτίᾳ γῇ, καὶ ἄλλας πολλὰς τὰς μὲν ἔκτισας ἤδη, τὰς δὲ καὶ κτίσεις ἀνὰ χρόνον [6], οἷα δὴ πλείονα Διονύσου ἔργα ἀποδειξάμενος. Νύσαν τε οὖν ἐκάλεσε τὴν πόλιν ὁ Διόνυσος ἐπὶ τῆς τροφοῦ [7] τῆς Νύσης, καὶ τὴν χώραν Νυσ-

dis bellum intulerit. Neque enim conjicere possum, sitne is Thebanus, qui ex Thebis aut etiam ex Tmolo Lydiæ profectus in Indos exercitum duxerit. qui quum tot bellicosas, & tum temporis Græcis ignotas gentes adierit, nullam ex iis præterquam Indorum vi subegerit: hoc tantum censuerim, ea quæ de diis veteres fabulis suis conscripsere, non esse nimium curiose pervestiganda. Scripta enim quibus merito fides derogari posset, quando numinis alicujus mentio accedit, fit ut non omnino incredibilia esse videantur. Alexander itaque simulac Nyssam cum exercitu venit, oppidani Acuphim principem civitatis ad eum mittunt, & cum eo legatos XXX ex primoribus, oraturos uti numini suo urbem liberam relinquat. Legati ad Alexandri tabernaculum adducti, quum illum sedentem nondum deterso pulvere, omni adhuc armaturâ indutum, galeaque tectum, & lanceam manu tenentem vidissent, aspectu ejus perterrefacti in terram prociderunt, diuque silentium tenuerunt. Postquam vero Alexander surgere illos, bonoque animo esse jussit, Acuphim ita orsum, „ORANT te, ô rex, Nyssæi, uti Liberi „Patris reverentiâ adductus civitatem ipsis „liberam legibusque suis utentem relin„quas. Dionysus enim debellatis Indis, „quum ad Græcanicum mare reverteretur, „ex militibus rude donatis, qui ipsi & „Bacchi erant, hanc urbem condidit, „quæ perpetuum peregrinationis victoriæ„que suæ monumentum posteris extaret, „quemadmodum tu ipse Alexandriam ad „Caucasum montem condidisti, aliamque „in Ægyptiorum regione, aliasque multas „partim jam exædificasti, partim nunc æ„dificas: utpote qui jam plura quam Dio„nysus præstiteris. Nyssam autem vocavit „urbem à nutrice Nyssâ, & provinciam „Nys-

2 Τὰ γάρ τοι κατὰ τὸ εἰκὸς ξυντιθέντι οὐ πιστὰ] Vulcanius, *scripta quibus merito fides derogari posset.* Nescio an intellexerit, licet ei adquiescat Freinshemius ad Curtium 4, 7. 30. Neque enim ξυντιθέναι hic est *componere scriptum*, ut is videtur accepisse, sed suspicari, conjicere, colligere, ut cap. 10 εἴη ἂν ὅσα ἐν τῷδε τῷ λόγῳ ξυντιθέντι τεκμηριοῦσθαι. cap. 16 ἀλλ᾽ ὁ Πῶρος τῷ λόγῳ ξυντιθείς. In Indicis, cap. 14. ξυντιθέντι αὐτῷ τῆς ἀγγελίας τὸν χρόνον. Et frequenter. Vertendum: *Etenim ex certa ratione suspicanti aliqua vera non esse; si quis apposuerit narrationi numen, non omnino aliena à vero videntur.* Facius: *nam que* (male vulgo *namque*) *rerum naturam diligentius consideranti interdum minus credibilia viderentur, ea si quid divinum inseratur, non omnino falsa, aut incredibilia videri solent.* Hanc vero sententiam suam exemplo insigni exornat ipse Arrianus 11, 16. ἔτι ἂν τὸ ὄνομα γνώσεσθαι, εἰ μή τις Ἥρας τούτοις ἐπάγων, τὸ οὐ πιστὸν τοῦ λόγου ἀποσεμνύνειν ἐθέλοι τῷ μύθῳ.

3 Κεκονιμένον ἔτι] Vocula postrema non est in Optimo libro.

4 Λέγειν τάδε] Opt. & alii ὧδε, ut cap. 25.

5 Ἐσομένην] Iidem ἐσόμενον, ac deinde Αἰγυπτίων γῇ.

6 Τὰς δὲ καὶ κτίσεις ἀνὰ χρόνον] Vulcanius: *partim nunc ædificas.* Id sciebant illi scilicet. Facius: *ac in posterum conditurus es.* Quod merum Arriani, qui certe ex more veterum hunc inducit bene ominantem.

7 Ἀπὸ τῆς τροφοῦ] In uno tantum occurrit mihi quod habent Basileenses, τροφῆς, etsi Vulcanius id quoque notaverit ex V. C. Reliqui omnes, etiam optimus ἐπὶ τῆς τροφοῦ præferunt, quæ sola est verissima scriptura. Quippe & malunt eam particulam elegantiores Græci, licet diverso casu, cujus tamen diversa quoque potest esse consideratio. Ipse Arrianus lib. 5 cap. 19. ἐφ᾽ ὅτῳ καὶ τὸ ὄνομα τοῦτο λέγουσιν ὅτι ἔθηκεν. VI, 28 καὶ Θριαμβόν τε αὐτὸν ἐπικαλεῖσθαι Διόνυσον, καὶ τὰς ἐπὶ ταῖς νίκαις ταῖς ἐκ πολέμου πομπάς

Νυσαίαν· τὸ δ' ὄρος δ, ὅ τι περ πλησίον ἐστὶ τῆς πόλεως, καὶ τοῦτο Μηρὸν ἐπωνόμασε Διόνυσος, ὅτι δὴ κατὰ τὸν μῦθον ἐν μηρῷ τῷ τοῦ Διὸς ηὐξήθη. Καὶ ἐκ τούτου ἐλευθέραν τε οἰκοῦμεν τὴν Νῦσαν, καὶ αὐτοὶ αὐτόνομοι, καὶ ἐν κόσμῳ πολιτεύοντες· τῆς δ' ἐκ Διονύσου οἰκίσεως, καὶ τόδε σοι γενέσθω τεκμήριον· κιττὸς γὰρ, οὐκ ἄλλη τῆς Ἰνδῶν γῆς φυόμενος[8], παρ' ἡμῖν φύεται.

2 Καὶ ταῦτα πάντα Ἀλεξάνδρῳ πρὸς θυμοῦ ἐγίγνετο ἀκούειν, καὶ ἤθελε πιστὰ εἶναι τὰ ὑπὲρ τοῦ Διονύσου τῆς πλάνης μυθολογούμενα· καὶ κτίσμα εἶναι Διονύσου τὴν Νῦσαν ἤθελεν, ὡς ἤδη τε ἥκειν αὐτὸς ἔνθα ἦλθε Διόνυσος, καὶ ἐπέκεινα ἐλθεῖν Διονύσου· οὐδ' ἂν Μακεδόνας[9] τὸ πρόσω ἀπαξιῶσαι συμπονεῖν οἱ ἔτι κατὰ ζῆλον τῶν Διονύσου ἔργων· καὶ δίδωσιν ἐλευθέρους τε εἶναι τοὺς οἰκήτορας τῆς Νύσης, καὶ αὐτονόμους. Ὡς δὲ καὶ τοὺς νόμους ἐπύθετο αὐτῶν, καὶ ὅτι πρὸς τῶν ἀρίστων τὸ πολίτευμα ἔχεται, ταῦτά τε ἐπῄνεσε, καὶ ἠξίωσε τῶν τε ἱππέων οἱ ξυμπέμψαι ἐς τριακοσίους, καὶ τῶν προεστώτων τοῦ πολιτεύματος (ἦσαν δὲ καὶ αὐτοὶ τριακόσιοι) ἑκατὸν τοὺς ἀρίστους ἐπιλεξάμενος· Ἄκουφιν δὲ εἶναι τὸν ἐπιλεγόμενον, ὅντινα καὶ ὕπαρχον τῆς χώρας τῆς Νυσαίας κατέστησεν αὐτός. Τὸν δὲ Ἄκουφιν ταῦτα ἀκούσαντα ἐπιμειδιᾶσαι λέγεται τῷ λόγῳ· καὶ Ἀλέξανδρον ἐρέσθαι, ἐφ' ὅτῳ ἐγέλασεν· ἀποκρίνασθαι δ' Ἄκουφιν, Καὶ πῶς ἂν, ὦ βασιλεῦ, μία πόλις ἑκατὸν ἀνδρῶν ἀγαθῶν ἐρημωθεῖσα, ἔτι καλῶς πολιτεύοιτο· ἀλλὰ σὺ, εἴ σοι μέλει Νυσαίων, τοὺς ἱππέας μὲν ἄγεσθαι τοὺς τριακοσίους, καὶ εἰ βούλει[10] ἔτι τούτων πλείονας· ἀντὶ δ' ἑκατὸν, οὓς τινας τοὺς ἀρίστους ἐπιλέξαι σὺ κελεύεις, διπλασίους τῶν ἄλλων τῶν κακῶν ἄγεσθαι, ὡς σοι καὶ αὖθις ἀφικομένῳ[11] δεῦρο ἐν τῷ αὐτῷ τούτῳ κόσμῳ φανείη ἡ πόλις. Ταῦτα λέγοντα (λέγειν γὰρ δόξαι φρόνιμα) πεῖσαι Ἀλέξανδρον. Καὶ τοὺς μὲν ἱππέας ξυμπέμπειν οἱ ἐκέλευσε· τοὺς δὲ ἑκατὸν τοὺς ἐπιλέκτους μηκέτι αἰτῆσαι, ἀλλὰ μηδ' ἀντ' αὐτῶν ἄλλους· τὸν δὲ παῖδα ἄρα τοῦ Ἀκούφιος, καὶ τῆς θυγατρὸς τὸν παῖδα ξυμπέμψαι αὐτῷ Ἄκουφιν. Ἀλέξανδρον δὲ πόθος ἔλαβεν ἰδεῖν τὸν χῶρον, ὅπη ἵνα

„ Nyssæam. montem vero qui urbi immi- „ net, Meron [*hoc est*, *femur*] vocari vo- „ luit, quod, secundum fabulam, in femore „ Jovis succreverit. Ex eo tempore liberam „ Nyssam incolimus, nostrisque legibus u- „ tentes composite vivimus. Quod vero à „ Libero Patre ædificata sit, hoc etiam tibi „ documento esse potest, quod nusquam ali- „ bi apud Indos hedera, nisi apud nos, nasca- „ tur. Grata Alexandro Acuphis oratio ac- cidit. Cupiebat enim fide digna esse, quæ de Dionysi peregrinatione fabulæ narrant: facileque credi volebat, Nyssam ab eo conditam fuisse. quasi jam eo ipse, quo Dionysus pervenisset, & ulterius quam Dionysus progressurus esset: & Macedonas non illibenter cum ipso æmulatione quadam rerum à Dionyso gestarum, ulteriores labores adituros putabat. Itaque Nyssæis civibus libertatem, utque suis legibus uterentur concessit. Deinde quum leges eorum cognovisset, quodque rempublicam ex optimatibus constitutam haberent, illorum institutum collaudavit, & ccc equites ad se mitti jussit, cum centum præcipuis ex iis qui remp. regerent (qui & ipsi ccc erant) sibi delectis. Acuphis autem ex numero selectorum erat, quem quidem ipse præsidem Nyssææ provinciæ constituerat. Ad hæc postulata Acuphim subrisisse ferunt. & Alexandro interrogante causam risus, respondisse Acuphim, „ Quonam pacto, ô rex, „ civitas centum bonis viris privata, recte „ deinceps gubernari queat? At tu, si Nys- „ sæorum salus tibi cordi est, equites qui- „ dem ccc, & si velis plures, accipe. sed „ pro centum quos ex optimis deligi tibi „ jubes, ducentos ex deterioribus dari pa- „ tiare, ut siquando huc revertaris, civita- „ tem pristinum statum decusque retinuisse „ intelligas. His dictis (quod prudenter respondisse videretur) Alexandrum persuasum fuisse. atque equites quidem ut mitterentur jussisse: centum vero illos ex præcipuis delectos neque petiisse, neque eorum loco alios. Filium vero Acuphis, ejusque ex filiâ nepotem una ad Alexandrum missum. Posthæc Alexandrum cupido cepit visendæ illius

τραφῆναι ἐπὶ τῷ αὐτῷ τούτῳ ἐμηρύθη. VII, 10. Ἰκάρου ἐκέλευσε καλεῖσθαι Ἀλέξανδρος ἐπὶ τῷ νόμῳ τοῦ Ἰκάρου. In Indicis cap. 41 ἐν Μεσοποταμίῃ ἐπὶ τῷδε κληίζεται. Non aliter Antoninus Liberalis fab. 5. γενέσθαι δὲ παῖδας Εὐμήλου καὶ Ἀμβρακίαν, ἐφ' ἧς ἡ πόλις Ἀμβρακία καλεῖται, ubi notavit quoque Berkelius.

8 Κιττὸς οὐκ ἄλλη τῆς Ἰνδῶν γῆς φυόμενος] Ita distincte magis noster, quam Curtius non designata hac plaga 8, 10; 11, ubi propterea non omisit adferre Freinshemius hæc Arrianea, quibus fidem addit Diod. Siculus 1, 19. Osirin φυλεῦσαι δὲ καὶ κιττὸν ἐν τῇ παρ' Ἰνδοῖς Νύσῃ, καὶ διαμένειν τοῦτο τὸ φυτὸν ἐν ἐκείνῳ μόνῳ τῷ τόπῳ τῶν κατὰ τὴν Ἰνδικὴν καὶ τὴν ὅμορον χώραν. Unde in fine capitis sequentis non dubitavit Arrianus id ipsum iterare.

9 Οὐδ' ἂν Μακεδόνας &c.] Sub hac infinita oratione Vulcanius, ut vides, intellexit *putabat*. Facius vero, *cogitabat Macedonas haud amplius longiorem militiam detrectaturos*. Neuter bene. Dicit Arrianus stabili sermone affirmans, *neque etiam Macedonas longinquiorem adhuc cum eo militiam amplius detrectasse*.

10 Εἰ βούλει] Hæc non sunt in Optimo MS.

11 Ὡς σοι καὶ αὖθις ἀφ.] Magna jactatio hujus loci in scriptis. Quidam ὡς σοι, alii ἵνα. Opt. vero ἵνα σοι, idque antecellit, & restitui meretur. Etiam idem paulo ante τῶν ἄλλων τῶν κακιόνων, ut fortasse innuat τῶν κακιόνων.

ἐπὶ ὑπομνήματα τοῦ Διονύσου οἱ Νυσαῖοι ἐκόμπαζον, ἐλθεῖν τε ἐς τὸ ὄρος τὸ Μηρὸν ξὺν τοῖς ἑταίροις ἱππεῦσι καὶ τῷ πεζικῷ ἀγήματι, καὶ ἰδεῖν κισσοῦ τε ἀνάπλεων καὶ δάφνης τὸ ὄρος, καὶ ἄλση παντοῖα· καὶ ἰδεῖν σύσκιον, καὶ θήρας ἐν αὐτῷ εἶναι θηρίων παντοδαπῶν· καὶ τοὺς Μακεδόνας ἡδέως τὸν κισσὸν ἰδόντας, οἷα δὴ διὰ μακροῦ ὀφθέντα (οὐ γὰρ εἶναι ἐν τῇ Ἰνδῶν χώρᾳ κισσὸν, οὐδ' ἵνα αὐτοῖς ἄμπελοι ἦσαν) στεφάνους σπουδῇ ἀπ' αὐτοῦ ποιεῖσθαι, ὡς καὶ στεφανώσασθαι εἶχον[12], ἐφυμνοῦντας, καὶ Διόνυσόν τε καὶ τὰς ἐπωνυμίας τοῦ θεοῦ ἀνακαλοῦντας· θῦσαί τε αὐτοῦ Ἀλέξανδρον τῷ Διονύσῳ, καὶ εὐωχηθῆναι ὁμοῦ τοῖς ἑταίροις. Οἱ δὲ καὶ τάδε ἀνέγραψαν[13] (εἰ δή τῳ πιστὰ καὶ ταῦτα) πολλοὺς τῶν ἀμφ' αὐτὸν τῶν οὐκ ἠμελημένων Μακεδόνων τῷ τε κισσῷ στεφανωμένους, καὶ ὑπὸ τῇ κατακλήσει τοῦ θεοῦ κατασχεθῆναί τε πρὸς τοῦ Διονύσου, καὶ ἀνανεῦσαι τὸν θεὸν, καὶ βακχεῦσαι[14]. Καὶ ταῦτα

3

illius regionis, in quâ Nysæi monumenta quædam Dionysi esse gloriabantur; adeundi etiam montis Meri cum equitatu amicorum & peditum agemate, ut montem hederâ lauroque refertum, lucosque quarumlibet arborum videret; & visu opacum omneque ferarum genus abundanter patuisse. Macedonibus hederæ conspectum jucundum fuisse, quam nimirum à multo tempore non vidissent (neque enim Indorum regio hederam fert, ne ibi quidem ubi vites sunt) coronasque ex eâ sedulo fecisse, ut etiam coronare possent, accinentes, ac Dionysum pariter & varias Dei appellationes exclamantes: Alexandrum illic Dionyso sacrificium fecisse, & cum amicis epulatum esse. Tradunt etiam nonnulli (si cui hæc credibilia videntur) multos non obscuri nominis Macedones hederâ coronatos in eo epulo Dionysi numine correptos, euantes bacchantesque discurrisse. Cæterum his unicuique 3

12 Καὶ στεφανώσασθαι ὡς εἶχον] MSS. omnes, ὡς καὶ στεφανώσασθαι εἶχον. Sic & Basileensis editio, ut adeo debuerit vel Vulcanius vel H. Stephanus mutavisse, nequaquam ob id laudandi. Etsi enim illud ὡς εἶχον sic frequens occurrat, non ideo necessum est, ut semper connectatur etiam positu vocum. Neque sane probo interpretationem Latinam; quæ utraque negligit sententiam proprie ab Arriano expressam, quæ indicat vel eam copiam hederæ fuisse, ut potuerint inde capita coronis ornare, vel ideo eos studiose fecisse coronas, ut etiam liceret eos qui hymnum peragerent sive omnes sive nonnullos coronare.

13 Καὶ τάδε ἀνέγραψαν] MS. Opt. ταῦτα. Id probant sequentia.

14 Ἀνανεῦσαι τὸν θεὸν καὶ βακχεῦσαι] Omnes uno consensu MSS. vulgares in hanc ineptam futilemque lectionem consentiunt. Quin etiam editorum vel doctrina, vel acumen tantum fuit, ut & tolerare, &, si diis placet, interpretari quoque ac sine nota transire potuerint, Facius: *bacchantium more discurrisse*: hinc Vulcanius *bacchantes disc.* At quid est ἀνανεῦσαι θεόν? Exprimitur in illo verbo nutus, ut patet in Henr. Stephano, & ille vetans, prout plurimum usurpant, resupinando scilicet frontem, unde etiam est, ubi notare creditur sursum spectare: quæ sunt propriæ hujus verbi significationes, non *bacchari*, non *discurrere*, quorum alterum ei videntur æquiparasse interpretes nostri, me nequaquam assequente, quemadmodum ex ipsa verbi hujus consideratione ad id venerint. In illud quod dixi, consentiunt Scaligeriana ad Festum in v. *Abnutare & Simpludearia.* Hinc apud Achillem Tatium pag. 179 ἀνανεύσας ἐς οὐρανόν. Hinc Græcis ὀρχία describitur μετάβασις μουσικωτέρως πρὸς ἑαυτὸν καὶ θεὸν ἀνανεύοντα. Hinc apud Dionem Chrysostomum, εἶτα ἀνατείνας τὸν τράχηλον καὶ τὸ δέρας μικρόν τι ἀνανεύσας, quod tangit If. Casaubonus ad *Satiram tertiam* Persii, in eoque explicari putat *summa bullire in unda.* Notabilis profecto corruptela, & nimis aperta, quam ut viri tam docti, prout fuere & Vulcanius & Stephanus, non debuerint offendi & saltem stigmate locum notare. Quin & medicina nimis exposita & parata est, quam ut non admoverint eam, si vel in attendentium numero haberi voluerunt. Quum enim modò antecedat compositum simile ἀνακαλοῦντας, apparet clarissime, Arrianum pari modo tale compositum adhibuisse, prout solent in precibus votisque tam festis, quam tristibus tale usurpare auctores Græci ad solennem illam clamoris intentionem exprimendam, qui plane non erat submissus. Hinc θεοὺς ἀνευφημοῦμεν ait Achilles Tat. lib. 3 *amorum Leucippes.* Hinc Anacreon c. 41 Ἀνευάζοντες δὲ Βάκχον. Hinc Plutarchus in *comparatione Thesei & Romuli* p. 39 μόλις ὑπ' αἰδοῦς τῶν πολεμίων προσκυνήσαντας καὶ θεοὺς ἀνευάσας. Hinc dixerunt ἀνευάζειν, quo ipse noster utitur 11, 12, hinc ἀνευφημεῖσθαι. Hæc fundamenta sunt firma & certa, unde quum adolescens ad hunc locum perveni, in levissima, sed pulcherrima immutatione Arrianum sibi reddebam, qui scripsit ἀνευάσαι. Quod sane verbum est huc percommodum & longe dignius, quam ut per Nonnum & similis farinæ scriptores, ut sit tamen satis miserabiliter ab Henr. Stephano tom. 1 p. 1298, sed per Arrianum & meliores in Græciam referatur. In quibus poterat esse Dionysii Periegesis, ubi habes num. 577 hos versus:

> Οἷον ὅτε σὺν παισὶ μελαινέων ἀνὰ Γαγγὸν
> Ἰνδοὶ κῶμον ἄγουσιν ἐριβρεμέτῃ Διονύσῳ,
> Ὡς αἵγε κατὰ χῶρον ἀνευάζουσι γυναῖκες.

Ubi habet opportuna Eustathius. Etiam Claudiano attribuitur carmen εἰς μαχλάδα γραφέντα:

> Μαχλὰς εὐκροτάλοισιν ἀνευάζουσα χορείαις
> Δίζυγα παλλομένοις τυμπάνοις χαλκοκρότοις.

Quos duos versiculos ut solos citat, sic egregie illustrat Cl. Salmasius ad Historiam Augustam pag. 491. Sed Nicol. Heinsius inter Claudiani epigrammata illis dedit locum num. XVI, & in notis proximis fatetur *Græca quæ sequuntur, ex Anthologia deprompsisse Raphelengium: cætera ex Vaticano codice descripta mecum communicavit Vir Cl. Leo Allatius.* Ex quibus non intelligo, ubi dividi velit ista dona. Certe illi versiculi, qui sequuntur illos, quos citavi, non debebant proxime apponi, quum non conveniant, & participium ὑποκλίνασα nec ad priora potest referri, nec ad posteriora, ut ipse ediderit quidem, sed intellexerit nequaquam (quod est parum laudabile) non magis, quam illud præcedens εὔλαλος ἐν' ἤθαλος ἐν' ἀνευάζουσιν ἱεροῖς, quomodo sane fideliter etiam manu sua scripsit, sed verum erat εὔλαλος ἐν' ἤθαλος ἐν' ἀνευάζουσιν ἱεροῖς, ut in Anthologia scripta habetur. Vix possim dubitare, quin hunc ipsum locum ante oculos habuerit Suidas, quum ait ἀνευάσαι τὸ εὐοῖ φάναι. Ἐπὶ δὲ τοῦτο ὕμνος εἰς Διόνυσον. Sic igitur voluit etiam dicere Arrianus ἀνευάσαι hos Alexandri milites, tanquam εὐοῖ non exprimeret satis clamorem, qui tamen non potest in cultu Dei hujus suppo-

Non omnia mentiti veteres. Taxilis facilitas in recipiendo Al.

ὅπως τις ἐθέλοι ὑπολαβὼν ἀπιστείτω ἢ πιστευέτω. Οὐ γὰρ ἔγωγε Ἐρατοσθένει τῷ Κυρηναίῳ πάντῃ ξυμφέρομαι, ὃς λέγει πάντα ὅσα ἐς τὸ θεῖον ἀναφέρεται ἐκ Μακεδόνων, πρὸς χάριν τὴν Ἀλεξάνδρου ἐς τὸ ὑπέρογκον ἐπιφημισθῆναι. Καὶ γὰρ καὶ σπήλαιον λέγει ἰδόντας ἐν Παραπαμισάδαις τοὺς Μακεδόνας, καί τινα μῦθον ἐπιχώριον ἀκούσαντας, ἢ καὶ αὐτοὺς ξυνθέντας, φημίσαι ὅτι τοῦτο ἄρα ἦν τοῦ Προμηθέως τὸ ἄντρον, ἵνα ἐδέδετο· καὶ ὁ ἀετὸς ὅτι ἐκεῖσε ἐφοίτα, δαισόμενος τῶν σπλάγχνων τοῦ Προμηθέως· καὶ ὁ Ἡρακλῆς ὅτι ἐκεῖσε ἀφικόμενος, τόν τε ἀετὸν ἀπέκτεινε, καὶ τὸν Προμηθέα τῶν δεσμῶν ἀπέλυσε· τὸν δὲ Καύκασον τὸ ὄρος ἐκ τοῦ Πόντου ἐς τὰ πρὸς ἕω μέρη τῆς γῆς καὶ τὴν Παραπαμισαδῶν χώραν [15], ὡς ἐπὶ Ἰνδοὺς μεταγαγεῖν τῷ λόγῳ τοὺς Μακεδόνας, Παραπάμισον ὄντα τὸ ὄρος αὐτοὺς καλοῦντας Καύκασον, τῆς Ἀλεξάνδρου ἕνεκα δόξης, ὡς ὑπὲρ τὸν Καύκασον ἄρα ἐλθόντα Ἀλέξανδρον· ἔν τε αὐτῇ τῇ Ἰνδῶν γῇ βοῦς ἰδόντας ἐγκεκαυμένας ῥόπαλον, τεκμηριοῦσθαι ἐπὶ τῷδε, ὅτι Ἡρακλῆς ἐς Ἰνδοὺς ἀφίκετο. Ὅμοια δὲ καὶ ὑπὲρ Διονύσου τῆς πλάνης ἀπιστεῖ Ἐρατοσθένης· ἐμοὶ δὲ ἐν μέσῳ κείσθων οἱ ὑπὲρ τούτων λόγοι. Ἀλέξανδρος δὲ ὡς ἀφίκετο ἐπὶ τὸν Ἰνδὸν ποταμόν, καταλαμβάνει γέφυράν τε ἐπ' αὐτοῦ πεποιημένην πρὸς Ἡφαιστίωνος, καὶ πλοῖα πολλὰ μὲν σμικρότερα, δύο δὲ τριακοντόρους, καὶ παρὰ Ταξίλου τοῦ Ἰνδοῦ δῶρα ἥκοντα, ἀργυρίου μὲν τάλαντα ἐς διακόσια, ἱερεῖα δὲ βοῦς μὲν τρισχιλίους, πρόβατα δὲ ὑπὲρ μύρια, ἐλέφαντας δὲ ἐς τριάκοντα· καὶ ἱππεῖς δὲ ἑπτακόσιοι αὐτῷ Ἰνδῶν ἐς ξυμμαχίαν παρὰ Ταξίλου ἧκον· καὶ τὴν πόλιν Τάξιλα, τὴν μεγίστην μεταξὺ Ἰνδοῦ τε ποταμοῦ καὶ Ὑδάσπου, ὅτι αὐτῷ Ταξίλης ἐνδίδωσιν. Ἐνταῦθα θύει Ἀλέξανδρος τοῖς θεοῖς ὅσοις αὐτῷ νόμος, καὶ ἀγῶνα ποιεῖ γυμνικὸν καὶ ἱππικὸν ἐπὶ τῷ ποταμῷ, καὶ γίγνεται αὐτῷ ἐπὶ τῇ διαβάσει τὰ ἱερά. Ὁ δ' Ἰνδὸς ποταμὸς ὅτι μέγιστος ποταμῶν ἐστι τῶν κατὰ τὴν Ἀσίαν τε καὶ τὴν Εὐρώπην, πλὴν Γάγγου, καὶ τούτου Ἰνδοῦ ποταμοῦ. Καὶ ὅτι αἱ πηγαὶ εἰσὶν αὐτῷ ἐπὶ τάδε τοῦ ὄρους τοῦ Παραπαμίσου ἢ Καυκάσου·

cuique per me integrum sit, fidem prout velit aut tribuere aut derogare. Neque vero Eratostheni Cyrenæo prorsus assentior, qui auctor est, quicquid honoris numini à Macedonibus delatum fuit, in gratiam Alexandri fastu quodam, faustis acclamationibus adhibitis, factitatum fuisse. Dicit etiam Macedonas specum quandam apud Parapamisadas conspicatos, fabulà quadam ab incolis audità, aut ab ipsismet confictà, sparsisse specum illam Promethei antrum esse, ubi religatus olim is fuit, aquilamque eò venire solitam quæ ejus viscera depasceretur: Herculis autem interventu aquilam interfectam, & Prometheum vinculis solutum. Caucasum montem ex Ponto ad orientales terræ partes & Parapamisadarum regionem, ad Indos nimirum eà ratione Macedones suis sermonibus transferre, & Parapamisum montem Caucasum vocare in Alexandri gloriam, utpote qui Caucasum superarit. quumque in eadem Indorum regione boves vidissent, quibus clavæ inustæ essent, ex hoc conjectasse Herculem ad Indos pervenisse. Similia de Dionysi peregrinatione Eratosthenes improbat. Mihi vero hac de re sermo in medio relinquendus videtur. Alexander ubi ad Indum pervenit, pontem jam ab Hephæstione perfectum reperit, multaque minora navigia, duas vero naves triginta remorum. adhæc dona à Taxile Indo allata, argenti talenta cc, animalium boves ad IIIM, oves ultra XM, elephantos XXX. Equites etiam DCC Indi à Taxile auxilio missi. urbis quoque Taxilorum, quæ inter Indum & Hydaspem fluvios maxima est, Taxiles deditionem fecit. Alexander ibi diis quibus consueverat sacrificio facto, ludos gymnicos & equestres ad flumen edidit. exta felicem transitum portenderunt. Indus porro omnium Asiæ atque Europæ fluviorum maximus est, præter Gangem, qui etiam Indiæ fluvius est. Fontes ejus ex Parapamisi vel Caucasi montis citeriore parte

supponi alius quam semper vel intensissimus, quem omnino supponunt similia verba [illegible] apud Herodotum, [illegible] apud Dionysium Longinum, unde Diodorus Siculus IV, pag. 211 [illegible]. Sicut Longus jungit in Pastoralibus lib. III pag. 103. [illegible]. Etiam Hesychius, [illegible]. Hinc videtur in Inscriptione poni IOVI EIAZIO apud Capaccium hist. Neapol. lib. I pag. 213, ubi Sabazium alii, ipse Abazium cogitat aut Jovem permittentem ab [illegible], vel stabilientem ab [illegible]. Non potest melius converti, quam ex Justino *sacris Deum ululatibus clamasse*, aut *venerari Deum* ex Livio I, 5, *ut nudi juvenes Lyceum Pana venerantes per lusum atque lasciviam currerent*. Aut si proprie malis, Evoe & Bacche *clamasse*. In hac meditatione deinde ne unus quidem ex isto gregali codicum scriptorum cumulo aliquid opis mihi ferre voluit, omnibus corrumpi se & vitiari passis. Sed solus ille, quem voco jure Optimum, quum plane exhiberet istud [illegible], non abstinui, quin suo loco iterum fulgere ad decus Arriani & fidem chirographi ejus mea opera curarem; ut appareat, quanta fuerit differentia inter librarios & exemplaria.

15 Παραπαμισαδῶν χώραν] Suavissime MS. Opt. Παραπαμισάδα χώραν, ut Oὐνιὰς ἡ χώρα dicitur etiam Stephano, unde & populus & urbs Oὐνιάδαι.

καὶ ὅτι ἐκδιδοῖ ἐς τὴν μεγάλην θάλασσαν τὴν κατὰ Ἰνδοὺς, ὡς ἐπὶ νότον ἄνεμον· καὶ ὅτι δίστομός ἐστιν ὁ Ἰνδὸς, καὶ αἱ ἐκβολαὶ αὐτοῦ ἀμφότεραι τεναγώδεες, καθάπερ αἱ πέντε τοῦ Ἴστρου· καὶ ὅτι Δέλτα ποιεῖ καὶ αὐτὸς ἐν τῇ Ἰνδῶν γῇ, τῷ Αἰγυπτίῳ Δέλτα[16] παραπλήσιον, καὶ τοῦτο Πάταλα καλέεται τῇ Ἰνδῶν φωνῇ. Ταῦτα μὲν ὑπὲρ τοῦ Ἰνδοῦ τὰ μάλιστα οὐκ ἀμφίλογα καὶ ἐμοὶ ἀναγεγράφθω· ἐπεὶ καὶ ὁ Ὑδάσπης, καὶ Ἀκεσίνης, καὶ Ὑδραώτης, καὶ Ὕφασις, καὶ οὗτοι Ἰνδοὶ ποταμοὶ ἐόντες, τῶν μὲν ἄλλων τῶν Ἀσιανῶν ποταμῶν πολύ τι κατὰ μέγεθος ὑπερφέρουσι· τοῦ Ἰνδοῦ ποταμοῦ δὲ μείονες[17] εἰσὶ, καὶ πολὺ δὴ μείονες, ὅπου καὶ αὐτὸς ὁ Ἰνδὸς τοῦ Γάγγου. Καὶ Κτησίας (εἰ δή τῳ ἱκανὸς καὶ Κτησίας ἐς τεκμηρίωσιν) ἵνα μὲν στεινότατος αὐτὸς αὐτοῦ ὁ Ἰνδός ἐστι, τεσσαράκοντα σταδίους ὅτι διέχουσιν αὐτῷ αἱ ὄχθαι· ἵνα δὲ πλατύτατος, καὶ ἑκατόν· τὸ πολὺ δ' εἶναι[18] αὐτοῦ τὸ μέσον τούτοιν. Τοῦτον τὸν ποταμὸν Ἰνδὸν ὑπὸ τὴν ἕω διέβαινε ξὺν τῇ στρατιῇ Ἀλέξανδρος ἐς τὴν Ἰνδῶν τὴν γῆν· ὑπὲρ ὧν ἐγὼ οὔτε οἵστισι νόμοισι διαχρέωνται ἐν τῇδε τῇ ξυγγραφῇ ἀνέγραψα, οὔτε ζῶα εἰ δή τινα ἄτοπα ἡ χώρα αὐτοῖς ἐκφέρει, οὔτε ἰχθύας ἢ κήτεα ὅσα ἢ οἷα ὁ Ἰνδὸς[19], ἢ ὁ Ὑδάσπης, ἢ ὁ Γάγγης, ἢ ἄλλοι Ἰνδῶν ποταμοὶ φέρουσιν, οὐδὲ τοὺς μύρμηκας, τοὺς τὸν χρυσὸν σφίσιν ἐργαζομένους, οὐδὲ τοὺς γρῦπας τοὺς φύλακας, οὐδὲ ὅσα ἄλλα ἐφ' ἡδονῇ μᾶλλόν τι πεποίηται, ἢ ἐς ἀφήγησιν τῶν ἐόντων· ὡς τά γε κατ' Ἰνδοὺς ὅσα ἀνάτοπα ψεύσωνται, οὐκ ἐξελεγχθησόμενα πρὸς οὐδαμῶν. Ἀλλὰ Ἀλέξανδρός γε καὶ οἱ ξὺν αὐτῷ στρατεύσαντες[20] τὰ πολλὰ ἐξήλεγξαν, ὅσα γε μὴν καὶ αὐτῶν ἔστιν οἳ ἐψεύσαντο[21]. Ἀλλ' χρυσὸς τε εἶναι

parte oriuntur, atque in Oceanum Indicum austrum versus fertur. Duo sunt ejus ostia eaque palustria, quemadmodum quinque Istri ostia: & Delta literæ figuram in regione Indorum cursu suo efficit, Ægyptio Delta similem, quod Indorum linguâ Patala vocatur. Atque hæc quidem de Indo flumine quæ maxime certa sunt mihi scripta sint. namque & Hydaspes & Acesines, itemque Hydraotes & Hyphasis Indiæ flumina quum sint, omnes quidem Asiæ fluvios magnitudine superant: sed Indo flumine minora sunt, & tanto quidem minora, quanto ipse Indus Gange minor est. Ac Ctesias quidem (si cui ejus auctoritas ad probandum sufficiat) affirmat Indi, quâ angustissimus is est, XL stadiorum latitudine ripas inter se distare: qua vero latissimus, etiam centum: maxima vero ex parte mediam inter hæc duo ipsius latitudinem esse. Hunc amnem Indum Alexander sub lucem cum exercitu trajecit in Indorum regionem: de quibus equidem, neque quibus legibus utantur in hac historiâ conscripsi, neque quæ monstra animalium ea regio ferat, neque pisces aut cete quæcunque aut Indus aut Hydaspes, aut Ganges, aut alii Indorum fluvii gignunt, neque formicas aurum ipsis operantes, neque gryphas custodes: quæ delectandi causâ potius, quam quod re verâ ita se habeant, scripta sunt; quippe quod quantumvis absurda de Indiis confingant, neminem sint habituri qui eos mendacii arguat. Cæterum Alexander & qui cum Alexandro militarunt, multa deprehenderunt quæ de ipsis nonnulli mentiti sunt. Indos enim, quos Ale-

16 Τῷ Αἰγυπτίῳ Δέλτα] MSS. quidam τῷ ἐν Αἰγύπτῳ Δ. Sed Optimus cum alio τῷ Αἰγυπτίῳ Δέλτα.

17 Τοῦ Ἰνδοῦ ποταμοῦ δὲ μείονες] Opt. τοῦ δὲ Ἰνδοῦ μείονες. Omissa voce ποταμοῦ, quod discriminis causa recte & studio videtur fecisse Arrianus.

18 Καὶ ἑκατὸν τὸ πολὺ δ' εἶναι] Quum sic viderem editum esse in ultima editione, atque etiam Vulcaniana, nec Græca intelligebam, & multo minus Latina, quæ istis professoribus tamen haud dubie fuerunt plana & perspicua, ut erant acuti, tanto magis, quia sic quoque ipsi pag. 354 hunc locum allegant in ista postrema editione. Sed quum cognoscerem hæc verba citari Eustathio ad Dionysium pag. 137, ita ut absolvat sensum post vocem ἑκατὸν, facile intellexi, quid vellet; tanto magis miratus, quod etiam recte στιγμὴν positam exhibeat post eandem vocem editio Basileensis: etiam sic consideravit verba ista Facius, etsi sequentia omiserit τὸ πολὺ δ' εἶναι αὐτοῦ τ. μ. τ. Nunc tamen & ab Vulcanio animadversa omnia & chirographo ejus correcta deprehendo, ut nunc ea præbemus. Interim hic subjici oportet verba Henr. Stephani, quæ is ad hanc annotationem Arriani, sed prave intellectam, edidit, colligens fragmenta Ctesiæ post Herodotum in editione Francofurt. p. 695. *An forte hic locus defectus, viri docti videant: mihi, credo, libere suspicionem meam indicare licet. Habes enim diserte initio excerptorum ex Indic. à Photio eadem quidem de latitudine τοῦ στενοῦ αὐτοῦ. Sed de eo ubi latissimus sit, καὶ διακοσίων σταδίων ait. quid itaque? Facile potuit excidere in Arriani libris numeri ducenarii nota σ', quæ reponi debeat. Sicque adhuc etiam plenius Ctesiæ sententiam expositam ibi habebimus. nimirum uti Indus angustissimus, XL stadiorum esse: ubi latissimus, CC: ubi medius, id est, nec angustissimus nec latissimus, plerunque C stadiorum esse. Sic ego suspicabar: alii dijudicent.* Quæ & satis ambigue scribuntur, & probant vitium distinctionis viro illi eximio non suboluisse. Certe verba ista καὶ ἑκατὸν τὸ πολὺ δ' εἶναι αὐτοῦ τὸ μέσον τούτοιν nec valere per se queunt, nec in tali sententia usurpari, quam in postremis edit. Porro ex MSStis plurimi habent paulo ante Κτησίας μὲν, εἰ δή τῳ. Certe illud præfixum vulgo καὶ omnino non est Arriani.

19 Κήτεα ὅσα ἢ ὁ Ἰνδὸς &c.] MS. unus ὅσα καὶ ὁ Ἰνδὸς, mendose. Alii ὅσα ἢ οἷα ὁ Ἰνδοί: Basileensis ὅσα ἢ ὁ Ἰνδός. Augustanus apud Vulcanium ὅσα καὶ οἷα: ut Nicander in Georgicis apud Scalig. ad Catalect. p. 41. Ἠὲ καὶ λευκὰ πίτυρα, καὶ παιδὸς ἔρωτος, Λευκοῖα τὰ ἀμφότερα ἐν καὶ κρίνος ὅσα μοῦνον Κύπριος τε, στεφάνωμα ὅσσα τε χ' οἷα Ἀστὴρ ἰαμεναῖος πίνακας ἀνδηίψαλε λειμῶν Κάλλευ. Sed unice verum retinuit Opt. ὅσα ἢ οἷα ὁ Ἰνδὸς, ut apparet ex hac ipsa varietate.

10 Οἱ ξὺν αὐτῷ στρατ.] MSS. omnes τούτῳ.

21 Ὅσα γε μὴν καὶ αὐτῶν ἔστιν οἳ ἐψεύσαντο] Nihil videas

εἶναι Ἰνδοὺς ἐξήλεγξαν, ὅσους τε δὴ Ἀλέξανδρος ξὺν τῇ στρατιᾷ ἐπῆλθε (πολλοὺς δὲ ἐπῆλθε) καὶ ἥκιστα χλιδῶντας κατὰ τὴν δίαιταν· ἀλλὰ μεγάλους μὲν τὰ σώματα, οἷα μεγίστους[22] τῶν κατὰ τὴν Ἀσίαν, πεντεπήχεις τοὺς πολλοὺς, ἢ ὀλίγον ἀποδέοντας· καὶ μελαντέρους τῶν ἄλλων ἀνθρώπων, πλὴν Αἰθιόπων, καὶ τὰ πολέμια πολύ τι γενναιοτάτους, τῶν γε δὴ τότε ἐποίκων[23] τῆς Ἀσίας. Τὸ γὰρ Περσῶν τῶν πάλαι, ξὺν οἷς ὁρμηθεὶς ὁ Κῦρος ὁ Καμβύσου Μήδους τε τὴν ἀρχὴν τῆς Ἀσίας ἀφείλετο, καὶ ἄλλα ἔθνη τὰ μὲν κατεστρέψατο, τὰ δὲ προσχωρήσαντα οἱ ἑκόντα κατέσχεν, οὐκ ἔχω ἀτρεκῶς ὥς γε δὴ πρὸς τὰ Ἰνδῶν ξυμβαλεῖν· καὶ γὰρ καὶ Πέρσαι τότε πένητές τε ἦσαν, καὶ χώρας τραχείας οἰκήτορες, καὶ νόμιμα σφίσιν ἦν, οἷα ἐγγύτατα εἶναι τῇ Λακωνικῇ παιδεύσει· τὸ δὲ τραῦμα τὸ γενόμενον Πέρσαις ἐν τῇ Σκυθικῇ γῇ, οὐδὲ τοῦτο ἔχω ἀτρεκῶς ξυμβαλεῖν, πότερα δυσχωρίαις ξυνενεχθεῖσιν, ἢ τινὶ ἄλλῃ Κύρου ἁμαρτίᾳ ξυνέβη, ἢ Σκυθῶν γε τῶν ταύτῃ κακίους τὰ πο-
5 λέμια Πέρσαι ἦσαν. Ἀλλ' ὑπὲρ Ἰνδῶν ἰδίᾳ μοι γεγράψεται, ὅσα πιστότατα ἐς ἀφήγησιν οἵ τε ξὺν Ἀλεξάνδρῳ στρατεύσαντες, καὶ ὁ ἐκπεριπλεύσας τῆς μεγάλης θαλάσσης τὸ κατ' Ἰνδοὺς Νέαρχος, ἐπειδὴ ὅσα[24] Μεγασθένης τε καὶ Ἐρατοσθένης δοκίμω ἄνδρε ξυνεγραψάτην· καὶ νόμιμα ἅττα Ἰνδοῖς ἐστι, καὶ εἰ δή τινα ἄτοπα ζῶα αὐτόθι φύεται, καὶ τὸν παράπλουν αὐτὸν τῆς ἔξω θαλάσσης. Νῦν δὲ ὅσον ἐς τὰ Ἀλεξάνδρου ἔργα ἀπόχρεων ἐφαίνετο, τοσόνδε μοι ἀναγεγράφθω· τὸν Ταῦρον τὸ ὄρος ἀπείργειν τὴν Ἀσίαν, ἀρχόμενον μὲν ἀπὸ Μυκάλης τοῦ κατ' ἀντικρὺ Σάμου τῆς νήσου ὄρους, ἀποτεμνόμενον δὲ τήν τε Παμφυλίαν καὶ Κιλικίαν[25] γῆν, ἔνθεν μὲν ὡς ἐς Ἀρμε-

Alexander cum exercitu adiit (multos autem adiit) aurum non habere, neque delicato victu uti compererunt. Cæterum grandibus quidem corporibus præditos esse, quippe qui maximi sint omnium Asiæ populorum, quinque cubitos aut paulo minus plerique alti, cæterisque mortalibus, exceptis Æthiopibus, nigriores. omnium etiam Asiæ populorum bellicosissimi. Nam Persas illos, quorum virtute olim Cyrus Cambysis Asiæ imperium Medis abstulit, aliasque gentes partim subegit, partim voluntariâ deditione recepit, non ausim in universum cum Indis comparare. Nam Persæ iis temporibus & inopes erant, & aspera loca colebant, & leges atque instituta habebant Laconicæ disciplinæ maxime consentanea. Clades vero quam Persæ in Scythicâ regione acceperunt, equidem pro certo affirmare non ausim, an iis quod locorum angustiis pressi essent, an aliâ quapiam Cyri culpâ acciderit, an quod Persæ Scythis illis bellicâ virtute inferiores fuerint. Cæterum de Indis seorsum scribam, 5 quæ narratu fideque dignissima tum ii qui cum Alexandro militarunt, tum Nearchus qui Oceani Indici oram pernavigavit, deinde quæ Megasthenes & Eratosthenes probatissimi autores memoriæ prodiderunt: Indorum etiam leges atque instituta, & si quæ illic monstrosa animalia nascantur, ipsam denique totius exterioris maris in orâ navigationem describam. In præsentiâ vero tantum quantum ad Alexandri res gestas pertinet, adscribendum mihi putavi. Taurus mons per omnem Asiam porrigitur, initio facto à Mycale monte qui est Samo insulæ oppositus: deinde Pamphyliam ac Ciliciam secans in Armeniam protenditur; ex

deas in Latinis, quod aut has voces exprimat, aut efficaciam totius periodi ostendat. Quid enim est, *quæ de ipsis nonnulli mentiti sunt*? quinam isti nonnulli? aut ad quos referendi? id enim Græca vox αὐτῶν addi postulat. Quin omnes, qui ante Alexandrum de Indis aliquid narraverunt, mentiti sunt. Itaque rectius mihi videbantur hæc ab Facio percepta, *præter ea quæ suorum quidam ementiti sunt*. Hanc enim plane sententiam ista Græca exhibent, ut dicat Arrianus nonnulla sane etiam quosdam eorum, nempe qui cum Alexandro militaverunt, mentitos esse. Nam illud *præter ea* ex se nectendi gratia addidisse videtur Facius, quum in Græcis non sint. Verum adeo una literula insulse apposita rem omnem pervertit. Scribendum enim ὅσα γε μὴ καὶ, ut est in Optimo pluribusque aliis MSS. & vertendum: *multa deprehenderunt, nisi quæ nonnullis quoque illorum placuit comminisci*. Inquit enim Arrianus omnes fabulas de Indis esse satis patefactas ab Alexandri commilitonibus, nisi si quos & ipsi fictis narrationibus ludos ac risus sparserunt, hominum infantiam frustrantes, prout omnes in eis culpaverunt, & simillimus Arriano arbiter Strabo lib. XVII pag. 813 & hinc adscribenda verba: Διελέγχει δὲ μάλιστα τοῦτο οἱ τὰς Ἀλεξάνδρου πράξεις ἀναγράψαντες, προελόμενοι μὲν πολλὰ καὶ τὸ τῆς κολακείας εἶδος, ἰσοβαλεῖς δ' ἔτι καὶ πίστεως ἄξιοι.

22 Οἷα μεγίστους] MS. Opt. & alii οἷος.

23 Γενναιοτάτους τῶν γε δὴ τότε ἐποίκων] Plus tribuunt his interpretes quam Arrianus. Vulcanius: *omnium etiam Asiæ populorum bellicosissimi*. Facius. *In bello autem longe strenuiores ceteris Asiam colentibus*. Hoc patiantur & concedant Parthi tanto imperio condito? atque adeo & his Indis subactis? Immo Arrianus restringit plane id quod dicit ad tempora Alexandri. Illud τότε perperam & pessime omittunt.

24 Ἐπειδὴ ὅσα] Nec hoc Arriani est. MSS. quidam ἐπεὶ δὴ, alii illud δὴ ignorant. Lege igitur cum Optimo ἐπὶ δὴ ὅσα, *insuper vero quæcunque*.

25 Παμφυλίαν καὶ Κιλικίαν] MSS. prorsus omnes Παμφύλων. Non aliter editio Basileensis. Quanta igitur insulsitas eorum & qui mutavit & qui nuper secutus est? At in Indicis cap. 2 κατὰ Παμφύλους τε καὶ Λυκίους καὶ Κίλικας; Cur non & illic temeraverunt? Vitiose postea χαρασμίους, quod servant editiones omnes, interpretationesque constanter *Charasmios*, pro χωρασμίους, ut habet manifeste liber Opt. Non enim scribitur χωρασμ. per ο μικρὸν, ut nuper hic notatum est ab homine Geographici vultus, qui ex reliquis fere omnibus id dicit se habere, quos ego nescio.

Ἀρμενίαν παρήκει· ἀπὸ δ' Ἀρμενίας ὡς ἐπὶ Μηδίαν παρὰ Παρθυαίους τε καὶ Χορασμίους· κατὰ δὲ Βακτρίους ξυμβάλλειν τῷ Παραπαμίσῳ ὄρει, ὃ δὴ Καύκασον ἐκάλουν οἱ ξὺν Ἀλεξάνδρῳ ξυστρατεύσαντες[26] Μακεδόνες (ὡς μὲν λέγεται) τὰ Ἀλεξάνδρου αὔξοντες, ὅτι δὴ καὶ ἐπέκεινα ἄρα τοῦ Καυκάσου κρατοῦντι τοῖς ὅπλοις ἦλθεν Ἀλέξανδρος· τυχὸν δὲ καὶ ξυνεχὲς τυγχάνει ὂν τοῦτο τὸ ὄρος τῷ ἄλλῳ τῷ Σκυθῶν Καυκάσῳ[27], καθάπερ αὐτῷ οὗτος ὁ Ταῦρος· καὶ ἐμοὶ αὐτῷ πρότερόν ποτε ἐπὶ τῷδε λέλεκται Καύκασος τὸ ὄρος τοῦτο, καὶ ὕστερον τῷδε τῷ ὀνόματι κληθήσεται· τὸν δὲ Καύκασον τοῦτον καθήκειν ἔστε ἐπὶ μεγάλην τὴν πρὸς ἕω τε καὶ Ἰνδοὺς θάλασσαν[28]. Τοὺς οὖν ποταμοὺς ὅσοι κατὰ τὴν Ἀσίαν λόγου ἄξιοι, ἐκ τοῦ Ταύρου τε καὶ τοῦ Καυκάσου ἀνίσχοντας, τοὺς μὲν ὡς ἐπ' ἄρκτον τετραμμένον ἔχειν τὸ ὕδωρ, καὶ τούτων τοὺς μὲν ἐς τὴν λίμνην ἐκδιδόναι τὴν Μαιῶτιν, τοὺς δ' ἐς τὴν Ὑρκανίαν καλουμένην θάλασσαν, καὶ ταύτην κόλπον οὖσαν τῆς μεγάλης θαλάσσης· τοὺς δὲ ὡς ἐπὶ νότον ἄνεμον, τὸν Εὐφράτην τε εἶναι καὶ τὸν Τίγρητα, καὶ τὸν Ἰνδόν τε, καὶ τὸν Ὑδάσπην, καὶ Ἀκεσίνην, καὶ Ὑδραώτην, καὶ Ὕφασιν, καὶ ὅσοι ἐν μέσῳ τούτων τε καὶ τοῦ Γάγγου ποταμοῦ ἐς θάλασσαν καὶ οὗτοι ἐσβάλλουσιν· ἢ εἰς τεναγώδη[29] ἀναχεόμενοι ἀφανίζονται, καθάπερ ὁ Εὐφράτης ποταμὸς ἀφανίζεται. 6 Ὅτῳ δὴ τὰ τῆς Ἀσίας ὧδε ἔχει, ὡς πρὸς τοῦ Ταύρου τε καὶ τοῦ Καυκάσου τέμνεσθαι ἀπ' ἀνέμου ζεφύρου, ὡς ἐπ' ἀπηλιώτην[30] ἄνεμον τὴν Ἀσίαν· τούτῳ δύο μὲν αὗται μέγισται πρὸς αὐτοῦ τοῦ Ταύρου τῆς Ἀσίας μοῖραι γίγνονται, ἡ μὲν πρὸς μεσημβρίαν τε καὶ νότον ἄνεμον τοῦ Ταύρου[31] κεκλι-

ex Armeniis in Mediam trans Parthos & Chorasmios penetrat. ac circa Bactrianos Parapamiso monti committitur, quem Macedones Alexandro militantes Caucasum appellabant, studio (ut fertur) Alexandri res gestas amplificandi. quasi Caucasum continuatâ victoriâ Alexander superasset. Fieri autem potest, ut hic ipse mons cum altero Scytharum Caucaso coeat, quemadmodum Taurus cum hoc, atque ego quidem ipse idcirco superius hunc montem Caucasum vocavi, & deinceps hoc nomine appellabo. Porro Caucasus hic Orientem versus ad Oceanum Indicum pertinet. Omnes itaque fluvii quotquot per Asiam celebres sunt ex Tauro & Caucaso orientes, alii quidem in Septentrionem aquas volvunt, eorumque nonnulli in Mæotim paludem feruntur; alii vero in Hyrcanium mare, Oceani sinum, labuntur; alii austrum versus fluunt: ii sunt Euphrates, Tigris, Indus, Hydaspes, Acesines, Hydraotes, Hyphasis, denique quotquot medii inter hos & Gangem in mare feruntur; aut per palustria loca occulto meatu sub terris labuntur, quemadmodum Euphrates fluvius se condit. Qua igitur Asiæ situs ita 6 se habet, ut Taurus & Caucasus eam ab zephyro in subsolanum scindat, illac duæ hæ maximæ totius Asiæ partes à Tauro fiunt. hæc quidem meridiem & notum, altera

26 Οἱ ξὺν Ἀλεξάνδρῳ ξυστρατ.] Optimus cum duobus aliis οἱ Ἀλεξάνδρῳ ξυστρ. etsi paulo ante non discedant ab aliis. Certe hanc loquutionem præpositam fuisse ab auctore, nec placuisse iterationem patuit jam capite 19 libri præcedentis.

27 Τῷ ἄλλῳ τῷ Σκυθῶν Καυκάσῳ] Basil. edit. τῷ Σκυθῶν καὶ Καυκ. Sed MS. Opt. τῷ ἄλλῳ Σκυθικῷ Καυκ. Dein omnes cum eadem editione καθάπερ οὖν αὐτῷ, quod coactus fui restituere, ubi vulgo οὖν ignorant.

28 Τὴν πρὸς ἕω τε καὶ Ἰνδοὺς θάλασσαν] Acumen Vulcanii nullum video, vertentis, *orientem versus ad oceanum Indicum pertingit*. Nam nec Caucasus ad oceanum Indicum pertinet, nec quod orientem versus pergit, potest dici pertinens ad oceanum Indicum. Facius: *Hic igitur Caucasus ad Oceanum orientalem & Indos perpetuo dorso protenditur*. Ne hoc quidem est, quod dicit Arrianus, sed ut Justinus scribit XII, 7 Indiam ab Alexandro petitam, ut Oceano ultimoque Oriente finiret imperium, sic hunc Caucasum pertinere ad magnum mare, quod & Orientem versus est & Indos.

29 Εἰς τεναγώδη] Ita nullus antiquorum, in quibus omnibus vel est τενάγεα, vel τενάγη, quomodo Optimus quoque & V. C. apud Vulcanium. Cæterum quæcunque hæc varietas aut emendatio est, ea nihil pertinet ad sententiam loci, quam nollem hoc modo expressam fuisse ab viro doctissimo, prout videmus omnino non congruam Græcis, & quam non ipse perpensitans excogitavit, sed incredibili quadam ratione mutuatus fuit ab Facio, cujus hæc verba sunt: *aut in plano refusa, cursumque sistentia, veluti Euphrates, occulto meatu sub terris labuntur*. Vides illud *sub terris* plane non dici in Græcis, nec *occultus meatus* hoc loco convenit, quem Pomponius Mela 3, 9 unice exprimit *despectus emoritur, & nusquam manifesto exitu effluit, ut alii amnes, sed deficit*. Sic Arrianus dicit *in palustria diffusi exstinguuntur*.

30 Τέμνεσθαι ὑπ' ἀνέμου ζεφύρου ὡς ἐπ' ἀπηλιώτην] Turbantur hîc interpretes. Quum enim Facius dedisset interpretationem insipidam, *Quod ante Taurum & Caucasum à Zephyro vento in subsolanum scinditur*, unde apparet eum legisse πρὸ τοῦ T. quod in uno MS. inveni, quod etiam Vulcanius margini editionis suæ postea sic adscripsit *al.* πρὸ, sed nugatorium; ita commode conatus fuit mitigare Vulcanius. Unde igitur in editionem ejus & hinc in Amstelodamensem venit illud ὑπ' ἀνέμου, quum in omnibus antiquis legatur ἀπ', prout exstat quoque in editione Basileensi; immo & ipse mox Vulcanius annotavit, ut debuerit sancte retineri, ipso sensu postulante? Sed in proximis verbis præterea unus ille Optimus, aliis omnibus male conspirantibus in vulgatum, habet ὡς ἐς ἀπηλιώτην. De quo nequit ambigi. Et mox complures ἡ μὲν ἐς μεσημβρίαν τε καὶ πρὸς νότον.

31 Νότον ἄνεμον τοῦ Ταύρου] Omisit Vulcanius duas postremas voces in interpretatione. Facius vero sic amplificat, *una quidem in meridiem ac notum, eaque à Tauro clauditur*. MSSti nihil discrepant. Sed tamen nec νότος potest dici ἄνεμος τοῦ Ταύρου, nec Græca admittunt Facianum vertendi modum; & licet hic inde expediri posset, tamen ineptus est nugaxque, quum Asiæ pars ad meridiem vergens non magis claudatur à Tauro, quam

κλιμένη, ἡ δὲ ἐπ' ἄρκτον τε καὶ ἄνεμον βορρᾶν. Τῆς δὲ ὡς ἐπὶ νότον Ἀσίας τετραχῆ αὖ τεμνομένης, μεγίστην μὲν μοῖραν τὴν Ἰνδῶν γῆν ποιεῖ Ἐρατοσθένης τε καὶ Μεγασθένης, ὃς ξυνῆν μὲν Σιβυρτίῳ τῷ σατράπῃ τῆς Ἀραχωσίας· πολλάκις δὲ λέγει ἀφικέσθαι παρὰ Σανδράκοττον [32] τὸν Ἰνδῶν βασιλέα· ἐλαχίστην δὲ ὅσην ὁ Εὐφράτης ποταμὸς ἀπείργει ὡς πρὸς τὴν ἡμετέραν θάλασσαν· δύο δὲ αἱ μεταξὺ Εὐφράτου τε ποταμοῦ καὶ τοῦ Ἰνδοῦ ἀπειργόμεναι, αἱ δύο ξυντεθεῖσαι μόλις ἄξιαι τῇ Ἰνδῶν γῇ ξυμβαλεῖν· ἀπείργεσθαι δὲ τὴν Ἰνδῶν χώραν πρὸς μὲν ἕω τε καὶ ἀφηλιώτην ἄνεμον, ἔστ' ἐπὶ τὴν μεσημβρίαν τῇ μεγάλῃ θαλάσσῃ· τὸ πρὸς βορρᾶν δὲ αὐτῆς ἀπείργειν τὸν Καύκασον τὸ ὄρος, ἔστ' ἐπὶ τοῦ Ταύρου τὴν ξυμβολήν· τὴν δὲ ὡς πρὸς ἑσπέραν [33] τε καὶ ἄνεμον Ἰάπυγα ἔστ' ἐπὶ τὴν μεγάλην θάλασσαν, ὁ Ἰνδὸς ποταμὸς ἀποτέμνεται. Καὶ ἔστι πεδίον ἡ πολλὴ αὐτῆς· καὶ τοῦτο (ὡς εἰκάζουσιν) ἐκ τῶν ποταμῶν προσκεχωσμένον· εἶναι γὰρ δὴ καὶ τῆς ἄλλης χώρας ὅσα πεδία οὐ πρόσω θαλάσσης τὰ πολλὰ τῶν ποταμῶν παρ' ἑκάστοις ποιήματα, ὥς τε καὶ χώρας τὴν ἐπωνυμίαν τοῖς ποταμοῖς ἐκ παλαιοῦ προσκεῖσθαι, καθάπερ Ἕρμου τέ τι πεδίον λέγεσθαι, ὃς κατὰ τὴν Ἀσίαν γῆν ἀνίσχων ἐξ ὄρους Μητρὸς Δινδυμήνης, παρὰ πόλιν Σμύρναν [34] Αἰολικὴν ἐκδιδοῖ ἐς θάλασσαν· καὶ ἄλλο Καΰστρου πεδίον Λύδιον, ἀπὸ Λυδίου ποταμοῦ, καὶ Καΐκου ἄλλο ἐν Μυσίᾳ, καὶ Μαιάνδρου τὸ Καρικόν, ἔστ' ἐπὶ Μίλητον πόλιν Ἰωνικήν. Αἴγυπτον Ἡρόδοτός τε καὶ Ἑκαταῖος οἱ λογοποιοὶ (ἢ εἰ δή του ἄλλου ἢ Ἑκαταίου ἐστὶ τὰ ἀμφὶ τῇ γῇ τῇ Αἰγυπτίᾳ ποιήματα) δῶρόν τε τοῦ ποταμοῦ ἀμφότεροι ὡσαύτως ὀνομάζουσι, καὶ οὐκ ἀμαυροῖς τεκμηρίοις ὅτι ταύτῃ ἔχει Ἡροδότῳ ἐπιδέδεικται· ὡς καὶ τὴν γῆν αὐτὴν τυχὸν ποταμοῦ εἶναι ἐπώνυμον. Αἴγυπτος γὰρ τὸ παλαιὸν ὁ ποταμὸς ὅτι ἐκαλεῖτο, ὅντινα νῦν Νεῖλον Αἰγύπτιοί τε καὶ οἱ ἔξω Αἰγύπτου ἄνθρωποι ὀνομάζουσιν, ἱκανὸς τεκμηριῶσαι Ὅμηρος, λέγων ἐπὶ τῇ ἐκβολῇ τοῦ Αἰγύπτου ποταμοῦ τὸν Μενέλεων στῆσαι τὰς νέας. Εἰ δὴ οὖν εἷς τε ποταμὸς παρ' ἑκάστοις, καὶ οὐ μεγάλοι οὗτοι ποταμοί, ἱκανοὶ γῆν πολλὴν ποιῆσαι [35], ἐς θάλασσαν προχεόμενοι, ὁπότε ἰλὺν καταφέροιεν καὶ πηλὸν ἐκ τῶν ἄνω τόπων, ἔνθεν περ αὐτοῖς αἱ πηγαί εἰσιν,

altera septentrionem ac boream spectans. Porro Asiæ quæ ad austrum vergit, quæ & ipsa in quatuor partes scinditur, maximam partem esse statuit Indorum regionem Eratosthenes & Megasthenes: qui quidem quum apud Sibyrtium Arachosiorum satrapam degeret, frequenter se ad Sandracottum Indorum regem commeasse scribit: minimam vero, quam Euphrates intersecat, ad nostrum mare conversam: reliquas duas inter Euphratem & Indum positas, si conjungantur, vix dignas esse quæ Indorum regioni comparentur. Terminari autem Indiam, orientem & subsolanum versus, adusque meridiem, Oceano: à septentrione vero; Caucaso monte, ad Tauri usque confinia: ab occidente & Japyge vento, ad Oceanum usque, Indo amne distingui. magnamque ejus partem planam & campestrem esse; quæ quidem planities (ut suspicantur) ab ipsis fluminibus terram suâ alluvione accumulantibus fit, quemadmodum reliqua campestria loca non procul à mari sita planitiem suam fluminum alluvionibus debent. adeo ut regionum ipsarum appellationes fluminibus jam olim inditæ sint: quemadmodum Hermi campus dicitur, qui amnis in Asiâ oriens ex monte Matris Dindymenes, ad Smyrnam urbem Æolicam in mare fluit. item Caystri campus Lydius, à Lydio flumine, & Caici alius in Mysiâ, & Mæandri in Cariâ, Miletum Ionicam urbem usque. Ægyptum quoque Herodotus & Hecatæus historiarum scriptores, (nisi alterius cujuspiam quam Hecatæi sint illa de regione Ægypti scripta) fluminis donum eodem modo appellant: neque inanibus argumentis Herodotus id ita esse demonstrat, adeo ut & regioni ipsi fortasse fluminis nomen inditum sit. Quod autem amnis hic olim Ægyptus vocatus sit, quem nunc Ægyptii pariter reliquæque extra Ægyptum gentes Nilum appellant, Homeri auctoritas satis probaverit, qui Menelaum ad Ægypti fluminis ostium classem constituisse commemorat. Si igitur singuli amnes, neque ii quidem magni, id præstant, ut in mare prolabentes, quum multum luti atque limi secum ex superioribus locis ubi fontes eorum oriuntur trahant, multum terræ suâ alluvione regioni addant: certe non

quam altera Borealis, quæ utique etiam Tauro eodem finitur. Sententia postulat, *hæc quidem ad meridiem & notum ventum respectu Tauri vergens.*

32 Παρὰ Σανδράκοττον] Vulcanius in ora sua notavit Σανδρόκοττον, quod non memini me in MSS. vidisse, sed Σανδράκοττον, quod debui restituere.

33 Τὴν δὲ ὡς πρὸς ἑσπέραν] Particula ὡς abest ab Opt. qui etiam infra habet τὰ πολλὰ τῶν ποταμῶν παρ' ἑκάστοις ποιήματα.

34 Παρὰ πόλιν Σμύρναν] Itaque huc pertinet ille nummus tempore Flaviorum cusus apud hoc genus amatores notus, in quo est fluvii suetus typus, cum inscriptione ΣΜΥΡΝΑΙΩΝ ΕΡΜΟΣ.

35 Γῆν πολλὴν ποιῆσαι] MSS. omnes ποιῆσαι. Optimus vero etiam antea habebat *Αἰγυπτίων τε Ἡρόδοτός τε καὶ Ἑκαταῖος.*

εἶναι, οὐδ' ὑπὲρ τῆς Ἰνδῶν ἄρα χώρας ἐς ἀπιστίαν εἶναι ἄξιον, ὅπως πεδίον τε ἡ πολλή ἐστι, καὶ ἐκ τῶν ποταμῶν τὸ πεδίον ἔχει προσκεχωσμένον. Ἕρμον μὲν γάρ, καὶ Καΰστρον, καὶ Κάϊκόν τε καὶ Μαίανδρον, ἢ ὅσοι πολλοὶ ποταμοὶ τῆς Ἀσίας ἐς τήνδε τὴν ἐντὸς θάλασσαν ἐκδιδοῦσιν, οὐδὲ ξύμπαντας ξυντεθέντας ἑνὶ τῶν Ἰνδῶν ἄξιον[36] ξυμβαλεῖν πλήθους ἕνεκα τοῦ ὕδατος, μὴ ὅτι τῷ Γάγγῃ τῷ μεγίστῳ, ὅτῳ οὔτε Νείλου ὕδωρ τοῦ Αἰγυπτίου οὔτε ὁ Ἴστρος ὁ κατὰ τὴν Εὐρώπην ῥέων ἄξιοι ξυμβαλεῖν· ἀλλ' οὐδὲ τῷ Ἰνδῷ ποταμῷ, ἐκεῖνοί γε πάντες ξυμμιχθέντες, ἐς ἴσον ἔρχονται[37]· ὃς μέγας τε εὐθὺς ἀπὸ τῶν πηγῶν ἀνίσχει, καὶ πεντεκαίδεκα ποταμοὺς πάντας τῶν Ἀσιανῶν μείζονας[38] παραλαβών, καὶ τῇ ἐπωνυμίᾳ κρατήσας, οὕτως ἐκδιδοῖ ἐς θάλασσαν. Ταῦτά μοι ἐν τῷ παρόντι περὶ Ἰνδῶν τῆς χώρας λελέχθω· τὰ δὲ ἄλλα ἀποκείσθω ἐς τὴν Ἰνδικὴν ξυγγραφήν. 7 Τὸ δὲ ζεῦγμα τὸ ἐπὶ τοῦ Ἰνδοῦ ποταμοῦ, ὅπως μὲν ἐποιήθη Ἀλεξάνδρῳ, οὔτε Ἀριστόβουλος οὔτε Πτολεμαῖος, οἷς μάλιστα ἐγὼ ἕπομαι, λέγουσιν· οὐδὲ αὐτὸς ἔχω ἀτρεκῶς εἰκάσαι, πότερα πλοίοις ἐζεύχθη ὁ πόρος, καθάπερ ὁ Ἑλλήσποντός[39] τε πρὸς Ξέρξου, καὶ ὁ Βόσπορός τε καὶ ὁ Ἴστρος πρὸς Δαρείου, ἢ γέφυρα κατὰ τοῦ ποταμοῦ διηνεκὴς ἐποιήθη αὐτῷ. Δοκεῖ δὲ ἐμοί γε πλοίοις μᾶλλον ζευχθῆναι· οὐ γὰρ ἂν δέξασθαι γέφυραν τὸ βάθος τοῦ ὕδατος, οὐδ' ἂν ἐν τοσῷδε χρόνῳ ἔργον οὕτως ἄτοπον ξυντελεσθῆναι. Εἰ δὲ δὴ πλοίοις ἐζεύχθη ὁ πόρος, πότερα ξυντεθεῖσαι αἱ νῆες σχοίνοις καὶ κατὰ στοῖχον ὁρμισθεῖσαι ἐς τὸ ζεῦγμα ἀπήρκεσαν, (ὡς λέγει Ἡρόδοτος ζευχθῆναι τὸν Ἑλλήσποντον) ἢ ὅτῳ τρόπῳ Ῥωμαίοις ἐπὶ τῷ Ἴστρῳ ποταμῷ ζεῦγμα ποιεῖσθαι, καὶ ἐπὶ τῷ Ῥήνῳ τῷ Κελτικῷ, καὶ τὸν Εὐφράτην καὶ τὸν Τίγρητα ὁσάκις κατέλαβεν αὐτοὺς ἀνάγκη ἐγεφύρωσαν[40], οὐδὲ τοῦτο ἔχω ξυμβαλεῖν· καίτοι γε ταχυτάτην, ὡς ἐγὼ οἶδα, Ῥωμαίοις ἡ γεφύρωσις ἡ διὰ τῶν νεῶν γίγνεται· καὶ ταύτην ἐγὼ ἀφηγήσομαι ἐν τῷ παρόντι, ὅτι λόγου

non video cur non idem de Indorum regione credi possit, quandoquidem magnâ ex parte campestris est, & fluvii in ejus campos alluvionem faciunt. Hermum enim & Caystrum, & Caicum, ac Mæandrum, reliquosque Asiæ fluvios qui in mare interius feruntur, ne si omnes quidem conjunxeris, digni sint qui uni Indorum flumini aquarum copiâ conferantur: nedum Gangi maximo, cui neque Nili Ægyptii fluenta, neque Ister per Europam fluens comparari possunt. Sed ne ii quidem omnes si simul misceantur, Indum æquant, qui magnus statim ab ipsis fontibus erumpens, & XV majoribus, quam est quodlibet ex illis Asiaticis, fluminibus in se receptis, nomen suum perpetuo retinens in mare contendit. Atque hæc quidem in præsentiâ de Indorum regione dixisse sufficiat. reliqua in historiam Indicam rejiciantur. Quonam au- 7 tem modo Alexander Indum amnem ponte junxerit, neque Aristobulus neque Ptolemæus, quos ego maxime secutus sum, scribunt. neque ego certi aliquid affirmare ausim, an navigiis pons junctus fuerit, quemadmodum Hellespontus à Xerxe, & Bosporus ac Ister à Dario: an vero continuus pons flumini impositus fuerit. Mihi certe probabilius videtur navibus junctum fuisse. neque enim pontem jaci pateretur amnis altitudo: neque adeo brevi temporis spatio tam ingens opus perfici potuisset. At si omnino navigiis pons junctus fuit, an ea rudentibus colligata atque ita in ordinem ducta ponti jungendo suffecerint (ut Herodotus testatur Hellespontum ponte stratum fuisse) an vero eâ ratione quâ Romani Istrum aut Rhenum Celticum ponte junxerunt, & per Euphratem ac Tigrim quoties necesse fuit pontem duxerunt, ne hoc quidem ipsum compertum habeo. Porro celerrima expeditissimaque est Romanis, quod nôrim, struendorum pontium in navibus ratio: quam quidem ego, quod commemoratu digna est, hic recensebo. Naves

36 Ἑνὶ τῶν Ἰνδῶν ἄξιον] MS. Opt. Ἰνδῶν ποταμῶν ἄξιον. Nam quod paulo ante habent cum illo alii veteres Ἕρμον μὲν γὰρ omnino posui, quum media vocula omitti soleat.

37 Ἴσον ἔρχονται] Etsi vel maxime placeret hæc locutio, quam video exstare in omnibus editionibus, tanti tamen non est, ut omnium MSS. auctoritati anteponatur, in quibus est ἐς ἴσον ἔρχ. Typorum scilicet ea licentia est, ut vocem optimam intercipiant. Sic VII, 23 εἶναι ἐς ἀμφίλογον. In Indic. cap. 4. τῷ Ἰνδῷ ἐς ταυτὸν ἔρχεσθαι. Pro eo scribit lib. II de Alexandro ad Ciliciæ pylas tendente ἐς ἴσον δὴ αὐτῷ κατέστη ἡ τόλμα. Vulcanius nihil nisi comma ante vocem ἴσον delevit.

38 Πεντεκαίδεκα ποταμοὺς πάντας τῶν Ἀσιανῶν μείζονας] Facius: XV *magnis omnibus in se receptis*, omissis τῶν Ἀσιανῶν. Vulcanius: *& XV ex majoribus Asiæ fluminibus in se rec.* Non satis exprimitur asseveratio Græci scriptoris, qui vocem μείζονας non ita absolute usurpat, sed comparate, ut solet, ad illa flumina Asiæ, quæ nominavit, quorum singula negat æquare magnitudinem cujusque ex illis XV fluviis, qui in Indum se conferunt.

39 Καθάπερ ὁ Ἑλλήσποντος.] MSS. omnes καθάπερ.

40 Καὶ τὸν Εὐφράτην ἐγεφύρωσαν] Ut apud Tacitum VI ann. 37. *Ponte navibus effecto, transmissoque exercitu.* Et XIII, 7. *Simul pontes per amnem Euphraten jungi.* Cui primus exemplum dedit Pompejus, ut docent verba Flori nota & citata jam Lipsio libri II Poliorcet. capite ultimo, quod aliquoties debebimus huc advocare: & docet urbs Zeugma.

λόγου ἐστὶν ἄξια [41]. Αἱ νῆες αὐτοῖς κατὰ πόρον ἀφίενται ἀπὸ ξυνθήματος, οὐκ ἐπ' εὐθὺ, ἀλλὰ καθάπερ αἱ πρύμναν κρουόμεναι. Ταύτας ὑποφέρει μὲν, οἷα εἰκὸς, ὁ ῥοῦς· ἀνέχει δὲ κελήτιον ἐπῆρες, ἔστ' ἂν καταστήσῃ ἐς τὸ τεταγμένον [42] χωρίον· καὶ ἐνταῦθα ἤδη καθίενται πλέγματα ἐκ λύγου πυραμοειδῆ, πλήρη λίθων λογάδων, ἀπὸ πρῴρας ἑκάστης νεὼς, τοῦ ἀνέχειν τὴν ναῦν πρὸς τὸν ῥοῦν [43]. Ὅτε δὲ μία τις τῶν νεῶν ἅμα δὴ ἐσχέθη, καὶ ἄλλη ἀπὸ ταύτης διέχουσα ὅσον ξύμμετρον πρὸς ἰσχὺν τῶν ἐπιβαλλομένων, ἀντίπρῳρος πρὸς τὸ ῥεῦμα ὁρμίζεται· καὶ ἀπ' ἀμφοῖν ξύλα τε ἐς εὐθὺ [44] ὀξέως ἐπιβάλλεται, καὶ σανίδες ἐγκάρσιαι ἐς τὸ ξυνδεῖν [45]· καὶ διὰ πασῶν οὕτω τῶν νεῶν, ὅσαι ἱκαναὶ γεφυρῶσαι τὸν πόρον, χωρεῖ τὸ ἔργον. Ἑκατέρωθεν δὲ τοῦ ζεύγματος κλίμακες προσβαλλόμεναι καταπηγνύμεναι [46], τοῦ ἀσφαλεστέραν

Naves iis demittuntur, lapſu fluminis, dato ſigno: non quidem rectà, ſed tanquam puppibus inhibitæ. Atque has quidem ſubducit, ut par eſt, curſus fluminis: remigiorum vero impulſus retinet, donec ad ſtatum locum pervenerint. Atque ibi crates vimineas, in pyramidis formam plexas, ſelectis ad id ſaxis oppletas, à prorâ cujuſque navis demittunt, ad inhibendum fluminis curſum. Simul autem una navium ita firmata fuerit, & alia juxta illam, tanto ſpatio ab eâ ſeparata, quantum ad firmitatem inſternendorum requiri videtur, pariter prorâ obverſâ in fluminis curſum ſtatuitur. & in utriſque tigna ſtatim in directum injiciuntur, tabulæque tranſverſæ quibus tigna jungantur ac colligentur. Ita deinceps per ceteras naves opus procedit, quantæ ad jungendum ponte flumen ſufficiant. Ad utrumque vero pontis caput gradus in terram depacti adjiciuntur, quo tutior equis ju-

41 *Ὅτι λόγου ἐστὶν ἄξια*] Sic Vulcanius è Stephani codice. Alii, quos ipſe conſului, habent *ὅτι λόγου ἐστὶν ἄξια*, quod è Baſil. notat idem Vulcanius. At Optimus ſimpliciter *ὅτι λόγου ἄξια*. Quod ipſum non modo non prætereundum, ſed unice approbandum. Ita quippe ſemper Arrianus elliptice. Sic modo dixit cap. 5. *τοὺς ἐν ποταμοὺς ὅσοι κατὰ τὴν Ἀσίαν λόγου ἄξιοι*. Libro II cap. 15 *Καὶ αὐτὸν οὐδὲν ἰδίᾳ ὑπερεχόμενον ἐς ξυγγραφὴν, ὅ τι γε καὶ λόγου ἄξιον*. Et cap. 22. *οὐδὲν ἄλλο ὅτι καὶ λόγου ἄξιον*. VI, 9. *Μηδὲν ὅτι καὶ λόγου ἄξιον ἀποδεικνύμενος*. Galenus *μήτε ἐνταμόντα πρὸς αὐτῶν μηδὲν ὅτι καὶ λόγου ἄξιον*. Appianus init. Parthic. *ἔπραξαν μὲν οὐδὲν μέγα ὅτι καὶ ἄξιον λόγου*. Recte autem ſic ſtatuiſſe Arrianum, & rem ejus generis fuiſſe, non alio perinde probatur, quam intentione noſtri temporis. Quippe ubi jam Lipſius citato loco locum Eunapii ex Suida cum hac noſtra Arriani deſcriptione conjunxerit, nihilominus ab Henr. Valeſio in Peireſcianis, ubi eundem illum Dioni attribuit, ſcri„bitur hoc pacto: [Cæterum cum hac expeditiſſima jun„gendorum pontium ratione qua utebantur Romani, „conferri poteſt ea quam refert Arrianus lib. 5 de geſtis „Alexandri, quæ una eademque eſt cum illa Dionis noſtri] melius foret dixiſſe id ab Lipſio factum eſſe. Immo etiam modò Raphael Fabrettus ad Columnam Trajani p. 85 eadem rurſus ait deſcribi ab Eunapio apud Suidam, ſed locum noſtri Arriani totum apponit, quaſi nova verſione concinnata. Et qualis ea, per Muſas! Quia auctor dicit *ταχίστω*, hinc Latine *facillimam expeditiſſimamque* dicere oportuit. *Κατὰ πόρον ἀφίενται*, *in amnem demittebantur*. Ibi leges *crates vimineas in pyramidum modum exſtructas*, tanquam grande aliquod ædificium. Leges *aliam continuo adverſa prora admovent*, quia auctor dicit *ἀντίπρῳρος πρὸς τὸ ῥεῦμα*. Ibi leges *tignis injectis, quæ ad utriuſque navis extremitatem pertingerent*, quarum ſex vocum nihil eſt in Arriano, nec ullo modo intellectus aliquis patet. Reliqua ſuis locis. Adde Pet. Gyllium de Boſporo II, 13. Tangere etiam ſuſtinuit Freinshemius ad Florum I, 10, 15.

42 *Καταστήσῃ ἐς τὸ τεταγμ.*] Sane ad Græcam rationem, & ſic Actor. XXI, 7, *ἡμεῖς δὲ τὸν πλοῦν διανύσαντες ἀπὸ Τύρου κατηντήσαμεν εἰς Πτολεμαΐδα*. Sed jam habuit exemplar Baſileenſe *καταστήσῃ*, idque confirmatur ab omnibus MSStis, etiam Optimo. Nec poteſt negari hoc eſſe verbum Arriani hujus. Sic enim I, 12. *ἐμαυτὸν ἀξιώσας καταστῆσαι ἐς ἀνθρώπους τὰ Ἀλεξάνδρου ἔργα*. IV, 8. *ἐς ταῦτα ὅρη καθεστηκὼς Δαρεῖος*. & II, *τοὺς ἀνθρώπους ἐς χώραν ὑπέρεχον καθιστάνας*. VI, 7 *καὶ ταῦτα ἐς κόσμον καταστήσαντα* &c. Etiam mox cap. 10 *ἐς ἴλας αὐτὸν καθίστη*. Adde caput quintum libri IV. Cæterum illud *κελήτιον ἐπῆρες* non poteſt verti *remigiorum impulſus*, quod Vulcanius partim adoptavit à Facio (qui alieniſſime interpretatus eſt *vehementi remorum pulſu evicto fluminis impetu, adverſis proris ad deſignatum locum retrahebantur*) partim ex ſe commentus eſt, imitante Fabretto, ſed *navigium remigibus inſtructum*. Id alligatum reliquis navibus præcedentibus & cum curſu fluminis delabentibus, ne defluxus ille eſſet nimis feſtinatus ac totus in poteſtate fluvii, illud contra fluvium remigans ſuſtinet parumper & lentius reliquas defluere facit, ut facilius loco deſignato eas poſtea contineant ac figant. Lipſius commode ſatis expreſſerat loco citato *remigium obnixum, donec adverſa facta ſit loco deſignato*, niſi quod in poſterioribus nimium arcte adhærens verbo *καταστῆσαι* adverſam navem exprimere coactus fuerit, quum intelligatur *donec ad locum deſignatum occurrerit*, & quidem occurrit illuc averſa & ſic ut puppis antecedat. Celox autem ſine dubio obnititur per remigium, unde Vulcanius *remigiorum* meminit, ſed ſuffecerat *celox* vel *navigium in remis*, & novit hunc locum Arriani Henr. Stephanus in *Ἐπῆρες*.

43 *Τοῦ ἀνέχειν τὴν ναῦν πρὸς τὸν ῥοῦν*] Vulcanius ſequente Fabretto, *ad inhibendum fluminis curſum*, neſcio utrum ex Facio, qui vertebat *contra amnis violentiam*. Sed anchoræ vel quid aliud loco ancoræ in aquas ejectum non inhibent fluminis curſum, nec ob id jaciuntur, ſed *ad ſiſtendam navem contra fluvii curſum*, & ſic fuit interpretandum. Lipſius recte, *ut ſic obſirment & teneant contra curſum*.

44 *Ξύλα τε εὐθὺ*] MSS. omnes *ἐς εὐθὺ*, quod iterum conſiderare compellemur VI, 5.

45 *Ἐς τὸ ξυνδεῖν*] Sic tantum dicit Arrianus. At vero Vulcanius amplior eſt, nempe *quibus tigna jungantur ac colligentur*: ampliante etiam Fabretto, *quibus inter ſe jungantur colligenturque*. Facius prorſus omiſit. Uter melior? Utique tabulæ tranſverſæ non jungunt & colligant tigna. Manent enim hæc certo ſpatio diſcreta, & firmitatem ſuam omnem mutuantur ex eo, ſi vel clavis aliis ferreis, harpagonibus vel etiam funibus ſint fixæ ad lateris partem, cui injecta ſunt. Sed tamen his tignis ſuperjectæ latæ tabulæ faciunt ad totius operis certiorem firmitatem & continentiam, & hoc reſpicit Arrianus, non de ſolis tignis. Caute & recte Lipſius tantum *ad connectendum*.

46 *Ἑκατέρωθεν δὲ τοῦ ζεύγματος κλίμακες προσβάλλονται καταπηγνύμεναι*] Lipſius vertit, *utrimque autem ad caput pontis gradus in terram depacti adjiciuntur, quo facilior equis*

ϵαι τοῖς τε ἵπποις καὶ τοῖς ζεύγεσι τὴν ἔφοδον γίγνεσθαι, καὶ ἅμα ὡς σύνδεσμος εἶναι τοῦ ζεύγματος· διʼ ὀλίγου τε ξυντελεῖται ἅπαν, καὶ ξὺν πολλῷ θορύβῳ, καὶ τὸ τεταγμένον ἐν τῷ δρωμένῳ ὅμως οὐκ ἄπεστιν· οἵ τε παρακελευσμοὶ ὡς ἐντύχοιεν[47] κατὰ ναῦν ἑκάστην, καὶ αἱ ἐπιπλήξεις τοῦ ἐκλείποντος, οὔτε τὴν κατάκουσιν τῶν παραγγελμάτων οὔτε τὴν ὀξύτητα τοῦ ἔργου ἀ- 8 φαιροῦνται. Ῥωμαίοις μὲν δὴ οὕτω ταῦτα ἐκ παλαιοῦ ἐπήσκηται· Ἀλεξάνδρῳ δὲ ὅπως ἐζεύχθη ὁ Ἰν-

jumentisque sit ingressus, & simul ut veluti vinculum sint totius pontis. Brevi autem tempore totum opus perficitur, & cum magno tumultu, nec tamen ordo & decorum abest. Adhortationes etiam per singulas naves, & objurgationes eorum qui segnius munus obeunt, nihil impediunt aut tollunt, vel mandatorum auditionem, vel operandi celeritatem. Atque hæc sunt, 8 quæ Romanis jam olim usitata. Quonam verò pacto Indus amnis ponte junctus fuerit,

equis jumentisque sit ingressus &c. Hinc igitur in figura sex asseres ex naviculæ uno latere demittit in ripam, unde opinor illos gradus concinnari oportebat, qui tamen toto sæculo non sunt mutati. Vulcanius: *ad utrumque vero pontis caput amplos gradus ligneos affigunt.* Hæc amplitudo graduum cum utroque capite pontis penitus quoque placuit Fabretto. Novissimæ editionis versio ab Græcæ linguæ professore ex Lipsianis centonibus nasute passim compilata, *ad utrumque vero pontis caput gradus in terram depacti adjiciuntur.* Sed & ante Facius: *singulis ab utroque capite ponticulis, quo commodius equi currusque ingrederentur, atque exponerentur, excitatis.* Ipsi sciant, si intellexerint. Imo certe debuerunt intellexisse, quia postremus plane notat se in his palam videre egregium usum τῶν κλιμάκων καταπεπηγμένων, quod paulo post Arrianus dicit, nempe καὶ ἅμα ὡς ξύνδεσμος εἶναι τε ζεύγματος. Sic habent rem claram certamque, æque ac universi Arriani intelligentiam. At quæ inde securitas equis jumentisque vel curribus transituris, si ad geminos fines vel principia pontis, hoc est, utrumque caput, gradus additi fuerint? Item quis inde σύνδεσμος pontis, si in utroque ejus capite id solum fiat? Et tamen hoc illi fere conspiciendum præbent. Quasi in medio vi aquarum rumpi pons non potuerit, propter adjectas in utroque fine vel extremo scalas? Denique ubi hic proprie *in terram* depactum aliquid dicitur? Et tamen sic quoque nuper intellexit Oudanius scriptor voluminis, cui indicem fecit nostro sermone *Roomse Mogentheyd*, ubi sic scribit pag. 159. *En dusdanige vleugelen zijn t'mijns aghtens, die Arrianus in de beschrijving van diergelijcke brugge trappen noemt, an elck hooft van de brugge in de aerde gesloten, om de paarden en lastbeesten een gemackelicker opgang te geven.* In quibus agnoscis describi istud ipsum aliud commodum, quod respicit ex his scalis Arrianus describens ἀσφαλεστέραν τοῖς τε ἵπποις καὶ τοῖς ζεύγεσι τὴν ἔφοδον γίγνεσθαι, non ut sint loco συνδέσμου, sed ut stabilior sit jumentorum in pontem adscensus. At si agitur de tuto adscensu pontis, cur descensus omittitur? Immo agitur περὶ ἐφόδου, quæ vox omnem illum ingressum, qui fit in ponte, notat. Cujus ingressus haud dubie maximum periculum est ibi, ubi maximus est fluvii fervor, ubi pro pondere, quod ponti incumbit, solent facillime aut sidere nonnihil aut commoveri naves, & simul pons; unde equi, utpote solo non firmo, sæpe terrentur; & facillime delabuntur. Itaque id nunc ostendit auctor, nempe ad utrumque pontis latus per omnem longitudinem super σανίδας ἐγκαρσίας adfixas fuisse exstantes loricas vel cancellos instar oblique jacentium scalarum, quæ firme inhærentes & depactæ vel in tabulis vel in trabibus impedirent, ne quocunque casu, qui in turba plures oriri possunt, titubantes vel consternati equi aut currus de ponte deciderent in aquas. Hanc illæ scalæ vel cancelli aut loricæ aut clathræ securitatem dant equis. Firmitas autem vinculi quam eædem præstant, in eo consistit, quod præter ξύλα & σανίδας ἐγκαρσίας, quæ & ipsæ nexu suo vicem vinculi dant, illæ quoque conjunctæ sint & cohæreant per universum pontem. Notæ sunt loquutiones Latinæ de pontibus. Cæsar IV Bell. Gall. *Cæsar ad utramque partem pontis firmo præsidio relicto.* Cicero x famil. 18. *Pontem castellis duobus ad capita positis reliqui.* Livius 21, 47. *Transire non potuit pontem, ut extrema resoluta erant, tota rate in secundam aquam labente.* Et 44, 5. *Solido procedebat elephas in pontem; cujus priusquam in extremum procederet, succisis asseribus collapsus pons usque alterius initium pontis prolabi eum leniter cogebat.* Tacitus I ann. 69. *Stetisse apud principium pontis.* Hæc quum crebro occurrant de pontibus, statuerunt ea sive capita sive principia sive partes nunc intelligi debere, prout Dionysius Halicarn. lib. 5 in ἱερῷ agnoscit ἑκατέρων τῶν ἄκρων, & Valerius Max. III, 2, 1. *Horatius Cocles extremam ejus pontis partem occupavit.* De his intellexerunt nostrum ἑκατέρωθεν, prave prorsus. Ἑκατέρωθεν enim non est hoc loco ad utrumque caput, sed utrumque latus: in eo unoquoque id considerat Arrianus: nec nunc modo, sed etiam cap. 15 hujus libri, ἑκατέρωθεν τῶν πεζῶν, non est à fronte ac tergo, sed utroque latere peditum. VI, 3. ἑκατέρωθεν τοῦ ποταμοῦ stulti esset vertere ab utroque capite (hoc est, scaturigine ad exitum in mare) fluvii pro latere vel ripa, prorsus ut apud Ælianum, quum stylo depingeret alveum Penei per Tempe, scribitur III, 1, παρʼ ἑκάτερα τοῦ ποταμοῦ, ubi interpres optime apposuit *ad utrumque latus fluminis*, non certe cogitans de fonte ejus & ostio. Sic apud Plutarchum in C. Graccho agitur de viarum ductarum æquabilitate: Περιπλαμβάνων δὲ τῶν κοιλάνας καὶ ζευγνυμένων γεφύραις, ὅσα χειμάῤῥοι διέκοπτον ἢ φάραγγες, ὕψος δὲ ἑκατέρωθεν ἴσον καὶ παράλληλον λαμβανόντων, *lateribus pari inter se fastigio utrinque comparatis*, ut bene interpres. Quomodo idem Plutarchus in Dione scribit ἑκατέρωθεν παρὰ τὴν ὁδὸν Syracusanos statuisse victimas arasque, id Polybius in Legat. ubi Attalus ingreditur Athenas, profert ἐξ ἑκατέρου τοῦ μέρους παρέστησαν τὰς ἱερεῖας, ut comparavit Casaubonus in Suetonii Caligula. Quid quum in tunica dicitur ἑκατέρωθεν, ibi quoque superior & inferior ora intelligenda est, vel partes proximæ capiti & pedibus? Immo quum narrat Dio ὅτι ὁ χιτὼν περιῤῥάγη τε ἑκατέρωθεν Augusto, addit ejus vocis explicandæ causa ἀπὸ τῶν ἐπωμίδων, ut sic quasi interpretaretur Græce, quod dixerat Suetonius tunicam lati clavi resutam ex utraque parte ei ad pedes decidisse. Enimvero illud ἀπὸ τῶν ἐπωμίδων non magis necessarium erat, quam in Latinis *ab humeralibus* vel *super humeros*, quod addit explicandi causa Casaubonus. Id denique ut clarius cognoscamus, testor in MS. Opt. legi omissa litera προβαλλονται, quod est convenientissimum, notatque velut tegmen & munimentum objici, ne noceatur. Bene autem vocem ζεύγεσι Facius & ex ejus imitatione Vulcanius reddidit *curribus*, ut cap. 8. τὰ τρήματα ἐπὶ ζευγῶν διακομίζεσθαι, ubi licet profiteantur ἐπὶ ζυγῶν legere scriptos (quod Vulcanius de unico Stephani codice memorat) nego istud in ullo ex scriptis Florentinis me vidisse, sed ubique ζευγῶν. Et VI, 25. οὐ τὰς βραχυτάτας ὁδοὺς τῶν ὁδῶν, ἀλλὰ τὰς εὐπορωτάτας τοῖς ζεύγεσι. *Jumenta* autem Græcis solent ὑποζύγια vocari.

47 Ὡς ἐντύχοιεν] Quid, sodes, huc facere possunt qualescunque significationes verbi ἐντυγχάνειν? Verissime MS. Opt. ὡς τύχοιεν, qui & mox μὲν οὕτω sine vocula δή.

ὁ Ἰνδὸς ποταμός, οὐκ ἔχω εἰπεῖν, ὅτι μηδὲ οἱ ξυστρατεύσαντες αὐτῷ εἶπον· ἀλλά μοι δοκεῖ ὡς ἐγγύτατα τούτου ἐζεῦχθαι· ἢ εἰ δή τινι ἄλλῃ μηχανῇ, ἐκείνη ἐχέτω. Ὡς δὲ διέβη πέραν τοῦ Ἰνδοῦ ποταμοῦ, καὶ ἐνταῦθα αὖ θύει κατὰ νόμον Ἀλέξανδρος· ἄρας δὲ ἀπὸ τοῦ Ἰνδοῦ, ἐς Τάξιλα ἀφίκετο πόλιν μεγάλην καὶ εὐδαίμονα, τὴν μεγίστην τῶν μεταξὺ Ἰνδοῦ τε ποταμοῦ καὶ Ὑδάσπου· καὶ ἐδέχετο αὐτὸν Ταξίλης ὁ ὕπαρχος τῆς πόλεως, καὶ αὐτοὶ οἱ ταύτῃ Ἰνδοὶ φιλίως· καὶ Ἀλέξανδρος προστίθησιν αὐτοῖς χώραν τῆς ὁμόρου ὅσης ἐδέοντο. Ἧκον δ' ἐνταῦθα παρ' αὐτὸν καὶ παρὰ Ἀμβισάρου πρέσβεις, τοῦ τῶν ὀρείων Ἰνδῶν βασιλέως, ὅ, τε ἀδελφὸς αὐτοῦ Ἀμβισάρου[48], καὶ ἄλλοι ξὺν αὐτῷ οἱ δοκιμώτατοι· καὶ παρὰ Δοξάρεως νομάρχου ἄλλοι, δῶρα φέροντες. Καὶ ἐνταῦθα αὖ Ἀλέξανδρος ἐν Ταξίλοις θύει ὅσα οἱ νόμος, καὶ ἀγῶνα ποιεῖ γυμνικόν τε καὶ ἱππικόν· καὶ ἀποδείξας σατράπην τῶν ταύτῃ Ἰνδῶν Φίλιππον τὸν Μαχάτα, φρουράν τε ἀπολείπει ἐν Ταξίλοις, καὶ τοὺς ἀπομάχους τῶν στρατιωτῶν διὰ νόσον· αὐτὸς δὲ ἦγεν ὡς ἐπὶ τὸν Ὑδάσπην ποταμόν. Ἐπέκεινα γὰρ τοῦ Ὑδάσπου Πῶρος αὐτῷ εἶναι ἐξηγγέλλετο ξὺν τῇ στρατιᾷ πάσῃ, ἐγνωκὼς εἴργειν τοῦ πόρου αὐτόν, ἢ περῶντι ἐπιτίθεσθαι. Ταῦτα ὡς ἔγνω Ἀλέξανδρος, Κοῖνον μὲν τὸν Πολεμοκράτους πέμψας ὀπίσω ἐπὶ τὸν Ἰνδὸν ποταμόν, τὰ πλοῖα ὅσα παρεσκεύαστο αὐτῷ ἐπὶ τοῦ πόρου τοῦ Ἰνδοῦ, ξυντεμόντα κελεύει φέρειν ὡς ἐπὶ τὸν Ὑδάσπην ποταμόν· καὶ ξυνετμήθη τε τὰ πλοῖα καὶ ἐκομίσθη αὐτῷ, ὅσα μὲν βραχύτερα, διχῇ διατμηθέντα, αἱ τριακόντοροι δὲ τριχῇ ἐτμήθησαν[49], καὶ τὰ τμήματα ἐπὶ ζευγῶν διεκομίσθη ἔστε ἐπὶ τὴν ὄχθην τοῦ Ὑδάσπου· κἀκεῖ ξυμπηχθὲν τὸ ναυτικὸν αὖθις δὴ ὁμοῦ ὤφθη ἐν τῷ Ὑδάσπῃ. Αὐτὸς δὲ ἀναλαβὼν ἵνα τε δύναμιν ἔχων ἧκεν ἐς Τάξιλα[50], καὶ πεντακισχιλίους

rit, mihi non constat. neque enim qui cum Alexandro militarunt, ullam ejus mentionem fecerunt. putarim tamen eos proxime ad hanc rationem accessisse: si vero aliâ quapiam arte usi fuerint, illa valeat. Transmisso itaque Indo Alexander rursum diis patrio more sacrum facit. atque inde profectus, Taxila urbem populosam atque opulentam pervenit. Est enim hæc omnium quæ inter Indum & Hydaspem sunt oppidorum maxima. Taxiles urbis præses, quique in eâ urbe erant Indi amice eum exceperunt: Alexander iis tantum finitimæ regionis quantum petierunt adjecit. Eo loci legati ad Alexandrum ab Ambisaro montanorum Indorum rege cum ipsius Ambisari fratre, aliis aliquot primoribus comitato, venerunt, nonnulli etiam à Doxareo præside, dona adferentes. In Taxilis Alexander rursus sacrificia consueta peragit, ludos gymnicos & equestres facit. & Philippo Machatæ F. præside illius regionis constituto, præsidioque Taxilis imposito, milites valetudinis causâ bello inutiles ibi relinquit. ipse Hydaspen amnem versus movit. Porum enim ultra Hydaspen cum omni exercitu consedisse nuntiabatur, eo animo, ut aut Alexandrum transitu amnis prohiberet, aut transgressum adoriretur. Quibus cognitis Alexander Cœnum Polemocratis F. retro ad Indum amnem mittit, utque navigiis quæ ad trajiciendum Indum præparârat dissectis, ad Hydaspen fluvium ea transferat jubet. Navigia itaque dissecta allata sunt, brevioribus quidem in duas, quæ vero triginta remis instructa erant, in tres partes dissectis: segmenta curribus in ripam Hydaspis transvecta sunt. ibique navigiis rursus compactis atque in amnem deductis, ipse assumtis copiis quibuscum Taxila venit, dehinc quinque Indorum millia

48 Ἀδελφὸς αὐτοῦ Ἀμβισάρου] MSS. omnes ἀδελφὸς τοῦ Ἀμβ. sed & optimus manifeste Ἀβισάρου absque μ. in quo certe eum veneraberis, si adhibeas Freinshemii ex Radero excerpta ad Curtium VIII, 13, 1.

49 Τριχῇ ἐτμήθησαν] Quæ istæ editorum facetiæ? Superius paulo præcedere siverunt διχῇ, hic non possunt tolerare τριχῇ, quod habent omnes MSSti, etiam Optimus; sed quoniam pulchri isti Critiæ cerebrum habent disconveniens Arriano, propterea mutandum erat in τριχῶς? Euge! Vide etiam notata ad libri IV caput XXII.

50 Αὐτὸς δὲ ἀναλαβὼν τὴν δύναμιν ἧκεν ἐς Τάξιλα] Cedo, si quid insulsius excogitari potest hac narratione! *Alexander venit Taxila* (hoc habetur in principio hujus capitis) *unde quum multas illic legationes audivisset, præfectumque regioni constituisset, Hydaspen versus movit, quia Porus ultra eum cum exercitu considebat. Igitur ad adducenda navigia Cœnum mittit: quibus paratis, ipse assumtis copiis Taxila venit.* Hæc enim est hujus narrationis in breve contractæ summa, prout vulgo habetur. Alii dormiunt aut cæcutiunt. Solus Facius videtur has turbas observasse, atque ideo hæc verba, ut quocunque modo prodiret aliquid concinnius, reddidisse; *assumptaque copiarum parte Taxilam rediit.* Apparet vel sic vel simili modo emendandum, αὐτὸς δὲ ἀναλαβὼν τὴν δύναμιν ἐς Τάξιλα καὶ πεντακισχιλίους τῶν Ἰνδῶν ἔχων, sensu conveniente & processu sermonis decoro, *ipse copias, quas in urbe Taxilis habebat, adsumens* (vel *cum eas refecisset*) *& quinque millia Indorum parata habens.* Ἐς Τάξιλα pro ἐν Ταξίλοις, ut fit interdum. Sed quid tamen erat, quod Basileæ fuerit editum ἀναλαβὼν ταύτην δύναμιν ἔχων ἧκεν ἐς Τ? Sic quondam ego, antequam MSS. consulendi facultatem nactus essem, à quibus solis lumen præberi potest, quò ex tam ancipitibus angustiis evadamus. Et quidem ratio, cur hic adhæserim, perspicua est; conciliatione vero mea, etsi non improba, tamen delusoria, eaque meliorem (quam idcirco necessariam duxi, quæ in ipso contextu fulgeret) aliam præbent omnes MSS. quæ hæc est, αὐτὸς δὲ ἀναλαβὼν ἥντινα δύναμιν ἔχων ἧκεν ἐς Τάξιλα, καὶ πεντακισχιλίους τῶν Ἰνδῶν, οὓς Ταξίλης &c. sensu maxime opportuno: *ipse assumtis qui-*

λίους τῶν Ἰνδῶν ἔχων, οὓς Ταξίλης τε καὶ οἱ ταύτῃ ὕπαρχοι ἦγον, ᾔει ὡς ἐπὶ τὸν Ὑδάσπην ποταμόν, καὶ Ἀλέξανδρος κατεστρατοπέδευσεν ἐπὶ 9 τῇ ὄχθῃ τοῦ Ὑδάσπου. Καὶ Πῶρος κατὰ τὴν ἀντιπέραν ὄχθην ὤφθη ξὺν πάσῃ τῇ στρατιᾷ, καὶ τῷ τῶν ἐλεφάντων τῷ στίφει. Ταύτῃ μὲν δὴ ᾗ κατεστρατοπεδευκότα εἶδεν Ἀλέξανδρον, αὐτὸς μένων ἐφύλαττε τὸν πόρον· ὅσα δ᾽ ἄλλα τοῦ ποταμοῦ εὐπορώτερα, ἐπὶ ταῦτα φρουρὰς διαπέμψας, καὶ ἡγεμόνας ἐπιστήσας ἑκάστοις, εἴργειν ἐπενόει διὰ τοῦ πόρου τοὺς Μακεδόνας[51]. Ταῦτα δὲ ὁρῶντι[52] Ἀλεξάνδρῳ κινητέα καὶ αὐτῷ ἐδόκει ἡ στρατιὰ πολλαχῇ, ὡς τὸν Πῶρον ἀμφίβολον γίγνεσθαι. Διελὼν δ᾽ ἐς πολλὰ τὴν στρατιάν, τοὺς μὲν αὐτὸς ἄλλῃ καὶ ἄλλῃ ἦγε τῆς χώρας, τὰ μὲν πορθῶν ὅσα πολέμια, τὰ δὲ σκοπῶν, ὅπῃ εὐπορώτερος αὐτῷ ὁ ποταμὸς φανεῖται· τοὺς δὲ τῶν ἡγεμόνων ἄλλοις καὶ ἄλλοις ἐπιτάξας, καὶ αὐτοὺς πολλαχῇ διέπεμπε. Σῖτος δὲ αὐτῷ πάντοθεν ἐκ τῆς ἐπὶ τάδε τοῦ Ὑδάσπου χώρας ἐς τὸ στρατόπεδον ξυνεκομίζετο, ὡς δῆλον εἶναι τῷ Πώρῳ, ὅτι ἐγνωκὼς εἴη προσλιπαρεῖν τῇ ὄχθῃ, ἔστε τὸ ὕδωρ τοῦ ποταμοῦ μεῖον γενόμενον τοῦ χειμῶνος, πολλαχῇ παραδοῦναί οἱ τὸν πόρον· τά τε πλοῖα αὐτῷ ἄλλῃ καὶ ἄλλῃ παραπλέοντα[53], καὶ αἱ διφθέραι τῆς κάρφης ἐμπιπλάμεναι, καὶ ἡ ὄχθη πλήρης πᾶσα φαινομένη τῇ μὲν ἱππέων, τῇ δὲ πεζῶν, οὐκ εἴα ἠρεμεῖν τὸν Πῶρον· οὐδὲ ἕν τι ἐπιλεξάμενον ἐς φυλακὴν ξύμφορον, ἐς τοῦτο ἐκ πάντων παρασκευάζεσθαι[54]· ἄλλως τε ἐν μὲν τῷ τότε οἱ ποταμοὶ πάντες οἱ Ἰνδοὶ[55] πολλῷ τε ὕδατι καὶ θολερῷ ἔρρεον, καὶ ὀξέος τοῦ ῥεύματος· ἦν γὰρ ὥρα ἔτους, ᾗ μετὰ τροπὰς μάλιστα ἐν θέρει τρέπεται ὁ ἥλιος· ταύτῃ δὲ τῇ ὥρᾳ ὕδατά τε ἐξ οὐρανοῦ ἀθρόα τε καταφέρεται ἐς τὴν γῆν τὴν Ἰνδικήν, καὶ αἱ χιόνες αἱ τοῦ Καυκάσου (ἔνθεν περ τῶν πολλῶν ποταμῶν αἱ πηγαί εἰσι) κατατηκόμεναι αὔξουσιν αὐτοῖς τὸ ὕδωρ ἐπὶ μέγα· χειμῶνος δὲ ἔμπαλιν ἴσχουσιν[56], ὀλίγοι τε γίγνονται καὶ καθαροὶ ἰδεῖν, καὶ εἰσὶν ὅπῃ περάσιμοι, πλήν γε δὴ τοῦ Ἰνδοῦ καὶ Γάγγου, καὶ τυχὸν καὶ ἄλλου[57]. Ἀλλ᾽ ὅ γ᾽ Ὑδάσπης περατὸς γίγνεται. Ταύ-

lia nactus, quos Taxiles ejusque regionis præsides ducebant, ad Hydaspem fluvium contendit, & ad ejus ripam castra locavit. Porus in adversâ ripâ cum omni exercitu 9 conspiciebatur, elephantis stipatus. qui quidem quâ parte Alexandrum castra posuisse videbat, ipsemet transitum tuebatur: ad reliquas vero fluminis partes qua facilius transiri posse videbatur, præsidia mittebat, ducesque singulis præficiebat, qui Macedones transitu fluminis prohiberent. Hæc animadvertens Alexander, sibi quoque exercitum in varias partes mittendum esse statuit, ut Pori consilia turbaret dubiaque redderet. Diviso itaque in multas partes exercitu, aliis alio atque alio dimissis, partim quæcunque hostilia erant vastans, partim contemplans qua commodius transmitti flumen posset; duces etiam alios atque alios militibus imponens in varias partes dimisit. Multum præterea frumenti ex omni regione cis Hydaspem sitâ in castra convehebatur, ut Poro fides fieret Alexandrum ibi ad ripam hæsurum, donec aqua fluminis per hyemem subsidente facultas ei diversis partibus transeundi fieret. Navigia etiam in aliam atque aliam partem ducta, & pelles tentoriorum stramentis repletæ, totaque ripa equitatu pariter ac peditatu obsessa, anxium atque solicitum Porum tenebant: neque, siquid consilii quod ad ripæ custodiam expediret cepisset, id omnino exequi sinebant. Accedebat huc, quod eo tempore omnes Indiæ fluvii multam eamque turbulentam aquam trahebant, & rapido cursu ferebantur. Erat enim per id anni tempus solstitium æstivum. quo quidem tempore creberrimi imbres è cœlo in Indorum regionem ruunt, & Caucasi nivibus (quo in monte multi fluviorum fontes oriuntur) æstu solutis amnes summopere augentur. hyeme vero rursum & nives sese continent, amnesque minores purioresque fiunt, ac nonnullis in partibus vado transiri possunt, excepto Indo & Gange, & fortassis alio aliquo. Hydaspes certe vado transiri

quibuscum Taxila venerat copiis & quinque millibus Indorum quos Taxiles &c. Ut sic videas, quid fraudis Arriano intulerit socordia.

51 Εἴργειν διὰ τοῦ πόρου τοὺς Μακεδόνας] Ut possint hæc verba denotare sensum, quem iis dat interpres, *qui Macedones transitu fluminis prohiberent*, delenda est vocula διὰ, sicut paulo ante ἐγνωκὼς εἴργειν τοῦ πόρου αὐτόν. Et VI, 8. εἴρξοντας τοῦ πόρου Ἀλέξανδρον. Et sic alibi. Quod si retinueris voculam διὰ, sensus erit, *qui Macedonas interveniente flumine continerent*, etsi id violentum sit, & præferendum prius.

52 Ταῦτα ὁρῶντι] MSS. interponunt δὴ vel δὲ, ex quibus ultimum habetur in Optimo, sed & editione Basileensi, unde reposui.

53 Ἄλλῃ καὶ ἄλλῃ παραπλέοντα] MSSti duo παραπλέοντες. Sed verum est, quod legitur in Optimo παραπλέοντα.

54 Ἐς τοῦτο ἐκ πάντων παρασκευάζεσθαι] Non tangunt interpretes scopum Arriani. Quid enim est illud Vulcanii *id omnino exsequi sinebant*? An ἐκ πάντων est *omnino*? Facius autem, *quid quoque loco potissimum parari oporteret*. Certe melius. Erat autem omne vertendum: *neque si quid unum ad ripæ custodiam utile probavisset, ad id omnibus remediis comparare se sinebant*.

55 Ποταμοὶ πάντες οἱ Ἰνδοὶ] Etiam in Optimo præter duos alios MSS. est Ἰνδικοί.

56 Ἴσχουσιν] In nonnullis vidi ἔχουσιν, opinor subjectum ab eo, qui vellet Arrianum magis plebeje loqui. Istud rectum est.

57 Καὶ τυχὸν καὶ ἄλλου] MSS. omnes adjiciunt τοῦ, id est,

10 Ταύτην οὖν τὴν ὥραν τοῦ ἔτους προσμένειν ἐς τὸ φανερὸν ἔφασκεν, εἰ ἐν τῷ τότε εἴργοιτο. Ὁ δὲ, οὐδὲν μεῖον ἐφεδρεύων ἔμενεν, εἴ πῃ λάθοι ὑφαρπάσας ὀξέως τὸν πόρον· ᾗ μὲν δὴ αὐτὸς Πῶρος κατεστρατοπεδεύκει πρὸς τῇ ὄχθῃ τοῦ Ὑδάσπου, ἔγνω ἀδύνατος ὢν περάσαι, ὑπὸ τοῦ πλήθους τῶν ἐλεφάντων, καὶ ὅτι πολλὴ στρατιὰ καὶ αὕτη τεταγμένη τε καὶ ἀκριβῶς ὡπλισμένη ἐκβαίνουσιν αὐτοῖς ἐπιθήσεσθαι ἔμελλεν[58], οἵ τε ἵπποι οὐκ ἂν ἐδόκουν αὐτῷ ἐθελῆσαι οὐδὲ ἐπιβῆναι τῆς ὄχθης τῆς πέραν[59], προσκειμένων σφίσιν εὐθὺς τῶν ἐλεφάντων καὶ τῇ τε ὄψει ἅμα καὶ τῇ φωνῇ φοβούντων, οὐδ' ἂν ἔτι πρόσθεν μεῖναι ἐπὶ τῶν διφθερῶν κατὰ τὸν πόρον[60], ἀλλ' ἐκπηδᾶν γὰρ ἐς τὸ ὕδωρ, ἀφορῶντες πέραν τοὺς ἐλέφαντας, καὶ ἔκφρονες γιγνόμενοι. Κλέψαι οὖν ἐπενόει τὴν διάβασιν, ὧδε πράττων. Νύκτωρ παραγαγὼν ἄλλῃ καὶ ἄλλῃ τῆς ὄχθης τοὺς πολλοὺς τῶν ἱππέων, βοήν τε ἐποίει καὶ ἠλαλάζετο τῷ Ἐνυαλίῳ· καὶ τ' ἄλλα ὅσα ἐπὶ διαβάσει συσκευαζομένων[61], θόρυβος παντοδαπὸς ἐγίγνετο· καὶ ὁ Πῶρός τε ἀντιπαρῆγε πρὸς τὴν βοὴν ἐπάγων τοὺς ἐλέφαντας· καὶ Ἀλέξανδρος ἐς ἔθος αὐτὸν τῆς ἀντιπαραγωγῆς καθίστη[62]. Ὡς δὲ ἐπὶ πολὺ τοῦτο ἐγίγνετο, καὶ ἡ βοὴ μόνον καὶ ὁ ἀλαλαγμὸς ἦν, οὐκέτι ὁ Πῶρος μετεκινεῖτο πρὸς τὰς ἐκδρομὰς τῶν ἱππέων, ἀλλ' ἐκεῖνον γὰρ γνοὺς τὸν φόβον, κατὰ χώραν ἐπὶ στρατοπέδου ἔμενε· σκοποὶ δὲ αὐτῷ πολλαχοῦ τῆς ὄχθης καθεστήκεσαν.

iri potest. Hoc itaque anni tempus expecta- 10 turum se Alexander vulgaverat, si tum temporis transitu prohiberetur. Nihilominus tamen observans in castris manebat, eâ spe ut alicubi clam hostibus celeriter flumen transmitteret. Quumque eâ quidem parte quâ Porus castra posuerat ad ripam Hydaspis transiri posse diffideret, cum ob multitudinem elephantorum, tum quod ingens exercitus bene ad pugnam instructus optimeque armatus in suas copias flumen egredientes impetum facturus esset: præterea quod existimaret se equos ipsos difficulter in ulteriorem ripam perducturum, elephantis occurrentibus, qui ipso aspectu & clamore equis terrorem incussuri essent. Sed ne ipsos quidem equos apud pelles juxta flumen contineri posse suspicabatur, sed statim atque elephantos in adversâ ripâ positos conspexissent, attonitos amnem petituros. Furtivo itaque transitu utendum sibi esse ratus, ita rem instituit. Noctu equitibus ad diversas ripæ partes adductis, clamore sublato & classico cani jusso, omnibusque rebus ad transitum præparatis, ingens tumultus excitabatur. Porus contra ad eam partem quâ clamor edebatur elephantos adducit. Alexander suo more se hostili aciei opposuit. Quumque multo tempore hoc fieret, neque aliud præter clamores ederetur, Porus ad equitum incursiones moveri destitit, metus enim causâ intellectâ, eò loci ubi castra fixerat mansit, speculatoribus per varia

est, τινές. ut III, 4. Δῶρα τῷ βασιλεῖ ἀποφέροντες, ἃ οἱ τῳ ἄλλῳ. V, 6. Εἰδὴ τὰ ἄλλα ἢ Ἑκαταῖος ἐστὶ τὰ ποιήματα. VII, 1 οἱ καὶ μὴ ἄλλῳ τῳ, ἀλλὰ μόνον γε αὐτῷ ἠρίζοντα. Sed & Optimus ille una voce sic scribit καὶ ἀλλότε. Quomodo legitur V, 10 καὶ παρὰ Πῶρον ἀλλότε ὑπάρχων Ἰνδῶν. Xenoph. III Κυρουπ. 213. Ἄλλοι τε, ὦ Χαλδαῖοι, ἢ τοῦτο γε ἴσασι ὑφ' ἡμῶν νῦν ἐπιδομοῦντα. Ut hinc sæpe dubitaverim, an non II, 14 in verbis τοῖς μὲν δὴ μαχέσω, ὡς δεῖν τῳ ἰδεῖν, ὅτῳ ἀρέσκοι, auctor scripserit similiter θατέρῳ. Certe in hoc loco, prout debuit fieri, restitui.

58 Ἐπιθήσεσθαι ἔμελλεν] MS. unus quidem ille, sed Opt. ἤμελλον, quod si non melius (refertur enim ad inclusam vocibus præcedentibus turbam) certe non pejus.

59 Ἐπιβῆναι τὰς ὄχθας τῆς πέραν] Sic sane & libro II cap. XI de Dario, αὐτὸς δὲ ἵππου ἐπιβὰς ἔφευγε, sed & illic vidi MStum, qui haberet ἵππου, & hoc loco Florentini MSSti omnes τῆς ὄχθης, nec aliter scribendum esse quivis videt. Quippe & initio capitis 13 MSS. omnes ἐπιβὰς τριακοντόρου, non τριακοντόρῳ. & fine capitis 12 plane στρατιὰ ἐν νηὶ τῶν διφθερῶν ἐπιβᾶσα, sicut etiam manifeste VI, 3 ὁ μὲν στρατὸς ἐπέβαινε τῶν νεῶν.

60 Οὐδ' ἂν ἔτι πρόσθεν μεῖναι ἐπὶ τῶν διφθερῶν κατὰ τὸν πόρον] Vulcanius, *sed ne ipsos quidem equos apud pelles juxta flumen contineri posse suspicabatur.* Quid ait? an equi juxta flumen apud pelles non continerentur? In qua ripa positæ essent illæ pelles? Nullo modo id nobis divinandum relinquit Vulcanius. Nam si diceremus in ripa Alexandri, quomodo possent amnem petere, quum elephantos in adversa ripa positos conspicerent? Si in ripa Pori, quomodo poterant conspicere elephantos in adversa ripa, quum in ista ipsa illi essent? Manifesta ἀνακολουθία. Facius prætermisit. Verte: *sed neque etiam ante* (quam scilicet in ulteriorem ripam venirent) *mansuros in pellibus*, (in quibus stramento repletis equi ponendi erant trajicientes; quod inferius factum videmus) *intrato flumine, sed desultaturos in aquam*. Error Vulcanii fuit, quod connivit ad vocem πρόσθεν, quæ notat quum adhuc essent in trajiciendo, antequam applicarent ripæ orientali. Fine capitis 12 ὡς μὴ πρόσθεν ὀφθῆναι. Notavit quoque Vulcanii hanc aberrationem Jo. Schefferus in addendis libro 1 de Militia navali; sed quod ibi scribit loqui Arrianum de equis non mansuris in utribus ex corio pellibusque tabernaculorum tum confectis structisque ex iis ratibus, vix scio, quomodo conceperit equos manentes in utribus. Usus pellium ut nunc & statim infra, sic quoque describitur ab ipso Arriano lib. 1 cap. 3 τὰς δὲ διφθέρας, ὑφ' αἷς ἐσκήνουν, τῆς κάρφης πληρώσας, διαβιβάζει.

61 Ὅσα ἐπὶ διαβάσει συσκευαζόμενα] MSS. omnes & Basileensis editio συσκευαζομένων, ejusque repetendi causam dixi ad lib. 1 cap. 5.

62 Ἐς ἦθος αὐτὸν τῆς ἀντιπαραγωγῆς καθίστη] Vulcanius intelligit de Alexandro & hunc se suo more hostili aciei opposuisse: unde in ejus editione exstat αὑτὸν, sic mutato spiritu per ipsum, quum Basilea ediderit αὐτόν. At ubi aut talis transitus fluvii fuit, aut ab Alexandro idem factum, ut nunc id suo more faciat? Enimvero nuspiam hostili aciei se opposuit Macedo, sed partes hîc illic obequitaturas per ripam dispersit, ut strepitu dissipato confunderet Porum. Immo ἀντιπαραγωγὴ non est Alexandri, sed Pori: hunc dicit auctor ἀντιπαράγειν, & hunc Alexander in consuetudinem opponendi sese hostibus & obducendi copias suas ad motum & clamorem Macedonicum paulatim confert. Alexandri fuit παραγωγή; hic enim antea dicitur νύκτωρ παραγαγὼν ἄλλῃ καὶ ἄλλῃ &c. Itaque hunc nodum amovi.

σαν. Ἀλέξανδρος δὲ ὡς ἐξείργαστο αὐτῷ ἄφοβον τὸ τοῦ Πώρου εἰς τὰς νυκτερινὰς ἐπιχειρήσεις, μηχανᾶται τοιόνδε[63]. 11 Ἄκρα ἦν ἀνέχουσα τῆς ὄχθης τοῦ Ὑδάσπου, ἵνα ἐπέκαμπτεν ὁ ποταμὸς λόγου ἀξίως· αὐτή τε δασεῖα παντοίων δένδρων εἴδει, καὶ κατ' αὐτὴν νῆσος ἐν τῷ ποταμῷ ὑλώδης τε καὶ ἄστιβος ὑπ' ἐρημίας. Ταύτην καταμαθὼν τὴν νῆσον καταντικρὺ τῆς ἄκρας, ἀμφότερα ὑλώδη τὰ χωρία[64] καὶ οἷα κρύψαι τῆς διαβάσεως τὴν ἐπιχείρησιν, ταύτῃ ἔγνω διαβιβάζειν τὸν στρατόν. Ἀπεῖχε δὲ ἥ τε ἄκρα καὶ ἡ νῆσος τοῦ μεγάλου στρατοπέδου ἐς πεντήκοντα καὶ ἑκατὸν σταδίους. Παρὰ πᾶσαν δὲ τὴν ὄχθην φυλακαί τε αὐτῷ καθεστηκυῖαι ἦσαν, διαλείπουσαι ὅσον ξύμμετροι ἐς τὸ ξυνορᾶν τε ἀλλήλους καὶ κατακούειν εὐπετῶς ὁπόθεν τι παραγγέλλοιτο· καὶ πανταχόθεν βοαί τε νύκτωρ ἐπὶ πολλὰς νύκτας ἐγίγνοντο καὶ πυρὰ ἐκαίετο. Ἐπειδὴ δὲ ἔγνω ἐπιχειρεῖν τῷ πόρῳ, κατὰ μὲν τὸ στρατόπεδον φανερῶς αὐτῷ τὰ τῆς διαβάσεως παρεσκευάζετο· καὶ Κρατερὸς ὑπελέλειπτο ἐπὶ στρατοπέδου, τήν τε αὑτοῦ ἔχων ἱππαρχίαν, καὶ τοὺς ἐξ Ἀραχωτῶν καὶ Παραπαμισαδῶν ἱππέας, καὶ τῆς φάλαγγος τῆς Μακεδόνων, τήν τε Ἀλκέτου καὶ τὴν Πολυσπέρχοντος τάξιν, καὶ τοὺς νομάρχας τῶν ἐπὶ τάδε Ἰνδῶν καὶ τοὺς ἅμα τούτοις τοὺς πεντακισχιλίους· παρηγγέλλετο δὲ Κρατερῷ μὴ πρὶν διαβαίνειν τὸν πόρον, πρὶν ἀπαλλαγῆναι Πῶρον ἐπὶ σφᾶς[65] ξὺν τῇ δυνάμει, ἢ φεύγοντα μαθεῖν, αὐτοὺς δὲ νικῶντας· ἢν δὲ μέρος μέντοι τῆς στρατιᾶς ἀναλαβὼν Πῶρος ἐπ' ἐμὲ ἄγῃ, μέρος δέ τι ὑπολειφθῇ αὐτῷ ἐπὶ στρατοπέδου καὶ ἐλέφαντες, σὺ δὲ δικαίως μένειν[66] κατὰ χώραν· εἰ δὲ τοὺς ἐλέφαντας ξύμπαντας ἅμα οἷ ἐπα-

ria ripæ loca dispositis. Alexander ut jam Poro metum nocturnarum excursionum exemerat, hujuscemodi quid molitur. Rupes erat ad ripam Hydaspis sita, eâ 11 parte quâ amnis sese magnopere flectit, arboribus varii generis perfrequens. juxta rupem insula in medio amne erat sylvosa, atque ob solitudinem inaccessa: quam quum animadvertisset ex adverso rupis, & utrinque sylvestria loca quæque Macedones transitum tentantes occulere possent, hac parte exercitum transmittere statuit. Distabat ea rupes atque insula à magnis castris CL stadiis. Porro per omnem ripam custodiæ dispositæ erant, tanto inter se spatio distinctæ, ut alii alios cernere facileque mandata excipere possent. Clamores etiam noctu variis ex locis, idque multis noctibus edi, ignesque excitari jubet: ubi vero amnem transire statuit, in castris quidem aperte se ad trajiciendum instruit. Ac Craterus quidem apud castra relictus erat, cui ad suam equitum præfecturam Arachoti etiam & Parapamisadæ equites adjuncti erant, præterea Macedonum phalanx, & Alcetæ ac Polysperchontis agmen, & citerioris Indiæ præsides cum quinque Indorum millibus. imperatum autem erat Cratero, ne prius amnem transiret quam Porus cum exercitu in eos ferretur, iisque aut in fugam versus aut victus esset. „Si vero Porus parte „exercitus sumtâ in me contendat, partemque aliam cum elephantis apud castra „relinquat: tu quidem meritò tuo loco te „contine. At si omnes elephantos adversus „me

63 Μηχανᾶται τοιόνδε] MSS. iidem τι τοιόνδε.

64 Ἀμφότερα ὑλώδη τὰ χωρία] Vix videas, quomodo hinc Vulcanius effecerit *& utrinque silvestria loca quæque M. t. t. occulere possent.* An melius utrinque talia erant, quam utraque? Tum ἀμφότερα non notat *utrinque.* Utique in MSStis plane omnibus reperi ἀμφοτέρῃ, quod nullam habet ambiguitatem, unde repetivi.

65 Ἀπαλλαγῆναι Πῶρον ἐπὶ σφᾶς] Opt. ὡς ἐπὶ σφᾶς. Neque vero in his ea sententia est, *quam Porus cum exercitu in eos ferretur*, ut dedit Vulcanius, aut *quam Porum è contraria ripa, aut vadum ingressum animadverteret*, quod est Facii, sed quam Porus inde discessisset ad sese. Sic enim futurum videbat, ut Porus intelligens suum trajiciendi imperum relicturus foret locum illum magnis castris oppositum, ut Alexandro resisteret. Sed nec sequentia feliciter expressit Vulcanius *aut in fugam versus aut victus esset.* At Græca volunt, *aut intellexisset eum victum esse, se vero victores.*

66 Σὺ δὲ δικαίως μένε] MSSti constanter omnes legunt μένειν, etiam Optimus, etiam editio Basileensis: neque dubito, quin sic quoque habuerit codex Augustanus, etsi non annotaverit Vulcanius, negligens, opinor, quod non intelligebat, certe pessimis modis in editione Basileensi optime expressum immutavit. Neque enim debet ulterius differri tam pulcræ & quæsitæ enallages vindicatio, qua gaudent Græci non mediocriter. Pater elegantiæ hujus Homerus Iliad. α. 582. ἀλλὰ σὺ τόν γ' ἐπέεσσι καθάπτεσθαι μαλακοῖσι, ubi Eustath. καὶ ὅρα ὅτι τὸ καθάπτεσθαι, καὶ ἀντὶ προστακτικοῦ τοῦ καθάπτου εἶπεν, ὅπερ ἐστὶ σχῆμα ἑλληνικὸν ἰωνικὸν ἢ καὶ Ἀττικὸν ὡς προγέγραπται. Eadem figura apud Herodotum utitur Pythia libro 1 cap. 55. καὶ τότε Λυδὲ ποδαβρὲ πολυψηφῖδα παρ' Ἕρμον φεύγειν, μηδὲ μένειν, μηδ' αἰδεῖσθαι κακὸς εἶναι. Et lib. 3, 134 Ἐπὶ Σκύθας μὲν τὸ πρῶτον ἰέναι ἔασον, σὺ δέ μοι ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα στρατεύεσθαι. Sed & apud eundem ex margine in contextum repetenda est vera lectio lib. 4 cap. 126. σὺ δὲ στάς τε καὶ παυσάμενος πλάνης μάχεσθαι, ut docent antiquissimi MSSti. IV, 63 etiam dicit Pythia. Σὺ μέντοι ἥσυχος εἶναι, κατελθὼν ἐς τὴν σεωυτοῦ. Itaque hinc quoque id usurpandum judicavit jecur & sapientia Heliodori V, 261. Ὦ πάτερ ἔφη, σὺ δὲ εἰ τὸ ἐξῆς γινώσκειν εἶναι. VII, 120. Σὺ δέ μοι σαυτὴν ἀναλαμβάνειν. Sed quum sic agant non modo Græci, sed & Hebræi, & quidem ita ut vehementer crebrum sit apud Græcos, mirabar nuper in parte prima artis Criticæ ad ineptiam omnem composita id genus referri ad anomala, idque ideo quia verbum δεῖ subintelligi non potest. Utique potest intelligi μανθάνειν ac similia multa, quorum aliquid maluerunt omittere. Itaque & apud Arrianum mox pro διάβαινε legendum διαβαίνειν ex iisdem codicibus antiquis.

ἐπάγῃ Πῶρος ἐπ' ἐμὲ[67], τὸ δὲ ἄλλο στράτευμα ὑπολείποιτό οἱ ἐπὶ στρατοπέδῳ[68], σὺ δὲ διαβαίνειν σπουδῇ (οἱ γὰρ ἐλέφαντες μόνοι, ἔφη, ἄποροί εἰσι πρὸς τοὺς ἐκβαίνοντας ἵππους) ἡ δὲ ἄλλη στρατιὰ μενέτω[69]. Ταῦτα μὲν Κρατερῷ ἐνετέλλετο. Ἐν μέσῳ δὲ τῆς νήσου τε καὶ τοῦ μεγάλου στρατοπέδου, ἵνα αὐτῷ Κρατερὸς ἐπιλέλειπτο[70], Μελέαγρός τε καὶ Ἄτταλος καὶ Γοργίας ξὺν τοῖς μισθοφόροις ἱππεῦσί τε καὶ πεζοῖς ἐτετάχατο· καὶ τούτοις διαβαίνειν παρηγγέλλετο κατὰ μέρη διελόντας τὸν στρατὸν[71], ὁπότε ξυνεχομένους ἤδη ἐν τῇ μάχῃ τοὺς Ἰνδοὺς ἴδοιεν. Αὐτὸς δ' ἐπιλεξάμενος τό τε ἑταίρων τὸ ἄγημα καὶ τὴν Ἡφαιστίωνος ἱππαρχίαν καὶ τὴν Περδίκκου τε καὶ Δημητρίου καὶ τοὺς ἐκ Βάκτρων καὶ Σογδιανῶν καὶ τοὺς Σκύθας ἱππέας, καὶ Δάας τοὺς ἱπποτοξότας, καὶ τῆς φάλαγγος τούς τε ὑπασπιστὰς καὶ τὴν Κλείτου τε καὶ Κοίνου τάξιν καὶ τοὺς τοξότας καὶ τοὺς Ἀγριᾶνας, ἦγεν ἀφανῶς πολὺ οἱ ἀπέχων τῆς ὄχθης, τοῦ μὴ καταφανὴς εἶναι ἄγων ἐπὶ τὴν νῆσον καὶ τὴν ἄκραν, ἔνθεν διαβαίνειν[72] αὐτῷ ἦν ἐγνωσμένον. Καὶ ἐνταῦθα ἐπληροῦντο τῆς νυκτὸς αἱ διφθέραι τῆς κάρφης ἐκ πολλοῦ ἤδη παρενηνεγμέναι, καὶ κατερράπτοντο ἐς ἀκρίβειαν· ὕδωρ τε ἐξ οὐρανοῦ τῆς νυκτὸς λάβρον γίνεται ταύτῃ, καὶ μᾶλλόν οἱ ἥ τε παρασκευὴ αὐτῷ καὶ ἡ ἐπιχείρησις ἡ ἐς τὴν διάβασιν οὐ φανερὰ κατέστη[73], τῷ κτύπῳ τῷ ἀπὸ τῶν ὅπλων, καὶ τῷ θορύβῳ τῷ ἀπὸ τῶν παραγγελμάτων, τῶν τε βροντῶν καὶ τοῦ ὄμβρου[74] ἀντιπαραγόντων· καὶ τῶν πλοίων τε τὰ πολλὰ αὐτῷ ξυντετμημένα παρεκεκόμιστο ἐς τὸν χῶρον τοῦτον, καὶ ἀφανῶς αὖθις ξυμπεπηγμένα ἐν τῇ ὕλῃ ἐκρύπτετο, τά τε ἄλλα καὶ αἱ τριακόντοροι. Ὑπὸ δὲ τὴν ἕω ὅ, τε ἄνεμος καὶ ὁ ὄμβρος κεκοίμητο, καὶ ἡ μὲν ἄλλη στρατιὰ αὐτῷ ἡ ἱππικὴ τῶν διφθερῶν ἐπιβᾶσα, καὶ ὅσους τῶν πεζῶν τὰ πλοῖα ἐδέχετο, ἐπέρα κατὰ τὴν νῆσον, ὡς μὴ προ-

„me ducat, reliquio exercitu apud castra „relicto, tu celeriter amnem transmitte (soli enim, inquit, elephanti equis difficilem transitum efficiunt) reliquus autem exercitus ibi maneat. Atque hæc quidem Cratero mandata sunt. **12** Medio autem loco inter insulam & magna castra, apud quæ Craterum reliquerat, Meleagrum atque Attalum & Gorgiam cum mercenariis equitibus ac peditibus statuit: mandatis additis, ut diviso in partes exercitu, quum Indos pugnæ implicitos cernerent, etiam ipsi trajicerent. Ipse delecto amicorum agemate & equitatu Hephæstionis, Perdiccæ & Demetrii, Bactrianis etiam & Sogdianis, & Scythis equitibus, & Daarum equestribus sagittariis, ex phalange vero sumtis scutatis, Clitique ac Cœni copiis, & sagittariis atque Agrianis, remotius nonnihil à ripâ, ne ab hostibus ad rupem atque insulam (qua trajicere statuerat) sese conferens cerneretur, exercitum duxit. Tum per noctem pelles jam multo ante eò allatæ stramentis implentur, accurateque consuuntur: largus etiam imber eâ nocte è cœlo fusus effecit, ut apparatus qui ad trajiciendum fiebat, & molitio ejus minus sentiretur, quum & tonitruum & imbrium sonus strepitum armorum & clamores imperantium ducum interciperet. Pleraque etiam navigia dissecta ad eum locum advecta & clam denuo compacta in sylva occultabantur, atque inter alia naves triginta remorum. Sub lucem itaque vento pariter atque imbre sedato, equitatus ac peditatus, quantum aut pelles aut navigia ferre potuerunt, in insulam evasit, ita ut non

67 Ἐπάγῃ Πῶρος ἐπ' ἐμὲ] MSS omnes ἄγῃ. V. C. apud Vulcanium ἄγει. Optimus etiam ἄγει, ut & editio Basil. & videtur earundem propositionum concursus moderandus ex scriptis. Nam cap. 11 vice versa ediderunt ἐπελάσθαι τῶν ἐλεφάντων, quum vetusti habeant πρὸ τῶν ἐλεφάντων, ut 11, 19 χάρακα τὸν πρὸ αὐτοῦ προβεβλημένον.

68 Ἐπὶ στρατοπέδῳ] MSS. omnes στρατοπέδῳ.

69 Ἡ δὲ ἄλλη στρατιὰ μενέτω] Vulcanius postremam vocem à Basileensibus omissam ex Stephani codice revocavit. Ergo & novissimus ineptiarum artifex eandem non sine sensus damno omissam à Basileensibus iterat. At sodes, paulo lenius. Ego vero illam nec in Optimo nec ullo alio MSSto vidi, quorum consensui vereor ut unus Stephani codex queat debeatve intercedere. Sed unus habebat loco hujus verbi positum οὕτως; quod documento est quemque pro ingenio suo hic versantem adjecisse, quod libebat. Eadem vox occurrit Vulcanio postea in Augustano; immo & debet abesse auctoritate MSStorum, & potest abesse sine sensus damno; nam ex superioribus satis lucide apparet hic subintelligi μένειν κατὰ χώραν, non μενέτω, quum tu transiturus sis.

70 Κρατερὸς ἐπιλέλειπτο] MSS. ὑπολέλειπτο. Utique paulo ante etiam habuimus: Κρατερὸς ὑπελέλειπτο ἐπὶ στρατοπέδῳ.

71 Κατὰ μέρη διελόντας τὸν στρατὸν] κατὰ μέρος legitur in editione Basileensi, in MSto illo Optimo, in reliquis Florentinis omnibus, etiam in Augustano. Quo igitur tetendit nasutia sive ista Stephani est, sive Vulcanii? An negant id esse Arrianæi decoris? Per partes id debuisse fieri vel stultus videat: neque enim omnes unum navigium capere poterat. Sed id non fuit mandatum Alexandri; verum ut per vices id facerent, alter post alterum. Sic novimus illud κατὰ μέρος. Sic Appianus in Punicis pag. 8 scribit Carthaginienses Hispaniam subegisse κατὰ μέρος. Vertunt *per partes*.

72 Ἔνθεν διαβαίνειν] Opt. ἵνα. Sed & statim MSSti omnes prorsus ὕδωρ τε . . . λάβρον ἐπιγίνεται, non γίνεται. Sic lib. II cap. 6 καὶ τῆς νυκτὸς χειμὼν ἐπιγίγνεται σκληρός. lib. VI cap. 18 χειμών τε ἐπιγίγνεται ἐς τὴν θάλασσαν.

73 Οὐ φανερὰ κατέστη] MSSti & alii & Optimus κατέστη. Magisque auctori hoc tempus placet. VI, 5 τὰ πλοῖα κατέδυ ἐς αὐτόν. Sup. ἐς ἴσον κατέστη ὁ τόλμα. Alii huc quoque alludant exhibentes καθίστη.

74 Καὶ τοῦ ὄμβρου] MSSti plane omnes καὶ τοῦ ὄμβρου. Deinde ex illis πλοίων τε τὰ πολλὰ αὐτῷ omittit Optimus vocem postremam.

προελθὼν ὀφθείη πρὸς τῶν σκοπῶν τῶν ἐκ Πώρου[75] καθεστηκότων, πρὶν δὴ παραλλάξαντας τὴν νῆσον ὀλίγον ἔτι ἀπέχειν τῆς ὄχθης. 13 Αὐτὸς δὲ ἐπιβὰς τριακοντόρου ἐπέρα, καὶ ἅμα αὐτῷ Πτολεμαῖός τε καὶ Περδίκκας καὶ Λυσίμαχος οἱ σωματοφύλακες, καὶ Σέλευκος τῶν ἑταίρων, ὁ βασιλεύσας ὕστερον, καὶ τῶν ὑπασπιστῶν οἱ ἡμίσεες· τοὺς δὲ ἄλλους ὑπασπιστὰς ἄλλαι τριακόντοροι ἔφερον. Ὡς δὲ τὴν νῆσον παρήλλαξεν ἡ στρατιά, φανερῶς ἤδη ἐπεῖχον τῇ ὄχθῃ· καὶ οἱ σκοποὶ κατιδόντες αὐτῶν τὴν ὁρμὴν, ὡς ἑκάστοις τάχους οἱ ἵπποι εἶχον, ἤλαυνον ὡς ἐπὶ τὸν Πῶρον. Ἐν τούτῳ δὲ Ἀλέξανδρος πρῶτος αὐτὸς ἐκβὰς, καὶ τοὺς ἀπὸ τῶν ἄλλων τριακοντόρων ἀναλαβὼν, ξυνέτασσε τοὺς ἀεὶ ἐκβαίνοντας τῶν ἱππέων· οἱ γὰρ ἱππεῖς πρῶτοι ἐτετάχατο αὐτῷ ἐκβαίνειν· καὶ τούτους ἄγων προῄει ἐν τάξει. Ἔλαθε δὲ οὐκ ἐς βέβαιον χωρίον ἐκβὰς ἀγνοίᾳ τῶν τόπων, ἀλλὰ ἐς νῆσον γὰρ καὶ αὐτὴν μεγάλην, ᾗ δὴ καὶ μᾶλλον νῆσος οὖσα ἔλαθεν, οὐ πολλῷ ὕδατι πρὸς τοῦ ποταμοῦ ἀπειργομένην[76] ἀπὸ τῆς ἄλλης γῆς. Καὶ ἅμα ηὐξήκει τὸ ὕδωρ ὁ ὄμβρος λάβρος τε καὶ ἐπὶ πολὺ τῆς νυκτὸς κατασχὼν, ὥστ' οὐκ ἐξηύρισκον αὐτῷ οἱ ἱππεῖς τὸν πόρον, καὶ δέος ἦν αὖθις ἄλλου δεῆσαι αὐτῷ ἐπὶ τῇ διαβάσει ἴσου τῷ πρώτῳ πόνου. Ὡς δὲ ἐξευρέθη ποτὲ ὁ πόρος, ἦγε κατ' αὐτὸν χαλεπῶς· ἦν γὰρ τῶν μὲν πεζῶν ὑπὲρ τοὺς μαστοὺς τὸ ὕδωρ, ἵνα περ τὸ βαθύτατον αὐτοῦ· τῶν δὲ ἵππων, ὅσον τὰς κεφαλὰς ὑπερίσχειν τοῦ ποταμοῦ. Ὡς δὲ καὶ τοῦτο ἐπεπέρατο αὐτῷ τὸ ὕδωρ, ἐπὶ μὲν τὸ δεξιὸν κέρας παρήγαγε τό, τε ἄγημα τῶν ἱππέων, καὶ τῶν ἄλλων ἱππαρχιῶν τοὺς κρατίστους ἐπιλεξάμενος[77]· τοὺς δὲ ἱπποτοξότας τῆς πάσης ἵππου προέταξε· τῶν δὲ πεζῶν πρώτους μὲν τοὺς ὑπασπιστὰς τοὺς βασιλικοὺς, ὧν ἡγεῖτο Σέλευκος, ἐπέταξε τῇ ἵππῳ· ἐπὶ δὲ τούτοις τὸ ἄγημα τὸ βασιλικόν· ἐχομένους δὲ τούτων τοὺς ἄλλους ὑπασπιστὰς, ὧν ἑκάστοις αἱ ἡγεμονίαι ἐν τῷ τότε ξυνέβαινον· κατὰ δὲ τὰ ἄκρα τῆς φάλαγγος οἱ τοξόται αὐτῷ καὶ οἱ Ἀγριᾶνες 14 καὶ οἱ ἀκοντισταὶ ἑκατέρωθεν ἐπέστησαν. Οὕτως ἐκτάξας, τὸν μὲν πεζὸν στρατὸν ἐν κόσμῳ βάδην ἕπεσθαι ἐκέλευσεν, οὐ πολὺ ἀποδέοντας τῶν ἑξακισχιλίων· αὐτὸς δὲ ὅτι κρατεῖν ἐδόκει τῇ ἵππῳ, τοὺς ἱππέας μόνους ἀναλαβὼν σπουδῇ ἡγεῖτο, ὄντας ἐς πεντακισχιλίους. Ταύρωνα δὲ τὸν

non prius à speculatoribus quos Porus ad ripam statuerat conspecti sint, quam præteritâ insulâ jam non procul ab ripâ abessent. Ipse conscensâ nave XXX remorum in 13 ripam evasit, unaque cum eo Ptolemæus & Perdiccas ac Lysimachus corporis custodes, ex amicis etiam Seleucus cui postea regnare contigit, & scutatorum dimidia pars. reliquos scutatos aliæ naves triginta remorum vexerunt. Simulac vero exercitus insulam prætergressus est, conspiciente jam hoste in ripam contendebat. Speculatores itaque cognito Macedonum adventu, quantâ maximâ celeritate potuerunt equis ad Porum contendunt. Interea Alexander qui primus in terram exscenderat, iis qui aliis navibus XXX remorum trajiciebant assumtis, alios etiam equites transeuntes in ordinem redigebat. equites enim primi omnium transire jussi erant. hos ducens acie instructâ processit. Cæterum ignoratione locorum in locum parum firmum descendit. In aliam enim insulam eamque amplam incidit, quæ vel ideo minus insula esse videbatur, quod eam aqua exiguo spatio à terrâ sejunxerat. Accedebat huc quod nocturnus imber aquam mirum in modum auxerat, ita ut equites vadum reperire non possent, metuerentque ne hic trajectus tantum ipsis negotii quantum prior facesseret. Tandem reperto vado, ægre per eum transitum est. aqua enim ubi altissima erat peditum pectora, equorum cervices æquabat. Porro illâ quoque aquâ trajectâ, agema equitum ad dextrum cornu traduxit, delectis optimis quibusque equitum præfectis. sagittarios vero equites universo equitatui præposuit. peditum autem primos scutatos regios, quos ducebat Seleucus, equitatui adjunxit; proxime his agema regium, exinde reliquos scutatos, prout singulis præfecturæ contigerant. ab utroque phalangis latere sagittarios atque Agrianes & jaculatores constituit. Acie ita instructâ, pedita- 14 tum sex circiter millium ordine & sensim sequi jubet. Ipse, quod equitatu superior futurus videretur, equitum solummodo V M assumtis celeriter contendit, Taurone sagit-

75 Τῶν ἐκ Πώρου] MS. Opt. τῶν παρὰ τοῦ Πώρου.

76 Οὐ πολλῷ ὕδατι πρὸς τοῦ ποταμοῦ ἀπειρ.] Vulcanius, *quod eam aqua exiguo spatio à terra sejunxerat*. Facius. *Quod eam brevi tractu exiguus rivus intersecabat.* Cur nolunt esse pleni interpretes? Primo non dicit Arrianus ideo eam insulam esse latuisse, quod aqua exiguo spatio eam sejungebat à terra, sed quod erat magna. Deinde Arrianus dicit, *quod eam exigua aqua ex fluvio derivata ab reliqua continenti separaret.* Non ut causam daret huic errori, sed ut proprietas loci nota esset. Etiam MSSti omnes οὐ πολλῷ δὴ ὕδατι πρὸς &c.

77 Τῶν ἄλλων ἱππαρχιῶν τοὺς κρατίστους ἐπιλεξάμενος] *Delectis optimis quibusque equitum præfectis.* Sic Vulcanius, qui vel ultimam vocem in versione debuit omittere, vel *ex equitum præfecturis* scribere, quod videtur voluisse imitaturus ex more Facium.

τῷ τοξάρχῃ προσέταξε τοὺς τοξότας ἐπάγειν τῇ ἵππῳ καὶ αὐτοὺς σπουδῇ. Γνώμην δὲ ἐπεποίητο, ὡς εἰ μὲν[78] προσμίξειαν αὐτῷ οἱ ἀμφὶ τὸν Πῶρον ξὺν τῇ δυνάμει ἁπάσῃ, ἢ κρατήσειν αὐτῶν οὐ χαλεπῶς τῇ ἵππῳ προσβαλὼν, ἢ ἀπομάχεσθαί γε ἔστε τοὺς πεζοὺς ἐν τῷ ἔργῳ ἐπιγενέσθαι· εἰ δὲ πρὸς τὴν τόλμαν τῆς διαβάσεως ἄτοπον γενομένην οἱ Ἰνδοὶ ἐκπλαγέντες φεύγοιεν, οὐ πόρρωθεν ἔσεσθαι αὐτῶν κατὰ τὴν φυγὴν, ὡς πλείονα ἐν τῇ ἀποχωρήσει τὸν φόνον γενόμενον, ὀλίγον ἔτι ὑπολείπεσθαι αὐτῷ τὸ ἔργον. Ἀριστόβουλος δὲ τὸν Πώρου παῖδα λέγει φθάσαι ἀφικόμενον ξὺν ἅρμασιν ὡς ἑξήκοντα, πρὶν τὸ ὕστερον ἐκ τῆς νήσου τῆς μικρᾶς περάσαι Ἀλέξανδρον. Καὶ τοῦτον δυνηθῆναι ἂν εἶρξαι Ἀλέξανδρον τῆς διαβάσεως, χαλεπῶς καὶ μηδενὸς εἴργοντος περαιωθέντα, εἴπερ οὖν καταπηδήσαντες οἱ Ἰνδοὶ ἐκ τῶν ἁρμάτων προσέκειντο τοῖς πρώτοις τῶν ἐκβαινόντων. ἀλλὰ παραλλάξαι γὰρ ξὺν τοῖς ἅρμασι, καὶ ἀκίνδυνον ποιῆσαι Ἀλεξάνδρῳ τὴν διάβασιν· καὶ ἐπὶ τούτους ἀφεῖναι Ἀλέξανδρον τοὺς ἱπποτοξότας, καὶ τραπῆναι αὐτοὺς οὐ χαλεπῶς πληγὰς λαμβάνοντας. Οἱ δὲ καὶ μάχην λέγουσιν ἐν τῇ ἐκβάσει γενέσθαι τῶν Ἰνδῶν τῶν ξὺν τῷ παιδὶ τῷ Πώρου ἀφιγμένων, πρὸς Ἀλέξανδρόν τε καὶ τοὺς ξὺν αὐτῷ ἱππέας. Καὶ γὰρ καὶ ἀφικέσθαι ξὺν μείζονι δυνάμει τὸν Πώρου παῖδα, καὶ αὐτόν τε Ἀλέξανδρον τρωθῆναι παρ' αὐτοῦ[79], καὶ τὸν ἵππον αὐτοῦ ἀποθανεῖν τὸν Βουκεφάλαν, φίλτατον Ἀλεξάνδρῳ ὄντα τὸν ἵππον[80], καὶ τοῦτον τρωθέντα ὑπὸ τοῦ παιδὸς τοῦ Πώρου. Ἀλλὰ Πτολεμαῖος ὁ Λάγου, ὅτῳ καὶ ξυμφέρομαι, ἄλλως λέγει· ἐκπεμφθῆναι μὲν γὰρ τὸν παῖδα ὑπὸ τοῦ Πώρου[81], ἀλλ' οὐχ ἑξήκοντα μόνα ἅρματα ἄγοντα. Οὐδὲ γὰρ εἰκὸς Πῶρον ἀκούσαντα ἐκ τῶν σκοπῶν ὅτι δὴ ἢ αὐτὸς Ἀλέξανδρος διαβέβηκε τοῦ Ὑδάσπου τὸν πόρον, ἢ μέρος γε τῆς στρατιᾶς, ξὺν ἑξήκοντα ἅρμασι μόνοις ἐκπέμψαι τὸν αὐτοῦ παῖδα· ἃ δὴ ὡς μὲν ἐπὶ κατασκοπὴν ἐκπεμπόμενα, πολλά τε καὶ οὐκ εὔζωνα[82] ἐς τὴν ἀποχώρησιν ἦν· ὡς δὲ εἰς τὸ εἶρξαί τε τοὺς οὔπω πεπεραικότας τῶν πολεμίων, καὶ τοῖς ἤδη ἐκβεβηκόσιν ἐπιθέσθαι, οὐδαμῆ ἀξιόμαχα. Ἀλλὰ δισχιλίους γὰρ λέγει ἱππέας ἄγοντα ἀφικέσθαι τὸν Πώρου παῖδα, ἅρματα δὲ ἑκατὸν καὶ εἴκοσι· φθάσαι δὲ περάσαντα Ἀλέξανδρον καὶ τὸν ἐκ τῆς νήσου τὸν τελευταῖον πόρον. 15 Καὶ ἐπὶ τούτους τὰ μὲν πρῶτα ἐκπέμψαι Ἀλέξανδρον καὶ οὗτος λέγει τοὺς ἱπποτοξότας, αὐ-

sagittariorum præfecto sagittarios ad equitatum festinanter adducere jusso. Ita vero secum statuerat, ut si Porus cum universo exercitu eum adoriretur, se vel facile cum equitatu irruentem superiorem fore, vel certe tantisper dum peditatus accederet hostilem impetum moraturum. Sin vero Indi improviso transitu perculsi sese in fugam verterent, non procul ab ipsis in fugâ abfuturum, & quo major inter fugiendum cædes edita esset, tanto minus negotii sibi reliquum futurum. Aristobulus autem auctor est Pori filium cum LX curribus eò venisse, priusquam per minorem illam insulam Alexander exercitum transmisisset. Atque hunc quidem Alexandrum transitu prohibere potuisse, quippe qui difficulter etiam nemine obsistente transiret, si modo Indi è curribus desilientes in primos quosque transeuntes impetum fecissent. cæterum illum cum curribus prætergressum, tutum Alexandro transitum reliquisse. in quos quum Alexander equestres sagittarios immisisset, in fugam non incruentam vertisse. Alii Indos qui Pori filium secuti erant cum Alexandro ejusque equitatu flumen egrediente conflixisse tradunt. majoribus enim copiis Pori filium instructum venisse, ipsumque Alexandrum ab eo vulnus accepisse, Bucephalum vero equum, qui carissimus Alexandro erat, etiam à Pori filio vulneratum interiisse. Sed Ptolemæus Lagi F. cui ego assentior, aliter refert. Nam & ipse filium à Poro missum fuisse scribit, non autem LX solum currus ducentem. neque enim verisimile est, Porum quum jam per speculatores certior factus esset, aut ipsum Alexandrum, aut certe partem exercitus Hydaspen transiisse, filium suum cum LX tantum curribus emisisse. qui quidem si ad speculandum missi forent, multi, neque ad receptum expediti fuissent: si ad arcendum hostes nondum transgressos, & cum transgressis jam confligendum, nequaquam pares erant. Cæterum duo millia equitum scribit, currus CXX. at priusquam eò pervenisset, Alexandrum etiam ultimum ex insulâ vadum transisse. Idem Ptolemæus 15 narrat Alexandrum primo sagittarios equestres

78 Γνώμην δὲ ἐπεποίητο, ὡς εἰ μὲν] Opt. γνώμην πεποίητο, εἰ μὲν.

79 Τρωθῆναι παρ' αὐτοῦ] MSSti πρός.

80 Φίλτατον Ἀλεξάνδρῳ ὄντα τὸν ἵππον] Sic auxi sermonem postremis duobus vocabulis, ut Arrianus frueretur grata sua repetitione, quam aperui & simili exemplo firmavi IV, 5.

81 Ἐκπεμφθῆναι μὲν γὰρ τὸν παῖδα ὑπὸ τοῦ Πώρου] Addunt MSSti omnes λέγει καὶ οὗτος, ut mox iterum sequitur.

82 Πολλά τε καὶ οὐκ εὔζωνα] Si inspexeris Freinshemiana ad Curtium 8, 14, 2, non videbis gemina illis, quæ nuper hic subnotata sunt, sed plane eadem atque adeo illa ipsa, furto scilicet manifesto subducta. Hinc igitur scias, unde loci hujus interpretationem acceperis rectam.

αὐτὸν δ' ἄγειν τοὺς ἱππέας· προσάγειν γὰρ οἰηθῆναι Πῶρον ξὺν τῇ δυνάμει πάσῃ· τὴν δὲ ἵππον ταύτην προτεταγμένην αὐτοῦ[83] προπορεύεσθαι πρὸ τοῦ ἄλλου στρατοῦ· ὡς δὲ κατέμαθεν ἀτρεκῶς τὸ πλῆθος τὸ τῶν Ἰνδῶν, ἐνταῦθα δὴ ὀξέως ἐπιπεσεῖν αὐτοῖς ξὺν τῇ ἀμφ' αὐτὸν ἵππῳ· τοὺς δὲ ἐγκλῖναι, ὡς Ἀλέξανδρόν τε αὐτὸν κατεῖδον καὶ τὸ στῖφος ἀμφ' αὐτὸν τῶν ἱππέων, οὐκ ἐπὶ μετώπου, ἀλλὰ κατ' ἴλας ἐμβεβληκός[84]· καὶ τούτων ἱππέας μὲν πεσεῖν ἐς τετρακοσίους, πεσεῖν δὲ καὶ τοῦ Πώρου τὸν παῖδα· τὰ δὲ ἅρματα αὐτοῖς ἵπποις ἁλῶναι, ἔν τε τῇ ἀποχωρήσει βαρέα γινόμενα, καὶ ἐν αὐτῷ τῷ ἔργῳ ὑπὸ τοῦ πηλοῦ ἀχρεῖα. Πῶρος δὲ ὡς αὐτῷ ὅσοι ἱππεῖς ἐκ τῆς φυγῆς διεσώζοντο, Ἀλέξανδρόν τε αὐτὸν πεπερακότα ξὺν τῇ στρατιᾷ ἐς τὸ καρτερώτατον, καὶ τὸν παῖδα ἐν τῇ μάχῃ τετελευτηκότα ἤγγειλαν, ἐγίγνετο μὲν καὶ ὣς ἀμφίβολος τῇ γνώμῃ, ὅτι οἱ ἀπὸ τοῦ καταντικρὺ[85] τοῦ μεγάλου στρατοπέδου, οἱ ξὺν Κρατερῷ ὑπολελειμμένοι ἐπιχειροῦντες τῇ διαβάσει ἐφαίνοντο· εἵλετο δὲ οὖν ἐπ' αὐτὸν Ἀλέξανδρον ἐλάσας ξὺν τῇ στρατιᾷ πάσῃ, πρὸς τὸ καρτερώτατόν τε τῶν Μακεδόνων καὶ αὐτὸν τὸν βασιλέα διαγωνίσασθαι· ἀλλὰ καὶ ὣς ὀλίγους τῶν ἐλεφάντων σὺν οὐ πολλῇ στρατιᾷ αὐτοῦ ἐπὶ τοῦ στρατοπέδου ἀπέλιπεν, ὡς φοβεῖν ἀπὸ τῆς ὄχθης τοὺς ξὺν Κρατερῷ ἱππέας. Αὐτὸς δὲ τήν τε ἵππον ἀναλαβὼν πᾶσαν ἐς τετρακισχιλίους ἱππέας, καὶ τὰ ἅρματα πάντα τριακόσια ὄντα, καὶ τῶν ἐλεφάντων διακοσίους, καὶ τῶν πεζῶν ὅ, τι περ ὄφελος ἐς τρισμυρίους, ἤλαυνεν ὡς ἐπ' Ἀλέξανδρον. Ὡς δ' ἐνέτυχε χωρίῳ, ἵνα οὐ πηλὸς αὐτῷ ἐφαίνετο, ἀλλ' ὑπὸ ψάμμου γὰρ ξύμπαν ἦν ἄπεδον καὶ στερεὸν ἐς τὰς ἐφόδους τε καὶ ἀναστροφὰς τῶν ἵππων, ἐνταῦθα ἔτασσε τὴν στρατιάν, πρώτους μὲν τοὺς ἐλέφαντας ἐπὶ μετώπου, διέχοντα ἐλέφαντα ἐλέφαντος οὐ μεῖον πλέθρου, ὡς πρὸ πάσης τε τῆς φάλαγγος τῶν πεζῶν παραταθῆναι[86] αὐτῷ τοὺς ἐλέφαντας ἐπὶ μετώπου, καὶ φόβον πάντῃ παρέχειν τοῖς ἀμφ' Ἀλέξανδρον ἱππεῦσιν· ἄλλως τε οὐδὲ ἠξίου ἐς τὰ διαλείποντα τῶν ἐλεφάντων τολμῆσαι ἄν τινα ὠσθῆναι τῶν πολεμίων, οὔτε ξὺν ἵπποις διὰ τὸν φόβον τῶν ἵππων, πεζούς τε ἔτι

ſtres in illos emiſiſſe: ipſum vero equites duxiſſe, exiſtimantem Porum cum omnibus copiis adventare. equitatum vero primo loco poſitum, reliquum exercitum præceſſiſſe. Poſtquam autem ex ſpeculatoribus numerum hoſtium Indorum certo cognovit, tum acriter cum equitatu quem penes ſe habebat in eos invectum fuiſſe: illos in fugam verſos, ſimulac Alexandrum ipſum equitumque qui ei aderant agmen non exporrectâ acie ſed turmatim in ſeſe ferri viderunt. ex his equites quidem cccc cæſos eſſe, atque in iis etiam Pori filium, curruſque una cum equis captos, & in fugâ oneroſos ac graves & in ipſa pugna præ limo inutiles. Porum vero, ſimulac qui fugâ evaſerant equites nuntiarunt, Alexandrum cum majore exercitus parte trajeciſſe, filiumque in pugnâ cæſum, ancipitis conſilii vel eo præcipue nomine eſſe factum, quod milites qui è regione apud magna caſtra cum Cratero relicti erant tranſitum quoque tentare viderentur: tandem ſtatuiſſe Alexandro cum univerſo exercitu occurrere, & adverſus Macedones, utpote firmiſſimam exercitus partem, regemque ipſum pugnam inire. quod tamen ita fecit, ut elephantos nonnullos atque aliquam exercitus partem apud caſtra relinqueret, qui Crateri equitibus ex ripâ terrori eſſent. Ipſe aſſumto univerſo equitatu (qui quatuor millium erat) & curribus ccc, elephantis cc, peditum vero qui uſui eſſe poſſent xxx millibus, adverſus Alexandrum contendit. quumque ad campum minime lutoſum veniſſet, quem arena planum firmumque fecerat, & ducendo circumagendoque equitatui idoneum, exercitum hoc pacto inſtruit. Elephantos primum in fronte collocat, centum pedum ſpatio inter ſe disjunctos, qui ante univerſam peditum phalangem exporrecti ſtarent, metumque Alexandri equitibus incuterent. neque enim putabat quenquam hoſtium per illa elephantorum interſtitia penetrare auſurum, ſed ne equites quidem, equorum metu: pedites vero

83 Προτεταγμένην αὐτοῦ] Intelligo & ſtylum & ſenſum Arriani, qui uterque in his eſt ſatis commodus. Sed tamen codicum Optimus habet αὐτοῦ, ſive ut notet *iſtic*, quaſi tunc Porus ibi fecerit aliter ac ſolebat in equitatu fieri, ſive ipſius Pori, perinde ut notat dativus.

84 Ἐμβεβληκός] Opt. ἐμβεβληκώς, quod probandum videtur, quia jam ante dixit ἱππεῦσιν. Plus juſto autem negligentior fuit in hujus loci verſione Vulcanius. Dicit *ex ſpeculatoribus*, qui nulli ſunt in Græco, & κατιδόντα Ἀλέξανδρον, nempe per ἐμβεβληκότας. Dein quum præmiſiſſet voces *numerum hoſtium Indorum*, dicit Alexandrum invectum fuiſſe *in eum*, & adjicit *illos in fugam verſos*. Hæc ſyntaxis nulla eſt. Etiam de curribus mox mutavi.

85 Ὅτι οἱ ἀπὸ τοῦ κατ.] MS. Opt. ὅτι καὶ οἱ ἀπό.

86 Παραταθῆναι] Alieno loco hæc vox poſita eſt, & in militia longe alii ſunt παραστάται hinc venientes. Voluit id quidem mollire Vulcanius interpretando *exporrecti ſtarent*; ſed non ita poteſt intelligi iſtud Græcum: utque ſcias vitium eſſe ortum ab plebe typographorum, lege ex MSStis iterum omnibus παρατετάχθαι. Sic in fine capitis 16 & in editione Baſileenſi & in MSStis omnibus legitur πρὸ ἐπὶ φάλαγγος ἐπιτετάχθαι αὐτοῖς τοὺς ἵππους, non ἐπιτάχθηναι. Nec video, cur id ferre nequierit Vulcanius.

Ordinatio aciei Macedonicæ, & principium pugnæ.

ἔτι μεῖον· κατὰ στόμα τε γὰρ ἀντιπρόσωπος τῶν ὁπλιτῶν προσβαλλόντων εἴργεσθαι, καὶ καταπατηθήσεσθαι ἐπιστρεψάντων ἐπ' αὐτοὺς τῶν ἐλεφάντων. Ἐπὶ τούτοις δὲ οἱ πεζοὶ αὐτῷ ἐτετάχατο, οὐκ ἴσον τὸ μέτωπον τοῖς θηρίοις ἐπέχοντες, ἀλλ' ἐν δευτέρῳ μετώπῳ μετὰ τοὺς ἐλέφαντας, ὅσον ἐς τὰ διαλείποντα ἐπ' ὀλίγον ἐμβεβλῆσθαι τοὺς λόχους. ἦσαν δ' αὐτῷ καὶ κατὰ τὰ κέρατα ἔτι ὑπὲρ τοὺς ἐλέφαντας πεζοὶ ἐφεστηκότες[87]. ἑκατέρωθεν δὲ τῶν πεζῶν ἡ ἵππος αὐτῷ ἐπετέτακτο, καὶ πρὸ ταύτης τὰ ἅρματα ἑκατέρωθεν. 16 Αὕτη μὲν ἡ Πώρου τάξις ἦν. Ἀλέξανδρος δὲ ὡς ἤδη καθεώρα τοὺς Ἰνδοὺς ἐκτασσομένους, ἐπέστησε τοὺς ἱππέας τοῦ πρόσω, ὡς ἀναλαμβάνειν τῶν πεζῶν τοὺς ἀεὶ προσάγοντας. Ὡς δὲ καὶ ἡ φάλαγξ αὐτῷ δρόμῳ συνάψασα ὁμοῦ ἤδη ἦν, ὁ δ' οὐκ εὐθὺς ἐκτάξας ἐπῆγεν, ὡς μὴ καματηρούς τε καὶ πνευστιῶντας ἀκμῆσι παραδοῦναι τοῖς βαρβάροις, ἀλλὰ ἐς κύκλους παριππεύων[88] ἀνέπαυε τοὺς πεζούς, ἔστε καταστῆναι αὐτοῖς τὸν θυμόν. Ὡς δὲ τὴν τάξιν κατεῖδε τῶν Ἰνδῶν, κατὰ μέσον μὲν, ἵνα οἱ ἐλέφαντες προεβέβληντο, καὶ πυκνὴ ἡ φάλαγξ κατὰ τὰ διαλείποντα αὐτῶν ἐπετέτακτο, οὐκ ἔγνω προάγειν, αὐτὰ ἐκεῖνα ὀκνήσας, ἅπερ ὁ Πῶρος τῷ λογισμῷ ξυνθεὶς ταύτῃ ἔταξεν· ἀλλὰ αὐτὸς μὲν ἅτε ἱπποκρατῶν, τὴν πολλὴν τῆς ἵππου ἀναλαβὼν ἐπὶ τὸ εὐώνυμον κέρας τῶν πολεμίων παρήλαυνεν, ὡς ταύτῃ ἐπιθησόμενος. Κοῖνον δὲ πέμπει ἐπὶ τὸ δεξιὸν[89], τὴν Δημητρίου καὶ τὴν αὐτοῦ ἔχοντα ἱππαρχίαν· κελεύσας, ἐπειδὰν τὸ κατὰ σφᾶς στῖφος τῶν ἱππέων ἰδόντες οἱ βάρβαροι ἀντιπαριππεύσωσιν αὐτῶν, κατόπιν ἔχεσθαι αὐτῶν[90]· τῶν πεζῶν δὲ τὴν φάλαγγα Σελεύκῳ καὶ Ἀντιγένει καὶ Ταύρωνι προσέταξεν ἄγειν· μὴ πρόσθεν δὲ ἅπτεσθαι τοῦ ἔργου, πρὶν ὑπὸ τῆς ἵππου τῆς ἀμφ' αὐτὸν τεταραγμένην τήν τε φάλαγγα τῶν πεζῶν καὶ τοὺς ἱππέας κατίδωσιν. Ἤδη τε ἐντὸς βέλους ἐγίγνετο, καὶ ἐφῆκεν ἐπὶ τὸ κέρας τὸ εὐώνυμον τῶν Ἰνδῶν τοὺς ἱπποτοξότας, ὄντας ἐς χιλίους, ὡς ταράξαι τοὺς ταύτῃ ἐφεστηκότας τῶν πολεμίων τῇ πυκνότητί τε τῶν τοξευμάτων

verò multo minus, quod & armati milites eos ex adverso ferientes propulsaturi, & elephanti proculcaturi essent. Post hos collocati erant pedites: non quidem in eadem cum elephantis serie, sed secundo post elephantos ordine, adeo ut fere ipsis interstitiis interjecta essent agmina. Adhæc ad cornua aciei pedites elephantis imposuerat, utrumque vero peditum latus equitatu cinxerat, equitatum utrinque curribus munierat. Atque hæc quidem Pori acies erat. Alexander simulatque Indos acie instructa stantes vidi, equites subsistere jubet, ut paulatim advenientes pedites reciperet, quumque jam phalanx cursim sese cum reliquis copiis conjunxisset, Alexander non continuo eos in aciem eduxit, ne cursus celeritate defatigatos atque anhelos barbaris recentibus objiceret: sed in orbem equitatum ducens, respirandi locum peditibus dedit, donec animum recollegissent. Itaque Indorum exercitus ordinatione conspectâ, non in mediam aciem, quâ parte elephanti objecti erant, & densâ phalanx per interstitia eorum collocata, impetum facere statuit, id ipsum metuens quod Porum ad ita instruendam aciem induxerat; sed ipse (ut qui equitatu superior erat) assumtâ majore equitum parte in sinistrum Pori cornu movet, tanquam eâ parte irrupturus; Cœnum ad dextrum cornu mittit, suas & Demetrii turmas ducentem, mandatis additis, ut quum barbari suum equitatum adversus agmen equitum quod eos adoriebatur ducerent, eorum terga premerent; peditum autem phalangem Seleuco, Antigeni & Tauroni ducendam dedit, utque non prius prælium ineant jubet, quam equitatum hostilem & phalangem à suis equitibus perturbatam viderint. Quumque intra teli jactum appropinquasset, confestim sagittarios equestres circiter mille in sinistrum Indorum cornu immittit, ut frequentiâ telorum & equorum irruptione hostes ex eâ parte con-

16

87 Ὑπὲρ τοὺς ἐλέφαντας πεζοὶ ἐφεστηκότες] *Pedites elephantis imposuerat.* Quis id intelligit? Imponere elephantis Indos, velut rectores, legimus: non peditum agmen. Immo alia peditum agmina quædam super vel ultra latitudinem ordinis vel spatii elephantorum collocarat.

88 Ἐς κύκλους παριππεύων] Opt. aliique περιππεύων, ut VI, 8, ubi vide.

89 Πέμπει ἐπὶ τὸ δεξιὸν] Optimus πέμπει ὡς ἐπί.

90 Ἀντιπαριππεύσωσιν αὐτῶν, κατόπιν ἔχεσθαι αὐτῶν] Et hæc Græca construi nequeunt, & ex Latinis nihil intelligas prima fronte. Quomodo enim illi, quum barbari suum equitatum adversus agmen equitum, quod eos adoriebatur, ducerent, eorum terga premere poterant, quum hi ipsi essent adversa fronte illis oppositi, atque adeo essent ipsum agmen equitum, quod eos barbaros adoriebatur? Perquam involutus sermo. Sed quum ex sequentibus consilium Alexandri intelleximus, ad quod hæc mandata composita sunt, tum incipiunt aliquo modo clarescere; in quibus videmus illud τὸ κατὰ σφᾶς στῖφος non esse Cœni copias illis in prima ordinatione oppositas, sed ipsum Alexandrum à latere aggredientem. Nihilominus distingue & scribe ex MSS. omnibus ἀντιπαριππεύσωσιν, αὐτοὶ κατόπιν ἔχεσθαι αὐτῶν. Mire Facius: *qui Barbarorum, si in suum cornu irruerent, terga cedat.* Ac si veritus esset Alexander, ne Porus equites ab sinistra aciei parte in dextrum traduceret contra equites eos, quibuscum erat ipse Alexander, ut sic tergum darent Cœno. Aliam narrationem habuit præ se Curtius, qui non discessisse ab cornu suo Alexandrum dicit, sed in lævum hostis induxisse suos, ut Cœnus in dextrum.

Alex. prudens captatio frangit Indos.

πιν καὶ τὴν ἵππον τὴν ἐπελάσαι. Καὶ αὐτὸς δὲ τοὺς ἑταίρους ἔχων τοὺς ἱππέας παρήλαυνεν ὀξέως ἐπὶ τὸ εὐώνυμον τῶν βαρβάρων, κατὰ κέρας ἔτι τεταραγμένοις ἐμβαλεῖν σπουδὴν ποιούμενος, πρὶν ἐπὶ φάλαγγος ἐκταχθῆναι αὐτοῖς τὴν ἵππον. 17 Ἐν τούτῳ δὲ οἵ τε Ἰνδοὶ τοὺς ἱππέας πάντοθεν ξυναλίσαντες παρίππευον Ἀλεξάνδρῳ, ἀντιπαρεξάγοντες τῇ ἐλάσει. Καὶ οἱ περὶ Κοῖνον, ὡς παρήγγελτο, κατόπιν αὐτοῖς ἐπεφαίνοντο. Ταῦτα ξυνιδόντες οἱ Ἰνδοὶ, ἀμφίστομον ἠναγκάσθησαν ποιῆσαι τὴν τάξιν τῆς ἵππου, τὴν μὲν ὡς ἐπ' Ἀλέξανδρον τὴν πολλήν τε καὶ κρατίστην· τὴν δὲ ὡς ἐπὶ Κοῖνόν τε καὶ τοὺς ἅμα τούτῳ ἐπέστρεφον[91]. Τοῦτό τε οὖν εὐθὺς ἐτάραξε τάς τε τάξεις καὶ τὰς γνώμας τῶν Ἰνδῶν· καὶ Ἀλέξανδρος ἰδὼν τὸν καιρὸν, ἐν αὐτῇ τῇ ἐπὶ θάτερα ἐπιστροφῇ τῆς ἵππου, ἐπιτίθεται τοῖς καθ' αὑτόν· ὥστε οὐδὲ τὴν ἐμβολὴν ἐδέξαντο τῶν ἀμφ' Ἀλέξανδρον ἱππέων οἱ Ἰνδοὶ, ἀλλὰ κατηράχθησαν ὥσπερ εἰς τεῖχός τι φίλιον τοὺς ἐλέφαντας[92]. καὶ ἐν τούτῳ οἱ ἐπιστάται τῶν ἐλεφάντων ἀντεπῆγον τῇ ἵππῳ τὰ θηρία· καὶ ἡ φάλαγξ αὐτὴ τῶν Μακεδόνων ἀντεπῄει πρὸς τοὺς ἐλέφαντας, τοὺς ἐπιβάτας αὐτῶν ἀκοντίζοντες[93], καὶ αὐτὰ τὰ θηρία περιϊστάμενοι πάντοθεν βάλλοντες. Καὶ ἦν τὸ ἔργον οὐδενὶ τῶν πρόσθεν ἀγώνων ἐοικός· τά τε γὰρ θηρία ἐπεκθέοντα[94] ἐς τὰς τάξεις τῶν πεζῶν, ὅπῃ ἐπιστρέψειεν, ἐκεράϊζε καίτοι πυκνὴν οὖσαν τὴν Μακεδόνων φάλαγγα· καὶ οἱ ἱππεῖς οἱ τῶν Ἰνδῶν τοῖς πεζοῖς ἰδόντες ξυνεστηκὸς τὸ ἔργον[95], ἐπιστρέψαντες αὖθις καὶ αὐτοὶ ἐπήλαυνον τῇ ἵππῳ· ὡς δὲ πάλιν ἐκράτησαν αὐτῶν οἱ ἀμφ' Ἀλέξανδρον, τῇ τε ῥώμῃ καὶ τῇ ἐμπειρίᾳ πολὺ προέχοντες, ὡς ἐπὶ τοὺς ἐλέφαντας αὖθις κατειλήθησαν[96]. Καὶ ἐν τούτῳ πᾶσα ἡ ἵππος Ἀλεξάνδρῳ ἐς μίαν ἴλην ἤδη ξυνηγμένη, οὐκ ἐκ παραγγέλματος, ἀλλ' ἐν τῷ ἀγῶνι αὐτῷ ἐς τήνδε τὴν τάξιν καταστᾶσα, ὅποι προσπέσοι τῶν Ἰνδῶν ταῖς τάξεσι, ξὺν πολλῷ φόνῳ ἀπελύοντο. Καὶ ἐς στενὸν ἤδη κατειλημμένων τῶν θηρίων, καὶ

constitutos turbarent. Ipse etiam equitatum amicorum apud se habens ad sinistrum barbarorum cornu celeriter contendit, eo consilio ut adhuc perturbatos à latere aggrediatur, ante quam equitatus phalangi admoveri posset. 17 Interea Indi omni ex parte conglomerati equitatum contra Alexandrum, impetum ejus propulsaturi, ducunt, quum statim Cœnus cum suis copiis, uti ei imperatum erat, eorum tergo imminet. quod conspicati Indi equitatum in duas acies diducere sunt coacti, atque eam quidem quæ & pluribus & præstantioribus copiis constabat, in Alexandrum: alteram vero in Cœnum ducebant. quod quidem statim Indorum ordines pariter atque animos turbavit. Alexander opportunitate rei animadversa, interea dum se equitatus in duas partes dividit, in eam quæ in se conversa erat impetum facit. quam Alexandri equitatus incursionem quum Indi sustinere non possent, ad elephantos tanquam ad amicum murum confugiunt. quorum rectores quum belluas in equitatum concitassent, Macedonum phalanx invecta telorum jactu tum sessores tum elephantos ipsos omni ex parte premebat. eratque hæc pugna nulli priorum certaminum similis. Belluæ enim in peditum agmina delatæ, quacunque sese vertebant Macedonum phalangem quantumvis densam perfringebant: adhæc Indorum equites quum peditatum laborare viderent, denuo conversi equitatum invadebant. qui quum iterum ab iis qui circa Alexandrum erant victi essent, (quippe qui & robore & peritiâ rei militaris longe erant superiores) ad elephantos rursus confugiebant. Interea universus Alexandri equitatus jam in unum agmen conglomeratus, non quidem ipsius mandato, sed in ipso certamine in eum ordinem redactus, quacunque in agmina Indorum incidebat, cum multâ cæde discedebat. Belluæ vero quum jam in angustum redactæ essent,

μείω

91 **Τὴν δὲ ὡς ἐπὶ Κοῖνόν τε καὶ τ. ἀ. τ. ἐπέστρεφον**] MSS. omnes, etiam Opt. **οἱ δὲ ἐπὶ Κοῖνον** ac deinde solus Opt. **ἀνέστρεφον**. Certe quodcunque verbum eligas, omnino sic scribendum est, & alioqui dixisset Arrianus **ἐπιστρ.** vel **ἀποστρέψαντες**. Sed varietas hæc constructionis nequit esse ingrata.

92 **Ὥσπερ εἰς τεῖχός τι φίλιον ἐς τοὺς ἐλέφαντας**] Posterius ἐς abest ab omnibus scriptis, & abesse oportet, plane ex more Arriani, qui & infra VI 15 dicit **ὥσπερ ἐν πελάγει ἐκπεσόντες τῇ ψάμμῳ**, & III, 3 dixit **περιϊέναι καθάπερ ἐν πελάγει τῇ ψάμμῳ**. Similiter Peiresciana Excerpta Dionis pag. 649. **ὥσπερ ἐπὶ λιμένα τὸ τοῦ Σύλλα στρατόπεδον καταφέροιτο**, ut prorsus eadem vocula ἐς uno loco sit ejicienda, prout sane video etiam abesse ab exemplari Basileensi.

93 **Τοὺς ἐπιβάτας αὐτῶν ἀκοντίζοντες**] Opt. **ἔς τε τοὺς ἐπιβάτας**.

94 **Ἀπεκθέοντα**] Fatuum est, & corrigendum ex MS. Opt. **ἐπεκθέοντα**.

95 **Τοῖς πεζοῖς ἰδόντες ξυνεστηκὸς τὸ ἔργον**] *Quum peditatum laborare viderent.* Satis vana ratio: ut equitatus jam in fugam datus, videns peditatum premi & pene eidem periculo vicinum esse, rediret in pugnam subito; idque subsequentibus quanta vi possent victoribus. Ne verisimile quidem apparet. Non meliore acumine Facius, *cum omne negotium circa peditatum verti viderent.* Verte: *videntes peditatum in medio pugnæ fervore esse*, quod scilicet non erat tum, quum ipsi ab Alexandro & Cœno invaderentur; unde si nunc rursus ipsi quoque excurrentes animum resumerent, sperabant communi ejusdem temporis invasione rem profligari posse.

96 **Ὡς ἐπὶ τοὺς ἐλέφαντας αὖθις κατειλήθησαν**] Vocula ἐπὶ ab Opt. ignoratur.

μεῖα πρὸς αὐτῶν οἱ φίλοι ἤπερ οἱ πολέμιοι ἐβλάπτοντο, ἐν ταῖς ἐπιστροφαῖς τε καὶ τοῖς ὠθισμοῖς καταπατούμενοι. Τῶν τε οὖν ἱππέων, οἷα δὴ ἐν στενῷ περὶ τοὺς ἐλέφαντας εἰλημένων, πολὺς φόνος ἐγίγνετο· καὶ οἱ ἡγεμόνες τῶν ἐλεφάντων οἱ πολλοὶ κατηκοντισμένοι ἦσαν· καὶ αὐτοὶ οἱ ἐλέφαντες τὰ μὲν τιτρωσκόμενοι, τὰ δὲ ὑπό τε τῶν πόνων καὶ ἐρημίας ἡγεμόνων, οὐκέτι διακεκριμένοι ἐν τῇ μάχῃ ἦσαν· ἀλλ' οἷα δὴ ὑπὸ τοῦ κακοῦ ἔκφρονες, φιλίοις τε ὁμοῦ καὶ πολεμίοις προσφερόμενοι, πάντα τρόπον ἐξώθουν τε καὶ κατεπάτουν καὶ κατέκαινον. Ἀλλ' οἱ μὲν Μακεδόνες ἅτε ἐν εὐρυχωρίᾳ τε καὶ κατὰ γνώμην τὴν σφῶν προσφερόμενοι τοῖς θηρίοις, ὅπῃ μὲν ἐπιφέροιντο, εἶκον· ἀποστραφέντων δὲ εἴχοντο ἐσακοντίζοντες· οἱ δὲ Ἰνδοὶ ἐν αὐτοῖς ἀναστρεφόμενοι, τὰ πλείω ἤδη πρὸς ἐκείνων ἐβλάπτοντο. Ὡς δὲ κεκμηκότα τε ἦν τὰ θηρία, καὶ οὐκέτι αὐτοῖς ἐρρωμέναι[97] αἱ ἐκδρομαὶ ἐγίγνοντο, ἀλλὰ συριγμῷ μόνον διαχρώμενα, ὥσπερ αἱ πρύμναν κρουόμεναι νῆες, ἐπὶ πόδα ὑπεχώρει· αὐτὸς μὲν Ἀλέξανδρος περιβάλλει ἐν κύκλῳ τὴν ἵππον τῇ πάσῃ τάξει, τοὺς πεζοὺς δὲ ξυνασπίσαντας ὡς ἐς πυκνοτάτην ξύγκλεισιν ἐπάγειν τὴν φάλαγγα ἐσήμηνε· καὶ οὕτως οἱ μὲν ἱππεῖς τῶν Ἰνδῶν πλὴν ὀλίγων κατεκόπησαν ἐν τῷ ἔργῳ· ἐκόπτοντο δὲ καὶ οἱ πεζοὶ πανταχόθεν ἤδη προσκειμένων τῶν Μακεδόνων[98]. Καὶ ἐν τούτῳ, ἵνα διέσχεν ἡ ἵππος ἡ Ἀλεξάνδρου, ἐς φυγὴν πάντες ἐπεστράφησαν. Καὶ

18 ἐν τῷ αὐτῷ Κρατερός τε καὶ οἱ ἄλλοι ὅσοι τῆς στρατιᾶς τῆς Ἀλεξάνδρου ἐπὶ τῇ ὄχθῃ τοῦ Ὑδάσπου ὑπολειπόμενοι[99] ἡγεμόνες ἦσαν, ὡς νικῶντα λαμπρῶς Ἀλέξανδρον κατεῖδον, ἐπέρων καὶ αὐτοὶ τὸν πόρον[1]. καὶ οὗτοι οὐ μείονα τὸν φόνον ἐν τῇ ἀποχωρήσει τῶν Ἰνδῶν ἐποίησαν, ἀκμῆτες ἀντὶ κεκμηκότων τῶν ἀμφ' Ἀλέξανδρον ἐπιγενόμενοι τῇ διώξει. Ἀπέθανον δὲ τῶν Ἰνδῶν πεζοὶ μὲν ὀλίγον ἀποδέοντες τῶν δισμυρίων, ἱππεῖς δὲ ἐς τρισχιλίους· τὰ δὲ ἅρματα ξύμπαντα κατεκόπη, καὶ Πώρου δύο παῖδες ἀπέθανον. Καὶ Σπιτάκης ὁ νομάρχης[2] τῶν ταύτῃ Ἰνδῶν, καὶ τῶν ἐλεφάντων καὶ ἁρμάτων οἱ ἡγεμόνες, καὶ οἱ ἱππάρχαι, καὶ οἱ στρατηγοὶ τῆς στρατιᾶς τῆς Πώρου ξύμπαντες· ἐλήφθησαν δὲ καὶ οἱ ἐλέφαντες, ὅσοι γε αὐτῶν αὐτοῦ μὴ ἀπέθανον. Τῶν δὲ ἀμφ' Ἀλέξανδρον πεζοὶ μὲν, ἀπὸ ἑξακισχιλίων τῶν ἐν τῇ πρώτῃ προσβολῇ γενομένων, ἐς ὀγδοήκοντα μάλιστα ἀπέθανον· ἱππεῖς δὲ τῶν μὲν ἱπποτοξοτῶν, οἳ δὴ καὶ πρῶτοι τοῦ ἔργου ἥψαντο, δέκα·

essent, non minus damni suis quam hostibus inferebant, multis dum vexantur atque agitantur protritis. Equitibus itaque angusto loco cum elephantis conclusis magna strages edebatur. plerique etiam elephantorum rectores telorum jactu saucii, ipsique elephanti partim vulnerati, partim defatigati & rectoribus destituti non amplius in pugnâ certum locum tenebant, sed vulnerum impatientiâ, rabie instinctis similes, nullo discrimine suos juxta atque hostes impellebant proculcabantque atque interimebant. At Macedones majorem loci amplitudinem ex animi sententiâ nacti, irruentibus in se belluis cedebant: contra, recedentes jaculis confodiebant. At Indi qui circum elephantos versabantur majore damno afficiebantur. Postquam vero belluæ defatigatæ non jam amplius validos impetus facerent, sed stridorem tantum edentes, instar navis puppi inhibitâ pedem retro ferrent: Alexander repente omni equitatu hostibus circumfuso, signo dato imperat uti pedites inter se consertis scutis confertissimaque phalange in eos ferantur. atque ita undique circumventi Indorum equites omnes fere eâ in pugnâ cæsi sunt. Peditum etiam, irruentibus omni ex parte Macedonibus, magna strages edita est. Tum omnes, qua Alexandri equitatus spatium dabat, in fugam vertuntur. Interea Craterus 18 aliique duces, qui cum eo ad ripam Hydaspis relicti fuerant, manifestâ Alexandri victoriâ conspectâ, amnem trajiciunt. qui quidem non minorem fugientium Indorum cædem ediderunt, quippe qui integri fessis Alexandri militibus in insequendo succederent. Cæsa sunt ex Indis peditum paulo minus XX M. equitum III M. currus omnes concisi. duo Pori filii interfecti. Spitaces etiam Indorum illius regionis præses, omnesque elephantorum & curruum præfecti, & equitatus ac peditatus Pori duces. elephanti etiam qui in pugnâ cæsi non erant, capti. Ex peditatu Alexandri, qui VI M numero primum conflictum adierunt, LXXX summum desiderati. ex sagittariis equestribus, qui quidem primi pugnam aggressi sunt, X. ex

97 Οὐκ ἔτι αὐτῷ ἐῤῥωμέναι] Plane ista lectio nec sani quidquam sensus habet, nec constructionem vocis αὐτῷ tueri potest, unde hæsitabam vel in ἐν αὐτῷ, vel αὐτῶν vel αὐτοῖς. Sed denique videre licuit hoc postremum ab Optimo codice approbari, in quo acquiesco gratus.

98 Προσκειμένων τῶν Μακεδ.] MSS. προσκειμένων σφίσι τῶν Μ.

99 Ὑπολειπόμενοι] Scripsi ὑπολελειμμένοι.

1 Ἐπέρων καὶ αὐτοὶ τὸν πόρον] Opt. ποταμόν. Certe ita mavult cap. 11. αὐτὸς δὲ ἐπέρα τὸν Ὑδάσπην ποταμόν.

2 Σπιτάχης ὁ νομάρχης] Quasi rythmus excogitari debuisset, quo etiam Græcæ compositiones nominum in Indiam transferrentur. Nihil nugacius. At MSS. omnes Σπιτάκης, quæ vera nominis Orientalis terminatio, ut Ἀστάκης, Σαβάκης. Unde merito restitui.

δέκα· τῶν δὲ ἑταιρικῶν ἱππέων, ἀμφὶ τοὺς εἴκοσι· τῆς δὲ ἄλλης ἵππου, ὡς διακόσιοι. Πῶρος δὲ μεγάλα ἔργα ἐν τῇ μάχῃ ἐπιδειξάμενος[3], μὴ ὅτι στρατηγοῦ ἀλλὰ καὶ στρατιώτου γενναίου, ὡς τῶν τε ἱππέων τὸν φόνον κατεῖδε, καὶ τῶν ἐλεφάντων τοὺς μὲν αὐτοῦ πεπτωκότας, τοὺς δὲ ἐρήμους τῶν ἡγεμόνων λυπηροὺς πεπλανημένους[4], τῶν δὲ πεζῶν αὐτῷ οἱ πλείους ἀπολώλεσαν· οὐχ ὥσπερ Δαρεῖος ὁ μέγας βασιλεὺς ἐξάρχων τοῖς ἀμφ' αὐτὸν[5] τῆς φυγῆς ἀπεχώρει, ἀλλὰ ἔστε γὰρ ὑπέμενέ τι τῶν Ἰνδῶν ἐν τῇ μάχῃ ξυνεστηκὸς, ἐς τοσόνδε ἀγωνισάμενος· τετρωμένος δὲ τὸν δεξιὸν ὦμον, ὃν δὴ γυμνὸν μόνον ἔχων ἐν τῇ μάχῃ ἀνεστρέφετο (ἀπὸ γὰρ τοῦ ἄλλου σώματος ἤρκει αὐτῷ τὰ βέλη ὁ θώραξ, περιττὸς ὢν κατά τε τὴν ἰσχὺν, καὶ τὴν ἁρμονίαν, ὡς ὕστερον καταμαθεῖν θεωμένοις ἦν) τότε δὴ καὶ αὐτὸς ἀπεχώρει ἐπιστρέψας τὸν ἐλέφαντα. Καὶ Ἀλέξανδρος μέγαν τε αὐτὸν καὶ γενναῖον ἄνδρα ἰδὼν ἐν τῇ μάχῃ, σῶσαι ἐπεθύμησε· πέμπει δὴ παρ' αὐτὸν πρῶτα μὲν Ταξίλην τὸν Ἰνδόν· καὶ Ταξίλης προσιππεύσας ἐφ' ὅσον οἱ ἀσφαλὲς ἐφαίνετο τῷ ἐλέφαντι ὃς ἔφερε τὸν Πῶρον, ἐπιστῆσαί τε ἠξίου τὸ θηρίον (οὐ γὰρ εἶναί οἱ ἔτι φεύγειν) καὶ ἀκοῦσαι τῶν παρ' Ἀλεξάνδρου λόγων. Ὁ δὲ ἰδὼν ἄνδρα ἐχθρὸν ἐκ παλαιοῦ τὸν Ταξίλην, ἐπιστρέψας ἀνήγετο ὡς ἀκοντίσων· καὶ ἂν καὶ κατέκανεν ἂν τυχὸν, εἰ μὴ ὑποφθάσας ἐκεῖνος ἀπήλασεν ἀπὸ τοῦ Πώρου πρόσω τὸν ἵππον. Ἀλέξανδρος δὲ οὐδὲ ἐπὶ τῷδε τῷ Πώρῳ χαλεπὸς ἐγένετο. Ἀλλ' ἄλλους τε ἐν μέρει ἔπεμπε, καὶ δὴ καὶ Μερόην ἄνδρα Ἰνδὸν, ὅτι φίλον εἶναι ἐκ παλαιοῦ τῷ Πώρῳ τὸν Μερόην ἔμαθε. Πῶρος δὲ ὡς τὰ παρὰ τοῦ Μερόου ἤκουσε, καὶ ἐκ τῆς δίψης[6] ἅμα ἐκρατεῖτο, ἐπέστησέ τε τὸν ἐλέφαντα καὶ κατέβη ἀπ' αὐτοῦ. ὡς δὲ ἔπιέ τε καὶ ἀνέψυξεν, ἄγει αὐτὸν σπουδῇ παρὰ Ἀλέξανδρον[7]. καὶ ὁ μὲν ἤγετο. Ἀλέξανδρος δὲ ὡς προσάγοντα ἐπύθετο, προσιππεύσας πρὸ τῆς τάξεως ξὺν ὀλίγοις τῶν ἑταίρων ἀπαντᾷ τῷ Πώρῳ, καὶ ἐπιστήσας τὸν ἵππον, τό, τε μέγεθος ἐθαύ-

x. ex amicorum equitatu xx. ex reliquo omni equitatu cc. Porus qui in eâ pugnâ rem præclare gesserat, non ducis solum, verumetiam strenui militis officio functus, conspectâ equitum cæde, quum elephantorum alios prostratos, alios absque rectoribus & saucios errare, peditatus etiam maximam partem interiisse cerneret: non tamen veluti magnus ille rex Darius, qui ex suis fugam primus inierat, trepidus fugit, sed quamdiu partem aliquam Indorum pugnantem vidit, tamdiu etiam ipse conflixit. quum verò in dextro humero, quem quidem solum in pugnâ nudum ferebat, vulnus accepisset (nam lorica & robore & opere præ ceteris eximia, ut postea intuentibus adparuit, facile à reliquo corpore tela propulsabat) converso elephanto recessit. Alexander, quod magnum ac generosum virum in pugnâ se præstitisset, salvum cupiebat. ac primum quidem Taxilem Indum ad eum mittit. qui quum adequitasset, seque Poro, quantum per elephantum qui eum gestabat tutum erat, conjunxisset, & Porum rogasset ut sisteret elephantum (neque enim amplius fugere posse) uti Alexandri postulata acciperet, viso Taxile vetere hoste, conversus in eum ferebatur, tanquam lanceâ petiturus. & quidem fortassis interfecisset, nisi ille confestim cum equo è Pori conspectu se proripuisset. Alexander ne hanc quidem ob causam Poro succensebat, sed alios atque alios nihilominus submittebat, & in iis Meroem hominem Indum, quod veterem ei cum Poro amicitiam intercedere accepisset. Porus Merois oratione auditâ, & quod vehementi siti premebatur, cum elephanto substitit atque ex eo descendit. Quumque bibisset, ac nonnihil respirasset, continuo illum ad Alexandrum adducit. Alexander ut eum appropinquare intellexit, nonnihil ante aciem progressus, amicis aliquot comitatus Poro obviam ivit. equumque sistens, magnitudinem

19

3 Ἐπιδειξάμενος] MSS. ἀποδειξάμενος.

4 Λυπηροὺς πεπλανημένους] *Saucios errare.* Immo *tristes*, agnoscentes quasi cladem suam, ut Florus ait, summissis cervicibus cum sensu captivitatis imminentis.

5 Οὐχ ὥσπερ Δαρεῖος . . . ἐξάρχων τοῖς ἀμφ' αὐτὸν] Nescio an de industria sic placuerit nuper auctorem nostrum in pronomine vitiari. Certe tantum postremæ editionis hæc lectio est, quum MSS. Florentini simul cum Optimo legant οὐχ ὥσπερ Δ. . . . ἐξ. τοῖς ἀμφ' αὐτ. Et certe dativum istum pluralem agnoscit quoque Basileensis editio, ut temere is ita sit mutatus. Quæ vero nuper mox disputantur de parenthesi male posita & inde erronea interpretatione, facile impetum ejus animadversionis exsceeris, si legas, quæ habet Freinshemius in notis Curtianis 8, 14, 32, cujus primi est ea observatio.

6 Ἐκ τῆς δίψης] MSS. ἐκ τοῦ δίψους. Paulo ante etiam codex Optimus κατέκανεν præferebat, ut edunt Basileenses.

7 Ἄγει αὐτὸν σπουδῇ παρὰ Ἀλέξανδρον] Sic quidem omnis ille editionum & scriptorum exemplarium chorus. Sed nimio certe cum hiatu hic saltus est. Verba enim antecedentia ἐπέστησε, κατέβη, ἔπιε, ἀνέψυξε, respiciunt ipsum Porum, quibus nullo bono loquendi modo possunt ita hæc subjici, ut non de eodem Poro sumantur, nisi aut persona alia præmittatur; aut ipsa alio pacto concipiantur. Itaque non dubito vulgatatam esse suppostitia, quam genuina, quæ pro his leguntur in Optimo codice, ἄγειν αὐτὸν σπουδῇ ἐκέλευεν παρ' Ἀλέξανδρον. Quæ vero ab aliis mox notata sunt de mensura Pori, si inspexeris eundem Freinshemium 8, 14, 13, cognosces, unde tam sagaciter & Eusthatium & Philostratum & Diodorum & Plutarchum excitaverint.

ἐθαύμαζεν ὑπὲρ πέντε πήχεις μάλιστα ξυμβαῖνον, καὶ τὸ κάλλος τοῦ Πώρου, καὶ ὅτι οὐ δεδουλωμένος τῇ γνώμῃ ἐφαίνετο, ἀλλ' ὥσπερ ἀνὴρ ἀγαθὸς ἀνδρὶ ἀγαθῷ προσελθεῖν, ὑπὲρ βασιλείας τῆς αὐτοῦ πρὸς βασιλέα ἄλλον καλῶς ἠγωνισμένος. Ἔνθα δὴ Ἀλέξανδρος πρῶτος προσειπὼν αὐτὸν, λέγειν ἐκέλευσεν ὅ, τι οἱ γενέσθαι ἐθέλοι. Πῶρον δὲ ἀποκρίνασθαι λόγος, Ὅτι βασιλικῶς μοι χρῆσαι, ὦ Ἀλέξανδρε· καὶ Ἀλέξανδρος ἡσθεὶς τῷ λόγῳ, Τοῦτο μὲν ἔσται σοι, Πῶρε, ἔφη, ἐμοῦ ἕνεκα· σὺ δὲ σαυτοῦ ἕνεκα ὅ, τι σοὶ φίλον ἀξίου. Ὁ δὲ πάντα ἔφη ἐν τούτῳ ἐνεῖναι· καὶ Ἀλέξανδρος τούτῳ ἔτι μᾶλλον τῷ λόγῳ ἡσθεὶς, τήν τε ἀρχὴν τῷ Πώρῳ τῶν τε αὐτῶν Ἰνδῶν ἔδωκε, καὶ ἄλλην ἔτι χώραν πρὸς τῇ πάλαι[8] οὔσῃ πλείονα τῆς πρόσθεν προσέθηκε· καὶ οὕτως αὐτός τε βασιλικῶς κεχρημένος ἦν ἀνδρὶ ἀγαθῷ, καὶ ἐκείνῳ ἐκ τούτου ἐς ἅπαντα πιστῷ ἐχρήσατο. Τοῦτο τὸ τέλος τῇ μάχῃ τῇ πρὸς Πῶρόν τε καὶ τοὺς ἐπέκεινα τοῦ Ὑδάσπου ποταμοῦ Ἰνδοὺς Ἀλεξάνδρῳ ἐγένετο, ἐπ' ἄρχοντος Ἀθηναίοις Ἡγήμονος, μηνὸς Μουνυχιῶνος. Ἵνα δὲ ἡ μάχη ξυνέβη, καὶ ἔνθεν ὁρμηθεὶς ἐπέρασε τὸν Ὑδάσπην ποταμὸν, πόλεις ἔκτισεν Ἀλέξανδρος· καὶ τὴν μὲν, Νίκαιαν, τῆς νίκης τῆς κατ' Ἰνδῶν ἐπώνυμον ὠνόμασε· τὴν δὲ, Βουκεφάλαν[9], ἐς τοῦ ἵππου Βουκεφάλου τὴν μνήμην, ὃς ἀπέθανεν αὐτοῦ, οὐ βληθεὶς πρὸς οὐδενὸς, ἀλλ' ὑπὸ καύματός τε καὶ ἡλικίας[10]· ἦν γὰρ ἀμφὶ τὰ τριάκοντα ἔτη, καματηρὸς γενόμενος, πολλὰ δὲ πρόσθεν ξυγκαμών τε καὶ ξυγκινδυνεύσας Ἀλεξάνδρῳ, ἀναβαινόμενός τε πρὸς μόνου Ἀλεξάνδρου ὁ Βουκεφάλας[11] οὗτος, ὅτι τοὺς ἄλλους πάντας ἀπηξίου

nem Pori (erat enim quinque cubitis procerior) & pulchritudinem simul admiratus est, quodque nullum adhuc servitutis animo conceptæ specimen præ se ferre videretur, sed ut generosus cum alio generoso viro congressus, pro regno suo adversus alium regem decertasset. Tum Alexander prior eum compellans, quid sibi fieri cuperet, dicere jussit. Cui Porum respondisse ferunt, Ut me regie tractes Alexander. Porro Alexander eâ oratione delectatus, Hoc tibi, inquit, Pore, meâ causâ continget: tu quod tuâ causâ tibi gratum sit postula. Cui Porus, omnia iis quæ dixisset contineri, respondit. Quo responso lætior Alexander, Poro regnum Indorum restituit, & ultra pristinum imperium aliam ei regionem vetere ampliorem adjecit. atque ita & regie hominem generosum tractavit, & fido in posterum amico ad omnia est usus. Hujusmodi exitum habuit pugna Alexandri adversus Porum & Indos trans Hydaspen amnem colentes, archonte Athenis Hegemone, mense Martio. Porro eo loco quo & pugna commissa fuerat & quo ad trajiciendum Hydaspen moverat, urbes condidit, atque illam quidem à victoriâ adversus Indos partâ Nicæam appellavit: alteram, Bucephalam in equi sui Bucephali memoriam, qui quidem eo loci interiit, non quidem ab aliquo vulneratus, sed laboribus pariter atque ætate fractus. Siquidem trigesimum annum agebat, quum hæc defatigatio ei accideret. multos vero etiam antea labores, multa pericula cum Alexandro adierat, solumque Alexandrum sessorem admittebat, reliquos rejiciebat, magni-

8 Πρὸς τῇ πάλαι] MS. Opt. πρὸς τῇ ἄλλῃ τῇ πάλαι, non indecora minus accessione hanc partem augens, quam præclara correctione mox emendans κατὰ ἰσχύοντα, quod tamen est in aliis quoque scriptis libris, ubi prave exhibent editi [illegible]. De ratione autem temporis mox annotati quæ nuper vides hic fuisse animadversa, eadem sunt, quæ in Freinshemianis ad Curtium 8, 14, 46 scripsit Raderus.

9 Τὴν δὲ Βουκεφάλαν] Legendum necessario Βουκέφαλα, omisso ν, ex verbis, quæ finiunt hunc librum & validissime de Arriani manu decidunt, τῶν πόλεων τῆς τε Νικαίας καὶ τῆς Βουκεφάλων, qui genitivus plane manifestat nominativum. Stephanus & alii auctores in hac appellatione exigi nequeunt ad Arrianum, quum historia Alexandri ab infinitis fuerit conscripta, & sciri nequeat, quem tunc maxime ante oculos Stephanus habuerit, quum ab eo vel Βοὸς κεφαλαὶ vel Βουκεφάλεια traderentur.

10 Ὑπὸ καύματός τε καὶ ἡλικίας] Sic quidem Arrianus, sed quem detrectant imitari interpretes, tam Facius reddens *ætate simul & labore æger factus*, quam Vulcanius *laboribus pariter atque ætate fractus*. Tanquam ipsorum dissensio foret in hac re alicujus momenti, ac liceret eis pro Arriano supponere in ista parte Onesicritum, cujus sententiam ex Plutarcho refert Freinshemius ad Curtium IX, 3, 1: *ob senium labore confectus*, ut ille vertit. At vero Arrianus non dicit καμάτου vel κοπιάσαντα, sed καύματος, quod optime equo convenit, causamque subitæ mortis designat, ut præ æstu defecerit. Hic omnino erat præferendus. Καματηρὸς sequitur, & diversum notat.

11 Βουκέφαλας] Sic edunt vulgo, ut sciremus nempe, unde genitivus modo præcedens & vulgo venditatus Βουκεφάλου statueretur ab illis, qui eum finxerunt, fluere; idque occinitur passim, equum Alexandri Βουκέφαλον aut Βουκεφάλαν vel recte dici vel dictum esse, illuc progresso ineptiæ studio, ut quum ab Strabone scribatur Βουκεφάλας, Latinitas interpretis illic præferat *Bucephalus*; perinde ut apud Maximum Tyrium dissert. XXVI quum bis scribatur ὁ Βουκεφάλας, eruditus interpres maluit ter in Latinis edere *Bucephalus*. Quod etsi non rejiciam, (nam & auctor indicis Curtiani testatur dici Bucephalas & Bucephalus, quum utique ipse Curtius priore tantum utatur) nec ipse aliter in Supplementis: & multa hujusmodi derivata sunt apud Græcos ab voce κεφαλὴ in ας terminantia. Semper tamen, ut caute agatur in re præsenti, adspiciendum censeo auctorem, qui de eo scribit & nomen equi usurpat, neque ab eo diversos nos ire oportet; qualis nunc exemplo est Arrianus, qui toties ejus meminit. De cujus opinione & manu sentiant alii, quod libet: ego certe & hic bis inveni in MSStis omnibus Βουκεφάλας, & antea in multis optimoque Βουκεφάλα. Etiam c. 14. MS. optimus

ξὺν ἀμβάτης, καὶ μεγέθει μέγας καὶ τῷ θυμῷ γενναῖος. Σημεῖον δὲ οἱ[12] ἦν βοὸς κεφαλὴ ἐγκεχαραγμένη, ἐφ᾽ ὅτῳ καὶ τὸ ὄνομα τοῦτο λέγουσιν ὅτι ἔφερεν· οἱ δὲ λέγουσιν, ὅτι λευκὸν σῆμα εἶχεν ἐπὶ τῆς κεφαλῆς, μέλας ὢν αὐτὸς, ἐς βοὸς κεφαλὴν μάλιστα εἰκασμένον. Οὗτος ὁ ἵππος ἐν τῇ Οὐξίων χώρᾳ ἀφανὴς ἐγένετο Ἀλεξάνδρῳ, καὶ Ἀλέξανδρος προεκήρυξεν ἀνὰ τὴν χώραν πάντας ἀποκτενεῖν Οὐξίους, εἰ μὴ ἀπάξουσιν αὐτῷ τὸν ἵππον· καὶ ἀπήχθη εὐθὺς ἐπὶ τῷ κηρύγματι. τοσήδε μὲν σπουδὴ Ἀλεξάνδρῳ ἀμφ᾽ αὐτὸν ἦν, τοσόσδε Ἀλεξάνδρου φόβος τοῖς βαρβάροις. καὶ ἐμοὶ ἐς τοσόνδε τετιμήσθω ὁ Βουκεφάλας οὗτος Ἀλεξάνδρου ἕνεκα. Ἀλέξανδρος δὲ[13] ἐπειδὴ οἱ ἀποθανόντες ἐν τῇ μάχῃ κεκόσμηντο τῷ πρέποντι κόσμῳ, ὁ δὲ τοῖς θεοῖς τὰ

magnitudine simul corporis eximiâ atque animo generoso præditus. Nota ei insignita erat bovis caput, cujus etiam causâ nomen ei Bucephalo inditum est; vel quod, ut aliis placet, quum ipse nigri coloris esset, albam in capite notam haberet, bovis capiti perquam similem. Hunc ipsum equum quum in Uxiorum regione amisisset Alexander, per universam regionem proclamari jussit, nisi equum ei reducerent, se Uxios omnes ad internecionem interfecturum. ad hoc edictum ilico reductus fuit. adeo hic carus Alexandro, & Alexander terribilis barbaris fuit. Et hæc quidem in laudem Bucephali Alexandri causâ dicta sint. Alexander quum iis qui in pugnâ cecidissent debitum honorem persolvisset, sacrificiaque

timus sancte retinet Βουκεφάλαν, quum turbent alii veteres libri. Etiam hoc loco notavit in ora Vulcanius ex MS. Βουκεφάλας. An autem dubitare licet de chirographo Arriani? Certe non magis id licere puto, quam non debuisse id tamdiu celari, multo minus repudiari. Protuli de eo, quod mihi relictum erat ab paterna manu ad Gellium v, 2. Non opinor magis in hoc hærendum, quam quod idem Arrianus reliquorum Macedonum nomina non deflexerit in terminationem Græci sermonis communem, ut Μαχάτας, Πολυδάμας, Συμμίας, Τορύμμας, Ἀμύντας, Κάλας, Κοίραμας & quæ multa talia. Plane hac ipsa primum ratione exsistit Βουκεφάλας. Ex quibus & vulgo notum est, quanta debuerit fuisse affinitas dialecti Doricæ & Macedonicæ, utriusque α usurpantis, ubi alii Græci η. Sic de Pæon & Pæan judicat Servius ad XII Æn. 401. Atque hinc est, quod graviter impegisse videatur mihi Lipsius, scribens lib. II milit. Rom. dial. 9 *Ne moveat, quod Græci χιλιάρχας, id est, millenarios duces passim vocant.* Non sic vocant Græci, quum loquuntur de militia Romana & tribunis militum, sed semper tum dicunt χιλιάρχους, ut passim Polybius & historici omnes Græci Romana tractantes, nec soliti uti Macedonicis. At quum de Macedonum militia agunt, alia res est, & fruuntur dialecto illis usurpata, quam non debuit adhibere Lipsius, velut sic exprimeretur ab illis tribunus militum Romanus. Hæc igitur quum sic γνησίως considerata evincant satis omnino ab Arriano fuisse scriptum Βουκεφάλας & Βουκεφάλαν; tum singularis ratio in equis non tantum Macedonicis, sed universorum Græcorum id liquidissime nobis persuadet. Erant enim illic complura equorum genera, sicut per species, ita per vocum proprietates distincta. Erat κοππατίας, erat σαμφόρας, erat σαμφόρας; etiam καμπτάς, ut voluit Scaliger. In hanc terminationem desierunt ista vocabula, non dixerunt κοππάτιος, σάμφορος &c. prout licenter fecerunt in Βουκέφαλος. Nempe apud ipsos Græcos alios etiam ista consuetudo in equis obtinuit, progressa ex Macedonia & Thessalia Dorici sermonis, & ubi ipse equitum equorumque cultus præcipue inter eos viguit. Ab illis igitur acceperunt Græci retinueruntque prout acceperant. His placuerunt κανάδαι Hesychio noti. Sed qui postea scripserunt, veras appellationes negligentia sua obfuscaverunt, malueruntque κανάδες dicere, ut ex uno exemplo satum Bucephalæ illustrem, quamvis & multa alia & inprimis Ἀγριᾶνας id probent, quos Curtio licet Agrianos appellare, sed non sine risu. Itaque non diffitebor hinc esse, ut aliquando suspicatus fuerim in Justino XII, 8. *Duas ibi urbes condidit, unam Niceam, alteram ex nomine equi Bucephala Bucephalan nominavit.* Sane MSSti perinde ac editi codices illinc supprimunt genitivum, qui nomen equi continet, sed si attendas, inique & contra stylum scriptoris. Nam & in libro XV, 4 dicitur urbem ex Antiochi patris nomine Antiochiam vocavisse, diserte expresso ipso vocabulo proprio viri, sicut nunc opinor fecisse de equo. Non aliter agit lib. XIII in Cyrene, atque item in lib. XX de Bruttiis, ubi non ait vel virginis nomine urbem Cyrenen conditam vel Bruttios ex nomine mulieris appellatos, sed prorsus ipso nomine proprio singularum apposito & præmisso. Quidquid istud sit, Arriano certe suum reddidi. Neque his obduci debent scholia in Aristophanen, tum ab aliis, tum in Vossii Etymologico citata, ubi & Βουκέφαλος appellatur & ab Aristophane appellari scribitur. Præterquam enim quod illa fidem in eo non merentur, quod scribant in Thessalia Βουκεφάλους appellari, quum certo certius fuerint appellati illic Βουκεφάλαι: tum Aristophanes de eis loquitur more Attico, non Thessalico.

12 Σημεῖον δὲ οἱ] Patet clare distincteque, quid Arrianus pro vero venditet & historia recta dignum censuerit; quid vero tanquam incertum, sed tamen narratui non inscitum & varietatis ergo noscendum existimaverit. Non tanquam ipsius tempore sola hæc duo nota fuerint; id enim dicere non licet, sed quod pro ludibriis habuerit, quum fieri nequiverit, quin existerent homines ridiculi in hac conjecturæ materia. At quam multa tamen insuper ad nostram notitiam venerunt vel de torvitate vultus, vel de magnitudine capitis, quam contrahit adhuc Strabo ad κλίτος τοῦ μετώπου, vel de protuberantibus corniculis, & generalem nimis explanationem admittente quadam bubuli capitis similitudine apud Festum, quem ex fœdis antiquis notabiliter auget Barthius lib. XXXVII Adversariorum cap. 21. Etiam quæ potuit collegit G. J. Vossius in Etymologico, veram nominis rationem statuens, quod generosioribus equis Thessalicis inureretur bucranium sive cranii bubuli figura, aut ut ait Freinshemius in Supplem. Curtianis 1, 4, 11, bubuli capitis figura insignitus, ut ita illis videatur convenire cum Arriano, quum interim Rittershusius ad Oppianum lib. 1 Cyneget. non desinat inculcare magnitudinem capitis ex more notissimo particulæ βου in compositionibus, ut post eum sero etiam tradunt Græviana ad Hesiodum. Certe in nummis nec ista conspicua adeo & in scriptis jactata magnitudo capitis aut latitudo apparet, sed neque nota qualiscunque impressa. Et miror non etiam Cynocephalis hinc dici nomen apud Græcos datum esse. Malo nihil dicere.

13 Ἀλέξανδρος δὲ] MSSti Ἀλεξάνδρῳ δὲ, quod non potuit mutari præterquam ab Græcismi ignaris aut contemptoribus, quos ad Arrianum accedere non oportuit.

τὰ νομιζόμενα ἐπινίκια ἔθυε, καὶ ἀγὼν ἐποιεῖτο αὐτῷ γυμνικὸς καὶ ἱππικὸς αὐτοῦ ἐπὶ τῇ ὄχθῃ τοῦ Ὑδάσπου, ἵναπερ τὸ πρῶτον διέβη ἅμα τῷ στρατῷ. Κρατερὸν μὲν δὴ ξὺν μέρει τῆς στρατιᾶς ὑπελείπετο, τὰς πόλεις ἃς ταύτῃ ἔκτιζεν ἀναστήσοντά τε καὶ ἐκτειχιοῦντα· αὐτὸς δὲ ἤλαυνεν ὡς ἐπὶ τοὺς προσχώρους τῇ τοῦ Πώρου ἀρχῇ Ἰνδούς. Ὄνομα δὲ ἦν τῷ ἔθνει Γλαυκανῖκαι[14], ὡς λέγει Ἀριστόβουλος· ὡς δὲ Πτολεμαῖος, Γλαῦσαι· ὁποτέρως δὲ ἔχει τὸ ὄνομα οὔ μοι μέλει. Ἐπῄει δὲ τὴν χώραν αὐτῶν Ἀλέξανδρος, τῶν τε ἑταίρων ἱππέων ἔχων τοὺς ἡμίσεας καὶ τῶν πεζῶν ἀπὸ φάλαγγος ἑκάστης ἐπιλέκτους καὶ τοὺς ἱπποτοξότας σύμπαντας καὶ τοὺς Ἀγριάνας καὶ τοὺς τοξότας, καὶ προσεχώρουν αὐτῷ ὁμολογίᾳ πάντες· καὶ ἔλαβε πόλεις μὲν ἐς τριάκοντα καὶ ἑπτά· ὧν ἵνα ὀλίγιστοι ἦσαν οἰκήτορες πεντακισχιλίων οὐκ ἐλάττους ἦσαν, πολλῶν δὲ καὶ ὑπὲρ τοὺς μυρίους. καὶ κώμας πλῆθός τε πολλὰς ἔλαβε, καὶ πολυανθρώπους οὐ μεῖον τῶν πόλεων. Καὶ ταύτης τῆς χώρας Πώρῳ ἄρχειν ἔδωκε· καὶ Ταξίλῃ δὲ διαλλάττει Πῶρον, καὶ Ταξίλην ἀποπέμπει ὀπίσω εἰς τὰ ἤθη τὰ αὑτοῦ. Ἐν τούτῳ δὲ παρά τε Ἀβισάρου πρέσβεις ἧκον, ἐνδιδόντες αὐτόν τε Ἀλεξάνδρῳ Ἀβισάρην καὶ τὴν χώραν ὅσης ἦρχε· καίτοι πρό γε τῆς μάχης τῆς πρὸς Πῶρον γενομένης Ἀλεξάνδρῳ, ἐπενόει Ἀβισάρης καὶ αὐτὸς ξὺν Πώρῳ τάσσεσθαι· τότε δὲ καὶ τὸν ἀδελφὸν τὸν αὑτοῦ ξὺν τοῖς ἄλλοις πρέσβεσι παρ' Ἀλέξανδρον ἔπεμψε, χρήματά τε κομίζοντα, καὶ ἐλέφαντας τεσσαράκοντα, δῶρον Ἀλεξάνδρῳ. Ἧκον δὲ παρὰ[15] τῶν αὐτονόμων Ἰνδῶν πρέσβεις παρ' Ἀλέξανδρον, καὶ παρὰ Πώρου ἄλλου τοῦ ὑπάρχου Ἰνδῶν. Ἀλέξανδρος δὲ διὰ τάχους Ἀβισάρην ἰέναι παρ' αὐτὸν κελεύει, ἐπαπειλήσας εἰ μὴ ἔλθοι ὅτι αὐτὸν ὄψεται ἥκοντα ξὺν τῇ στρατιᾷ, ἵνα οὐ χαιρήσει ἰδών. Ἐν τούτῳ δὲ Φραταφέρνης τε ὁ Παρθυαίων καὶ Ὑρκανίας σατράπης, τοὺς καταλειφθέντας παρὰ οἱ Θρᾷκας ἄγων, ἧκεν ὡς Ἀλέξανδρον· καὶ παρὰ Σισίκου τοῦ Ἀσσακηνῶν σατράπου[16] ἄγγελοι, ὅτι τόν τε ὕπαρχον σφῶν καὶ ἀπεκτονότες εἶεν οἱ Ἀσσακηνοί, καὶ ἀπ' Ἀλεξάνδρου ἀφεστηκότες. Καὶ ἐπὶ τούτους Φίλιππον ἐκπέμπει καὶ Τυρίεσπιν[17] σὺν στρατιᾷ, τὰ περὶ τὴν Ἀσσακηνῶν χώραν καταστησομένους καὶ κοσμή-

ciaque consueta diis pro victoriâ fecisset, ludis etiam gymnicis atque equestribus ad Hydaspis ripam habitis, eo loco quo primum cum exercitu trajecit, Craterum ibi cum parte copiarum reliquit, qui urbes quas ibi condere cœperat exædificaret, muroque cingeret. Ipse in Indos Pori regno finitimos movit. hi Glaucanicæ, ut autor est Aristobulus, dicebantur: ut vero Ptolemæus, Glausæ. at quonam tandem nomine appellati fuerint non laboro. Alexander regionem eorum ingressus est, equitatus amicorum alteram partem apud se habens & ex quavis peditum phalange selectissimos quosque, equestres sagittarios omnes, Agrianas præterea & sagittarios. nec mora, omnes se ei dediderunt. Adhæc urbes XXXVII recepit, quarum quæ minima erat, non minus VM incolarum habebat; multæ vero etiam ultra XM. Pagorum quoque magnum numerum cepit, atque eos quidem non minus quam urbes ipsas incolarum frequentiâ celebres. totius vero hujusce regionis imperium Poro dedit. Taxilem etiam Poro conciliatum in suas sedes dimittit. Per id tempus legati ab Abissare venerunt, Abissarem ipsum totamque ejus regionem dedentes. Porro ante pugnam cum Poro commissam statuerat Abissares copias suas cum Poro conjungere. tum vero fratrem suum aliosque legatos ad Alexandrum cum pecuniis & elephantis XL. misit. Venerunt etiam legati ab Indis, qui libere suis legibus utentes vivunt, & à Poro alio Indorum præfecto. Alexander confestim Abissarem ad se venire jubet, minatus nisi pareret se cum exercitu magno ejus malo eo iturum. Dum hæc geruntur, Phrataphernes Parthorum atque Hyrcaniæ satrapa cum Thracibus sibi commissis ad Alexandrum venit. & nuntii à Sisico Assacenorum satrapa, Assacenos interfecto prætore ab Alexandro defecisse nuntiantes. Adversus hos Philippum & Tyriespem cum exercitu mittit, qui Assacenorum motus compescant, & pro-

14 Γλαυκανῖκαι] Opt. Γλαυγανῖκαι. Itaque temere ex vulgatis editionibus adfirmat in brevibus ad Justinum notis vir doctus, quos Aristobulus Γλαυκανίκας vocat, Ptolemæum Γλαύσας vocare. Si Indica in his confiniis liceret conferre cum Persicis, ex hoc codicis optimi indicio, conjiceres primam syllabam in prima voce depravatam occasione posterioris appellationis, & Γαυγανίκας dictos, ut Γαυγάμηλα.

15 Ἧκον δὲ παρὰ] Opt. ἧκον δὲ καὶ παρά. Et tale quid habet interpretatio. Quin & deinde elegantius idem codex ἀλλουτοῦ, egregie adunata voce pro ἄλλου τοῦ.

16 Σισίκου τοῦ Ἀσσακηνῶν σατράπου] Miratus sui legens in nupera editione notari hunc virum in Basileensi editione habere nomen Σιλίκου, neque id tantum hac pagina 353, sed etiam pag. 311, quum palam ista exhibeat Σισίκου, quod in editione Pisaurensi effertur *Sisico*, in Basileensi *Sisilo*. Codices autem veteres nihil mutant: unde videtur satis perspicua esse Arriani manus hæc Σισικότου Ἀσσακηνῶν σατράπου. Sed & appellatio gentis hujus apud Plutarchum notabiliter corrupta est, in libr. de fortuna Alexandri. Τὰ λοιπὰ δὲ Ἰνδῶν πληγαὶ καὶ βίαι θηρίων· ἐν ἀπάσαις ἐτοξεύθη τὸν ὦμον, manifeste pro ἐν Ἀσσακανοῖς.

17 Τυρίεσπιν] MSSti multi habent Τυρίασπιν. Cæterum Opt. Τυριάσπην.

κοσμήσοντας· αὐτὸς δὲ ὡς ἐπὶ τὸν Ἀκεσίνην ποταμὸν προὐχώρει. Τούτου τοῦ Ἀκεσίνου τὸ μέγεθος[18] μόνου τῶν Ἰνδῶν ποταμῶν Πτολεμαῖος ὁ Λάγου ἀνέγραψεν· εἶναι γὰρ ἵνα ἐπέρασεν Ἀλέξανδρος αὐτὸν ἐπὶ τῶν πλοίων τε καὶ τῶν διφθερῶν ξὺν τῇ στρατιᾷ, τὸ μὲν ῥεῦμα ὀξὺ τοῦ Ἀκεσίνου, πέτραις μεγάλαις καὶ ὀξείαις, καθ' ὧν φερόμενον βίᾳ τὸ ὕδωρ κυμαίνεσθαί τε καὶ καχλάζειν· τὸ δὲ εὖρος σταδίους ἐπέχειν πεντεκαίδεκα. Καὶ τοῖς μὲν δὴ ἐπὶ τῶν διφθερῶν περῶσιν εὐμαρῆ γενέσθαι τὸν πόρον· τοὺς δ' ἐν τοῖς πλοίοις διαβαίνοντας[19], ἐποκειλάντων πολλῶν πλοίων ἐπὶ ταῖς πέτραις καὶ συναραχθέντων, οὐκ ὀλίγους αὐτοῦ ἐν τῷ ὕδατι διαφθαρῆναι. Εἴη ἂν οὖν ἐκ τοῦδε τοῦ λόγου ξυνθέντι τεκμηριώσασθαι, ὅτι οὐ πόρρω τοῦ ἀληθοῦς ἀναγέγραπται τοῦ Ἰνδοῦ ποταμοῦ τὸ μέγεθος, ὅσοις ἐς τεσσαράκοντα σταδίους δοκεῖ τοῦ Ἰνδοῦ εἶναι τὸ εὖρος, ἵνα μέσως ἔχει αὐτὸς αὑτοῦ[20] ὁ Ἰν-

provinciam regant. Ipse ad Acesinem amnem movit. Hujus amnis solius ex Indiæ fluminibus magnitudinem Ptolemæus Lagi filius descripsit. esse enim, eà parte quà Alexander cum navigiis & pellibus cum exercitu transmisit, rapidum Acesinis cursum, magnis asperisque cautibus interjectis, quibus illisæ ac repercussæ undæ ingentes æstus verticesque concitent. latitudinem vero esse quindecim stadiorum. Atque iis quidem qui pellibus transportati sunt facilem trajectum fuisse: eorum vero qui navibus transvecti sunt, quum pleræque cautibus illisæ rumperentur, non paucos in amne periisse. Ex quibus verbis facile quis colligere queat, non multum à vero abhorrere quód de Indi amnis magnitudine scriptum est ab iis qui Indi latitudinem XL. stadiorum esse statuunt ubi medià sui mensurà fertur: ubi vero

18 Τούτου τοῦ Ἀκεσίνου τὸ μέγ.] Immitit Optimus ποταμοῦ.

19 Τοὺς δ' ἐν τοῖς πλοίοις διαβαίνοντας] Quicunque tandem sint illi tres chirographi, quos nunquam viderunt, quæcunque etiam sit vera scriptura, certe hæc teterrima est omnium. In MSStis autem nec hanc inveni, nec quam Basileenses dederunt ἐπὶ δὲ ἐν τοῖς πλοίοις διαβάλλοντας, sed alii omnes codd. præferebant τοὺς δὲ ἐν τ. π. διαβάλλοντας, quæ etiam fuit scriptura codicis veteris, quem inspexit postea Vulcanius, etsi in Optimo erat διαβαίνοντας. Profecto harum alterutra vera est, quam non intellexerunt ii, quibus Arriani stylus adhuc erat incognitus. Etenim quum deberet hæc per secundum aut tertium casum exprimere, maluit ipse quartum, hoc est, eundem, quo in sequentibus utitur, non ut hæc cum illis conjungantur, sed quasi stringet, & interscindat orationem, sintque hæc prorsus absoluta, nullo respectu ad inferiora; quasi dicat, quod ad illos attinet, qui navibus transibant. Nec est res absque exemplo. Sic VI, 27, τοὺς μὲν ἀποκτείναντας, ὅτι οἱ παρακατεθῆλθον Μηδέοις, τοὺς μὲν ἐν αὐτῷ τῷ ἔργῳ, τοὺς δὲ ὕστερον λαβόντες ἀπέκτεινον. Et hic debuerat, τῶν μὲν ἀποκτεινάντων, *quod ad interfectores attinet*. Palmarium est ejusdem libri capite 17, αὐτὸς δὲ τινας πόλεις τὰς ὑπὸ Μουσικανῷ τεταγμένας ἐπελθὼν, τὰς μὲν ἐξανδραποδίσας αὐτῶν κατέσκαψε, ἐς ἃς δὲ φρουρὰς εἰσήγαγε. In quibus quia idem loquendi genus non percipiebant, interposuerunt ἐπελθὼν, quod ab Optimo solo codice abjicitur, & longe gentium abjici debet, ex Arrianæo sistendi & retinendi sermonem more. Quod nisi amavisset hunc accusativum, an scripturus fuit VI, 29, αὐτὸν δὲ τὸν τάφον τὰ κάτω λίθου τετραπέδου ἐς τετράγωνον σχῆμα πεποιῆσθαι, quum posset αὐτοῦ δὲ τοῦ τάφου. Adde ad III, 25. IV, 14. Et alii passi sunt similia. Sic eximie Lucas in Actis 26, 3. ἀπολογεῖσθαι ἐπὶ σοῦ σήμερον, μάλιστα γνώστην ὄντα σε πάντων τῶν κατὰ Ἰουδαίους ἐθῶν. Ubi apage istud insitivum ἐθῶν! Apage difficultatem, quam non debebant movere, quum nossent rationem in isto casu Græcam!

20 Ἵνα μέσως ἔχει αὐτὸς αὑτοῦ] Quin ille, qui verba hæc Latine interpretari patitur *ubi latissimus est*, & inde ad mirificas ineptias delabitur, ex sententia propria, qualis sit ac haberi debeat, proscribatur, nullus intercedo. Sic autem interpretabatur Vulcanius non ex ingenio suo, quod aut fallimur, aut habuit Græcæ linguæ scientia instructius, sed studio inconsulto imitandi Facii, qui dederat *qua latior est*. Sciebat enim, quum id in animo haber auctor, solitum eum dicere vel ὅσον πλεῖστον αὐτοῦ ἐς πλάτος δέχοι, vel ᾗπερ εὐρύτατος αὐτὸς αὑτοῦ ἦν. Ac propterea nego convenire cum temporis nostri splendore, ut credamus recte factum, & verti debuit *ubi mediocris est ejus latitudo*. Ipsa enim hæc verba sunt, quibus exprimuntur superiora cap. 4. etiam agentia de Indo, τὸ πολὺ δ' εἶναι αὐτοῦ τὸ μέσον τεσσαράκοντα, nempe inter centum aut quadraginta stadia, ut illa ex Ctesiæ auctoritate numerat. Nunc ne de Ctesia eum innuere quis cogitet, diserte ait de pluribus, ὅσοις δοκεῖ, aliis scilicet Ctesia, qui unus illam grandem mensuram illi tribuit; alii, & quidem tales, quibus ferme fidem habere tanquam veridicis Arrianus potest, mediam ejus mensuram ponunt in XL stadiis; ubi angustissima, circa quindecim. Quid autem? an non clarissime patet ab auctore locum de Indi amnis mensura sepositum & dilatum fuisse in hoc usque momentum, cujus commodam satis occasionem sic ordinaverat, ut in libro IV quidem de Ctesia diceret, sed veritatem rejiceret in libri quinti hanc oportunitatem? Quid enim referebat de Ctesia nosse, cui ipse auctor non fidebat; de vero nihil proferre, quod solum ab historia quærimus? Porro an Acesines dicetur nunc XL stadiorum esse, ἵνα μέσως ἔχει αὐτὸς αὑτοῦ? Immo ille, ubi recepto Hydaspe, Hydraote, Hyphasi miscetur Indo, atque ita ubi est sane largissimus ac latissimus, τριάκοντα στάδια αὐτοῦ πλάτος γίγνεσθαι scribit diserte auctor in Indicis c. 3. Hinc igitur mirum non est, si cretatus ille, Ptolemæum regem iniquæ collectionis accusans, quæstionem, quam ponebat sibi vel amico suo, solvere nequiverit, ut denique huc labatur Ἰνδοῦ hoc loco poni pro Ἰνδικοῦ, & intelligi non ipsum Indum sic proprie dictum, sed Acesinem, utpote Indicum amnem, quomodo loquitur Arrianus alibi. Sed omnia sunt longe absurdissima, & de diverso fluvio nunc agere Arrianum plane liquet ex postremis hujus periodi verbis: καὶ ταῦτα πολλαχῇ εἶναι τοῦ Ἰνδοῦ· καὶ γὰρ καὶ τὸν Ἀκεσίνην τεκμαίρομαι &c. Ratio enim loquendi non patitur, ut duo hæc nomina propria notent eundem amnem; sed ut ex uno conjectura sumatur de altero. Et quid volumus plura? ex correctione interpretationis vitiosæ jam tria illa Arriani loca sonant diversissime, sed plane conveniunt, utique quod ad hanc partem. Quod ad differentiam de maxima angustia, quam ex Ctesia ponit non minorem XL stadiis, hoc autem in loco contrahit ad quindecim, id haud dubie facit ex diversis auctoribus, & ex collatione duorum istorum locorum satis patet aliud dixisse Ctesiam, aliud alios. Sed & præ illis Vulcanii nimium multis verbis *atque hanc quidem fere esse Indici fluminis plerisque in locis latitudinem* prætulerim Facii illa, *hunc modum*

ὁ Ἰνδός· ἵνα δὲ στενώτατός τε καὶ διὰ στενότητα βαθύτατος, ἐς τοὺς πεντεκαίδεκα ξυνάγεσθαι· καὶ ταῦτα πολλαχῇ εἶναι τοῦ Ἰνδοῦ. Καὶ γὰρ καὶ τὸν Ἀκεσίνην τεκμαίρομαι ἐπιλέξασθαι Ἀλέξανδρον, ἵνα περ τὸ πλατύτατον ἦν τοῦ πόρου, ὡς σχολαιτέρῳ χρήσασθαι τῷ ῥεύματι. 21 Περάσας δὲ τὸν ποταμόν, Κοῖνον μὲν ξὺν τῇ αὐτοῦ τάξει ἀπολείπει αὐτοῦ ἐπὶ τῇ ὄχθῃ, προστάξας ἐπιμελεῖσθαι τῆς ὑπολελειμμένης στρατιᾶς τῆς διαβάσεως, οἳ τόν τε σῖτον αὐτοῖς τὸν ἐκ τῆς ἤδη ὑπηκόου τῶν Ἰνδῶν χώρας καὶ τὰ ἄλλα ἐπιτήδεια παρακομίζειν ἔμελλον. Πῶρον δὲ ἐς τὰ αὐτοῦ ἤθη ἀποπέμπει, κελεύσας Ἰνδῶν τε τοὺς μαχιμωτάτους ἐπιλεξάμενον, καὶ εἴ τινας παρ' αὐτῷ ἔχοι ἐλέφαντας, τούτους δὲ ἀναλαβόντα ἰέναι παρ' αὐτόν. Αὐτὸς δὲ Πῶρον τὸν ἕτερον τὸν κακόν, ὅτι ἐξηγγέλθη πεφευγέναι ἀπολιπὼν τὴν χώραν ἧς ἦρχεν, ἐπεδίωκε σὺν τοῖς κουφοτάτοις τῆς στρατιᾶς. Ὁ γὰρ Πῶρος οὗτος, ἔστε μὲν πολέμια ξυνειστήκει Ἀλεξάνδρῳ τὰ πρὸς τὸν ἄλλον Πῶρον, πρέσβεις πρὸς Ἀλέξανδρον πέμπων, αὑτόν τε καὶ τὴν ὑπ' οἷ χώραν ἐνεδίδου Ἀλεξάνδρῳ, κατ' ἔχθος τὸ Πώρου μᾶλλον ἢ φιλίᾳ τῇ Ἀλεξάνδρου· ὡς δὲ ἀφειμένον τε ἐκεῖνον[21], καὶ πρὸς τῇ αὐτοῦ καὶ ἄλλης πολλῆς ἄρχοντα ἔμαθε, τότε δὴ φοβηθείς, οὐχ οὕτω τι Ἀλέξανδρον αὐτὸν ὡς τὸν Πῶρον ἐκεῖνον τὸν αὐτοῦ ὁμώνυμον[22], φεύγει τὴν ἑαυτοῦ, ἀναλαβὼν ὅσους τῶν μαχίμων ξυμπεῖσαι ἐδυνήθη μετασχεῖν οἱ τῆς φυγῆς. Ἐπὶ τοῦτον ἐλαύνων Ἀλέξανδρος ἀφικνεῖται[23] ἐπὶ τὸν Ὑδραώτην ποταμόν, ἄλλον αὖ τοῦτον Ἰνδὸν ποταμόν, τὸ μὲν εὖρος οὐ μείονα τοῦ Ἀκεσίνου, ὀξύτητι δὲ τοῦ ῥοῦ μείονα. Ὅσην δὲ τῆς χώρας ἔστε ἐπὶ τὸν Ὑδραώτην ἐπῆλθε, φυλακὰς ὑπέλιπεν ἐν τοῖς ἐπικαιροτάτοις χωρίοις, ὅπως οἱ ἀμφὶ

vero angustissimus & ob angustiam profundissimus, in XV stadia contrahi. atque hanc quidem fere esse Indi fluminis plerisque in locis latitudinem. Atqui existimaverim Alexandrum ad trajiciendum Acesinem amnem eam partem delegisse quâ maxime amplus ejus cursus, eaque de causâ minus rapidus esset. 21 Transmisso itaque flumine, Cœnum cum suis copiis ad ripam relinquit, qui reliqui exercitus transitum curaret, qui & frumentum & alia necessaria ex regione Indorum quæ ei parebat allaturi erant. Porum in regnum suum remittit, mandatis additis, ut lectissimis Indorum qui bellicosissimi haberentur copiis, & elephantis (si quos haberet) collectis ad se veniret. Ipse vero alium illum Porum hominem malum, qui desertâ provinciâ cui præerat fugisse nuntiabatur, cum expeditissimo milite insequi statuit. Porus enim hic, quamdiu Alexander cum alio Poro bellum gerebat, legationes ad Alexandrum mittens se pariter & regionem cui imperabat Alexandro dedebat, magis odio Pori quam amore Alexandri motus. quum autem Porum ab Alexandro dimissum, & regnum suum idque multo auctius ei restitutum esse cognovit, non tam Alexandri quam Pori, qui ejusdem cum ipso nominis erat, metu è provinciâ suâ aufugit, omnibus iis qui bello apti essent, (quibus quidem persuadere potuit ut fugæ comites essent) secum sumtis. In hunc profectus Alexander ad Hydraoten alium Indiæ fluvium pervenit, latitudine quidem Acesine nihilo minorem, cursus vero rapiditate inferiorem. & per omnem regionem præsidia idoneis locis posuit, ut Cra-

modum in plerisque ejus partibus observatum esse. Vel & hæc (nempe utraque modo dicta aut hæc duo contractiora spatia) persæpe in Indo occurrere.

21 Ὡς δὲ ἀφικόμενόν τε ἐκεῖνον] Certe venit ad Alexandrum Porus, sed ita, ut non venisse maluerit; nec alter Porus ei potuit hunc congressum invidere; sane alias & ipsi licuit credo eodem modo venire. Sed nec ἀφικόμενον interpretari possumus *venisse*, sed *qui cum maxime accedit*; neque memini uspiam in hac voce misceri tempora. Concordant nihilominus omnes MSSti & editi, quos ipsi inspeximus, in hanc adeo vitiosam scripturam. Et quid alii? non modo tacent de Gandensibus, Richelianis, Constantinopolitanis codicibus, sed adeo periti sunt Græcorum, ut facile patiantur ἀφικόμενον dici eum, qui longo jam tempore ante illic fuit. Quanto & clarius vidit, & manifestius expressit id quod latitare putabat, Facius, *postquam vero Porum reconciliatum Alexandro agnovit*? Etenim quum omnes in hoc loco nugentur, tum in Arriani gratiam purus mansit ille Optimus, ex quo præclara restitutione emendo ἀφειμένον τε ἐκεῖνον. Hoc nimirum dolebat alter, Porum tam prompte non veniam modo contumaciæ impetrasse, sed dimissum quoque, & quidem regem dimissum atque etiam ditiorem. Similis eventus & par locutio auctoris VI, 16, ὅτι Μουσικανὸν ἀφειμένον πρὸς Ἀλεξάνδρου ἐ-[illegible]. Inter hos Poros idem status fere est, qui inter Selgenses & Telmissenses ad adventum Alexandri narratur I, 29

22 Οὐχ οὕτω τι Ἀλέξανδρον αὐτὸν, ὡς τὸν Πῶρον ἐκεῖνον τὸν αὐτοῦ ὁμώνυμον] Tam αὐτὸν quam αὐτοῦ in nullo antiquo codice ut nec in optimo reperire potui. Et valeat vox utraque.

23 Ἐλαύνων Ἀλέξανδρος καὶ ἀφικνεῖται] Quod in MSto libro inventum ajunt, ἔγνω δὲ ὁ ἐλαύνων, primum mirus est ille & solus MS. & non tam animadversionum scriptori inspectus, sed Henr. Stephano, ex cujus indiculo idipsum sublegit, ut patet. Deinde procul dubio est à viro docto profectum Scholion, quum ei negotium facesseret oratio imperfecta propter voculam καὶ; nec videretur melius suppleri posse, quam iterato sensu, quem supra expressit Arrianus ἐπεδίωκεν aliis verbis. Qui conatus ut fuit verosimilis, ita plane temerarius ac vanus. Nam delenda tantum erat copula, quam mala manus huc intrusit, à nobis in nullo vetusto libro repertam. Plana est narratio ἐπὶ τοῦτον ἐλαύνων Ἀλέξανδρος ἀφικνεῖται. Et sic quoque habet editio Basileensis, quam & ille habuit ante oculos, si mens non fuisset læva. Idem postea testatus est chirographo suo Vulcanius, unde omisi.

ὅπως Κρατερόν τε καὶ Κοῖνον δι' ἀσφαλείας ἐπέρχοιντο, τῆς χώρας τὴν πολλὴν προνομεύοντες. Ἐνταῦθα Ἡφαιστίωνα μὲν ἐκπέμπει, δοὺς αὐτῷ μέρος τῆς στρατιᾶς, πεζῶν μὲν φάλαγγας δύο, ἱππέων δὲ τήν τε αὑτοῦ καὶ τὴν Δημητρίου ἱππαρχίαν καὶ τῶν τοξοτῶν τοὺς ἡμίσεας, ἐς τὴν Πώρου τοῦ ἀφεστηκότος χώραν, κελεύσας παραδιδόναι ταύτην Πώρῳ τῷ ἄλλῳ, καὶ εἰ δή τινα πρὸς ταῖς ὄχθαις τοῦ Ὑδραώτου ποταμοῦ αὐτόνομα ἔθνη Ἰνδῶν νέμεται, καὶ ταῦτα προσαγαγόμενον τῷ Πώρῳ ἄρχειν ἐγχειρίσαι. Αὐτὸς δ' ἐπέρα τὸν Ὑδραώτην ποταμὸν, οὐ καθάπερ τὸν Ἀκεσίνην χαλεπῶς. Προχωροῦντι δὲ αὐτῷ ἐπέκεινα τῆς ὄχθης τοῦ Ὑδραώτου τοὺς μὲν πολλοὺς καθ' ὁμολογίαν προσχωρεῖν ξυνέβαινεν· ἤδη δέ τινας ξὺν ὅπλοις ἀπαντήσαντας, τοὺς δὲ καὶ ἀποφεύγοντας ἑλὼν βίᾳ κατεστρέψατο. 22 Ἐν τούτῳ δὲ ἐξαγγέλλεται Ἀλεξάνδρῳ, τῶν αὐτονόμων Ἰνδῶν ἄλλους τέ τινας, καὶ τοὺς καλουμένους Καθαίους αὐτούς τε παρασκευάζεσθαι ὡς πρὸς μάχην, εἰ προσάγῃ[24] τῇ χώρᾳ αὐτῶν Ἀλέξανδρος, καὶ ὅσα ὅμορα σφίσιν ὡσαύτως αὐτόνομα καὶ ταῦτα παρακαλεῖν ἐς τὸ ἔργον· εἶναι δὲ τήν τε πόλιν ὀχυρὰν πρὸς ἣν ἐπενόουν ἀγωνίσασθαι. Σάγγαλα ἦν τῇ πόλει ὄνομα, καὶ αὐτοὶ οἱ Καθαῖοι εὐτολμότατοί τε καὶ τὰ πολέμια κράτιστοι ἐνομίζοντο· καὶ τούτοις κατὰ τὰ αὐτὰ Ὀξυδράκαι ἄλλο Ἰνδῶν ἔθνος, καὶ Μαλλοὶ, ἄλλο καὶ τοῦτο· ἐπεὶ καὶ ὀλίγῳ πρόσθεν στρατεύσαντας ἐπ' αὐτοὺς Πῶρόν τε καὶ Ἀβισάρην ξύν τε τῇ σφετέρᾳ δυνάμει, καὶ πολλὰ ἄλλα ἔθνη τῶν αὐτονόμων Ἰνδῶν ἀναστήσαντας[25], οὐδὲν πράξαντας τῆς παρασκευῆς ἄξιον ξυνέβη ἀπελθεῖν. Ταῦθ' ὡς ἐξηγγέλθη Ἀλεξάνδρῳ, σπουδῇ ἤλαυνεν ὡς ἐπὶ τοὺς Καθαίους. Καὶ δευτεραῖος μὲν ἀπὸ τοῦ ποταμοῦ τοῦ Ὑδραώτου πρὸς πόλιν ἥκει, ᾗ ὄνομα Πίμπραμα. Τὸ δ' ἔθνος τοῦτο τῶν Ἰνδῶν Ἀδραϊσταὶ ἐκαλοῦντο· οὗτοι μὲν δὴ προσεχώρησαν ὁμολογίᾳ Ἀλεξάνδρῳ. Καὶ Ἀλέξανδρος ἀναπαύσας τῇ ὑστεραίᾳ τὴν στρατιὰν, τῇ τρίτῃ προὐχώρει ἐπὶ τὰ Σάγγαλα, ἵνα οἱ Καθαῖοί τε καὶ οἱ ἄλλοι πρόσχωροι αὐτοῖς ξυνεληλυθότες πρὸ τῆς πόλεως παρατεταγμένοι ἦσαν ἐπὶ γηλόφου οὐ πάντῃ ἀποτόμου· κύκλῳ δὲ τοῦ γηλόφου ἁμάξας

Craterus & Cœnus tuto pervagentur, frumento per maximam regionis partem direpto. Deinde Hephæstioni partem exercitus committens; peditum scilicet phalanges duas, ex equitibus Demetrii agmen ad suum adjungens & sagittariorum dimidiam partem, cum in Pori illius qui aufugerat regionem mittit, eamque ut alteri Poro tradat jubet. & siquæ aliæ ad ripam Hydraotis fluvii gentes Indorum essent liberæ & suis legibus viventes, earum omnium gubernationem Poro det. Ipse Hydraoten fluvium non ita difficulter atque Acesinem trajecit. dehinc ultra ripam Hydraotis progressus, plerosque deditione recepit: nonnullos etiam cum armis occurrentes, alios vero fugientes captos vi subegit. Inter hæc 22 Alexandro nuntiatur alios quosdam Indos liberos & Cathæos paratos esse, si eò exercitum duceret, pugnam experiri, reliquosque finitimos etiam libere viventes ad societatem solicitare: urbem vero ad quam confligere statuissent (nomine Sangala) munitam esse. Cathæi quoque strenui in primis reique bellicæ peritissimi habebantur. Cum his conspirasse Oxydracas aliam Indorum gentem, & Mallos aliam ab his diversam: adversus quos paulo ante & Abissares & Porus conjunctis copiis, ac multis Indorum in societatem adscitis, profecti, quum nihil tanto belli apparatu dignum gessissent, recesserant. Hæc ut Alexandro nuntiata sunt, confestim in Cathæos contendit, & secundis castris ab Hydraote fluvio ad urbem pervenit cui Pimprama nomen est. Ea Indorum gens Adraistæ vocabantur. ii statim pactionibus deditionem fecerunt. Alexander postero die militibus ad quietem dato, tertio die Sangala profectus est, ubi & Cathæi aliique his finitimi qui sese iis conjunxerant, ante urbem in colle non omnino arduo instructa acie stabant. Hunc collem velut triplici vallo in orbem curri-

24 Εἰ προσάγῃ] Id venit in editionem Vulcanii, quum Basileæ dedissent προσήγοι. Sed Opt. cum alio προσάγοι, quod & deinde Vulcanius adnotavit. Deinde idem vocem αὐτόνομα ignorat.

25 Καὶ πολλὰ ἄλλα ἔθνη τῶν αὐτονόμων Ἰνδῶν ἀναστήσαντας] Interpretatur Facius *multis præterea Indorum in societatem adscitis.* Vides igitur, unde habeat Vulcanius id, quod pro interpretatione Latina his apposuit, nullam habens rationem vocis αὐτονόμων, & postremi verbi vim nescio an bene inquirens & considerans. An credibile est, cum his regibus se conjunxisse liberas gentes? nonne cantata & nota est horum discordia? Videtur autem dicere Arrianus hos duos reges fuisse oppressores libertatis multarum gentium, ut fuerint & violenti & potentes; nec tamen contra Mallos aut Oxydracas quidquam valuisse. Nam quoties occurrit in Arriano ἀναστῆσαι pro evertere ex sedibus & interitum afferre expellendo? Sententia auctoris est, *quippe etiam paulo ante facientes adversus ipsos expeditionem Porum & Abissarem, & suis copiis etiam multas* (hæc est vis vocum καὶ πολλὰ) *alias gentes liberorum Indorum sedibus qui exciverant, nulla gesta re apparatu digna contigerat discedere.* Hinc quoque apparet, unde præcedentia τούτοις κατὰ τὰ αὐτὰ reddiderit Vulcanius *cum his conspirasse*, quia Facius *cum iis consentire*, quum mihi videatur vires eorum & potentiam armorum tangere, innuatque *& his Cathæis per eadem parts.*

ξας περιστήσαντες, ἐντὸς αὐτῶν ἐστρατοπέδευον, ὡς τριπλοῦν χάρακα προβεβλῆσθαι τῶν ἁμαξῶν. Ἀλέξανδρος δὲ τό, τε πλῆθος κατιδὼν τῶν βαρβάρων, καὶ τοῦ χωρίου τὴν φύσιν, ὡς μάλιστα πρὸς τὰ παρόντα ἐν καιρῷ οἱ ἐφαίνετο, παρετάσσετο· καὶ τοὺς μὲν ἱπποτοξότας εὐθύς, ὡς εἶχεν, ἐκπέμπει, ἐπ᾽ αὐτοὺς ἀκροβολίζεσθαι κελεύσας παριππεύοντας, ὡς μήτε ἐκδρομὴν ποιήσασθαι τοὺς Ἰνδούς, πρὶν ξυνταχθῆναι[26] αὐτῷ τὴν στρατιάν, καὶ ὡς καταπληγὰς γίγνεσθαι αὐτοὺς καὶ πρὸ τῆς μάχης ἐντὸς τοῦ ὀχυρώματος. Αὐτὸς δὲ ἐπὶ μὲν τοῦ δεξιοῦ κέρως τῶν ἱππέων τὸ ἄγημα κατέστησε, καὶ τὴν Κλείτου ἱππαρχίαν· ἐχομένους δὲ τούτων τοὺς ὑπασπιστάς, καὶ ἐπὶ τούτοις τοὺς Ἀγριάνας· κατὰ δὲ τὸ εὐώνυμον Περδίκκας τε αὐτῷ ἐτέτακτο, τήν τε αὐτοῦ ἔχων ἱππαρχίαν, καὶ τὰς τῶν πεζεταίρων τάξεις· ἐπὶ κέρως δὲ ἑκατέρου οἱ τοξόται αὐτῷ δίχῃ διακριθέντες ἐτάχθησαν. Ἐκτάσσοντι δὲ αὐτῷ παρεγένοντο καὶ οἱ ἀπὸ τῆς ὀπισθοφυλακίας πεζοί τε καὶ ἱππεῖς· καὶ τούτων τοὺς μὲν ἱππέας ἐπὶ τὰ κέρατα διελὼν παρήγαγεν· ἀπὸ δὲ τῶν πεζῶν τῶν προσγενομένων πυκνοτέραν τὴν σύγκλεισιν τῆς φάλαγγος ποιήσας, αὐτὸς ἀναλαβὼν τὴν ἵππον τὴν ἐπὶ τοῦ δεξιοῦ τεταγμένην, παρῆγεν ἐπὶ τὰς κατὰ τὸ εὐώνυμον τῶν Ἰνδῶν ἁμάξας. Ταύτῃ γὰρ εὐπροσοδώτερον αὐτῷ ἐφαίνετο τὸ χωρίον, καὶ οὐ πυκναὶ ὡσαύτως αἱ ἅμαξαι ἐφεστήκεσαν. Ὡς δὲ ἐπὶ τὴν ἵππον προσαγαγοῦσαν οὐκ ἐξέδραμον οἱ Ἰνδοὶ ἔξω τῶν ἁμαξῶν, ἀλλ᾽ ἐπιβεβηκότες αὐτῶν ἀφ᾽ ὑψηλοῦ ἠκροβολίζοντο, γνοὺς Ἀλέξανδρος ὅτι οὐκ εἴη τῶν ἱππέων τὸ ἔργον, καταπηδήσας ἀπὸ τοῦ ἵππου, πεζὸς ἐπῆγε τῶν πεζῶν τὴν φάλαγγα. Καὶ ἀπὸ μὲν τῶν πρώτων ἁμαξῶν οὐ χαλεπῶς ἐβιάσαντο οἱ Μακεδόνες τοὺς Ἰνδούς· πρὸ δὲ τῶν δευτέρων οἱ Ἰνδοὶ παραταξάμενοι ῥᾷον ἀπεμάχοντο, οἷα δὴ πυκνότεροί τε ἐφεστηκότες ἐν ἐλάττονι τῷ κύκλῳ[27], καὶ τῶν Μακεδόνων οὐ κατ᾽ εὐρυχωρίαν ὡσαύτως προσαγόντων σφίσιν, ἐν ᾧ τάς τε πρώτας ἁμάξας ὑπεξῆγον, καὶ κατὰ τὰ διαλείμματα αὐτῶν, ὡς ἑκάστοις προὐχώρει, ἀτάκτως προσέβαλλον· ἀλλὰ καὶ ἀπὸ τούτων ὅμως ἐξώσθησαν οἱ Ἰνδοὶ βια-

curribus dispositis munierant, castris in medio locatis. Alexander naturam loci hostiumque multitudinem contemplatus, ubi commodissimum visum est castra posuit, & sagittarios equestres continuo qui eos telis lacessant emittit, utque adequitent jubet, ne nimirum Indi nondum satis instructâ Macedonum acie excursionem aliquam faciant; utque Indis intra ipsa munimenta consistentibus ante pugnam terror incuteretur. Dehinc equitum agema ad dextrum cornu constituit, quibus Cliti equitum præfecturam adjunxit. proximos his scutatos locat, mox Agrianas. ad sinistrum cornu Perdiccam statuit, suâ equestri præfecturâ & peditum amicorum agminibus instructum, sagittariis in utrumque cornu divisis. Alexandro ita aciem instruente, pedites atque equites, qui novissimo agmini præsidio erant, adveniunt. atque ex his quidem equites cornibus admovit: ex peditibus vero qui accesserant, phalangis structurâ consertiore effectâ, ipse assumto equitatu quem ad dextram statuerat, in currus Indorum ad lævam sitos duxit. Hac enim facilior aditus fore videbatur, neque ita densus erat ex hac parte curruum ordo. Postquam vero Indi adversus adductum equitatum extra currus non procurrerent, sed conscensis iis tela ex editiore loco torquerent, equitatum parum idoneum ad hanc rem ratus, desiliens ex equo pedes ipse peditum phalangem in eos duxit. Et à primâ curruum serie non difficulter Indi à Macedonibus sunt repulsi. ad secundum vero ordinem conferti facilius sese tuebantur, quippe quod & densiores in orbe breviore curribus circumfusi starent, & Macedones non ita spatioso loco in eos ferrentur. Interea tamen primos currus submoverunt, & per illorum interstitia, prout quisque poterat, inordinate irruperunt. Cæterum iis etiam curribus Indi à phalange-

23

26 Πρὶν ξυνταχθῆναι] MS. Opt. & solus ξυνταχθεῖσαν. Et sane quum in ipsa ordinatione accedant nonnullæ copiæ, videtur nunc eas exspectavisse, ut cavere voluerit, ne nocere possent invadendo & incurrendo Indi, antequam copia omnis esset conjuncta in unum, hoc est, ξυνταχθεῖσα. Deinde & hic & omnes alii à me inspecti ὡς πληγὰς γίγνεσθαι αὐτοὺς, quod etiam notavit ex V. C. Vulcanius, sicut & Basileæ editum fuit; ut mirari oporteat tres scriptos, quos nuper jactarunt, hinc dissentire. Præterea an Græce dicitur κελεύσας παριππεύοντας, pro *utque adequitent jubet*, idque sine crimine imperfectæ loquutionis? Id tamen volunt editi omnes. Immo male distinguitur hic locus post vocem ἀκροβολίζεσθαι, quum id debeat fieri ante eam, ut nunc habes.

27 Ἐφεστηκότες ἔλαττον τῷ κύκλῳ] Sic & alii MSSti. Quod quum intelligi nequeat, Vulcanius secundam vocem mutabat in ἔλαθον. Hoc nuperus editor non putat admittendum, sed potius corrigendum ἐλάττονι, intelligens alterum ordinem vehiculorum densiorem & arctiorem, in gyro scilicet angustiore. Videtur vidisse aliquid. Sed an hæc verba Arriani ullo modo tangunt vehiculorum seriem? ubi hîc vehicula memorantur? an non soli Indi pro vehiculis stabant? Deinde ἐφεστηκότες κύκλῳ sunt vel qui adstant circulo aut gyro, vel qui instant. Neutrum hîc intelligi potest. Habe ergo præstantissimam ex optimo MSto integritatem, & repone ἐν ἐλάττονι τῷ κύκλῳ, ut quidem sustinui exhibere.

βιασθέντες ὑπὸ τῆς φάλαγγος[28]. Οἱ δὲ οὐκέτι ἐπὶ τὴν τρίτην ἀνέμενον, ἀλλ᾽ ὡς τάχους εἶχον φυγῇ εἰς τὴν πόλιν κατεκλείσθησαν. Καὶ Ἀλέξανδρος ταύτην μὲν τὴν ἡμέραν περιστρατοπεδεύει τοῖς πεζοῖς τὴν πόλιν, ὅσα γε ἠδυνήθη αὐτῷ περιβαλεῖν ἡ φάλαγξ· ἐπὶ πολὺ γὰρ ἐπεῖχε τὸ τεῖχος τῷ στρατοπέδῳ κυκλώσασθαι οὐ δυνατὸς ἐγένετο· κατὰ δὲ τὰ διαλείποντα αὐτοῦ, ἵνα καὶ λίμνη οὐ μακρὰν τοῦ τείχους ἦν, τοὺς ἱππέας ἐπέταξεν ἐν κύκλῳ τῆς λίμνης, γνοὺς οὐ βαθεῖαν οὖσαν τὴν λίμνην· καὶ ἅμα εἰκάσας, ὅτι φοβεροὶ γενόμενοι Ἰνδοὶ ἀπὸ τῆς προτέρας ἥττης ἀπολείψουσι τῆς νυκτὸς τὴν πόλιν. Καὶ ξυνέβη οὕτως ὅπως εἴκασεν· ἀμφὶ γὰρ δευτέραν φυλακὴν ἐκπίπτοντες ἐκ τοῦ τείχους οἱ πολλοὶ αὐτῶν, ἐνέκυρσαν ταῖς προφυλακαῖς τῶν ἱππέων· καὶ οἱ μὲν πρῶτοι αὐτῶν κατεκόπησαν πρὸς τῶν ἱππέων· οἱ δὲ ἐπὶ τούτοις αἰσθόμενοι ὅτι φυλάσσεται ἐν κύκλῳ λίμνη, ἐς τὴν πόλιν αὖθις ἀνεχώρησαν. Ἀλέξανδρος δὲ χάρακί τε διπλῷ περιβάλλει, ἵναπερ μὴ εἶργεν ἡ λίμνη, τὴν πόλιν· καὶ φυλακὰς ἐν κύκλῳ τῆς λίμνης ἀκριβεστέρας καθίστησιν. Αὐτὸς δὲ μηχανὰς προσάγειν τῷ τείχει ἐπενόει, ὡς κατασείειν τὸ τεῖχος. Αὐτομολήσαντες δὲ αὐτῷ τῶν ἐκ τῆς πόλεώς τινες φράζουσιν, ὅτι ἐν νῷ ἔχοιεν αὐτῆς ἐκείνης τῆς νυκτὸς ἐκπίπτειν ἐκ τῆς πόλεως οἱ Ἰνδοὶ κατὰ τὴν λίμνην, ἵναπερ τὸ ἐκλιπὲς ἦν τοῦ χάρακος. Ὁ δὲ Πτολεμαῖον τὸν Λάγου ἐπιτάττει ἐνταῦθα, τῶν τε ὑπασπιστῶν αὐτῷ δοὺς χιλιαρχίας[29] τρεῖς καὶ τοὺς Ἀγριᾶνας ξύμπαντας καὶ μίαν τάξιν τῶν τοξοτῶν, ἀποδείξας τὸ χωρίον ᾗπερ μάλιστα εἴκαζε βιάζεσθαι τοὺς βαρβάρους· σὺ δὲ ἐπειδὰν αἴσθῃ, ἔφη, βιαζομένους ταύτῃ, αὐτὸς μὲν ξὺν τῇ στρατιᾷ εἶργειν τοὺς βαρβάρους τοῦ πρόσω· τὸν δὲ σαλπιγκτὴν κέλευε σημαίνειν· ὑμεῖς δὲ (ἄνδρες ἡγεμόνες) ἐπειδὰν σημανθῇ, ξὺν τοῖς καθ᾽ αὑτοὺς ἕκαστοι ξυντεταγμένοι ἰέναι ἐπὶ τὸν θόρυβον, ἵν᾽ ἂν ἡ σάλπιγξ παρακαλῇ. Ἀποστατήσω δὲ οὐδὲ ἐγὼ τοῦ ἔργου. Ὁ μὲν ταῦτα παρήγγειλε· Πτολεμαῖος δὲ ἁμάξας τε ἐκ τῶν ἀπολελειμμένων ἐν τῇ πρώτῃ φυγῇ ἁμαξῶν ταύτῃ ξυναγαγών, ὡς πλείστας καθίστησιν ἐγκαρσίας, ἵνα πολλὰ ἐν νυκτὶ τὰ ἄπορα φαίνηται τοῖς φεύγουσι, καὶ τοῦ χάρακος τοῦ κεκομμένου τε καὶ οὐ καταπηχθέντος[30], συννῆσαι ἄλλῃ καὶ ἄλλῃ ἐκέ-

24

ge depulsi sunt. Illi vero ad tertium curruum ordinem non amplius se continuerunt, sed fugâ quam celerrimâ potuerunt sese in urbem receperunt: quibus eâ conclusis, Alexander eo ipso die peditum copiis (quatenus phalanx sufficiebat) oppidum obsedit. Murus enim in circuitu amplior erat, quam ut ab exercitu totus in orbem cingi posset. vacuis vero peditatu locis (ubi & stagnum quoddam non procul à muris situm erat) equitatum circumduxit, sciens stagnum id parum profundum esse: simulque facile conjiciens, Indos cladis acceptæ metu perculsos noctu urbem deserturos. quod quidem ita ut cogitârat evenit. Nam circiter secundam noctis vigiliam plerique eorum urbe elapsi, in equitum procubias inciderunt. quorum quidem primi ab equitibus cæsi sunt: alii hos secuti quum stagnum equitatu circumsessum esse sensissent, rursus in urbem sese receperunt. Alexander urbem (eâ parte quâ stagnum impediebat excepta) duplici vallo in orbem cingit, & accuratiores ad circuitum stagni custodias locat. ipse tormenta muris admovere eosque quatere statuit. quum transfugæ quidam ex urbe ad eum venientes nuntiarunt Indos eâ nocte ex urbe sese subducere constituisse circa stagnum eâ parte quâ vallum desinebat. Alexander Ptolemæum Lagi F. eo loco statuit, scutatorum tria millia ei adjungens, Agrianas omnes, unumque sagittariorum agmen, ostenso loco qua verisimile erat barbaros erupturos: mandatis additis, ut simulac eos eruptionem illic tentantes sensisset, ipse cum exercitu transitu prohibeat: tubicini ut signum tubâ det jubeat. ducibus etiam imperat, ut statim audito signo cum suis quisque copiis, quo tuba vocaverit advolent. Se quoque pugnæ non defuturum promittit. Atque hæc quidem Alexander quum imperasset, Ptolemæus multis curribus qui in primâ illâ fugâ relicti fuerant collectis, transversos eos in viâ disponit, ut plures fugientibus per noctem difficultates apparerent. vallumque inter muros & stagnum, rescissum neque adhuc satis firmum,

28 Βιασθέντες ὑπὸ τῆς φάλαγγος] MSSti πρὸς τῆς. Deinde alii MSSti cum editione Basileensi congruunt *οἱ δὲ οὐκέτι ἐπὶ τὴν τρίτην ἀνέμενον.* Quem ordinem verborum cur mutari velint, viderint. Certe quum id ipsum in V. C. reperisset Vulcanius, mutavit interpretationem, ut vides nunc inde repositam. Sed Optimus *οἱ δὲ οὐκέτι ἐπὶ τὴν τρίτην ἔμενον.*

29 Αὐτῷ δοὺς χιλιαρχίας] Vocem primam ignorat liber Optimus: etsi rursus ita cap. 24, sed sane illic quoque dativum *αὐτῷ* ignoret codex idem Optimus.

30 Καὶ τοῦ χάρακος τοῦ κεκομμένου τε καὶ οὐ καταπηχθέντος συννῆσαι ἄλλῃ καὶ ἄλλῃ] Projecta negligentia Facius: *vallum quod nondum ad extremum perfectum fuerat, eadem nocte summo militum labore perfectum.* Vulcanius *vallumque rescissum, neque adhuc satis firmum alia atque alia parte emitti & perfici.* Omnia absurdissima. Si enim vallum fuit non satis firmum, utique non fuit rescissum: fuit enim vallum, integrum quidem, sed non satis firmum, & propterea committi non potuit, quod erat sane commissum. Alter vult vallum diversis parti-

ἐκέλευσε ἐν μέσῳ τῆς τε λίμνης καὶ τοῦ τείχους. Καὶ ταῦτα αὐτῷ οἱ στρατιῶται ἐν τῇ νυκτὶ ἐξειργάσαντο· ἤδη τε ἦν ἀμφὶ τετάρτην φυλακὴν, καὶ οἱ βάρβαροι, καθάπερ ἐξηγγέλλετο Ἀλεξάνδρῳ, ἀνοίξαντες τὰς ὡς ἐπὶ τὴν λίμνην πύλας, δρόμῳ ἐπ᾽ αὐτὴν ἐφέροντο· οὐ μὴν ἔλαθον τὰς ταύτῃ φυλακὰς, οὐδὲ Πτολεμαῖον τὸν ἐπ᾽ αὐταῖς τεταγμένον· ἀλλὰ ἐν τούτῳ οἵ τε σαλπιγκταὶ ἐσήμαινον αὐτῷ, καὶ αὐτὸς τὴν στρατιὰν ὡπλισμένην τε καὶ συντεταγμένην ἔχων ἐχώρει ἐπὶ τοὺς βαρβάρους. Τοῖς δὲ αἵ τε ἅμαξαι ἐμποδὼν ἦσαν, καὶ ὁ χάραξ ἐν μέσῳ καταβεβλημένος. Ὡς δὲ ἥ τε σάλπιγξ ἐφθέγξατο, καὶ οἱ ἀμφὶ Πτολεμαῖον προσέκειντο αὐτοῖς, τοὺς ἀεὶ ἐκπίπτοντας διὰ τῶν ἁμαξῶν κατακαίνοντες, ἐνταῦθα δὴ ἀποστρέφονται αὖθις ἐς τὴν πόλιν· καὶ ἀπέθανον αὐτῶν ἐν τῇ ἀποχωρήσει ἐς πεντακοσίους. Ἐν τούτῳ δὲ καὶ Πῶρος ἀφίκετο, τούς τε ὑπολοίπους ἐλέφαντας ἅμα οἷ ἄγων, καὶ τῶν Ἰνδῶν ἐς πεντακισχιλίους· αἵ τε μηχαναὶ Ἀλεξάνδρῳ ξυμπεπηγμέναι ἦσαν, καὶ προσήγοντο ἤδη τῷ τείχει. Ἀλλὰ οἱ Μακεδόνες πρὶν καὶ κατασεισθῆναί τι τοῦ τείχους, ὑπορύττοντές τε αὐτοὶ πλίνθινον ὂν τὸ τεῖχος, καὶ τὰς κλίμακας ἐν κύκλῳ πάντῃ προσθέντες, αἱροῦσι κατὰ κράτος τὴν πόλιν· καὶ ἀποθνήσκουσι μὲν ἐν τῇ καταλήψει τῶν Ἰνδῶν ἐς μυρίους καὶ ἑπτακισχιλίους· ἑάλωσαν δὲ ὑπὲρ τὰς ἑπτὰ μυριάδας, καὶ ἅρματα τριακόσια, καὶ ἱππεῖς πεντακόσιοι. Τῆς δὲ ξὺν Ἀλεξάνδρῳ στρατιᾶς ἀπέθανον μὲν ὀλίγον ἀποδέοντες τῶν ἑκατὸν ἐν τῇ πάσῃ πολιορκίᾳ. τραυματίαι δὲ οὐ κατὰ τὸ πλῆθος τῶν νεκρῶν ἐγένοντο, ἀλλ᾽ ὑπὲρ τοὺς χιλίους καὶ διακοσίους[31], καὶ ἐν τούτοις τῶν ἡγεμόνων ἄλλοι τε καὶ Λυσίμαχος ὁ σωματοφύλαξ. Θάψας δὲ ὡς νόμος αὐτῷ τοὺς τελευτήσαντας, Εὐμενῆ τὸν γραμματέα ἐκπέμ-

πει

mum, aliâ atque aliâ parte committi & perfici jubet. quod quidem eâ nocte à militibus confectum eſt. Barbari ſub quartam noctis vigiliam, quemadmodum Alexandro ſignificatum fuerat, effuſi portis quæ ad ſtagnum vergebant, curſim eò ferebantur, ſed neque procubias, neque Ptolemæum qui eo loci conſederat latere potuerunt. In hoc rerum ſtatu tubicines ſignum dant. quo audito ipſe cum exercitu armato atque in ordinem redacto in barbaros contendit. At vero currus & vallum loco inter ſtagnum medio ductum, magno barbaris impedimento erant. Quum vero ad tubæ ſonitum Ptolemæi copiæ acriter in eos ferrentur, magnamque eorum qui procurrentes in currus impingebant ſtragem ederent, rurſus in urbem confugiunt: quingenti barbari in eâ fugâ cæſi. Interea Porus advenit reliquos elephantos adducens, & Indorum V M. Jamque & machinæ Alexandro confectæ erant & muris admovebantur. Macedones mœnibus nondum quaſſatis, ſed lateritio muro ſuffoſſo ſcaliſque omni ex parte admotis urbem vi capiunt. In ejus urbis expugnatione XVII M Indorum trucidata ſunt: capti ſupra LXX M. currus CCC. equites D. De Alexandri exercitu circiter centum in univerſa obſidione deſiderati. vulneratorum major quam cæſorum numerus fuit. mille enim circiter & ducenti hi fuerunt. in his, cum alii duces, tum Lyſimachus corporis cuſtos. Poſthæc Alexander, cæſis patrio more ſepultis, Eumenem ſcribam ad duas urbes, quæ

una

partibus commiſſum, alibi etiam magis firmatum fuiſſe. Ubi hæc in Græcis? quæ verba docent magis firmatum? Inprimis mirari libet, cur non *καταπηχθέντας* hic quoque vertant *in terram depacti*, ubi locus exigit, quum ſupra fecerint id vitioſe. Vox *συννῆσαι* movenda non eſt, & probatur ab omnibus ſcriptis. Herodotus lib. 1. cap. 85. *συννήσας πυρὴν μεγάλην*. Erroris origo eſt, quod putaverint agi de aggere & vallo terreſtri, quum de ligneis vallis ſint intelligenda. Verte: *& quod erat vallorum jam cæſum, at nondum in terram depactum connecti* inter ſe & flecti ordinatim *hic & illic juſſit*. Quomodo autem potuit ignorari, quis eſſet *καταβεβλημένος χάραξ*, aut quid Græci dixerint *κόπτειν χάρακα*? Habuimus utique ſupra lib. 4 cap. 29 *ὑπὸ τὴν ἕω παραγγέλλει στρατιώτῃ ἑκάστῳ κόπτειν χάρακας ἑκατὸν κατ᾽ ἄνδρα, καὶ οὗτοι κεκομμένοι ἦσαν, καὶ αὐτοῖς ἐχώννυεν*, quem locum citat quoque Freinshemius in Curtianis 8, 11, 8. Eſt autem conſtructio, qualis ſolet adhiberi in verbis abundantiam exprimentibus, ut ſubintelligatur aliquod nomen, unde pendeat genitivus: alias facili negotio potes ſuſpicari *καὶ τοὺς χάρακας τοὺς κεκομμένους τι καὶ οὐ καταπηχθέντας*. Sed non neceſſe, quum paulo poſt, *ὁ χάραξ ἐν μέσῳ καταβεβλημένος*. Non poteſt hoc accipi de munitione terrea. Unde etiam Livius maluit uti ſingulari 33, 5. *Milites per agros diſperſos vallum cædere & parare jubet.* Non diſſimili ratione in oppugnanda Tyro 11, 18 ait: *χάρακάς τε οὐ χαλεπῶς ἐν τῷ πηλῷ κατεπήγνυσαν*; mox autem cap. 19 excurrentes Tyrii, ait, *τόν τε χάρακα οὐ χαλεπῶς διέσπασαν τὸν πρὸ αὐτοῦ προβεβλημένον*. Non enim opinor diverſum quid his duobus locis ſignificari; ſed primo palos valloſque luto impegerant, poſt hos ſaxa & terram aggeſſerant, ſic ut iſti hæc comprimerent continerentque, & ita Tyrii vallos eoſdem ante aggerem poſitos evellere ac extrahere conabantur, ut ſubſidente ita aggere omnia diſſiparentur. Quod ſi inſpexeris notas Curtianas Freinshemii 9, 1, 8, cognoſces, unde nuperus acceperit illa, *ut plures fugientibus per noctem difficultates apparerent*. Debetur enim id Freinshemio. Non eſt autem tale, ut non potuerit antea intelligi; quum ſatis commode etiam reddiderit Facius, *quo fugæ difficultatem per noctis tenebras fugientibus Indis augeret*, fere ut Freinshemium ex Facio petiviſſe dicas.

31 *Ὑπὲρ τοὺς χιλίους καὶ διακοσίους*] Negligenter interpres *mille circiter & quingenti*, quod correxi. Etiam vocula *καὶ* non exſtat in Optimo codice. Sed & inepte dixit paulo ante Vulcanius *vulneratorum major quam cæſorum numerus fuit.* Id nulli non apparet; & ubi prælium commiſſum fuit, in quo non major eſſet vulneratorum numerus? Græca etiam longe aliud ſonant, nempe, *vulnerati non fuerunt pro numero occiſorum*: quum tam pauci fuerint occiſi, non etiam pro paucitate iſtorum fuerunt vulnerati.

τῇ ἐς τὰς δύο πόλεις τὰς ξυναφεστώσας τοῖς Σαγγάλοις, δοὺς αὐτῷ τῶν ἱππέων ἐς τριακοσίους, φράσοντας τοῖς ἔχουσι τὰς πόλεις τῶν τε Σαγγάλων τὴν ἅλωσιν, καὶ ὅτι αὐτοῖς οὐδὲν ἔσται χαλεπὸν ὑπ' Ἀλεξάνδρου[32], ὑπομένουσί τε καὶ δεχομένοις φιλίως Ἀλέξανδρον· οὐδὲ γὰρ ἄλλοις οὐδὲ γενέσθαι τῶν αὐτονόμων Ἰνδῶν, ὅσοι ἑκόντες σφᾶς ἐνέδοσαν. Οἱ δὲ (ἤδη γὰρ ἐξήγγελτο αὐτοῖς κατὰ κράτος ἑαλωκότα πρὸς Ἀλεξάνδρου τὰ Σάγγαλα) φοβεροὶ γενόμενοι, ἔφευγον ἀπολιπόντες τὰς πόλεις· καὶ Ἀλέξανδρος ἐπειδὴ ἐξηγγέλθη αὐτῷ ἡ φυγὴ[33], σπουδῇ ἐδίωκεν· ἀλλὰ οἱ πολλοὶ μὲν αὐτῶν ἔφθασαν ἀποφυγόντες (διὰ μακροῦ γὰρ ἡ δίωξις ἐγίγνετο) ὅσοι κατὰ τὴν ἀποχώρησιν ἀσθενείᾳ ὑπελείποντο, οὗτοι ἐγκαταληφθέντες πρὸς τῆς στρατιᾶς ἀπέθανον ἐς πεντακοσίους μάλιστα. Ὡς δ' ἀπέγνω διώκειν τοῦ πρόσω τοὺς φεύγοντας, ἐπανελθὼν ἐς τὰ Σάγγαλα, τὴν πόλιν μὲν κατέσκαψε· τὴν χώραν δὲ, τῶν Ἰνδῶν τοῖς πάλαι μὲν αὐτονόμοις, τότε δὲ ἑκουσίως προσχωρήσασι προσέθηκε· καὶ Πῶρον μὲν ξὺν τῇ δυνάμει τῇ ἀμφ' αὐτὸν ἐκπέμπει ἐπὶ τὰς πόλεις, αἳ προσκεχωρήκεσαν, φρουρὰς εἰσάξοντα εἰς αὐτάς· αὐτὸς δὲ ξὺν τῇ στρατιᾷ ἐπὶ τὸν Ὕφασιν ποταμὸν προὐχώρει, ὡς καὶ τοὺς ἐπέκεινα Ἰνδοὺς καταστρέψαιτο· οὐδὲ ἐφαίνετο αὐτῷ πέρας τι τοῦ πολέμου, ἔστε ὑπελείπετό τι πολέμιον.

25 Τὰ δὲ δὴ πέραν τοῦ Ὑφάσιος[34], εὐδαίμονά τε τὴν χώραν εἶναι ἐξηγγέλλετο, καὶ ἀνθρώπους ἀγαθοὺς μὲν γῆς ἐργάτας, γενναίους δὲ τὰ πολέμια, καὶ εἰς τὰ ἴδια δὲ σφῶν ἐν κόσμῳ πολιτεύοντας. Πρὸς γὰρ τῶν ἀρίστων ἄρχεσθαι τοὺς πολλοὺς, τοὺς δὲ οὐδὲν ἔξω τοῦ ἐπιεικοῦς ἐξηγεῖσθαι· πλῆθός τε ἐλεφάντων εἶναι τοῖς ταύτῃ ἀνθρώποις πολύ τι ὑπὲρ τοὺς ἄλλους Ἰνδοὺς, καὶ μεγέθει μεγίστους τε καὶ ἀνδρείᾳ. Ταῦτα δ' ἐξαγγελλόμενα Ἀλέξανδρον μὲν παρώξυνεν ἐς ἐπιθυμίαν τοῦ πρόσω ἰέναι αὐτόν[35]· οἱ δὲ Μακεδόνες ἐξέκαμνον ἤδη ταῖς γνώμαις, πόνους τε ἐκ πόνων καὶ κινδύνους ἐκ κινδύνων ἐπαναιρούμενον ὁρῶντες τὸν βασιλέα· ξύλλογοί τε ἐγίγνοντο κατὰ τὸ στρατόπεδον, τῶν μὲν τὰ σφέτερα ὀδυρομένων, ὅσοι ἐπιεικέστατοι· τῶν δὲ οὐκ ἀκολουθήσειν, οὐδ' ἢν ἄγῃ Ἀλέξανδρος, ἐπισχυριζομένων. Ταῦτα ὡς ἐπύθετο Ἀλέξανδρος, πρὶν καὶ προσελθεῖν ἐπὶ μεῖζον τὴν ταραχὴν τοῖς στρατιώταις καὶ τὴν ἀθυμίαν, ξυγκαλέσας τοὺς ἡγεμόνας τῶν τάξεων, ἔλεξεν ὧδε, Ὁρῶν ὑμᾶς, ὦ ἄνδρες Μακεδόνες τε καὶ ξύμμαχοι, οὐχ ὁμοίᾳ ἔτι

unà cum Sangalis defecerant, mittit, trecentis equitibus ei adjunctis, qui oppidanis denuntient, Sangala urbem abs se expugnatam; nihil vero ipsis sinistri eventurum, si Alexandri imperium non detrectantes amice eum excipiant; ut nec aliis Indis libere viventibus accidisset, qui voluntariam deditionem fecissent. Sed hi jam antea de Sangalorum expugnatione certiores facti, metu perculsi desertis urbibus fugerant. quorum fugâ cognitâ, Alexander acriter eos insecutus est. at multi eorum fugâ evaserunt (multo enim postea quam fugerant tempore insequi cœptum est) quotquot vero e fugâ ob infirmitatem relicti sunt, quingenti circiter, ab exercitu comprehensi cæsique sunt. Depositâ itaque spe assequendi fugientes, Sangala reversus, urbem solo æquavit: regionem autem ipsam Indis, qui antea libere legibus suis vivebant, & sponte deditionem fecerant, attribuit. Ac Porum quidem cum copiis suis ad urbes quæ deditionem fecerant mittit, præsidia iis impositurum: ipse cum exercitu ad Hyphasin amnem processit, Indos qui trans flumen habitabant, subacturus. Neque enim ullum belli finem cernebat, quandiu aliquid hostile superesset. Porro 25 regionem illam trans Hyphasin opulentam esse audierat, incolas, & bonos agricolas & strenuos milites esse. privatim etiam composite vivere. plerasque enim civitates ab optimatibus regi, nihilque ab iis inique decerni: majorem apud hosce quam apud ullos Indos elephantorum copiam esse & mole corporis roboreque excellere. Quæ quidem Alexandro nuntiata, vehementi ejus animum ulterius procedendi studio exstimulabant. Macedonum vero animi jam fatiscere cœperant, quum regem labores ex laboribus suscipientem, pericula ex periculis adeuntem viderent. Conventus etiam in castris agebant, aliis, qui modestiores erant, fortunam suam deplorantibus; aliis se non secuturos, etiam ducente rege, affirmantibus. Quæ postquam cognovit Alexander, priusquam tumultus militaris simul & animorum abjectio longius serperet viresque acciperet, convocatis ordinum ducibus, ita disseruit. „Quum intelligam „vos, ô Macedones & socii, non eadem „quâ

32 Χαλεπὸν ὑπ' Ἀλεξάνδρου] Reliqui MSS. delent præpositionem. Optimus vero ἐξ Ἀλεξ. deinde omnes οὐδὲ γὰρ οὐδ' ἄλλοις.

33 Ἐξηγγέλθη αὐτῷ ἡ φυγὴ] MS. Opt. αὐτῷ, ut & alius. Mox omnes ὅσοι δὲ κατά. Quod utrumque vulgato longe præstantius.

34 Πέραν τοῦ Ὑφάσιος] Apponit Optimus ποταμοῦ.

35 Τοῦ πρόσω ἰέναι αὐτόν] Vox ultima non apparet in Opt. nec in altero uno.

τῇ γνώμῃ ἑπομένους μοι ἐς τοὺς κινδύνους, ξυνήγαγον ἐς ταυτὸ, ὡς ἢ πείσας ἄγειν τοῦ πρόσω, ἢ πεισθεὶς ὀπίσω ἀποστρέφεσθαι. Εἰ μὲν δὴ μεμπτοί εἰσιν ὑμῖν οἱ ἡμέτεροι μέχρι δεῦρο πονηθέντες πόνοι, καὶ αὐτὸς ἐγὼ ἡγούμενος, οὐδὲν ἔτι προὔργου λέγειν μοι ἐστίν. Εἰ δὲ Ἰωνία τε πρὸς ἡμῶν διὰ τούσδε τοὺς πόνους ἔχεται, καὶ Ἑλλήσποντος, καὶ Φρύγες ἀμφότεροι, καὶ Καππαδόκαι, καὶ Παφλαγόνες, καὶ Λυδοὶ, καὶ Κᾶρες, καὶ Λύκιοι, καὶ Παμφυλία τε καὶ Φοινίκη[36], καὶ Αἴγυπτος, ξὺν τῇ Λιβύῃ τῇ Ἑλληνικῇ, καὶ Ἀραβίας ἔστιν ἃ, καὶ Συρία ἥ τε κοίλη καὶ ἡ μέση τῶν ποταμῶν, καὶ Βαβυλὼν δὲ ἔχεται, καὶ τὸ Σουσίων ἔθνος, καὶ Πέρσαι, καὶ Μῆδοι, καὶ ὅσων Πέρσαι καὶ Μῆδοι ἐπῆρχον, καὶ ὅσων δὲ οὐκ ἦρχον· τὰ ὑπὲρ τὰς Κασπίας πύλας, τὰ ἐπέκεινα τοῦ Καυκάσου, ὅτι ἂν ἐς τὸ πρόσω[37] ἔτι Τανάϊδος, Βακτριανοὶ, Ὑρκάνιοι, ἡ θάλασσα ἡ Ὑρκανία· Σκύθας τε ἀνεστείλαμεν ἔστ' ἐπὶ τὴν ἔρημον· ἐπὶ τούτοις μέν τοι καὶ ὁ Ἰνδὸς ποταμὸς διὰ τῆς ἡμετέρας ῥεῖ, ὁ Ὑδάσπης[38], ὁ Ἀκεσίνης, ὁ Ὑδραώτης· τί ὀκνεῖτε καὶ τὸν Ὕφασιν καὶ τὰ ἐπέκεινα τοῦ Ὑφάσιος γένη προσθεῖναι τῇ ἡμετέρᾳ Μακεδόνων ἀρχῇ[39]; Ἢ δεδοίκατε[40] μὴ δέξωνται ἡμᾶς ἔτι ἄλλοι βάρβαροι ἐπιόντας· ὧν οἱ μὲν προσχωροῦσιν ἑκόντες, οἱ δὲ φεύγοντες ἁλίσκονται, οἱ δὲ ἀποφυγόντες τὴν χώραν ἡμῖν ἔρημον παραδιδόασιν, οἱ δὲ τοῖς ξυμμάχοις τε καὶ τοῖς ἑκουσίως προσχωρήσασι προστίθενται[41]. Πέρας δὲ τῷ

„quâ soletis voluntate pericula mecum adire, idcirco hac mihi apud vos concione „utendum esse putavi; uti aut persuadens „ulterius ducam, aut persuasus pedem re„feram. Porro, si neque labores in hunc „usque diem actos, neque me qui ad eos „subeundos dux vobis fui, probatis, non „est quod pluribus vobiscum agam: sin „autem Ionia nobis, hisce laboribus, „Hellespontus, Phrygia utraque, Cappa„docia, Paphlagonia, Lydia, Caria, Ly„cia, Pamphylia, Phœnice, & Ægyptus, „cum eâ Libyæ parte quam Græci tenent, „parta est, si Arabiæ etiam aliquam par„tem, & Syriam quæ Cœle & eam quæ „Mesopotamia dicitur, Babylonem præ„terea gentemque Susiorum subegistis: „adhæc Persas ac Medos, gentesque „omnes quæ horum imperio parebant, „quæque non parebant: si regiones etiam „trans portas Caspias, ultraque Caucasum „positas, & qui ultra Tanaim habitant, „Bactrianos, Hyrcanios, mareque Hyrca„nium nobis subjecimus; si Scythas in so„litudines repulimus, perfecimusque ut „Indus amnis, Hydaspes, Acesines & „Hydraotes per nostram ditionem fluant: „quid cunctamini Hyphasin etiam, quæ„que ultra Hyphasin sunt gentes nostro „Macedonum imperio adjicere? An vere„mini, ut ulli deinceps barbari nos bellum „inferentes propulsent? quum alii suâ „sponte deditionem faciant, alii fugientes „capiantur, alii fugâ elapsi regiones nobis „ab incolis desertas relinquant: nonnulli „etiam se sociis & iis qui voluntarie sese dediderunt adjungant? Ego vero nullum „gene-

26

36 Καὶ Παμφυλία τε καὶ Φοινίκη] Mirum est unam istam Pamphyliam hic nominari stipatam satellitio geminarum copularum; at nullam aliam præter hanc. Hoc quum non sit credibile ab Arriano venire, etiam turbatum fuit in MSS. quorum unus καὶ Παμφυλία σὺν Φοινίκῃ, alius καὶ Παμφυλία δὲ καὶ Φοιν. Hæc mihi videntur ludibria descriptorum, & particulas τε καὶ ut ab plurimis membranis servatas, ita vere Arriani esse, quem scripsisse opinor plenius, καὶ Παμφυλία Κιλικία τε καὶ Φοινίκη. Neque enim potest esse verisimile eam regionem omissam fuisse, ubi tot ei contigerunt.

37 Ὅταν ἐς τὸ πρόσω] Ne his vocibus animadversio deesset, allinit animadversor nuperus. *Scripti vulgatique ὅταν ἐς*, quod falsum est, quum ipse de scriptis pronunciare non quiverit, quos non inspexit. Addit, *interpres legendum putat εἴ τι*: utrum recte, nec ne, parum curans. Certe autem isti adverbio locus hic nullus potest dari, ut bene observatum interpreti. Sed quod substituit, remotius est ab veteri scriptura, & postea in editione sua delevit notam distinctionis ante vocem ἔτι. Miror nihil notasse ex scriptis libris. Nam mihi in illis occurrit plerisque ὅτ' ἂν, sed & clarius in Optimo ὅτι ἂν *quodcunque*. Id sane excellentissimum & verissimum, & ideo recepi.

38 Ὁ Ὑδάσπης] Et hic adjungunt MSS. omnes repetendo priora illa διὰ τῆς ἡμετέρας, ut facit quoque editio Basileensis & V.C. apud Vulcanium, & opinor esse Arriani.

39 Ἡμετέρᾳ Μακεδόνων ἀρχῇ] MS. Opt. & alii duo ὑμετέρᾳ, quod sane tenerius & beneficentiam majorem significans. Neque omitto hic apponere in verbis superioribus οἱ ἡμέτεροι μέχρι δεῦρο πονηθέντες πόνοι vocabulum secundum nec in Optimo codice exstare, & ab aliis plurimis abesse, prout Vulcanius etiam manu sua testatur id in V. C. deesse.

40 Ἢ δεδοίκατε] Hoc Vulcanii est, nam Basileenses δεδοίκατε. Valeant uterque. Scribendum enim ex omnibus omnino scriptis ἢ δέδιτε, nisi quod unus modo δέδιτε. Forsan scribæ non intellexerunt in hoc loco istud tempus: quo tamen unice gaudet Arrianus. Ut in libri primi capite eodem ἐδέδισαν. Et cap. 4 δεδίττεσθαι. De quo verbo præter ea quæ suppeditat Etymologicon, notavi olim Oxonii ex scedis Baroccianis. Δεδιέναι, τὸ δῆμα δέδω. Ὁ μέλλων δείσω, ὁ ἀόριστος ἔδεισα, καὶ ἐντεῦθεν τοῦ δ' ἔδδεισα, ὡς ἔφην. ἔδδεισε δ' ὁ γέρων. Ὁ παρακείμενος δέδοικα. Τροπῇ τοῦ κ καὶ τοῦ ι δέδια, καὶ πλεονασμῷ τοῦ ι δείδια, Ἀπολλώνιος. Δείδια μὲν μέγα δή τι. Ὁ μέσος παρακείμενος δέδοικα (F. δέδιμεν) ἀλλὰ διὰ τὴν κακοφωνίαν δέδιμεν γίνεται. Non opinor ullam potuisse mihi objici moram, quo minus reponerem id, quod ab Arriano venit. Etiam in MSS. quos tractavi, notabam ὑμᾶς, non ἡμᾶς: tum ἄν γε οἱ μέν.

41 Οἱ δὲ τοῖς ξυμμάχοις προστίθενται] Aliena ab Arriani sensu est interpretatio Vulcanii, & Græca ipsa parum conveniunt: ut sine dubio præferenda sit omnium quos vidi codicum scriptura, οἱ δὲ τοῖς ξυμ. &c. προστιθέασι, vertendumque, *regionem nobis desertam tradant, quam vel sociis vel illis, qui sponte se nobis adjunxerunt, concedimus.*

τοῦ πόνου γενναίῳ μὲν ἀνδρὶ οὐδὲν δοκῶ ἔγωγε, ὅτι μὴ αὐτοὺς τοὺς πόνους, ὅσοι αὐτῶν ἐς καλὰ ἔργα φέρουσιν. Εἰ δέ τις καὶ αὐτῷ τῷ πολεμεῖν ποθεῖ ἀκοῦσαι ὅ, τι περ ἔσται πέρας, μαθέτω ὅτι οὐ πολλὴ ἔτι ἡμῖν ἡ λοιπή ἐστιν ἔστε ἐπὶ τὸν ποταμόν τε Γάγγην καὶ τὴν ἑῴαν θάλασσαν· ταύτῃ δὲ, λέγω ὑμῖν, ξυναφὴς φανεῖται ἡ Ὑρκανία θάλασσα· ἐκπεριέρχεται γὰρ περὶ πᾶσαν[42] ἡ μεγάλη θάλασσα. Καὶ ἐγὼ ἐπιδείξω Μακεδόσι τε καὶ τοῖς ξυμμάχοις τὸν μὲν Ἰνδικὸν κόλπον ξύρρουν ὄντα τῷ Περσικῷ, τὴν δ' Ὑρκανίαν τῷ Ἰνδικῷ· ἀπὸ δὲ τοῦ Περσικοῦ ἐς Λιβύην περιπλευσθήσεται στόλῳ ἡμετέρῳ τὰ μέχρι Ἡρακλέους στηλῶν· ἀπὸ δὲ στηλῶν, ἡ ἐντὸς Λιβύη πᾶσα ἡμετέρα γίγνεται, καὶ ἡ Ἀσία δὴ οὕτω πᾶσα, καὶ ὅροι τῆς ταύτης ἀρχῆς, οὕσπερ καὶ τῆς γῆς ὅρους ὁ Θεὸς ἐποίησε. Νῦν δὲ δὴ ἀποτρεπομένων, πολλὰ μὲν μάχιμα ὑπολείπεται γένη ἐπέκεινα τοῦ Ὑφάσιος, ἔστε ἐπὶ τὴν ἑῴαν θάλασσαν· πολλὰ δὲ ἀπὸ τούτων ἔτι ἐπὶ τὴν Ὑρκανίαν ὡς ἐπὶ βορρᾶν ἄνεμον· καὶ τὰ Σκυθικὰ γένη οὐ πόρρω τούτων· ὥστε δέος μὴ ἀπελθόντων ὀπίσω, καὶ τὰ νῦν κατεχόμενα οὐ βέβαια ὄντα, ἐπαρθῇ πρὸς ἀπόστασιν πρὸς τῶν μήπω ἐχομένων· καὶ τότε δὴ ἀνόητοι ἡμῖν ἔσονται οἱ πολλοὶ πόνοι, ἢ ἄλλων αὖθις ἐξ ἀρχῆς δεήσει πόνων τε καὶ κινδύνων. Ἀλλὰ παραμείνατε, ἄνδρες Μακεδόνες καὶ ξύμμαχοι· πονούντων τοι καὶ κινδυνευόντων τὰ καλὰ ἔργα· καὶ ζῆν τε ξὺν ἀρετῇ ἡδὺ, καὶ ἀποθνήσκειν, κλέος ἀθάνατον ὑπολειπομένους. Ἢ οὐκ ἴστε, ὅτι ὁ πρόγονος ὁ ἡμέτερος οὐκ ἐν Τιρύνθῳ[43], οὐδ' ἐν Ἄργει, ἀλλ' οὐδὲ ἐν Πελοποννήσῳ ἢ Θήβαις μένων, ἐς τοσόνδε κλέος ἦλθεν, ὡς θεὸς ἐξ ἀνθρώπου γενέσθαι, ἢ δοκεῖν· οὐ μὲν δὴ οὐδὲ[44] Διονύσου, ἁβροτέρου τούτου θεοῦ[45] ἢ καθ' Ἡρακλέα, ὀλίγοι πόνοι· ἀλλὰ ἡμεῖς γε καὶ ἐπέκεινα τῆς Νύσης ἀφίγμεθα, καὶ ἡ Ἄορνος πέτρα, ἡ τῷ Ἡρακλεῖ ἀνάλωτος, πρὸς ἡμῶν ἔχεται. Ὑμεῖς δὲ καὶ τὰ ἔτι ὑπόλοιπα τῆς Ἀσίας προσθέτε τοῖς ἤδη κεκτημένοις[46], καὶ τὰ ὀλίγα

„ generoso viro laborum finem statuo, „ quam labores ipsos qui ad gloriam ac decus ducunt. Siquis tamen cupit cognoscere, quisnam bellandi finis futurus sit, „ is intelligat parum terræ nobis usque ad „ Gangem fluvium & orientalem Oceanum „ restare. Ibi (inquam) Hyrcanium mare „ huic conjunctum cernetis. ambit enim „ universam terram magnum mare. Tum „ ego vobis, Macedones ac socii, commonstrabo, Indicum quidem sinum cum „ Persico confluere, Hyrcanium vero cum „ Indico. A sinu vero Persico in Libyam „ trans Herculis columnas navigabimus. A „ columnis universa interior Libya nostra „ erit, tota etiam Asia: iidemque limites „ qui à Deo orbi terrarum positi sunt, imperium nostrum terminabunt. At si nunc „ revertamur, multæ quidem ultra Hyphasin ad orientalem usque oceanum bellicosæ gentes relinquuntur, multæ etiam „ septentrionem versus, ad mare usque „ Hyrcanium. Scythicæ quoque gentes non „ procul ab his remotæ sunt. Quare timendum nobis est, ne retrocedentibus nobis, „ ea etiam quæ nunc tenemus, nondum „ satis stabilita, ab iis qui nondum subacti „ sunt ad defectionem incitentur. Tum vero omnes acti labores nobis perierint, „ aut certe novi labores, novaque pericula „ adeunda erunt. Quamobrem persistite, „ Macedones ac socii. Labores enim & præclara facinora sunt periclitantium; & vita „ ipsa cum virtute conjuncta jucunda est, „ & mors nequaquam acerba, immortalem „ nominis sui gloriam relinquentibus. An „ ignoratis progenitorem nostrum nunquam „ ad tantam gloriam perventurum fuisse ut „ ex homine deus fieret, aut haberetur, si „ apud Tirynthum, aut Argos, vel Peloponnesum, aut Thebas, deses mansisset; „ Sed neque Dionysi (cujus quidem sublimius quam Herculis numen est) exigui „ labores memorantur. At nos etiam ultra „ Nysam progressi sumus, & Aornos petra „ Herculi ipsi inexpugnabilis in nostrâ potestate est. Vos itaque, quicquid in Asiâ „ reliqui est, iis quæ tenemus, pauca ni-
„ mi-

42 Ἐκπεριέρχεται γὰρ περὶ πᾶσαν] Optimus præclare & integre γὰρ γῆν περὶ πᾶσαν. Nam quum dubitem an commode possit subintelligi, rectius videtur posse addi. Cæterum Alexander hoc loco exsultabundus vix bene meditatur, quid dicat de Hyrcanio vel Caspio mari, sive dixerit, sive Arrianus ei attribuat, certe magnopere labitur in veræ Geographiæ cultu, etsi post illum tot alii similiter fuerint decepti.

43 Οὐκ ἐν Τιρύνθῳ] Nesciebam sane unum esse Arrianum, qui urbem, quæ aliis omnibus appellatur Τίρυνς aut Tiruntha, vocavisset Tirynthum. Sed isti professores tam accurati sunt in Geographia, quam in Græca lingua; in quibus duabus maxime operantur, quum minime omnium sint apti. In MSS. invenio Κορίνθῳ, quod & notavit ex V.C. Vulcanius, vel Τιρύνθῳ, quod habet quoque optimus. Plane error exstitit ex confusa pronunciatione η & ι, & scripsit hauddubie Arrianus Τίρυνθι.

44 Οὐ μὲν δὴ οὐδὲ] Opt. οὐ μὲν ἂν δὴ οὐδέ.

45 Ἁβροτέρου τούτου θεοῦ] Explicat se Auctor in Indicis cap. 5, quia Herculis non tanta in istis locis fama, quanta Bacchi, cujus erant firma monumenta.

46 Τοῖς ἤδη κεκλημένοις] Κεκλημένοις habet editio Basil. Ex qua & istis MSStis unde illa procusa est, manavit hæc negligentia servandæ scripturæ Arriani. Legendum enim κεκτημένοις, quod clare profert Optimus. Sic in Indicis cap. 14, ὅσοι δὲ νέοι αὐτῶν, ὅ, τι ἂν κεκτῶνται ἄξιον λόγου. Et alibi in eisdem, ubi jam notatum. Sic etiam ἐκτημένη pro domina in epistolis Aristæneti: libro tamen VII cap. 1 ὅτι μαθὼν ἂν ἐκτημένου ἐπ' οὐδενὶ τῶν ἤδη κεκλημένων.

γα τοῖς πολλοῖς· ἐπεὶ καὶ ἡμῖν αὐτοῖς τί ἂν μέγα καὶ καλὸν κατεπέπρακτο, εἰ ἐν Μακεδονίᾳ καθήμενοι, ἱκανὸν ἐποιούμεθα ἀπόνως τὴν οἰκίαν διασώζειν, Θρᾷκας τοὺς ὁμόρους, ἢ Ἰλλυριοὺς, ἢ Τριβαλλοὺς, ἢ καὶ τῶν Ἑλλήνων ὅσοι οὐκ ἐπιτήδειοι ἐς τὰ ἡμέτερα ἀναστέλλοντες. Εἰ μὲν δὴ ὑμᾶς πονοῦντας καὶ κινδυνεύοντας αὐτὸς ἀπόνως καὶ ἀκινδύνως ἐξηγούμενος ἦγον, οὐκ ἀπεικότως ἂν προεκάμνετε ταῖς γνώμαις· τῶν μὲν πόνων μόνοις ὑμῖν μέλον, τὰ δὲ ἆθλα αὐτῶν ἄλλοις περιποιοῦντες· νῦν δὲ κοινοὶ μὲν οἱ πόνοι[47], ἴσον δὲ μέτεστι τῶν κινδύνων: τὰ δὲ ἆθλα ἐν μέσῳ κεῖται ξύμπασιν· ἥ τε γὰρ χώρα ὑμετέρα, καὶ ὑμεῖς αὐτῆς σατραπεύετε· καὶ τῶν χρημάτων τὸ μέρος νῦν τε ἐς ὑμᾶς πολὺ ἔρχεται. Καὶ ἐπειδὰν ἐπεξέλθωμεν τὴν Ἀσίαν[48], τότε οὐκ ἐμπλήσας μὰ Δία ὑμᾶς, ἀλλὰ καὶ ὑπερβαλὼν ὅσα ἕκαστος ἐλπίζει ἀγαθὰ ἔσεσθαι, τοὺς μὲν ἀπιέναι οἴκαδε ἐθέλοντας, εἰς τὴν οἰκείαν ἀποπέμψω, ἢ ἐπανάξω αὐτός· τοὺς δὲ αὐτοῦ μένοντας, ζηλωτοὺς τοῖς 27 ἀπερχομένοις ποιήσω. Ταῦτα καὶ τοιαῦτα εἰπόντος Ἀλεξάνδρου, πολὺν μὲν χρόνον σιωπὴ ἦν, οὔτε ἀντιλέγειν τολμώντων πρὸς τὸν βασιλέα ἐκ τοῦ εὐθέος, οὔτε ξυγχωρεῖν ἐθελόντων. Ἐν δὲ τούτῳ, πολλάκις μὲν Ἀλέξανδρος ἐκέλευε λέγειν τὸν βουλόμενον, εἰ δή τις τὰ ἐναντία τοῖς ὑπ' αὐτοῦ λεχθεῖσι γιγνώσκει· ἔμενε δὲ καὶ ὣς ἐπὶ πολὺ ἡ σιωπή· ὀψὲ δέ ποτε θαρσήσας Κοῖνος ὁ Πολεμοκράτους, ἔλεξε τοιάδε. Ἐπειδὴ αὐτὸς, ὦ βασιλεῦ, οὐ κατὰ πρόσταξιν[49] ἐθέλεις Μακεδόνων ἐξηγεῖσθαι, ἀλλὰ πείσας μὲν ἄξειν φὴς, πεισθεὶς δὲ οὐ βιάσεσθαι, οὐχ ὑπὲρ ἡμῶν τῶνδε ποιήσομαι ἐγὼ τοὺς λόγους, οἳ καὶ προτετιμημένοι τῶν ἄλλων, καὶ τὰ ἆθλα τῶν πόνων οἱ πολλοὶ ἤδη κεκομισμένοι, καὶ τῷ κρατιστεύειν παρὰ τοὺς ἄλλους πρόθυμοί σοι ἐς πάντα ἐσμὲν, ἀλλ' ὑπὲρ τῆς στρατιᾶς τῆς πολλῆς· οὐδὲ ὑπὲρ ταύτης ἐρῶ τὰ καθ' ἡδονὴν ἐκείνοις, ἀλλ' ἃ νομίζω ξύμφορά τε σοὶ ἐς τὰ παρόντα, καὶ ἐς τὰ μέλλοντα μάλιστα ἀσφαλῆ εἶναι. Δίκαιος δὲ εἰμὶ καθ' ἡλικίαν τε μὴ ἀποκρύπτεσθαι τὰ δοκοῦντα βέλτιστα, καὶ κατὰ τὴν ἐκ σοῦ μοι οὖσαν καὶ ἐς τοὺς ἄλλους ἀξίωσιν[50], καὶ

„mirum multis, adjicite. Siquidem nos „etiam quidnam magnum ac memorabile „in vitâ egissemus, si desides in Macedoniâ satis habuissemus, laboris expertes, „domos nostras tueri? Thracas finitimos, „aut Illyrios, aut Triballos; vel eos qui „ex Græcis nobis infesti erant propulsantes. Quod si vobis labores & pericula „adeuntibus, ego dux vester nullam ipse „laborum & periculorum partem subirem, „non immerito animis caderetis, quippe „qui labores, vestros esse intelligeretis, „præmiis vero laborum alios frui. At labores communes mihi vobiscum sunt, „pericula ex æquo vobiscum adeo: præmia in medio proposita sunt omnibus. „Nam & regio ipsa vestra est, & vos ei „præestis, & pecuniarum maxima pars ad „vos pervenit. Quum vero tota Asia subacta fuerit, tum medius fidius spem expectationemque cujusque vestrûm non „explebo tantum, verumetiam superabo. „quique in domos suas reverti voluerint „dimittam, aut reducam ipse: qui vero „permanserint, faxo ut iis qui discesserint „invidiosi sint. Hæc aliaque in hanc sen- 27 tentiam quum dixisset Alexander, altum quoddam silentium subsecutum est: quum neque aperte regis voluntati refragari auderent, neque assentiri vellent. Quumque identidem juberet Alexander, ut siquis rem secus atque ipse dixisset intelligeret, sententiam suam declararet: magnum tamen nihilominus omnes silentium tenuit. Tandem Cœnus Polemocratis F. sumtâ audaciâ hunc in modum orsus est. „Quoniam, ô „rex, negas te imperiose Macedonibus „præfuturum, sed, si persuaseris, ducturum te ulterius dicis; sin ipsi tibi persuaserint, nequaquam coacturum: non pro „nobis copiarum ducibus, qui præ cæteris „honore abs te affecti sumus, & præmia „laborum plerique jam accepimus, quique, quod nos aliis imperare voluisti, „parati ad omnia tibi sumus, sed pro universo exercitu dicam. Sed ne ea quidem „quæ militibus cordi sint dicturus sum, „sed quæ tibi cum in præsentiâ salutaria, „tum in posterum tutissima fore censeo. „Porro & ætas mea id postulat, ut quæ „maxime expedire videantur non celem, & „dignitas, quâ tuo beneficio apud alios etiam „valeo,

47 Κοινοὶ μὲν οἱ πόνοι] Opt. cum alio κοινοὶ μὲν ἡμῖν οἱ. Nec omitto indicare voces ἢ Τριβαλλοὺς ab eodem Optimo libro abesse.

48 Ἐπεξέλθωμεν τὴν Ἀσίαν] MS. Opt. ὑπεξέλθωμεν.

49 Οὐ κατὰ πρόσταξιν] Sane non displicet hoc verbum Arriano, ut apparet ex lib. II, cap. 9 ἐκδρομῇ κατὰ πρόσταξιν Ἀλεξάνδρου γινομένῃ. III, 16. κατὰ πρόσταξιν τοῦ Ἀλεξάνδρου ἐξηγεῖτο. Hic tamen habent MSSti omnes quos vidi, πρόσταγμα, idque ex V. C. notavit etiam Vulcanius. Et sic in Indicis cap. 23 οὕτως ἂν ποιησαμένης κατὰ πρόσταγμα Ἀλεξάνδρου.

50 Εἰς τοὺς ἄλλους ἀξίωσιν] Vulcanius postea considerans versionem Latinam, quam dederat, *qua me etiam præ aliis ornare voluisti*, eam ita correxit, prout nunc reposui. Sane ἐς τοὺς ἄλλους non notat *præ aliis*. Cæterum duo dicit Cœnus in Græcis, quæ non satis clare in Latinis ponebantur, nempe & pro auctoritate, quam ex te ac tua gratia etiam apud alios obtineo. Sed MS. Optimus absque copula καὶ scribit ἐκ σοῦ μοι οὖσαν ἐς τοὺς ἄλλους, quod utique simplicius.

Suasoria ad reditum ex variis locis.

καὶ τὰ ἐν τοῖς πόνοις τε καὶ κινδύνοις ἐς τόδε ἀπροφάσιστον τόλμαν. Ὅσῳ γάρ τοι πλεῖστα καὶ μέγιστα σοί τε ἡγεμόνι κατὰ πέπρακται, καὶ τοῖς ἅμα σοὶ οἴκοθεν ὁρμηθεῖσι, τοσόνδε μᾶλλον[51] καὶ ξύμφορόν μοι δοκεῖ πέρας τι ἐπιθεῖναι τοῖς πόνοις τε καὶ κινδύνοις. Αὐτὸς γάρ τοι ὁρᾷς, ὅσοι μὲν Μακεδόνων τε καὶ Ἑλλήνων ἅμα σοὶ ὡρμήθημεν, ὅσοι δὲ ὑπολελείμμεθα· ὧν, Θετταλοὺς μὲν ἀπὸ Βάκτρων εὐθύς, οὐ προθύμους ἔτι ἐς τοὺς πόνους αἰσθόμενος, οἴκαδε καλῶς ποιῶν ἀπέπεμψας· τῶν δὲ ἄλλων Ἑλλήνων οἱ μὲν ἐν ταῖς πόλεσι ταῖς πρὸς σοῦ οἰκισθείσαις κατῳκισμένοι, οὐδ' οὗτοι πάντῃ ἑκόντες μένουσιν· οἱ δὲ ξυμπονοῦντές τε ἔτι καὶ ξυγκινδυνεύοντες, αὐτοί τε καὶ ἡ Μακεδονικὴ στρατιά, τοὺς μὲν ἐν ταῖς μάχαις ἀπολωλέκασιν, οἱ δὲ ἐκ τῶν τραυμάτων ἀπόμαχοι γεγενημένοι, ἄλλοι ἄλλῃ τῆς Ἀσίας ὑπολελειμμένοι εἰσίν· οἱ πλείους δὲ νόσῳ ἀπολώλεσαν, ὀλίγοι δὲ ἐκ πολλῶν ὑπολείπονται, καὶ οὔτε τοῖς σώμασιν ἔτι ὡσαύτως ἐρρωμένοι, ταῖς τε γνώμαις πολὺ ἔτι μᾶλλον προκεκμηκότες· καὶ τούτοις ξύμπασι πόθος μὲν γονέων ἐστίν, ὅσοις ἔτι σώζονται, πόθος δὲ γυναικῶν καὶ παίδων, πόθος δὲ δὴ τῆς γῆς αὐτοῖς τῆς οἰκείας[52], ἣν ξὺν τῷ ἐκ σοῦ πορισθέντι σφίσι κόσμῳ, μεγάλοι τε ἀντὶ μικρῶν, καὶ πλούσιοι ἐκ πενήτων ἀναστρέφοντες, ξυγγνωστοί εἰσιν ἐπιδεῖν ποθοῦντες. Σὺ δὲ νῦν μὴ ἄγειν ἄκοντας· οὐδὲ γὰρ ὁμοίοις ἔτι χρήσῃ ἐς τοὺς κινδύνους, οἷς τὸ ἑκούσιον ἐν τοῖς ἀγῶσιν ἀπέσται. Ἐπανελθὼν δ' αὐτός τε, εἰ δοκεῖ, ἐς τὴν οἰκείαν, καὶ τὴν μητέρα τὴν σαυτοῦ ἰδὼν, καὶ τὰ τῶν Ἑλλήνων καταστησάμενος, καὶ τὰς νίκας ταύτας τὰς πολλὰς καὶ μεγάλας ἐς τὸν πατρῷον οἶκον κομίσας· οὕτω δὴ ἐξ ἀρχῆς ἄλλον στόλον στέλλεσθαι, εἰ μὲν βούλει, ἐπ' αὐτὰ ταῦτα τὰ πρὸς τὴν ἕω ᾠκισμένα Ἰνδῶν γένη· εἰ δὲ βούλει, ἐς τὸν Εὔξεινον πόντον· εἰ δὲ ἐπὶ Καρχηδόνα, καὶ τὰ ἐπέκεινα Καρχηδονίων τῆς Λιβύης. Ταῦτα δὲ σὸν ἤδη ἐξηγεῖσθαι. ἕψονται δέ σοι ἄλλοι Μακεδόνες[53], νέοι τε ἀντὶ γερόντων, καὶ ἀκμῆτες ἀντὶ κεκμηκότων, καὶ οἷς τὰ τοῦ πολέμου διὰ τὸ ἀπείρατον[54] ἔστε τὸ παραυτίκα οὐ φοβερά, καὶ κατὰ τὴν τοῦ μέλλοντος ἐλπίδα ἐν σπουδῇ ἔσται· οὓς καὶ ταύτῃ ἔτι προθυμότερον ἀκολουθήσειν σοὶ εἰκός, ὁρῶντας τοὺς

„valeo, tot denique à me labores, tot pericula audacter citra ullam tergiversationem adita. Quo enim plura præclarioraque facinora, cum abs te duce, tum ab iis, qui te è domibus suis secuti sunt, gesta fuerunt, eo consultius esse judico finem aliquem laboribus ac periculis imponere. Vides enim ipse ex tantâ Macedonum & Græcorum qui te secuti sumus multitudine, quam pauci reliqui simus. ex quibus, Thessalos quidem statim à Bactris, quod alacritatem ad perferendos labores in eis imminutam sentires, domum, & recte quidem remisisti. Reliquorum vero Græcorum, alios in urbibus abs te conditis collocasti (qui nec ipsi quidem libenter ibi manent) alii tecum labores ac pericula adeuntes cum Macedonico exercitu, partim in præliis cæsi sunt, partim vulneribus inutiles ad pugnam effecti, in diversis Asiæ partibus relicti: maxima vero pars morbo periit. pauci denique ex tantâ multitudine supersunt, iique nec corporibus sunt perinde firmis, animis verò multo magis fracti. atque iis quidem omnibus qui adhuc supersunt insitum est naturâ desiderium parentum, uxorum, liberorum, patriæ & soli natalis. quorum desiderio si tanguntur, ornati præsertim abs te atque aucti, divitesque ex pauperibus effecti revertentes, certe veniam merentur. Tu vero ne invitos ducito. neque enim eosdem illos in periculis es experturus, quum voluntas adeundi certamina in iis non sit futura. Quin potius tu quoque, si placet, domum reversus matrem invisas, Græcorum simul res compositurus, & tot tamque ingentes victorias in paternam domum reportaturus. Tum licebit tibi denuo novam expeditionem suscipere, sive adversus istas Indorum gentes quæ orientem versus sitæ sunt, sive malis in pontum Euxinum, sive in Carthaginem & Libyam quæ ultra Carthaginem est. Tunc enim tui muneris erit exercitum quo libuerit ducere. Sequentur autem te alii Macedones, juniores pro senioribus, integri pro defessis, & quibus bellum, utpote inexpertis, non statim tanto terrori, & futurorum commodorum spe in votis erit: quos etiam tanto alacrius te secuturos esse verisimile est, quum eos

„qui

51 Τοσόνδε μᾶλλον] MSS. iterum omnes τοσῷδε, ut VII, 12 τοσῷδε φιλοτιμότερον.

52 Τῆς γῆς αὐτοῖς τῆς οἰκείας] Vix dixerim, unde hæc mutatio venerit: nam cum MSSti habent αὐτῆς, tum editio Basileensis, quæ etiam ante eum MSS. habet οἱ πλείους δὲ νόσῳ ἀπολώλεσαν. Denique Optimus; οὔτε τοῖς σώμασιν ὡσαύτως ejecta vocula ἔτι.

53 Ἄλλοι Μακεδόνες] Addit Opt. καὶ ἄλλοι Ἕλληνες, nec indecore, quum hi sint illi ξύμμαχοι, quos passim Macedonibus addit & in progressu orationis de his duobus populis junctim egerat.

54 Διὰ τὸ ἀπείρατον.] Quæso, cur hoc loco ita ediderunt? at lib. VI cap. 28 τινὰς ἀπειράτους. An quid causæ est, quominus absurdissimi isti homines videri debeant? Non modo editio Basileensis & codex Augustanus habent ἀπείρατον, sed præter hos ille Optimus servat ἀπείρατα, quod grate accipio subintelligens verbum εἶναι.

τοὺς πρότερον ξυμπονήσαντάς τε καὶ ξυγκινδυνεύσαντας, ἐς τὰ σφέτερα ἤδη ἐπανεληλυθότας, πλουσίους τε ἀντὶ πενήτων, καὶ ἀντὶ ἀφανῶν τῶν πάλαι εὐκλεεῖς. Καλὸν δὲ, ὦ βασιλεῦ, εἴπερ τι καὶ ἄλλο[55], καὶ ἡ ἐν τῷ εὐτυχεῖν σωφροσύνη. Σοὶ μὲν γὰρ αὐτῷ ἡγουμένῳ καὶ στρατιὰν τοιαύτην ἄγοντι, ἐκ μὲν πολεμίων δέος οὐδέν· τὰ δὲ ἐκ τοῦ δαιμονίου, ἀδόκητά τε καὶ 28 ταύτῃ καὶ ἀφύλακτα τοῖς ἀνθρώποις ἐστί. Τοιαῦτα εἰπόντος τοῦ Κοίνου, θόρυβον γενέσθαι ἐκ τῶν παρόντων ἐπὶ τοῖς λόγοις· πολλοῖς δὲ καὶ δάκρυα προχυθέντα, ἔτι μᾶλλον δηλῶσαι τό, τε ἀκούσιον τῆς γνώμης ἐς τοὺς πρόσω κινδύνους, καὶ τὸ καθ' ἡδονὴν σφίσιν εἶναι τὴν ἀποχώρησιν[56]. Ἀλέξανδρος δὲ, τότε μὲν ἀχθεσθεὶς τοῦ τε Κοίνου τῇ παρρησίᾳ, καὶ τῷ ὄκνῳ τῶν ἄλλων ἡγεμόνων, διέλυσε τὸν ξύλλογον· ἐς δὲ τὴν ὑστεραίαν ξυγκαλέσας αὖθις ξὺν ὀργῇ τοὺς αὐτοὺς, αὐτὸς μὲν ἰέναι ἔφη τοῦ πρόσω, βιάσεσθαι δὲ οὐδένα ἄκοντα Μακεδόνων ξυνέπεσθαι· ἕξειν γὰρ τοὺς ἀκολουθήσοντας τῷ βασιλεῖ σφῶν ἑκόντας· τοῖς δὲ καὶ ἀπιέναι οἴκαδε ἐθέλουσιν, ὑπάρχειν ἀπιέναι, καὶ ἐξαγγέλλειν τοῖς οἰκείοις, ὅτι τὸν βασιλέα σφῶν ἐν μέσοις τοῖς πολεμίοις ἐπανήκουσιν ἀπολιπόντες· ταῦτ' εἰπόντα ἀπελθεῖν ἐς τὴν σκηνὴν, μηδέ τινα τῶν ἑταίρων προσέσθαι αὐτῆς τε ἐκείνης τῆς ἡμέρας, καὶ ἐς τὴν τρίτην ἔτι ἀπ' ἐκείνης· ὑπομένοντα εἰ δή τις τροπὴ[57] ταῖς γνώμαις τῶν Μακεδόνων τε καὶ ξυμμάχων (οἷα δὴ ἐν ὄχλῳ στρατιωτῶν τὰ πολλὰ φιλεῖ γίγνεσθαι) ἐμπεσοῦσα, εὐπειθεστέρους παρέξει αὐτούς. Ὡς δὲ σιγὴ πολλὴ ἦν ἀνὰ τὸ στρατόπεδον, καὶ ἀχθόμενοι μὲν τῇ ὀργῇ αὐτοῦ δῆλοι ἦσαν, οὐ μὴν μεταβαλλόμενοί γε ὑπ' αὐτῆς· ἐνταῦθα δὴ λέγει Πτολεμαῖος ὁ Λάγου, ὅτι ἐπὶ τῇ διαβάσει οὐδὲν μεῖον ἐθύετο, θυομένῳ δὲ οὐκ ἐγίγνετο αὐτῷ τὰ ἱερά· τότε δὴ τοὺς πρεσβυτάτους τε τῶν ἑταίρων, καὶ μάλιστα τοὺς ἐπιτηδείους αὐτῷ[58] ξυναγαγὼν, ὡς πάντα ἐς τὴν ὀπίσω ἀποχώρησιν αὐτῷ ἔφερεν, ἐκφαίνει ἐς τὴν 29 στρατιὰν, ὅτι ἔγνωσται ὀπίσω ἀποστρέφειν. Οἱ δὲ ἐβόων τε, οἷα ἂν ὄχλος ξυμμιγὴς χαίρων βοήσειε, καὶ δάκρυον οἱ πολλοὶ αὐτῶν ἠφίεσαν[59]· οἱ δὲ, καὶ τῇ σκηνῇ τῇ βασιλικῇ πελάζοντες, ηὔχοντο

„qui tibi laborum priorum atque periculorum socii extiterunt, in suas domos reversos „videbunt, ex pauperibus opulentos, & ex „obscuris claros. Præclarum etiam est, ô „rex, si quicquam aliud, animo in secundis rebus moderari posse. Tibi quidem „imperatori, atque hujusmodi exercitum „ducenti, nihil ab hoste metuendum est: „fortunæ vero inopinati sunt eventus, at„que ideo hominibus inevitabiles. Hæc 28 Cœni oratio fremitu quodam audientium excepta est. multorum etiam lacrymæ subsecutæ sunt, quod ipsum majori documento erat, invitos sese ulteriora pericula adituros: reditum vero in patriam perjucundum ipsis fore. Alexander, Cœni libertate loquendi & reliquorum ducum ignaviâ offensus, concionem dimisit. quâ postridie rursum iracunde convocatâ, se quidem ulterius perrecturum dixit; neminem vero Macedonum ad sequendum coacturum. Neque enim defuturos qui regem suum suâ sponte sequerentur: iis autem qui abire statuissent, per se liberum esse, utque amicis nuntiarent sese, rege suo in mediis hostibus destituto, domum reverti. Hæc quum dixisset, in tabernaculum se recepit, neque quemquam amicorum ad tertium ab eo diem in colloquium admisit: expectans siqua forte animorum mutatio (ut plerunque in turbâ militari evenire solet) Macedonibus ac sociis incidisset, quæ faciliores persuasu eos redderet. Cæterum quum exercitus in eodem silentio persisteret, satisque intelligeretur milites indignatione Alexandri vehementer commotos esse, animis tamen non mutari: tum (ut autor est Ptolemæus Lagi F.) nihilominus pro transitu sacrum fecit; quumque exta infaustos eventus portendissent, convocatis amicis qui & ætate grandiores maximeque familiares ei erant, quoniam omnia illum ab ulteriore profectione revocarent, exercitui declarasse, statutum sibi esse domum reverti. Hanc vocem clamore, qualis à multi- 29 tudine lætitiam significante edi solet, exceptam fuisse: multis lacrymas erupisse. alios ad regium tabernaculum accessisse, mul-

55 Εἴπερ τι καὶ ἄλλο] Abest copula ab Opt. sic & paulo post καὶ ταύτῃ ἀφύλακτα, non καὶ ταύτῃ καὶ ἀφυλ.

56 Ἀποχώρησιν] Recte Opt. ἀναχώρησιν. Et sic mox in hoc ipso capite rursum scripti omnes τὴν ὀπίσω ἀναχώρησιν. Interim paulo ante is ipse sic auctior: πολλοῖς δὲ δὴ καὶ δάκρυα.

57 Εἰ δέ τις τροπὴ] MS. Opt. προτροπὴ, in quo & mox legitur; ὡς δὲ σιγὴ ἦν πολλὴ ἀνά.

58 Τοὺς ἐπιτηδείους αὐτῷ] *Maximeque familiares ei.* Longe plus includunt Græca. Est enim qui ipsius partes contra militum contumaciam fovebant; qui ipsius cupiditati per omnia subserviebant & suffragabantur. Adde ad I, 10.

59 Καὶ δάκρυον οἱ πολλοὶ αὐτῶν ἠφίεσαν] Itane vulgis unam denique lacrimam potuisse mitti? Immo sane verbum ultimum in nullo MSStorum exstat & παρέλκειν videtur. Certe & præcedente pagina πολλοῖς δὲ καὶ δάκρυα προχυθέντα. & lib. VI cap. 13 πολλοῖς δὲ καὶ δάκρυα προχυθῆναι, & VII, 11 καὶ αὐτῷ προχεῖται δάκρυα, ait, non δάκρυον. Legamus igitur cum Opt. & aliis tum Florent. tum eo, quem Vulcanius habuit, καὶ ἐδάκρυον, omisso quod est nothum. Singularis ille placuit potius de arbore, ut VI, 22 δάκρυον τῆς σμύρνης, ut Eustathius apud Dionysium δάκρυον ἠλέκτρου.

χοντο Ἀλεξάνδρῳ πολλὰ καὶ ἀγαθὰ, ὅτι πρὸς σφῶν μόνων νικηθῆναι ἠνέσχετο. Ἔνθα δὴ διελὼν κατὰ τάξεις τὴν στρατιὰν, δώδεκα βωμοὺς κατασκευάζειν προστάττει· ὕψος μὲν, κατὰ τοὺς μεγίστους πύργους· εὖρος δὲ, μείζονας ἔτι ἢ κατὰ πύργους[60]· χαριστήρια τοῖς Θεοῖς τοῖς ἐς τοσόνδε ἀγαγοῦσιν αὐτὸν νικῶντα, καὶ μνημεῖα τῶν αὐτοῦ πόνων[61]. Ὡς δὲ κατεσκευασμένοι αὐτῷ οἱ βωμοὶ ἦσαν, θύει δὴ ἐπ' αὐτῶν, ὡς νόμος· καὶ ἀγῶνα ποιεῖ γυμνικόν τε καὶ ἱππικόν. Καὶ τὴν μὲν χώραν τὴν μέχρι τοῦ Ὑφάσιος ποταμοῦ Πώρῳ ἄρχειν προσέθηκεν, αὐτὸς δ' ἐπὶ τὸν Ὑδραώτην ἀνέστρεφε. Διαβὰς δὲ τὸν Ὑδραώτην, ἐπὶ τὸν Ἀκεσίνην ἐπανῄει[62] ὀπίσω. Καὶ ἐνταῦθα καταλαμβάνει τὴν πόλιν ἐξῳκοδομημένην, ἣν ἵνα Ἡφαιστίων αὐτῷ ἐκτειχίσαι ἐτάχθη· καὶ ἐς ταύτην ξυνοικίσας τῶν τε προσχώρων ὅσοι ἐθελονταὶ κατῳκίζοντο, καὶ τῶν μισθοφόρων ὅ, τι περ ἀπόμαχον, αὐτὸς τὰ ἐπὶ τῷ κατάπλῳ παρεσκευάζετο τῷ ἐς τὴν μεγάλην θάλασσαν. Ἐν τούτῳ δ' ἀφίκοντο πρὸς αὐτὸν Ἀρσάκης τε ὁ τῆς ὁμόρου Ἀβισάρῃ χώρας ὕπαρχος, καὶ ὁ ἀδελφὸς Ἀβισάρου, καὶ οἱ ἄλλοι οἰκεῖοι, δῶρά τε κομίζοντες ἃ μέγιστα[63] παρ' Ἰνδοῖς, καὶ τοὺς παρ' Ἀβισάρου ἐλέφαντας, ἐς τριάκοντα τὸν ἀριθμόν· Ἀβισάρην γὰρ νόσῳ ἀδυνάτως γενέσθαι ἐλθεῖν. Ξυνέβαινον δὲ τούτοις καὶ οἱ παρ' Ἀλεξάνδρου ἐκπεμφθέντες πρέσβεις πρὸς Ἀβισάρην. Καὶ ταῦτα οὐ χαλεπῶς πιστεύσας οὕτως ἔχειν, Ἀβισάρῃ τε τὴν αὐτοῦ χώραν σατραπεύειν ἔδωκε, καὶ Ἀρσάκην τῇ Ἀβισάρου ἐπικρατείᾳ προσέθηκε· καὶ φόρους οὕστινας ἀποίσουσι τάξας, θύει αὖ καὶ ἐπὶ τῷ Ἀκεσίνῃ ποταμῷ[64]· καὶ τοῦτον διαβὰς, ἐπὶ τὸν Ὑδάσπην ἧκεν, ἵνα καὶ τῶν πόλεων, τῆς τε Νικαίας καὶ τῆς Βουκεφάλων, ὅσα πρὸς τῶν ὄμβρων πεπονηκότα ἦν, ξὺν τῇ στρατιᾷ ἐπεσκεύασε, καὶ τὰ ἄλλα τὰ κατὰ τὴν χώραν ἐκόσμει.

multa Alexandro fausta precantes, quod ab iis solis vinci se passus esset. Eo loci diviso per ordines exercitu, XII aras extrui jubet, altitudine quidem maximis turribus bellicis pares; latitudine, quam quæ turrium est, majore. quibus diis gratias agebat quod ipsum eo usque victorem perduxissent, & laborum suorum monumenta consecrabat. Extructis itaque aris, sacrificium patrio more in aris illis peragit. ludos etiam gymnicos & equestres facit: totique regioni ad Hyphasin amnem usque Porum præficit. ipse ad Hydraoten fluvium redit. quo trajecto ad Acesinem retrocedit. atque ibi urbem exædificatam reperit, ad quam condendam Hephæstion ab eo relictus fuerat: in quam inductis colonis ex finitimis quicunque in eam commigrare vellent, & mercenariis ad militiam ineptis, ipse quæ ad navigationem Oceanum versus necessaria erant parare cœpit. In hoc rerum statu Arsaces, provinciæ Abisari finitimæ præses, & frater Abisaris, aliique amici ad eum venerunt, dona adferentes quæ apud Indos censentur maxima: elephantos etiam ab Abisare missos triginta: Abisarem ipsum morbo impeditum venire non potuisse dicentes. quod quum & legati qui ab Alexandro ad Abisarem missi fuerant confirmarent, facile persuasus rem ita se habere, Abisarem provinciæ ipsius satrapam constituit, atque Arsacem Abisaris imperio adjunxit: & tributis quæ penderent imperatis, ad Acesinem fluvium rursus sacrificium fecit. quo transmisso, ad Hydaspen venit, ubi quicquid in Nicæa & Bucephalis imbres corruperant, militum operâ instauravit, aliaque ad regionis illius custodiam pertinentia curavit.

60 *Μείζονας ἔτι ἢ κατὰ πυργ.*] Vocula iterum secunda abest ab Optimo.

61 *Μνημεῖα τῶν αὐτοῦ πόνων*] Sic VII, 10 *στέφανοί τε χρυσοῖ τοῖς πλείστοις ὑμῶν εἰσὶ μνημεῖα τῆς τε ἀρετῆς.* Attamen in Indicis cap. 5 maluit *Διονύσου μέν γε καὶ Νύσα πόλις μνῆμα οὐ φαῦλον τῆς στρατηλασίης.*

62 *Ἐπὶ τὸν Ἀκεσίνην ἐπανῄει*] MSSti omnes id volunt, ut credam Arrianum scripsisse *αὖ ἐπανῄει.*

63 *Ἃ μέγιστα*] Non male quidem. Optimus tamen *τὰ μέγιστα*, & certe simplicitati Arriani convenientius. Etiam supra revocavi ex MSS. & Basileensi editione *τὰ ἐπὶ τῷ κατάπλῳ παρεσκευάζετο τῷ ἐς τὴν μεγάλην θάλασσαν,* quum mediæ editiones posterius *τῷ* inique omitterent.

64 *Ἐπὶ τῷ Ἀκεσίνῃ ποταμῷ*] Aut debuit scripsisse *ἐπὶ τὸν Ἀκεσίνην ποταμὸν*, ut VI, 3 *ἔσπενδεν ἐπὶ τὸν ποταμὸν*, ubi tamen MS. Opt. habet *ἐς τὸν ποταμὸν*, quomodo lib. I circa finem capitis 11 dicitur, aut ex MS. Opt. reponendum *ἐν τῷ*. Deinde pro *καὶ τοῦτον διαβὰς* vetusti omnes *καὶ τὸν Ἀκεσίνην αὖ διαβάς.*

ΑΡΡΙΑΝΟΥ ΑΝΑΒΑΣΕΩΣ ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΥ

ΒΙΒΛΙΟΝ ΕΚΤΟΝ.

ARRIANI DE EXPEDITIONE ALEXANDRI

LIBER SEXTUS.

ΚΕΦ. Α.

ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΣ δὲ, ἐπειδὴ παρεσκευάσθησαν αὐτῷ ἐπὶ τοῦ Υ'δάσπου ταῖς ὄχθαις πολλαὶ μὲν τριακόντοροι καὶ ἡμιόλιαι[1], πολλὰ δὲ καὶ ἱππαγωγὰ πλοῖα, καὶ ἄλλα ὅσα ἐς παρακομιδὴν στρατιᾶς ποταμῷ εὔπορα, ἔγνω καταπλεῖν κατὰ τὸν Υ'δάσπην ὡς ἐπὶ τὴν μεγάλην θάλασσαν. Πρότερον μὲν γε ἐν τῷ Ι'νδῷ ποταμῷ κροκοδείλους ἰδὼν, μόνῳ τῶν ἄλλων ποταμῶν πλὴν Νείλου, πρὸς δὲ ταῖς ὄχθαις τοῦ Α'κεσίνου κυάμους πεφυκότας, ὁποίους ἡ γῆ ἐκφέρει ἡ Αἰγυπτία· καὶ ἀκούσας ὅτι ὁ Α'κεσίνης ἐμβάλλει εἰς τὸν Ι'νδὸν ποταμόν[2], ἔδοξεν ἐξευρηκέναι τοῦ Νείλου τὰς ἀρχὰς, ὡς τὸν Νεῖλον ἐνθένδε ποθὲν ἐξ Ι'νδῶν ἀνίσχοντα, καὶ δι' ἐρήμου πολλῆς γῆς ῥέοντα, καὶ ταύτῃ ἀπολλύοντα τὸ Ι'νδὸν τὸ ὄνομα· ἔπειτα ὁπόθεν ἄρχεται διὰ τῆς οἰκουμένης χώρας ῥεῖν, Νεῖλον ἤδη πρὸς Αἰθιόπων

CAP. I.

ALEXANDER, quum jam ad Hydaspis ripas multas triginta remorum naves & biremes paratas haberet, multas etiam transmittendis equis aptas, cæteraque omnia ad devehendum fluvio exercitum habilia, per Hydaspem ad Oceanum navigare statuit. Quumque antea in Indo amne, solo ex reliquis fluminibus præter Nilum, crocodilos vidisset; fabas etiam nascentes ad Acesinis ripas, quales Ægyptia tellus effert: audissetque Acesinem in Indum fluere: Nili se caput reperisse arbitrabatur, suspicatus Nilum inde uspiam in Indiâ oriri, & per ingentes solitudines fluere, ibique Indum nomen amittere: deinde unde incipit per cultam regionem labi, & Nilum jam atque Ægyptum ab Æthiopibus ea loca

1 Τριακόντεροι καὶ ἡμιόλιαι] Locus notus apud viros doctos, qui navalem materiam antiquitatis tractaverunt, ex quibus Baysius plane citat ἡμιόλιον, ut fuit non modo editum Basileæ, sed & Vulcanius novit ex V. C. & ipse repeti in MSS. omnino omnibus, etiam ipso Optimo, quod stolide propterea apparet medio tempore mutatum, ita ut nuperus etiam sustineat huc offerre *hemiolos*. Quod genus navis quî Latine debeat efferri, Vulcanio perperam biremes intelligente, etiam nuperæ sive animadversiones sive castigationes inquirunt, grandi nota instructæ, sed quæ nihil contineat, quod non ex Cl. Scheffero lib. 2 cap. 2 *de militia navali* sit descriptum, ut alterum locum Arriani ex capite 18 hujus libri, ubi etiam leguntur ἡμιόλιαι, geminum Hesychii, Appianique, ut & Pollucis ac Etymologi, dum interim totus languet in fine, consilio omni destitutus, perinde ut reliqui, quum interim non videatur legisse maximi Salmasii caput XXVIII ad Jus Atticum & Romanum, eruditissimum quidem, sed quod huc nihil confert, ut appareat Latinum vocabulum. Quod cur quærimus, si Romani non habuerunt, aut nobis non dederunt, adeo ut ipse Gellius debuerit hemiolas vocare, si vera est restitutio, ubi codex regius habet *medie*. Itaque quum adjectivum illud sit commune, & sicut pluribus aliis in causis fuit apud Græcos usurpatum, ita quoque in navibus; quid dubitamus idem sequi in Latinis, apud quos similiter *sesquiplaris* fuit celebratum, unde apud Vegetium postea adhuc *annonæ sesquiplares*, de iis, qui sesquiplam, vel unam semis annonam consequebantur. Quid vetat igitur in nostris Latinis versionibus exprimere per hunc numerum, quod Græci eodem modo voluerunt exprimi non peculiari & separato substantivo, ut sunt alia navium variarum vocabula, sed tali adjectivo, his navibus attributo ex ratione fabricæ, ut eleganter docet & venerabili certe notatione nobis servavit Etymologici auctor, ὡς τὸ ἡμιόλιον μέρος ψιλὸν ἐρετῶν ἔχει πρὸς τὸ ἐπ' αὐτῆ μάχεσθαι. Quod quomodo concipiendum sit, forsan alibi.

2 Εἰς τὸν Ι'νδὸν ποταμόν] Vox postrema abest ab omnibus scriptis. Hunc vero locum citat If. Vossius ad Melam pag. 42, ut doceat fuisse certorum hominum opinionem, qui putarunt Nilum iisdem quibus Indus & Acesines concipi fontibus, ac deinceps per multas vastasque fluere solitudines, donec Æthiopiam contingeret, atque illic demum Nilum vocari. An aliquis ante Alexandrum crediderit tale quid, non ostendit; nec opinor potuisse ostendere. Arrianus enim scribit solius Alexandri & inventum hoc fuisse & dogma nimis avide raptum, etiam ipso Arriano rejiciente. Sed & statim ante MS. Opt. καὶ Α'λέξανδρος ἀκούσας.

πων τε τῆς ταύτῃ καὶ Αἴγυπτον καλούμενον[3] (ὡς Ὅμηρος ἐποίησεν ἐπώνυμον τῆς Αἰγύπτου Αἴγυπτον) οὕτω δὴ ἐκδιδόναι ἐς τὴν ἐντὸς θάλασσαν. καὶ δὴ καὶ πρὸς τὴν Ὀλυμπιάδα γράφοντα, ὑπὲρ τῆς Ἰνδῶν τῆς γῆς ἄλλα τε γράψαι καὶ ὅτι δοκοίη αὐτῷ ἐξευρηκέναι τοῦ Νείλου τὰς πηγάς, μικροῖς δή τισι καὶ φαύλοις ὑπὲρ τῶν τηλικούτων τεκμαιρόμενον. ἐπεὶ μέντοι ἀτρεκέστερον ἐξήλεγξε τὰ ἀμφὶ τὸν ποταμὸν τὸν Ἰνδόν, οὕτω δὴ μαθεῖν παρὰ τῶν ἐπιχωρίων, τὸν μὲν Ὑδάσπην τῷ Ἀκεσίνῃ, τὸν Ἀκεσίνην δὲ τῷ Ἰνδῷ τό, τε ὕδωρ ξυμβάλλοντας, καὶ τῷ ὀνόματι ξυγχωροῦντας· τὸν Ἰνδὸν δὲ ἐκδιδόντα ἤδη ἐς τὴν μεγάλην θάλασσαν, δίστομον τὸν Ἰνδὸν ὄντα, οὐδέν τι αὐτῷ προσήκειν τῆς γῆς τῆς Αἰγυπτίας· τηνικαῦτα δὲ τῆς ἐπιστολῆς τῆς πρὸς τὴν μητέρα τοῦτο ἀμφὶ τοῦ Νείλου γραφὲν ἀφελεῖν· καὶ τὸν κατάπλουν τὸν κατὰ τοὺς ποταμοὺς ἔστ' ἐπὶ τὴν μεγάλην θάλασσαν ἐπινοοῦντα, παρασκευασθῆναί οἱ ἐπὶ τῷδε κελεῦσαι τὰς ναῦς. Αἱ δ' ὑπηρεσίαι αὐτῷ ἐς τὰς ναῦς ξυνεπληρώθησαν ἐκ τῶν ξυνεπομένων τῇ στρατιᾷ Φοινίκων, καὶ Κυπρίων, καὶ Καρῶν, καὶ Αἰγυπτίων. Ἐν δὲ τούτῳ, Κοῖνος μὲν ἐν τοῖς πιστοτάτοις Ἀλεξάνδρῳ ὢν τῶν ἑταίρων, νόσῳ τελευτᾷ· καὶ τοῦτον θάπτει ἐκ τῶν παρόντων μεγαλοπρεπῶς. Αὐτὸς δὲ ξυναγαγὼν τούς τε ἑταίρους, καὶ ὅσοι Ἰνδῶν πρέσβεις παρ' αὐτὸν ἀφιγμένοι ἦσαν, βασιλέα μὲν τῆς ἑαλωκυίας ἤδη Ἰνδῶν γῆς ἀπέδειξε Πῶρον, ἑπτὰ μὲν ἐθνῶν τῶν ξυμπάντων, πόλεων δὲ ἐν τοῖς ἔθνεσιν ὑπὲρ τὰς δισχιλίας. Τὴν στρατιὰν δὲ διένειμεν ὧδε· αὐτὸς μὲν τοὺς ὑπασπιστάς τε ἅμα οἱ ξύμπαντας ἐπὶ τὰς ναῦς ἀνεβίβασε καὶ τοὺς τοξότας καὶ τοὺς Ἀγριᾶνας καὶ τὸ ἄγημα τῶν ἱππέων. Κρατερὸς δὲ αὐτῷ μοῖράν τε τῶν πεζῶν καὶ τῶν ἱππέων παρὰ τὴν ὄχθην τοῦ Ὑδάσπου τὴν ἐν δεξιᾷ ἦγε. κατὰ δὲ τὴν ἑτέραν ὄχθην, τὸ πλεῖστόν τε καὶ κράτιστον τῆς στρατιᾶς καὶ τοὺς ἐλέφαντας Ἡφαιστίων προὐχώρει ἄγων, ἤδη ὄντας ἐς διακοσίους· τούτοις δὲ ἦν παρηγγελμένον ὡς τάχιστα ἄγειν, παρὰ τὰ Σωπείθου βασίλεια ἦν[4]· Φιλίππῳ δὲ τῷ σατράπῃ τῆς ἐπέκεινα τοῦ Ἰνδοῦ ὡς ἐπὶ Βακ-

ca colentibus vocatum (quemadmodum etiam Homerus Nilum communi cum Ægypti regione nomine Ægyptum nominavit) atque ita in interius mare fluere. Itaque Alexander ad Olympiadem de Indorum regione scribens, inter alia hoc scribebat, existimare fontes Nili abs se repertos esse, parvis quibusdam atque inanibus conjecturis in re tanti momenti usus. Quum vero accuratius de Indo flumine inquisisset, ab incolis edoctus est Hydaspem in Acesinem, hunc autem in Indum, nomina etiam sua amittentes, labi. Indum porro duplici ostio in Oceanum ferri, nec ad eum quicquam Ægyptum pertinere: ac tum demum id quod ad matrem suam de Nilo scripserat, ex epistolâ delevisse; navigationeque ad Oceanum per flumina decretâ, naves ad hoc parari jussisse. Ministeria itaque navium statim ei à Phœnicibus, Cypriis, Caribus & Ægyptiis exercitum sequutis expleta sunt. Per id tempus Cœnus 2 ex intimis fidelissimisque Alexandri amicis, morbo interiit. Quo magnifice pro eo ac tempus ferebat sepulto, ipse convocatis amicis, omnibusque Indorum legatis ad se profectis, universæ Indicæ regionis abs se victæ Porum regem constituit, gentium quidem omnino septem, urbium autem quas gentes illæ incolebant supra MM. Post hæc exercitum ita dividit. scutatos omnes & sagittarios atque Agrianas & equitum agema secum navibus imponit: Craterus ei peditum atque equitum partem ad dexteram Hydaspis ripam duxit. Ad sinistram ripam Hephæstionem cum majore melioreque exercitus parte, atque elephantis CC procedere jubet. His imperatum erat, ut quam celerrime ad Sopithi regiam contendant. Philippo autem præfecto regionis ultra

3 Καὶ Αἴγυπτον καλούμενον] Pessime Vulcanius voces illas *ab Æthiopibus* demum subjungit τῷ *Ægyptum* & in versione parentheseos addendam putavit vocem *etiam*, quasi Homerus exemplo Æthiopum appellasset hunc fluvium Ægyptum. Etsi enim is id fecerit, quis inde concludet ab Æthiopibus ita nominatum esse, aut eorum exemplo id factum esse ab Homero? Præterea latet aliud & aliorsum parenthesis spectat. Omnino legendum ex omnibus MSS. καὶ Αἰγυπτίων. Quæ lectionis varietas etsi cognita etiam fuerit Vulcanio (notavit enim in ora editionis suæ, *V. C.* Αἰγυπτίων) tamen contempsit rejecitque adeo ut duabus lineolis induxerit eandem vocem, perinde ut fecisse videntur Basileenses, quum tamen interpretetur Facius: *Nilum ab Æthiopibus & Ægyptiis vocari, quem Homerus eodem nomine, quo provinciam nominasset.* Attamen verissima est lectio scripta; quippe parenthesis tantum interjecta est, ut ostenderetur non esse mirum, si Indus postea rursus in his locis exoriens ab Æthiopibus & Ægyptiis interioribus vocetur Nilus, quum eundem Nilum Homerus, cui maritima Ægypti pars tantum nota fuit, alio nomine vocaverit Ægyptum. Nilus nunquam probari poterit ab Æthiopibus quoque vocatus fuisse Ægyptus. In Indicis cap. 6 ποταμοὶ οἱ Ἰνδοὶ ὅμοιοι τῷ Νείλῳ τῷ Αἰθιοπίῳ τε καὶ Αἰγυπτίῳ. Denique repetit eadem, quæ dixerat lib. V cap. 6, ex Homero apparere, eum fluvium qui Ægyptiis & proxime super Ægyptum habitantibus Æthiopibus suo tempore dicebatur Nilus, antiquitus habuisse nomen Ægypti, non tam apud Ægyptios aut Æthiopas, quam Græcos & ipsum Homerum. Scaliger ad Festum pag. 10 dicit Nilum Græcis Αἴγυπτον vocatum patere testimonio Homeri, qui Αἴγυπτον fluvium illum vocet, satis obliviose. Etiam MS. Opt. & alii duo cum editione Basil. ἐκδιδόναι.

4 Τὰ Σωπείθου βασίλεια ἦν] Verbum in nullo MS. conspicitur.

Βακτρίων γῆς διαλιπόντι[5] τρεῖς ἡμέρας, παρήγγελτο ἕπεσθαι ξὺν τοῖς ἀμφ' αὐτόν. Τοὺς ἱππέας δὲ τοὺς Νυσαίους ὀπίσω ἀποπέμπει ἐς τὴν Νῦσαν. Τοῦ μὲν δὴ ναυτικοῦ παντὸς Νέαρχος αὐτῷ ἐξηγεῖτο· τῆς δὲ αὐτοῦ νεὼς κυβερνήτης[6] Ὀνησίκριτος, ὃς ἐν τῇ ξυγγραφῇ ἣν περὶ Ἀλεξάνδρου ξυνέγραψε[7], καὶ τοῦτο ἐψεύσατο, ναύαρχον ἑαυτὸν εἶναι γράψας[8], κυβερνήτην ὄντα. Ἦν δὲ τὸ ξύμπαν πλῆθος τῶν νεῶν, (ὡς λέγει Πτολεμαῖος ὁ Λάγου, ᾧ μάλιστα ἐγὼ ἕπομαι) τριακόντοροι μὲν ἐς ὀγδοήκοντα· τὰ δὲ πάντα πλοῖα σὺν τοῖς ἱππαγωγοῖς καὶ κερκούροις, καὶ ὅσα ἄλλα ποτάμια, ἢ τῶν πάλαι πλεόντων κατὰ τοὺς ποταμοὺς, ἢ ἐν τῷ τότε ποιηθέντων, οὐ πολὺ ἀποδέοντα τῶν δισχιλίων. 3 Ὡς δὲ ξύμπαντα αὐτῷ παρεσκεύαστο, ὑπὸ τὴν ἕω ὁ μὲν στρατὸς ἐπέβαινε τῶν νεῶν, αὐτὸς δὲ ἔθυε τοῖς θεοῖς ὡς νόμος, καὶ τῷ ποταμῷ τῷ Ὑδάσπῃ, ὅπως οἱ μάντεις ἐξηγοῦντο· καὶ ἐπιβὰς τῆς νεὼς, ἀπὸ τῆς πρώρας ἐκ χρυσῆς φιάλης ἔσπενδεν ἐπὶ τὸν ποταμὸν, τόν τε Ἀκεσίνην ξυνεπικαλούμενος τῷ Ὑδάσπῃ, ὅντινα μέγιστον τῶν ἄλλων ποταμῶν[9] ξυμβάλλειν τῷ Ὑδάσπῃ ἐπέπυστο, καὶ οὐ πόρρω αὐτῶν εἶναι τὰς

tra Indum sitæ jussum erat elapso triduo cum suis copiis sequi. Nysæos vero equites Nysam remittit. Nearchum universæ classi præficit. Onesicritum navis suæ gubernatorem constituit, qui quidem in eâ historiâ quam de Alexandro conscripsit etiam hoc mentitur, quod se classis præfectum fuisse scribat, quum gubernator navis tantum esset. Erat autem navium omnium numerus (ut Ptolemæus Lagi filius tradit, quem ego potissimum sequor) naves triginta remorum LXXX. at in universum omnes naves, tam quæ equos vehebant, quam cercuri & aliæ fluviales, quæ aut multo ante, aut tum temporis constructæ fuerant, circiter IIM. Omnibus itaque rebus ad navigationem præparatis, exercitus sub auroram naves conscendit. ipse patrio more diis & Hydaspi flumini ex vatum præscripto sacrum fecit: conscensaque nave, aureâ phialâ ex prorâ in flumen fundens libavit, Acesinem simul & Hydaspem invocans; quem quidem Acesinem reliquorum fluviorum maximum in Hydaspem fluere acceperat, & confluentes non procul inde abesse. 3

Indum

5 Τὰς ἐπέκεινα τοῦ Ἰνδοῦ ὡς ἐπὶ Βακτρίων γῆς διαλ.] Sic redintegravi Arrianum ex omnibus utique codicibus, nisi quod nescio cur Stephanus in Vulcanii editione dederit, Βακτρίων, temere omnino. Quod ipsum quia non satis bene intellexit ac deinde interpretatus fuit Vulcanius, nec ille nuperus assequi recte potuit, an inde tantum ejus imperium, ut hinc omissis nonnullis aut ejectis debuerit exhibere τοῦ Ἰνδοῦ γῆς ὡς διαλιπόντι? Nihil violentius aut inscitius? cur non inspexit interpretationem Facii? Atqui is doctissime & commodissime interpretatus fuit *præfecto regionis ultra Indum amnem, qua ad Bactrianos vergit*. Scilicet regio vicina ripis Indi est ampla, ideoque dividenda fuit per sua climata. Nunc vero agimus trangressi Indum, ut ibi velut scribens auctor ἐπέκεινα τοῦ Ἰνδοῦ appellet, quæ sunt propinqua Asiæ, unde venit Alexander. Itaque satrapiam ripæ Indi, quam tenuit Philippus, designavit Macedonum rex & inde Arrianus, ὡς ἐπὶ Βακτρίων. Hæc enim pars Indiæ pertinet ad Bactra. Certe sic jam lib 4 Sisicottus ἐξ Ἰνδῶν πάλαι ἐξηυτομοληκὼς ἐς Βάκτρα παρὰ Βῆσσον, & paulo ante ibidem Alexander ἐκ Βάκτρων ἐξήκοντος ἤδη τοῦ ἦρος προεχώρει ὡς ἐπὶ Ἰνδούς. III, 8 Ἰνδῶν τε ὅσοι Βακτρίοις ὅμοροι. Quid igitur difficultatis est in optima simul Græcæ scriptionis, simul Geographiæ ratione? Prorsus igitur restitui. Nam quod nuper scriptum fuit *Nostri libri Græcanica hæc non agnoscunt*, in eis quæ tandem fides? Certe nostros vocat, quos nunquam vidit.

6 Τῆς δὲ αὐτοῦ νεὼς κυβερνήτης.] Onesicritus quidem ille citatus passim, & sæpe sub nomine Onesicrati, ut patet in Vossii Historicis Græcis, sed temere & vir summus debuit acrius paulo attendere, & non in citatione hujus ipsius loci ponere Ὀνησίκρατος, quod nec Facius nec quisquam in Arriano agnoscit. Similiter aberrat in citationibus Æliani: utrobique enim vocatur Ὀνησίκριτος, & hoc fuit ejus nomen, non Ὀνησίκρατος, prout ex ipso hoc Arriano nostro etiam alibi constat. Quod munus & titulum quoque habuit in reditu, ut docet auctor in Indicis cap. 19. Unde non aliter eum designat Lucianus de morte Peregrini, ὡς Ὀνησίκριτος ὁ Ἀλεξάνδρου κυβερνήτης, ἰδὼν Κάλανον καιόμενον φησιν. Attamen apud Plutarchum, licet ab interprete redditus sit *Onesicritus*, in Græcis editur Ὀνησικράτης, quod etiam retinuit Leo Allatius de patria Homeri cap. 5, in qua appellatione Freinshemius emendat Lucianum in *vera historia*.

7 Ἣν περὶ Ἀλεξάνδρου ξυνέγραψε.] Sic jam loquutus fuit auctor in Præfatione, quum alii soleant dicere οἱ περὶ Ἀλεξάνδρου ξυγγράψαντες, ut ipse Strabo libro XI pag. 508.

8 Ναύαρχον ἑαυτὸν γράψας.] Et tamen accuratissimus ille Wouwerius in Polymathiæ cap. 13 sustinuit ita statuere, scribens: *Similia hisce opera Onesicritus præfectus classis Alexandri aliique complures reliquerunt*. Et licet ego resistere auctori meo nolim, tamen occurrunt nonnulla, in quibus κυβερνήτης videtur poni loco ναυάρχου. Utique in prælio Demetrii contra Ptolemæum ab Diodoro lib. XX cap. 51 Plistias dicitur ἀρχικυβερνήτης τοῦ σύμπαντος στόλου, qui certe præfectus classis fuit. licet in Digestis Archigubernum Trierarcho inferiorem observet Cujacius lib. 26 Observ. cap. 21. Dicebat Archytas: Στρατεύματος μὲν ἀγαθὸς στρατηγός, πλωτῆρων δὲ ὁ κυβερνήτης, τοῦ δὲ κόσμου θεός, τᾶς ψυχᾶς δὲ νόος, ubi sane gubernator navis & qui clavo soli attentus inhærere cogitur, intelligi non videtur, sed ναύαρχος. Videlicet Onesicritus scripserit ἑαυτὸν ναύαρχον Ἀλεξάνδρου, eo sensu, ut navis regiæ præfectum aut gubernatorem indicaret, prout Strabo lib. XV alludit ad dubiam quandam locutionem, scribendo pag. 598 designans Ὀνησίκριτον οὐκ Ἀλεξάνδρου μᾶλλον ἢ τῶν παραδόξων ἀρχικυβερνήτην, quod certe ad aliquid amplius respicere videtur, quam regimen unius Alexandri navis. Etiam quum scribit Tacitus XV annal. 46. *Certum ad diem in Campaniam redire classem Nero jusserat, non exceptis maris casibus. Ergo gubernatores quamvis sæviente pelago, à Formiis movere; & gravi Africo, dum promontorium Miseni superare contendunt, Cumanis litoribus impacti, triremium plerasque amiserunt.*

9 Ὅντινα μέγιστον τῶν ἄλλων ποτ.] Pro particula τῶν MSSti habent vel αὐτὸν vel αὐτῶν quod placuit Basileæ, vel αὖ τῶν, quod præter alios quoque est in Opt. & sic scribendum est vel αὖ τῶν.

τὰς ξυμβολάς· καὶ τὸν Ἰνδόν, ἐς ὅντινα ὁ Ἀκεσίνης ξὺν τῷ Ὑδάσπῃ ἐμβάλλει. Ἐπεὶ δὲ Ἡρακλεῖ τε τῷ προπάτορι σπείσας, καὶ Ἄμμωνι καὶ τοῖς ἄλλοις θεοῖς ὅσοις αὐτῷ νόμος, σημῆναι ἐς ἀναγωγὴν κελεύει[10] τῇ σάλπιγγι· ἅμα τε δὴ ἐσημάνθη, καὶ ἀνήγοντο ἐν κόσμῳ. Παρήγγελτο γὰρ ἐφ' ὅσον τε τὰ σκευοφόρα πλοῖα ἐχρῆν τετάχθαι, καὶ ἐφ' ὅσον τὰ ἱππαγωγά, ἐφ' ὅσον τε τὰς μαχίμους τῶν νεῶν, ὡς μὴ συμπίπτειν ἀλλήλαις κατὰ τὸν πόρον εἰκῇ πλεούσας· καὶ ταῖς ταχυναυτούσαις φθάνειν οὐκ ἐφίετο ἔξω τῆς τάξεως. Ἦν δὲ ὅ, τε κτύπος τῆς εἰρεσίας οὐδενὶ ἄλλῳ ἐοικώς, ἅτε ἀπὸ πολλῶν νεῶν ἐν ταὐτῷ ἐρεσσομένων, καὶ βοὴ ἀπό τε τῶν κελευστῶν ἐνδιδόντων τὰς ἀρχάς τε καὶ ἀναπαύλας τῇ εἰρεσίᾳ[11], καὶ τῶν ἐρετῶν, ὁπότε ἀθρόοι ἐμπίπτοντες τῷ ῥοθίῳ ἐπαλαλάξειαν· αἵ τε ὄχθαι ὑψηλότεραι τῶν νεῶν πολλαχῇ οὖσαι, ἐς στενόν τε τὴν βοὴν ξυνάγουσαι, καὶ τῇ ξυναγωγῇ αὐτῇ ἐπὶ μέγα ηὐξημένην ἐς ἀλλήλας ἀντέπεμπον· καί πού τι καὶ νάπαι ἑκατέρωθεν τοῦ ποταμοῦ τῇ τ' ἐρημίᾳ καὶ τῇ ἀντιπέμψει τοῦ κτύπου καὶ αὐταὶ ξυνεπελάμβανον· οἵ τε ἵπποι διαφαινόμενοι διὰ τῶν ἱππαγωγῶν πλοίων (οὐ γὰρ πρόσθεν ἵπποι ἐπὶ νεῶν ὀφθέντες ἐν τῇ Ἰνδῶν γῇ· καὶ γὰρ καὶ τὸν Διονύσου ἐπ' Ἰνδοὺς στόλον οὐκ ἐμέμνηντο γενέσθαι ναυτικόν) ἔκπληξιν παρεῖχον τοῖς θεωμένοις τῶν βαρβάρων, ὥστε οἱ μὲν αὐτόθεν[12] τῇ ἀναγωγῇ παραγενόμενοι ἐπὶ πολὺ ἐφωμάρτουν. Ἐς ὅσους δὲ τῶν ἤδη Ἀλεξάνδρῳ προσκεχωρηκότων Ἰνδῶν ἡ βοὴ τῶν ἐρετῶν[13] ἢ ὁ κτύπος τῆς εἰρεσίας ἐξίκετο, καὶ οὗτοι ἐπὶ τῇ ὄχθῃ κατέθεον, καὶ ξυνείποντο ἐπᾴδοντες βαρβαρικῶς. Φιλῳδοὶ γάρ, εἴπερ τινὲς ἄλλοι, Ἰνδοί, καὶ φιλορχήμονες ἀπὸ Διονύσου ἔτι, καὶ τῶν ἅμα Διονύσῳ βακχευσάντων κατὰ τὴν Ἰνδῶν γῆν. 4 Οὕτω δὴ πλέων, τρίτῃ γε ἡμέρᾳ κατέσχεν, ἵναπερ Ἡφαιστίωνί τε καὶ Κρατερῷ κατὰ τὸ αὐτὸ στρατοπεδεύειν ἐπὶ ταῖς ἀντιπέρας ὄχθαις παρήγγελτο. Μείνας δὲ ἐνταῦθα ἡμέρας δύο, ὡς καὶ Φίλιππος αὐτῷ ξὺν τῇ λοιπῇ στρατιᾷ ἀφίκετο, τοῦτον μὲν ἐπὶ τὸν Ἀκεσίνην ποταμὸν ἐκπέμπει ξὺν οἷς ἔχων ἧκε, τάξας παρὰ τοῦ Ἀκεσίνου ποταμοῦ τὴν ὄχθην πορεύεσθαι· τοὺς δ' ἀμφὶ Κρατερόν τε καὶ Ἡφαιστίωνα αὖθις ἐκπέμπει, παραγγείλας ὅπως χρὴ τὴν πορείαν ποιεῖσθαι. Αὐτὸς δ' ἔπλει κατὰ τὸν Ὑδάσπην ποταμόν, οὐδαμοῦ μείονα ἐν τῷ

Indum etiam invocans, in quem Acesines cum Hydaspe fertur. Deinde quum Herculi progenitori libasset, simulque Hammoni & aliis diis quibus consueverat, signum deducendis navibus tubâ dari jubet: quo audito, statim naves ordine deducuntur. Imperatum enim erat quanto spatio onerarias, quanto hippagines, quanto bellicas naves sejunctas inter se esse oporteret: ne temere nulloque ordine navigantes colliderentur, neque iis quæ velociores erant interrupto ordine alias prævertere permittebatur. Mirandâ res erat, remorum sonitum exaudire, tot navibus uno temporis momento remigantibus, & hortatoribus suo celeusmate remigationis initium intermissionemque præscribentibus, tot remigum uno impetu flumen rémis verberantium clamoribus sublatis. Ripæ etiam ipsæ navibus sæpe altiores, clamorem in arctum redigentes multo vehementiorem illum suâ compressione reddebant, & nemora utrinque ripis circumjecta sonitum illum remorum excipientia multo auctiorem suâ solitudine & repercussione efficiebant. Equi etiam in hippaginibus visi, (neque enim unquam antea Indi equos navibus vehi viderant, neque Dionysi in Indos expeditionem navalem fuisse memorabant) magnam barbaris admirationem inferebant. adeo ut multi classem inde discedentem per longum spatium prosequuti sint. Quotquot vero Indi Alexandro jam amici è remotioribus locis remigum clamorem & remigiorum sonitum exaudierant, etiam hi ad ripam accurrentes barbarico ritu accinebant. Studiosi enim musices, siqui alii, sunt Indi: saltationibus quoque addicti jam inde à Dionyso, eorumque qui in Indiâ simul bacchati sunt tempore. Alexander hoc pacto navigans tertio die eo loci appulit, quo Craterum & Hephæstionem in utraque ripâ castra locare jusserat. biduum ibi commoratus dum Philippus cum reliquo exercitu advenisset, atque hunc quidem cum iis quos adduxit ad Acesinem fluvium mittit, juxta fluminis ripam iter facere jussum. Craterum etiam & Hephæstionem rursus emittit, itineris quod tenerent ratione præscriptâ. Ipse per Hydaspem fluvium navigationem perfe-

10 Σημῆναι ἐς ἀναγωγὴν κελεύει] MS. Opt. σημῆναι ἐς ἀναγωγὴν σημαίνει, quod satis mirum & inexpectatum. Et certe notum est σημαίνειν coire in eandem significationem, quam habet κελεύειν.

11 Καὶ ἀναπαύλας τῇ εἰρεσίᾳ] MS. Opt. τῆς εἰρεσίας. Hunc vero locum citavit Cl. Schefferus, monuitque κελευστὰς esse hortatores lib. 4 *de militia navali* cap. 7, quum *naucleros* posuisset Vulcanius. Hoc impudentissime nuper tractatum fuit.

12 Οἱ μὲν αὐτόθεν] MS. Opt. οἱ μὲν αὐτῶν αὐτόθεν.

13 Ἡ βοὴ τῶν ἐρετῶν] Perspicue & manifeste dictum. Nihilominus ab Cl. Scheffero lib. III cap. 1 *libri citati* sic scribitur: Non sane clamoribus nautarum aut remigum accinebant, sed cantilenæ illi nauticæ, quæ in navibus singulis edebatur. Atqui prorsus diversum dicit in verbis allegatis auctor, & clamorem remigum ipsorum, non hortantium, expressit. Scire licet clamores remigum accommodatos ad celeusma fuisse.

τῷ κατάπλῳ εἴκοσι σταδίων τὸ εὖρος. Προσορμιζόμενος δὲ ὅπῃ τύχοι ταῖς ὄχθαις, τοὺς προσοικοῦντας τῷ Ὑδάσπῃ Ἰνδοὺς[14], τοὺς μὲν ἐνδιδόντας σφᾶς ὁμολογίαις κατελάμβανεν· ἤδη δέ τινας καὶ ἐς ἀλκὴν χωρήσαντας, βίᾳ κατεστρέψατο. Αὐτὸς δ᾽ ὡς ἐπὶ τὴν Μαλλῶν τε καὶ Ὀξυδρακῶν γῆν σπουδῇ ἔπλει, πλείστους τε καὶ μαχιμωτάτους τῶν ταύτῃ Ἰνδῶν πυνθανόμενος· καὶ ὅτι ἐξηγγέλλοντο αὐτῷ παῖδας μὲν καὶ γυναῖκας ἀποτεθεῖσθαι ἐς τὰς ὀχυρωτάτας τῶν πόλεων, αὐτοὶ δὲ ἐγνωκέναι διὰ μάχης ἰέναι πρὸς αὐτόν· ἐφ᾽ ὅτῳ δὴ καὶ σπουδῇ πλείονι ἐποιεῖτο τὸν πλοῦν, ὅπως μὴ καθεστηκόσιν αὐτοῖς, ἀλλὰ ἐν τῷ ἐνδεῖ τι ἔτι τῆς παρασκευῆς καὶ τεταραγμένοις προσφέρηται. Ἔνθεν δὲ ὡρμήθη τὸ δεύτερον, καὶ πέμπτῃ ἡμέρᾳ ἀφίκετο ἐπὶ τὴν ξυμβολὴν τοῦ τε Ὑδάσπου καὶ τοῦ Ἀκεσίνου· ἵνα δὲ ξυμβάλλουσιν οἱ ποταμοὶ οὗτοι, στενότατος εἷς ποταμὸς ἐκ τοῖν δυοῖν γίγνεται, καὶ τὸ ῥεῦμα αὐτῷ ὀξὺ ἐπὶ τῇ στενότητι, καὶ δῖναι ἄτοποι ἀναστρεφομένου τοῦ ῥοῦ· καὶ τὸ ὕδωρ κυμαίνεταί τε καὶ καχλάζει ἐπὶ μέγα, ὡς καὶ πόρρω ἔτι ὄντων ἐξακούεσθαι τὸν κτύπον τοῦ κύματος. Καὶ ἦν μὲν προεξηγγελμένα ταῦτα Ἀλεξάνδρῳ ἐκ τῶν ἐγχωρίων καὶ Ἀλεξάνδρου τῇ στρατιᾷ· ὅμως δ᾽ ἐπειδὴ ἐπέλαζεν αὐτῷ ταῖς ξυμβολαῖς ὁ στρατός, ἐς τοσόνδε ὁ ἀπὸ τοῦ ῥοῦ κτύπος κατεῖχεν, ὥστε ἐπέσχησαν τὰς εἰρεσίας οἱ ναῦται, οὐκ ἐκ παραγγέλματος, ἀλλὰ τῶν τε κελευστῶν ὑπὸ θαύματος ἐκσιωπησάντων, καὶ αὐτοὶ μετέωροι πρὸς τὸν κτύπον γενόμενοι. Ὡς δ᾽ οὐ πόρρω τῶν ξυμβολῶν ἦσαν, ἐνταῦθα δὴ οἱ κυβερνῆται παραγγέλλουσιν ὡς βιαιοτάτῃ εἰρεσίᾳ χρωμένους[15] ἐξελαύνειν ἐκ τῶν στενῶν, τοῦ μὴ ἐμπεσούσας τὰς ναῦς ἐς τὰς δίνας ἀναστρέφεσθαι πρὸς αὐτῶν, ἀλλὰ κρατεῖν γὰρ τῇ εἰρεσίᾳ τῶν ἐπιστροφῶν τοῦ ὕδατος. Τὰ μὲν δὴ στρογγύλα πλοῖα ὅσα καὶ ἔτυχεν αὐτῶν περιστραφέντα πρὸς τοῦ ῥοῦ οὐδέν τι παθόντα ἐν τῇ ἐπιστροφῇ, ὅτι μὴ ταράξαντα τοὺς ἐμπλέοντας, κατέστη ἐς εὐθὺ πρὸς αὐτοῦ τοῦ ῥοῦ ὀρθωθέντα[16]· αἱ μακραὶ δὲ νῆες, οὐχ ὡσαύ-

sequebatur, nusquam xx stadiorum spatio angustiorem. ubicunque appellebat, Indos Hydaspis ripam accolentes partim deditionem facientes in amicitiam ac fidem recipiebat, partim ad arma confugientes vi subigebat. Porro magnâ celeritate in Mallos & Oxydracas contendebat, quod & plurimos eos & bellicosissimos illius tractus esse acceperat: quodque liberis atque uxoribus in munitissima oppida traductis, ipsi prælio cum Alexandro decernere statuisse nuntiarentur: tantoque magis accelerandum sibi putabat, ut eos nondum constitutos sed apparandis rebus perturbatos opprimeret. Itaque inde rursum movit, & quinto die ad confluentem Hydaspis & Acesinis pervenit. ubi vero hi duo fluvii confunduntur, unus ex duobus isque angustissimus alveus efficitur, rapidusque ejus ob angustiam cursus fit, & immensi vortices ex revertente fluxu, æstuantesque & magnopere strepentes undæ sonitum in loca longissime inde remota transmittunt. Quæ quidem multo ante Alexandro ejusque exercitui ab incolis prædicta fuerant: postquam tamen confluentibus appropinquavit, tantus fluminum concurrentium sonitus remigum aures pervasit, ut nautæ remos remitterent, non quod ita eis imperatum esset, sed quod hortatores ipsi admiratione rei perculsi conticescerent, soni vehementiâ attonitis similes redditi. Quum vero jam ad confluentes ventum esset, gubernatores navium imperant ut summâ vi remigantes ex angustiis naves protrudant, ne à vorticibus correptæ subverterentur, sed remigiorum impulsu fluctuum vim frangant: & rotunda quidem navigia, quæ vorticibus circumagi contigit, nihil aliud quam eorum qui in iis navigabant perturbationem passa, statim erecta cursum suum tenuerunt. Oblongæ vero naves, quarum latera non

14 Τοὺς προσοικοῦντας τῷ Ὑδάσπῃ Ἰνδοὺς] MSSti omnes Ἰνδῶν.

15 Ὡς βιαιοτάτῃ εἰρεσίᾳ χρωμένους] Voces sunt satis oportune & frequenter ab antiquis Græcis conjunctæ. Lucianus de veris narrat. καὶ τὴν ναῦν, ἀνατείνας δὲ ἐς, ὡς πνεῖν μέγαν καὶ βίαιον πλοῦν ἐποιησάμεθα. Apollonius Rhodius II, 594 ἐπεγνάμπτοντο δὲ κῶπαι, Ἠΰτε καμπύλα τόξα, βιαζομένων ἡρώων. Ubi Scholiastes: τὸ βίαιον τῆς εἰρεσίας δηλοῖ. Tacitus 12 ann. 56 *ad vim remigii, gubernantium artes, impetus navium*. Itaque id quoque interpretatur plane Curtius 4, 9, 3. *Ingenti certamine concitant remos, quantaque vis humana esse poterat, admota est.* Sed tamen unus mihi sufficit codex Optimus, ut persuadeat Arrianum scripsisse βιαιοτάτῃ, quod in eo solo ex Florentinis (etsi ex Augustano idem notarit Vulcanius) legitur; tum si addatur usus Latinæ vocis *firmus*, prout ea Latinos uti docuit Pater meus ad Livium XXIII, 25, quæ huic nostro respondet, credo & persuadebuntur alii. Eleganter βιαιοτάτῃ hanc expressit idem Curtius 4, 3, 18. *Remis pertinacius everberatum mare velut eripientibus navigia classicis cessit.* Sed convenientissime Vellejus II, 84. *Hinc remiges firmissimi.*

16 Κατέστη ἐς εὐθὺ πρὸς αὐτοῦ τοῦ ῥοῦ ὀρθωθέντα] Vulcanius, *statim erecta cursum suum tenuerunt*, quum Facius nullo bono more omisisset. Quomodo autem intellexerit navigia rotunda erigi aut statim erigi, ipse dicat Vulcanius, non enim capio. Vertendum vero existimo: *constiterunt in rectum ab ipso fluxu adjuta.* Navis enim καθίσταται ἐς εὐθύ, hoc est, ut navis vel non inclinet in latera, ut hoc loco, & in aliquam partem vergat, vel ut procedat solito ac decenti more; prora nimirum antecedente puppim: ex quibus postremum clarissime sic explicat ipse auctor V, 7, αἱ νῆες ἀδίνεται οὐκ ἐς εὐθὺ, ἀλλὰ καθάπερ αἱ πρῶται πρύμναι. Etiam inhi-

ὡσαύτως ἀπαθεῖς ἀπῆλθον ἐν τῇ ἐπιστροφῇ, οὔτε μετέωροι ἐπὶ τοῦ ἐπικαχλάζοντος [17] κύματος ὡσαύτως οὖσαι· ὅσαι τε δίκροτοι αὐτῶν τὰς κάτω κώπας οὐκ ἐπὶ πολὺ ἔξω ἔχουσαι τοῦ ὕδατος· καὶ αἱ κῶπαι δὲ αὐταῖς πλαγίαις ἐν ταῖς δίναις γενομέναις συνετρίβοντο, ὅσων γε ἐγκατελήφθησαν ὑπὸ τοῦ ὕδατος, οὐ φθασάντων αὐτὰς μετεωρίσαι· ὡς πολλαὶ μὲν πονῆσαι τῶν νεῶν, δύο δὲ περιπεσούσας ἀλλήλαις αὐτάς τε διαφθαρῆναι, καὶ τῶν ἐμπλεόντων ἐν αὐταῖς πολλούς. Ὡς δ' ἐς πλάτος ἤδη ὁ ποταμὸς διέσχεν, ἐνταῦθα δὴ ὅ, τε ῥοῦς οὐκέτι ὡσαύτως χαλεπὸς ἦν, καὶ αἱ δῖναι οὐχ ὁμοίᾳ τῇ βίᾳ ἐπέστρεφον· προσορμίσας οὖν τῇ ἐν δεξιᾷ ὄχθῃ ὁ Ἀλέξανδρος τὸν στρατὸν, ἵνα σκέπη τε ἦν τοῦ ῥοῦ καὶ προσβολὴ ταῖς ναυσὶ, καί τις καὶ ἄκρα τοῦ ποταμοῦ ἐπιτηδείως ἀνεῖχεν ἐς τῶν ναυαγίων τε τὴν ξυναγωγὴν, καὶ εἴ τινες ἔτι αὐτῶν ζῶντες ἐπεφέροντο, τούτους τε διέσωσε· καὶ ἐπισκευάσας τὰς πεπονηκυίας τῶν νεῶν, Νέαρχον μὲν καταπλεῖν κελεύει, ἔστ' ἂν ἀφίκηται ἐπὶ τὰ ὅρια τοῦ Μαλλῶν ἔθνους· αὐτὸς δὲ τῶν βαρβάρων τῶν οὐ προσκεχωρηκότων καταδρομὴν τῆς χώρας ποιησάμενος, καὶ κωλύσας ἐπικουρῆσαι αὐτοὺς τοῖς Μαλλοῖς, οὕτω δὴ αὖθις ξυνέμιξε τῷ ναυτικῷ. Καὶ ἐνταῦθα Ἡφαιστίων τε αὐτῷ καὶ Κρατερὸς καὶ Φίλιππος ξὺν τοῖς ἀμφ' αὐτοὺς ὁμοῦ ἤδη ἦσαν. Ὁ δὲ τοὺς μὲν ἐλέφαντας, καὶ τὴν Πολυσπέρχοντος τάξιν, καὶ τοὺς ἱπποτοξότας, καὶ Φίλιππον ξὺν τῇ ἀμφ' αὐτὸν στρατιᾷ, διαβιβάσας τὸν Ὑδάσπην ποταμὸν, Κρατερῷ ἄγειν προσέταξε· Νέαρχον δὲ ξὺν τῷ ναυτικῷ πέμπει, τρισὶν ἡμέραις τὴν στρατιὰν κελεύσας φθάνειν κατὰ τὸν πλοῦν· τὸν δ' ἄλλον στρατὸν τριχῇ διένειμε, καὶ Ἡφαιστίωνα μὲν πέντε ἡμέραις προϊέναι ἔταξεν, ὡς εἴ τινες τοὺς ξὺν αὐτῷ τεταγμένους φθάσαντες ἐς τὸ πρόσω κατὰ σπουδὴν ἴοιεν, τοῖς ἀμφ' Ἡφαιστίωνα ἐμπίπτοντες ἁλίσκοιντο· Πτολεμαῖον δὲ τὸν Λάγου, δοὺς καὶ τούτῳ τῆς στρατιᾶς μέρος, τρισὶν ἡμέραις ὑπολειπόμενον ἕπεσθαι ἐκέλευσεν, ὡς ὅσοι τοὔμπαλιν ὑποστρέφοιεν αὐτὸν φθάσαντες, οὗτοι δ' ἐς τοὺς ἀμφὶ τὸν Πτολεμαῖον ἐμπίπτοιεν· ἐπεὶ δ' ἀφίκοιντο ἐς τὰς ξυμβολὰς τοῦ τε Ἀκεσίνου καὶ τοῦ Ὑδραώτου ποταμοῦ, ἐνταῦθα δὲ τούς τε φθάσαντας ὑπομένειν ἐκέλευσεν, ἔστ' ἂν ἥκοι αὐτὸς, καὶ τοὺς ἀμφὶ Κρατερὸν καὶ Πτολεμαῖον αὐτῷ ξυμβαλεῖν. 6 Αὐτὸς δ' ἀναλαβὼν τοὺς ὑπασπιστάς τε καὶ τοὺς τοξότας καὶ τοὺς Ἀγριάνας καὶ τὴν πεζεταίρων καλουμένων τὴν Πίθωνος τάξιν

non ita alta erant ut collidentium undarum impetum ferrent, majus in circumactu damnum acceperunt: ut & biremes, quippe quarum inferiores remi parum admodum supra undas eminerent. quumque transversi in ipsis vorticibus hærerent, neque remos attollere citius possent, facile undarum vi confringebantur. Multæ itaque naves quassatæ, duæ inter se collisæ, cum multis qui eis vehebantur, perierunt. At postquam fluminis alveus sese aperire cœpit, mitiore jam cursu, minusque violentis vorticibus redditis, Alexander classe ad dextram ripam appulsâ, quod ibi tutela contra fluxum erat, & appulsus navibus, & rupes quoque fluvii oportune prominebat ad colligenda naufragia, & si qui adhuc vivi inessent, tum eos recepit; tum mox refectis navibus, Nearchum navigationem, donec ad Mallorum fines perveniat, continuare jubet: ipse vero in barbaros qui deditionem non fecerant excursione factâ, quum iis ne Mallis suppetias ferrent interdixisset, ad classem reversus est: ibique Hephæstionem, Craterum & Philippum cum suis quemque copiis reperit. Ipse, elephantis & Polysperchontis copiis, & sagittariis equestribus ac Philippo per Hydaspem transmissis, Cratero eas ducendas dat. Nearchum vero cum classe mittit, præcipiens uti trium dierum itinere exercitum prævertat. Reliquas copias in tres partes divisit: atque Hephæstionem quidem quinque dierum iter præcedere jubet, ut siqui Alexandri adventum fugientes in ulteriora sese celeriter proriperent, in Hephæstionem incidentes caperentur. Ptolemæum autem Lagi filium, datâ etiam huic exercitus parte, triduo post suum discessum sequi jubet: eo consilio ut qui ipsum fugientes retrorsum se reciperent, in Ptolemæi copias inciderent. quum vero ad confluentes Acesinis & Hydraotis pervenissent, eos qui prætergressi erant expectare jussit, dum & ipse eo veniat, & Crateri ac Ptolemæi copiæ ei conjunctæ sint. Ipse, sumtis scutatis & 6 sagittariis atque Agrianis & Pythonis agmine, quod iis qui pedites amici vocantur con-

inhibitæ naves & πρόμοναι πρύμναι eunt in directum & ἰθύ: sed apparet ἰθὺ hic non notare *recta*, ut interpretatur Vulcanius, sed suetum ad modum, ut prora antecedat. Simile est quum dixit ἐκ τοῦ ἰθέος πολεμεῖν II, 17 & V, 17 ἀντιλέγειν ἐκ τοῦ ἰθέος. Mox vero est in codice Optimo ὅτι μὴ συνταράξαντα.

17 Ἐπὶ τοῦ ἐπικαχλάζοντος] MS. Opt. ἐπὶ τοῦ καχλ. Sed ne hæ quidem voces id notant, quod putat Vulcanius, *latera non ita alta erant, ut collidentium undarum impetum ferrent*. Nihil Arrianus de altitudine laterum. Innuit non ita superne eas innatasse, & quasi suspensas super æstuantes undas processisse.

τάξιν καὶ τοὺς ἱπποτοξότας τε πάντας καὶ τῶν ἱππέων τῶν ἑταίρων τοὺς ἡμίσεας, διὰ γῆς ἀνύδρου ὡς ἐπὶ Μαλλοὺς ἦγεν, ἔθνος Ἰνδικὸν, Ἰνδῶν τῶν αὐτονόμων[18]. Καὶ τῇ μὲν πρώτῃ κατεστρατοπέδευσε πρὸς ὕδατι οὐ πολλῷ, ὃ δὴ ἀπεῖχε τοῦ Ἀκεσίνου ποταμοῦ σταδίους εἰς ἑκατόν· δειπνοποιησάμενος δὲ καὶ ἀναπαύσας τὴν στρατιὰν οὐ πολὺν χρόνον, παρήγγελλε ὅ, τι τις ἔχει ἀγγεῖον ἐμπλῆσαι ὕδατος. Διελθὼν δὲ τῆς τε ἡμέρας τὸ ἔτι ὑπολειπόμενον καὶ τὴν νύκτα ὅλην ἐς τετρακοσίους μάλιστα σταδίους[19], ἅμα ἡμέρᾳ πρὸς πόλιν ἀφίκετο, ἐς ἣν ξυμπεφεύγεσαν πολλοὶ τῶν Μαλλῶν. Οἱ δὲ οὔποτ' ἂν οἰηθέντες διὰ τῆς ἀνύδρου ἐλθεῖν ἐπὶ σφᾶς Ἀλέξανδρον, ἔξω τε τῆς πόλεως οἱ πολλοὶ καὶ ἄνοπλοι ἦσαν· ἐφ' ὅτῳ καὶ δῆλος ἐγένετο ταύτῃ ἀγαγὼν Ἀλέξανδρος, ἣν ὅτι αὐτῷ ἀγαγεῖν χαλεπὸν ἦν, ἐπὶ τῷδε οὐδὲ τοῖς πολεμίοις ὅτι ἄξει πιστὸν ἐφαίνετο. Τούτοις μὲν δὴ οὐ προσδοκήσασιν ἐπιπεσὼν, τοὺς μὲν πολλοὺς ἀπέκτεινεν αὐτῶν, οὐδὲ εἰς ἀλκὴν οἷα δὴ ἀνόπλους τραπέντας· τοὺς δὲ ἄλλους ἐς τὴν πόλιν κατειληθέντας[20], κύκλῳ περιστήσας τῷ τείχει τοὺς ἱππέας (ὅτι μήπω ἡ φάλαγξ τῶν πεζῶν ἠκολουθήκει αὐτῷ) ἀντὶ χάρακος ἐχρήσατο τῇ ἵππῳ· ὡς δὲ τάχιστα οἱ πεζοὶ ἀφίκοντο, Περδίκκαν μὲν τήν τε αὑτοῦ ἱππαρχίαν ἔχοντα καὶ τὴν Κλείτου καὶ τοὺς Ἀγριάνας, πρὸς ἄλλην πόλιν ἐκπέμπει τῶν Μαλλῶν, ἣ ξυμπεφευγότες ἦσαν πολλοὶ τῶν ταύτῃ Ἰνδῶν, φυλάσσειν τοὺς ἐν τῇ πόλει κελεύσας· ἔργου δὲ μὴ ἔχεσθαι, ἔστ' ἂν ἀφίκηται αὐτός· ὡς μηδ' ἀπὸ ταύτης τῆς πόλεως διαφυγόντας τινὰς αὐτῶν ἀγγέλους γενέσθαι τοῖς ἄλλοις βαρβάροις, ὅτι προσάγει ἤδη Ἀλέξανδρος· αὐτὸς δὲ προσέβαλλε[21] τῷ τείχει. Οἱ δὲ βάρβαροι τὸ μὲν τεῖχος ἐκλείπουσιν, ὡς οὐκ ἂν διαφυλάξοντες αὐτὸ ἔτι, πολλῶν ἐν τῇ καταλήψει τεθνηκότων, τῶν δὲ καὶ ἀπὸ τραυμάτων ἀπομάχων γεγενημένων· ἐς δὲ τὴν ἄκραν ξυμφυγόντες[22], χρόνον μέν τινα ἠμύνοντο ἐξ ὑπερδεξίου τε χωρίου καὶ χαλεποῦ ἐς προσβολήν· προσκειμένων δὲ πανταχόθεν εὐρώστως τῶν Μακεδόνων, καὶ αὐτοῦ Ἀλεξάνδρου ἄλλοτε ἄλλῃ ἐπιφαινομένου τῷ ἔργῳ, ἥ τε ἄκρα κατὰ κράτος ἑάλω, καὶ οἱ ξυμφυγόντες ἐς αὐτὴν πάντες ἀπέθανον·

constabat, sagittariis etiam equestribus omnibus, & ex equitatu amicorum dimidiâ parte, per siticulosam regionem contendit in Mallos, Indorum libere suis legibus viventium gentem. Ac primo quidem die juxta amnem non magnum castra locavit, distantem ab Acesine stadiis centum. Ibi curato corpore, & exigui temporis quiete militibus datâ, mandat, ut quas quisque lagenas habeat aquâ repleat. Progressusque per id quod supererat diei & per noctem totam ad cccc circiter stadia, sub lucem ad urbem pervenit, in quam multi Mallorum confugerant. Qui quod putassent Alexandrum nunquam per siticulosa illa loca ad sese venturum, extra urbem inermes cuncti vagabantur: quum tandem senserunt Alexandrum illac exercitum duxisse, quà quia difficulter duci poterat, verisimile hostibus visum fuerat non ducturum. Quum itaque his ex improviso supervenisset, plerosque eorum ne ad tutandos quidem sese, utpote inermes, conversos, occidit. aliis in urbem repulsis ac conclusis, equitatu loco valli (peditum enim phalanx eum assequuta non erat) muros in orbem cinxit. Statim vero ac peditatus advenit, Perdiccam quidem cum suis & Cliti equestribus copiis cumque Agrianis, ad aliam Mallorum urbem obsidendam mittit, in quam Indorum non parva manus confugerat: mandans ut eos urbe inclusos teneant, neque oppugnationem aggrediantur donec ipse advenerit. tantum curent, nequi urbe elapsi alios barbaros de Alexandri adventu certiores faciant. Posthæc urbem oppugnare cœpit. barbari murum deserunt, desperantes nimirum se diu eum tueri posse, multis in expugnatione cæsis. quumque multi vulneribus acceptis inutiles ad pugnandum effecti in arcem sese recepissent, ii se aliquandiu ex loco edito adituque difficili tutati sunt. At quum Macedones omni ex parte fortiter urgerent, & Alexander ipse acriter instaret, arx vi capta est, quique in eam confugerant,

18 Ἔθνος Ἰνδικὸν Ἰνδῶν τῶν αὐτονόμων] In Optimo non legitur Ἰνδῶν. Et potest sufficere alterutrum, ut cap. 15 ἄλλο ἔθνος Ἰνδῶν αὐτόνομον.

19 Ἐς τετρακοσίους μαλ. σταδ.] *Ad XL circiter stadia*, perperam pro cccc.

20 Ἐς τὴν πόλιν κατειληθέντας] Variant inter se MSSti alii; sed Optimus ille quoque κατειληθέντας. Idque defendit ipse auctor V, 23 ὡς τάχους εἶχεν φυγῇ εἰς τὴν πόλιν κατειλήθησαν. I, 21 τούτους ἀνέστειλαν καὶ ἐς τὴν πόλιν κατείλησαν. Iterumque in fine ejus capitis οἱ χαλεπῶς κατειλήθησαν εἰς τὰ τείχη αὖθις. Unde patet necessitas, quæ me coegit IV, 23 ex antiquis libris opem auctori ferre publicando κατείλησαν ἐς τὴν πόλιν. Sic Polyænus lib. IV in Philippo 2, ἕως ἂν τοὺς πολεμίους κατειλήσωμεν ἐς Μακεδονίαν. Sic & Dio non semel. Quod autem mox cap. 8 legitur, ὡς ἐς τὴν πόλιν διαφυγόντες κατειλήθησαν, alia constructio est.

21 Αὐτὸς δὲ προσέβαλλε] MSSti omnes προσέβαλλε, quum jam Basileæ ediderint προσέβαλε.

22 Ἐς δὲ τὴν ἄκραν ξυμφυγόντες] De hoc loco egi ad libri I caput V, ubi patet ratio, cur prætulerim id quod vides.

23 Πόλιν ἔρημον] MSS. omnes ἐρήμην, & mox plerique πεφεύγεσαν, non πεφεύγασι, utrumque exhibente optimo.

θανον· ἦσαν δὲ ἐς δισχιλίους. Περδίκκας δὲ ἐς τὴν πόλιν ἐφ' ἥν περ ἐστάλη ἀφικόμενος, τὴν μὲν πόλιν ἔρημον[23] καταλαμβάνει· μαθὼν δὲ ὅτι οὐ πρὸ πολλοῦ πεφεύγασιν ἐξ αὐτῆς οἱ ἐνοικοῦντες, δρόμῳ ἤλαυνε κατὰ στίβον τῶν φευγόντων· οἱ δὲ ψιλοὶ ὡς τάχους εἶχον ποδῶν αὐτῷ ἐφείποντο· καταλαβὼν δὲ τῶν φευγόντων κατέκοψαν, ὅσοι γε μὴ ἔφθασαν ἐς τὰ ἕλη ξυμφυγόντες. 7 Ἀλέξανδρος δὲ δειπνοποιησάμενός τε καὶ ἀναπαύσας τοὺς ἀμφ' αὐτὸν ἔστε ἐπὶ πρώτην φυλακήν[24], ᾔει τοῦ πρόσω· καὶ τὴν νύκτα διελθὼν πολλὴν ὁδὸν, ἅμα ἡμέρᾳ ἀφίκετο πρὸς τὸν Ὑδραώτην ποταμόν. Ἔνθα δὴ τῶν Μαλλῶν τοὺς μὲν πολλοὺς διαβεβηκότας ἤδη ἔμαθε, τοῖς δὲ καὶ διαβαίνουσιν ἐπιγενόμενος περὶ αὐτὸν τὸν πόρον πολλοὺς αὐτῶν διέφθειρε· καὶ αὐτὸς ὡς εἶχε ξυνδιαβὰς κατὰ τὸν αὐτὸν πόρον, διώκων εἴχετο τῶν φθασάντων ἐς τὴν ἀποχώρησιν· καὶ πολλοὺς μὲν ἀπέκτεινεν αὐτῶν, τοὺς δὲ καὶ ζῶντας ἔλαβεν, οἱ πλείους δὲ κατέφυγον ἐς χωρίον ὀχυρὸν καὶ τετειχισμένον[25]. Ἀλέξανδρος δὲ, ὡς οἱ πεζοὶ ἀφίκοντο αὐτῷ, ἀποστέλλει ἐπὶ τούτους Πύθωνα, τήν τε αὑτοῦ τάξιν ἔχοντα καὶ τῶν ἱππέων δύο ἱππαρχίας. Καὶ οὗτοι δὴ ἐξ ἐφόδου προσβαλόντες λαμβάνουσι τὸ χωρίον, καὶ τοὺς καταπεφευγότας ἐς αὐτὸ ἠνδραπόδισαν, ὅσοι γε μὴ ἐν τῇ προσβολῇ διεφθάρησαν. Ταῦτα δὲ οἱ ἀμφὶ τὸν Πύθωνα διαπραξάμενοι, ἐπανῆλθον αὖθις ἐς τὸ στρατόπεδον. Αὐτὸς δὲ Ἀλέξανδρος ὡς ἐπὶ τῶν Βραχμάνων[26] τινὰ πόλιν ἦγεν, ὅτι καὶ ἐς ταύτην ξυμπεφευγέναι τινὰς τῶν Μαλλῶν ἔμαθεν· ὡς δὲ ἀφίκετο πρὸς αὐτὴν, ἐπῆγε τοῖς τείχεσι πάντοθεν πυκνὴν τὴν φάλαγγα· οἱ δὲ ὑπορυσσόμενα τὰ τείχη ἰδόντες, καὶ ἐκ τῶν βελῶν ἀναστελλόμενοι, τὰ μὲν τείχη καὶ οὗτοι ἐκλείπουσιν, ἐς δὲ τὴν ἄκραν ξυμφυγόντες, ἐκεῖθεν ἠμύνοντο· ξυνεισπεσόντων δὲ αὐτοῖς ὀλίγων Μακεδόνων, μεταβαλλόμενοι καὶ ξυστραφέντες, τοὺς μὲν ἐξέωσαν αὐτῶν, ἀπέκτειναν δὲ ἐν τῇ ἀποστροφῇ ἐς πέντε καὶ εἴκοσι· καὶ ἐν τούτῳ Ἀλέξανδρος τάς τε κλίμακας πάντοθεν κελεύει προστιθέναι τῇ ἄκρᾳ καὶ ὑπορύττειν τὸ τεῖχος. Ὡς δὲ πύργος τε ἔπεσεν ὑπορυσσόμενος, καὶ οὗ μεταπύργιόν τι διαρραγὲν ἐπιμαχωτέραν ταύτῃ ἐποίησε τὴν ἄκραν, πρῶτος Ἀλέξανδρος ἐπιβὰς τοῦ τείχους ὤφθη ἔχων τὸ τεῖχος· καὶ τοῦτον ἰδόντες οἱ ἄλλοι Μακεδόνες, αἰσχυνθέντες ἄλλος ἄλλῃ ἀνῄεσαν, εἴχετό τε ἤδη ἡ ἄκρα· καὶ τῶν Ἰνδῶν οἱ μὲν τὰς οἰκίας ἐνεπίμπρασαν, καὶ ἐν αὐταῖς ἐγκαταλαμβανόμενοι ἀπέ-

gerant, (II. M. hi erant) ad unum omnes cæsi. Perdiccas ad urbem quam obsidere jussus fuerat profectus, eam ab incolis desertam reperit: quos quum non multo ante tempore effugisse cognovisset, cursim fugientium vestigia sectatus est. Expediti quantâ maximâ celeritate pedum potuerunt eum sequuti sunt. eos in fugâ nactus, omnes fere occidit: reliquis palustria loca saluti fuerunt. Alexander, curato corpore 7 & quiete suis datâ ad primam noctis vigiliam progressus est: magnumque iter eâ nocte emensus, sub diluculum ad Hydraotem fluvium pervenit: ac multos quidem Mallorum jam amnem transgressos cognovit, alios alveum transeuntes illic adortus, plerosque interfecit, amneque ibidem pertransito, eos qui transmiserant consequutus, multos ex iis cecidit, multos vivos cepit. Maxima tamen pars in oppidum naturâ atque opere munitum se recepit. Alexander, postquam peditatus advenit, Pythonem in eos mittit cum suo agmine, & duabus equitum præfecturis; qui quidem primo impetu illapsi oppidum capiunt, omnibus qui eò confugerant (qui quidem in illo impetu interfecti non erant) in servitutem redactis. quo facto Python in castra rediit. Alexander deinde in quandam Brachmanum urbem exercitum duxit, quo aliam Mallorum manum confugisse audierat. Eò simulac venit, densam phalangem omni ex parte muro admovit. Oppidani, muros suffossos conspicati, & telis petiti desertis mœnibus in arcem confugiunt, & ex eâ se tuentur. Macedonibus vero aliquot unâ cum iis immistis atque in arcem illapsis, conversi & in unum collecti nonnullos ex iis extruserunt; occiderunt autem xxv, dum in eos pedem referrent. Inter hæc Alexander scalas undequaque arci admoveri jubet, & murum suffodi. quo suffosso quum turris quædam concidisset, & pars aliqua interturrii perfracta faciliorem arcis oppugnationem fecisset, ipse primus murum conscendit. quo viso, alii Macedones pudore suffusi, alius alia in murum evadunt. Jamque arx victa erat, quum Indorum alii succensis suis ædibus ipsi etiam earum incendio peric-

24 Ἔστε ἐπὶ πρώτην φυλακὴν] In Optimo legi ἔστε ἐς πρ. inque eo esse proprietatem styli Arriani paruit ad III, 7. Sed & statim Vulcanius ex V. C. notat ἐς τὴν πρώτην ἐχόμενοι, quod & ipse vidi, sed in uno tantum.

25 Ὀχυρὸν καὶ τετειχισμένον] Facius: *natura & opere munitum*. Vulcanius similibus verbis ostendit se significationem ὀχυροῦ adtribuere ingenio loci & naturali situi, alterum vero labori hominum. Quod ut fieri potest, tum testor copulam in MS. Optimo non haberi: & eam differentiam non esse firmam, quod certe magis apparet ex libro 1 cap. 25, φρούριον ὀχυρὸν ἐπιτετειχισμένον τῇ χώρᾳ πρὸς Πισίδας. Interim quidquid superest codicum, omnes proferunt Πύθωνα, non Πυθ.

26 Ὡς ἐπὶ τῶν Βραχμάνων] Optimus non habet ὡς.

ἀπέθνησκον· οἱ πολλοὶ δὲ μαχόμενοι αὐτῶν. Ἀπέθανον δὲ οἱ πάντες ἐς πεντακισχιλίους· ζῶντες δὲ δι᾽ ἀνδρείαν ὀλίγοι ἐλήφθησαν. 8 Μείνας δὲ αὐτοῦ μίαν ἡμέραν, καὶ ἀναπαύσας τὴν στρατιάν, τῇ ὑστεραίᾳ προὐχώρει ὡς ἐπὶ τοὺς ἄλλους Μαλλούς· καὶ τὰς μὲν πόλεις ἐκλελοιπότας καταλαμβάνει, αὐτοὺς δὲ ἔμαθεν ὅτι πεφευγότες εἶεν ἐς τὴν ἔρημον· καὶ ἐνταῦθα μίαν[27] ἡμέραν ἀναπαύσας τὴν στρατιάν, ἐς τὴν ἐπιοῦσαν Πύθωνα μὲν καὶ Δημήτριον τὸν ἱππάρχοντα[28] πρὸς τὸν ποταμὸν ὀπίσω ἀπέπεμψεν, ὧν τε αὐτοὶ ἡγοῦντο ἄγοντας, καὶ πρὸς τούτοις ψιλῶν τάξεις δοὺς αὐτοῖς ὅσαι ἱκαναὶ πρὸς τὸ ἔργον. Προσέταξε δέ, παρὰ τὴν ὄχθην τοῦ ποταμοῦ ἰόντας, εἴ τισι προστυγχάνοιεν τῶν ἐς τὰς ὕλας ξυμπεφευγότων, αἳ δὴ πολλαὶ[29] πρὸς τῇ ὄχθῃ τοῦ ποταμοῦ ἦσαν, τούτους κτείνειν ὅσοι μὴ ἐθελονταὶ σφᾶς ἐνδιδοῖεν· καὶ πολλοὺς καταλαβόντες ἐν ταῖς ὕλαις οἱ ἀμφὶ Πύθωνά τε καὶ Δημήτριον ἀπέκτειναν. Αὐτὸς δὲ ἦγεν ἐπὶ τὴν μεγίστην τῶν Μαλλῶν πόλιν, ἵνα καὶ ἐκ τῶν ἄλλων πόλεων πολλοὺς ξυμπεφευγέναι αὐτῷ ἐξηγγέλλετο· ἀλλὰ καὶ ταύτην ἐξέλιπον οἱ Ἰνδοί, ὡς προσάγοντα Ἀλέξανδρον ἔμαθον· διαβάντες δὲ τὸν Ὑδραώτην ποταμόν, ἐπὶ ταῖς ὄχθαις αὐτοῦ, ὅτι ὑψηλαὶ αἱ ὄχθαι ἦσαν, παρατεταγμένοι ἔμενον, ὡς εἴρξοντες τοῦ πόρου Ἀλέξανδρον. Καὶ ταῦτα ὡς ἤκουσεν, ἀναλαβὼν τὴν ἵππον τὴν ἅμα αὐτῷ πᾶσαν, ᾔει ὡς ἐπὶ τὸν Ὑδραώτην, ἵναπερ παρατετάχθαι τοὺς Μαλλοὺς ἐξηγγέλλετο· οἱ δὲ πεζοὶ ἕπεσθαι αὐτῷ ἐτάχθησαν. Ὡς δὲ ἀφίκετό τε ἐπ᾽ αὐτόν, καὶ ἐν τῷ πέραν τοὺς πολεμίους κατεῖδε τεταγμένους, ὡς εἶχεν ἐκ τῆς ὁδοῦ ἐμβάλλει ἐς τὸν πόρον ξὺν τῇ ἵππῳ μόνῃ· οἱ δέ, ἰδόντες ἐν μέσῳ τοῦ ποταμοῦ ὄντα ἤδη Ἀλέξανδρον, κατὰ σπουδὴν μέν, ξυντεταγμένοι δὲ ὅμως, ἀπεχώρουν ἀπὸ τῆς ὄχθης· καὶ Ἀλέξανδρος ξὺν μόνῃ τῇ ἵππῳ εἵπετο· ὡς δὲ κατεῖδον ἱππέας μόνους, ἐπιστρέψαντες οἱ Ἰνδοὶ καρτερῶς ἐμάχοντο, πλῆθος ὄντες ἐς πέντε μυριάδας. Καὶ Ἀλέξανδρος ὡς τήν τε φάλαγγα αὐτῶν πυκνὴν κατεῖδε, καὶ αὐτῷ οἱ πεζοὶ ἀπῆσαν, προσβολὰς μὲν ἐποιεῖτο, τοὺς κύκλῳ παριππεύων· ἐς χεῖρας δὲ οὐκ ᾔει ἐπ᾽ Ἰνδούς[30]. Καὶ ἐν τούτῳ παραγίνονται αὐτῷ οἵ τε Ἀγριᾶνες, καὶ ἄλλαι τάξεις τῶν ψιλῶν, ἃς δὴ ἐπιλέκτους ἅμα οἱ ἦγε, καὶ οἱ τοξόται· οὐ πόρρω δὲ οὐδὲ ἡ φάλαγξ ἐφαίνετο τῶν πεζῶν· καὶ οἱ Ἰνδοί, ὁμοῦ σφίσι πάντων τῶν δεινῶν προσκειμένων, ἀποστρέψαντες ἤδη προτροπάδην ἔφευγον ἐς πόλιν ὀχυρωτάτην τῶν πλησίον· καὶ Ἀλέξανδρος ἑπό-

perierunt: plerique pugnantes interfecti. Quinque in universum millia cæsa: pauci (tanta eorum virtus fuit) vivi in potestatem venerunt. 8 Alexander unum diem ibi commoratus, quiete exercitui datâ, postridie in alios Mallos movit; quos quidem urbes deseruisse, & in solitudines sese abdidisse cognovit. Ibi etiam uno die cum exercitu substitit. postero die Pythonem & Demetrium equestris agminis præfectum retro ad flumen misit, quibus ad copias quas ducebant expeditorum agmina, quæ rei gerendæ sufficerent, adjunxit: mandatis additis, ut ad ripam fluminis iter facientes, siquos eorum qui in sylvas ripis circumjectas confugerant reperissent, nisi sponte deditionem facerent, interficerent. Multos itaque in sylvis nacti occidêre. Ipse in maximam Mallorum urbem exercitum duxit, in quam etiam ex aliis oppidis multi sese recepisse nuntiabantur. Sed & hanc Indi, simulatque Alexandrum adventare intellexerant, deseruerant, transitoque Hydraote fluvio, in ripis ejus, quæ altæ in primis erant, aciem instruxerant, tanquam transitu prohibituri. Quo cognito, Alexander confestim ad eam fluminis partem ubi consederant equitatum ducit, peditatu sequi jusso: quumque ad Hydraotem amnem venisset, hostes in adversâ ripâ instructâ acie stantes conspicatus, ita ut ex itinere advenerat amnem cum solo equitatu ingreditur. Indi Alexandrum in medio amnis jam constitutum conspicati, celeriter, ordinate tamen, à ripâ recedunt. Alexander eos cum solo equitatu insequitur. Indi, quum equitatum solum esse sensissent, conversi acriter pugnant. Indorum quinquaginta circiter millia erant. Alexander confertam eorum phalangem videns, quum peditatum secum non haberet, excursiones obequitando faciebat, prælium nequaquam committendum censens. quum interea Agrianes, aliaque expeditorum agmina, quos selectissimos secum ducebat, & sagittarii, adveniunt: & peditum phalanx haud procul inde apparebat. Indi tot simul malis pressi concitato cursu in vicinam urbem munitissimam confugiunt. quos insequutus Alexan-

27 Καὶ ἐνταῦθα μίαν] MS. Opt. καὶ ἐνταῦθα αὖθις μίαν, rectissime.

28 ἱππάρχοντα] MS. unus atque item V. C. apud Vulcanium ἱππαρχον. Sed manus Arriani spectatur in codice Opt. ἱππαρχῶν.

29 Αἳ δὴ πολλαὶ] Vox ultima non legitur in Opt.

30 Ἐς χεῖρας δὲ οὐκ ᾔει ἐπ᾽ Ἰνδούς] MSSti omnes hunc universum locum sic legunt: τοὺς κύκλῳ παριππεύων. ἐς χεῖρας δὲ οὐκ ᾔει τοῖς Ἰνδοῖς. Quasi respicerent ad verba v. 16. Ἀλλὰ ἐς κύκλους παριππεύων ἀνέπαυε τοὺς πεζούς, prout in optimo & aliis MSS. esse indicavi.

ἐπόμενός τε αὐτοῖς πολλοὺς ἔκτεινε, καὶ ὡς ἐς τὴν πόλιν διαφυγόντες κατεκλείσθησαν, πρῶτα μὲν τοῖς ἱππεῦσιν[31] ἐξ ἐφόδου ἐκυκλώσατο τὴν πόλιν· ὡς δὲ οἱ πεζοὶ αὐτῷ παρῆσαν, ταύτῃ μὲν τῇ ἡμέρᾳ περιστρατοπεδεύει ἐν κύκλῳ τοῦ τείχους, ὅτι οὐ πολύ τι τῆς ἡμέρας ὑπελείπετο ἐς τὴν προσβολήν· καὶ ἡ στρατιὰ αὐτοῦ, ὑπό τε πορείας μακρᾶς οἱ πεζοί, καὶ ὑπὸ διώξεως συνεχοῦς οἱ ἵπποι, καὶ οὐχ ἥκιστα κατὰ τὸν πόρον τοῦ ποταμοῦ τεταλαιπωρήκεσαν. 9 Τῇ δὲ ὑστεραίᾳ διχῇ διελὼν τὸν στρατόν, τοῦ μὲν ἑτέρου αὐτὸς ἡγούμενος προσέβαλλε τῷ τείχει· τὸ δὲ ἕτερον Περδίκκας προσῆγε. καὶ ἐν τούτῳ οὐ δεξάμενοι οἱ Ἰνδοὶ τῶν Μακεδόνων τὴν ὁρμήν, τὰ μὲν τείχη τῆς πόλεως λείπουσιν, αὐτοὶ δὲ ἐς τὴν ἄκραν ξυνέφυγον. Ἀλέξανδρος δὲ καὶ οἱ[32] ἀμφ' αὐτόν, πυλίδα τινὰ κατασχίσαντες, παρῆλθον εἰς τὴν πόλιν πολὺ πρὸ τῶν ἄλλων· οἱ δὲ ἅμα Περδίκκᾳ τεταγμένοι, ὑστέρησαν ὑπερβαίνοντες κατὰ τὰ τείχη οὐκ εὐπετῶς· οὐδὲ τὰς κλίμακας οἱ πολλοὶ αὐτῶν φέροντες, ὅτι ἑαλωκέναι αὐτοῖς ἐδόκει ἡ πόλις, ὡς ἐρημωμένα τῶν προμαχομένων τὰ τείχη κατεῖδον· ὡς δὲ ἥ τε ἄκρα ἐχομένη πρὸς τῶν πολεμίων, καὶ πρὸ ταύτης τεταγμένοι εἰς τὸ ἀπομάχεσθαι πολλοὶ ἐφάνησαν, ἐνταῦθα δὴ οἱ μὲν ὑπορύσσοντες τὸ τεῖχος, οἱ δὲ προσθέντες, ὅπῃ παρείκοι, τὰς κλίμακας βιάσασθαι ἐπειρῶντο εἰς τὴν ἄκραν. Ἀλέξανδρος δέ, ὡς βλακεύειν αὐτῷ οἱ Μακεδόνες ἐδόκουν οἱ φέροντες[33] τὰς κλίμακας, ἁρπάσας κλίμακα ἑνὸς τῶν φερόντων, προσέθηκε τῷ τείχει αὐτός, καὶ εἰληθεὶς ὑπὸ τῇ ἀσπίδι ἀνέβαινεν· ἐπὶ δὲ αὐτῷ Πευκέστας, ὁ τὴν ἱερὰν ἀσπίδα φέρων, ἣν ἐκ τοῦ νεὼ τῆς Ἀθηνᾶς τῆς Ἰλιάδος λαβὼν ἅμα οἷ εἶχεν Ἀλέξανδρος, καὶ πρὸ αὐτοῦ ἐφέρετο ἐν ταῖς μάχαις· ἐπὶ δὲ τούτῳ Λεοννάτος ἀνῄει κατὰ τὴν αὐτὴν κλίμακα ὁ σωματοφύλαξ· κατὰ δὲ ἄλλην κλίμακα Ἀβρέας τῶν διμοιριτῶν τις στρατευομένων. Ἤδη τε πρὸς τῇ ἐπάλξει τοῦ τείχους ὁ βασιλεὺς ἦν, καὶ ἐρείσας ἐπ' αὐτῇ τὴν ἀσπίδα, τοὺς μὲν ὤθει εἴσω τοῦ τείχους τῶν Ἰνδῶν· τοὺς δὲ καὶ αὐτοῦ τῷ ξίφει ἀποκτείνας γεγυμνώκει τὸ ταύτῃ τεῖχος· καὶ οἱ ὑπασπισταὶ ὑπέρφοβοι γενόμενοι ὑπὲρ τοῦ βασιλέως, σπουδῇ ὠθούμενοι κατὰ τὴν αὐτὴν κλίμακα, συντρίβουσιν αὐτήν· ὥστε οἱ μὲν ἤδη ἀνιόντες αὐτῶν κάτω ἔπεσον, τοῖς δὲ ἄλλοις ἄπορον ἐποίησαν τὴν ἄνοδον. Ἀλέξανδρος δέ, ὡς ἐπὶ τοῦ τείχους στάς, κύκλῳ τε ἀπὸ τῶν πλησίον πύργων ἐβάλλετο, (οὐ γὰρ πελάσαι γε ἐτόλμα τις αὐτῷ τῶν Ἰνδῶν) καὶ ὑπὸ τῶν ἐκ τῆς πόλεως[34], οὐδὲ

xander, multos interficit: quumque jam urbe conclusi essent, primo quidem accessu muros equitatu cingit; postquam vero peditatus advenit, eo ipso quidem die urbem circumsidet: quod & parum diei ad impetum faciendum reliquum esset, & pedites longo itinere, & equi continuâ hostium persecutione ipsoque fluminis transitu defatigati essent. Postero verò die diviso in duas partes exercitu, ipse alteram carum ducens, Perdiccas alteram, impetum in murum fecit. quem quum Indi sustinere non possent, desertis urbis mœnibus in arcem se recipiunt. Alexander, cum iis qui circa ipsum erant, perfractâ quadam portâ diu ante alios in urbem irrupit. Perdiccas & qui cum eo erant milites non ita cito muros transcenderunt. neque enim scalas plerique eorum admovebant, quod captam esse urbem judicarent, quum nimirum muros à propugnatoribus destitutos viderent. Occupatâ vero jam ab hostibus arce, multisque passim ad eam tuendam ante dispositis, Macedones alii murum suffodientes, alii scalas, quomodocunque liceret, admoventes irrumpere conabantur. Quum autem cunctari Macedones in admotione scalarum viderentur, Alexander ipse scalam cuidam eam gestanti ereptam muro applicat, scutoque tectus conscendit. Post hunc Peucestas, sacrum scutum gestans, quod Alexander ex æde Palladis Iliacæ sumtum in omnibus prœliis præ se gestari curabat. Post Peucestam Leonnatus corporis custos per eandem scalam subit: per aliam scalam Abreas unus ex duplariorum ordine. Jamque Alexander in summum muri fastigium evaserat, quum obfirmato illic scuto, aliis introrsum depulsis, aliis gladio interfectis, murum eâ parte propugnatoribus nudaverat. Tum scutati de rege soliciti, quum & ipsi celeriter scalas easdem conscenderent, fractis scalis præcipites in terram corruerunt, aliisque simul conscendendi facultatem sustulerunt. Alexander vero, quum in muro stans, è vicinis circumquaque turribus peteretur, (neque enim quisquam Indorum cominus eum ferire audebat) atque adeo ab iis

31 Πρῶτα μὲν τοῖς ἱππεῦσιν] MS. Opt. πρῶτα μὲν ἐν τοῖς ἱππ.

32 Ἀλέξανδρος δὲ καὶ οἱ] MSSti cæteri omnes Ἀλέξανδρος μὲν καί. Quod ut fiat integrum & perfectum, scribe cum Optimo Ἀλέξανδρος μὲν δὴ καί. Id enim necessarium.

33 Οἱ Μακεδόνες ἐδόκουν οἱ φέροντες] MSSti omnes ἐδόκουν τῶν Μακεδόνων οἱ φέροντες, mutatis & transpositis non male vocibus.

34 Καὶ ὑπὸ τῶν ἐκ τῆς πόλεως] Quum & MSSti omnes, etiam August. etiam Basileensis editio, habeant ὑπὸ, reor id nimis exactum esse, quam ut immutari debuerit. Aliter enim ὑπὸ usurpatur in verbis ante parenthesin, ut id huc referri non debeat, ubi jaculantes ipsos denotat, quum illic locum, unde mittebantur aliqua. Ergo reposui,

οὐδὲ πόῤῥω τούτων γε ἐσακοντίζειν· ἔτυχε γάρ τι καὶ προσκεχωσμένον ταύτῃ πρὸς τὸ τεῖχος. Δῆλος μὲν ἦν Ἀλέξανδρος [35] τῶν τε ὅπλων τῇ λαμπρότητι, καὶ τῷ ἀτόπῳ τῆς τόλμης, ἔγνω δ' ὅτι αὐτοῦ μὲν μένων κινδυνεύσει μηδὲν ὅ, τι καὶ λόγου ἄξιον ἀποδεικνύμενος· καταπηδήσας δὲ εἴσω τοῦ τείχους, τυχὸν μὲν αὐτῷ τούτῳ ἐκπλήξει τοὺς Ἰνδούς· εἰ δὲ μὴ, καὶ κινδυνεύειν δέοι, μεγάλα ἔργα [36] καὶ τοῖς ἔπειτα πυθέσθαι ἄξια ἐργασάμενος οὐκ ἀσπουδὶ ἀποθανεῖται. Ταῦτα γνοὺς, καταπηδᾷ ἀπὸ τοῦ τείχους ἐς τὴν ἄκραν· ἔνθα δὴ ἐρεισθεὶς πρὸς τῷ τείχει, τοὺς μέν τινας ἐς χεῖρας ἐλθόντας, καὶ τόν γε ἡγεμόνα τῶν Ἰνδῶν προσφερόμενόν οἱ θρασύτερον, παίσας τῷ ξίφει ἀποκτείνει· ἄλλον δὲ πελάζοντα λίθῳ βαλὼν ἔσχε· καὶ ἄλλον, λίθῳ· τὸν δὲ ἐγγυτέρω προσάγοντα, τῷ ξίφει αὖθις. Οἱ δὲ βάρβαροι πελάζειν μὲν αὐτῷ οὐκέτι ἤθελον, ἔβαλλον δὲ πάντοθεν περιεστηκότες, ὅ, τι τις βέλος ἐτύγχανεν, ἢ ἐν τῷ τότε ἔλαβεν.

10 Ἐν τούτῳ τε Πευκέστας τε καὶ ὁ διμοιρίτης Ἀβρέας, καὶ ἐπ' αὐτοῖς Λεοννάτος, οἳ δὴ μόνοι ἔτυχον πρὶν ξυντριβῆναι τὰς κλίμακας ἀναβεβηκότες ἐπὶ τὸ τεῖχος, καταπηδήσαντες καὶ αὐτοὶ, πρὸ τοῦ βασιλέως ἐμάχοντο. Καὶ Ἀβρέας μὲν ὁ διμοιρίτης πίπτει αὐτοῦ, τοξευθεὶς ἐς τὸ πρόσωπον. Ἀλέξανδρος δὲ βάλλεται καὶ αὐτὸς διὰ τοῦ θώρακος ἐς τὸ στῆθος τοξεύματι ὑπὲρ τὸν μαστόν· ὥστε λέγει Πτολεμαῖος, ὅτι καὶ πνεῦμα ὁμοῦ τῷ αἵματι ἐκ τοῦ τραύματος ἐξεπνεῖτο· ὁ δὲ, ἔστε μὲν ἔτι θερμὸν ἦν αὐτῷ τὸ αἷμα, καίπερ κακῶς ἔχων, ἠμύνετο· πολλοῦ δὲ δὴ τοῦ αἵματος καὶ ἀθρόου, οἷα δὴ ξὺν πνεύματι ἐκχυθέντος, ἴλιγγός τε αὐτὸν καὶ λειποψυχία κατέσχε, καὶ πίπτει αὐτοῦ ἐπὶ τὴν ἀσπίδα ξυν-

iis etiam qui in urbe erant, qui nec ipsi longe ab eo disjuncti tela torquebant, (erat enim eà parte agger quidam muro propinquus, & Alexandrum cum armorum splendor, tum insignis audacia notum faciebat) statuit tandem, si diutius in muro persisteret, periclitaturum se, neque quicquam operæ pretium facturum: at si intra arcem se conjiceret, fortassis eo ipso facto hostes territurum; sin minus, saltem egregium facinus editurum, & laude admiratioineque apud posteros partâ moriturum. Ita secum statuens è mœnibus in arcem desilit. ad cujus murum obfirmatus, nonnullos cominus cum lacessentes, atque adeo ipsum Indorum ducem audacius irruentem gladio interficit: alium vero appropinquantem lapide conjecto reprimit; alium quoque lapide; propius autem accedentem rursus gladio ferit. nec jam amplius barbari propius pedem ferre audebant, sed circumfusi, telis quæ aut habebant aut sors offerebat eminus eum petebant. Interea Peucestas & Abreas duplarius, ac Leonnatus, qui quidem soli antequam scalæ rumperentur in murum evaserant, desiliunt & ipsi, acriterque pro rege pugnant. atque Abreas quidem faciem sagittâ trajectus cecidit. Alexander etiam ipse thorace sagittâ discusso supra mammam in pectore vulnus accipit. quod quidem, ut auctor est Ptolemæus, ejusmodi fuit, ut unà cum sanguine spiritum etiam ex vulnere sufflaret. qui quidem, quandiu illi sanguis fervebat, tametsi ad extremum saucius, acriter se nihilominus tuebatur. At quum multus sanguis simul & spiritus continuo erumperet, vertigine oculorum animique defectione correptus, pronus in scutum collapsus est.

35 Δῆλος μὲν ἦν Ἀλέξανδρος] Quasi repeteret idem, quod de Alexandro dixit 1, 15, δῆλος γὰρ ἦν τῶν τε ὅπλων τῇ λαμπρότητι καὶ τῇ θεραπείᾳ, ipsis plane iisdem verbis, ut inde facilius ignoscas editoribus violente omittentibus, quod assequi non poterant. Nam quid est, quod his addunt omnes prorsus, quos vidi, codices MSSti voculam ὤν? etsi Vulcanius ex V.C. non notavit; ego certe dico à me in omnibus antiquis libris repertam. Quam etsi pro non ingrata Arriano per pleonasmum loquutione tueri possimus, tum sane videtur manifestius etiam ex Græcismi more exprimere mentem voluisse apposito participio. Sic 11, 5 de Anchialo, τοῖς θεμελίοις τῶν τειχῶν δήλη ἐστὶ μεγάλη τε πόλις κτισθεῖσα. Et ibid. c. 10. Δῆλος ἐγένετο τῇ γνώμῃ δεδουλωμένος. Infra hoc libro c. 29 Καὶ δῆλοι ἦσαν ἐπ' αὐτῷ μεταγινώσκοντα. Indic. c. 34. Αὐτὸς δὲ . . . . δῆλος ἦν μεγάλῳ ἄχει βεβλημένος.

36 Εἰ δὲ μὴ, κινδυνεύειν δὲ εἰ μεγάλα ἔργα] Ingeniosos fateri enimvero oportet, à quibus hæc lectio est concinnata, quam nulla in parte vel cum sano sensu vel cum bona constructione concilies. Unde & postremus interpres ad verba minime attendit; sed Latine sententiam, quæ requiri videbatur, composuit. Sed & hic ipse postea ad infimam editionis suæ oram has literas adscripsit: *Cod. Augustanus habet* εἰ δὲ καὶ κινδυνεύειν δέοι, μεγάλα ἔργα. Sic ille, etiam in interpretatione tribus versibus linea subnotatis ab *sin minus* ad *moriturum*; nec scio quid voluerit. Sed non etiam sic Florentiæ, cui decus restituti hujus loci debebitur, minute & jejune proceditur, quippe ubi plenius legunt MSSti omnes εἰ δὲ καὶ μὴ, κινδυνεύειν δεῖν μεγάλα. Sed ne ex his quidem salus plena. Quapropter scribe cum optimo & illo unico codice, εἰ δὲ μὴ, καὶ κινδυνεύσω δεῖν, μεγάλα ἔργα, hoc est, *sin minus* (scilicet hostes perterrefaciat) *& utique periclitandum sit ipsi, saltem magnis rebus dignisque memoria posterorum editis moriturum*. Est videlicet in hoc loco ille usus duarum particularum εἰ μὲν, εἰ δὲ μὴ, de quibus agit Casaubonus ad Strabonem libro XV in fine. Ac porro est hic locus quidam communis & cogitatio perpetua magnorum in gentilismo hominum, excitata ab egregio Hectore apud summum vatem Iliad. X, 305, quum projectâ hasta in vanum, nec alteram paratam habens, gladio destricto in mortem ruit pugnans cum Achille, ubi pronunciat illa verba

Μὴ μὰν ἀσπουδί γε καὶ ἀκλειῶς ἀπολοίμην,
Ἀλλὰ μέγα ῥέξας τι καὶ ἐσσομένοισι πυθέσθαι.

Quibus se quoque exstimulat Cleomenes apud Polybium v, 38. quum Arrianus usu vocabuli ἀσπουδὶ palam ostendat, quò respiciat. Itaque non moror restituere.

ξυμπεσόντας. Πευκέστας δὲ ὑπερβὰς πεπτωκότι, καὶ ὑπερσχὼν τὴν ἱερὰν τὴν ἐξ Ἰλίου ἀσπίδα, πρὸ αὐτοῦ εἶχε[37], καὶ Λεοννάτος ἐς τὰ ἐπὶ θάτερα. Οὗτοι δὲ βάλλονται ἀμφότεροι, καὶ Ἀλέξανδρος ἐγγὺς ἦν ἤδη ὑπὸ τοῦ αἵματος ἐκλιπεῖν· τοῖς γὰρ Μακεδόσι καὶ ταύτῃ ἐν ἀπόρῳ γεγένηται τὰ τῆς προσβολῆς, ὅτι οἱ τὸν Ἀλέξανδρον βαλλόμενόν τε ἐπὶ τῷ τείχει ἰδόντες, καὶ πηδῶντα εἴσω ἐς τὴν ἄκραν, ὑπὸ σπουδῆς τε καὶ φόβου μή τι αὐτοῖς ὁ βασιλεὺς πάθῃ οὐ ξὺν νόῳ κινδυνεύων, τὰς κλίμακας συντετριφότες, ἄλλοι ἄλλας μηχανὰς ἐς τὸ ἀνελθεῖν ἐπὶ τὸ τεῖχος, ὡς ἐν ἀπόροις ἐμηχανῶντο· οἱ μὲν, πασσάλους ἐμπηγνύντες ἐς τὸ τεῖχος γήϊνον ὄν, καὶ κατὰ τούτους ἐκκρεμαννύμενοι χαλεπῶς ἀνείρπον· οἱ δὲ ἄλλοι ἐπ' ἄλλους ἐπιβαίνοντες. Ὁ δὲ πρῶτος ἀνελθὼν ἐκρίπτει[38] ἑαυτὸν κατὰ τὸ τεῖχος[39] ἐς τὴν πόλιν, ἵναπερ τὸν βασιλέα ἑώρων κείμενον, ξὺν οἰμωγῇ καὶ ἀλαλαγμῷ πάντες· ἤδη τε ἀμφ' αὐτῷ πεπτωκότι καρτερὰ μάχη ξυνειστήκει, ἄλλου ἐπ' ἄλλῳ τῶν Μακεδόνων προασπίζοντος· καὶ ἐν τούτῳ οἱ μὲν τὸν μοχλὸν, ὅτῳ εἴργετο ἡ κατὰ τὸ μεταπύργιον πύλη, κατασχίσαντες, ἐπ' ὀλίγους παρήεσαν· οἱ δὲ καθότι ἡ πύλη διέσχε, τοὺς ὤμους ὑποθέντες, καὶ ὤσαντες ἐς τὸ εἴσω τὸ τεῖχος, ἀνεπέτασαν ταύτῃ τὴν ἄκραν. Ἐν τούτῳ δὲ οἱ μὲν ἔκτεινον τοὺς Ἰνδοὺς, καὶ ἀπέκτειναν γε πάντας, οὐδὲ γυναῖκα ἢ παῖδα ὑπελείποντο· οἱ δὲ ἐξέφερον τὸν βασιλέα ἐπὶ τῆς ἀσπίδος κακῶς ἔχοντα, οὔπω γιγνώσκοντες βιώσιμον ὄντα. Τὸ δὲ βέλος ἐξελκύσαι ἐκ τοῦ τραύματος ἐπιτεμόντα τὴν πληγὴν οἱ μὲν Κριτόδημον[40] ἀνέγραψαν, ἰατρὸν Κῷον, τὸ γένος τῶν Ἀσκληπιαδῶν[41]· οἱ δὲ, Περδίκκαν τὸν σωματοφύλακα, οὐ παρόντος ἐν τῷ δεινῷ ἰατροῦ, ἐγκελευσαμένου Ἀλεξάνδρου, τῷ ξίφει ἐπιτεμεῖν τὴν πληγὴν, καὶ κομίσασθαι τὸ βέλος. Ἐν δὲ τῇ κομιδῇ φορὰ αἵματος πολλοῦ γίγνεται, ὥστε λειποψυχῆσαι αὖθις Ἀλέξανδρον, καὶ οὕτω σχεθῆναι αὐτῷ τὸ αἷμα ὑπὸ τῆς λειποψυχίας. Πολλὰ δὲ

11

est. Peucestas sacro Palladis Iliacæ scuto interjecto, regem à fronte protegebat: Leonnatus etiam ab alterâ parte. Sed & hi quoque graviter vulnerantur: parumque aberat quin vita Alexandrum simul cum sanguine deficeret. Macedones etenim vel idcirco in arcem conscendere non poterant, quod quum Alexandrum in muro telis peti, atque ex eo in arcem interiorem desiluisse vidissent, studio pariter & metu ne rex qui se temerario periculo objecerat, male exciperetur, ruptis scalis, alii alia instrumenta ad conscendendum murum apta excogitabant: alii palis in murum terreum infixis, iisque pendentia corpora sublevantes in altum nitebantur. Quumque ita alii super alios in fastigium muri evaderent, qui primus conscenderat, sese è muro in urbem conjiciebat, qua regem prostratum cernebat: moxque alii cum clamore atque ejulatu accurrentes pugnam atrocem ineunt, Macedonibus regem suum prætensis scutis acriter tuentibus. Interea alii portæ, quæ inter duas turres sita erat, vectibus revulsis, nonnullos præterea intromiserunt; alii quâ parte nonnihil patebat porta humeris interjectis muri partem introrsum deturbarunt, aditumque in arcem aperuerunt. Magna tum Indorum strages fit, omnibus ad unum cæsis, ne mulieribus quidem aut infantibus exceptis. Dehinc regem pessime affectum scuto efferunt, victurus foret necne incerti. Sunt qui scribant Critodemum medicum Coum, ex Æsculapii stirpe, resolutâ plagâ sagittam evulsisse: alii Perdiccam corporis custodem, quum medicus urgente necessitate non adesset, jubente Alexandro ense vulnus rescidisse, telumque exemisse: inque evulsione magnam sanguinis vim erupisse. quumque Alexander rursum animo linqueretur, syncopen ipsam sistendo sanguini remedio fuisse. Multa præterea alia de

37 **Καὶ ὑπερσχὼν τὴν ἱερὰν τὴν ἐξ Ἰλίου ἀσπίδα πρὸς αὐτοῦ εἶχε**] Verbum postremum nulli bono inservit. An scilicet non id satis includitur in ὑπερσχών? Et sane ab Optimo ignoratur, idque recte. Dependet enim omnis oratio à sequenti *βαλλόντων*. Sed & præterea duo MSSti *πρὸ αὐτῶν*, unde vera est optimi Codicis scriptura *πρὸ αὐτοῦ*, quam & notavit ex Augustano Vulcanius. Quin & ex sequentibus καὶ Λεοννάτος ἐς τὰ ἐπὶ θάτερα, quod, oro! Latine versum est, *Leonnatus etiam illos excipiebat?* Manifestior sane, licet paulo diffusior, Facius: *Palladis scuto superinjecto, oppositu quoque sui corporis ab irruentibus telis regem protegebat. Leonnatus quoque lateri affusus, venientes illos excipiebat.* Sententia est: *Interim Peucestas appropinquans collapso, & obtento ante eum scuto Palladis Iliaca, atque etiam Leonnatus ex altera parte* (scil. ei se adjungens) *uterque vulneratur.*

38 **Ἐκρίπτει**] MSSti omnes ἐρρίπτει.

39 **Κατὰ τὸ τεῖχος**] Si verti debet, *è muro*, omnino etiam scribendum fuit κατὰ τοῦ τείχους. Sed verti potest *circa eam muri partem*.

40 **Κριτόδημον**] Sane & Galterus libro IX eum vocat Critobulum, cujus versus in MS. ita habent:

Nec mora: concurrunt avidi curare jacentem
Pellæum proceres, referuntque in castra Deorum
Invidiam. cujus nudato corpore maxus
Inter doctores medicæ Critobulus artis
Comperit hamata percussum cuspide regem.

Adeo is Curtium & Plinium audire maluit, quam Arrianum. In qua tamen re minus mirari oportet, quum sic & Pythodemus Archon, citatus in principio hujus historiæ, ab aliis dicatur Pythodorus.

41 **Τὸ γένος τῶν Ἀσκληπιαδῶν**] Vulcanius notat ex V.C. τοῦ γένους τῶν Α'. quod in nullo ipse reperi. Cæterum MS. Opt. τὸ γένος Ἀσκληπιαδῶν.

δὲ καὶ ἄλλα ἀναγέγραπται τοῖς ξυγγραφεῦσιν ὑπὲρ τοῦ παθήματος· καὶ ἡ φήμη παραδεξαμένη αὐτὰ κατὰ τοὺς πρώτους ψευσαμένους, ἔτι καὶ εἰς ἡμᾶς διασώζει· οὐδὲ ἀφήσει παραδιδοῦσα καὶ ἐφεξῆς ἄλλοις[42] τὰ ψεύδη, εἰ μὴ ὑπὸ τῆσδε τῆς ξυγγραφῆς παύσεται. Αὐτίκα ἐν Ὀξυδράκαις τὸ πάθημα τοῦτο γενέσθαι[43] Ἀλεξάνδρῳ, ὁ πᾶς λόγος κατέχει· τὸ δὲ ἐν Μαλλοῖς ἔθνει αὐτονόμῳ Ἰνδικῷ ξυνέβη· καὶ ἥ τε πόλις Μαλλῶν ἦν, καὶ οἱ βαλόντες Ἀλέξανδρον Μαλλοί· οἳ δὴ ἐγνώκεσαν μὲν, ξυμμίξαντες τοῖς Ὀξυδράκαις, οὕτω διαγωνίζεσθαι· ἔφθη δὲ διὰ τῆς ἀνύδρου ἐπ' αὐτοὺς ἐλάσας, πρὶν ἵνα ὠφέλειαν αὐτοῖς παρὰ τῶν Ὀξυδρακῶν γενέσθαι, ἢ αὐτοὺς ἐκείνοις τι ἐπωφελῆσαι. Ἐπεὶ καὶ τὴν τελευταίαν μάχην τὴν πρὸς Δαρεῖον γενομένην, καθ' ἣν ἵνα ἔφυγε Δαρεῖος, οὐδὲ πρόσθεν ἔληξε τῆς φυγῆς, πρὶν ξυλληφθῆναι ὑπὸ τῶν ἀμφὶ Βῆσσον καὶ προσάγοντος ἤδη Ἀλεξάνδρου ἀποθανεῖν, πρὸς Ἀρβήλοις γενέσθαι[44] ὁ πᾶς λόγος κατέχει· καθάπερ οὖν καὶ τὴν πρὸ ταύτης, ἐν Ἰσσῷ· καὶ τὴν πρώτην ἱππομαχίαν, πρὸς Γρανίκῳ. Ἀλλὰ πρὸς Γρανίκῳ μὲν ξυνέβη μάχη ἱππική, καὶ πρὸς Ἰσσῷ ἡ αὖθις πρὸς Δαρεῖον μάχη. Ἄρβηλα δὲ τῆς χώρης, ἐν ᾧ τὴν ἐσχάτην μάχην Δαρεῖός τε καὶ Ἀλέξανδρος ἐμαχέσαντο, οἱ μὲν τὰ πλεῖστα ξυγγράψαντες λέγουσιν ὅτι ἑξακοσίους σταδίους ἀπέχει· οἱ δὲ τὰ ἐλάχιστα, ὅτι ἐς πεντακοσίους· ἀλλὰ ἐν Γαυγαμήλοις γὰρ γενέσθαι τὴν μάχην πρὸς τῷ ποταμῷ Βυμηλῷ[45], λέγει Πτολεμαῖος καὶ Ἀριστόβουλος· πόλις δὲ οὐκ ἦν τὰ Γαυγάμηλα, ἀλλὰ κώμη μεγάλη[46]· οὐδὲ ὀνομαστὸς ὁ χῶρος, οὐδὲ εἰς ἀκοὴν ἡδὺ τὸ ὄνομα· ἔνθεν δὴ, μοι δοκεῖ, πόλις οὖσα τὰ Ἄρβηλα, ἀπηνέγκατο τὴν δόξαν τῆς μεγάλης μάχης. Εἰ δὲ πρὸς Ἀρβήλοις χρὴ οἴεσθαι γενέσθαι τὸ ἔργον ἐκεῖνο, εἰς τοσόνδε Ἀρβήλων ἀπέχον· καὶ τὴν ἐν Σαλαμῖνι γενομένην ναυμαχίαν πρὸς ἰσθμῷ τῷ Κορινθίων ἔξεστι λέγειν ὅτι ἐγένετο· καὶ τὴν ἐπ' Ἀρ-

de hoc Alexandri casu ab historicis scripta sunt, quæ fama à primis mendacii autoribus sparsa in hunc usque diem transmisit: neque desinet mendacii fides etiam in posteros propagari, nisi hoc scripto finis ei imponatur. Infortunium hoc in Oxydracis Alexandro obtigisse communis opinio est: quod tamen apud Mallos, liberam Indorum gentem, accidit. Nam & urbs Mallorum erat, & à Mallis ictus fuit Alexander. Porro statuerant quidem Malli Oxydracis sese conjungere, atque ita prælium inire, sed Alexander itinere per arida & siticulosa loca facto eos præverterat, priusquam aut Malli Oxydracis, aut Oxydracæ Mallis adjumento esse possent. Sed & ultimam pugnam cum Dario commissam, in quâ fugit Darius, neque prius destitit à fugâ quam à Besso caperetur, atque adventante Alexandro interficeretur, apud Arbela accidisse, publica opinio est. quemadmodum & illam quæ ante hanc fuit, ad Issum: & primum equestre prælium, ad Granicum commissum esse. Contigit sane quidem equestris pugna ad Granicum, & apud Issum altera cum Dario. Arbela vero ab eo loco, in quo Darius & Alexander postremo dimicarunt, qui plurimum prodidêre, dicunt abesse sexcentis stadiis: qui minimum, quingentis. Sed apud Gaugamela ad flumen Bumelum pugnam cum fuisse commissam Ptolemæus & Aristobulus tradunt. Atqui Gaugamela non erat oppidum, sed vicus magnus, neque locus celebris aut gratum auribus nomen præ se ferens. Quo factum puto, ut Arbelis, utpote urbi celebri, gloria pugnæ apud illam commissæ adscripta fuerit. Si vero apud Arbela prælium hoc contigisse dicendum est, quum tanto spatio ab Arbelis distet: eodem modo & navale prælium apud Salamina gestum, Isthmo Corinthio adscribere lice-

42 Παραδιδοῦσα καὶ ἐφεξῆς ἄλλοις] Tertiam vocem destituit codex optimus.

43 Αὐτίκα ἐν Ὀξυδράκαις τὸ παθ. τ. γενέσθαι] Vox prima quid boni ad hanc periodum apportet, nullus video. Interpreti utrique etiam prætermissam animadvertas. Nempe distinguendum ita: εἰ μὴ ὑπὸ τῆσδε τῆς ξυγγραφῆς παύσεται αὐτίκα. Ἐν Ὀξυδράκαις &c. hoc est, nisi ab hoc scripto statim aboleatur, nisi post exitum hujus historiæ vanescat.

44 Μάχην τὴν πρὸς Δαρεῖον γενομένην . . πρὸς Ἀρβήλοις γενέσθαι] An hoc loco in iteratione ejusdem verbi tantum decus est, ut libenter id videant, quum aliis in locis id corruperint? Ipsi consulant. Vox γενέσθαι non est in Optimo codice, qua nequaquam egemus.

45 Τῷ ποταμῷ Βυμηλῷ] Lib. III c. 8 protuli quod è scriptis potui. Nunc etsi ex Florentinis nihil addam, tamen scire oportet notari jam ab Vulcanio Βυμηλῷ, quod proxime accedit ad ipsam ibi codicis Optimi lectionem, quum tamen Bochartus potuerit scribere in *Phaleg*, fluvium Adiabas multis apud veteres inclaruisse nominibus, & in his Βύμαδον & Βύμηλον, nempe ex vitiosis hodiernorum typographiis: ubi tamen in Arriano vocem Βύμαδος potuit censere vocem nihili.

46 Κώμη ἡ μεγάλη] Meretur plane sic describi locus iste, quum ab Strabone nominetur non modo κώμη, sed etiam κώμην εὐτελῆ. Quid tamen suspicari oportet? Non modo Vulcanius notavit *in V.C. deest*, nempe particula negativa, sed eam ne in ullo quidem codice antiquo reperi, adeo ut mirum non sit, eam quoque non exstare in editione Basileensi, sed mirum sit, adeo temere potuisse ab ullo viro cordato inseri. Nam quum absit ab MSS. omnibus; etiam probabile est ab Arriano non venisse. Quæ igitur cujusquam in hoc potestas? Si argumentari placet, credibile est ab tempore istius prælii inclarescentem hunc vicum paulatim quoque increvisse, ut Arrianus eam κώμην vocet μεγάλην, quæ tempore hujus congressus non erat magna. Hinc delevi.

Ἀρτεμισίῳ τῆς Εὐβοίας, πρὸς Αἰγίνῃ ἢ Σουνίῳ· καὶ μὴν ὑπὲρ τῶν ὑπερασπισάντων ἐν τῷ κινδύνῳ Ἀλέξανδρον, Πευκέσταν μὲν γενέσθαι ξύμπαντες ὁμολογοῦσιν· ὑπὲρ Λεοννάτου δὲ οὐκέτι ξυμφέρονται, οὐδὲ ὑπὲρ Ἀβρέου τοῦ διμοιρίτου. Καὶ οἱ μὲν ξύλῳ πληγέντα κατὰ τοῦ κράνους Ἀλέξανδρον, καὶ ἰλιγγιάσαντα πεσεῖν, αὖθις δὲ ἀναστάντα, βληθῆναι βέλει[47] διὰ τοῦ θώρακος ἐς τὸ στῆθος. Πτολεμαῖος δὲ ὁ Λάγου, ταύτην μόνην τὴν πληγὴν πληγῆναι λέγει τὴν ἐς τὸ στῆθος. Τὸ δὲ δὴ μέγιστον πλημμέλημα τῶν ξυγγραψάντων τὰ ἀμφὶ Ἀλέξανδρον, ἐκεῖνο τίθεμαι ἔγωγε. Πτολεμαῖον γὰρ τὸν Λάγου ἔστιν οἳ ἀνέγραψαν ξυναναβῆναί τε Ἀλεξάνδρῳ κατὰ τὴν κλίμακα ὁμοῦ Πευκέστᾳ, καὶ ὑπερασπίσαι κειμένου, καὶ ἐπὶ τῷδε Σωτῆρα ἐπικληθῆναι[48] τὸν Πτολεμαῖον· καίτοι αὐτὸς Πτολεμαῖος ἀναγέγραφεν οὐδὲ παραγενέσθαι τούτῳ τῷ ἔργῳ· ἀλλὰ στρατιᾶς γὰρ αὐτὸς ἡγούμενος, ἄλλας μάχεσθαι μάχας καὶ πρὸς ἄλλους βαρβάρους. Ταῦτα μὲν δὴ ἐν ἐκβολῇ τοῦ λόγου ἀναγεγράφθω μοι, ὡς μὴ ἀταλαίπωρον γίγνεσθαι τοῖς ἔπειτα ἀνθρώποις τὴν ὑπὲρ τῶν τηλικούτων ἔργων τε καὶ παθημάτων ἀφήγησιν. 12 Ἐν ᾧ δὲ Ἀλέξανδρος αὐτοῦ μένων τὸ τραῦμα ἐθεραπεύετο, ἐς τὸ στρατόπεδον, ἔνθεν περ ὡρμήθη ἐπὶ τοὺς Μαλλούς, ὁ μὲν πρῶτος λόγος ἧκεν ὅτι τεθνηκὼς εἴη ἐκ τοῦ τραύματος· καὶ τὰ μὲν πρῶτα οἰμωγὴ ἦν τῆς στρατιᾶς ξυμπάσης, ἄλλου ἄλλῳ παραδιδόντος τὴν φήμην· παυσάμενοι δὲ τῆς οἰμωγῆς, ἄθυμοί τε καὶ ἄποροι ἦσαν, ὅστις μὲν ἐξηγούμενος ἔσται τῆς στρατιᾶς· (πολλοῖς γὰρ δὴ ἐν ἴσῳ τὰ τῆς ἀξιώσεως ἐδόκει πρός τε αὐτοῦ Ἀλεξάνδρου καὶ πρὸς Μακεδόνων καθεστηκέναι) ὅπως δὲ ἀποσωθήσονται ἐς τὴν οἰκείαν, τοσούτων μὲν ἐθνῶν μαχίμων περιειργόντων σφᾶς ἐν κύκλῳ· τῶν μὲν οὔπω προσκεχωρηκότων, ἃ δὴ ὑπὲρ τῆς ἐλευθερίας εἴκαζον ἀγωνιεῖσθαι καρτερῶς· τῶν δὲ ἀποστησομένων, ἀφαιρεθέντος αὐτοῖς τοῦ Ἀλεξάνδρου φόβου· ποταμῶν τε ἐν μέσῳ ἀδιαβάτων· τότε δ' ἐδόκουν εἶναι καὶ πάντα σφίσιν ἄπορα καὶ ἀμήχανα ἐρήμοις Ἀλεξάνδρου ἐφαίνετο[49]. Ὡς δὲ ἧκε ποτὲ λόγος ὅτι ζῇ

licebit: & id quod ad Artemisium Eubœæ, apud Æginam vel Sunium gestum fuisse dicetur. Sed & in iis qui Alexandrum in eo periculo scutis suis protexerunt, Peucestam fuisse omnes profitentur: de Leonnato non omnes consentiunt, ut nec de Abrea duplario. Rursus alii Alexandrum fuste ad galeam ictum, caligine oculis obortâ procidisse scribunt. quumque se denuo erexisset, thorace trajectum sagittam pectore excepisse. Ptolemæus Lagi filius in pectore solum vulneratum fuisse tradit. In eo autem præcipue mihi errasse videntur qui Alexandri res conscripserunt, quod Ptolemæum Lagi filium una cum Alexandro & Peucesta scalam conscendisse scribant, jacentemque objecto scuto protexisse; ideoque Ptolemæum Soterem, *id est servatorem*, appellatum fuisse. quamvis Ptolemæus ipse scribat se huic pugnæ non interfuisse, sed eo tempore copiarum ducem adversus alios barbaros pugnasse. Hæc mihi per digressionem dicta sint, ut in tantorum facinorum & casuum expositione posteri plus diligentiæ adhibeant. Porro 12 quum Alexander ibi ad curandum vulnus commoraretur, primo statim rumore perlatum est in castra, unde is in Mallos profectus fuerat, eum ex vulnere interiisse. Ac primo quidem ejulatus totis castris auditus est, quum ex aliis in alios fama spargeretur. Quum vero jam lamentis modum fecissent, vehementer animis consternati dubiique erant, quis exercitui præfuturus esset. (multos enim ex æquo hujus dignitatis videri capaces, cum ipsius Alexandri, tum Macedonum judicio) quo pacto etiam salvi domum reversuri essent tot undique bellicosis gentibus cincti: quarum quidem alias nondum domitas verisimile ipsis fiebat acriter pro libertate pugnaturas: alias defectionem facturas, sublato Alexandri metu. quumque tot flumina, quæ nullâ ratione transiri possent, interjecta esse cogitarent, desperatione quadam acti quid consilii caperent Alexandro destituti nesciebant. Postquam vero nuntiatum est Alexandrum vivere,

47 Βληθῆναι βέλει] Abest verbum ab Optimo. Et quidem id satis intelligitur sub verbo πληγεῖσα, ut ex eo extrahatur id quod solet per βέλος fieri.

48 Σωτῆρα ἐπικληθῆναι] *Soterem à militibus appellatum*. Sic Vulcanius, sic Facius, sic Raderus vel Freinshemius in notis Curtianis 9, 5, 21. Ego de militibus in Arriano quidem nihil animadverto, & satius censeo, rem in medio relinquere, quum si rem inspiciamus, ipse Alexander eum sic potius videatur salutavisse.

49 Τότε δ' ἐδόκουν εἶναι καὶ πάντα σφίσιν ἄπορα καὶ ἀμήχανα ἐρήμοις Ἀλεξάνδρου ἐφαίνετο] Libet contemplari delicias scriptorum, ex quibus qualiacunque hæc sermonis Græci rudimenta haurimus. Cui enim vel vox ultima aut illa ἐδόκουν εἶναι, non suspecta veniunt, præsertim si adhibeat manum Vulcanii notantis manifeste ad verbum *ἐφαίνετο in V. C. deest*. Sed nihil tale ex aliquo eorum, quos vidi, signare possum, quum omnes retineant id quod editum est. Neque existima quidquam tale cogitandum esse, quum intercedat ipse auctor, qui sic jam ferme egit III, 16 Ἐδόκει τὴν ἐπὶ Σούσων τε καὶ Βαβυλῶνος ἰέναι Ἀλεξάνδρῳ ἐκ τῆς μάχης, ὅτι οἰκούμενά τε ἐκείνῃ πάντα ἦν, καὶ ὁδὸς τοῖς σκευοφόροις οὐ χαλεπή, καὶ ἆθλον τοῦ πολέμου τὰ ἄλλα ἡ Βαβυλὼν καὶ τὰ Σοῦσα ἐφαίνετο. Intercedunt autem clarius

ζῇ Ἀλέξανδρος, ἴστω μὲν μόγις ξυνεχώρησαν· εἰ δὲ καὶ βιώσιμός ἐστιν, οὔπω ἐπιστεύετο. Ὡς δὲ καὶ γράμματα παρ' αὐτοῦ ἧκεν, ὅτι ὅσον οὔπω κατελεύσεται ἐπὶ τὸ στρατόπεδον, οὐδὲ ταῦτα τοῖς πολλοῖς ὑπὸ τοῦ ἄγαν δέους πιστὰ ἐφαίνετο· ἀλλὰ πλάττεσθαι γὰρ πρὸς τῶν ἀμφ' αὐτὸν σωματοφυλάκων τε καὶ στρατηγῶν εἰκάζετο. 13 Καὶ ταῦτα ἐννοήσας Ἀλέξανδρος, μή τι νεωτερισθείη ἐν τῇ στρατιᾷ, ὅτι πρῶτον ἠδυνήθη, κομίζεται ἐπὶ τοῦ ποταμοῦ τοῦ Ὑδραώτου τὰς ὄχθας καταπλέων κατὰ τὸν ποταμόν[50]· ἦν γὰρ τὸ στρατόπεδον ἐπὶ ταῖς ξυμβολαῖς τοῦ τε Ὑδραώτου καὶ τοῦ Ἀκεσίνου, ἵνα Ἡφαιστίων τε ἐπὶ τῆς στρατιᾶς ἦν, καὶ Νέαρχος τὸ ναυτικὸν αὐτῷ εἶχεν. Ὡς δ' ἐπέλαζεν ἡ ναῦς ἤδη τῷ στρατοπέδῳ τὸν βασιλέα φέρουσα, κελεύει δὴ ἀφελεῖν τὴν σκηνὴν ἀπὸ τῆς πρύμνης, ὡς καταφανὴς εἶναι πᾶσιν· οἱ δὲ ἔτι ἠπίστουν, ὡς νεκροῦ δῆθεν κομιζομένου Ἀλεξάνδρου, πρίν γε δὴ προσσχούσης τῆς νεὼς τῇ ὄχθῃ, ὁ μὲν τὴν χεῖρα ἀνέτεινεν ἐς τὸ πλῆθος· οἱ δὲ ἀνεβόησαν, ἐς τὸν οὐρανὸν ἀνασχόντες τὰς χεῖρας, οἱ δὲ πρὸς αὐτὸν Ἀλέξανδρον· πολλοῖς δὲ καὶ δάκρυα ἐπὶ τῷ ἀνελπίστῳ προεχύθη ἑκούσια[51]. Καὶ οἱ μὲν τῶν ὑπασπιστῶν κλίνην προσέφερον αὐτῷ ἐκκομιζομένῳ ἐκ τῆς νεώς· ὁ δὲ τὸν ἵππον προσαγαγεῖν ἐκέλευσεν. Ὡς δὲ ἐπιβὰς τοῦ ἵππου ὤφθη αὖθις, κρότῳ δὴ πολλῷ ἐπεκτύπησεν ἡ στρατιὰ πᾶσα· ἐπήχησαν δὲ αἵ τε ὄχθαι, καὶ αἱ πλησίον αὐτῶν νάπαι. Προσάγων δὲ ἤδη τῇ σκηνῇ καταβαίνει ἀπὸ τοῦ ἵππου, ὥστε καὶ βαδίζων ὀφθῆναι· οἱ δὲ ἐπέλαζον ἄλλοθεν ἄλλος, οἱ μὲν χειρῶν, οἱ δὲ γονάτων, οἱ δὲ τῆς ἐσθῆτος αὐτῆς ἁπτο-

vere, fides nuntio ægre habita est: neque enim adduci poterant, ut crederent aliquam de vitâ ejus spem superesse. quumque literæ ab eo adferrentur, quibus significabat se brevi in castra reversurum, ne id quidem plerisque præ ingenti metu credibile videbatur: confingi enim id à custodibus corporis ducibusque credebant. Hac trepidatione cognitâ Alexander, nequi in exercitu motus fierent, quam potuit celerrime ad Hydraotis fluvii ripas se deferri curavit, secundo amne navigaturus ad castra, quæ circa confluentes Hydraotis & Acesinis subsistebant; ubi Hephæstion exercitui, & Nearchus classi præerant. Mox ubi navis quæ regem vehebat castris appropinquare cœpit, tentorium è navis suæ puppi auferri jussit, ut ab omnibus conspici posset. At ne tum quidem credidêre, corpus Alexandri exanime adferri existimantes, donec navi ad ripam appulsâ dextram multitudini porrexit. Tum ingenti clamore sublato, alii in cælum, alii versus Alexandrum manus tendunt: multis præ insperato gaudio lacrymæ sponte obortæ sunt. Quumque scutati ei navem egresso lectum adferrent, ipse equum adduci jussit. quem ut inscendit, ab universo rursum exercitu applausum est, ripis ac sylvis circumvicinis clamore resonantibus. Tabernaculo autem appropinquans ex equo desilit, ut & pedibus incedens conspici posset. Tum certatim alii atque alii accurrebant, alii manus, alii genua, alii vestem ipsius contigisse, alii

clarius alii Græci sic eadem ista verba ponentes, ut Eunapius in Chrysanthio, *οὐδὲ ἐδόκει πεπράχθαι οὐδέτερον, ἀλλὰ πολύ τι καὶ ἀθρόον κατὰ τὴν μεταβολὴν ἐφαίνετο.* Diodorus Siculus xi, 35. *Διόπερ οἱ μὲν περὶ Λεωτυχίδην ἔδοξαν ὄντα μὲν πεπυσμένοι περὶ τῆς νίκης, ἀφ' ἑαυτῶν δὲ πλάττοντες τὴν εὐημερίαν ἐφάνησαν στρατηγήματος ἕνεκεν τοῦτο πεποιηκότες.* Ita citant Grammatici excerptum ex auctore antiquo: *Ῥωμαῖοι ἔθος εἶχον, μὴ ἄρχοντες φαίνεσθαι χειρῶν ἀδίκων, ἀλλ' ἀεὶ δοκεῖν ἀμυνόμενοι.* Tale est apud Livium xxi, 29. *Multitudo timebat quidem hostes, nondum obliterata memoria superioris belli; sed magis iter immensum Alpesque, rem fama utique inexpertis horrendam, metuebat.* Hic vero ita non aversatur hanc abundantiam, ut etiam in uno eodemque verbo *credebant* repetendo usurpet xxix, 37, perinde ut Herodotus iterans verbum *ἐδόκεε* 1, 116. Adeo non quæ ad significationem supervacua sunt, etiam ab usu removenda interdum existimaverunt.

50 *Καταπλέων κατὰ τὸν ποταμόν*] Lectio conficta ex similibus Arriani locis, ut vii, 7 *κατέπλει κατὰ τὸν Εὐλαῖον ποταμὸν ὡς ἐπὶ θάλασσαν*, quum tamen istæ voces etiam adhibeantur in adscensu fluvii adversi, ut in Indicis cap. 42 *παρὰ τὸν Πασιτίγριν ἄνω ἔπλεον διὰ χώρας οἰκουμένης*, & jam lib. 1 cap. 3. Et tamen cap. 14 vides scribentem, *ὀλίγον μέν τι τῷ Ὑδραώτῃ ποταμῷ καταπλεύσειν.* Jam vero utrum Alexander navigaverit secundo amne, an adverso, dubitare non potest, qui legerit has res gestas esse, postquam Hydraotem transivisset; quod indicium est, eum adhuc super confluentes Hydraotæ & Acesinis versari, quo loco tendere jusserat Hephæstionem. Quod mirum vero est, Vulcanius, in cujus editione primum exstitit hæc lectio, legit, *καὶ καταπλέων*, pro verbis, *καὶ πλέων κατὰ*, ut probat editioni præfixus indiculus; quam particulam quis omisit & aliam inseruit? Cæterum plane supervacua sunt ea verba, quum & Arrianus ad illum sensum scripturus fuerit *ὡς καταπλεύσων*. Hinc & Vulcanius postea editioni suæ adjecit *καὶ ἔπλει*, non addens, ex V. C. habuerit, an ex se. Nihil tutius, quam vetustissimis exemplaribus mentem adjicere, quorum maxima pars habet *καὶ πλέων κατὰ* &c. unde sic editum simpliciter Basileæ. Verum Optimus clare habebat *καὶ πλέων κατά*. Quid velint, satis dubium & incertum est. Certe *κομίζεσθαι πλεύσων* aut *πλέων*, ut significet *defertur navigaturus*, vel *ut navigaret*, Græcum vix est, notatque *defertur navigans* vel *navigando*. Hinc nihil occurrit mihi consultius, quam legere, prout optime legitur in MSStis *ἐπὶ τοῦ ποταμοῦ τοῦ Ὑδραώτου τὰς ὄχθας καὶ πλοῖον κατὰ τὸν ποταμόν*, *ad ripas fluvii Hydraotis & navem in isto fluvio stantem.* Vocat *πλοῖον κατὰ τὸν ποταμόν*, quod alioqui dicunt *καταπεδίασμον πλοῖον*, quod prout licuit in tempore, adornatum fuit commoditati regis.

51 *Ἑκούσια*] Scripti omnes *ἀκούσια*. Idque notum quoque habuit Vulcanius, unde in ora editionis adscripsit *al. ἀκούσια*, & voci *sponte* subnotatæ apposuit in ora *al. invitis*. Plane utroque sensu satis commode intelligi ista possunt. Cæterum liceat id obtinere, ut ne discedatur ab vero & antiquo.

ἁπτόμενοι· οἱ δὲ, καὶ ἰδεῖν ἐγγύθεν[52], καί τι καὶ ἐπευφημήσαντες ἀπελθεῖν· οἱ δὲ ταινίαις ἔβαλλον, οἱ δὲ ἄνθεσιν, ὅσα ἐν τῷ τότε ἡ Ἰνδῶν χώρα[53] παρεῖχε. Νέαρχος δὲ λέγει ὅτι χαλεποὶ αὐτῷ τῶν φίλων ἐγένοντο ὅσοι ἐκόμιζον, ὅτι αὐτὸς πρὸ τῆς στρατιᾶς κινδυνεύοι· οὐ γὰρ στρατηγοῦ ταῦτα, ἀλλὰ στρατιώτου εἶναι. καί μοι δοκεῖ ἄχθεσθαι Ἀλέξανδρος τοῖσδε τοῖς λόγοις, ὅτι ἀληθεῖς τε ὄντας ἐγίγνωσκε, καὶ αὑτὸν ὑπαίτιον τῇ ἐπιτιμήσει· καὶ ὅμως ὑπὸ μένους τε τοῦ ἐν ταῖς μάχαις, καὶ τοῦ ἔρωτος τῆς δόξης, καθάπερ οἱ ἄλλης τινὸς, ἐξηττώμενος[54], οὐ καρτερὸς

alii vel vidisse tantum contenti, & salutem felicitatemque ei precantes; alii corollas, alii flores quos tunc ferebat Indorum regio inspergere. Nearchus vero autor est, amicos qui eum deducebant, factum ejus reprehendisse, quod se tanto discrimini pro exercitu objecisset: neque enim id ducis, sed militis officium esse. quâ quidem oratione offensus mihi fuisse Alexander videtur, quod vera esset, seque merito reprehendi sentiret. Cæterum insigne Alexandri in pugnando robur, & immensa gloriæ præ cæteris rebus cupiditas transversum illum ad peri-

52 Οἱ δὲ καὶ ἰδεῖν ἐγγύθεν] Facius verterat, *alii cominus vidisse contenti, salutem illi ac felicitatem precari.* Hunc sequuturus Vulcanius quam male mutavit non mutanda? an ἐγγύθεν est *tantum*? Et quantus error utriusque, dum aliquos dicunt contentos vel vidisse? Pendet sermo ab præcedenti verbo ἐπέλαζον. ergo, inquit, quum omnes tangendi copiam habere non possent, *alii accedebant* usque *ut propius eum contemplarentur, atque etiam fausti ominis aliquid emittentes discederent.* Quod autem sequitur περὶ τῆς ταινιοβολίας, illustravit Casaubonus ad Suetonii Neronem cap. 25.

53 Ἡ Ἰνδῶν χώρα] Γῆ omnes MSS. Sequentia pedibus trahuntur ob duas litteras depravatas in vocibus ὅσοι ἐκόμιζον. Qui enim illum non tam tulisse dicuntur è navi ad castra (etsi Vulcanius ibi ἐκκομιζομένην male interpretetur *egresso*) quam elato lectulum admovisse, sunt ὑπασπισταί. An illi auctoritatem habuerunt reprehendendi regis, tam proni ad furorem? Immo eos, qui eum reprehendisse dicuntur, Arrianus φίλους vocat. An ullibi ὑπασπισταὶ dicti sunt φίλοι regis Macedoniæ? Nondum certe isti heroes censebantur tanti. Accedit, quod aliter nunc egit in verbo κομίζειν Vulcanius, dum *deducere* exponit, quod ipsi adstruendum concedo. Deinde χαλεποὶ ἐγένοντο, non potest notare *reprehendisse*, sed molestum gravemque esse. Restitue igitur, quod habent MSS. non quidem omnes (nam in aliis inveni ἐκόμιζον, unde origo erroris aperitur) sed tamen plurimi MSSti ὅσοι ἐκάκιζον. Verbum Arriano dilectum VII, 2 τοὺς σοφιστὰς κακίζοντας τὸν Καλανόν. Et cap. 5. τὴν ἀπιστίαν τῶν στρατιωτῶν ἐκάκισεν. Itaque interpretandum: *auctor est graves illi ex amicis fuisse* (id est, moleste illum tulisse) *eos, qui reprehendebant, quod &c.* Hunc sensum prorsus expressit Facius, *cum autem ex amicis nonnulli, qui factum ejus reprehenderent, ejusmodi voces, ut scribit Nearchus, graviter ferebat.* Vulcanius quum & ipse in Augustano reperisset ἐκάκιζον, neque veram sententiam vocis χαλεποὶ deprehenderet, ita male sua mutavit. *Nearchus vero auctor est, amicos factum ejus reprehendisse, moleste ferentes, quod se* &c. Nihil tale dicit Arrianus.

54 Καθάπερ οἱ ἄλλης τινὸς, ἐξηττώμενος] Recte quidem ita Vulcanius pro eo quod Basileæ fuit editum καθάπερ οἱ, quod prima fronte quisque videt subsistere non posse. Quod si tamen considerandi spatium huic loco indulgeri oportet, an ita Arrianus scripserit, vereor, ne male idem malum relinquat. Universum namque hunc locum allegat Suidas in voce Ἀλέξανδρος, & hanc quidem partem sic producit egregie & cum magna integritatis specie καθάπερ οἱ ἄλλης τινὸς ἡδονῆς ἡττώμενοι. Hoc enim caput vel maxime in Alexandro agitatum fuisse ab Græcis videtur, qualis fuerit circa ἡδονάς, quæ sicut corpus maxime spectant, sic est una in eis, quæ transit quoque ad animum, nempe δόξα & ambitio gloriæ, quas utrasque agnoscis hic ab Arriano jungi ex testimonio Suidæ. Itaque Plutarchus principio Alexandri nequit defungi, nisi eas statim aggrediatur tradens ὅτι ταῖς ἡδοναῖς ταῖς περὶ τὸ σῶμα δυσκίνητος ἦν, ὅτι φιλοτιμία παρ' ἡλικίαν ἐμβριθὲς εἶχεν τὸ φρόνημα καὶ μεγαλόψυχον, οὐδὲ γὰρ ἀπὸ πάσης οὐδὲ πάντως ἠγάπα δόξαν. Hinc igitur oportune id vocabulum videtur conservatum ab Suida: quid enim mutari meretur in hac ejus scriptura καθάπερ οἱ ἄλλης τινὸς ἡδονῆς ἡττώμενοι? Nam qui temerario alicujus rei potiundæ amore tenentur, hos legimus passim præ studio ejus nanciscendæ non fuisse sui compotes. Attamen is ipse suspectum se facit, dum pro suavissimo composito, quod est in nostris & impressis & MSStis, ἐξηττώμενος, subdit simplex ἡττώμενοι, quasi ipse commentans locum venisset ad hanc opinionem, vocem ἡδονῆς intercidisse ob verbum proximum perinde ab simili η incipiens ἡττώμενοι, unde deceptus tunc librarii oculus fuerit; quando mox alter librarius incidens in vetustius exemplar, in quo præferebatur compositum ἐξηττώμενος, conferendo utroque exemplari, videtur fecisse, ut substantivo omisso illud revocaretur in codices nostri temporis. Hos enim prorsus antehabendos judico cuicunque Suidæ supplemento & quantumvis probabili, præsertim quum & gratia illius compositi immensa sit apud Græcos, etiam Arrianum, cujus sunt ἐξαπατᾶν, ἐξακοντίζειν, ἐξανδραποδίζεσθαι & similia; & nihil in Arriano desit, qui nunc loquitur περὶ τῆς δόξης, quatenus bellicam gloriam sequitur: at vero illa est multiplex admodum, præsertim in rege, ut locus non debuerit verti *immensa gloriæ præ cæteris rebus cupiditas*, prout concipit Vulcanius, sed *attamen ab robore in pugnis & amore* hujus *gloriæ, sicut alii ab quacunque alia* gloria *superati* & possessi, *non poterat temperare sibi, ut ab periculis caveret.* Hæc ante annos à nobis conjecta fuerunt in chartam, quum modo agnovi hunc locum majore studio esse dignum; quippe qui & ipse est, quo tanquam monili fulgere voluit Ars Critica nuper in his locis emissa speciose, sed universa turpis, & ecce verba omnia ex p. III. §. 1. C. IV pag. 70. [Græci Librarii similia frequenter peccarunt, ut viri docti ostenderunt. Unum atque alterum exemplum proferam, & prius quidem ex Arriano lib. VI p. 132 Edit. H. Stephani. Sic loquitur de temeritate Alexandri ὑπὸ μὲν .... κινδύνων: *fortitudini in præliis, & amori gloriæ, tanquam alii cuidam, temperare nescius non poterat abstinere à periculis.* Manifestum hoc quidem mendum est, nam ἄλλης nihil hoc in loco sonat; sed quid scripserit *Arrianus* non ita liquet. Attamen scribendum crediderim ΟΛΚΗΣ, hoc est, *attractioni*, quæ dicitur de vi quadam, quâ veluti pondere trahimur ab iis, quæ sunt indoli nostræ consentanea. Primum K resecto dextro cornu visum esse Λ, deinde cum ὁλλης nihil significaret, mutatum in ἄλλης, quæ Græca quidem vox est, sed hoc loco sensu caret] Quam adulatoria hæc fides, quam præcipitanter sumta, quibus mutationum fucis collecta! Sane quidem inter prima id constat, ab auctore ejus scripti prælatam esse conjecturam Vulcanii scripturæ veteri: quod ut faceret, nequivit ullam caussam habere; tam enim facile ἐξηττώμενος poterat mutari in plurale, ac vocula οἱ in εἰ: unde sequitur, istum hominem flocci facere veram & probam scripturam. Aut potius non recte dixerim prælatam, quum ne sciverit quidem comparari cum alia posse, sed sine ullo examine arreptam stolide, in quam primo impetu incide-

πρὸς τὸν ἀπέχεσθαι τῶν κινδύνων. Ἄνθρωπον δέ τινα πρεσβύτερον λέγει Βοιώτιον (τὸ δὲ ὄνομα τοῦ ἀνθρώπου οὐ λέγει) ὡς ἀχθόμενόν τε πρὸς τὰς ἐπιτιμήσεις τῶν φίλων κατέμαθεν Ἀλέξανδρον καὶ ἐσκυθρωπακότα, προσελθόντα τοῦτον βοιωτιάζοντα ἅμα τῇ φωνῇ, ταῦτα φάναι· Ὦ Ἀλέξανδρε ἀνδρῶν τὰ ἔργα· καί τι καὶ ἰαμβεῖον ὑπειπεῖν[55], τὸ δὲ νοῦν εἶναι τοῦ ἰαμβείου, Ὅτι τῷ τι δρῶντι καὶ παθεῖν ἐστιν ὀφειλόμενον[56]. Καὶ τοῦτον ἔν τε τῷ παραυτίκα εὐδοκιμῆσαι, καὶ ἐπιτηδειότερον ἐς τὸ ἔπειτα Ἀλεξάνδρῳ γενέσθαι. Ἐν τούτῳ δὲ ἀφίκοντο παρ' Ἀλέξανδρον τῶν Μαλλῶν τῶν ὑπολειπομένων πρέσβεις, ἐνδιδόντες τὸ ἔθνος· καὶ παρὰ Ὀξυδρακῶν οἵ τε ἡγεμόνες τῶν πόλεων, καὶ οἱ νομάρχαι αὐτοί, καὶ ἄλλοι ἅμα τούτοις ἑκατὸν καὶ πεντήκοντα οἱ γνωριμώτατοι αὐτοκράτορες, περὶ σπονδῶν δῶρά τε ὅσα μέγιστα παρ' Ἰνδοῖς κομίζοντες, καὶ τὸ ἔθνος καὶ οὗτοι ἐνδιδόντες· συγγνωστὰ δὲ ἁμαρτεῖν ἔφασαν, οὐ πάλαι παρ' αὐτὸν πρεσβευσάμενοι· ἐπιθυμεῖν γὰρ, ὥσπερ τινὲς ἄλλοι, ἔτι μᾶλλον αὐτοὶ ἐλευθερίας τε καὶ αὐτόνομοι εἶναι· ἥντινα ἐλευθερίαν ἐξότου Διόνυσος ἐς Ἰνδοὺς ἧκε, σώαν σφίσιν εἶναι ἐς Ἀλέξανδρον· εἰ δὲ καὶ Ἀλεξάνδρῳ δοκοῦν ἐστιν (ὅτι καὶ Ἀλέξανδρον ἀπὸ θεῶν γενέσθαι λόγος κατέχει) σατράπην τε ἀναδέξεσθαι ὅντινα τάττοι Ἀλέξανδρος, καὶ φόρους ἀποίσειν τοὺς Ἀλεξάνδρῳ δόξαντας· διδόναι δὲ καὶ ὁμήρους ἐθέλειν ὅσους ἂν αἰτῇ Ἀλέξανδρος. Ὁ δὲ χιλίους ᾔτησε τοὺς κρατιστεύοντας τοῦ ἔθνους· οὓς εἰ μὲν βούλοιτο, ἀντὶ ὁμήρων καθέξειν· εἰ δὲ μὴ, ξυστρατευομένους ἕξειν, ἔστ' ἂν διαπολεμηθῇ αὐτῷ πρὸς τοὺς ἄλλους Ἰνδούς. Οἱ δὲ τούς τε χιλίους ἔπεμψαν, τοὺς κρατίστους καὶ μεγίστους σφῶν ἐπιλεξάμενοι, καὶ ἅρματα πεντακόσια, οὐκ αἰτηθέντα[57], καὶ τοὺς ἀμβάτας τῶν ἁρμάτων. Ἀλέξανδρος δὲ σατράπην μὲν τούτοις τε καὶ τῶν Μαλλῶν τοῖς ἔτι σωζομένοις ἐπέταξε Φίλιππον· τοὺς ὁμήρους δὲ αὐτοῖς ἀφῆκε, τὰ δὲ ἅρματα ἔλαβεν. Ὡς δὲ ταῦτα αὐτῷ κεκόσμητο, καὶ πλοῖα ἐπὶ τῇ διατριβῇ τοῦ τραύματος[58] πολλὰ προσεναυπήγη-

pericula abripiebat. Narrat idem Nearchus, seniorem quendam Bœotum, cujus nomen non adscribit, quum Alexandrum reprehensiones amicorum ægre ferre intelligeret, & indignationem vultu præ se ferre videret, Bœoticâ linguâ eum compellasse, ac dixisse, „O Alexander, Virorum est præ„clara facinora aggredi: simulque jambicum versum subdidisse, cujus hæc erat sententia, Qui magnum aliquid faciat, æquum esse & pati. Ac senis quidem dictum Alexandro placuisse, & chariorem ei deinceps eo nomine fuisse. Inter hæc legati à Mallis, qui reliqui erant, ad Alexandrum venerunt, deditionem totius gentis facientes. itemque ab Oxydracis urbium præfecti ac præsides regionum ipsi, & cum his alii CL maxime conspicui cum libera potestate gentis, qui pro fœdere incundo dona quæ apud Indos censentur amplissima adferebant, etiam ipsi gentem dedentes. Veniam autem deprecabantur, quod non antea legatos misissent. quam vel ideo mereri se dicebant, quod, quemadmodum quidam alii, majore adhuc jure ipsi liberi suis legibus vivere cupiissent, quam quidem libertatem jam inde ab eo tempore, quo Liber pater in Indiam venerat, ad Alexandrum usque salvam tenuerant. Quod si ita Alexandro visum esset (quoniam & ipsum ex deorum genere ortum fama esset) satrapam quem daret accepturos, tributa quæ imperaret pensuros, obsides quot peteret daturos. Alexander mille ex primoribus gentis sibi mitti jubet, quos vel pro obsidibus si vellet, teneret, vel ut militibus uteretur, donéc reliquos Indos debellasset. Atque hi quidem mille viros, quos & præstantissimos & maximos selegerant, miserunt: quingentis etiam curribus eorumque propugnatoribus (quos Alexander ne petierat quidem) adjectis. His itaque reliquisque Mallis qui servati erant, Philippo satrapa constituto, obsides remittit, currus accipit. His rebus ita gestis, navibusque compluribus dum vulnus curatur constructis, mili-

ciderat. Secundo apparet illum non satis attentum fuisse in legendo Suida, cujus certe supplementum alioqui lenissimum; & quantis partibus illo nugatorio molimine præstantius? Jam vero etiamnum codices nostri istum pluralem servant, ut debeat esse indubitabilis cum isto composito. Cæterum ex his omnibus patet manuum licentia in Arriano, quæ certe abhinc, ut spero, cessabit in hoc loco.

55 Ὑπειπεῖν] Sic lib. I cap. 4 Alexander τοσοῦτον ὑπειπών, ὅτι ἀλαζόνες Κελτοί εἰσιν. Nunc tamen Optimus cum alio ἐπειπεῖν. Habes sane lib. VII cap. 14 καὶ ἀνάθημα δοῦναί αὐτοῖς Ἀλέξανδρον κομίζειν τῷ Ἀσκληπιῷ, ἐπειπόντα, ὅτι &c.

56 Δρῶντι καὶ παθεῖν ἐστιν ὀφ.] Non tamen ut ex acumine hujus Bœoti, sed ipsius versiculi habeant id imitantes milites Mariani, qui apud Plutarchum p. 414 dicunt Ἀλλὰ καὶ παθεῖν τι δρῶντας, ὡς ἐκεῖνοι, κάλλιον. Aut Crassus suos adhortans apud Appianum pag. 246. Μὴ καταπλαγῆτε, εἰ δεῖ τι καὶ παθεῖν μεγάλων ἐφιεμένους.

57 Οὐκ αἰτηθέντα] Eleganter omnes MSS. αἰτηθέντες. Sic enim & Plutarch. in Apophtheg. 177. αἰτηθεὶς ταλάντα χιλίας. Sic Menander dixit παῖς λωτάδα αἰτούμενος apud Harpocrationem. Cæcilius in Æschrione apud Nonium in Exigor, ego illud minus nihilo exigor portorium. Ita Sidonius VI epist. 10. Glebæ canonem non petatur, ubi vide Sirmondum, sicut etiam Scaliger ad Varronem. Appianus IV Civ. οἱ μὲν αὐτοὶ ᾐτοῦντο τὰ δημόσια ...

58 Ἐπὶ τῇ διατριβῇ τοῦ τραύματος] Interpres uterque

 dum

πήγνυτο, ἀναβιβάσας ἐς τὰς ναῦς τῶν μὲν ἑταίρων ἱππέας ἑπτακοσίους καὶ χιλίους, τῶν ψιλῶν δὲ ὅσουσπερ καὶ πρότερον, πεζοὺς δὲ ἐς μυρίους, ὀλίγον μέν τι κατὰ τὸν Ὑδραώτην ποταμὸν κατέπλευσεν· ὡς δὲ συνέμιξεν ὁ Ὑδραώτης τῷ Ἀκεσίνῃ, ὅτι ὁ Ἀκεσίνης κρατεῖ τοῦ Ὑδραώτου ἐν τῇ ἐπωνυμίᾳ[59], κατὰ τὸν Ἀκεσίνην αὖ ἔπλει, ἔστε ἐπὶ τὴν ξυμβολὴν τοῦ Ἀκεσίνου καὶ τοῦ Ἰνδοῦ ἧκε. Τέσσαρες γὰρ οὗτοι μεγάλοι ποταμοί, καὶ ναυσίποροι οἱ τέσσαρες, εἰς τὸν Ἰνδὸν ποταμὸν τὸ ὕδωρ ξυμβάλλουσιν, οὐ ξὺν τῇ σφετέρᾳ ἕκαστος ἐπωνυμίᾳ· ἀλλὰ ὁ Ὑδάσπης μὲν ἐς τὸν Ἀκεσίνην ἐμβάλλει· ἐμβαλὼν δὲ τὸ πᾶν ὕδωρ, Ἀκεσίνης παρέχεται καλούμενον[60]. Αὖθις δὲ ὁ Ἀκεσίνης οὗτος ξυμβάλλει τῷ Ὑδραώτῃ, καὶ παραλαβὼν τοῦτον, ἔτι Ἀκεσίνης ἐστί. Καὶ τὸν Ὕφασιν ἐπὶ τούτῳ ὁ Ἀκεσίνης παραλαβών, τῷ αὑτοῦ δὴ ὀνόματι ἐς τὸν Ἰνδὸν ἐμβάλλει· ξυμβαλὼν δέ, ξυγχωρεῖ δὴ τῷ Ἰνδῷ. Ἔνθεν δὴ ὁ Ἰνδός, πρὶν ἐς τὸ Δέλτα σχισθῆναι, οὐκ ἀπιστῶ ὅτι καὶ ἐς ἑκατὸν σταδίους ἔρχεται, καὶ ὑπὲρ τοὺς ἑκατὸν τυχόν, ἵνα περιλιμνάζει μᾶλλον[61]. Ἐνταῦθα ἐπὶ ταῖς ξυμβολαῖς τοῦ Ἀκεσίνου καὶ τοῦ Ἰνδοῦ προσέμενεν, ἔστε ἀφίκετο αὐτῷ ξὺν τῇ στρατιᾷ Περδίκκας, καταστρεψάμενος ἐν παρόδῳ τὸ Ἀβασтανῶν ἔθνος αὐτόνομον. Ἐν τούτῳ δὲ ἄλλαι τε προσγίγνονται Ἀλεξάνδρῳ τριακόντοροι, καὶ πλοῖα στρογγύλα ἄλλα, ἃ δὴ ἐν Ξάθροις ἐναυπηγήθη αὐτῷ[62], καὶ ἄλλο ἔθνος Ἰνδῶν αὐτόνομον, προσεχώρησαν. Καὶ παρὰ Ὀσαδίων, καὶ τούτου γένους αὐτονόμου Ἰνδικοῦ, πρέσβεις ἧκον, ἐνδιδόντες καὶ οὗτοι τοὺς Ὀσαδίους. Φιλίππῳ μὲν δὴ τῆς σατραπείας ὅρους ἔταξε τὰς συμβολὰς τοῦ τε Ἀκεσίνου καὶ Ἰνδοῦ· καὶ ἀπολείπει ξὺν αὐτῷ τούς τε Θρᾷκας πάντας[63], καὶ

militeque iis impoſito; equitibus ex amicis MDCC, expeditis totidem quot antea, peditum X M, non multum ſpatii per Hydraotem emenſus, ad confluentes Hydraotis & Aceſinis pervenit. Ibi Hydraotes in Aceſinem fluens nomen amittit: Per Aceſinem itaque navigans ad confluentes Aceſinis atque Indi venit. Siquidem quatuor hi magni & navigabiles fluvii in Indum amnem labuntur, non quidem ſua ſinguli nomina ſervantes, ſed Hydaſpes in Aceſinem fertur, nomen ſuum amittens. Aceſines vero cum Hydraote in unum alveum coit: eoque aſſumto, nomen tamen ſuum Aceſines retinet. Hyphaſi etiam in ſe recepto, veterique Aceſinis nomine ſervato in Indum amnem fertur, cujus alveo immiſſus, appellationem ſuam Indo cedit. Inde, priuſquam in Δ literæ figuram ſcindatur, centum ſtadia patere Indum crediderim, imo eo amplius, ubi ſtagnum efficit. Eo igitur loci ubi Aceſinis & Indi confluentes ſunt Alexander cum claſſe ſubſtitit, donec Perdiccas cum exercitu advenit, Abaſtanis, liberâ Indorum gente, in ipſo itinere ſubactis. Inter hæc aliæ triginta remorum naves, aliæque onerariæ, quæ in Xathris (liberâ etiam in Indorum gente) conſtructæ fuerant advenerunt. Præterea legati ab Oſſadiis libero quoque Indorum populo, Alexandrum adierunt deditionem facientes. Dehinc Alexander Philippo ſatrapatus ſui limites Aceſinis & Indi confluentibus terminat, univerſo Thracum equitatu ei relicto,

dum vulnus curatur. Iſto modo verba Græca mutari poſſe nunquam crederem, niſi cum maxime oculis meis viderem. An longi temporis varia διατομὴ poteſt ſupponere curationem? Immo illa vox nihil poteſt aliud notare, niſi diductionem, diſſectionem, diſtractionem ac diviſionem, quæ voces curationi ſunt prorſus contrariæ; niſi ſi dicamus, quia & in curatione aliquando ſcindendum eſt ut exonerentur ſordes intus compreſſæ, poſſe alterum pro altero poni: quod ne poeticæ quidem improbitatis catachreſin admiſſuram reor. Eſt igitur inveterata reliquorum codicum corruptela. Unus eorum quos ipſe habui, τῇ διατομῇ τῇ τοῦ, quod ſervat Baſileenſis editio, alius τῇ διατομῇ τῇ ἐν τοῦ τε. Amplectere igitur integritatem pulcherrimi codicis, in quo pleniſſime ἐπὶ τῇ διατριβῇ τῇ ἐν τοῦ τραύματος. hoc eſt, *per moram, quam vulnus exigebat.* Plutarchus in Alexandro ægroto in Cilicia ἦν δ᾽ ἐν διατριβῇ διὰ νόσον. Quin & ipſe Arrianus II, 6. ὡς δ᾽ Ἀλεξάνδρῳ πολλὴ μὲν τριβὴ ἐπὶ τῇ νόσῳ ἐγίνετο. Itaque huc reſpicit etiam Polybius 3, 79. οὐκ ἐπιδεχομένου τοῦ καιροῦ καταμονὴν ἢ διατριβήν. Propertius 2, 1. *Tarda Philoctetæ ſanavit crura Machaon.* Hæc quum ſit medela non minus ſancta ex religioſiſſimo exemplari nobis conceſſa, non puto eam præponderare poſſe id, quod ſatis alioquin probabile & ad vulgatæ vocis literas convenientius producit ex Auguſtano Vulcanius ἐπὶ τῇ διαμονῇ τῇ ἐν τοῦ τραύματος. Qui & tunc interpretationem ſic auxit *compluribus in illa mora, dum vulnus curatur.* Ego id in nullo Florentino offendi. Et præterquam quod dubitem an ea voce uſi ſint Græci (nam Stephanus quidem eam citat, ſed ſine ulla auctoritate exempli) tum dubito de ſignificatione, quæ huc concordet: plus enim in ea continetur, quam quidem hoc loco exigitur. Etiam paulo poſt Optimus liber τῶν μὲν ἑταίρων ἱππέων ἱππέας ἑπτα.

59 Κρατεῖ τοῦ Ὑδραώτου ἐν τῇ ἐπωνυμίᾳ] Vocula ἐν non extat in Optimo.

60 Ἐμβαλὼν δὲ τὸ πᾶν ὕδωρ Ἀκεσίνης παρέχεται καλούμενον] Invenio in aliis omnibus MSS. etiam in Auguſtano Vulcanius Ἀκεσίνην, haud dubie perperam. Etſi ſic quoque in editione Baſileenſi. In altero etiam παρέχεται, nec id bene. In Optimo autem nullum univerſæ hujus periodi veſtigium extabat. Vix habeo, quod dicam.

61 Ἵνα περιλιμνάζει] Opt. cum alio ἵνα περ λιμνάζει. Longe melius & ſuavius, quum illud compoſitum ſit alienum. Etiam mox liber Optimus ἐπὶ τῇ ξυμβολῇ.

62 Ἃ δὴ ἐν Ξάθροις ἐναυπηγήθη αὐτῷ &c.] Monſtrum interpretationis edidit hoc loco Vulcanius. Si enim de Xathris nihil dicitur, niſi quod ſit libera gens, qua auctoritate illi fabricaverunt Alexandro naves? Ipſe videbis. Recte Facius, *quas in Xathris (quæ & ipſa Indorum gens libera ſe dediderat) comparari juſſerat.* Videtur vero ſcripſiſſe ἐναυπηγήθη αὐτῷ, οἱ δὲ ἄλλο ἔθνος Ἰνδῶν αὐτόνομον προσεχώρησαν. Auguſtanus habebat ἐξάθροις, atque etiam in verſione notavit *al. Oxathris.*

63 Τούς τε Θρᾷκας πάντας] Vulcanius *univerſo Thracum*

καὶ ἐκ τῶν τάξεων ὅσοι ἐς φυλακὴν τῆς χώρας ἱκανοὶ ἐφαίνοντο· πόλιν τε ἐνταῦθα κτίσαι ἐκέλευσεν ἐπ' αὐτῇ τῇ ξυμβολῇ τοῖν ποταμοῖν, ἐλπίσας μεγάλην τε ἔσεσθαι καὶ ἐπιφανῆ ἐς ἀνθρώπους, καὶ νεωσοίκους ποιηθῆναι. Ἐν τούτῳ δὲ καὶ Ὀξυάρτης ὁ Βάκτριος, ὁ Ῥωξάνης τῆς γυναικὸς Ἀλεξάνδρου πατὴρ, ἧκε παρ' Ἀλέξανδρον, καὶ προστίθησιν αὐτῷ Παραπαμισαδῶν σατραπεύειν, ἀπαλλάξας Τιρυέστην[64] τὸν πρόσθεν σατράπην, ὅτι οὐκ ἐν κόσμῳ ἐξηγεῖσθαι αὐτῷ ὁ Τιρυέστης ἐξήγγελτο. Ἔνθα δὴ διαβιβάσας Κρατερόν τε καὶ τῆς στρατιᾶς τὴν πολλὴν καὶ τοὺς ἐλέφαντας ἐν ἀριστερᾷ τοῦ Ἰνδοῦ ποταμοῦ, ὅτι εὐπορωτέρα τε ταύτῃ τὰ παρὰ τὸν ποταμὸν στρατιᾷ βαρείᾳ ἐφαίνετο, καὶ τὰ ἔθνη τὰ προσοικοῦντα οὐ πάντῃ φίλια ἦν, αὐτὸς κατέπλει ἐς τὸ Σόγδων τὸ βασίλειον· καὶ ἐνταῦθα πόλιν τε ἐτείχιζεν ἄλλην, καὶ νεωσοίκους ἐποίει ἄλλους, καὶ τὰ πλοῖα αὐτῷ τὰ πεπονηκότα ἐπεσκευάσθη. Τῆς δὲ ἀπὸ τῶν ξυμβολῶν τοῦ τε Ἰνδοῦ καὶ Ἀκεσίνου χώρας, ἔστε ἐπὶ θάλασσαν, σατράπην ἐπέδειξεν[65] Ὀξυάρτην καὶ Πίθωνα, ξὺν τῇ παραλίᾳ πάσῃ τῆς Ἰνδῶν γῆς· καὶ Κρατερὸν μὲν ἐκπέμπει αὖθις ξὺν τῇ στρατιᾷ, διὰ τῆς Ἀραχωτῶν καὶ Δραγγῶν γῆς· αὐτὸς δὲ κατέπλει ἐς τὴν Μουσικανοῦ ἐπικράτειαν, ἥν τινα εὐδαιμονεστάτην τῆς Ἰνδῶν γῆς εἶναι ἐξηγγέλλετο, ὅτι οὔπω ἀπηντήκει[66] αὐτῷ Μουσικανὸς, ἐνδιδοὺς αὐτόν τε καὶ τὴν χώραν, οὔτε πρέσβεις ἐπὶ φιλίᾳ ἐκπέμπει, οὐδέ τι οὔτε αὐτὸς ἐπεπόμφει, ἃ δὴ μεγάλῳ βασιλεῖ εἰκὸς, οὔτε τι ᾐτήκει ἐξ Ἀλεξάνδρου. Καὶ γίγνεται αὐτῷ ὁ πλοῦς κατὰ τὸν ποταμὸν ἐς τοσόνδε ἐσπουδασμένος, ὥστε ἔφθη ἐπὶ τοῖς ὁρίοις γενέσθαι τῆς Μουσικανοῦ χώρας, πρὶν πυθέσθαι Μουσικανὸν ὅτι ὥρμηται ὡς ἐπ' αὐτὸν Ἀλέξανδρος. Οὕτω δὴ ἐκπλαγεὶς, κατὰ τάχος ἀπήντα Ἀλεξάνδρῳ, δῶρά τε τὰ πλείστου ἄξια παρ' Ἰνδοῖς[67] κομίζων, καὶ τοὺς ἐλέφαντας ξύμπαντας ἄγων, καὶ τὸ ἔθνος τε καὶ αὐτὸν ἐνδιδοὺς, καὶ ὁμολογῶν ἀδικεῖν·

ćto, aliisque agminibus, quæ provinciæ custodiendæ sufficere viderentur. Ad hæc urbem ad confluentes fluminum condi jussit, arbitratus populosam & claram fore. navalia etiam ibi exstrui curavit. Per eosdem dies Oxyartes Bactrianus Roxanes Alexandri uxoris pater ad Alexandrum venit. Huic Parapamisadarum satrapatum dedit, submoto Tiryeste priore satrapa, quod non bene officio suo functus fuisse nuntiaretur. Deinde Cratero cum magnâ exercitus parte & elephantis ad sinistram Indi fluminis ripam traducto, quod ab eâ parte exercitui gravioris armaturæ commodior via futura videretur, & gentes finitimæ non omnino amicæ essent: ipse secundo amne in Sogdorum regiam navigavit. ibique aliam urbem condidit, & alia navalia exstruxit: navesque quassatas reparari jussit. Totius vero regionis, quæ à confluentibus Acesinis atque Indi ad mare usque pertinet, Oxyartem & Pythonem satrapas constituit, universâ etiam maritimâ orâ illis adjunctâ. Cratero deinde rursus cum exercitu per fines Arachotorum & Drangorum emisso, ipse secundo amne in Musicani regnum venit (quod quidem opulentissimum totius Indorum regionis esse audierat) commotus, quod Musicanus nondum ipsi obviam processerat, se pariter & regionem dediturus, neque per legatos amicitiam petierat, neque dona (ut magnum regem decebat) miserat, neque quicquam omnino ab Alexandro postulàrat: tantaque celeritate per flumen contendit, ut prius in Musicani fines irrumperet, quam is quicquam de Alexandri expeditione audisset. Inopinato itaque ejus adventu perculsus Musicanus, confestim Alexandro obviam processit, dona quæ apud Indos censentur amplissima adferens, universos etiam quos habebat elephantos ducens, gentemque pariter & se dedens, ac culpam suam agnoscens. quod quidem ad

cum equitatu. Facius: *equitibus Thracibus.* Agnoscimus sic in interpretibus nostris Thraces equites. At Freinshemius ad Curtium VIII, 14, 24, & IX, 8, 18 negat Agrianas & Thracas fuisse equestres, quum equites Agriani palam memorentur Curtio IV, 15. Verum hæ interpretationes tolerandæ non erant. Quasi vero nulla peditatus pars è Thracibus constiterit. Immo erant jaculatores Thraces, quos pedites fuisse apparet ex I, 29 περιετάχθησαν αὐτῷ τῷ μὲν δεξιῷ κέρως οἵ τε τοξόται καὶ οἱ Ἀγριᾶνες· τῷ δὲ εὐωνύμῳ οἱ ἀκοντισταὶ οἱ Θρᾷκες, ὧν ἡγεῖτο Σιτάλκης. Huc usque enim loquitur de peditibus, equites inde sequuntur. Clarius II, 5 ξυμμάχων τοὺς πεζοὺς καὶ τοὺς Θρᾷκας, ὧν Σιτάλκης ἡγεῖτο, καὶ τοὺς ἱππέας τοὺς Θετταλούς. Et cap. 9 τῶν μὲν πεζῶν οἵ τε Κρῆτες οἱ τοξόται, καὶ οἱ Θρᾷκες, ὧν ἡγεῖτο Σιτάλκης. Sic III, 12 οἱ ἀπὸ Θρᾴκης πεζοί. Itaque pronunciamus, non debere Græca à Latinis superari.

64 Τιρυέστην] Negant ambigi oportere hæc corrupta esse, legendum vero Τυριάσπην. Qua auctoritate? nempe quod ante binis locis codices nostri, non nostri, quos non vidimus ullos, scribunt per A. Ego non vidi ullum MS. codicem, qui non hoc loco legeret Τιρυέστην, ita ut bis etiam sic nunc exhibeat Optimus. Libro autem V MSS. reliqui habebant Τυριέστην, Optimus Τυριάσπην. Vulcanius notavit *al.* Τυρίεω, *al.* Τυριέως. Apud Freinshemium in notis ad Curtium IX, 8, 9 editur, quasi vocasset Tityesten, sed præli errore.

65 Σατράπην ἐπέδειξεν] MSSti omnes ἀπέδειξεν, quod magis proprium.

66 Ὅτι οὔπω ἀπηντ.] MS. Opt. efficacissime ὅτι οὔπω οὔπω. ut nusquam illud οὔπω absit.

67 Τὰ πλείστου ἄξια παρ' Ἰνδοῖς] Opt. ἄξια τοῖς Ἰνδοῖς, etsi vulgatum nequeat moveri, quod toties occurrit apud Arrianum.

δικεῖν· ὅπερ μέγιστον παρ' Ἀλεξάνδρῳ ἦν ἐς τὸ τυχεῖν ὧν τις δέοιτο· καὶ οὖν καὶ Μυσικανῷ ἐπὶ τοῖσδε ἄδεια ἐδόθη ἐξ Ἀλεξάνδρου· καὶ τὴν πόλιν ἐθαύμασεν Ἀλέξανδρος καὶ τὴν χώραν, καὶ ἄρχειν αὐτῆς Μυσικανῷ ἔδωκε. Κρατερὸς δὲ ἐν τῇ πόλει ἐτάχθη τὴν ἄκραν ἐκτειχίσαι· καὶ παρόντος ἔτι ἐτειχίσθη Ἀλεξάνδρου, καὶ φυλακὴ κατεστάθη, ὅτι ἐπιτήδειον αὐτῷ ἐφάνη τὸ χωρίον ἐς τὸ κατέχεσθαι τὰ κύκλῳ ἔθνη φυλατ-16 τόμενα. Ἔνθεν δὲ ἀναλαβὼν τούς τε τοξότας, καὶ τοὺς Ἀγριάνας, καὶ τὴν ἵππον τὴν ἅμα οἱ πλέουσαν, ἐξελαύνει ἐπὶ τὸν νομάρχην τῆς ταύτῃ γῆς (ὄνομα δὲ ἦν Ὀξυκανὸς) ὅτι μήτε αὐτὸς ἀφῖκτο, μήτε πρέσβεις παρ' αὐτοῦ ἧκον ἐνδιδόντες αὐτόν τε τὴν χώραν. Δύο μὲν δὴ πόλεις τὰς μεγίστας τῶν ὑπὸ τῷ Ὀξυκανῷ ἐξ ἐφόδου κατὰ κράτος ἔλαβεν· ἐν δὲ τῇ ἑτέρᾳ τούτων καὶ αὐτὸς Ὀξυκανὸς ἑάλω. Ὁ δὲ τὴν μὲν λείαν τῇ στρατιᾷ δίδωσι, τοὺς ἐλέφαντας δὲ ἅμα οἱ ἦγε· καὶ ἄλλαι δὲ πόλεις αὐτῷ αἱ ἐν τῇ αὐτῇ χώρᾳ ἐνεδίδοντο ἐπιόντι, οὐδέ τις ἐτράπετο ἐς ἀλκήν. Οὕτω καὶ Ἰνδοὶ πάντες ἐδεδούλωντο ἤδη τὴν γνώμην πρὸς Ἀλέξανδρόν τε καὶ τὴν Ἀλεξάνδρου τύχην. Ὁ δὲ ἐπὶ Σάμβον αὖ ἦγε, τῶν ὀρείων Ἰνδῶν σατράπην ὑπ' αὐτοῦ κατασταθέντα, ὃς πεφευγέναι αὐτῷ ἐξηγγέλλετο, ὅτι Μυσικανὸν ἀφειμένον πρὸς Ἀλεξάνδρου ἐπύθετο, καὶ τῆς χώρας τῆς ἑαυτοῦ ἄρχοντα· τὰ γὰρ πρὸς Μυσικανὸν αὐτῷ πολέμια ἦν. Ὡς δὲ ἐπέλαζεν ἤδη τῇ πόλει Ἀλέξανδρος, ἥντινα μητρόπολιν εἶχεν ἡ τοῦ Σάμβου χώρα (ὄνομα ἦν τῇ πόλει Σινδόμανα[68]) αἵ τε πύλαι αὐτῷ ἀνοίγονται προσάγοντι, καὶ οἱ οἰκεῖοι τοῦ Σάμβου τά τε χρήματα ἀπηρίθμησαν[69] καὶ τοὺς ἐλέφαντας μετὰ σφῶν ἄγοντες ἀπήντων· οὐ γὰρ δὴ Ἀλεξάνδρῳ γε πολεμίως ἔχοντα Σάμβον φυγεῖν, ἀλλὰ Μυσικανοῦ τὴν ἄφεσιν δείσαντα. Ὁ δὲ καὶ ἄλλην πόλιν ἐν τούτῳ ἀποστᾶσαν εἷλε, καὶ τῶν Βραχμάνων (οἳ δὴ σοφισταὶ τοῖς Ἰνδοῖς εἰσὶν) ὅσοι αἴτιοι τῆς ἀποστάσεως ἐγένοντο, ἀπέκτεινεν· ὑπὲρ 17 ὧν ἐγὼ τῆς σοφίας, εἰ δή τις ἐστὶν, ἐν τῇ Ἰνδικῇ ξυγγραφῇ δηλώσω. Καὶ ἐν τούτῳ Μυσικανὸς

ad ea quæ quis petiisset impetranda summam apud Alexandrum vim habebat. Alexander itaque Musicano veniâ culpæ datâ, urbem simul regionemque admiratus, pristinum imperium ei reliquit. Cratero ut arcem in urbe exstruat jubet: quæ quidem præsente adhuc Alexandro exædificata est, præsidiumque ei impositum. quod peridoneus is locus videretur ad finitimas gentes in fide atque officio continendas. Inde as- 16 sumtis sagittariis atque Agrianis, omnique equitatu quem in navibus vehebat, in ejus regionis præsidem, Oxycanum nomine, movet, quod nec ipse obviam processerat, nec legatos ipsum & regionem dedituros miserat: ac duas quidem urbes maximas quæ Oxycano parebant primo impetu cepit. in alterâ harum etiam ipse Oxycanus captus. Alexander prædam militi dat, & elephantos secum abducit: sed & reliquæ urbes adventante Alexandro deditionem faciunt, nullâ earum ad arma conversâ. Ita omnium Indorum animos Alexandri virtus & fortuna subjugârat. Posthæc adversus Sambum rursus copias ducit, quem montanis Indis satrapam constituerat, fugisseque acceperat, quum Musicanum ab Alexandro dimissum, suæque regioni præfectum audisset. Nam cum Musicano graves inimicitias gerebat. Postquam vero urbi quæ illius imperii caput est, (Sindomana ei nomen erat) appropinquavit, portæ urbis ei apertæ sunt, quique Sambo familiares ac domestici erant cum numeratâ pecuniâ & elephantis occurrerunt, declarantes Sambum non hostili animo in Alexandrum fugisse, sed Musicani dimissi metu. Quibus in fidem receptis, aliam quandam urbem quæ defecerat cepit, & Brachmanum nonnullis (qui quidem sophistæ sive sapientes apud Indos habentur) quos defectionis autores fuisse constabat, interfecit: de quorum sapientiâ, si modo ulla est, in Indicâ historiâ tractabimus. Dum hæc geruntur, Musicani defe- 17 ctio

68 *Σινδόμανα*] MS. unus *συνδόμανα*, alii cum Optimo *συνδόμανα*, quod etiam adscripsit Vulcanius. Apparet autem hæc verba sive ex Aristobulo sive ex Ptolemæo respicere quoque Strabonem in loco corrupto libri xv pag. 701 *Τήν τε τοῦ Μουσικανοῦ λέγουσι καὶ τὴν Σαβούτα Σινδομανάν*; ut editur, quum testetur Casaubonus in scriptis legi *Σινδολίαν*. Ego etsi sciam in nonnullis Strabonis exemplaribus omissa esse hæc verba, fortassis propter difficultatem; tamen satis liquide affirmem, non hîc Sabutæ terram cogitandam, ut doctissimus ille vir concipiebat, & unde Sabuta Indiæ locum retulit Ortelius; sed locum Arriani clarissime succurrere Straboni, quum ostendit oppidum istud neutrogenere plurali appellatum ab scriptoribus rerum Alexandri, unde colligitur ex illis scripsisse Strabonem *καὶ τὴν Σάβου* vel *Σάμβου, τὰ Σινδόμανα, καὶ ἔτι τὴν Ὀξυκανοῦ.*

69 *Χρήματα ἀπηριθμήθη*] Sic omne MSStorum genus, proculdubio propagatum ex uno, in quo quum ultima vocis syllaba esset neglecta, ideo fortassis quod ibi versus finiret, sic suppletum fuit, ut neutrum plurale jungeretur verbo numeri singularis, quod ille vir doctus, sed non bene cautus, passim viderat ab Arriano fieri, ut *σφάγια κατελήφθη, ταῦτα ἐξηγγέλθη, πράγματα διακεκρίσθη, πλοῖα ξυνεπήγνυτο*. Sed ea ratio locum hîc habere non potuit, ubi præcedit alter nominativus *οἰκεῖοι* aliud quid requirens. Itaque veritas aliunde exspectanda fuit. Legendum enim ex uno, sed instar omnium Optimo *ἀπηρίθμησαν*. Plane gemino exemplo VII, 8 pro *ἐχρήσαντο* inveniebam *ἐχρήσατο*. Ignoscendum Vulcanio, si in alia tunc ivit; nunc video ex V. C. etiam illi notam fuisse veram lectionem, etsi de versione nihil moneat. Unde reposui. Etiam MSSti statim *οἱ οἰκεῖοι οἵ τε.*

αὐτῷ ἀφεστάναι ἐξήγγελτο· καὶ ἐπὶ τοῦτον μὲν ἐκπέμπει Πύθωνα τὸν Ἀγήνορος, σατράπην, ξὺν στρατιᾷ ἀποχρώσῃ. Αὐτὸς δὲ τὰς πόλεις τὰς ὑπὸ Μουσικανῷ τεταγμένας, τὰς μὲν [70] ἐξανδραποδίσας αὐτῶν κατέσκαπτεν· εἰς ἃς δὲ φρουρὰς εἰσῆγε, καὶ ἄκρας ἐξετείχισε. Ταῦτα δὲ διαπραξάμενος, ἐπὶ τὸ στρατόπεδόν τε ἐπανῆκε, καὶ τὸν στόλον. ἔνθα δὴ Μουσικανός τε ξυλληφθεὶς ἄγεται πρὸς Πύθωνος [71]· καὶ τοῦτον κρεμάσαι Ἀλέξανδρος κελεύει ἐν τῇ αὐτοῦ γῇ, καὶ τῶν Βραχμάνων ὅσοι αἴτιοι τῆς ἀποστάσεως τῷ Μουσικανῷ κατέστησαν. Ἀφίκετο δὲ αὐτῷ καὶ ὁ τῶν Παττάλων τῆς χώρας ἄρχων (ὃ δὴ τὸ Δέλτα [72] ἔφην εἶναι τὸ πρὸς τοῦ ποταμοῦ τοῦ Ἰνδοῦ ποιούμενον, μεῖζον ἔτι τοῦ Δέλτα τοῦ Αἰγυπτίου) καὶ οὗτος τήν τε χώραν αὐτοῦ ἐνεδίδου πᾶσαν, καὶ αὐτόν τε καὶ τὰ αὐτοῦ ἐπέτρεψε. Τοῦτον μὲν δὴ ἐπὶ τῇ αὐτοῦ ἀρχῇ ἐκπέμπει αὖθις, παραγγείλας παρασκευάζειν ὅσα ἐς ὑποδοχὴν τῇ στρατιᾷ· αὐτὸς δὲ Κρατερὸν μὲν, τήν τε Ἀττάλου τάξιν ἄγοντα καὶ τὴν Μελεάγρου καὶ Ἀντιγένους καὶ τῶν τοξοτῶν ἔστιν οὓς καὶ τῶν ἑταίρων τε καὶ ἄλλων Μακεδόνων ὅσους ἐς Μακεδονίαν ἀπομάχους ὄντας ἤδη ἔστελλε τὴν ἐπ' Ἀραχώτων καὶ Ζαράγγων [73] ἔπεμπεν ἐς Καρμανίαν, καὶ τοὺς ἐλέφαντας τούτῳ ἄγειν ἔδωκε· τὴν δὲ ἄλλην στρατιὰν, ὅση γε μὴ ξὺν αὐτῷ κατέπλει ὡς ἐπὶ θάλασσαν, Ἡφαιστίων ἐπετάχθη. Πύθωνα δὲ τούς τε ἱππακοντιστὰς ἄγοντα καὶ τοὺς Ἀγριάνας, ἐς τὴν ἐπέκεινα ὄχθην τοῦ Ἰνδοῦ διαβιβάσας, οὐχ ᾗπερ Ἡφαιστίων τὴν στρατιὰν ἄγειν ἔμελλε, τάς τε ἐκτετειχισμένας ἤδη πόλεις ξυνοικίσαι ἐκέλευσε· καὶ εἰ δή τινα νεωτερίζοιτο πρὸς τῶν ταύτῃ Ἰνδῶν, καὶ ταῦτα ἐς κόσμον καταστήσαντα ξυμβάλλειν οἱ ἐς τὰ Πάτταλα. Ἤδη δὲ τρίτην ἡμέραν αὐτῷ τοῦ πλοῦ ἔχοντι ἐξαγγέλλεται, ὅτι τῶν Παττάλων ὕπαρχος ξυλλαβὼν τῶν Παταλέων τοὺς πολλοὺς, ἀποδεδρακὼς οἴχοιτο, ἀπολιπὼν τὴν χώραν ἔρημον· καὶ ἐπὶ τούτῳ πλείονι ἢ πρόσθεν σπουδῇ κατέπλει Ἀλέξανδρος. Ὡς δὲ ἀφίκετο ἐς τὰ Πάτταλα, τήν τε πόλιν καὶ τὴν χώραν ἐρη-

ctio nuntiatur. quapropter Pythone Agenoris filio, satrapa, cum idoneo exercitu in eum misso, ipse urbes Musicano subditas adortus, alias direptas subvertit, aliis præsidia imposuit, arcesque in iis exstruxit. His gestis, ad castra & classem rediit, quo Musicanus à Pythone captus adducitur. Hunc Alexander crucifigi in suâ regione jubet, unaque cum eo quotquot Brachmanes Musicanum ad defectionem instigârant. Eodem tempore ad eum venit Pattalorum regulus (quam regionem Indum amnem in literæ Δ figuram secare dixi, majoremque quam est Ægyptium Delta efficere) se suasque ditiones Alexandri fidei committens. atque hunc quidem imperio suo restitutum, omnia quæ ad excipiendum exercitum necessaria essent parare jussit. Ipse Craterum Attali agmen ducentem & Meleagri atque Antigenis nonnullosque ex sagittariis, ex amicis etiam & aliis Macedonibus quos inutiles bello factos in Macedoniam ablegârat versus Arachotos & Zarangos, in Carmaniam proficisci, elephantosque ducere jubet. reliquo exercitui, præter eas copias quæ secum in maritimam oram navigabant, Hephæstionem præfecit. Pythoni verò, qui equestres jaculatores & Agrianas ducebat, in ulteriorem Indi ripam traducto, non eam quâ Hephæstion exercitum ducturus erat, ut colonos in urbes jam conditas ducat imperat, & siquid apud finitimos Indos novatum esset, rebus compositis ad Pattala se cum reliquis copiis conjungat. Quumque jam triduo navigasset, nuntiatum ei est, Pattalorum regulum, magnâ Pattalensium manu coactâ, regione destitutâ aufugisse. quo nuntio accepto Alexander properantius classem agit. Quumque Pattala pervenit, urbem incolis, agrum

70 Τὰς πόλεις τὰς ὑπὸ Μυσ. τεταγμένας ἑλὼν, τὰς μὲν &c.] Quid nugarum huic loco insereretur ab grege vulgarium codicum, nempe participium ἑλὼν, idque indicio fidissimi codicis, declaravi ad v, 20.

71 Πρὸς Πύθωνος] Quod mireris, hanc lectionem retinent omnes editi, quum MSSti omnes tueantur πρὸς, idque verum sit & agnoscant interpretes, ac denique sic adscripsit etiam Vulcanius. Quod autem de Pithone ac fato Musicani notatum vides, utrumque est petitum ex Freinshemii notis ad Curtium 9, 8, 16.

72 Ὃ δὴ τὸ Δέλτα] Non aliter omnes MSSti quos inspexi; neque ferendus est Vulcanius (si modo ille in caussa est, & non Stephanus, quum certe ex Latina interpretatione excusetur Vulcanius) dum sustinet hoc mutare in ὅπου δὴ, quod præ altero penitus sordet. Quum enim ὅπου significet *ubi*, non in illo Delta aut prope illud sunt Pattala, sed ipsa Pattala appellantur illud Delta atque eadem quoque Pattala sunt regnum atque adeo ipse verissime Pattala vocat regionem eam. Turbavit credo bonum virum, quod Arrianus maluerit articuli genus referre ad sequens, quam ad præcedens. Deinde illa μεῖζον ἔτι τοῦ Δέλτα τοῦ Αἰγυπτίου, non dependent à verbo ἔφην, tanquam his quoque Arrianus diceret se repetere, quæ dixit in præcedentibus (quod nupero homini arguere visum fuit ita, ut nusquam in eis, aut ipsum fallet memoria, diceret Arrianum adseruisse doctæ Latinitatis verbo) sed tantum sunt appositio & explanatio vocis Δέλτα, quæ quidem ut hic obiter insereretur, maxime necessarium videbatur, quum salus loci ejus ac summa res ageretur. Denique hinc apparet Delta non esse ipsum acumen, sed integrum illum triangulum, ut male Vossius ad Melam.

73 Ἔστελλε, κατὰ τὴν Ἀραχώτων καὶ Ζαρ.] Imperfectus sermo: & quis dicit κατὰ τὴν Ἀραχώτων sine substantivo, ut notet *per Arachotos*? Sed sunt ineptiæ edentium. Nam omnes scripti hoc loco ἔστελλε τὴν ἐπ' Ἀραχώτων καὶ Ζαρ. quam lectionem quis sustinuit interpolare? Basileenses ἔστελλε, καὶ τὴν ἐπ' Ἀραχ. Quod restituimus, etiam vidit Vulcanius hactenus, ut notaret κατὰ in Ver. cod. deesse; qui non debuit Latina sic invertendo torquere.

ἔρημον καταλαμβάνει τῶν ἐνοικούντων τε καὶ ἐπεργαζομένων. Ὁ δὲ κατὰ δίωξιν τῶν φευγόντων ἐκπέμψας τῆς στρατιᾶς τοὺς κουφοτάτους, ἐπεί τινες αὐτῶν ξυνελήφθησαν, ἀποπέμπει τούτους παρὰ τοὺς ἄλλους, ἐντειλάμενος ἐπανιέναι θαρροῦντας· εἶναι γὰρ αὐτοῖς τήν τε πόλιν οἰκεῖν ὡς πρόσθεν, καὶ τὴν χώραν ἐργάζεσθαι· καὶ ἐπανῆλθον οἱ πολλοὶ αὐτῶν. 18 Αὐτὸς δὲ Ἡφαιστίωνι προστάξας τειχίζειν ἐν τοῖς Παττάλοις ἄκραν, ἀποπέμπει ἐς τὴν ἄνυδρον τῆς πλησίον γῆς φρέατά τε ὀρύξοντας, καὶ οἰκήσιμον τὴν χώραν κατασκευάσοντας· καὶ τούτοις ἐπέθεντο τῶν προσχώρων τινὲς βαρβάρων, καὶ ἔστι μὲν οὓς διέφθειραν αὐτῶν ἄφνω προσπεσόντες, πολλοὺς δὲ καὶ σφῶν ἀποβαλόντες, ἔφυγον εἰς τὴν ἔρημον· ὥστε ἐπιτελεσθῆναι τοῖς ἐκπεμφθεῖσι τὰ ἔργα, προσγενομένης αὐτοῖς καὶ ἄλλης στρατιᾶς, ἣν Ἀλέξανδρος, πυθόμενος τῶν βαρβάρων τὴν ἐπίθεσιν, ἐστάλκει μεθέξοντας τοῦ ἔργου. Περὶ δὲ τοῖς Παττάλοις σχίζεται τοῦ Ἰνδοῦ τὸ ὕδωρ ἐς δύο ποταμοὺς[74] μεγάλους· καὶ οὗτοι ἀμφότεροι σώζουσι τοῦ Ἰνδοῦ τὸ ὄνομα, ἔστε ἐπὶ τὴν θάλασσαν· ἐνταῦθα ναύσταθμόν τε καὶ νεωσοίκους ἐποίει Ἀλέξανδρος. Ὡς δὲ προυκεχωρήκει αὐτῷ τὰ ἔργα, ὁ δὲ καταπλεῖν ἐπενόει ἔστε ἐπὶ τὴν ἐκβολὴν τοῦ ἐν δεξιᾷ ῥέοντος ποταμοῦ ἐς τὴν θάλασσαν· Λεοννάτον μὲν δή, δοὺς αὐτῷ τῶν τε ἱππέων ἐς χιλίους καὶ τῶν ὁπλιτῶν τε καὶ ψιλῶν ἐς ὀκτακισχιλίους, κατὰ τὴν νῆσον τὰ Πάτταλα ἐκπέμπει ἀντιπαράγειν τῷ στόλῳ[75]· αὐτὸς δὲ τὰς μάλιστα τῶν νεῶν ταχυναυτούσας ἀναλαβών, ὅσαι τε ἡμιόλιαι, καὶ τὰς τριακοντόρους πάσας, καὶ τῶν κερκούρων ἔστιν οὕς, ἔπλει κατὰ τὸν ποταμὸν τὸν ἐν δεξιᾷ. Οὐκ ἔχοντι δὲ αὐτῷ ἡγεμόνα τοῦ πλοῦ, ὅτι πεφεύγεσαν οἱ ταύτῃ Ἰνδοί, ἀπορώτερα τὰ τοῦ κατάπλου[76] ἦν· χειμών τε ἐπιγίγνεται ἐς τὴν ὑστεραίαν ἀπὸ τῆς ἀναγωγῆς, καὶ ὁ ἄνεμος τῷ ῥόῳ πνέων ὑπεναντίος κοῖλόν τε ἐποίει τὸν ποταμόν, καὶ τὰ σκάφη διέσειεν, ὥστε ἐπόνησαν[77] αὐτῷ αἱ πλεῖσται τῶν νεῶν· τῶν δὲ τριακοντόρων ἔστιν αἳ καὶ πάντῃ διελύθησαν· ἔφθασαν δὲ ἐποκείλαντες αὐτάς, πρὶν παντάπασι διαπεσεῖν ἐν τῷ ὕδατι[78]. Ἕτεραι οὖν ξυνεπήγνυντο· καὶ τῶν ψιλῶν τοὺς κουφοτάτους ἐκπέμψας ἐς τὴν προσωτέρω τῆς ὄχθης χώ-

agrum agricolis vacuum reperit. Inde expeditissimis quibusque è toto exercitu qui fugientes insequerentur missis, quum nonnulli eorum capti essent, confestim eos ad alios adhuc fugientes misit, qui illos ad reditum hortarentur. liberam enim illis fore ut antea & urbis habitationem & agri culturam, multique eorum rediére. 18 Deinde Hephæstione in Pattalis arcem ædificare jusso, alios in vicinam regionem quæ aquarum inopiâ laborabat mittit, qui puteos foderent, regionemque habitabilem facerent. Hos barbarorum finitimorum nonnulli ex improviso adorti, quum aliquot interfecissent, multis etiam suorum desideratis, in solitudinem sese receperunt. Alexander, cognito barbarorum insultu, alias copias mittit quæ se prioribus adjungant, quo tutius opera jam incepta absolvant. Porro apud Pattala Indus amnis in duos ingentes fluvios scinditur, quorum uterque Indi appellationem ad mare usque retinet. Hoc loco etiam Alexander portum & navalia exstrui jussit. Quumque res omnes ex animi sententiâ succederent, statuit per ostium fluminis quod dextrorsum ferebatur mare petere. Itaque Leonnatum emittit cum mille equitibus & peditum graviter leviterque armatorum circiter VIII millibus, qui ad Pattala insulam classem promoveat. Ipse delectis navibus quæ velociores erant, ut biremibus & omnibus triginta remorum navibus, cercurisque nonnullis, per dexteriorem amnem vehi cœpit. Cæterum quum ipse neminem navigationis ducem haberet (Indi enim qui ea loca habitabant, profugerant) difficilis ea inprimis fuit. Postridie enim quam solverant ora tempestas, ventusque æstui contrarius cavas undas ciebat, navesque inter se collidebat: adeo ut pleræque quassatæ, nonnullæ vero ex triginta remorum navibus prorsus dissipatæ fuerint, ægreque ad ripam, priusquam à vorticibus plane absorberentur, appulsæ sint. Aliis igitur navibus fabricatis, & nonnullis qui inter levis armaturæ milites expeditissimi essent in remotiora ultra ripam emis-

74 Ἐς δύο ποταμούς] MSSti Florentiæ omnes cum editione Basil. ἐς ποταμούς, absque δύο. Non tamen id ex suo V. C. advertit Vulcanius.

75 Κατὰ τὴν νῆσον τὰ Πάτταλα ἀντιπαράγειν τῷ στόλῳ] *Qui ad Pattala insulam classem promoveat.* At Græca volunt, qui in insula Pattalis è regione classis procederet. Sic alibi ἀντιπαριών. Nec male Facius, *per Pattala insulam misso, ut pariter cum classe progrederetur.*

76 Ἀπορώτερα τοῦ κατάπλου] Lege ex Optimo & aliis τὰ τοῦ κατ. Id Græcum est, non vulgatum, ut & passim occurrit, & II, 2 dicit idem noster auctor τὰ τῆς [illegible].

77 Ὥς τε ἐπόνησαν] Optimus ἐπεπονήκεσαν.

78 Πρὶν παντάπασι διαπεσεῖν ἐν τῷ ὕδατι] Vulcanius *priusquam à vorticibus plane absorberentur.* Nec memorantur hic ab Arriano vortices, nec necessarii illi fuerunt, ut naves laxatæ & prorsus rumpendæ mergerentur. Hæc tamen meditatus fuit Vulcanius, quum displiceret ei forsan ob copiam versio Faciana: *quæ tamen antequam subsiderent, ad ripam salvis vectoribus appulsæ sunt.* Dicit sane auctor occupavisse eos appellere navigia ad ripas, priusquam penitus dissoluta interciderent in aquis.

χώραν, ξυλλαμβάνει τινὰς τῶν Ἰνδῶν, καὶ οὗτοι ἀπὸ τοῦδε ἐξηγοῦντο[79] αὐτῷ τὸν πόρον. Ὡς δὲ ἧκον ἵναπερ ἀναχεῖται ἐς εὖρος ὁ ποταμὸς, ὡς καὶ διακοσίους ταύτῃ σταδίους ἐπέχειν, ᾗπερ εὐρύτατος αὐτὸς αὑτοῦ ἦν, τό, τε πνεῦμα κατήει μέγα ἀπὸ τῆς ἔξω θαλάσσης, καὶ αἱ κῶπαι ἐν κλύδωνι χαλεπῶς ἀνεφέροντο[80], ξυμφεύγουσιν αὖ ἐς διώρυχα, ἐς ἣν ἵνα οἱ ἡγεμόνες αὐτῷ καθηγήσαντο. Ἐνταῦθα ὁρμισάντων, τὸ πάθημα ἐπιγίγνεται[81] τῆς μεγάλης θαλάσσης ἡ ἄμπωτις· ὥστε ἐπὶ ξηροῦ ἀπελείφθησαν αὐτοῖς αἱ νῆες. Καὶ τοῦτο οὐ τὸ πρότερον ἐγνωκόσι[82] τοῖς ἀμφ᾽ Ἀλέξανδρον, ἔκπληξιν μὲν καὶ αὐτὸ οὐ σμικρὰν παρέσχε· πολὺ δὲ δὴ ἔτι μείζονα, ἀπό τε διελθούσης[83] τῆς ὥρας προσῄει τε τὸ ὕδωρ, καὶ τὰ σκάφη μετεωρίζοντο. Ὅσαι μὲν δὴ τῶν νεῶν ἐν τῷ πηλῷ ἑδραίως κατέλαβον[84], αὗται δὲ ἀβλαβῶς τε ἐμετεωρίσθησαν, καὶ οὐδὲν χαλεπὸν παθοῦσαι, ἔπλεον αὖθις· ὅσαι δὲ ἐν ξηροτέρᾳ τε τῇ γῇ, καὶ οὐ βεβαίως γε τὴν στάσιν ἔχουσαι ὑπελείφθησαν, αὗται δὲ ἀθρόου ἐπελθόντος τοῦ κύματος, αἱ μὲν αὐτῶν ἐμπεσοῦσαι ἐς ἀλλήλας[85], αἱ δὲ πρὸς τῇ γῇ ἀραχθεῖσαι ξυνετρίβησαν. Ταύτας τε οὖν ἐπεσκεύασεν Ἀλέξανδρος ἐκ τῶν παρόντων, καὶ ἐν κερκούροιν δυοῖν προπέμπει κατὰ τὸν ποταμὸν τοὺς κατασκεψομένους τὴν νῆσον, ἐς ἣν ἵνα οἱ ἐπιχώριοι ἔφασκον ὁρμιστέα εἶναι αὐτῷ κατὰ τὸν πλοῦν τὸν ἐς τὴν θάλασσαν[86]. Κίλλουτα δὲ τῇ νήσῳ τὸ ὄνομα ἔλεγον. Ὡς δὲ ἐξηγγέλθη ὅτι ὅρμοι τε ἐν τῇ νήσῳ εἰσὶ, καὶ αὐτὴ μεγάλη, καὶ ὕδωρ ἔχουσα, ὁ μὲν ἄλλος αὐτῷ στόλος ἐς τὴν νῆσον κατέσχεν· αὐτὸς

19

emissis, Indos aliquot cepit, quibus deinceps in eo flumine navigationis ducibus est usus. Postquam verò illuc perventum est, ubi amnis latitudo in cc stadia extenditur, quâ nimirum parte amplissimus est, quum ventus à mari vehementior incumberet, remique ægre procellas retundere possent, rursus in sinum quendam quem duces navigationis iis præmonstrarunt se recipiunt. Ibi quum in statione essent, in novum metum inciderunt. Recedente enim æstu naves siccæ in limo hærebant. quod quum Græci antea ignorassent, tanto majori illis admirationi fuit; multo tamen majori, quum stato tempore recurrens æstus naves sublevavit: & quidem quæ limo firmiter insederant naves, citra ullum detrimentum sublatæ rursus navigarunt. quæ vero in sicciore terrà parum firmiter hæserant, earum aliæ recurrentis æstus impetu raptæ, invicem illisæ sunt, aliæ in ripam propulsæ dissiluerunt. His omnibus pro eo ac tempus ferebat reparatis, Alexander duabus cercuris aliquos secundo flumine præmittit qui insulam explorent, in quam indigenæ ajebant ipsi descendendum esse ad Oceanum naviganti. Eam insulam Cillutam vocabant. Qui postquam renuntiaverunt ipsam insulam magnam esse, portusque commodos & aquam habere, reliquam classem eo agi jubet.

79 *Οὗτοι ἀπὸ τοῦδε ἐξηγ.*] MSSti omnes οὗτοι τὸ ἀπὸ, neque erat abigenda ista particula.

80 *Αἱ κῶπαι ἐν κλύδωνι χαλεπῶς ἀνεφέροντο*] Immensa hallucinatio Facii: *& jam classis remis agi posset.* Vulcanius: *remique ægre procellas retundere possent.* Singularis novusque remorum usus ad procellas retundendas, sed ab interprete (quod mireris, inter maritimos vivente) excogitatus. Vertendum: *remi ægre inter fluctus tollerentur in altum.* Nempe ut ab undarum violentia liberi possent recte usurpari ac duci, neque aut frangerentur aut ab obruentibus fluctibus impedirentur temperare ictum. Nimirum remigatio in eo consistit, ut identidem remus educatur ex aqua ad constituendam ictus repetitionem; id fieri facile potest in aqua strata & placida: at ubi cientur volvunturque fluctus, ut quum putes remum ex aqua eductum habere, tunc ab anteriore inprimis parte incidens fluctus obruat eum ac impleat, non nisi difficulter & moleste ab remigante promovetur in partem proræ propiorem. Varro ex emendatione Scaligeri lib. VI LL. *ratis dicta navis longa propter remos, quod hi cum per aquam sublati dextra & sinistra duas partes facere videntur, rarescunt.* Sic & apud Ammian. lib. XXI *Clavos pro fluctuum motibus erigens.* VI, 5 αἱ κῶπαι δὲ αὐταῖς πλαγίως ἐν ταῖς δίναις γιγνόμεναι συνετρίβοντο, ὅσων γε ἐξεκατελήφθησαν ὑπὸ τοῦ ὕδατος, οὐ φθασάντων αὐτὰς μετεωρίσαι. Thucydides pag. 76. τὰς κώπας ἀδύνατοι ὄντες ἐν κλυδωνίῳ ἀναφέρειν. Hic sensus quoque latet in verbis Polybii I, 61. Τῶν δὲ πληρωμάτων εὐχερῶς ἀναφερόντων τὰς κώπας. Plane hoc ipsum dicit Longus lib. III Ποιμεν. p. 117. ἐὰν ἐν εἰλάδι ταύτῃ δρῶσι κυμάτων ἀμέλωσι, τότε κέλευσμα δρῶντες, τὰς κώπας ἀνέφερον.

81 *Πάθημα ἐπιγίγνεται*] Opt. γίγνεται. Et videtur inter hæc duo discrimen statuere Arrianus, quasi ἐπιγίνεσθαι mallet usurpare de eo, quod ex alto descendit, ut de pluvia, vento & procella vidimus supra V, 12. non item γίγνεσθαι. Cæterum quam tyrannice supprimunt & obscurant simplicitatem narrationis Arrianeæ? Arrianus dicit. *Ibi quum in statione essent, accidit id quod in magno mari* (non scilicet item in mediterraneo, & inprimis Ægæo, ubi vivunt Macedones & Græci) *accidere solet, nempe refluxus, sic ut in sicco ipsis destituerentur naves, quod quum Alexandri comitibus antehac ignoratum esset, non parum eos res ista perculit.* Nam ἔκπληξις hoc loco plus notare videtur, quam admirationem. Etiam Curtius *terrorem* vocat. Et quæ sunt siccæ naves? quid si essent humidæ?

82 *Οὐ τὸ πρότερον ἐγνωκόσι.*] MSSti omnes οὔπω πρότερον, multo melius.

83 *Ἀπό τε διελθούσης* &c.] Non cohærent ista Græca & necessario cum omnibus scriptis lege ὁπότε, neque sane aliud exprimit interpres. Similis error, licet notatu manifestissimus residebat cap. 26, ubi vide, sicut in ea voce Ælianum in Variis Historiis quoque restitui nuper ab aliis frustra tentatum.

84 *Ὅσαι μὲν δὴ τῶν ν. ἐν τ. π. ἑδραίως κατέλαβον*] Iidem omnes ὅσας & ἑδραίας, nec aliter Optimus. Sed hanc scripturam tueri nemo potest, nisi pariter corrigas κατέλαβεν, quod est elegantissimum & in solo Optimo codice ipse reperi, & in V. C. Vulcanius.

85 *Ἐμπεσοῦσαι ἐς ἀλλήλας*] Opt. ξυμπεσοῦσαι, quod longe opportunius.

86 *Πλοῦν τὸν ἐς τὴν θάλασσαν*] Optimus τὸν ἐπὶ θάλασσαν, contra quam alibi evenit; sed rite & caute, ut varietas loquendi existeret, quum mox sequatur ἐκβολὰς τὰς ἐς τὴν θάλασσαν.

αὐτὸς δὲ ταῖς ἄριστα πλεούσαις τῶν νεῶν ἐπέκεινα προὐχώρει, ὡς ἀπιδεῖν τοῦ ποταμοῦ τὴν ἐκβολὴν τὴν ἐς τὴν θάλασσαν, εἰ παρέχοι τὸν ἔκπλουν εὔπορον. Προελθόντες δὲ ἀπὸ τῆς νήσου σταδίους ὅσον διακοσίους, ἀφορῶσιν ἄλλην νῆσον ταύτην ἤδη ἐν τῇ θαλάσσῃ. Τότε μὲν δὴ ἐπανῆλθον ἐς τὴν ἐν τῷ ποταμῷ νῆσον· καὶ πρὸς τοῖς ἄκροις αὐτῆς καθορμισθεὶς, θύει τοῖς θεοῖς Ἀλέξανδρος, ὅσοις ἔφασκεν ὅτι παρὰ τοῦ Ἄμμωνος ἐπηγγελμένοι ἦν θῦσαι αὐτοῖς. Ἐς δὲ τὴν ὑστεραίαν κατέπλει ὡς ἐπὶ τὴν ἄλλην τὴν ἐν τῷ πόντῳ νῆσον· καὶ προσσχὼν καὶ ταύτῃ, ἔθυε καὶ ἐνταῦθα ἄλλας αὖ θυσίας, ἄλλοις τε θεοῖς καὶ ἄλλῳ τρόπῳ· καὶ ταύτας δὲ κατ' ἐπιθεσπισμὸν θύει[87] τοῦ Ἄμμωνος. Αὐτὸς δὲ ὑπερβαλὼν τοῦ Ἰνδοῦ ποταμοῦ τὰς ἐκβολὰς, ἐς τὸ πέλαγος ἀνέπλει, ὡς μὲν ἔλεγεν, ἀπιδεῖν εἴπου τις χώρα πλησίον ἀνίσχει ἐν τῷ πόντῳ· ἐμοὶ δὲ δοκεῖ, οὐχ ἥκιστα ὡς πεπλευκέναι τὴν μεγάλην τὴν ἔξω Ἰνδῶν θάλασσαν λέγοιτο[88]. Ἐνταῦθα ταύρους τε σφάξας τῷ Ποσειδῶνι, ἀφῆκεν ἐς τὴν θάλασσαν· καὶ σπείσας ἐπὶ τῇ θυσίᾳ, τήν τε φιάλην χρυσῆν οὖσαν, καὶ κρατῆρας χρυσοῦς ἐνέβαλλεν ἐς τὸν πόντον χαριστήρια· εὐχόμενος σῶόν οἱ παραπέμψαι τὸν στρατὸν τὸν ναυτικὸν, ὅντινα ξὺν Νεάρχῳ ἐπενόει στέλλειν ὡς ἐπὶ τὸν κόλπον τὸν Περσικὸν, καὶ τὰς ἐκβολὰς τοῦ τε Εὐφράτου καὶ τοῦ Τίγρητος. Ἐπανελθὼν δὲ ὀπίσω ἐς τὰ Πάτταλα, τήν τε ἄκραν τετειχισμένην καταλαμβάνει, καὶ Πείθωνα ξὺν τῇ στρατιᾷ ἀφιγμένον, καὶ τούτῳ ξύμπαντα καταπεπραγμένα ἐφ' οἷσπερ ἐστάλη. Ἡφαιστίων μὲν δὴ ἐτάχθη παρασκευάζειν τὰ πρὸς τὸν ἐκτειχισμὸν τοῦ ναυστάθμου καὶ τῶν νεωσοίκων τὴν κατασκευήν· καὶ γὰρ ἐνταῦθα[89] ἐπενόει στόλον ὑπολείπεσθαι νεῶν οὐκ ὀλίγων πρὸς τῇ πόλει τοῖς Παττάλοις, ἵναπερ ἐσχίζετο ὁ ποταμὸς ὁ Ἰνδός. Αὐτὸς δὲ κατὰ τὸ ἕτερον στόμα τοῦ Ἰνδοῦ ποταμοῦ κατέπλει αὖθις ἐς τὴν μεγάλην θάλασσαν, ὡς καταμαθεῖν ὅπῃ εὐπορώτερον ἡ ἐκβολὴ[90] τοῦ Ἰνδοῦ ἐς πόντον γίγνεται· ἀπέχει δὲ ἀλλήλων τὰ στόματα τοῦ ποταμοῦ τοῦ Ἰνδοῦ ἐς σταδίους μάλιστα ὀκτακοσίους καὶ χιλίους. Ἐν δὲ τῷ κατάπλῳ ἀφίκετο τῆς ἐκβολῆς τοῦ ποταμοῦ ἐς λίμνην μεγάλην, ἥν τινα ἀναχεόμενος ὁ ποταμὸς, τυχὸν δὲ καὶ ἐκ τῶν πέριξ ὑδάτων ἐμβαλλόντων ἐς αὐτὴν, μεγάλην τε ποιεῖ καὶ κόλπῳ θαλάσσης μάλιστα ἐοικυῖαν· καὶ γὰρ ἰχθύες

bet. Ipse cum lectioribus navibus ulterius progreditur, exploraturus an eâ parte quâ flumen in mare exit facilis classi transitus futurus esset: progressusque ab insulâ CC circiter stadia, aliam insulam prospicit jam in mari sitam. Tum ad priorem fluminis insulam redit, atque ad ejus promontoria appulsus, diis quibus ab Hammone se sacrificare jussum esse dicebat, sacrum facit. Postero die ad aliam in Oceano sitam insulam navigat. quo ubi venit, aliis hostiis, aliis etiam diis, alio quoque modo sacrificat, id quoque ex Hammonis oraculo facere se prædicans. Ipse Indi amnis ostia prætergressus in vasto pelago navigavit, exploraturus (ut ipse quidem dicebat) an aliqua regio vicina in mari appareret: meo verò judicio, præcipue ut in Oceano qui ultra Indos est navigasse diceretur. Ibi tauros Neptuno cæsos in mare projecit, libationeque sacrificio superadditâ, phialam auream & crateras aureos gratias agens in undas immisit. precatus ut exercitum navalem, quem cum Nearcho in sinum Persicum atque ostia Euphratis & Tigris mittere statuerat, salvum & incolumem traducat. Post hæc Pattala reversus, arcem exædificatam reperit, & Pythonem cum copiis rediisse, omnibus iis rebus ad quas missus fuerat peractis. Igitur Hephæstioni portus & navalium struendorum negotio dato (statuerat enim partem classis ad urbem Pattala, ubi Indus amnis dividitur, relinquere) ipse per alias Indi fauces rursus in Oceanum navigat, ut quâ parte facilior minusque vehemens ejus in mare irruptio sit cognoscat. Distant autem inter se duo hæc Indi amnis ostia stadiis MDCCC. Quumque jam non procul à faucibus fluminis abesset, ad magnum quendam lacum pervenit, qui aut ab ipso flumine late diffuso efficitur, aut ab aquis ex circumvicinis locis influentibus, flumenque auctius & marino sinui perquam simile reddentibus. Nam & pisces

87 Κατ' ἐπιθεσπισμὸν θύει] Nequeo præterire, in Optimo codice rursus legi θύειν, atque etiam in uno reliquorum. Et mihi videtur tum suavis esse relatio ad superius ἔφασκε, tum ostentatio magnifica Alexandri de titulo hujus sacrificii melius exprimendo.

88 Λέγοιτο] In Optimo & duobus aliis, sed & Basileensi editione id verbum non legitur, & illepide adtextum est. Sed etiam quum interpretatur Vulcanius *ut in Oceanum qui ultra Indos est navigasse diceretur*, videtur ita considerasse, quasi voces ἔξω Ἰνδῶν conjunxerit, & tali modo nunc ultra Indos navigatio Alexandri se extenderit, prout apud poetam *extra sidera tellus*. Sed non ita intelligit Arrianus ponens *mare externum* & quidem *Indorum*, quum ejus ora ab diversis possideatur gentibus. Ἰνδῶν θάλασσαν separatim habes apud nostrum, sicut etiam separatim τὴν ἔξω θάλασσαν.

89 Καὶ γὰρ ἐνταῦθα] Optimus cum alio, καὶ γὰρ καὶ ἐνταῦθα.

90 Ὅπῃ εὐπορώτερον ἡ ἐκβολὴ] Sicut inferius, ita nunc quoque Opt. cum Augustano εὐπορωτέρα. Mox idem Optimus καὶ γὰρ καὶ ἰχθύες.

ἰχθύες ἤδη ἐν αὐτῇ τῶν ἀπὸ θαλάσσης ἐφαίνοντο, μείζονες τῶν ἐν τῇδε τῇ ἡμετέρᾳ θαλάσσῃ. Προσορμισθεὶς οὖν κατὰ τὴν λίμνην, ἵναπερ οἱ καθηγεμόνες ἐξηγοῦντο, τῆς μὲν στρατιᾶς τοὺς πολλοὺς καταλείπει σὺν Λεοννάτῳ αὐτοῦ, καὶ τοὺς κερκούρους ξύμπαντας· αὐτὸς δὲ ταῖς τριακοντόροις τε καὶ ἡμιολίαις ὑπερβαλὼν τὴν ἐκβολὴν τοῦ Ἰνδοῦ, καὶ προελθὼν καὶ ταύτῃ ἐς τὴν θάλασσαν, εὐπορωτέραν τε κατέμαθε τὴν ἐπὶ τάδε τοῦ Ἰνδοῦ ποταμοῦ ἐκβολήν[91]. Καὶ αὐτὸς προσορμισθεὶς τῷ αἰγιαλῷ, καὶ τῶν ἱππέων τινὰς ἅμα οἷ ἔχων, παρὰ θάλασσαν ᾔει σταθμοὺς τρεῖς, τήν τε χώραν ὁποία τίς ἐστιν ἡ ἐν τῷ παράπλῳ ἐπισκεπτόμενος, καὶ φρέατα ὀρύττεσθαι κελεύων, ὅπως ἔχοιεν ὑδρεύεσθαι οἱ πλέοντες, αὐτὸς μὲν δὴ ἐπανελθὼν ἐπὶ τὰς ναῦς, ἀνέπλει ἐς τὰ Πάταλα· μέρος δέ τι τῆς στρατιᾶς τὰ αὐτὰ ταῦτα[92] ἐργασομένους, κατὰ τὴν παραλίαν ἔπεμψεν, ἐπανιέναι καὶ τούτοις προστάξας ἐς τὰ Πάταλα. Αὖθις δὲ ὡς ἐπὶ τὴν λίμνην καταπλεύσας, ἄλλον ναύσταθμον καὶ ἄλλους νεωσοίκους ἐνταῦθα κατεσκεύασε, καὶ φυλακὴν καταλιπὼν τῷ χωρίῳ, σῖτόν τε ὅσον καὶ ἐς τέσσαρας μῆνας ἐξαρκέσαι τῇ στρατιᾷ ἐπηγάγετο, καὶ τἆλλα ὅσα ἐν τῷ παράπλῳ παρεσκεύασεν. 21 Ἦν δὲ ἐν μὲν τῷ τότε ἄπορος ἡ ὥρα ἐς τὸν πλοῦν· οἱ γὰρ ἐτήσιοι ἄνεμοι κατεῖχον, οἳ δὴ τῇ ὥρᾳ ἐκείνῃ οὐ καθάπερ παρ' ἡμῖν ἀπ' ἄρκτου, ἀλλὰ ἀπὸ τῆς μεγάλης θαλάσσης κατὰ νότον μάλιστα ἄνεμον ἵστανται[93]. Ἀπὸ δὲ τοῦ χειμῶνος τῆς ἀρχῆς, τὸ ἀπὸ Πλειάδων δύσεως[94], ἔστε ἐπὶ τροπὰς ἃς ἐν χειμῶνι ὁ ἥλιος ἐπι-

pisces marini jam in eo conspiciebantur, majores quam nostrum mare fert. Ad eam itaque lacus partem quam duces navigationis monstrabant appulsus, plerosque militum cum Leonnato ibi relinquit, cercurosque omnes: ipse verò cum aliquot navibus triginta remorum & biremibus superato fluminis ostio, eâ quoque parte in Oceanum excurrit, faciliusque eâ parte classem in mare deduci posse cognovit. Deinde in littus cum equitibus aliquot egressus, ad maris oram tridui iter fecit, & regionis quam adnavigabat ratione exploratâ, puteos complures effodi jubet, unde aqua classi suppetere posset. Hinc conscensis rursus navibus Pattala remeat: mox partem exercitus ad puteos illos effodiendos in maritimam oram misit, mandatis additis, ut absoluto opere Pattala redeant. Ipse denuo in lacum navigans, alium portum aliaque navalia exstruxit: præsidioque ibidem relicto, frumentum in quatuor menses convexit, aliaque ad navigationem necessaria paravit. Erat vero id anni tempus ad navigandum ineptum. 21 Etesiæ enim spirabant, qui quidem eâ anni parte non à septentrione ut apud nos, sed ab Oceano ex austro potissimum exsurgunt. Siquidem ab initio hyemis, quæ simul cum occasu Plejadum incipit, ad solstitium hybernum usque naviga-

91 *Τοῦ Ἰνδοῦ ποταμοῦ ἐκβολήν*] Vox *ποταμοῦ* spuria est, neque ullius MSti testimonio confirmatur. Neque vero harum vocum eam opinor esse sententiam *faciliusque ea parte classem in mare subduci posse*, ut Vulcanius, vel *faciliorem nactus inde in mare exitum*, ut Facius intellexerunt, quasi illa *ἐπὶ τάδε* notent eam ipsam oram, ubi tunc erat Alexander. Nunquam ea sic sumuntur. Sed prorsus significat comperisse *faciliorem exitum in mare cis Indum*, hoc est, ab altera parte Indi ex dextro ostio Indi, non sinistro, quum etiam id nugatorium sit, quod paulo superius *κατὰ τὸ ἕτερον στόμα* verterit Vulcanius *per alias fauces*, quum non nisi duas fauces noverit Arrianus, & nunc lævum ostium intelligat.

92 *Τὰ φρέατα ταῦτα*] Satis præceps corrigendi genus, ut quum MSSti omnes legant *τὰ αὐτὰ ταῦτα*, quod sane cum Optimo habent reliqui, licet Vulcanius ex V. C. nihil notaverit, tu inde cogites non modo *φρέατα*, sed etiam contextui importes. Omnino ad scriptam lectionem propinquius est *τὰ ὕδατα ταῦτα*, quam ipsam vocem non diu post sic rursus usurpat. Mihi quidem sic probabilis ea apparet, ut fere supposuerim. Sed exsuperet vetustas, præsertim quum explicari satis queat.

93 *Ἀπὸ τῆς μεγάλης θαλάσσης κατὰ νότον μάλιστα ἄνεμον ἵστανται*] Vulcanius *sed ab Oceano ex austro potissimum exsurgunt*. Ita agit scilicet, quasi interpretaretur voces libri v cap. 6. *ἡ μὲν πρὸς μεσημβρίαν τε καὶ νότον ἄνεμον*. Ut scias, quando auctor eam sententiam proferre vult, posse eum decenter illa conjungere; quod quum plane nunc non faciat, male vim ei infert Facius, adeo ut ineptissime aliis amputatis, immutatis aliis dederit *nam maxime consueti ab Oceano & à meridie venti perflant*. Interim ego vereor & subdubito, an Arrianus per voces *κατὰ νότον μάλιστα ἄνεμον* id ipsum innuere voluerit, quod putarunt illi, quasi quum Oceanus vel *μεγάλη θάλασσα* etiam esset versus Eurum & Orientem, nunc eam partem Oceani determinet, quæ est versus meridiem, & quidem ex austro. An igitur ex austro vento alii exsurgunt? Imo didici 1, 27 *ἐκ νότου πνευμάτων βορείων ἐπιπνευσάντων*, sed ex successione, ut quum noti cecidissent, surgerent boreæ. Solet auctor dicere *ἀνέμους ἀπ' ἄρκτου, ἀπὸ μεσημβρίας, ἀπ' ἠοῦς καὶ δύσεως*, non vero *ἀπ' ἀπηλιώτου ἢ ζεφύρου ἀνέμου*. Etenim mihi videtur oppositio satis clara in illis elucere, quod quum dixit, ventos anniversarios apud nos ab septentrione flare, illic ubi tunc erat Alexander, nempe prope Indi ostia ad maris magni partes meridianas, statum sumere dicat ab mari magno, non eo quod est versus Orientem, sed eo de quo nunc agitur. Accedit, quod omiserit vocem *ἄνεμον*, quam non adjecisset Arrianus, si de regione cœli notanda ageret, non de vento. Id quum satis liqueat per se, tum voces illæ *κατὰ νότον μάλιστα ἄνεμον* videntur respectum habere ad rem, quæ in nostris regionibus eodem tempore fieri solet. Nam in mari mediterraneo videntur etiam stato tempore flavisse venti meridiani, perinde ut Etesiæ; & sicut hi per æstatem, ita illi per hiemem. Contrarium dicit Arrianus obtinuisse apud Indos. Nam eo tempore, de quo nunc agitur, æstas erat, & terrarum ubique sitis, & venti quidam instar nostrorum anniversariorum flabant, non tamen ut apud nos ab septentrione, sed ex vicina & adjacente parte magni maris ad instar noti venti, vel non secus ac si tunc flarent calidi & æstuantes isti noti, qui apud nos hieme flare consueverunt.

94 *Ἀπὸ δὲ τοῦ χειμῶνος τῆς ἀρχῆς τὸ ἀπὸ Πλειάδων δύσεως &c.*]

ἐπιστρέψῃ, πλόϊμα εἶναι ταύτῃ ἐξηγγέλλετο. Τότε γὰρ κατὰ γῆν μᾶλλον, οἷα δὴ πολλῷ ὕδατι ἐξ οὐρανοῦ βεβρεγμένην, αὔρας ἵστασθαι μαλθακάς, καὶ ἐς τὸν παράπλουν ταῖς τε κώπαις καὶ τοῖς ἱστίοις ξυμμέτρους. Νέαρχος μὲν δὴ ἐπιταχθεὶς τῷ ναυτικῷ προσέμενε τὴν ὥραν τοῦ παράπλου· αὐτὸς δὲ ἄρας ἐκ Πατάλων, ἔστε μὲν ἐπὶ τὸν ποταμὸν τὸν Ἀράβιον ξὺν τῇ στρατιᾷ πάσῃ προὐχώρει. Ἐκεῖθεν δὲ ἀναλαβὼν τῶν ὑπασπιστῶν τε καὶ τῶν τοξοτῶν τοὺς ἡμίσεας καὶ τῶν πεζεταίρων καλουμένων τὰς τάξεις καὶ τῶν ἵππων τῶν ἑταιρικῶν τό, τε ἄγημα καὶ ἴλην ἀφ' ἑκάστης ἱππαρχίας καὶ τοὺς ἱπποτοξότας ξύμπαντας, ὡς ἐπὶ τὴν θάλασσαν ἐν ἀριστερᾷ ἐτράπετο, ὕδατά τε ὀρύσσειν[95], ὡς κατὰ τὸν παράπλουν ἄφθονα εἶναι τῇ στρατιᾷ τῇ παραπλεούσῃ, καὶ ἅμα ὡς τοῖς Ὠρείταις, τοῖς ταύτῃ Ἰνδοῖς[96] αὐτονόμοις ἐκ πολλοῦ οὖσιν, ἄφνω ἐπιπεσεῖν, ὅτι μηδὲν φίλιον αὐτοῖς ἐς αὐτόν τε καὶ τὴν στρατιὰν ἐπέπρακτο· τῆς δὲ ὑπολειφθείσης δυνάμεως Ἡφαιστίων ἀφηγεῖτο[97]. Ἀραβῖται μὲν δή, ἔθνος καὶ τοῦτο αὐτόνομον τῶν περὶ τὸν Ἀράβιον ποταμὸν νεμομένων, οὔτε ἀξιόμαχοι δόξαντες εἶναι Ἀλεξάνδρῳ, οὔτε ὑποδῦναι ἐθελήσαντες, ὡς προσάγοντα ἐπύθοντο Ἀλέξανδρον, φεύγουσιν ἐς τὴν ἐρήμην. Ἀλέξανδρος δὲ διαβὰς τὸν Ἀράβιον ποταμόν, στενόν

τε καὶ

vigabilem iis in locis Oceanum esse narrabant. Tum enim temporis quum regio multis pluviis madet, lenes auras excitari, & ad navigationem tam remis quam velis faciendam accommodatas. Nearchus itaque classis præfectus tempus ad navigandum opportunum exspectabat. Ipse ex Pattalis solvens, ad Arabium amnem cum exercitu processit. Inde assumtâ scutatorum & sagittariorum dimidiâ parte agminibusque eorum qui pedites amici vocantur, agemate etiam equitatus ex amicis & ex singulis præfecturis equitum turmâ unâ equestribusque sagittariis omnibus, ad Oceanum lævam versus convertitur: puteosque fodi jussit, ut exercitui præternaviganti aqua abunde suppeteret, simulque ut Oritas, Indorum gentem jam inde à multo tempore liberam, insperato adoriretur: quod nullam amicitiæ erga se aut exercitum significationem edidissent. Reliquas copias Hephæstioni ducendas tradit. Cæterum Arabitæ, ipsi quoque liberi, Arabium flumen accolentes, quum neque satis virium haberent ut cum Alexandro confligerent, neque tamen sese subjicere ei vellent, simulatque eum cum exercitu adventare senserunt, in solitudines aufugerunt. Alexander transito amne, qui & angustus & modicæ altitudinis

&c.] Vertit Vulcanius *siquidem ab initio hiemis, quæ simul cum occasu Plejadum incipit*, quum ante illam interpretatus esset Facius, *siquidem ab initio hyemis, hoc est ab occasu plejadum*. Ergo ex ipsorum sententia Arrianus nunc metatorem temporum anni agit, & ne quis nesciret quod esset hiemis initium, addit explicandi gratia, id esse occasum Plejadum, quod ne vilissimus quidem aut Græcorum aut Romanorum rusticus & agricola ignoravit. Et quare Curtius, qui antecessit Arrianum ætate, non etiam, quum scriberet lib. v cap. 6 *Sub ipsum Vergiliarum sidus*, addidit, quæ, eo tempore anni ὥρα esset? aut Livius, quem illic citat Freinshemius ex lib. XXI, 35 *occidente jam sidere Vergiliarum*. An tunc fuere callentiores dierum? Accedit jam facinorosa editorum certe posteriorum contumelia in Arrianum. Nam Basileensis editio præferebat τὴν ἀρχήν. Quis ausus illud nefas sive Stephanus sive Vulcanius, ut id pro libidine sua mutaret? aut quæ turpis negligentia nuperi hominis, qui id non aut animadvertit aut castigavit? Tanto certius, quod nullus sit MStus codex, qui lectionem illam τὴν ἀρχήν non confirmet; Optimus & reliqui Florentini omnes, etiam ex V. C. Vulcanius hanc ipsam periodum sic in ora inferiore exemplaris sui manu propria notavit. Certe quidem hiems oritur sub occasu Plejadum, & ut ait Plinius Vergiliarum occasus hiemem inchoat, quod tempus in III Idus Novembris incidere consuevit; sed ex ratione & calculo, quem faciunt homines, quum jam ex statu cœli vel ante etiam occasum possint oriri hibernæ tempestates vel vice versa post earum occasum adhuc continuare temperati & tantum non æstivi vel autumnales dies. Nihilominus ut firma staret aliqua fastorum ratio, homines occasum Vergiliarum statuerunt initium hiemis. Sic quum non utique idipsum momentum semper obeant procellæ & tempestates hibernæ, quo calculus astrologorum statuit hiemem accessisse, tum dicit Arrianus, si non ab eo tempore quo primum hiems incipit, tum prorsus ab eo momento, quo fit conversio sideris per occasum Vergiliarum, usque ad solstitium hibernum, illic omnino mare esse apertum narratur ac navigabile. Similis designatio temporis est lib. VII pag. 490. Τετραμμένης δὲ τοῦ χειμῶνος, ἀμφὶ Πλειάδων μάλιστα δύσιν, ὀλίγος Εὐφράτης ῥεῖ. Nam aliquo tempore post solstitium æstivum elapso, & jam liquefactis consumptisque nivibus incipit Euphrates minor labi, sed maxime tunc, quum occidunt Vergiliæ. Scilicet est aliquid Græca perspexisse interius. Neque enim illi intellexerunt. Verti enim debuit & mens Arriani est: *sed ab hieme, utique vel prorsus per id tempus, quod est ab occasu Plejadum ad hibernum solstitium*, prout novimus illud τὴν ἀρχήν usurpari ab omnibus ferme auctoribus, creberrimeque male intellectum & versum, & notavi jam in Supplementis Lacunarum cap. VII, à quo tempore quantum de eo scriptum fuit! Itaque nihil moratus nefandas & indecoras interpolationes verum reposui.

95 Ὕδατά τε ὀρύσσειν] MSS. omnes ὀρύσσων, quod vitiose mutatum est, nec magis mutari debuit, quam inferius ἐπιπεσὼν pro ἐπιπεσεῖν, quæ duo verba sese respiciunt.

96 Τοῖς ταύτῃ Ἰνδοῖς] Ne ostentetur hic locus descriptioni Arbitarum in Indicis c. 22, ubi hi dicuntur ἔσχατοι Ἰνδῶν, nec tamen vel cum Salmasio augeantur voces Ὠρείταις καὶ τοῖς, vel deleatur vox Ἰνδοῖς ab omnibus scriptis libris servata, aut Arriani [illegible] traducatur cum nupero, apparet hoc loco Ἰνδοῖς notare Indici generis, ut Oritas dicat hac regione extremos esse qui oriundi sint ex Indis, hoc innuit τοὺς ταύτῃ Ἰνδούς, sed Arbies sunt absolute ἔσχατοι Ἰνδῶν ut Indiæ pars habeantur, ut Indis accenseantur, & quasi in India habitare existimentur.

97 Ἡφαιστίων ἀφηγεῖτο] Optimus Ἡφαιστίων αὐτῷ ἀφηγεῖτο.

τε καὶ ὀλίγου ὕδατος, καὶ διελθὼν ἐν νυκτὶ τῆς ἐρήμου τὴν πολλήν, ὑπὸ τὴν ἕω πρὸς τῇ οἰκουμένῃ ἦν· καὶ τοὺς μὲν πεζοὺς ἐν τάξει ἐκέλευσεν ἕπεσθαι, τοὺς δὲ ἱππέας ἀναλαβὼν αὐτός, καὶ ἐς ἴλας κατανείμας, ὅπως ἐπὶ πλεῖστον τοῦ πεδίου ἐπέχοιεν, ἐπῄει τὴν χώραν τῶν Ὠρειτῶν. Ὅσοι μὲν δὴ ἐς ἀλκὴν ἐτράποντο αὐτῶν, κατεκόπησαν πρὸς τῶν ἱππέων· πολλοὶ δὲ καὶ ζῶντες ἑάλωσαν. Ὁ δέ, τότε μὲν καταστρατοπέδευσε πρὸς οὐ πολλῷ ὕδατι· ὡς δὲ καὶ οἱ περὶ Ἡφαιστίωνα αὐτῷ ὁμοῦ δὴ ἦσαν[98], προὐχώρει ἐς τὸ πρόσω. Ἀφικόμενος δὲ ἐς κώμην, ἥπερ ἦν μεγίστη τοῦ ἔθνους τοῦ Ὠρειτῶν (Ῥαμβακία ἐκαλεῖτο ἡ κώμη) τόν τε χῶρον ἐπῄνεσε, καὶ ἐδόκει ἂν αὐτῷ πόλις ξυνοικισθεῖσα, μεγάλη καὶ εὐδαίμων γενέσθαι· Ἡφαιστίωνα μὲν δὴ ἐπὶ τούτοις ὑπελείπετο. 22 Αὐτὸς δὲ ἀναλαβὼν αὖθις τῶν ὑπασπιστῶν καὶ τῶν Ἀγριάνων τοὺς ἡμίσεας καὶ τὸ ἄγημα τῶν ἱππέων καὶ τοὺς ἱπποτοξότας, προῄει ὡς ἐπὶ τὰ ὅρια τῶν τε Γαδρωσῶν καὶ Ὠρειτῶν, ἵναπερ στενή τε ἡ πάροδος αὐτῷ εἶναι ἐξηγγέλλετο, καὶ Ὠρεῖται τοῖς Γαδρωσοῖς ξυντεταγμένοι πρὸς τῶν στενῶν[99] στρατοπεδεύειν, ὡς εἴρξοντες τῆς παρόδου Ἀλέξανδρον· καὶ ἦσαν μὲν ταύτῃ τεταγμένοι. Ὡς δὲ προσάγων ἤδη ἐξηγγέλλετο, οἱ μὲν πολλοὶ ἔφυγον ἐκ τῶν στενῶν, λιπόντες τὴν φυλακήν· οἱ δὲ ἡγεμόνες τῶν Ὠρειτῶν ἀφίκοντο παρ' αὐτόν, σφᾶς τε αὐτοὺς καὶ τὸ ἔθνος ἐνδιδόντες. Τούτοις μὲν δὴ προσέταξε, ξυγκαλέσαντας τὸ πλῆθος τῶν Ὠρειτῶν, πέμπειν ἐπὶ τὰ σφέτερα ἤθη, ὡς δεινὸν οὐδὲν πεισομένους· σατράπην δὲ καὶ τούτοις ἐπέταξεν Ἀπολλοφάνην, καὶ ξὺν τούτῳ ἀπολείπει Λεοννάτον τὸν σωματοφύλακα ἐν Ὤροις, ἔχοντας τούς τε Ἀγριᾶνας ξύμπαντας καὶ τῶν τοξοτῶν ἔστιν οὓς καὶ τῶν ἱππέων καὶ ἄλλους πεζούς τε καὶ ἱππέας Ἕλληνας μισθοφόρους· τό, τε ναυτικὸν[1] ὑπομένειν ἔστ' ἂν περιπλεύσῃ τὴν χώραν, καὶ τὴν πόλιν ξυνοικίζειν, καὶ τὰ κατὰ τοὺς Ὠρείτας κοσμεῖν, ὅπως μᾶλλόν τι προσέχοιεν τῷ σατράπῃ τῷ νῦν. Αὐτὸς δὲ ξὺν τῇ στρατιᾷ τῇ πολλῇ (καὶ γὰρ καὶ Ἡφαιστίων ἀφίκετο ἄγων αὐτῷ τοὺς ὑπολειφθέντας) προὐχώρει ὡς ἐπὶ Γαδρωσούς, ἔρημον τὴν πολλήν· καὶ ἐν τῇ ἐρήμῳ ταύτῃ λέγει Ἀριστόβουλος σμύρνης πολλὰ δένδρα πεφυκέναι, μείζονα ἢ κατὰ τὴν ἄλλην σμύρναν· καὶ τοὺς Φοίνικας τοὺς κατ' ἐμπορίαν τῇ στρατιᾷ ξυνεπομένους, ξυλλέγοντας τὸ δάκρυον τῆς σμύρνης (πολὺ γὰρ εἶναι, οἷα δὴ ἐκ μεγάλων τε τῶν πρέμνων, καὶ οὔπω πρόσθεν ξυλλελεγμένον[1])

nis erat, magnam solitudinis partem eâ nocte transgressus, sub auroram cultæ habitatæque regioni appropinquavit. Tum peditibus instructâ acie sequi jussis, ipse sumtis equitibus, iisque per turmas distributis atque expansis, ut magnam campi partem occuparent, Oritarum fines invadit. Plerique eorum qui ad arma confugerant ab equitatu cæsi: non pauci etiam vivi in potestatem venerunt. Post hæc modico fluvio reperto, juxta eum castra locat. Deinde ubi Hephæstion cum reliquis copiis advenit, ulterius progressus est. Quumque ad pagum quendam venisset, qui erat ejus gentis maximus, (Rambacia ei nomen erat) situm loci laudavit, urbemque magnam & opulentam, coloniâ in eam deductâ, fore judicabat. Atque Hephæstioni quidem id negotii dat: ipse sumtâ rursus 22 secum scutatorum atque Agrianum dimidiâ parte, equitumque agemate & sagittariis equestribus, ad fines Gadrosorum atque Oritarum contendit, qua angustus ad eos aditus patere nuntiabatur. ad quem Oritæ Gadrosis conjuncti castra locârant, Alexandrum transitu prohibituri. Atque ii quidem acie instructâ stantes, simulac adventare Alexandrum audierunt, deserto præsidio ex angustiis profugerunt. At vero duces Oritarum ad eum profecti, & se & gentem in ejus potestatem dederunt. His imperat, ut convocatâ Oritarum multitudine, domum eos remittant: nihil incommodi, si id faciant, accepturos. Satrapam iis constituit Apollophanem, Leonnato corporis custode illi adjuncto, qui in Oris Agrianas omnes, & sagittariorum equitumque nonnullos, aliosque pedites & equites Græcos mercenarios apud se habeant. utque classem exspectantes dum illa regionem circumnavigarit, urbem inhabitandam curent, & Oritarum res componant, ut satrapæ magis dicto audientes sint. Ipse cum magnâ exercitus parte (jam enim Hephæstion advenerat reliquas copias adducens) in Gadrosorum regionem maximâ ex parte desertam contendit. In hac solitudine tradit Aristobulus multas myrrhæ arbores nasci, vulgari myrrhâ majores. Phœnices autem qui mercimoniorum causâ exercitum comitabantur, collectâ lacrymâ myrrhæ (ingens enim ejus copia erat, quippe quod & rami magni erant, & nunquam antea quicquam ex iis col-

98 Ὁμοῦ δὴ ἦσαν] Optimus ὁμοῦ ἤδη ἦσαν.

99 Πρὸς τῶν στενῶν] Optimus στενῶν, nec rejiciendum puto, etsi semel modo notarim. Sed & plerique MSSti πρὸ τῶν.

1 Μισθοφόρους· τό τε ναυτικὸν] Omnino perfectior sermo, quem habet codex optimus μισθοφόρους· καὶ τότε ναυτ. Vide modo & probabis.

νων[2]) ἐμπλήσαντας τὰ ὑποζύγια ἄγειν. Ἔχειν δὲ τὴν ἔρημον ταύτην καὶ νάρδου ῥίζαν πολλήν τε καὶ εὔοσμον, καὶ ταύτην ξυλλέγειν τοὺς Φοίνικας· πολὺ δὲ εἶναι αὐτῆς τὸ καταπατούμενον πρὸς τῆς στρατιᾶς, καὶ ἀπὸ τοῦ πατουμένου ὀδμὴν ἡδεῖαν κατέχειν ἐπὶ πολὺ τῆς χώρας· τοσόνδε εἶναι τὸ πλῆθος. Εἶναι δὲ καὶ ἄλλα δένδρα ἐν τῇ ἐρήμῳ, τὸ μέν τι δάφνῃ ἐοικὸς τὸ φύλλον, καὶ τοῦτο ἐν τοῖς προσκλυζομένοις τῇ θαλάσσῃ χωρίοις πεφυκέναι, καὶ ἀπολείπεσθαι μὲν τὰ δένδρα πρὸς τῆς ἀμπώτεως ἐπὶ ξηροῦ, ἐπελθόντος δὲ τοῦ ὕδατος, ἐν τῇ θαλάσσῃ ἐπικλύζεσθαι, ὅσα ἐν κοίλοις[3] χωρίοις ἐπεφύκει· ἔνθεν γὰρ οὐχ ὑπενόστει τὸ ὕδωρ, καὶ ὅμως οὐ διαφθείρεσθαι τὸ δένδρον πρὸς τῆς θαλάσσης. Εἶναι δὲ τὰ δένδρα ταύτῃ πήχεων τριάκοντα ἔστιν ἃ αὐτῶν· τυχεῖν τε ἀνθοῦντα ἐκείνῃ τῇ ὥρᾳ, καὶ τὸ ἄνθος εἶναι τῷ λευκῷ μάλιστα ἴῳ προσφερές, τὴν ὀδμὴν δὲ πολύ τι ὑπερφέρον· καὶ ἄλλον εἶναι καυλὸν ἐκ τῆς πεφυκότα ἀκάνθης, καὶ τούτῳ ἐπεῖναι ἰσχυρὰν τὴν ἄκανθαν, ὥστε ἤδη τισὶ καὶ παρεκπορευθέντων ἐμπλακεῖσαν τὴν ἐσθῆτα[4] κατασπάσαι ἀπὸ τοῦ ἵππου μᾶλλόν τι τὸν ἱππέα, ἢ αὐτὴν ἀποσχισθῆναι ἀπὸ τοῦ καυλοῦ. Καὶ τῶν λαγωῶν λέγεται ὅτι παραθεόντων ἔχεσθαι ἐν ταῖς θριξὶν αἱ ἄκανθαι· καὶ ὅτι οὕτως ἡλίσκοντο[5] οἱ λαγωοί, καθάπερ ὑπὸ ἰξοῦ αἱ ὄρνιθες, ἢ τοῖς ἀγκίστροις οἱ ἰχθύες· σιδήρῳ δὲ ὅτι διακοπῆναι οὐ χαλεπὴ ἦν· καὶ ὀπὸν ὅτι ἀνίει πολὺν ὁ καυλός, τῆς ἀκάνθης τεμνομένης, ἔτι πλείονα ἢ αἱ συκαῖ τοῦ ἦρος, καὶ δριμύτερον. 23 Ἔνθεν δὲ διὰ τῆς Γαδρωσῶν χώρας ᾔει ὁδὸν χαλεπήν, καὶ ἄπορον τῶν ἐπιτηδείων, τῶν τε ἄλλων, καὶ ὕδωρ πολλαχοῦ τῇ στρατιᾷ οὐκ ἦν· ἀλλὰ νύκτωρ ἠναγκάζοντο γῆν πολλὴν πορεύεσθαι, καὶ προσωτέρω ἀπὸ θαλάσσης, ἐπεὶ αὐτῷ γε ἐν σπουδῇ ἦν ἐλθεῖν τὰ παρὰ τὴν θάλασσαν τῆς χώρας, καὶ λιμένας τε ἰδεῖν τοὺς ὄντας, καὶ ὅσα τε ἐν παρόδῳ δυνατὰ γένοιτο τῷ ναυτικῷ παρασκευάσαι[6], ἢ φρέατα ὀρύξαντας, ἢ ἀγορᾶς που ἢ ὅρμου

collectum fuerat) jumenta onerasse. Habere præterea eam solitudinem magnam nardi odoratæ radicum copiam, & Phœnices magnam quoque ejus vim legisse. Multum etiam ab exercitu proculcatum fuisse, atque ex eâ protritione suavissimum odorem late diffusum. tantam ibi ejus esse copiam. Alia præterea ibi nasci arborum genera, quarum folia lauri foliis sint similia. atque eas quidem iis locis quas mare alluit nasci, & recedente æstu in sicco destitui: accedente verò æstu, inundari eas quæ in concavis atque sinuosis locis nascuntur. ubi vero mare non recedit, ne iis quidem locis natas arbores à mari corrumpi. Harum arborum àltitudinem esse triginta cubitorum: ac tum quidem temporis floruisse: florem albæ violæ persimilem esse, odoris tamen suavitate longe superare. caulem etiam alium esse ex spinâ ortum, eique adeo validam spinam adnasci, ut si cujus adequitantis vesti implicata fuerit, eques citius equo detrahatur quam ipsa à caule avellatur. Leporum etiam prætercurrentium pilis ita adhærescere spinæ dicuntur, ut perinde ac visco aves, aut hamis pisces, ita lepores spinis istis capiantur. Ferro tamen non difficulter incidi, spinâque dissectâ multum succi è caule emitti, multoque uberiorem quam ex ficubus verno tempore, ac magis austerum. 23 Exinde Alexander per Gadrosorum regionem profectus est viâ difficili, & rerum necessariarum indigâ. atque inter alia, magnâ aquæ penuriâ exercitus laborabat, noctuque multum itineris conficere, longeque à mari discedere cogebatur. Cupiebat enim Alexander regionem mari vicinam obire, & quinam portus essent, ex propinquo perlustrare, simulque per transitum quæ classi necessaria essent præparare, & puteos effodi, foraque & portus statui curare. Cæ-

2 Οὕτω τρέθεν ξυλλεγμένον] Bene si ita placet. Sed in libro antiquo vidi ξυλλεγόμενον, ut ex V.C. notavit etiam Vulcanius. Sed in alio erat ξυλλελεγμένον, quod revocavi, prout exstat c. 26.

3 Ἐπικλύζεσθαι, ὅσα ἐν κοίλοις] Attende quæso, quid acuti dicat hoc loco Vulcanius. Dicit accedente æstu inundari eas quæ in concavis atque sinuosis locis nascuntur. Quis hoc exspectaverat? quis hoc ignoraverat? Deinde pergit, *ubi vero mare non recedit, ne iis quidem in locis natas arbores à mari corrumpi.* Id vero notabile est. Sed ubi id accidit? quibus in locis mare manet? an non in concavis atque sinuosis? Ergo in prima periodo idem dicit quod in posteriore. Temere nunc oculos jecit in editionem Basileensem, non in Facii interpretationem, ut frequenter solet. Quum Græca male distincta sint (nam voces ab ὅσα &c. non debent cohærere & jungi præcedenti ἐπικλύζεσθαι, sed inde separari & addi sequentibus) recte in versione sua distinxit Facius, ex quo sic mutanda erant Vulcaniana, iis locis quos mare alluit nasci, & recedente quidem æstu in sicco destitui, accedente vero aqua inundari mari: quæ vero in cavis locis, unde aqua non recedit, nascerentur, ne eas quidem arbores ab salsedine maris corrumpi, etsi semper obrutas.

4 Ἐμπλακεῖσαν τὴν ἐσθῆτα] Omnes scripti τῇ ἐσθῆτι, & melius procedit sermo. Sed & mox antea liber Optimus πηχέων καὶ τριάκοντα.

5 Καὶ ὅτι οὕτως ἁλίσκοιτο] Hanc quidem scripturam quam credo diu ante viderat ultimus editor in Vulcanio, quam in Gandensi codice, in uno antiquo reperi, in altero autem καὶ ὅτι οὕτως. Nimirum omnes tam librarii vetusti scriptura, quam viri docti conjecturis scopum veritatemque circumerrant potius quam attingunt. Lege ex Opt. καὶ οὕτω τοι ἁλίσκοιτο, quod per est bellum & suave.

6 Καὶ ὅσα τε ἐν παρόδῳ δυνατὰ γένοιτο παρασκευάσαι] Ab MSto Optimo abest vox δυνατὰ; quod & ipsum longe præstat.

ἐπιμεληθέντας. Ἀλλὰ ἦν γὰρ ἔρημα παντάπασι τὰ πρὸς τῇ θαλάσσῃ τῆς Γαδρωσῶν γῆς. Ὁ δὲ Θόαντα τὸν Μανδροδώρου καταπέμπει ἐπὶ θάλασσαν ξὺν ὀλίγοις ἱππεῦσι, κατασκεψόμενον εἴπου τις ὅρμος ὢν τυγχάνει ταύτῃ, ἢ ὕδωρ οὐ πόρρω ἀπὸ θαλάσσης, ἤ τι ἄλλο τῶν ἐπιτηδείων· καὶ οὗτος ἐπανελθὼν ἀπήγγειλεν ἁλιέας τινὰς καταλαβεῖν ἐπὶ τοῦ αἰγιαλοῦ ἐν καλύβαις πνιγηραῖς· πεποιῆσθαι δὲ τὰς καλύβας, ξυνθέντας τὰς κόγχας· στέγην δὲ εἶναι αὐταῖς τὰς ἀκάνθας τῶν ἰχθύων· καὶ τούτους τοὺς ἁλιέας ὕδατι ὀλίγῳ διαχρῆσθαι, χαλεπῶς διαμωμένους τὴν κάχληκα· καὶ οὐδὲ τούτῳ πάντη γλυκεῖ τῷ ὕδατι. Ὡς δὲ ἀφίκετο Ἀλέξανδρος ἐς χῶρόν τινα τῆς Γαδρωσίας, ἵνα ἀφθονώτερος ἦν σῖτος, διανέμει ἐς τὰ ὑποζύγια τὸν καταληφθέντα· καὶ τοῦτον σημηνάμενος τῇ ἑαυτοῦ σφραγῖδι, κατακομίζειν κελεύει ὡς ἐπὶ θάλασσαν. Ἐν ᾧ δὲ ᾔει ὡς ἐπὶ τὸν σταθμόν, ὅθεν περ ἐγγύτατα ἦν ἡ θάλασσα[7], ἐν τούτῳ ὀλίγοι φροντίσαντες[8] οἱ στρατιῶται τῆς σφραγῖδος, αὐτοί τε οἱ φύλακες τῷ σίτῳ ἐχρήσαντο, καὶ ὅσοι μάλιστα λιμῷ ἐπιέζοντο καὶ τούτοις μετέδωκαν. Ἐς τοσόνδε πρὸς τοῦ κακοῦ ἐνικῶντο, ὡς τὸν πρόδηλον καὶ παρόντα ἤδη ὄλεθρον τοῦ ἀφανοῦς τε καὶ πρόσω ἔτι ὄντος ἐκ τοῦ βασιλέως κινδύνου, ξὺν λογισμῷ ἔδοξε σφίσιν ἔμπροσθεν ποιήσασθαι· καὶ Ἀλέξανδρος καταμαθὼν τὴν ἀνάγκην, συνέγνω τοῖς πράξασι. Αὐτὸς δὲ ὅσα ἐκ τῆς χώρας ἐπιδραμὼν ξυναγαγεῖν ἠδυνήθη εἰς ἐπισιτισμὸν τῇ στρατιᾷ τῇ περιπλευσούσῃ ξὺν τῷ στόλῳ, ταῦτα κομίσοντα πέμπει Κρηθέα τὸν Καλλατιανόν· καὶ τοῖς ἐγχωρίοις προσετάχθη, ἐκ τῶν ἄνω τόπων σῖτόν τε ὅσον δυνατοὶ ἦσαν κατακομίσαι ἀλέσαντας· καὶ τὰς βαλάνους τὰς τῶν φοινίκων, καὶ πρόβατα ἐς ἀγορὰν τῷ στρατῷ· καὶ ἐς ἄλλον αὖ τόπον Τήλεφον κατέπεμψε, τῶν ἑταίρων, σὺν σίτῳ οὐ πολλῷ ἀληλεσμένῳ. Αὐτὸς δὲ προὐχώρει ὡς ἐπὶ τὰ βασίλεια[9] τῶν Γαδρωσῶν (ὁ δὲ χῶρος Πύρα ὀνομάζεται) ἵναπερ ἀφίκετο ἐξ Ὤρων ὁρμηθείς, ἐν ἡμέραις ταῖς πάσαις ἑξήκοντα. Καὶ λέγουσιν οἱ πολλοὶ τῶν ξυγγραψάντων τὰ ἀμφ' Ἀλέξανδρον, οὐδὲ τὰ ξύμπαντα ὅσα ἐταλαιπώρησεν αὐτῷ κατὰ τὴν Ἀσίαν ἡ στρατιά, ξυμβληθῆναι ἄξια εἶναι τοῖς τῇδε πονηθεῖσι πόνοις. οὐ μὴν ἀγνοήσαντα Ἀλέξανδρον τῆς ὁδοῦ τὴν χαλεπότητα, ταύτῃ ἐλθεῖν (τοῦτο μὲν μόνος Νέαρχος λέγει ὧδε) ἀλλὰ ἀκούσαντα γὰρ ὅτι οὔπω τις πρόσθεν διελθὼν ταύτῃ ξὺν στρατιᾷ ἀ-

ποσώ-

Cæterum Gadroſorum regio mare verſus deſerta penitus erat. Thoantem tamen Mandrodori filium cum modico equitatu ad mare ſpeculatum mittit, viſurum an ullus uſpiam portus, aut aqua non procul à mari, aut aliud quicquam neceſſariorum reperiatur. Qui reverſus nuntiavit, piſcatores quoſdam abs ſe in littore inventos ſub anguſtis tuguriis degentes. Ea tuguria ex conchis congeſtis facta eſſe, tecta ex piſcium ſpinis. Eos vero ipſos piſcatores modicâ aquâ uti (quam magnâ cum difficultate è ſabulo effodiſſent) ac ne illâ quidem omnino dulci. Poſteaquam vero Alexander in locum quendam Gadroſiæ veniſſet frumento abundantem, id acceptum & ſigillo ſuo obſignatum jumentiſque impoſitum ad mare vehi juſſit. Interea vero dum in manſionem mari proximam it, milites neglecto ſigillo, atque ipſi adeo cuſtodes frumento uſi ſunt, iis qui maxime fame premebantur partiti. quæ quidem adeo ingens erat, ut manifeſtæ ac præſentis jam mortis, potius quam incerti & procul remoti ab rege periculi rationem habendam ſibi putarent. Alexander cognitâ neceſſitate quâ adacti id feciſſent, iis ignovit. Ipſe quicquid frumenti peragratâ eâ regione conquiri potuit, Cretheum Callatianum mittit qui ad claſſem cum exercitu adnavigantem adducat. Indigenis etiam imperat, ut ex ſuperioribus locis quantum poſſent frumenti moliti, palmarum etiam fructus & pecudes ad mercatum adferant. Telephum quoque, unum ex amicis, in alium locum cum frumento molito non multo miſit. Ipſe ad Gadroſorum regiam contendit (locus is Pura dicebatur) ad quam ſexageſimo poſtquam ex Oris diſceſſit die pervenit. At vero multi ex iis qui Alexandri res geſtas conſcripſerunt, tradunt, labores quoſcunque exercitus per Aſiam perpeſſus eſſet, iis quos in hac regione pertulit comparandos non fuiſſe. Alexandrum vero non ignoratâ ejus itineris difficultate, illac proficiſci voluiſſe (hoc autem unus Nearchus ſcribit) quum videlicet audiſſet neminem adhuc ducem exercitum per ea loca ſalvum traduxiſſe,

exce-

24

7 Ἐγγύτατα ἦν ἡ θάλασσα] Sic v, 4 ἡμέρας ὁδὸν ... ἐγγύτατα εἶναι τῇ Λακωνικῇ παιδεύσει. Sed neſcio, an id nunc imitari auctor voluerit. Quare ne hæreas, aut ambigas, quanto melius legunt omnes ſcripti ἐγγυτάτω, quæ propria Arriani terminatio?

8 Ὀλίγοι φροντίσαντες] MSS. rurſus omnes ὀλίγα, quod procul dubio eſt ſincerum Arriani. Sic ii, 10 ὀλίγα πρὸς τῶν τοξοτῶν βλάπτεσθαι. i, 25. πολλὰ ὑπαλλάξαι τῶν φυγάδων τοὺς τῶν νῦν ἐργαζομένους. iii, 23. ἀδικεῖν γὰρ μεγάλα τοὺς στρατευομένους ἐναντία τῇ Ἑλλάδι.

9 Προὐχώρει ὡς ἐπὶ τὰ βασίλεια] In tribus codicibus legi ὡς ἐς τὰ β. de quo ſupra. Paulo ante verbum ξυναγαγεῖν ignorabat Optimus.

πεσώθη, ὅτι μὴ Σεμίραμις ἐξ Ἰνδῶν ἔφυγε· καὶ ταύτην δὲ ἔλεγον οἱ ἐπιχώριοι ξὺν εἴκοσι μόνοις τῆς στρατιᾶς ἀποσωθῆναι· Κῦρον δὲ τὸν Καμβύσου, ξὺν ἑπτὰ μόνοις καὶ τοῦτον. Ἐλθεῖν γὰρ δὴ καὶ Κῦρον ἐς τοὺς χώρους τούτους, ὡς ἐσβαλοῦντα ἐς τὴν Ἰνδῶν γῆν· Φθάσαι δὲ, ὑπὸ τῆς ἐρημίας τε καὶ ἀπορίας τῆς ὁδοῦ ταύτης, ἀπολέσαντα τὴν πολλὴν τῆς στρατιᾶς· καὶ ταῦτα Ἀλεξάνδρῳ ἐξαγγελλόμενα, ἔριν ἐμβαλεῖν πρὸς Κῦρον καὶ Σεμίραμιν. Τούτων τε οὖν ἕνεκα, καὶ ἅμα ὡς τῷ ναυτικῷ ἐγγύθεν ἐκπορίζεσθαι τὰ ἀναγκαῖα, λέγει Νέαρχος ταύτην τραπῆναι Ἀλέξανδρον· τό, τε οὖν καῦμα ἐπιφλέγον, καὶ τοῦ ὕδατος τὴν ἀπορίαν πολλὴν τῆς στρατιᾶς διαφθεῖραι, καὶ μάλιστα δὴ τὰ ὑποζύγια· ταῦτα μὲν δὴ πρὸς τοῦ βάθους τε τῆς ψάμμου καὶ τῆς θέρμης, ὅτι κεκαυμένη ἦν τὰ πολλὰ, καὶ δίψῃ[10] ἀπόλλυσθαι· καὶ γὰρ καὶ γηλόφοις ἐπιτυγχάνειν ὑψηλοῖς, ψάμμου βαθείας ὑπ-νησμένης, ἀλλ᾽ οἵας δέχεσθαι[11], καθάπερ ἐς πηλὸν ἢ ἔτι μᾶλλον ἐς χιόνα ἀπάτητον ἐπιβαίνοντα· καὶ ἅμα ἐν ταῖς προσβάσεσί τε καὶ καταβάσεσι[12] τούς τε ἵππους καὶ τοὺς ἡμιόνους, ἔτι μᾶλλον κακοπαθεῖν τῷ ἀνωμάλῳ τῆς ὁδοῦ, καὶ ἅμα οὐ βεβαίῳ[13]. Τῶν τε σταθμῶν τὰ μήκη πιέσαι οὐχ ἥκιστα τὴν στρατιάν· ἀπορία γὰρ ὕδατος οὐ ξύμμετρος οὖσα μᾶλλόν τι ἦγε πρὸς ἀνάγκην τὰς πορείας ποιεῖσθαι. Ὁπότε μὲν δὴ τῆς νυκτὸς ἐπελθόντες τὴν ὁδὸν, ἣν πα- ἀνύσαι ἐξῆν, ἕωθεν πρὸς ὕδωρ ἔλθοιεν, οὐ πάντῃ ἐταλαιπωροῦντο· προχωρούσης δὲ τῆς ἡμέρας, ὑπὸ μήκους τῆς ὁδοῦ, εἰ ὁδοιπορήσαντες ἔτι ἐγκαταληφθεῖεν, ἐνταῦθα ἂν ἐταλαιπώ-

25 ρουν πρὸς τοῦ καύματός τε καὶ ἅμα δίψει ἀπαύστῳ συνεχόμενοι[14]. Τῶν δὲ δὴ ὑποζυγίων πολ-

exceptâ Semiramide ex Indis fugiente: quam quidem indigenæ narrabant cum viginti solis ex toto exercitu evasisse: Cyrum vero Cambysis cum septem solis & ipsum. Venisse enim etiam in hæc loca Cyrum, ut Indorum regionem invaderet. prius autem, magnam exercitus sui partem per solitudines difficillimaque itinera amisisse. Atque hæc quidem Alexandro nuntiata, æmulationem quandam Cyri & Semiramidis in ejus animo excitasse. His igitur de causis, simulque ut classi non procul remotæ necessaria subministraret, tradit Nearchus Alexandrum hac viâ rediisse. Ingenti vero solis ardore, aquarumque inopiâ magnam exercitus partem, ac præcipue jumenta exstincta esse. Hæc enim ob altitudinem arenæ & calorem (ardenti enim similis erat) & ob sitim interiisse. Incidisse enim in altos colles quos arena accumulata effecerat, in quibus alia atque alia supergradientia, perinde ac cœno, aut potius nivi nondum calcatæ, infixa hærebant. simul etiam in ascensu ac descensu equi pariter & muli ob inæqualitatem viæ, & quidem illius non firmæ, vehementer affligerentur. Longa etiam stationum intervalla exercitum magnopere angebant. Siquidem summa aquæ inopia ex necessitate potius gubernare itinera cogebat. Ac noctu quidem iter, quod ante auroram conficiendum erat, ineuntes, quum mane ad aliquam aquam venirent, non usque adeo vehementer gravabantur. Procedente verò die, si adhuc præ longitudine viæ in itinere hærerent, tum ingenti æstu, immensâ siti conficiebantur. Multa etiam jumen- 25 ta

10 Ὅτι κεκαυμένη ἦν τὰ πολλὰ καὶ δίψῃ &c.] Græcismus equidem salvus est. Sed post πολλὰ MS. Opt. immittit voculam δὲ. Videtur ergo sic distinguendum: ταῦτα μὲν δὴ πρὸς τοῦ βάθους τε τῆς ψάμμου καὶ τῆς θέρμης, ὅτι κεκαυμένη ἦν, τὰ πολλὰ δὲ καὶ δίψῃ ἀπόλλυσθαι *illa quidem altitudine arenæ & calore, quoniam perusta erat; pleraque vero siti exstincta esse.*

11 Ψάμμου βαθείας ἀνενησμένης, ἀλλ᾽ οἵας δέχεσθαι] Hæc immani vulnere sauciata sunt, & omnia jam fieri posse crediderim, quum hæc verti potuerunt ab hominibus, nihil minus quam vere intelligentibus, si alti illi colles arena accumulata, si infixa jumenta hærebant, quomodo non immersa sunt, quomodo transierunt? Pro tertia igitur voce in MSS. est ἀνενησμένης, ἀνενηγμένης, quod eodem modo conceptum servat codex Optimus, V. C. apud Vulcanium οὐ νενησμένης. Pro quarta habent omnes sine ulla varietate ἀλλ᾽ οἵας. Omnino totus locus ita legendus est. ψάμμου βαθείας οὐ νενησμένης, ἀλλ᾽ οἵας δέχεσθαι καθάπερ ἐς π. ἢ ἔτι μ. ἐς χ. ἀπ᾽ ἐπιβαίνοντας. Nam & sic cum editione Basil. omnes MSSti, ut jam non respiciat ὑποζύγια, sed quoscunque ἀνθρώπους. Verto: *incidisse enim in altos colles, non profunda quidem arena accumulata, sed tamen quæ posset retinere & morari, tanquam per lutum aut potius nivem nondum calcatam, ingredientes.* Quid elegantius huc aptari potest, quam illud νενησμένης, quod exponi ab Grammaticis notum σεσωρευμένης? Itaque infra etiam cap. 26 non repugnabo scribi oportere, καὶ οὐ γὰρ εἶναι ἐν τῇ ψάμμῳ πολλῇ τε καὶ ὁμοίᾳ πάσῃ νενησμένῃ, ut habet MS. unus cum Augustano & editione Basileensi, quomodo pro νενησμένη alios dixisse etiam annotatum est, ubi vulgo νενημένη. Verbum est notum. Rursus οἵας δέχεσθαι, ut scias id Arriani esse, ita habes III, 17 χωρία ... ἐν Οὐξίοις, οἷα οὐ γῆ οἷα ἐργάζεσθαι. IV, 3 τοὺς ἵππους οὐ ξυνεχεῖς τοῖς τείχεσιν, ἀλλ᾽ οἵας παραχεῖν πάροδον. V, 12 ὑλώδη τὰ χωρία, καὶ οἷα κρύψαι τῆς διαβάσεως τὴν ἐπιχείρησιν. λιμένας πανταχοῦ τῆς χώρας ἐποίησε, οἵας παραχεῖν μὲν ὅρμους τῷ ναυτικῷ. Plane ut in *Periplo Ponti Euxini*, ὁ δὲ ὅρμος οἷος οὐχ ὥστε δέχεσθαι οὐ πολλὰς ναῦς. Et ut morientem inertia & incuria aliorum Arrianum reficiamus, servanda erat eadem loquendi ratio in Indicis cap. 15 de tigri, τὸν δὲ ὠκύτατα καὶ ἀλκιμ..., οἷον οὐδενὶ ἄλλῳ εἰκάσαι. Sic enim habent omnes MSSti, sic editio Basileensis. Ex Vulcaniana nescio quî omissa est ea vox. Ergo nec nuper operæ pretium putaverunt attendere.

12 Ἐν ταῖς προσβάσεσί τε καὶ καταβάσεσι] MSSti omnes habent καὶ καταβαίνοντας. Neque potest ab Arriano videri aliena ista quoque variatio in loquendo. Cujus quantum studium auctori nostro adfuerit, potest etiam exemplo esse VII, 6 ἴσοι αὐτῷ κατ᾽ ἀξίωσιν καὶ κάλλει τοῦ σώματος ὑπερφαίνοντο, quod illic videbis.

13 Καὶ ἅμα οὐ βεβαίῳ] Optimus, καὶ ἅμα ἀβεβαίῳ.

14 Δίψει ἀπαύστῳ συνεχόμενοι] Omnia habent egregie. Et sic tamen MS. Opt. ἐχόμενοι.

πολλῶν ὁ φθόρος[15] καὶ ἑκούσιος τῇ στρατιᾷ ἐγίγνετο· ξυνιόντες γὰρ ὁπότε ἐπιλείποι σφᾶς τὰ σιτία, καὶ τῶν ἵππων τοὺς πολλοὺς ἀποσφάζοντες, καὶ τῶν ἡμιόνων τὰ κρέα ἐσιτοῦντο, καὶ ἔλεγον δίψῃ ἀποθανεῖν αὐτοὺς ἢ ὑπὸ καμάτου ἐκλιπόντας· καὶ ὁ τὴν ἀτρέκειαν τοῦ ἔργου ἐξελέγχων ὑπό τε τοῦ παντὸς[16], οὐδεὶς ἦν, καὶ ὅτι ξύμπαντες τὰ αὐτὰ ἡμάρτανον. καὶ Ἀλέξανδρον μὲν οὐκ ἐλελήθει τὰ γιγνόμενα, ἴασιν δὲ τῶν παρόντων ἑώρα, τὴν τῆς ἀγνοίας προσποίησιν μᾶλλόν τι, ἢ τὴν ὡς γιγνωσκομένων ἐπιχώρησιν. Οὔκουν οὐδὲ τοὺς νόσῳ κάμνοντας τῆς στρατιᾶς, οὐδὲ τοὺς διὰ κάματον ὑπολειπομένους ἐν ταῖς ὁδοῖς, ἄγειν ἔτι ἦν εὐμαρῶς, ἀπορίᾳ τε τῶν ὑποζυγίων, καὶ ὅτι τὰς ἁμάξας αὐτοὶ κατέκοπτον, ἀπόρους οὔσας αὐτοῖς ὑπὸ βάθους τῆς ψάμμου ἄγεσθαι· καὶ ὅτι ἐν τοῖς πρώτοις σταθμοῖς διὰ ταῦτα ἐξηναγκάζοντο οὐ τὰς βραχυτάτας ἰέναι τῶν ὁδῶν, ἀλλὰ τὰς εὐπορωτάτας τοῖς ζεύγεσι· καὶ οὕτως οἱ μὲν νόσῳ κατὰ τὰς ὁδοὺς ὑπελείποντο, οἱ δὲ ὑπὸ καμάτου ἢ καύματος, ἢ τῇ δίψῃ οὐκ ἀντέχοντες· καὶ οὔτε οἱ ἄξοντες ἦσαν, οὔτε οἱ μένοντες θεραπεύσοντες· σπουδῇ γὰρ πολλῇ ἐγίγνετο ὁ στόλος, καὶ ἐν τῇ ὑπὲρ τοῦ παντὸς προθυμίᾳ, τὸ καθ' ἑκάστους ξὺν ἀνάγκῃ ἠμελεῖτο· οἱ δὲ καὶ ὕπνῳ κάτοχοι κατὰ τὰς ὁδοὺς γενόμενοι, οἷα δὴ νυκτὸς τὸ πολὺ τὰς πορείας ποιούμενοι[17], ἔπειτα ἐξαναστάντες, οἷς μὲν δύναμις ἔτι ἦν, κατὰ τὰ ἴχνη τῆς στρατιᾶς ἐφομαρτήσαντες, ὀλίγοι ἀπὸ πολλῶν ἐσώθησαν· οἱ πολλοὶ δὲ ὥσπερ ἐν πελάγει ἐκπεσόντες ἐν τῇ ψάμμῳ ἀπώλοντο[18]. Ξυνηνέχθη δὲ τῇ στρατιᾷ καὶ ἄλλο πάθημα, ὃ δὴ οὐχ ἥκιστα ἐπίεσεν αὐτούς τε καὶ τοὺς ἵππους καὶ τὰ ὑποζύγια. Ὕεται γὰρ ἡ Γαδρωσίων γῆ ὑπ' ἀνέμων τῶν ἐτησίων, καθάπερ καὶ ἡ Ἰνδῶν γῆ, οὐ τὰ πεδία τῶν Γαδρωσίων, ἀλλὰ τὰ ὄρη, ἵνα περ προσφέρονταί τε αἱ νεφέλαι ἐκ τοῦ πνεύματος[19], καὶ ἀναχέονται, οὐχ ὑπερβάλλουσαι τῶν ὀρῶν τὰς κορυφάς. Ὡς δὲ ηὐλίσθη ἡ στρατιὰ πρὸς χειμάῤῥῳ ὀλί-

γου

ta milites ipsi suâ sponte interficiebant. Quum enim frumentum ipsos deficeret, concursu facto equos plerosque trucidantes, & mulorum carnibus vescentes, æstu atque labore defecisse, vel siti exstinctos esse dicebant. Neque quisquam erat qui de rei veritate serio inquireret, quod & omnes in eadem culpâ essent, & Alexander quidem factum non ignoraret, sed præsentis rerum status remedium potius in simulatione ignorationis, quam facti abs se cogniti permissione consistere judicaret. Jamque nec ægri, nec qui præ defatigatione in viâ relicti erant, vehi amplius poterant, partim jumentorum inopiâ, partim quod currus confregissent ipsi; quippe qui ob altitudinem arenæ duci non possent, quodque propter currus in primis stationibus non brevissima itinera, sed quæ curribus ducendis erant accommodatiora, persequi coacti fuissent. atque ita alii præ morbo, alii præ nimiâ defatigatione, æstu, ac siti, in itinere relicti sunt. neque qui eos veherent, aut relictos curarent ulli erant: quippe agmen raptim agebatur, & præ communis salutis studio, singulorum cura necessario negligebatur. Si quos autem nocturni itineris longitudine defatigatos somnus oppresserat, ii postea excitati, si modo vires suppetebant, per vestigia agmen sequentes pauci è multis incolumes pervenerunt. plerique in arenas tanquam vastum pelagus delati perierunt. Accessit & alia exercitui calamitas, quæ vel præcipue ipsos pariter atque equos & jumenta afflixit. Gadrosorum enim regio, flantibus Etesiis, imbribus obnoxia est, quemadmodum Indorum regio; non quidem in planis Gadrosorum locis, sed montanis, ubi nubes à ventis impinguntur ac refunduntur, montium cacumina non excedentes. Quumque exercitus prope torren-

15 *Ὑποζυγίων πολλῶν ὁ φθόρος*] In uno codice vox secunda non exstabat. Legendum vero cum Optimo *ὑποζυγίων πολὺς ὁ φθόρος*.

16 *Ἐξελέγχων ὑπό τε τοῦ παντὸς*] Quidquid sit, nihil sententiæ sedet in ultimis his verbis. Scribe, *ἐξελέγξων ὑπό τε τοῦ πόνου*. Ita aut integre clareque habent MSti, aut ad hanc lectionem alludunt. Hoc est, *præ fatigatione*.

17 *Τὸ πολὺ τὰς πορείας ποιούμενοι*] Optim. *τῆς πορείας*, quod si non melius censemus vulgato, certe perinde bonum.

18 *Ὥσπερ ἐν πελάγει ἐκπεσόντες ἐν τῇ ψάμμῳ ἀπώλοντο*] Vulcanius *in arenas tanquam vastum pelagus delati*. Dubito, an sufficiat. Facius: *cum in arenæ vastitatem incidissent non apparentibus usquam vestigiis, tanquam in immensum pelagus incidissent*. Nimis vaste ampleque. Nimirum *ἐκπίπτειν* naves dicuntur, quæ non tenent cursum vel propositum vel felicem, sive ob adversos ventos sive ob loci ignorantiam. Sic Diodorus Sic. I, 31. *λανθάνοντο ἑαυτοὺς ἐκπίπτοντες οἱ μὲν εἰς ἑλώδεις καὶ λιμνάζοντας τόπους, οἱ δ' εἰς χάους ἔρημον*. Hoc ipsum quoque intelligebat Grotius in Apostolorum Actis 27 17 *φοβούμενοι μὴ εἰς τὴν Σύρτιν ἐκπέσωσι*. Sic ab cursu dejectæ impinguntur in brevia. Hanc notionem illi videntur in hoc etiam loco attendere. Hinc illud vastum mare, tanquam ubi recta orbita recuperari nequitur. Sed vero *ἐκπίπτειν* proprie etiam dicuntur homines, qui casu è navibus excidunt in mare; nec tantum homines; sed etiam quæcunque res in navibus sunt. Xenophon V Hellenic. pag. 569. *ὅπλα ἀπαρπασθέντα* (à vento) *ἐξέπεσεν ἐς τὴν θάλασσαν*. Hinc simpliciter intelligo: *in arena velut in pelago elapsi* (nempe è navibus; ita illi è corpore exercitus) *perierunt*, nempe arenis obruti, non secus ac mari. Eadem comparatio lib. III *οὐδ' ἦν ἔτι εἰδέναι, ἵνα χρὴ πορεύεσθαι, καθάπερ ἐν πελάγει, τῇ ψάμμῳ*.

19 *Νεφέλαι ἐκ τοῦ πνεύματος*] Opt. *ὑπὸ τοῦ*.

Torrentis vehementia. Alexandri continentia ad exemplum.

γου ὕδατος [20], αὐτοῦ δὴ ἕνεκα τοῦ ὕδατος, ἀμφὶ δευτέραν φυλακὴν τῆς νυκτὸς, ἐμπλησθεὶς ὑπὸ τῶν ὄμβρων ὁ χείμαρρος ὁ ταύτῃ ῥέων, ἀφανῶν τῇ στρατιᾷ γεγενημένων τῶν ὄμβρων, τοσούτῳ ἐπῆλθε τῷ ὕδατι, ὡς γύναια καὶ παιδάρια τὰ πολλὰ τῶν ἑπομένων τῇ στρατιᾷ διαφθεῖραι, καὶ τὴν κατασκευὴν τὴν βασιλικὴν ξύμπασαν ἀφανίσαι, καὶ τῶν ὑποζυγίων ὅσα ἀπελείπετο· αὐτοὺς δὲ μόλις καὶ χαλεπῶς ξὺν τοῖς ὅπλοις, οὐδὲ τούτοις πᾶσιν, ἀποσωθῆναι· οἱ πολλοὶ δὲ καὶ πίνοντες ἀπό τε ἐκκαύματος τε καὶ δίψους [21], ὕδατι ἀθρόῳ ἐπιτυχόντες, πρὸς αὐτοῦ τοῦ ἀπαύστου ποτοῦ ἀπώλλοντο. Καὶ τούτων ἕνεκα Ἀλέξανδρος τὰς στρατοπεδείας οὐ πρὸς τοῖς ὕδασιν αὐτοῖς τὸ πολὺ ἐποιεῖτο, ἀλλὰ ἀπέχων ὅσον εἴκοσι σταδίους μάλιστα, ὡς μὴ ἀθρόους ἐμπίπτοντας τῷ ὕδατι, αὐτούς τε καὶ τὰ κτήνη ἀπόλλυσθαι· καὶ ἅμα τοὺς μάλιστα ἀκράτορας σφῶν ἐπεμβαίνοντας ἐς τὰς πηγὰς, ἢ τὰ ῥεύματα, διαφθείρειν καὶ τῇ ἄλλῃ στρατιᾷ τὸ ὕδωρ.

26 Ἔνθεν δὴ ἔργον καλὸν, εἴπερ τι ἄλλο τῶν Ἀλεξάνδρου, οὐκ ἔδοξέ μοι ἀφανίσαι, ἢ ἐν τῇδε τῇ χώρᾳ πραχθὲν, ἢ ἔτι ἔμπροσθεν ἐν Παραπαμισάδαις, ὡς μετεξέτεροι ἀνέγραψαν. ἰέναι μὲν τὴν στρατιὰν διὰ ψάμμου τε καὶ τοῦ καύματος ἤδη ἐπιφλέγοντος, ὅτι πρὸς ὕδωρ ἐχρῆν ἐξανύσαι (τὸ δὲ ἦν πρόσωθεν τῆς ὁδοῦ) καὶ αὐτόν τε Ἀλέξανδρον δίψει κατεχόμενον, μόλις μὲν καὶ χαλεπῶς, πεζὸν δὲ ὅμως ἡγεῖσθαι· ὡς δὲ καὶ τοὺς ἄλλους [22] στρατιώτας (οἷάπερ φιλεῖ ἐν τῷ τοιῷδε) κουφοτέρως φέρειν τοὺς πόνους, ἐν ἰσότητι τῆς ταλαιπωρήσεως· ἐν δὲ τούτῳ τῶν ψιλῶν τινας, κατὰ ζήτησιν ὕδατος ἀποτραπέντας ἀπὸ τῆς στρατιᾶς, εὑρεῖν ὕδωρ συλλεγμένον ἔν τινι χαράδρᾳ οὐ βαθείᾳ, ὀλίγην καὶ φαύλην πίδακα· καὶ τοῦτο οὐ χαλεπῶς συλλέξαντας σπουδῇ ἰέναι παρ' Ἀλέξανδρον, ὡς μέγα δή τι ἀγαθὸν φέροντας· ὡς δὲ ἐπέλαζον ἤδη, ἐμβαλόντας ἐς κράνος τὸ ὕδωρ προσενεγκεῖν τῷ βασιλεῖ· τὸν δὲ λαβεῖν μὲν, καὶ ἐπαινέσαι τοὺς κομίσαντας· λαβόντα δὲ, ἐν ὄψει πάντων ἐκχέαι· καὶ ἐπὶ τῷδε τῷ ἔργῳ ἐς τοσόνδε ἐπιῤῥωσθῆναι τὴν στρατιὰν ξύμπασαν, ὥστε εἰκάσαι ἄν τινα ποτὸν γενέσθαι πᾶσιν ἐκεῖνο τὸ ὕδωρ τὸ πρὸς Ἀλεξάνδρου ἐκχυθέν. Τοῦτο ἐγὼ, εἴπερ τι ἄλλο, τὸ ἔργον εἰς καρτερίαν τε καὶ ἅμα στρατηγίαν ἐπαινῶ Ἀλεξάνδρου. Ξυνηνέχθη δέ τι καὶ τοιόνδε τῇ στρατιᾷ ἐν τῇ γῇ ἐκείνῃ. Οἱ γὰρ ἡγεμόνες τῆς ὁδοῦ τελευτῶντες οὐκέτι μεμνῆσθαι ἔφασκον τὴν ὁδὸν, ἀλλ' ἀφαν-

ισθῆναι

rentem quendam exiguum aquæ causâ consedisset, circiter vigiliam noctis secundam torrens imbribus improvisis auctus (neque enim exercitus pluviam senserat) tanto impetu exundavit, ut plerasque fœminas & pueros agmen sequentes, omnemque apparatum regium, & jumenta quæ reliqua erant secum rapuerit; adeo ut ipsi milites ægre cum armis, ac ne iis quidem omnibus, evaserint. multi ardore sitique pressi, aquarum copiam nacti immodico potu interierunt. Quâ de causâ Alexander deinceps nequaquam castra prope torrentes locavit, sed xx minimum stadiis remota, ne confertim ad aquam proruentes, ipsi simul & jumenta extinguerentur, neve qui vehementiore siti premebantur fontes aut rivos pedibus ingressi, aquam reliquo exercitui turbidam inutilemque efficerent. Eo loci 26 egregium quoddam facinus, si quod aliud, ab Alexandro editum, nequaquam silentio prætereundum putavi, sive id in hac solitudine, sive antea apud Parapamisadas, ut alii scribunt, factum fuerit. Id hujusmodi fuit: quum exercitus per arenas solis ardore flagrantes iter faceret, quod quidem ad aquæ locum qui non longe aberat, conficiendum erat, Alexandrum ipsum siti pressum, ægre quidem atque difficulter, peditum tamen agmen duxisse, ut reliqui milites (quemadmodum in ejuscemodi rerum statu fieri solet) ob æqualitatem ærumnarum labores facilius ferrent. Interea nonnullos levis armaturæ milites ad aquam quærendum ab exercitu digressos, in torrentis cujusdam alveo non profundo exiguum quendam fontem neque purum illum invenisse, collectâque inde aquâ confestim ad Alexandrum accurrisse, veluti magnum aliquod bonum regi adferentes. Quumque propius ad Alexandrum venissent, aquam galeæ infusam regi obtulisse. atque illum quidem accepisse, laudatis qui attulerant, eamque protinus in conspectu omnium in terram profudisse. eoque facto ita militum animos confirmatos fuisse, perinde ac si illius aquæ ab Alexandro effusæ potu totus exercitus refocillatus fuisset. Quod certe Alexandri factum, si quod aliud, cum ob tolerantiam, tum ob præclarum boni imperatoris exemplum laudo. Ad hæc mala hoc etiam exercitui accidit: duces, deletis

20 Πρὸς χειμάῤῥῳ ὀλίγου ὕδατος] Vulcanius *prope torrentem quendam*. Ita relictis Græcis expressit Faciana *secus torrentem quendam*.

21 Οἱ πολλοὶ δὲ καὶ πίνοντες ἀπό τε ἐκκαύματος τε καὶ δίψους] Tot copulis abundat hæc periodus, ut locos suos tueri non possint. Et sane totum hoc est Vulcanii, quum Basileensis editio habeat ἐπιτύχοιεν, non ἐπιτυχόντες. Lege ut clare habent omnes MSSti ὑπό τε ἐκκαύματός τε καὶ δίψους ὕδατι ἀθρόῳ ἐπιτύχοιεν.

22 Ὡς δὲ καὶ τοὺς ἄλλους] Adeo suavis mihi visa fuit interpositio voculæ καὶ, quam præbet liber Optimus, ut contextui reddiderim.

ἀφανίσαι τὰ σημεῖα αὐτῆς πρὸς τοῦ ἀνέμου ἐπιπνεύσαντος· καὶ οὐ γὰρ εἶναι ἐν τῇ ψάμμῳ πολλῇ τε καὶ ὁμοίᾳ πάντῃ νενημένῃ, ὅτῳ τεκμηριώσονται τὴν ὁδόν· οὔτ' οὖν δένδρα ξυνήθη παρ' αὐτὴν πεφυκότα, οὔτε τινὰ γήλοφον βέβαιον ἀνεστηκότα, οὐδὲ πρὸς τὰ ἄστρα ἐν νυκτὶ ἢ μεθ' ἡμέραν πρὸς τὸν ἥλιον μεμελετῆσθαι σφίσι τὰς πορείας, καθάπερ τοῖς ναύταις πρὸς τὰς ἄρκτους· τοῖς μὲν Φοίνιξι τὴν ὀλίγην, τοῖς δ' ἄλλοις[23] ἀνθρώποις τὴν μείζονα. ἔνθα δὴ Ἀλέξανδρον ξυνιέντα ὅτι ἐν ἀριστερᾷ ἀποκλίναντα ἄγειν, ἀναλαβόντα ὀλίγους ἅμα οἱ ἱππέας[24]· ὡς δὲ καὶ τούτων οἱ ἵπποι ἐξέκαμνον ὑπὸ τοῦ καύματος, ἀπολιπεῖν καὶ τούτων τοὺς πολλούς· αὐτὸν δὲ ξὺν πέντε τοῖς πᾶσιν ἀφιππάσασθαι, καὶ εὑρεῖν τὴν θάλασσαν· διαμησάμενόν τε αὐτὸν ἐπὶ τοῦ αἰγιαλοῦ τὸν κάχληκα, καὶ ἐπιτυχεῖν ὕδατι γλυκεῖ καὶ καθαρῷ, καὶ οὕτω μετελθεῖν τὴν στρατιὰν πᾶσαν, καὶ εἰς ἑπτὰ ἡμέρας ἰέναι παρὰ τὴν θάλασσαν[25] ὑδρευομένους ἐκ τῆς ἠϊόνος. Ἔνθεν δὲ (ἤδη γὰρ γιγνώσκειν τὴν ὁδὸν τοὺς ἡγεμόνας) ἐπὶ τῆς μεσογαίας ποιεῖσθαι τὸν στόλον.

27 Ὡς δὲ ἀφίκετο ἐς τῶν Γαδρωσίων τὰ βασίλεια, ἀναπαύει ἐνταῦθα τὴν στρατιάν· καὶ Ἀπολλοφάνην μὲν παύει τῆς σατραπείας, ὅτι οὐδενὸς ἔγνω ἐπιμεληθέντα τῶν προεπηγγελμένων· Θόαντα δὲ σατραπεύειν τῆς ταύτῃ ἔταξε· τούτου δὲ νόσῳ τελευτήσαντος, Σιβύρτιος[26] τὴν σατραπείαν ἐκδέχεται· ὁ αὐτὸς δὲ καὶ Καρμανίας σατράπης ἦν, νεωστὶ ἐξ Ἀλεξάνδρου ταχθείς· τότε δὲ τούτῳ μὲν Ἀραχωτῶν τε καὶ τῶν Γαδρωσίων ἄρχειν ἐδόθη· Καρμανίαν δὲ ἔσχε Τληπόλεμος ὁ Πυθοφάνους. Ἤδη τε ἐπὶ Καρμανίας προύχώρει ὁ βασιλεύς, καὶ ἀγγέλλεται αὐτῷ Φίλιππον τὸν σατράπην τῆς Ἰνδῶν γῆς, ἐπιβουλευθέντα πρὸς τῶν μισθοφόρων, δόλῳ ἀποθανεῖν· τοὺς μὲν ἀποκτείναντας[27], ὅτι οἱ σωματοφύλακες τοῦ Φιλίππου οἱ Μακεδόνες, τοὺς μὲν ἐν αὐτῷ τῷ ἔργῳ, τοὺς δὲ καὶ ὕστερον λαβόντες, ἀπέκτειναν. Ταῦτα δὲ ὡς ἔγνω, ἐκπέμπει γράμματα ἐς Ἰνδοὺς παρὰ Εὔδημόν τε καὶ Ταξίλην, ἐπιμελεῖσθαι τῆς χώρας τῆς πρόσθεν ὑπὸ

à vento viæ vestigiis, viæ sese oblitos esse dicebant. Neque enim in arenâ quæ densa æquaque omni ex parte viam obduxerat eam cognosci posse; quod neque arbores juxta viam positæ essent, neque firmus aliquis certusque collis extaret: neque ex astris noctu, aut ex sole interdiu itineris rationem observarent: quemadmodum nautæ ex Ursis, Phœnices quidem ex minore, reliqui verò mortales ex majore. Ibi Alexandrum conjecturâ assequutum, ad sinistram deflectendum esse, paucis equitibus assumtis processisse; quorum equis nimio æstu defatigatis, multos in itinere relictos: ipsum cum quinque in universum equis evasisse, & mare invenisse; sabuloque in littore effosso aquam dulcem ac puram, atque ita universum exercitum eo traductum, septemque dies propter mare ivisse aquam petentes ex litore. Tum duces itineris viam agnovisse, & ad interiorem regionem duxisse. Postquam vero in Gadrosorum regiam pervenit, militibus ibi quietem dedit: Apollophanem, quod nihil eorum quæ imperata ei fuerant perfecisset, satrapatu deponit, Thoante in ejus locum suffecto: qui quum ex morbo decessisset, Sibyrtius ei successor est datus. Hic ipse Carmaniæ satrapa erat, nuper admodum id muneris ab Alexandro consequutus: tum vero Arachotorum & Gadrosorum imperium illi collatum est. Carmaniam vero Tlepolemus Pythophanis filius tenuit. Jamque Carmaniam versus processerat rex, quum ei nuntiatur Philippum Indorum satrapam mercenariorum fraude ex insidiis interemtum. ac percussores quidem à Macedonibus, qui Philippo corporis custodes erant, partim in ipsa cæde, partim post perpetratum facinus captos, interfectos esse. Quo cognito, Eudemo & Taxili per literas jubet, ut regionis quæ antea Philippo subdita fuerat curam administra-

23 Τοῖς μὲν Φοίνιξι τὴν ὀλίγην, τοῖς δ' ἄλλοις] Duntaxat hæc sine vitio sunt; sed neutiquam talia, ut Arriani mollem calamum in iis agnoscas. Lege ex MSStis & distingue τὴν μὲν Φοίνιξι τὴν ὀλίγην, τὴν δὲ τοῖς ἄλλοις ἀνθρώποις τὴν μείζονα. Quomodo quum jam ediderint Basileæ, nescio qui posteriores voluerint molesti esse. Prorsus vero nulla mutatio in libris antiquis circa voces οὐδὲ πρὸς τὰ ἄστρα, & sententia in eis optima, ut nugentur, qui voculam οὐδὲ mutatam cupiunt in οὔτε.

24 Ξυνιέντα ὅτι ἐν ἀριστερᾷ δεῖ ἀποκλίναντα ἄγειν, ἀναλαβόντα ὀλίγους ἅμα οἱ ἱππέας προκεχωρηκέναι] Quum sic vulgo hic locus exhibeatur, neque sit ullum pignus fidei in verbis δεῖ & προκεχωρηκέναι, ut quæ in nullis antiquis libris reperiantur; ego etiam illis nequaquam uti volui, quum intelligi recte hic locus possit ex eis, quæ attuli II, 16.

25 Εἰς ἑπτὰ ἡμέρας ἰέναι παρὰ τὴν θάλασσαν] Vulcanius: *septimoque die postquam aqua ex litore allata refocillati essent, ad mare venisse.* Mirifica & sententia & interpretatio. Facius autem. *Exinde continuato itinere septem diebus secus mare profectus est, litore haud alte defosso, aquarum copia suppetente.* Quod quidem est longe aliud, & omnino verissimum. Etiam MS. Optimus habebat, ἐν ἑπτὰ ἡμέραις, ex quo etiam reposui καὶ ἐπιτυχεῖν, vulgo ignorata priore vocula.

26 Σιβύρτιος] Ita recte constitutum fuit primo id nomen ab Freinshemio in notis Curtianis IX, 10, 10 & Indice Curtii, unde periit ingrate nuperus, non ut præ se fert, è libris, nisi libros ab Freinshemio exaratos intelligat. Libri namque scripti omnes hærent in duplici sibilo Σισύρτιος. Habes id nomen in proverbio Græco Κλαυσιβύρτιον. Vide Suidam.

27 Τοὺς μὲν ἀποκτείναντας] Optimus τοὺς δὲ αὐτ.

ὑπὸ Φιλίππου τεταγμένης, ἔστ' ἂν αὐτὸς σατράπην ἐκπέμψαι ἐπ' αὐτῆς. Ἤδη δ' ἐς Καρμανίαν ἥκοντος Ἀλεξάνδρου, Κρατερὸς ἀφικνεῖται, τήν τε ἄλλην στρατιὰν ἅμα οἱ ἄγων, καὶ τοὺς ἐλέφαντας, καὶ Ὀρδώνην[28] τὸν ἀποστάντα καὶ νεωτερίσαντα συνειληφώς. Ἐνταῦθα δὲ Στασάνωρ τε ὁ Ἀρείων καὶ ὁ Ζαραγγαίων σατράπης ἧκε· καὶ ξὺν αὐτοῖς Φαρισμάνης ὁ Φραταφέρνου τοῦ Παρθυαίων καὶ Ὑρκανίων σατράπου παῖς. Ἧκον δὲ καὶ οἱ στρατηγοὶ οἱ ὑπολειφθέντες ἅμα Παρμενίωνι ἐπὶ τῆς στρατιᾶς τῆς ἐν Μηδίᾳ, Κλέανδρός τε καὶ Σιτάλκης καὶ Ἡράκων, τὴν πολλὴν τῆς στρατιᾶς καὶ οὗτοι ἄγοντες. Τοὺς μὲν δὴ ἀμφὶ Κλέανδρόν τε καὶ Σιτάλκην, πολλὰ ἐπικαλούντων αὐτοῖς τῶν τε ἐγχωρίων καὶ τῆς στρατιᾶς αὐτῆς, ὡς ἱερά τε πρὸς αὐτῶν σεσυλημένα, καὶ θήκας παλαιὰς κεκινημένας, καὶ ἄλλα ἄδικα ἔργα ἐς τοὺς ὑπηκόους τετολμημένα καὶ ἀτάσθαλα[29]. Ταῦτα ὡς ἐξηγγέλθη, τοὺς μὲν ἀπέκτεινεν, ὡς καὶ τοῖς ἄλλοις δέος εἶναι, ὅσοι σατράπαι ἢ ὕπαρχοι ἢ νομάρχαι ἀπολείποιντο, τὰ ἴσα ἐκείνοις πλημμελοῦντας πείσεσθαι· καὶ τοῦτο εἴπερ τι ἄλλο, κατέσχεν ἐν κόσμῳ τὰ ἔθνη τὰ ἐξ Ἀλεξάνδρου δοριάλωτα, ἢ ἑκόντα προσχωρήσαντα, τοσαῦτα μὲν πλήθει ὄντα, τόσον δὲ ἀλλήλων ἀφεστηκότα· ὅτι οὐκ ἐξῆν ὑπὸ τῇ Ἀλεξάνδρου βασιλείᾳ ἀδικεῖσθαι τοὺς ἀρχομένους ὑπὸ τῶν ἀρχόντων. Ἡράκων δὲ τότε μὲν ἀφείθη τῆς αἰτίας· ὀλίγον δὲ ὕστερον ἐξελεγχθεὶς πρὸς ἀνδρῶν Σουσίων, σεσυληκέναι τὸ ἐν Σούσοις ἱερὸν, καὶ οὗτος ἔδωκε δίκην. Οἱ δὲ σὺν Στασάνορι καὶ Φραταφέρνῃ πλῆθός τε ὑποζυγίων παρ' Ἀλέξανδρον ἄγοντες ἦλθον, καὶ καμήλους πολλὰς, ὡς ἔμαθον ὅτι τὴν ἐπὶ Γαδρωσίαν ἄγει, εἰκάσαντες ὅτι τὰ αὐτὰ ἐκεῖνα πείσεται αὐτῷ ἡ στρατιὰ ἃ ἤδη ἔπαθε. Καὶ οὖν καὶ ἐν καιρῷ μὲν καὶ[30] οὗτοι ἀφίκοντο, ἐν καιρῷ δὲ αἱ κάμηλοί τε καὶ τὰ ὑποζύγια· διένειμε γὰρ ξύμπαντα Ἀλέξανδρος, τοῖς μὲν ἡγεμόσι κατ' ἄνδρα, τοῖς δὲ κατ' ἴλας τε καὶ ἑκατοστύας, τοῖς δὲ κατὰ λόχους, ὅπως τὸ πλῆθος τῶν ὑποζυγίων τε καὶ 28 καμήλων αὐτῷ ξυνέβαινεν. Ἤδη δέ τινες καὶ τοιάδε ἀνέγραψαν, οὐ πιστὰ ἐμοὶ λέγοντες, ὡς συζεύξας δύο ἁρμαμάξας, κατακείμενος ξὺν τοῖς

strationemque suscipiant, tantisper dum ipse satrapam aliquem eo mittat. Alexandro jam Carmaniam ingresso, Craterus ad eum venit, reliquum exercitum & elephantos secum ducens, unaque Ordônem, quem quod defectionem molitus esset ceperat. Eodem etiam Stasanor Ariorum & Zarangorum satrapes venit, & cum his Pharismanes Phrataphernis Parthorum & Hyrcanorum satrapæ filius. Venerunt etiam duces copiarum, quas cum Parmenione in Mediâ reliquerat, Cleander, Sitalces & Heracon, magnam & ipsi exercitus partem ducentes. E quibus Cleandrum & Sitalcem accusatos ab indigenis pariter atque exercitu ipso, quod templa spoliassent, veteraque monimenta movissent, multaque alia in subjectos improbe atque avare perpetrassent. Quæ ut nunciata sunt, necari eos jussit, ut & reliqui satrapæ, aut præsides, aut principes qui iis locis constituerentur, metuerent si officium non fecissent, sese eodem supplicio affectum iri; quod certe, si quid aliud, gentes quæ ab Alexandro vi subactæ essent, vel suâ sponte deditionem fecissent (quarum tanta erat multitudo, tantoque locorum intervallo inter se disjungebantur) in officio continuit. Neque enim licebat sub Alexandri imperio cuiquam præfecto subjectos injuriâ afficere. Heracon quidem tum temporis criminationem subterfugerat: cæterum paulo post à Susiis convictus, quod eorum templum diripuisset, etiam ipse pœnas dedit. Stasanor vero & Phrataphernes magnam jumentorum atque camelorum copiam ad Alexandrum duxerunt, simulac eum in Gadrosios exercitum ducere intellexerunt, existimantes exercitum eadem illa incommoda quæ passus fuerat subiturum. Et quidem peropportune cum ipsi, tum cameli & jumenta advenerunt: omniaque partim in singulos præfectos, partim per turmas & centurias & cohortes pro numero jumentorum & camelorum partitus est. 28 Sunt etiam nonnulli qui scribant (quod quidem mihi verisimile non videtur) Alexandrum duobus curribus junctis, inter amicos

28 **Ὀρδώνην**] Hunc quoque notavit Freinshemius in Curtianis IX, 10, 19, ut qui à Curtio Ozines vocetur, sed MSSti tum Optimus, tum alii, appellant Ὀρδώνην.

29 **Ἄδικα καὶ ἀτάσθαλα**] Interpretatur Vulcanius *improbe atque avare*, quæ sumsit ex Facio, qui tamen ista verba præmisit in verbo **ἐπικαλούντων**, quum insuper addat *quod in subditos multa injuste commisissent*. Et sane **ἀτασθαλία** grandior est, quam ut contineatur intra avaritiam. Patet ex ipsis scriptorum locis. Sed & apud Arrianum VII, 1 Brachmanes Alexandrum vocant **πολυπράγμονα καὶ ἀτάσθαλον**, certe ulterius vitiositate ejus perstricta. Ibid. cap. 14 **Τῇ Ξέρξου ἀτασθαλίᾳ τῇ ἐς τὸ θεῖον** nequaquam ex avaritia. Etiam quæ avare admiserat, ea particulatim recenset, certe præcipua, ut inde satis pateat avaritia, nec necesse sit iterum notare. Itaque melius explicat Curtius X, 1, unde non modo præter avaritiam apparet libido, sed & contumelia in mobilia corpora, quæ in pellicatum servis data.

30 **Καὶ ἐν καιρῷ μὲν καὶ**] Nonne satis crebra his intervenit vocula καὶ? Itaque postremam non agnoscit Optimus codex.

τοῖς ἑταίροις καταυλούμενος [31], τὴν δὲ διὰ Καρμανίας ἦγεν, ἡ στρατιὰ δὲ αὐτῷ ἐστεφανωμένη καὶ παίζουσα εἵπετο· προὔκειτο δὲ αὐτῇ σῖτός τε [32], καὶ ὅσα ἄλλα ἐς τρυφὴν, παρὰ τὰς ὁδοὺς συγκεκομισμένα πρὸς τῶν Καρμανίων. Καὶ ταῦτα πρὸς μίμησιν τῆς Διονύσου βακχείας ἀπεικάσθη Ἀλεξάνδρῳ, ὅτι καὶ ὑπὲρ ἐκείνου λόγος ἐλέγετο, καταστρεψάμενον Ἰνδοὺς Διόνυσον, οὕτω τὴν πολλὴν τῆς Ἀσίας ἐπελθεῖν· καὶ Θρίαμβόν τε αὐτὸν ἐπικληθῆναι τὸν Διόνυσον, καὶ τὰς ἐπὶ ταῖς νίκαις ταῖς ἐκ πολέμου πομπὰς ἐπὶ τῷ αὐτῷ τούτῳ, θριάμβους. Ταῦτα δὲ οὔτε Πτολεμαῖος ὁ Λάγου, οὔτε Ἀριστόβουλος ὁ Ἀριστοβούλου ἀνέγραψαν, οὐδέ τις ἄλλος ὅντινα ἱκανὸν ἄν τις ποιήσαιτο τεκμηριῶσαι ὑπὲρ τῶν τοιῶνδε· καί μοι ὡς οὐ πιστὰ ἀναγεγράφθαι ἐξήρκεσεν. ἀλλ' ἐκεῖνα ἤδη Ἀριστοβούλῳ ἑπόμενος ξυγγράφω, θῦσαι ἐν Καρμανίᾳ Ἀλέξανδρον χαριστήρια τῆς κατ' Ἰνδῶν νίκης, καὶ ὑπὲρ τῆς στρατιᾶς ὅτι ἀπεσώθη ἐκ Γαδρωσίων, καὶ ἀγῶνα διαθεῖναι μουσικόν τε καὶ γυμνικόν· καταλέξαι δὲ καὶ [33] Πευκέσταν ἐς τοὺς σωματοφύλακας, ἤδη μὲν ἐγνωκότα σατράπην καταστῆσαι τῆς Περσίδος, ἐθέλοντα δὲ πρὸ τῆς σατραπείας μηδὲ ταύτης τῆς τιμῆς καὶ πίστεως ἀπείρατον εἶναι, ἐπὶ τῷ ἐν Μαλλοῖς ἔργῳ· εἶναι δὲ αὐτῷ ἑπτὰ εἰς τότε [34] σωματοφύλακας, Λεοννάτον Ἀντέου [35], Ἡφαιστίωνα τὸν Ἀμύντορος, Λυσίμαχον Ἀγαθοκλέους, Ἀριστόνουν Πεισαίου· τούτους μὲν, Πελλαίους· Περδίκκαν δὲ, Ὀρόντου, ἐκ τῆς Ὀρεστίδος· Πτολεμαῖον δὲ τὸν Λάγου, καὶ Πύθωνα Κρατεύα, Ἐορδαίους· ὄγδοον δὲ προσγενέσθαι αὐτοῖς Πευκέσταν τὸν Ἀλεξάνδρῳ ὑπερασπίσαντα [36]. Ἐν τούτῳ δὲ καὶ Νέαρχος περιπλεύσας τὴν Ὠρῶν τε καὶ Γαδρωσῶν γῆν, καὶ τὴν Ἰχθυοφάγων, κατῆρεν ἐς τῆς Καρμανίας τὰ πρὸς θάλασσαν ᾠκισμένα· ἔνθεν δὲ ἀνελθὼν σὺν ὀλίγοις, Ἀλεξάνδρῳ ἀπήγγελλε τὰ ἀμφὶ τὸν περίπλουν τὸν γενόμενον αὐτῷ κατὰ τὴν ἔξω θάλασσαν. Τοῦτον μὲν δὴ

micos musicis modulationibus aures ejus demulcentes stratum, per Carmaniam exercitum duxisse: milites coronatos ludentesque sequutos, frumentum aliasque res quæ ad voluptatem pertinent, ad viam Carmaniis apponentibus. Atque hæc quidem æmulatione quadam Dionysiacæ bacchationis ab Alexandro fiebant. Fama enim tenebat Dionysum, Indis devictis, hoc etiam pacto magnam Asiæ partem peragrasse: & Dionysum ipsum Triumphum vocatum esse, & pompas quæ ob bellicas victorias fiunt, eâ de causâ triumphos dici. Cæterum hæc neque Ptolemæus Lagi, neque Aristobulus Aristobuli filius, neque alius quispiam autor cui hac in parte fides haberi possit, memoriæ prodidit: sufficeritque ante tanquàm indigna fide relata esse. Illa vero Aristobulum sequutus scribo, Alexandrum in Carmania gratias diis agentem sacrum fecisse ob victoriam de Indis partam, & ob exercitum ex Gadrosiis servatum: ludos etiam musicos & gymnicos edidisse: præterea Peucestam in corporis sui custodem adscripsisse, quem quidem jam Persidis satrapam constituere decreverat, sed antequam illi satrapatum deferret, ne hoc quidem honore fideique testimonio carere eum voluit, ob eximiam ejus operam apud Mallos præstitam. Fuisse autem illi tum temporis septem corporis custodes, Leonnatum Antei, Hephæstionem Amyntoris, Lysimachum Agathoclis, Aristonum Pisei filium: hos Pellæos. Perdiccam Orontis ex Orestide, Ptolemæum Lagi & Pythonem Crateæ F. Eordenses: octavum vero iis accessisse Peucestam qui Alexandrum scuto suo protexerat. Inter hæc Nearchus, quum jam Ororum & Gadrosorum atque Ichthyophagorum regionem circumnavigasset, ad maritimam Carmaniæ oram quæ habitabatur, appulit. Inde cum paucis ad Alexandrum profectus, omnia quæ in eâ ad exterius mare navigatione viderat ei refert. Hunc mox ad classem remit-

31 Καταυλούμενος] Forsan: καὶ αὐλούμενος. Sed Vulcanius notat in Augustano legi καὶ καταυλούμενος.

32 Προὔκειτο δὲ αὐτῇ σῖτός τι] MS. Opt. cum duobus aliis & V. C. apud Vulcanium σῖτά τι.

33 Καταλέξαι δὲ καὶ] Usitatum auctori verbum in numeris militum. VII, 6 καταλέγονται ἐς αὐτὸ τῶν βαρβάρων. Hic tamen Optimus codex κατατάξαι, quod & ipsum dat Arrianus IV, 17. ξυμμίξαντες τοῖς μισθοφόροις Ἱππεῦσι, οἱ καταταχθέντες ἐς τὸ ἄλλο στράτευμα ξὺν αὐτῷ στρατεύεσθαι.

34 Εἰς τότε] Crediderim excidisse aliquid, & fuisse εἰς τὸ τότε. Sed vide notata ad libri I caput 27.

35 Λεοννάτον Ἀντέου] Photio in excerptis τῶν μετὰ Ἀλέξανδρον, vocatur Λεοννάτος ὁ Ἀντέως, ubi vertunt Anthei nescio qua auctoritate. Hoc in loco vertunt Antei uterque interpres, & sic citat Freinshemius in notis Curtianis 5, 1, 41. Immo ita nuperus jactat in Indicis c. 19. se emendavisse, & quidem è scriptis, quum testari caste possim in omnibus ejus generis quos vidi occurrisse Εὔνου, & recte statuat Grentemesnilius diversos fuisse hos Leonnatos, Euni filium appellante Freinshemio ad Curtium 10, 10, 1. Sed id non potest esse nomen Macedonicum. Quod si Ἀντέου verum est, opinarer vertendum Antea, ab Ἀντέας. Sed facile persuadear scripsisse Ἀτέου. Videtur enim Ateas nomen Macedonicum fuisse ex vicino Scythico, quod ipsum nomen in Plutarcho Ἀτέας scribitur, ut omnino alterutrum sit verum & interpositum quippe ν, ut sæpe fit. Sic sequentia Ἀριστόνουν Πεισαίου vertenda censeo Aristonum Pisæi, non Pisei, ut interpretes & Freinshemius in Indice Curtiano, qui tamen in loco citato Indicorum ab omnibus omnino MSS. citatur Ἀριστόνους ὁ Πεισαίου.

36 Τὸν Ἀλεξάνδρῳ ὑπερασπίσαντα] MS. Opt. cum duobus aliis Ἀλεξάνδρου, quomodo supra locutus est.

δὲ καταπέμπει αὖθις, ἐκπεριπλεύσοντα ἐστ' ἐπὶ τὴν Σουσιανῶν τε γῆν, καὶ τοῦ Τίγρητος ποταμοῦ τὰς ἐκβολάς· ὅπως δὲ ἐπλεύσθη αὐτῷ τὰ ἀπὸ τοῦ Ἰνδοῦ ποταμοῦ ἐπὶ τὴν θάλασσαν τὴν Περσικὴν καὶ τὸ στόμα τοῦ Τίγρητος, ταῦτα ἰδίᾳ ἀναγράψω, αὐτῷ Νεάρχῳ ἑπόμενος, ὡς καὶ τήνδε εἶναι ὑπὲρ Ἀλεξάνδρου Ἑλληνικὴν ξυγγραφήν[37]. Ταῦτα μὲν δὴ ἐν ὑστέρῳ ἔσται τυχόν, εἴσοτε θυμός τέ με καὶ ὁ δαίμων ἄγῃ ταύτῃ. Ἀλέξανδρος δὲ Ἡφαιστίωνα μὲν σὺν τε τῇ πλείστῃ μοίρᾳ τῆς στρατιᾶς καὶ τοῖς ὑποζυγίοις, καὶ τοὺς ἐλέφαντας ἅμα οἱ ἔχοντα, τὴν παρὰ θάλασσαν ἀπὸ τῆς Καρμανίας ὡς ἐπὶ τὴν Περσίδα ἄγειν ἐκέλευσεν· ὅτι χειμῶνος ὥρᾳ γιγνομένῃ αὐτῷ ὁ στόλος, τὰ πρὸς τῇ θαλάσσῃ Περσίδος ἀλεεινά τε ἦν[38], καὶ τῶν ἐπι-

mittit, ut ad Susianorum regionem & Tigris fluminis ostia naviget. Quomodo autem ab Indo flumine ad mare Persicum & Tigris ostia enavigarit, seorsum conscribam, Nearchum sequens, cujus Græca extat de rebus Alexandri historia. Quod quidem fortassis ad finem hujus historiæ à me præstabitur, si me animus & fortuna eo ducat. Alexander Hephæstionem cum majore exercitus parte, cumque jumentis & elephantis secus mare ex Carmaniâ in Persidem mittit; quod quum per hyemis tempus expeditionem faceret, maritima Persidis essent calida & omnium rerum copiâ

37 Ὡς καὶ τήνδε εἶναι ὑπὲρ Ἀλεξάνδρου Ἑλληνικὴν ξυγγραφήν] Omisit has voces in interpretatione sua Facius. Propterea nunc rursum suo marte interpretari coactus Vulcanius reddidit, *cujus Græca exstat de rebus Alexandri historia.* Et hæc placent istis nuperis. Credo equidem Nearchum non Latine scripsisse aut Indice, sed Græce. Cæterum exstitisse Nearchi historiam de rebus Alexandri, hactenus non audieram, nisi quod ex Suida id referat Freinshemius, & tantum de Indorum rebus occasione expeditionis Macedonicæ indagatis. Quin & nulla ratio verborum Arriani ab interprete habita est, quæ sonant Latine: *ut etiam illa exstet de Alexandro Græca historia.* Hæc scilicet persequutio militiæ Macedonicæ est una ξυγγραφή, prout appellat quoque VII, 3. alteram statuit Ἰνδικήν. Neque vero sequentia id notant, quod putabat Vulcanius, *quod quidem fortassis ad finem hujus historiæ à me præstabitur.* Nihil de fine hujus historiæ in Græcis. Sed facit Arrianus, quod fecere quamplurimi auctores, ut bene ominentur: quod exprimere solebat Cicero per voces *& multa posthac.* Sic ille fortassis aliquando postea id futurum auguratur.

38 Τὰ πρὸς τῇ θαλάσσῃ Περσίδος ἀλεεινά τε ἦν] Quanta interpretum hic ludibria! in quibus Facius *ea regio per hiemis tempus, quoniam mari vicina est, mitioris cœli esset.* An quæ mari vicina sunt, per hiemis tempus mitiore cœlo utuntur? Beata foret Hollandia nostra, cui tot hibernæ strages tolerandæ nunc sunt. Sed & in eundem sensum video scribere Aonium Palearium in epistola ad Franciscum Luisinum. *Nam Hispania calidior est, quam Italia nostra, quod ad Oceanum sit exposita, & spectet ad occidentem solem.* Alienæ profecto causæ. Nam quod oceano exposita sit Hispania, non facit ad calorem, sed ad salubritatem, ut scripserunt quoque veteres, perflantibus eam marinis auris. Nec plagæ ad occidentem solem expositæ inde majoris caloris originem trahunt. Ergo & Vulcanius: *Persicum mare tranquillum esset.* Primo consideres oportet dulcem processum ad hanc versionem. Nempe ἐλεεινὸς est miserescens, quali statu mentis qui est, pariter videtur tranquillus esse, & hinc quoque statio cœli ita habet. Sit ita. Sed an tranquillitas maris conducit iter terrestre facientibus? Credo tunc somniasse Vulcanium de transitu litoris circa Pamphyliam, tantopere celebrato. Et quomodo Vulcaniana Græcis respondent? An unquam τὰ πρὸς τῇ θαλάσσῃ Περσίδος explicata fuerunt *Persicum mare*? an in verbis τῶν ἐπιτηδείων ἀφθόνως ἔχοντα est ulla mentio classis? Primo igitur cum MS. Opt. & uno alio legendum ἀλεεινά. Quod sane monstro simile est, cur vel unde sic absconsiderint librarii, supposita voce, quam universi bene norant, sed neuter interpretum ausus fuit exprimere, quum toties in Novo Testamento etiam occurrat. Dein vertendum: *quod quum hiberno tempore iter faceret ora maritima Persidis esset calida.* Ipsa Græca voce sic utitur Strabo lib. III. pag. 150. de Hispania: χώρας ἱππικῆς καὶ ἀλεεινῆς οὔσης. ut ex Herodoto & Xenophonte citat H. Stephanus. Nempe ut ad mare Mediterraneum, sic ad Oceanum positæ regiones, quæ vergunt ad meridiem, calore magno censebantur, certe longe majore, quam mediterraneæ. Hinc de Italia Livius XXII, 43 *Calidiora atque ideo messibus maturiora Apuliæ loca.* Varro lib. 2. R. R. *Pascuntur armenta commodissime in nemoribus, ubi virgulta & frons multa: hieme cum hibernant secundum mare, æstu abiguntur in montes frondosos.* Tacitus de Capreis IV annal. 67. *Cœli temperies hieme mitis, objectu montis quo sæva ventorum arcentur: æstas in Favonium obversa, & aperto circum pelago peramœna:* Sed extra Italiam similiter. Hinc de Cilicia Curtius III, 5. *Tum æstas erat, cujus calor non aliam magis quam Ciliciæ oram vapore solis accendit.* Quem vera dicere declarant *vaporati æstus Ciliciæ*, ut vocavit eos Ammianus Marcellin. XXVI, 2. Et idem Livius XXXVIII, 27. *Ipse locis gelidis propinquitate Tauri montis excedere properans, victorem exercitum in hiberna maritimæ oræ reduxit.* Curtius V, 4. de Perside: *Regio non alia totâ Asiâ salubrior habetur, temperatum cœlum, hinc perpetuum jugum opacum & umbrosum, quod æstus levat: illinc mare adjunctum, quod modico tepore terras fovet.* Hinc erat, ut Reges Persarum qui quam proxime mare, Babylone nimirum aut Susis, hibernabant, quam remotissima ab mari & montanis proxima æstiva eligere soliti fuerint, ut notarunt & alii & Xenophon, cujus locum citat Brissonius lib. 1. de regno Persarum, in quo dicitur αὕτη γὰρ ἀλεεινὴ ἡ χώρα, ut eum respexisse videatur Stephanus. Itaque & Parthis æstiva agentibus scribitur Curtio Ecbatana sedes esse V, 8. Sed & in ipso auctore nostro hæc satis manifesta, vel dum libro III, cap. 6 Alexandrum ab Euphrate petisse non recta Babylonem, sed alia propter causam hanc quoque τὸ καῦμα οὐκ ἀνεκτῶς ἐπιφλέγειν, vel dum in Indicis cap, 40 Indiæ partem mari Rubro appositam scribit αὐχμώδης καὶ ἄκαρπος ὑπὸ καύματος, inde sequi temperatam & fertilem, tertiam esse χειμερίην καὶ νιφετώδεα. Quod si Tabernerii itinera sequaris, prorsus hodieque hanc Asiam deprehendes. Hunc igitur fervorem in maritimis ἀλέαν dixere, Casauboni memoriæ bene infixam, ut & ad Strabonis librum III pag. CXLV illustraret, & ad Persii Satiram VI. Unde & Aristotelis nomine libellus de mundo pag. 41. αἱ δὲ λαμπρότεραι γίνονται καὶ ἀλεειναί, ubi optime id novisse se ostendit Vulcanius, & Heliodorus in principio agnoscit νεοχμίας ἀλεεινὰ λείψανα, ubi similem ambiguitatem decidit Bourdelotius. Ita quoque calidæ erant illæ partes, non quod mari vicinæ essent, sed primo, quod longius à Tauro & reliqua montana plaga & hinc frigidiore ac magis ventosa abessent; deinde, quod propior meridiem, cui erant expositæ, infestarentur ab ardentibus notis;

29 ἐπιτήδεια ἀφθόνως ἔχοντα. Αὐτὸς δὲ ξὺν τοῖς κουφοτάτοις τῶν πεζῶν, καὶ ξὺν τοῖς ἑταίροις τῶν ἱππέων, καὶ μέρει τινὶ τῶν τοξοτῶν, ᾔει τὴν ἐπὶ Πασαργάδας τῆς Περσίδος. Στασάνορα δὲ καταπέμπει ἐπὶ τὴν ἀρχὴν τὴν ἑαυτοῦ. Ὡς δὲ ἐπὶ τοῖς ὅροις ἦν τῆς Περσίδος, Φρασαόρτην μὲν οὐ κατέλαβε σατραπεύοντα ἔτι (νόσῳ γὰρ τετελευτηκὼς ἐτύγχανεν ἐν Ἰνδοῖς ἔτι Ἀλεξάνδρου ὄντος) Ὀρξίνης δὲ ἐπεμέλετο τῆς Περσίδος, οὐ πρὸς Ἀλεξάνδρου κατασταθεὶς, ἀλλ' ὅτι οὐκ ἀπηξίωσεν αὐτὸν ἐν κόσμῳ[39] Πέρσας διαφυλάξαι Ἀλεξάνδρῳ, οὐκ ὄντος ἄλλου ἄρχοντος. Ἦλθε δὲ ἐς Πασαργάδας καὶ Ἀτροπάτης ὁ Μηδίας σατράπης, ἄγων Βαρυάξην[40] ἄνδρα Μῆδον συνειλημμένον, ὅτι ὀρθὴν τὴν κίδαριν περιθέμενος, βασιλέα προσεῖπεν αὐτὸν Περσῶν τε καὶ Μήδων· καὶ ξὺν τούτῳ τοὺς μετασχόντας αὐτῷ τοῦ νεωτερισμοῦ τε καὶ τῆς ἀποστάσεως. Τούτους μὲν δὴ ἀπέκτεινεν Ἀλέξανδρος· ἐλύπησε δὲ αὐτὸν ἡ παρανομία ἡ ἐς τὸν Κύρου τοῦ Καμβύσου τάφον, ὅτι διορωρυγμένον τε καὶ σεσυλημένον κατέλαβε τοῦ Κύρου τὸν τάφον, ὡς λέγει Ἀριστόβουλος· εἶναι γὰρ ἐν Πασαργάδαις ἐν τῷ παραδείσῳ τῷ βασιλικῷ Κύρου ἐκείνου τάφον· καὶ περὶ αὐτὸν ἄλσος ἐμπεφυτεῦσθαι[41] δένδρων παντοίων, καὶ ὕδατι εἶναι κατάρρυτον, καὶ πόαν βαθεῖαν πεφυκέναι ἐν τῷ λειμῶνι· καὶ αὐτὸν δὲ τὸν τάφον τὰ κάτω λίθῳ τετραπέδῳ[42] ἐς τετράγωνον σχῆμα πεποιῆσθαι· ἄνωθεν δὲ οἴκημα ἐπεῖναι λίθινον ἐστεγασμένον, θυρίδα ἔχον φέρουσαν ἔσω στενὴν[43], ὡς μόλις ἂν ἑνὶ ἀνδρὶ οὐ μεγάλῳ, πολλὰ κακοπαθοῦντι παρελθεῖν· ἐν δὲ τῷ οἰκήματι πύελον χρυσῆν κεῖσθαι, ἵνα τὸ σῶμα τοῦ Κύρου ἐτέθαπτο[44], καὶ κλίνην παρὰ τῇ πυέλῳ[45]· πόδας δὲ εἶναι τῇ κλίνῃ

pia abundarent. Ipse cum expeditissimis peditum, cumque amicorum equitatu, & aliqua sagittariorum parte, versus Pasargadas Persidis profectus est. Stasanorem vero in suam provinciam mittit. Quumque ad Persidis fines venisset, Phrasaortem ibi satrapatu fungentem non reperit (qui, Alexandro adhuc apud Indos res gerente, morbo decesserat) Orxines vero præsidem agebat, non quidem ab Alexandro constitutus, sed quod non indignum censuisset Persas Alexandro in officio continere, quandiu nemo esset qui ejus provinciæ curam gereret. Accessit quoque ad eum in Pasargadas Atropates Mediæ satrapa, isque Baryaxem Medum captum adducebat, quod erectâ cidari capiti impositâ Persarum ac Medorum regem se appellasset, & cum eo omnes innovationis rerum & defectionis socios: quos Alexander necari jussit. Ægerrime vero ferebat scelus in Cyri Cambysis sepulcrum admissum; quod quidem perfractum spoliatumque reperit, ut autor est Aristobulus. Esse enim apud Pasargadas in hortis regiis Cyri illius sepulcrum, & circum id, lucum omnis generis arboribus consitum, aquisque irriguum, atque alto gramine hortum ipsum refertum esse: sepulcrum ipsum ab imâ parte saxo quadrato structum quadrangularem formam præ se ferre. In editiore parte ædiculam esse lapideo fornice contectam, portulamque habere quæ in eam ducat, ita angustam ut ægerrime unus aliquis, neque is magnæ staturæ, ingredi possit; in ædiculâ solium aureum esse positum, in quo Cyri corpus conditum servatur: lecticam solio adstare, cujus

tis, ut ipsum notum fatentem inducit Lucianus in dialogo inter zephyrum & notum, quem illustrat quoque Diodorus Siculus III, 48. Memini sæpe harum per ista climata proprietatum notas quoque legisse in hodiernis itinerariis. Sed & ex interpretatione Vulcanii sequente *& classis omnium rerum copia abundaret*, delevi vocem *classis*, quum de ea non agatur, sed Hephæstionis iter terrestre notetur per vocem στόλῳ.

39 Οὐκ ἀπηξίωσεν αὐτὸς ἐν κόσμῳ] Hæc gratia linguæ Græcæ si non ab Vulcanio, certe per editionem ejus incepta propagatur sic sordidissime, & propagabitur, nisi nunc testemur & Basileensem editionem & MSS. Florentinos omnes, etiam Optimum legere αὐτὸν. An non plane eodem modo lib. I cap. 12 οὐκ ἀπαξιώσας ἑμαυτὸν φανερὰ καταστῆσαι τὰ Ἀλεξάνδρου ἔργα.

40 Βαρυάξην] De quo quid suspicetur Freinshemius, videre licet in Curtianis 9, 10, 19.

41 Ἄλσος ἐμπεφυτεῦσθαι] MS. Optimus cum duobus simpliciter πεφυτεῦσθαι.

42 Λίθῳ τετραπέδῳ] Adeo omnes MSSti consentiunt in λίθῳ τετραπέδῳ, ut etiam notaverit in ora Vulcanius. Non mirum igitur fuerit, si hunc casum retinuerit quoque Optimus. Sed quod mirari licet, est, quod solus habeat τετραπόδῳ, quo vides longe aliam faciem huic sepulchro contingere. Quum enim ita structuram hanc describant, ut sepulchrum ab ima parte saxo quadrato sit structum, tanquam ipsi terræ immunito fundamento, ex restitutione libri Optimi discimus nihil tale fuisse, sed ipsum hoc sepulchtum in ima parte constitisse ex lapide, quem quatuor pedes sustinerent, sane ad quadratam formam. Quod satis memorabile est & notitia tua, lector, dignissimum. Non enim Mausoleum est vel Halicarnassi vel Romæ. Huic uni lapidi omnis fabrica videtur institisse, ut ipse torus insistebat similiter pedibus aureis. Nimis enim vagatus fuit Facius *quadrangulari lapide quaternorum pedum ab imo ædificium constare.*

43 Φέρουσαν ἔσω στενὴν] Plane hæc conveniunt verbis Strabonis, στενὴν τελέως ἔχοντα τὴν εἴσοδον. Sed tamen MS. Opt. φέρουσαν ἐς στενὴν. Quod ad voces πύελον χρυσῆν nuper notatum vides, universum improbe agnosces ereptum Bar. Brissonio de regno Persarum pag. 152; ibi habes illa vocabula *loculus*, *arcula*, *urna*. Sicut similiter quidquid de voce κανδύας appositum est, ex eodem libro descripeum nefarie est pag. 252. ubi disces quoque illum Palamedem, quum in libro priore præclarus ille Brissonius ad κανδύας maluisset tacere.

44 Ἐτέθαπτο] Opt. ἐθάπτετο.

45 Καὶ κλίνην παρὰ τῇ πυέλῳ] *lecticam solio adstare.* Condono viro nimis ῥωμαΐζοντι. Non enim κλίνη, etsi sic quoque VII, 3 & 25, est lectica. Sed quomodo adstat solio ἡ κλίνη, si in κλίνῃ medio sit solium, quod plane

κλίνη χρυσοῦς σφυρηλάτους, καὶ τάπητα ἐπιβλημάτων Βαβυλωνίων, καὶ καυνάκας πορφυροῦς ὑποστρώννυσθαι [46]· ἐπεῖναι δὲ καὶ κάνδυς, καὶ ἄλλους χιτῶνας τῆς Βαβυλωνίου ἐργασίας· καὶ ἀναξυρίδες Μηδικαὶ καὶ στολαὶ ὑακινθινοβαφεῖς λέγει ὅτι ἔκειτο [47]· αἱ δὲ πορφύρας, αἱ δὲ ἄλλης καὶ ἄλλης χρόας· καὶ στρεπτοὶ, καὶ ἀκινάκαι, καὶ ἐνώτια χρυσοῦ τε καὶ λίθων κολλητά· καὶ τράπεζα ἔκειτο. Ἐν μέσῳ δὲ τῆς κλίνης ἡ πύελος ἔκειτο, ἡ τὸ σῶμα τοῦ Κύρου ἔχουσα· εἶναι δὲ ἐντὸς τοῦ περιβόλου, πρὸς τῇ ἀναβάσει τῇ ἐπὶ τὸν τάφον φερούσῃ, οἴκημα σμικρὸν τοῖς μάγοις πεποιημένον, οἳ δὴ ἐφύλασσον τὸν Κύρου τάφον, ἔτι ἀπὸ Καμβύσου τοῦ Κύρου, παῖς παρὰ πατρὸς ἐκδεχόμενοι τὴν φυλακήν. Καὶ τούτοις πρόβατόν τε ἐς ἡμέραν ἐδίδοτο ἐκ βασιλέως, καὶ ἀλεύρων [48] τε καὶ οἴνου τεταγμένα, καὶ ἵππος κατὰ μῆνα ἐς θυσίαν τῷ Κύρῳ. Ἐπεγέγραπτο δὲ ὁ τάφος Περσικοῖς γράμμασι, καὶ ἐδήλου Περσιστὶ τάδε, ὮΙ ἌΝΘΡΩΠΕ, ἘΓΩ῍ ΚΥ῀ΡΟ΄Σ Ε῍ΙΜΙ Ο῾ ΚΑΜΒΥ΄ΣΟΥ, Ο῾ ΤΗ῍Ν Α῍ΡΧΗ῍Ν ΠΕ΄ΡΣΑΙΣ ΚΑΤΑΣΤΗΣΑ΄ΜΕΝΟΣ, ΚΑΙ῍ ΤΗ῀Σ Α῍ΣΙ΄ΑΣ ΒΑΣΙΛΕΥ΄ΣΑΣ. ΜΗ῍ ΟΥ῀Ν ΦΘΟ΄ΝΕΙ [49] ΜΟΙ ΤΟΥ῀ ΜΝΗ΄ΜΑΤΟΣ. Ἀλέξανδρος δὲ (ἐπιμελὲς γὰρ ἦν αὐτῷ, ὁπότε ἕλοι Πέρσας, παρελθεῖν ἐς τοῦ Κύρου τὸν τάφον) τὰ μὲν ἄλλα καταλαμβάνει ἐκπεφορημένα, πλὴν τῆς πυέλου καὶ τῆς κλίνης· οἱ δὲ καὶ τὸ σῶμα τοῦ Κύρου ἐλωβήσαντο, ἀφελόντες τὸ πῶμα τῆς πυέλου καὶ τὸν νεκρὸν ἐξέβαλλον [50]· αὐτὴν δὲ τὴν πύελον ἐπειρῶντο εὔογκον σφίσι ποιήσασθαι, καὶ ταύτῃ εὔφορον, τὰ μὲν περικόπτοντες, τὰ δὲ ξυνθλῶντες [51] αὐτῆς· ὡς δὲ οὐ προὐχώρει αὐτοῖς τοῦτο τὸ ἔργον, οὕτω δὴ ἐάσαντες τὴν πύελον ἀπῆλθον. Καὶ λέγει Ἀριστόβουλος, αὐτὸς ταχθῆναι πρὸς Ἀλεξάνδρου [52] κοσμῆσαι ἐξ ἀπαρχῆς

cujus pedes ex solido auro fabrefacti sint. hanc tapetis Babyloniis stratam, stragulis purpureis substratis: lecticæ candyn regiam aliasque vestes Babylonii operis impositas esse. Femoralia etiam Medica: vestes quoque hyacinthino colore tinctas ibi positas fuisse scribit: atque has quidem purpurei, alias varii coloris; torques quoque ac gladios & inaures, auro & gemmis ligatos; mensa præterea ibi posita erat; in medio vero lecticæ solium, corpus Cyri continens. Esse præterea intra ambitum in ipso ad sepulcrum ascensu exiguam quandam ædiculam, Magis exstructam, qui quidem sepulcrum custodiebant, jam inde à Cambyse Cyri filio custodiæ munere à patribus in filios transmisso. Atque his quidem ovis in singulos dies ab rege dabatur, vinique & farinæ certus modus: singulis etiam mensibus equus unus quem Cyro sacrificarent. Titulus sepulcri Persicis literis inscriptus, hoc significabat, O MORTALIS, CYRVS EGO SVM CAMBYSIS F. QVI PERSIS REGNVM CONSTITVI, ASIÆQVE IMPERAVI. ITAQVE NE MEO MONVMENTO INVIDEAS. Alexander, (incesserat enim eum cupido jam tum quum Persas vicisset, adeundi istius sepulcri) reliqua omnia furto sublata, præter solium & lectum reperit. Nonnulli ne ipsius quidem corpori pepercerant; sublato enim solii operculo corpus ejecerant: ipsum vero solium imminuere conati fuerant, ut commodius auferri posset: partim præscindentes, partim contundentes atque confringentes: quumque opus non succederet ex sententiâ, relicto tandem solio abierunt. Aristobulus ab Alexandro designatum se fuisse ait, qui sepulcrum de

plane infra adfirmat? ἐν μέσῳ τῆς κλίνης ἡ πύελος ἔκειτο. Sed plane κλίνη est lectus & lectica prorsus diversa ab lecto, etsi potuerit interdum præbuisse ejus usum. Multa satis de hac re Casaubonus ad Suetonium. Itaque dicit auctor lectum adfuisse solio. Lectos etiam interpretatus fuit cap. 24.

46 Τάπητα ἐπιβλημάτων Βαβυλωνίων καὶ καυνάκας πορφυροῦς ὑποστρώννυσθαι] Certe quæ Basileensis editionis scriptura est, eandem esse omnium prisca manu scriptorum testor; nempe ὑποστρώματα, ut plane reperi, quum tamen Vulcanius videatur adscripsisse ὑποστρωμάτων. Quam quo magis considero, eo magis amplecti incipio. Quis autem docuit nuperos ἐπίβλημα notare insertam in fine vestis purpuram? & quidni in quacunque parte vestis? immo quidni aliquando vilissimum in mendici veste centonem? Certe id vocabulum esse γενικὸν satis docet Euangelistarum usus. Itaque intelligendum tapetem Babylonico opere variegatum & caunacas purpureas lecto pro culcita fuisse. Etenim recte procedit locutio καυνάκας πορφυροῦς εἶναι τῇ κλίνῃ ὑποστρώματα. Nec quidquam hic tentandum: nisi quod ita loquatur, ac si cadaver sine ullis stragulis vel torali jacuerit, sed pro eis fuerint κάνδυς & χιτῶνες & alia.

47 Λέγει ὅτι ἔκειτο] Verbum λέγει abest ab Optimo codice.

48 Καὶ ἀλεύρων] Opt. ἀλεύρα, ut interpretum alter *frumenti triti*, alter *farinæ*. Et mox pro καὶ ἐδήλου MS. ἐδήλου δή.

49 Μὴ οὖν φθόνει] In omnibus MSS. reperi ut & Vulcanius in Augustano, φθονήσῃς, prout habet quoque Plutarchus & Eustathius ad Dionysii Periegesin. Et videntur eruditiores id tempus in ore & usu habere maluisse. Achilles Tatius lib. 3. p. 195. Πρὸς θεῶν, ὕδωρ, μή μοι φθονήσητε θανάτου καλοῦ. Lucianus in Necyomant. Μὴ φθονήσῃς τῶν λόγων φίλῳ ἀνδρί. Et vetus Poeta, Μὴ φθονήσῃς δοῦναι καὶ βραχὺ τῆς ψηφῖδος.

50 Τὸν νεκρὸν ἐξέβαλλον] Opt. ἔξω ἔβαλλον.

51 Τὰ δὲ καὶ ξυνθλῶντες] Sed liber Optimus notanda varietate τὰ ἔξω καὶ θλῶντες.

52 Ταχθῆναι πρὸς Ἀλεξάνδρου] Opt. cum duobus aliis παρ᾽, & tum deinde ἐξ ὑπαρχῆς non ἐξ ἀπαρχῆς, quod sane non notat de integro, sed ad exemplum ejus, quale ab principio fuerat.

χῆς τὸν Κύρου τάφον· καὶ τὸ μὲν σῶμα τὸ ὅσον ἔτι σῶον ἦν, καταθεῖναι ἐς τὴν πύελον, καὶ τὸ πῶμα ἐπιθεῖναι· ὅσα δὲ λελώβητο αὐτῆς, κατορθῶσαι· καὶ τὴν κλίνην ἐντεῖναι ταινίαις, καὶ τἆλλα ὅσα ἐς κόσμον ἔκειτο, κατ' ἀριθμόν τε τοῖς πάλαι ὅμοια[53] ἀποθεῖναι, καὶ τὴν θυρίδα δὲ ἀφανίσαι, τὰ μὲν αὐτῆς λίθῳ ἐνοικοδομήσαντα, τὰ δὲ πηλῷ ἐμπλάσαντα· καὶ ἐπιβαλεῖν τῷ πηλῷ τὸ σημεῖον τὸ βασιλικόν. Ἀλέξανδρος δὲ ξυλλαβὼν τοὺς μάγους τοὺς φύλακας τοῦ τάφου ἐστρέβλωσεν, ὡς κατειπεῖν τοὺς δράσαντας· οἱ δὲ οὔτε σφῶν[54] οὔτε ἄλλου κατεῖπον στρεβλούμενοι, οὐδὲ ἄλλῃ πῃ ξυνηλέγχοντο ξυνειδότες τῷ ἔργῳ· καὶ ἐπὶ τῷδε ἀφείθησαν ἐξ Ἀλεξάνδρου. Ἔνθεν δὲ ἐς τὰ βασίλεια ᾔει τὰ Περσῶν, ἃ δὴ πρόσθεν κατέφλεξεν αὐτός, ὥς μοι λέλεκται ὅτι οὐκ ἐπῄνουν[55] αὐτὸ ἔργον· ἀλλ' οὐδ' αὐτὸς Ἀλέξανδρος ἐπανελθὼν ἐπῄνει. Καὶ μὲν δὴ καὶ κατ' Ὀρξίνου πολλοὶ λόγοι ἐλέχθησαν πρὸς Περσῶν, ὃς ἦρξε Περσῶν, ἐπειδὴ Φρασαόρτης ἐτελεύτησε· καὶ ἐξηλέγχθη Ὀρξίνης ἱερά τε ὅτι σεσύληκε, καὶ τάφους βασιλικούς, καὶ Περσῶν πολλοὺς ὅτι οὐ ξὺν δίκῃ ἀπέκτεινε· τοῦτον μὲν δὴ οἷς ἐτάχθη ὑπὸ Ἀλεξάνδρου ἐκρέμασαν. Σατράπην δὲ Πέρσαις ἔταξε Πευκέσταν τὸν σωματοφύλακα, πιστόν τέ οἱ ἐς τὰ μάλιστα τιθέμενος, τά τε ἄλλα, καὶ ἐπὶ τῷ ἐν Μαλλοῖς ἔργῳ, ἵνα προεκινδύνευσέ τε καὶ συνεξέσωσεν Ἀλέξανδρον, καὶ ἄλλως τῷ βαρβαρικῷ τρόπῳ τῆς διαίτης οὐκ ἀξύμφορον· ἐδήλωσε δὲ ἐσθῆτά τε εὐθύς, ὡς κατέστη σατραπεύειν Περσῶν, μόνος τῶν ἄλλων Μακεδόνων μεταβαλὼν τὴν Μηδικήν, καὶ φωνὴν τὴν Περσικὴν ἐκμαθών, καὶ τἆλλα ξύμπαντα ἐς τρόπον τὸν Περσικὸν[56] κατασκευασάμενος. Ἐφ' οἷς Ἀλέξανδρός γε ἐπῄνει αὐτόν, καὶ οἱ Πέρσαι ὡς τὰ παρὰ σφίσι πρὸ τῆς πατρίας προσθέντι ἔχαιρον.

de integro instauraret, corporisque partes quæ supererant in solio conderet, operculoque tegeret: quæque rupta essent reficeret, lectum tæniis intenderet, pristinoque ornatu restitueret; ad hæc ædiculæ portam lapide & calce obstrueret, regio signo illi impresso. Post hæc Alexander magos sepulcri custodes comprehensos in quæstionem dari jubet, uti autores facinoris indicent; qui quidem torti, neque de se neque de aliis quicquam confessi sunt, neque ullius rei sibi conscii esse sunt deprehensi; quapropter ab Alexandro dimissi. Inde in regiam Persarum profectus est, quam ipse antea concremârat: quod quidem factum neque ego probavi, neque Alexander ipse reversus laudavit. Ibi multa Orxini (qui Persas post Phrasaortis obitum rexerat) crimina objecta sunt: quod templa, & sepulcra regia spoliasset, multosque Persarum injuste peremisset; atque hunc quidem jussu Alexandri in crucem sustulerunt. Dehinc Peucestan corporis custodem (quod fidem ejus egregiam cum aliis in rebus tum apud Mallos expertus esset, ubi magno suo periculo Alexandrum servârat) Persis satrapam constituit, qui quidem barbaricâ morum ratione ab illorum ingeniis minime alienus erat. quod quidem declaravit, quum statim atque satrapatum apud Persas gerere cœpit, solus ex omnibus Macedonibus veste Medicâ receptâ, linguam Persicam didicit, reliquaque omnia ad Persicum modum accommodavit. Quo quidem nomine Alexander eum collaudavit: & Persæ, quod Persicum cultum patrio prætulisset, gavisi sunt.

53 Κατ' ἀριθμόν τε τοῖς πάλαι ὅμοια] MSSti omnes auctiores κατ' ἀριθμόν τε καὶ τιμῇ. Horum autem nihil in versione expressum video. Nam si sic placuisset Arriano, potuisset paucioribus verbis exprimere quoque, quod expressit Vulcanius *pristinoque ornatu restitueret*. Genius Arriani id vult *& alia quæ ornatum facerent, tanto etiam numero & pretio ac fuerant reponeret*.

54 Οἱ δὲ οὔτε σφῶν] MSSti omnes, ut de suo V. C. notavit quoque Vulcanius, οἱ δὲ οὐδὲν οὔτε σφῶν.

55 Ὅτι οὐκ ἐπῄνουν] Multi ex antiquis libris habent ἐπῄνεσα. Quod quum in V. C. deprehenderet quoque Vulcanius, ita correxit versionem: *concremarat, ut à me dictum est, quando & factum improbavi; sed neque.*

56 Τἆλλα ξύμπαντα τὰ ἐς τ. τ. Περ.] Illud postremum τὰ est prorsus supervacuum, nec à me in ullo scripto inventum, prout etiam Vulcanius notavit in V. C. deesse. Itaque securus delevi.

ΑΡΡΙΑΝΟΥ ΑΝΑΒΑΣΕΩΣ ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΥ

ΒΙΒΛΙΟΝ ΕΒΔΟΜΟΝ.

ARRIANI DE EXPEDITIONE ALEXANDRI

LIBER SEPTIMUS.

ΚΕΦ. Α.

Ὡς δὲ ἐς Πασαργάδας τε καὶ ἐς Περσέπολιν ἀφίκετο Ἀλέξανδρος, πόθος καταλαμβάνει αὐτὸν καταπλεῦσαι κατὰ τὸν Εὐφράτην τε καὶ κατὰ τὸν Τίγρητα ἐπὶ τὴν θάλασσαν τὴν Περσικήν, καὶ τῶν τε ποταμῶν ἰδεῖν τὰς ἐκβολὰς τὰς ἐς τὸν πόντον, καθάπερ τοῦ Ἰνδοῦ καὶ τὴν ταύτῃ θάλασσαν. Οἱ δὲ καὶ τάδε ἀνέγραψαν, ὅτι ἐπενόει Ἀλέξανδρος περιπλεῦσαι τήν τε Ἀραβίαν τὴν πολλήν, καὶ τὴν Αἰθιόπων γῆν, καὶ τὴν Λιβύην τε καὶ τοὺς Νομάδας ὑπὲρ τὸν Ἄτλαντα τὸ ὄρος, ὡς ἐπὶ Γάδειρα ἔσω ἐς τὴν ἡμετέραν θάλασσαν, καὶ τὴν Λιβύην τε καταστρεψάμενος καὶ Καρχηδόνα, οὕτω δὴ τῆς Ἀσίας πάσης[1] δικαίως ἂν βασιλέα καλεῖσθαι· τοὺς γάρ τοι Περσῶν καὶ Μήδων βασιλέας, οὐδὲ τοῦ πολλοστοῦ μέρους τῆς Ἀσίας ἐπάρχοντας, οὐ σὺν δίκῃ καλεῖν σφᾶς μεγάλης βασιλέας. Ἔνθεν δὲ οἱ μὲν λέγουσιν ὅτι ἐς τὸν πόντον τὸν Εὔξεινον ἐσπλεῖν ἐπενόει ἐς Σκύθας τε καὶ τὴν Μαιῶτιν λίμνην· οἱ δέ, ὅτι ἐς Σικελίαν τε καὶ ἄκραν Ἰαπυγίαν· ἤδη γὰρ καὶ ὑποκινεῖν αὐτὸν τὸ Ῥωμαίων ὄνομα προχωροῦν ἐπὶ μέγα. Ἐγὼ δέ, ὁποῖα μὲν ἦν Ἀλεξάνδρου τὰ ἐνθυμήματα, οὔτε ἔχω ἀτρεκῶς ξυμβαλεῖν, οὔτε μέλει ἔμοιγε εἰκάζειν· ἐκεῖνο δὲ καὶ αὐτὸς ἄν μοι δοκῶ ἰσχυρίσασθαι, οὔτε μικρόν τι καὶ φαῦλον ἐπινοεῖν Ἀλέξανδρον, οὔτε μεῖναι ἂν ἀτρεμοῦντα ἐπ' οὐδενὶ τῶν ἤδη κεκτημένων[2], οὐδὲ εἰ τὴν Εὐρώπην τῇ Ἀσίᾳ προσέθηκεν, οὐδ' εἰ τὰς Βρεττανῶν νήσους τῇ Εὐρώπῃ, ἀλλὰ ἔτι ἂν ἐπέκεινα ζητεῖν τι τῶν ἠγνοημένων· εἰ καὶ

CAP. I

POSTQUAM Alexander in Pasargadas ac Perſepolim venit, cupido eum cepit navigandi per Euphratem ac Tigrim in Perſicum mare, fluminumque in mare exitus viſendi, quemadmodum & Indi oſtia, & quod ex eâ parte eſt mare viderat. Sunt etiam qui tradant Alexandrum in animo habuiſſe magnam Arabiæ partem circumnavigare, & Æthiopum regionem, Libyamque & Numidas, ultra Atlantem montem, ad Gades in noſtrum mare, Africâ Carthagineque ſubactâ, penetrare. Ita enim merito totius Aſiæ regem vocari poſſe; Perſarum enim ac Medorum reges, quum ne milleſimam quidem Aſiæ partem tenerent, inique ſeſe magnos reges vocâſſe. Hinc ſunt qui dicant eum per Euxinum pontum navigare voluiſſe in Scythas & Mæotim paludem: alii, in Siciliam & Japygium promontorium. Jam tum enim Romanorum nomen late diffuſum, animum ejus commoviſſe. Ego vero quid in animo ſuo agitârit neque certo affirmare poſſum, neque curæ mihi eſt id conjecturis aſſequi. Illud certe mihi aſſeverare poſſe videor, illum nihil humile aut exigui momenti animo volviſſe, neque quamtumlibet terrarum ſuo imperio adjeciſſet, conquieturum fuiſſe: non ſi Europam Aſiæ, aut Britannicas inſulas Europæ conjunxiſſet, ſed ulterius ſemper aliquid à notitiâ hominum remotum quæſiturum: & ſi cum alio nemine, cum ſuo ipſius

1 Ἀσίας πάσης] Vox poſtrema abeſt ab Optimo codice, quod mireris, ſolo; quæ ſicut omitti poterat, ita ſi rite perpendas, dubites, an non potius deleri debeat vox Ἀσίας. Non enim ſic Ἀσίας dominus futurus erat, ſed πάσης nempe οἰκουμένης. Et certe ſic in Indicis cap. 5. ſatis ſpecioſe viri docti ſuſpectam fecerunt eandem vocem.

2 Τῶν ἤδη κεκτημένων] Egregie & hoc loco ille Optimus ἐκτημένων, de quo ſupra.

καὶ μὴ ἄλλῳ τῳ, ἀλλὰ αὐτόν γε αὐτῷ ἐρίζοντα. Καὶ ἐπὶ τῷδε ἐπαινῶ τοὺς σοφιστὰς τῶν Ἰνδῶν, ὧν λέγουσιν ἔστιν οὓς καταληφθέντας ὑπ' Ἀλεξάνδρου ὑπαιθρίους ἐν λειμῶνι [3], ἵνα περ αὐτοῖς διατριβαὶ ἦσαν, ἄλλο μὲν οὐδὲν ποιῆσαι πρὸς τὴν ὄψιν αὐτοῦ τε καὶ τῆς στρατιᾶς, κρούειν δὲ τοῖς ποσὶ τὴν γῆν [4], ἐφ' ἧς βεβηκότες ἦσαν. Ὡς δὲ ἤρετο Ἀλέξανδρος δι' ἑρμηνέων, ὅτι νοοῖ αὐτοῖς τὸ ἔργον· τοὺς δὲ ἀποκρίνασθαι ὧδε, Ὦ βασιλεῦ Ἀλέξανδρε, ἄνθρωπος μὲν ἕκαστος τοσόνδε τῆς γῆς κατέχει, ὅσον περ τοῦτό ἐστιν ἐφ' ὅτῳ βεβήκαμεν· σὺ δὲ ἄνθρωπος ὢν, παραπλήσιος τοῖς ἄλλοις, πλήν γε δὴ ὅτι πολυπράγμων καὶ ἀτάσθαλος, ἀπὸ τῆς οἰκείας τοσαύτην γῆν ἐπεξέρχῃ, πράγματα ἔχων τε καὶ παρέχων ἄλλοις. καὶ οὖν καὶ ὀλίγον ὕστερον ἀποθανὼν, τοσοῦτον καθέξεις τῆς γῆς, ὅσον ἐξαρκεῖ ἐντεθάφθαι τῷ σώματι. Κἀνταῦθα ἐπῄνεσε μὲν Ἀλέξανδρος τούτους τοὺς λόγους [5] καὶ τοὺς εἰπόντας, ἔπρασσε δὲ ὅμως ἄλλα καὶ τἀναντία οἷς ἐπῄνεσεν. Ἐπεὶ καὶ Διογένην τὸν ἐκ Σινώπης θαυμάσαι λέγεται ἐν Ἰσθμῷ, ἐντυχὼν αὐτῷ [6] κατακειμένῳ ἐν ἡλίῳ, ἐπιστὰς σὺν τοῖς ὑπασπισταῖς καὶ τοῖς πεζεταίροις, καὶ ἐρόμενος εἴ του δέοιτο· ὁ δὲ Διογένης ἄλλου μὲν ἔφη δεῖσθαι οὐδενὸς, ἀπὸ τοῦ ἡλίου δὲ ἀπελθεῖν ἐκέλευσεν αὐτόν τε καὶ τοὺς σὺν αὐτῷ. Οὕτω τοι οὐ πάντη ἔξω ἦν τοῦ ἐπινοεῖν τὰ κρείττω Ἀλέξανδρος, ἀλλ' ἐκ δόξης γὰρ δεινῶς ἐκρατεῖτο. ἐπεὶ καὶ ἐς Τάξιλα αὐτῷ ἀφικομένῳ, καὶ ἰδόντι τῶν σοφιστῶν Ἰνδῶν τοὺς γυμνοὺς, πόθος ἐγένετο ξυνεῖναί τινα οἱ τῶν ἀνδρῶν τούτων, ὅτι τὴν καρτερίαν αὐτῶν ἐθαύμασε· καὶ ὁ μὲν πρεσβύτατος τῶν σοφιστῶν, ὅτου ὁμιληταὶ οἱ ἄλλοι ἦσαν, Δάνδαμις ὄνομα, οὔτε αὐτὸς ἔφη παρ' Ἀλέξανδρον ἥξειν, οὔτε τοὺς ἄλλους εἴα· ἀλλ' ἀποκρίνασθαι γὰρ λέγεται, ὡς Διὸς υἱὸς καὶ αὐτὸς εἴη, εἴπερ οὖν καὶ Ἀλέξανδρος· καὶ ὅτι οὔτε δέοιτό του τῶν παρ' Ἀλεξάνδρου (ἔχειν γάρ οἱ εὖ τὰ παρόντα) καὶ ἅμα ὁρᾷν τοὺς ξὺν αὐτῷ πλανωμένους τοσαύτην γῆν καὶ θάλασσαν ἐπ' ἀγαθῷ οὐδενὶ, μήτε πέρας τι αὐτοῖς γινόμενον τῶν πολλῶν πλανῶν· οὔτ' οὖν ποθεῖν τι αὐτὸς, ὅτου κύριος ἦν Ἀλέξανδρος δοῦναι· οὔτ' αὖ δεδιέναι, ὅτου κρατοίη ἐκεῖνος, ἐς τὸ εἴργεσθαι· ζῶντι μὲν γάρ οἱ τὴν Ἰνδῶν γῆν ἐξαρ-

ipsius animo perpetuam ei contentionem futuram fuisse. Quo quidem nomine Indorum sapientes laudo, quorum nonnullos quum aliquando in prato, in quem commentandi causâ convenire solent, sub dio ambulantes offendisset, eos ad Alexandri atque exercitus conspectum nihil aliud fecisse, quam pedibus terram quam calcabant pulsasse. Alexandro autem causam ejus facti per interpretes interrogante, ita responderunt, „Quoniam, ô rex Alexander, unusquisque mortalium tantum terræ possidet, „quantum hoc est quod calcamus: tu vero „homo reliquis similis es, præterquam quod „curiosus atque iniquus tam procul à domo „tuâ discesseris, tibi pariter atque aliis negotium facessens. Quin igitur exiguo „abhinc tempore moriturus, non plus terræ es possessurus, quam corpori tuo sepeliendo sufficiat. Atque Alexander quidem sapientum sententiam laudavit: non destitit tamen alia, & quidem iis quæ laudârat contraria, persequi. Siquidem & Diogenem Sinopeum in Isthmo admiratus fuisse dicitur, quum illum ad solem stratum apricantemque offendisset, cum scutatorum & peditum amicorum manu propius accessisse, rogasseque num aliquâ re indigeret: Cui Diogenes nullâ se re egere respondit, simulque Alexandrum cum suo comitatu recedere jussit, ne objectu corporum solis calorem interciperent. Ita non plane alienus erat ab optimarum rerum consideratione, sed gloriæ cupiditas transversum cum rapiebat. Nam & quum ad Taxila urbem venisset, Indorum sapientes nudos conspicatus, aliquem eorum sibi adjungi optabat, incredibilem in eis laborum tolerantiam admiratus. At qui inter illos sapientes erat natu maximus, cujus reliqui sectatores erant, Dandamis nomine, respondit, neque se ad Alexandrum venturum, neque aliis ut irent permissurum; se enim etiam Jovis filium esse, perinde atque Alexander; neque ullâ re ab Alexandro egere: iis enim quæ haberet contentum esse. Addidit præterea videre se, iis qui una cum eo tantum terrarum ac maris pervagati essent, nihil boni propositum esse, neque ullum erroribus eorum finem statui. Nihil itaque se expetere eorum quæ Alexander largiri posset: sed nec timere quidem ne iis quæ ipse possideret prohiberetur. Quamdiu enim viveret,

3 Ὑπαιθρίους ἐν λειμῶνι] Nequivi probare factum Vulcanii, quum discedens ab Facio, qui prata attribuit his, quos perperam magos vocat; ut adeo λειμῶνα illis reddiderim.

4 Κρούειν τοῖς ποσὶ τὴν γῆν] Ipsi mox ænigma istud explicant, & de terra se intelligere declarant. Alioquin persimile hoc factum Cleanthi, qui quum etiam pede terram percussisset, versum ex Epigonis fertur dixisse, Audisne hæc Amphiaraë sub terram abdite? quod narrat Cicero lib. II. Tuscul. Quum vero mox dicatur ὅτι νοοῖ αὐτοῖς τὸ ἔργον, & ipse tester me sic legisse in omnibus scriptis codicibus, indicandum censui ab Vulcanio adscriptum in ora V. C. ἢ, τί ποτ' αὐτοῖς. Nam particula ἢ, quam Vulcanii editio his verbis præmittit, ignorata editioni Basileensi, ignorata omnibus MSS. etiam à me omissa est.

5 Τούτους τοὺς λόγους] MSS. omnes τούς τε λόγους αὐτοὺς, quæ series amœnior. Et in eisdem mox inveni τοῖς πεζεταίροις, non ἑταίροις.

6 Ἐντυχὼν αὐτῷ] Sane Optimus cum duobus aliis ἐντυχὼν τῷ Διογένει. Jam supra satis, ut opinor, notata est ista repetitio nominis, tanquam in familiari sermone.

ἐξαρκεῖν, φέρουσαν τὰ ὡραῖα· ἀποθανόντι δὲ, ἀπαλλαγήσεσθαι οὐκ ἐπιεικοῦς ξυνοίκου τοῦ σώματος· οὔκουν οὐδὲ Ἀλέξανδρον ἐπιχειρῆσαι βιάσασθαι, γνόντα ἐλεύθερον ὄντα τὸν ἄνδρα· ἀλλὰ Κάλανον γὰρ ἀναπεισθῆναι τῶν ταύτῃ σοφιστῶν, ὅντινα μάλιστα δὴ αὐτῶν ἀκράτορα Μεγασθένης ἀνέγραψεν· αὐτούς τε τοὺς σοφιστὰς λέγειν κακίζοντας τὸν Κάλανον, ὅτι ἀπολιπὼν τὴν παρὰ σφίσιν εὐδαιμονίαν, ὁ δὲ δεσπότην 3 ἄλλον ἢ τὸν θεὸν ἐθεράπευε. Ταῦτα ἐγὼ ἀνέγραψα, ὅτι καὶ ὑπὲρ Καλάνου ἐχρῆν εἰπεῖν ἐν τῇ περὶ Ἀλεξάνδρου ξυγγραφῇ· μαλακισθῆναι γάρ τι τῷ σώματι τὸν Κάλανον ἐν τῇ Περσίδι γῇ, οὔπω πρόσθεν νοσήσαντα· οὔκουν οὐδὲ δίαιταν διαιτᾶσθαι θέλειν ἀρρώστου ἀνδρὸς, ἀλλὰ εἰπεῖν γὰρ πρὸς Ἀλέξανδρον, καλῶς αὐτῷ ἔχειν ἐν τῷ τοιῷδε καταστρέψαι, πρίν τινος ἐς πεῖραν ἐλθεῖν παθήματος, ὅ, τι περ ἐξαναγκάσει αὐτὸν μεταβάλλειν τὴν πρόσθεν δίαιταν· καὶ Ἀλέξανδρον ἀντιτείνειν μὲν αὐτῷ ἐπὶ πολύ· ὡς δ' οὐχ ἡττησόμενον ἑώρα, ἀλλὰ ἄλλως ἂν ἀπαλλαγέντα, εἰ μή τις ταύτῃ ὑπείκοι· οὕτω δὴ ὅπῃ ἀπήγγελλεν αὐτὸς, κελεῦσαι νηθῆναι[8] αὐτῷ πυρὰν, καὶ ταύτης ἐπιμεληθῆναι Πτολεμαῖον τὸν Λάγου τὸν σωματοφύλακα. Οἱ δὲ καὶ πομπήν τινα προπομπεῦσαι αὐτοῦ[9] λέγουσιν ἵππους τε καὶ ἄνδρας, τοὺς μὲν ὡπλισμένους, τοὺς δὲ θυμιάματα παντοῖα τῇ πυρᾷ ἐπιφέροντας· οἱ δὲ καὶ ἐκπώματα χρυσᾶ καὶ ἀργυρᾶ, καὶ ἐσθῆτα βασιλικὴν λέγουσιν ὅτι ἔφερον· αὐτῷ δὲ παρασκευασθῆναι μὲν ἵππον, ὅτι βαδίσαι ἀδυνάτως εἶχεν ὑπὸ τῆς νόσου· καὶ μὴν δυνηθῆναί γε οὐδὲ τοῦ ἵππου ἐπιβῆναι, ἀλλὰ ἐπὶ κλίνης γὰρ κομισθῆναι φερόμενον[10], ἐστεφανωμένον τε τῷ Ἰνδῶν νόμῳ, καὶ ᾄδοντα τῇ Ἰνδῶν γλώσσῃ. Οἱ δὲ Ἰνδοὶ λέγουσιν ὅτι ὕμνοι θεῶν ἦσαν καὶ αὐτοὶ οἱ ἔπαινοι[11]. Καὶ τὸν μὲν ἵππον τοῦτον ὅτου ἐπιβήσεσθαι

ret, Indorum regionem tempestivos statis anni partibus fructus ferentem ipsi sufficere: quum vero mori contingeret, se à corpore ut socio non satis æquo discessurum. Quæ quum audisset Alexander, noluit invitum cogere, quod liberum hominem esse intelligeret: Calano tamen persuasisse, uni ex sapientum numero, quem quidem incontinentem fuisse Megasthenes scribit: reliquosque sapientes judicasse perperam id à Calano factum fuisse, quod relictâ felicitate quam sese consecutos censebant, alium dominum quam Deum coleret. Atque hæc 3 quidem commemoravi, quoniam & Calani mentionem fieri oportebat in historiâ Alexandri. Is namque quum in Perside corpore esset imbecillo, qui nunquam antea æger fuerat, non patiebatur se ad ægrotantium regulam ac diætam curari; quin potius Alexandro dicebat, præclare secum agi, quod in eo statu mori sibi contingeret, priusquam aliquod incommodum experiretur, quod pristinam vivendi rationem immutare cogeret: Alexander contra ejus sententiæ acriter reluctabatur. Quum vero ab instituto deduci non posse cerneret, sed aliud genus mortis quæsiturum, nisi istud ei concederetur, crederet, rogum ei, ubi designarat, exstrui jussit: ejusque rei negotium dat Ptolemæo Lagi F. corporis custodi. Sunt qui asserant pompam etiam ab Alexandro præmissam fuisse, equosque & viros, alios quidem armatos, alios varii generis odoramenta in rogum congessisse: alii pocula aurea & argentea, atque adeo vestem regiam illatam ajunt. Ipsi vero, quod præ morbo incedere non posset, equum adductum fuisse. quumque ne equum quidem conscendere posset, lecticâ vectum, atque Indico more coronatum fuisse, hymnos patriâ linguâ canentem. quos quidem Indi ipsi laudes deorum continere dicebant. Porro equum quem fuerat inscensurus (erat autem

7 Ἀποθανόντι δὲ] Immo ἀποθανόντα, ut habet MS. Optimus & duo alii, non potest alias se tueri syntaxis, & valeant rythmici. Casaubonus ad Strabonem p. 151. citat sine offensione vulgatum, ut suspicor, per festinationem. Paulo ante ubi in interpretatione dicitur *Indorum sapientes nudos conspicatus*, Vulcanius postea judicavit potius fore, si exstaret *Ind. sapientes qui nudi vocantur, consp.*

8 Οὕτω δὴ ἀπήγγελλεν αὐτὸς κελεῦσαι αἰθῶναι] *Rogum ei, ut petierat, accendi jussit.* Nec si millies à capite ad calcem Græca quis consideret, sanum ex eis hauriet sensum; nedum istum, quem expressit Vulcanius. An illud ἀπήγγελλεν αὐτὸς adeo emphaticum est & debuit dici de Alexandro scilicet, ut notaret *jussit*? an de Calano, ut sit positum pro *petere*? Proculdubio posterius. Quando sic sumitur verbum ἀπαγγέλλω? Quam egregium, quam lene est, quod produco ex scriptis, & corrigendum censeo, si quid censere possum, οὕτω δὴ ὅπῃ ἀπήγγελλεν αὐτὸς. Sic omnes prorsus MSSti alicujus pretii, hoc est, *tum demum illic, ubi ipse demonstrabat designabatque, jussit.* Sed & aliud latet in sequenti voce. Facius enim vertit, *piram extrui ut Calanus jusserat, permisit.* Unde paret eum aliter legisse in suo exemplari, quam Vulcanius, qui de accendendo edidit, non de extruendo. Ergo & mihi in uno MS. occurrebat αἰθῶναι. Nimirum scripsit Arrianus κελεῦσαι νηθῆναι, ut habet MS. Optimus cum alio uno, idque ipsum postea in V. C. invenit Vulcanius, unde annotavit. Doctius & quæsitius id verbum est, quam ut à scriba oriri potuerit, & tum supra jam à nobis Arriano confirmatum, tum in primis Herodoto in hac phrasi gratum, qui lib. 1 cap. 19 νήσας πυρὴν μεγάλην. Quod Hesychius exponit σωρεύσας.

9 Προπομπεῦσαι καὶ αὐτοῦ] Delenda est copula jussu MSStorum.

10 Κομισθῆναι φερόμενον] Plane, ut contraria vice Antoninus Liberalis fab. 1. καὶ τὸ μὲν σῶμα κομίσαντες ἔφερον ὅπως κηδεύσωσι.

11 Ὅτι ὕμνοι θεῶν ἦσαν καὶ αὐτοὶ οἱ ἔπαινοι] Vulcanius: *quos quidem Indi ipsi laudes Deorum continere dicebant.* Nimium attentus, ne quid verbum emitteretur. Nam quo pacto vocem αὐτοὶ potuit referre ad vocem Ἰνδοὶ? Sed

ἵππον μὲν, ὃν αὐτῷ ἔμελλε (βασιλικὸν ὄντα τῶν Νησαίων) πρὶν ἀναβῆναι ἐπὶ τὴν πυρὰν, Λυσιμάχῳ χαρίσασθαι, τῶν τινι θεραπευόντων [12] αὐτὸν ἐπὶ σοφίᾳ· τὰ δὲ δὴ ἐκπώματα ἢ στρώματα ὅσα ἐμβληθῆναι εἰς τὴν πυρὰν κόσμον αὐτῷ ἐτετάχει Ἀλέξανδρος, ἄλλα ἄλλοις δοῦναι τῶν ἀμφ᾽ αὐτόν. Οὕτω δὴ ἐπιβάντα τῇ πυρᾷ, κατακλιθῆναι μὲν ἐν κόσμῳ, ὁρᾶσθαι δὲ πρὸς τῆς στρατιᾶς ξυμπάσης. Ἀλεξάνδρῳ δὲ οὐκ ἐπιεικὲς φαίνεσθαι τὸ θέαμα, ἐπὶ φίλῳ ἀνδρὶ γιγνόμενον· ἀλλὰ τοῖς γὰρ ἄλλοις θαῦμα παρασχεῖν, οὐδέν τι παρακινήσαντα [13] ἐν τῷ πυρὶ τοῦ σώματος. Ὡς δὲ τὸ πῦρ ἐς τὴν πυρὰν ἐνέβαλον οἷς προστεταγμένον ἦν, τάς τε σάλπιγγας φθέγξασθαι λέγει Νέαρχος (οὕτως ὑπ᾽ Ἀλεξάνδρου [14] προστεταγμένον) καὶ τὴν στρατιὰν ἐπαλαλάξαι πᾶσαν, ὁποῖόν τι καὶ ἐς τὰς μάχας ἰοῦσα ἐπηλάλαζε· καὶ τοὺς ἐλέφαντας συνεπηχῆσαι τὸ ὀξὺ καὶ πολεμικὸν, τιμῶντας Κάλανον. Ταῦτα καὶ τοιαῦτα ὑπὲρ Καλάνου τοῦ Ἰνδοῦ ἱκανοὶ ἀναγεγράφασιν, οὐκ ἀχρεῖα πάντα ἐς ἀνθρώπους, ὅτῳ γνῶναι ἐπιμελὲς, ὅτι ὡς καρτερόν τι ἐστὶ καὶ ἀνίκητον γνώμη ἀνθρωπίνη [15] ὅ, τι περ 4 ἐθέλοι ἐξεργάσασθαι. Ἐν τούτῳ δὲ Ἀλέξανδρος Ἀτροπάτην μὲν ἐπὶ τὴν αὐτοῦ σατραπείαν ἐκπέμπει, παρελθὼν ἐς Σοῦσα· Ἀβουλίτην δὲ καὶ τὸν τούτου παῖδα Ὀξάθρην, ὅτι κακῶς ἐπεμελεῖτο τῆς Σουσίων, συλλαβὼν ἀπέκτεινε. πολλὰ μὲν δὴ πεπλημμέλητο ἐκ τῶν κατεχόντων τὰς χώρας, ὅσαι δορίκτητοι πρὸς Ἀλεξάνδρου ἐγένοντο, ἔς τε τὰ ἱερὰ καὶ τάφους, καὶ αὐτοὺς τοὺς ὑπηκόους, ὅτι χρόνιος ὁ εἰς Ἰνδοὺς στόλος ἐγεγένητο τῷ βασιλεῖ, καὶ οὐ πιστὸν ἐφαίνετο ἀπονοστήσειν [16] αὐτὸν ἐκ τοσῶνδε ἐθνῶν, καὶ τοσῶνδε ἐλεφάντων, ὑπὲρ τὸν Ἰνδόν τε καὶ Ὑδάσπην καὶ τὸν Ἀκεσίνην καὶ Ὕφασιν, φθειρόμενον. Καὶ αἱ ἐν Γαδρωσίοις δὲ αὐτῷ ξυμφοραὶ ξυνενεχθεῖσαι ἔτι μᾶλλον ἐπῆραν τοὺς ἐν ταύ-

autem regius, ex genere Nesæorum) priusquam in rogum se immitteret, Lysimacho cuidam, qui eum sapientiæ nomine observârat ac coluerat, dedit. Pocula vero & stragula quæ Alexander ornandi ejus causâ in rogum conjici jusserat, aliis atque aliis qui ei aderant distributa sunt. Dehinc conscenso rogo decore se reclinasse in conspectu totius exercitus. Alexander indecorum censuit spectaculo interesse, quod amicus esset: reliquis summæ admirationi fuit, in mediis flammis corpus non movens. Simulac vero ii quibus id negotii datum erat ignem rogo immiserunt, tubas clanxisse Nearchus tradit, (ita enim ab Alexandro imperatum erat) universumque exercitum clamores sustulisse, perinde atque quum prælium inire consuevit: elephantos etiam ingentem quendam bellicumque fremitum edidisse, Calanum cohonestantes. Hæc aliaque hujuscemodi autores fide digni de Calano conscripsere, non inutilia quidem hominibus quibus curæ est intelligere, quam fortis atque invictus sit humanus animus, si aliquid sibi firmiter proponat præstandum. Post hæc 4 Alexander Atropatem in satrapatum suum mittit, ipse Susa proficiscitur. Abulitem ejusque filium Oxathrem, quod res Susiorum non recte administrarant, comprehensos necavit. Multa porro flagitia admissa erant ab iis, qui regiones ab Alexandro debellatas administrabant, cum in templa & sepulcra, tum in subjectos ipsos. Diuturna enim regis in Indos expeditio fore videbatur: neque verisimile eis fiebat cum ex tot gentibus totque elephantis sospitem rediturum, sed trans Indum, Hydaspem, Acesinem, atque Hyphasim interiturum. Calamitas etiam illa quæ exercitui apud Gadrosios acciderat, satrapas illius regionis magis

Sed neque copula καὶ ullam hic efficaciam affert, neque meritum locum possidet. Itaque quum in his nugis versetur universa codicum vetustorum copia, & docti lectores sic coacti fuerint huc usque glande se tueri; tum unus ille Optimus θεῶν καὶ αὐτῶν οἱ ἔπαινοι. Perpulchre: vel ut præter Deos Indorum omnium, vel modo sapientium Indorum laudes intelligas. Et videntur isti Indorum προτεταγμένοι ὕμνοι continuisse mortuorum decora. Vide in Indicis cap. 10.

12 Τῶν τινι θεραπευόντων] Vulcanius *Lysimacho cuidam qui.* Si judicare licet, nimis viliter; imprimis si intelligitur ille σωματοφύλαξ Alexandri, etiam Callisthenem observare solitus, quamvis sic quoque infra cap. 24 τῶν τινα ἐν ἀπολήψεσιν ἀνθρώπων. Adhæreo potius Facianæ interpretationi, *uni ex iis qui eum propter sapientiam colebant.*

13 Παρακινήσαντες] MSSti omnes rectius παρακινήσαντα. Quod ipsum quum jam occupaverit quoque editio Basileensis, merito revocavi ejecto typorum, ut opinor, vitio.

14 Ὑπ᾽ Ἀλεξάνδρου] Opt. & alius ἐξ Ἀλ. In fine capitis 23. τοῦτο ἐκ βασιλέως μεγάλου ἐντεταλμένον. Nec aliter locutus est 1, 25, quod supra notavimus.

15 Ὡς καρτερόν τι ἐστὶ καὶ ἀνίκητον γνώμη ἀνθρωπίνη] Edidi, ut verissime edendum legendumque vidit postea ipse Vulcanius, quum in ipsius & Basileensi editione ultimæ voces acciperentur quasi tertius casus cum jota subscripto, quod etiam stoliditas novissimæ sequuta est. Sed præterquam quod ad claritatem sententiæ maximum ea correctio adferat momentum, tum nulla bona constructio potest tueri vulgatæ ineptiam. At quam præclare γνώμη ἀνθρωπίνη dicitur καρτερὸν καὶ ἀνίκητον videlicet χρῆμα, ut v, 17 καλὸν σωφροσύνη. Cæterum ad hunc locum videtur alludere Casaubonus in sapientissima epistola ad Frontonem Ducæum, quæ est numero DCXXIV pag. 713.

16 Οὐ πιστὸν ἐφαίνετο ἀπονοστήσειν] Recte quidem, sed tamen Opt. ἀπονοστῆσαι. Quod præfero, sive id futuri significatione accipias, ut fieri solet, sive præteriti, ut sensus sit, eos non credidisse, licet subigeret ea omnia, ex India redire unquam retro & tot fluvios sospitem trajicere potuisse.

ταύτῃ σατραπεύοντας, καὶ καταφρονῆσαι[17] αὐτοῦ τῆς οἴκαδε ἀπονοστήσεως. Οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ αὐτὸς Ἀλέξανδρος ὀξύτερος λέγεται γενέσθαι ἐν τῷ τότε ἐς τὸ πιστεῦσαί τε τοῖς ἐπικαλουμένοις, ὡς πιθανοῖς δὴ ἐν παντὶ οὖσι· καὶ ἐπὶ τὸ τιμωρήσασθαι μεγάλως τοὺς ἐπὶ μικροῖς ἐξελεγχθέντας, ὅτι καὶ τὰ μεγάλα ἂν ἐδόκουν αὐτῷ τῇ αὐτῇ γνώμῃ ἐξεργάσασθαι. Ὁ δὲ καὶ γάμους ἐποίησεν ἐν Σούσοις ἑαυτοῦ τε καὶ τῶν ἑταίρων· αὐτὸς μὲν τῶν Δαρείου θυγατέρων τὴν πρεσβυτάτην Βαρσίνην ἠγάγετο· ὡς δὲ λέγει Ἀριστόβουλος, καὶ ἄλλην πρὸς ταύτῃ τὴν Ὤχου θυγατέρα τὴν νεωτάτην Παρύσατιν· ἤδη δὲ ἦν αὐτῷ ἠγμένη καὶ ἡ Ὀξυάρτου τοῦ Βακτρίου παῖς Ῥωξάνη. Δρύπετιν δὲ Ἡφαιστίωνι δίδωσι, Δαρείου παῖδα, καὶ ταύτην ἀδελφὴν τῆς αὐτοῦ γυναικός· ἐθέλειν γάρ οἱ ἀνεψιοὺς τῶν παίδων γενέσθαι τοὺς Ἡφαιστίωνος παῖδας·[18] Κρατερῷ δὲ Ἀμαστρίνην[19], τὴν Ὀξυάρτου τοῦ Δαρείου ἀδελφοῦ παῖδα· Περδίκκᾳ δὲ τὴν Ἀτροπάτου τοῦ Μηδίας σατράπου παῖδα ἔδωκε· Πτολεμαίῳ δὲ τῷ σωματοφύλακι, καὶ Εὐμενεῖ τῷ γραμματεῖ τῷ βασιλικῷ, τὰς Ἀρταβάζου παῖδας· τῷ μὲν Ἀρτακάμαν, τῷ δὲ Ἄρτωνιν· Νεάρχῳ δὲ τὴν Βαρσίνης τε καὶ Μέντορος παῖδα· Σελεύκῳ δὲ[20] τὴν Σπιταμένους τοῦ Βακτρίου παῖδα· ὡσαύτως δὲ καὶ τοῖς ἄλλοις ἑταίροις τὰς δοκιμωτάτας Περσῶν τε καὶ Μήδων παῖδας, ἐς ὀγδοήκοντα. Οἱ γάμοι δὲ ἐποιήθησαν νόμῳ τῷ Περσικῷ· θρόνοι ἐτέθησαν τοῖς νυμφίοις ἐφεξῆς, καὶ μετὰ τὸν πότον[21] ἦκον αἱ γαμούμεναι, καὶ παρεκαθέζοντο ἑκάστη τῷ ἑαυτῆς· οἱ δὲ ἐδεξιώσαντό τε αὐτὰς καὶ ἐφίλησαν· πρῶτος δὲ ὁ βασιλεὺς ἦρξεν· ἐν τῷ αὐτῷ γὰρ πάντων ἐγίγνοντο οἱ γάμοι· καὶ τοῦτο, εἴπερ τι ἄλλο, ἔδοξε δημοτικόν τε καὶ φιλέταιρον πρᾶξαι Ἀλέξανδρος[22]· οἱ δὲ παραλαβόντες ἀπῆγον τὴν ἑαυτοῦ ἕκαστος· προῖκας δὲ ξυμπάσαις ἐπέδω-

gis exstimulârat, ut de ipsius reditu omnem cogitationem deponerent. Porro Alexander pronior jam ad fidem delationibus habendam factus erat atrocibusque suppliciis leviter etiam delinquentes afficiebat, quippe quos majora delicta animo agitasse cogitabat. Posthæc ad nuptias & suas & amicorum in Susis celebrandas animum convertit: atque ipse quidem Barsinen ex Darii filiabus natu maximam uxorem duxit, & præter hanc aliam (ut Aristobulus tradit) Parysatin, ex filiabus Ochi natu minimam: sed & antea Roxanen Oxyartis Bactrii filiam duxerat. Drypetin, Darii filiam, uxorisque suæ sororem Hephæstioni dat. volebat enim Hephæstionis liberos suis consobrinos esse. Cratero Amastrinen Oxyartis Darii fratris filiam: Perdiccæ, Atropatis Medorum satrapæ filiam: Ptolemæo corporis custodi, atque Eumeni scribæ regio, Artabazi filias, illi quidem Artacaman, huic vero Artonin: Nearcho Barsines & Mentoris filiam, Seleuco autem Spitamenis Bactrii filiam dedit, atque ita reliquis etiam amicis Persarum ac Medorum illustrium filias LXXX matrimonio copulavit. Nuptiæ Persico more celebratæ sunt: sedilia ex ordine iis posita erant qui uxores ducturi erant, & post convivium sponsæ adductæ singulæ suis sponsis assederunt, qui mox dextris datis osculo eas exceperunt, initio à rege facto: cunctorum enim nuptiæ simul agebantur: quod quidem, si quid aliud, populariter atque amice ab Alexandro factum esse judicabatur. Sponsi suâ quisque sponsâ acceptâ recesserunt: Alexander dotes omnibus contulit. Nomina præ-

17 Καὶ καταφρονῆσαι] Ab Arriani manu non est copula hæc testimonio MS. Optimi, & reponenda inferius, καὶ ἐπὶ τὸ τιμωρήσασθαι μεγάλως τοὺς καὶ ἐπὶ μικροῖς, ubi optime convenit & interponunt scripti.

18 Ἐθέλειν οἱ ἀνεψιοὺς τῶν παίδων γενέσθαι τοὺς Ἡφαιστίωνος παῖδας] *Hephæstionis liberos sibi consobrinos esse.* Immo *suis liberis liberos Hephæstionis consobrinos esse.* Idem dicit mox cap. 10. πολλῶν ὑμῶν οἱ παῖδες συγγενεῖς ἔσονται τοῖς παισὶ τοῖς ἐμοῖς. Recte Facius: *illius filios liberis suis consanguinitate junctos esse.*

19 Κρατερῷ δὲ Ἀμαστρίνην] Sic appellat eam quoque Photius in excerpto hujus libri, ut dubium esse nequeat, ita exstitisse id nomen in exemplaribus illius temporis, non ex corruptela, sed legitima antiquioris codicis imitatione & manu Arriani. Jam vero perseverant codices nostri temporis ita eam appellare propagata certa fide, ut testor de omnibus, quos vidi. Deinde solitum fuit, ut eadem, cujus nomen terminabatur in *is*, etiam terminaretur in *ine*, ut dedi exempla ad Ammianum Marcell. XVI, 7. Itaque nec corruptum id nomen dici debet, nec immutari potest. Anterius in voce Βαρσίνης plane etiam nulla varietas mihi occurrit, ut nihil boni de manuariis libris nuper hic allegatis credi debeat, sed via quæsita ad Photii appellationem supponendam.

20 Νεάρχῳ δὲ τὴν Βαρσίνης τε καὶ Μέντορος παῖδα. Σελεύκῳ δὲ] Illustre hoc etiam specimen est fidei ac præstantiæ codicis, quem Optimum voco, ut merito sic à me existimari appareat. Solus enim mihi subjecit septem postremarum vocum legitimam restitutionem omnibus aliis libris & sæculis ignotam. Et potest Barsine fuisse nomen variarum fœminarum, prout certe statui oportet, & tum Mentori, tum Memnoni fuisse hoc nomine conjugem, prout de Memnone scribit Plutarchus, quem citavit Freinshemius in Curtianis 3, 13, 14. Alioqui Plutarchus quodammodo singularis est; quippe qui in Eumene Apaman scribat Ptolemæo datam, Eumeni autem Bersinem.

21 Κατὰ τὸν πότον] Ex MSS. duobus notavi μετὰ, quod expressit Vulcanius *post convivium*. Et video sic legi in ipsius Vulcanii editione; sed & Basileenses ita dedisse, ut lapsus typorum sit in novissima.

22 Ἔδοξε δημοτικὸν πρᾶξαι Ἀλέξανδρος] MSSti plane Ἀλεξάνδρῳ, cui contrarium occurrere indicavi III, 18. fin. Sed Arrianus se probat III, 16. Ὅτι ἐδόκει ἦξαι Ἀλεξάνδρῳ.

καὶ Ἀλέξανδρος. Καὶ ὅσοι δὲ ἄλλοι ἠγμένοι ἦσαν Μακεδόνες τῶν Ἀσιανῶν τινας γυναικῶν, ἀπογραφῆναι ἐκέλευσε καὶ τούτων τὰ ὀνόματα, καὶ ἐγένοντο ὑπὲρ τοὺς μυρίους· καὶ τούτοις δωρεαὶ Ἀλεξάνδρου ἐδόθησαν ἐπὶ τοῖς γάμοις.

5 Καὶ τὰ χρέα ἐπιλύσασθαι τῆς στρατιᾶς ὅσοις χρέα ἦν, ἐν καιρῷ οἱ ἔδοξε· καὶ κελεύει ἀπογράφεσθαι ὁπόσον ὀφείλει ἕκαστος, ὡς ληψομένους. καὶ τὰ μὲν πρῶτα ὀλίγοι ἀπέγραψαν σφῶν τὰ ὀνόματα, δεδιότες ἐξ Ἀλεξάνδρου μὴ πεῖρα αὕτη εἴη καθειμένη, ὅτῳ οὐκ ἀπαρκοῦσα ἡ μισθοφορὰ τοῖς στρατιώταις ἐστί, καὶ ὅτῳ πολυτελὴς ἡ δίαιτα· ὡς δὲ ἐξηγγέλλετο ὅτι οὐκ ἀπογράφουσι σφᾶς οἱ πολλοί, ἀλλ' ἐπικρύπτουσιν ὅτῳ τι εἴη συμβόλαιον, τὴν μὲν ἀπιστίαν τῶν στρατιωτῶν ἐκάκισεν· οὐ γὰρ χρῆναι οὔτε οὖν τὸν βασιλέα ἄλλο τι ἢ ἀληθεύειν πρὸς τοὺς ὑπηκόους, οὔτε τῶν ἀρχομένων τινὰ ἄλλο τι ἢ ἀληθεύειν δοκεῖν τὸν βασιλέα· καταθεὶς δὲ τραπέζας ἐν τῷ στρατοπέδῳ, καὶ ἐπὶ τούτων χρυσίον, καὶ τοὺς ἐπιμελησομένους τῆς δόσεως ἑκάστοις, ὅστις συμβόλαιον ἐπεδείκνυτο, ἐπιλύεσθαι τὰ χρέα ἐκέλευεν, οὐκ ἀπογραφομένους ἔτι τὰ ὀνόματα. Καὶ οὕτω δὴ ἐπίστευσάν τε ἀληθεύειν Ἀλέξανδρον, καὶ σὺν χάριτι μείζονι ἐγίγνετο αὐτοῖς τὸ μὴ γνωσθῆναι μᾶλλόν τι, ἢ τὸ παύσασθαι ὀφείλοντας. Λέγεται δὲ γενέσθαι ἡ δόσις αὕτη τῇ στρατιᾷ ἐς τάλαντα δισμύρια. Ἔδωκε δὲ καὶ δῶρα ἄλλοις ἄλλα, ὅπως τις κατ' ἀξίωσιν ἐτιμᾶτο, ἢ κατ' ἀρετήν, εἴ τις ἐπιφανὴς ἐγεγόνει ἐν τοῖς κινδύνοις. Καὶ ἐστεφάνωσε χρυσοῖς στεφάνοις τοὺς ἀνδραγαθίᾳ διαπρέποντας· πρῶτον μὲν Πευκέσταν τὸν ὑπερασπίσαντα· ἔπειτα Λεοννάτον, καὶ τοῦτον ὑπερασπίσαντα, καὶ διὰ τοὺς ἐν Ἰνδοῖς κινδύνους, καὶ τὴν ἐν Ὤροις νίκην γενομένην, ὅτι παραταξάμενος σὺν τῇ ὑπολειφθείσῃ δυνάμει πρὸς τοὺς νεωτερίζοντας τῶν τε Ὠρειτῶν καὶ τῶν πλησίον τούτοις[23] ᾠκισμένων, τῇ τε μάχῃ ἐκράτησε, καὶ τἆλλα καλῶς ἔδοξε τὰ ἐν Ὤροις κοσμῆσαι. Ἐπὶ τούτοις δὲ Νέαρχον ἐπὶ τῷ περίπλῳ τῷ ἐκ τῆς Ἰνδῶν γῆς κατὰ τὴν μεγάλην θάλασσαν ἐστεφάνωσε· καὶ γὰρ καὶ οὗτος ἀφιγμένος ἤδη ἐς Σοῦσα ἦν· ἐπὶ τούτοις δὲ, Ὀνησίκριτον τὸν κυβερνήτην τῆς νεὼς τῆς βασιλικῆς· ἔτι δὲ Ἡφαιστίωνα καὶ τοὺς ἄλλους σωματοφύλακας.

6 Ἧκον δὲ αὐτῷ καὶ οἱ σατράπαι, οἱ ἐκ τῶν πόλεων τῶν νεοκτίστων, καὶ τῆς ἄλλης γῆς τῆς δοριαλώτου, παῖδας ἡβάσκοντας ἤδη ἐς τρισμυρίους ἄγοντες, τὴν αὐτὴν ἡλικίαν γεγονότας (οὓς καὶ ἐπιγόνους[24] ἐκάλει Ἀλέξανδρος) κεκοσμημένους Μακεδονικοῖς ὅπλοις, καὶ τὰ πολέμια ἐς τὸν τρό-

præterea reliquorum Macedonum qui Asiaticas uxores duxissent conscribi jussit. numerus supra decem millia fuit: & his etiam sponsalia munera ab Alexandro data sunt.

5 Ad hæc opportunum ei visum est quidquid æris alieni milites conflaverant dissolvere. Quumque quantum quisque deberet ad se referri jussisset, ut pecuniam acciperent, initio quidem pauci nomina sua conscribi passi sunt, veriti ne Alexander id eo consilio faceret, ut exploraret quibus militibus ob immoderatos sumptus quos facerent stipendium non sufficeret: posteaquam vero renunciatum ei est plerosque nomina dare nolle, sed suas unumquenque rationes & contractus occultare, militum diffidentiam reprehendit, dicens non debere regem erga subjectos suos alium quam veracem esse, neque quenquam subjectorum aliter affectum esse debere, quam ut regem veracem esse credat; deinde mensis per castra dispositis, pecuniaque iis imposita, & constitutis qui largitionem illam administrarent, omnium qui rationes contractusque suos adferrent nomina dissolvi jussit, ne nominibus quidem debitorum conscriptis: ac tum demum veracem Alexandrum crediderunt, gratiusque eis accidit ignorari nomina, quam debito liberari. Ea largitio exercitui facta XX M talentûm fuisse dicitur. Ad hæc alia aliis pro uniuscujusque dignitate dona dedit, aut pro virtute quâ quis in prœliis eminuisset. Eos vero qui præclarum aliquod facinus edidissent aureis coronis donavit. ac primum quidem Peucestam qui scuto eum protexerat: deinde Leonnatum, qui etiam eum propugnârat, & ob pericula apud Indos adita, & victoriam apud Ora partam, quodque cum copiis suis in aciem progressus, Oritarum iisque finitimorum populorum motus defectionemque compescuisset & prælio superasset, multaque alia apud Ora præclare gessisset. Dehinc Nearchum, quod classem ex Indorum regione per oceanum duxisset, coronavit. nam & hic jam Susa pervenerat. Post hunc Onesicritum gubernatorem navis regiæ: deinde Hephæstionem aliosque corporis custodes.

6 Post hæc satrapæ novarum urbium abs se conditarum, aliarumque provinciarum quas debellârat, ad Alexandrum venerunt, XXX M. adolescentum pubescentium & æqualium ducentes, (quos Alexander Epigonos, *sive posteros suos* vocabat) omnes Macedonicis armis instructos, &

23 Πλησίον τούτοις] Opt. τούτων.

24 Οὓς καὶ ἐπιγόνους] Copula media non est in MS. Opt.

τρόπον τὸν Μακεδονικὸν ἠσκημένους. Καὶ οὗτοι ἀφικόμενοι λέγονται ἀνιᾶσαι Μακεδόνας, ὡς πάντα δὴ μηχανωμένου Ἀλεξάνδρου ὑπὲρ τοῦ μηκέτι ὡσαύτως δεῖσθαι Μακεδόνων· εἶναι γὰρ οὖν καὶ Μηδικὴν τὴν Ἀλεξάνδρου στολὴν ἄλγος οὐ σμικρὸν Μακεδόσιν ὁρωμένην[25]· καὶ τοὺς γάμους ἐν τῷ νόμῳ τῷ Περσικῷ ποιηθέντας, οὐ πρὸς θυμοῦ γενέσθαι τοῖς πολλοῖς αὐτῶν, οὐδὲ τῶν γημάντων ἔστιν οἷς, καίτοι τῇ ἰσότητι τῇ ἐς τὸν βασιλέα μεγάλως τετιμημένοις. Πευκέστας τε ὁ Περσῶν σατράπης τῇ τε σκευῇ καὶ τῇ φωνῇ Περσίζων ἐλύπει αὐτοὺς, ὅτι τῷ βαρβαρισμῷ αὐτοῦ ἔχαιρεν Ἀλέξανδρος· καὶ οἱ Βακτρίων δὲ καὶ οἱ Σογδιανῶν καὶ Ἀραχωτῶν ἱππεῖς, καὶ Ζαράγγων δὲ καὶ Ἀρείων, καὶ Παρθυαίων, καὶ ἐκ Περσῶν οἱ Εὐάκαι καλούμενοι ἱππεῖς[26], καταλοχισθέντες εἰς τὴν ἵππον τὴν ἑταιρικὴν, ὅσοι αὐτῶν κατ' ἀξίωσιν καὶ κάλλει[27] τοῦ σώματος ἢ τῇ

& ad militiam Macedonico more exercitatos. Horum adventum Macedones ægre tulisse dicuntur, utpote machinante omnibus modis Alexandro, ne in posterum perinde Macedonibus egeret. Improbari enim eis vehementer, quod veste Medicâ Alexandrum indutum cernerent: quodque nuptiæ Persico more celebratæ essent, multis etiam eorum qui uxores duxerant displicuisse: tametsi æqualitate ac societate regiarum nuptiarum vehementer cohonestati fuissent. Male etiam eos habebat, quod Peucestas Persarum satrapa cultu ipso atque sermone Persizaret, quodque Alexander barbaricâ illâ affectatione delectaretur. præterea quod Bactriani, Sogdiani, Arachoti, Zarangi, Arii, Parthi, & qui ex Persis Euacæ vocantur equites, amicorum equitatui accensi permistique essent, quotquot dignitate aut corporis præstantiâ aut vir-

25 *Ἄλγος οὐ σμικρὸν Μ. ὁρωμένην*] An dubitare debui de eligendo, quod & Optimus & alii codices proferunt, inter quos etiam novissime è V. C. notavit Vulcanius? Utique enim per vocem posteriorem adjectam videtur manifeste alludere ad *ἀλγεινοὺς ὀφθαλμοὺς*, sed quum illæ in visu dicantur tales, id anceps evitare voluit statuendo verum animorum *ἄλγος*, non *ἀλγεῖν*.

26 *Οἱ Περσῶν οἱ Εὐάκαι καλούμενοι ἱππεῖς*] Est hic alter locus, quem pro deposito nobis tradiderunt librarii, nescio unde nimium proclives in diphthongum *ευ*, & nunc quidem sic de compacto agentes, ut nulla varietate eum insigniverint, omnibus codicibus hanc falsam & ineptam appellationem tutantibus inique prorsus. Ecce alius jocus. Quum Cardaces monstrentur & ostententur in omnibus lexicorum molibus, in multis quoque Carduchi, studiose supprimuntur ab omnibus hi Euacæ, quos adeo & nostri & priores videntur indignos habuisse, ut noscerentur. Itaque pro his Euacis etiam illi duo ab nuperis castigationibus obtrusi offeruntur, quos oportet agnoscere vitiosissimos. Nam *Καρδοῦχοι*, utique nimium discedunt à vulgato. *Καρδάκαι*, licet in cauda speciem haberet, in capite tamen apparet spurium & æque peregrinum ac prius inventum: quod licet non esset, tamen expectare debebimus, si quis auctorum ita vocaret, quibus quum illi *Καρδάκες* semper dicantur, ut patet ex allegationibus ipsorum, longa & sera erit hæc exspectatio. Quod proxime vulgatum veniret, sunt Pliniani Euacæ, sed hi circa Tanaim ac Mæotin, ut Persæ vel Persarum equites solici esse non possint. Unice igitur bonum est *Σάκαι*, neque ego dubito, quin sic ab Arriano venerit. Hos semper in Persica militia invenio, & fuerunt Dario obstricti fœdere ad militandum, erantque equites, & sagittando maxime callebant. Supra noster lib. III cap. 8 *ἐτετάχατο δὲ αὐτοῖς καὶ Σάκαι, Σκυθικὸν τοῦτο τὸ γένος τῶν τὴν Ἀσίαν κατοικούντων Σκυθῶν, οὐχ ὑπήκοοι οὗτοι Βήσσου, ἀλλὰ κατὰ συμμαχίαν τὴν Δαρείου· ἱπποτοξόται δὲ οὗτοι ἦσαν ἱπποτοξόται*. Nabarzanes ad Darium in concilio apud Curtium v, 8 *Indi & Sacæ in tua potestate, Bactra intacta sunt.* Xenophon τ Κυρ. π. p. 375 *Σάκαι δὲ τοξόται οἱ πεζοί, καὶ ἱπποτοξόται οἱ ἀγχιλώπ*. Et quam perpetui illi seu fœderati seu mercenarii inter Persas fuerint, docet tum oratio Alexandri mox eos nominantis cap. 10, tum *Σακῶν ἑορτὴ* illic celebrata & ex Dione Chrysostomo pag. 66 Orat. 4 commemorata Brissonio pag. 187 de regno Persarum. Sed & ille semper *Saccas* appellat, & interpres Dionis *Saccos*; quum interim alio respectu id festum quoque dici potuerit. Et quod Persæ semper eos accensuerunt equitatui suo, id videntur fecisse exemplo

eorum, qui ante ipsos imperium Asiæ possederunt, Medorum, Assyriorumque, ut minime mirum sit, si Habbakuk de Chaldæis cecinisset 1, 8, *καὶ ἐξαλοῦνται ὑπὲρ παρδάλεις οἱ ἵπποι αὐτοῦ, καὶ ὀξύτεροι ὑπὲρ τοὺς λύκους τῆς Ἀραβίας, καὶ ἐξιππάσονται οἱ ἱππεῖς αὐτοῦ*, addat *καὶ ὁρμήσουσι μακρόθεν*. Hos Sacas beneficio Plinii licet conjectare sic dictos ob colorem, quum is scribat, *hunc colorem* amethysti Indicæ blandum *Indi Sacon vocant*, *talem gemmam Sacodion*. Quod etsi referat de India, potuit hæc vox inde egredi & prodire ad vicina. Sed notiores hi sunt, quam ut plura de iis colligere debeam. Nec dubium mihi ullum est, quin eosdem in exercitum suum postea allegerit Alexander, & hi ipsi sint, de quibus hoc libro cap. 12 ita loquitur Arrianus, *αὐτὸς δὲ ἐπιλεξάμενος τοὺς ἐν Βάκτροις, καὶ Σογδιανοὺς, καὶ τοὺς Σκύθας ἱππέας καὶ Δάας τοὺς ἱπποτοξότας*. Modo non & *Σάκας* ibi scripserit; sed eos miscet ut in præliis Darii.

27 *Κατ' ἀξίωσιν καὶ κάλλει*] Memorabile documentum & dignum quod annotetur, ut appareat, quam gaudeat varianda phrasi Arrianus. Poterat enim perseverare in spectanda præpositione, ut facit mox cap. 11 *κατ' ἀξίωσιν ἤ τινα ἄλλην ἀρετήν*. Prætulit aliud quicquam. Neque hic solum, sed fere omnes elegantiores ex antiquis. Sic Dio Prusæensis p. 124 *διὰ χαλεπότητα καὶ τῷ λοιδορεῖσθαι*. Livius 2, 43 *numinis publicè privatimque nunc extis, nunc per aves consulti*. Petronius: *Ephebus plenæ maturitatis & annis ad patiendum gestientibus*. Quod frustra Valesius contra regulas Grammaticæ ait. Adde ad Livium 35, 33 *ad liberandam Græciam disceptatumque*. 34, 41, *post compertam à Pythagora conjurationem & cæde jam cæpta*. Tacit. 1 ann. 2. *per acies aut proscriptione cecidisse*. Plautus in Aulul. *ego me injuriam fecisse fateor filiæ tuæ Cereris vigiliis per vinum atque impulsu adolescentiæ*. Suetonius in Julio 16. *Vi ac per arma*. Florus III, 5 *per defectionem civium Pharnacisque filii scelere*. Apulej. Apol. p. 275 *quæ etsi possint ab his futiliter blaterata ob mercedem & auctoramento impudentiæ deprehensa haberi*. Sic Florentinus codex, non *auctoramenta*. Sallustius Jug. 7. *neque per vim neque insidiis tentare*. Rursum Tacit. 3 ann. 65 *insignes per honestum aut notabili dedecore*. De German. 40. *Non per obsequium, sed præliis & periclitando*. Quæ tamen non vetant, quo minus scripserit lib. 2 hist. 54 *Per tenebras & inscitiam occiderentur*, prout invenimus certis in codicibus, licet Rhenanus de Budensi testetur *& inscientia*. Aut lib. 11 ann. 36 *Dederit paribus lasciviis ad cupidinem & fastidia*. Eodem lib. 1 hist. cap. 63 *Non ob prædam aut spoliandi cupidinem, sed furore & rabie*, ubi temere se fatigat Acidalius.

ἢ τῇ ἄλλῃ ἀξίᾳ ὑπερφέροντες ἐφαίνοντο [28]· καὶ πέμπτη ἐπὶ τούτοις ἱππαρχία προσγενομένη, οὐ βαρβαρικὴ ἡ πᾶσα, ἀλλὰ ἐπαυξηθέντος γὰρ τοῦ παντὸς ἱππικοῦ, κατελέγησαν ἐς αὐτὸ τῶν βαρβάρων· τῷ, τε ἀγήματι προσκαταλεγέντες Κώφης τε ὁ Ἀρταβάζου καὶ Ὑδάρνης καὶ Ἀρτιβόλης οἱ Μαζαίου, καὶ Φραδασμένης [29], καὶ οἱ Φραταφέρνου τοῦ Παρθυαίων καὶ Ὑρκανίας σατράπου παῖδες, καὶ Ἰτάνης Ὀξυάρτου μὲν παῖς, Ῥωξάνης δὲ τῆς γυναικὸς Ἀλεξάνδρου ἀδελφός, καὶ Αἰγοβάρης, καὶ ὁ τούτου ἀδελφὸς Μιθροβαῖος, καὶ ἡγεμὼν ἐπὶ τούτοις ἐπισταθεὶς Ὑδάσπης ὁ Βάκτριος· καὶ τούτοις δόρατα Μακεδονικὰ ἀντὶ τῶν βαρβαρικῶν μεσαγκύλων δοθέντα. Ταῦτα πάντα ἐλύπει τοὺς Μακεδόνας, ὡς πάντη δὴ βαρβαρίζοντος τῇ γνώμῃ Ἀλεξάνδρου, τὰ δὲ Μακεδονικὰ νόμιμά τε καὶ αὐτοὺς Μακεδόνας ἐν ἀτίμῳ χώρᾳ ἄγοντος. [7] Ἀλέξανδρος δὲ τῆς μὲν πεζῆς στρατιᾶς τὴν πολλὴν Ἡφαιστίωνα ἄγειν ἐκέλευσεν ἔστε ἐπὶ τὴν θάλασσαν τὴν Περσικήν· αὐτὸς δὲ, ἀναπλεύσαντος αὐτῷ τοῦ ναυτικοῦ ἐς τὴν Σουσίαν γῆν, ἐπιβὰς τῶν νεῶν ξὺν τοῖς ὑπασπισταῖς τε καὶ τῷ ἀγήματι, καὶ τῶν ἱππέων τῶν ἑταίρων ἀναβιβασάμενος οὐ πολλούς, κατέπλει κατὰ τὸν Εὐλαῖον ποταμὸν ὡς ἐπὶ θάλασσαν. Ἤδη δὲ πλησίον ὢν τῆς ἐκβολῆς τῆς ἐς τὸν πόντον, τὰς μὲν πλείονάς τε καὶ πεπονηκυίας τῶν νεῶν καταλείπει αὐτοῦ· αὐτὸς δὲ ταῖς μάλιστα ταχυναυτούσαις παρέπλει ἀπὸ τοῦ Εὐλαίου ποταμοῦ κατὰ τὴν θάλασσαν, ὡς ἐπὶ τὰς ἐκβολὰς τοῦ Τίγρητος. αἱ δὲ ἄλλαι αὐτῷ νῆες ἀνακομισθεῖσαι κατὰ τὸν Εὐλαῖον ἔστε ἐπὶ τὴν διώρυχα ἣ τέτμηται ἐκ τοῦ Τίγρητος ἐς τὸν Εὐλαῖον, ταύτῃ διεκομίσθησαν ἐς τὸν Τίγρητα. Τῶν γὰρ δὴ ποταμῶν τοῦ τε Εὐφράτου καὶ τοῦ Τίγρητος, οἳ τὴν μέσην σφῶν Ἀσσυρίαν [30] ἀπείργουσιν (ὅθεν καὶ τὸ ὄνομα Μεσο-

virtute aliquâ præditi judicarentur. adhæc quod quinta equitum præfectura accessisset, non quidem tota solis barbaris constans, sed quod universo equitatu aucto, nonnulli barbari in eum admissi essent. atque agemati quidem accensi fuissent Cophes Artabazi F. Hydarnes, Artiboles, Mazæi filii: Phradasmenes, & Phrataphernis Parthorum atque Hyrcaniæ satrapæ filii: Itanes Oxyartis filius & Roxanes Alexandri uxoris frater: Ægobares, ejusque frater Mithrobæus: quodque horum dux esset Hydaspes Bactrianus. & quod his Macedonicæ hastæ loco barbaricorum jaculorum datæ essent Hæc omnia Macedones periniquo animo ferebant, quod Alexander in barbaricos plane mores abire videretur, Macedonum vero instituta ipsosque adeo Macedones despectui haberet. Post hæc A- [7] lexander pedestris exercitus majorem partem Hephæstioni ad Persicum mare ducendam committit. Ipse vero classe in Susiorum regionem appulsâ, conscensis navibus cum scutatis & agemate, ac parte non magna equitum amicorum, per Eulæum amnem ad mare navigavit. Quumque jam non procul ab ostio quo in mare fertur abesset, plerisque navibus atque iis quæ quassatæ erant ibi relictis, ipse cum velocioribus ab Eulæo amne per mare ad Tigris ostia contendit. reliquæ naves per Eulæum advectæ in alveum, qui ex Tigri in Eulæum amnem ducitur, illic in Tigrim devectæ sunt. Nam ex duobus fluviis, Euphrate nimirum & Tigri, qui Assyriam interjectam terminant (unde

28 Ὑπερφέροντες ἐφαίνοντο] Ridiculæ sunt deliciæ edentium. Nam quum sic exhibuissent & Basileenses & & Vulcanii operæ, ipsi nuper typographi indignam Arriano locutionem judicantes non infeliciter subtraxerant literas decem. Non tulit hoc sedulitas Leucochthonis, & inter errata emendari jussit, gravatus & Richelianas & Gandenses membranas, quas nunquam habuerat, vel hoc saltem loco inspicere. Legendum ὑπερφέροντες ἐφαί. quod ex Augustano Vulcanius observavit laudatissime, ut in Indicis cap. 4 Τὸν Γάγγην μέγιστόν πολύ τι ὑπερφέρειν Μεγασθένης ἀνέγραψεν.

29 Καὶ Φραδασμένης] Dubitabam quid esset, quod unus MS. his verbis præmissum haberet καὶ σισιν, donec me docuit codex Optimus legendum καὶ Σισίνης. Nomen utique veteri orbi notissimum, & quod Lucianus in Toxari collocat in Scythia, sed mutatum in Sisinnes, prout Appianus id ipsum in Cappadocia lib. 5 *Civilium*; at in Persiam Asiamque retulit liber III Esdræ c. 6 ut Syriæ & Phœnices præfectum. Itaque vide an non ita sit legendum, quod nomen lib. I cap. 26 auctius protulit Ἀσισίνης, ubi ne credamus illud α esse ab Arriano, etsi soleat interdum quibusdam vocibus illa litera præponi, inveni in uno Πολλαμενὴς τε ὁ Ἀσισίνης. Sunt ea flagitia scribarum. Cæterum in omnibus his Asiaticis nominibus ita differt ab editis & aliis vulgo scriptis MStus Optimus, ut pro Ὑδάρνης (etiam ex Curtio 4, 5, 13 id Latine notum) habeat Ὑδάρνης, Ἰτάνης pro Γιτάνης, Αἰγοβάρης pro Αἰγοσάρης, Ὑδάσπης pro Ὑδάρνης, quod etiam consensu suo firmant cum editione Basileensi alii MSS. In quibus mutationibus agnoscis opinor, nihil esse, quod non propius ad familiaria Persarum alia nomina & publice nota accedat, quam sit in vulgatis, & haud dubie omnes propterea pro veris admittendæ. Quod vero palmarium est, discamus ex eodem codice, quis sit ille Phradasmenes, qui quum alii propter imagines parentum allecti appareant, solus orbus remanet, ut neque causa conjici queat, cur ad istum honorem hic quoque promotus sit. Ille enim omnes istas minutias ita ordinat καὶ Φραδασμένης ὁ Φραταφέρνου &c. tanquam Sisines ille novus & modo à me vindicatus frater fuerit hujus Phradasmenis, & certe ex eodem patre. Quod ut de Sisine, an is quoque fuerit Phrataphernis filius, affirmare nequeo, ita Φραδασμένης corruptum pronuntio pro Φαρισμάνης. Clarum id est ex VI, 27 ξὺν αὐτῷ Φαρισμάνης ὁ Φραταφέρνου τῆς Παρθυαίων καὶ Ὑρκανίων σατράπου παῖς.

30 Μέσην σφῶν Ἀσσυρίαν] Video sane sic quoque citati ab Eustathio; & hinc simul persuadeor non studiose

 ab

Μεσοποταμία πρὸς τῶν ἐπιχωρίων καλεῖται) ὁ μὲν Τίγρης πολὺ ταπεινότερος ῥέων τοῦ Εὐφράτου, διώρυχάς τε πολλὰς ἐκ τοῦ Εὐφράτου ἐς αὐτὸν δέχεται, καὶ πολλοὺς ἄλλους ποταμοὺς παραλαβών, καὶ ἐξ αὐτῶν αὐξηθεὶς ἐσβάλλει ἐς τὸν πόντον τὸν Περσικόν, μέγας τε καὶ οὐδαμοῦ διαβατὸς ἔστε ἐπὶ τὴν ἐκβολήν, καθότι οὐ καταναλίσκεται αὐτοῦ οὐδὲν ἐς τὴν χώραν. Ἔστι γὰρ μετεωροτέρα ἡ ταύτῃ γῆ τοῦ ὕδατος, οὐδὲ ἐκδίδωσιν οὗτος κατὰ τὰς διώρυχας, οὐδὲ ἐς ἄλλον ποταμόν, ἀλλὰ δέχεται γὰρ ἐκείνους μᾶλλον· ἄρδεσθαί τε ἀφ' οὗ [31] τὴν χώραν οὐδαμῇ παρέχει. Ὁ δὲ Εὐφράτης μετέωρός τε ῥεῖ καὶ ἰσοχειλὴς πανταχῇ τῇ γῇ, καὶ διώρυχές τε πολλαὶ ἀπ' αὐτοῦ πεποίηνται, αἱ μὲν ἀέναοι, ἀφ' ὧν ὑδρεύονται οἱ παρ' ἑκάτερα ᾠκισμένοι· τὰς δὲ καὶ πρὸς καιρὸν ποιοῦνται, ὁπότε σφίσιν ὕδατος ἐνδεῶς ἔχοι, ἐς τὸ ἐπάρδειν τὴν χώραν (οὐ γὰρ ὕεται τὸ πολὺ ἡ γῆ αὕτη ἐξ οὐρανοῦ) καὶ οὕτως ἐς οὐ πολὺ ὕδωρ ὁ Εὐφράτης τελευτῶν, καὶ τεναγώδης ἐς τοῦτο, οὕτως ἀποπαύεται. Ἀλέξανδρος δὲ περιπλεύσας κατὰ τὴν θάλασσαν, ὅσον μεταξὺ τοῦ τε Εὐλαίου ποταμοῦ καὶ τοῦ Τίγρητος ἐπείχετο αἰγιαλὸς τοῦ κόλπου τοῦ Περσικοῦ, ἀνέπλει κατὰ τὸν Τίγρητα ἔστε ἐπὶ τὸ στρατόπεδον, ἵνα Ἡφαιστίων αὐτῷ τὴν δύναμιν πᾶσαν ἔχων ἐστρατοπεδεύκει. Ἐκεῖθεν δὲ αὖθις ἔπλει ἐς Ὦπιν, πόλιν ἐπὶ τοῦ Τίγρητος ᾠκισμένην. Ἐν δὲ τῷ ἀνάπλῳ, τοὺς καταρράκτας τοὺς κατὰ τὸν ποταμὸν ἀφανίζων, ὁμαλὸν πάντῃ ἐποίει τὸν ῥοῦν, οἳ δὴ ἐκ Περσῶν πεποιημένοι ἦσαν, τοῦ μή τινα ἀπὸ θαλάσσης ἀναπλεῦσαι εἰς τὴν χώραν αὐτῶν νηίτῃ στόλῳ κρατήσαντα. Ταῦτα δὲ μεμηχάνητο, ἅτε δὴ οὐ ναυτικοῖς τοῖς Πέρσαις· οὕτω δὴ συνεχεῖς οἱ καταρράκται πεποιημένοι, ἄπορον τὸν ἀνάπλουν ἐποίουν τὸν κατὰ τὸν Τίγρητα. Ἀλέξανδρος δὲ οὐκ ἔφη τῶν κρατούντων τοῖς ὅπλοις εἶναι τὰ τοιαῦτα σοφίσματα [32]· οὔκουν πρὸς αὐτοῦ [33] ἐπαινεῖν ταύτην τὴν ἀσφάλειαν,

(unde & Mesopotamia ab indigenis vocata est) Tigris quidem Euphrate multo humilior multos alveos ex Euphrate in se recipit; multos etiam alios fluvios admittens, & ex eis auctus in pontum Persicum fertur: magnus ipse, neque usquam ad ostium maris usque vado transmeabilis, quandoquidem nihil ex eo flumine in terram diffunditur quod ejus profunditatem imminuat. Est enim eà parte terra altior quam aqua. neque hic fluvius in alios alveos aut alia flumina diffunditur, sed potius in se recipit: terram vero ipse non irrigat. At Euphrates per altiora loca labitur, & passim suis aquis terræ quam alluit altitudinem exæquat, multique ex eo alvei derivantur; alii quidem perennes, ex quibus utriusque ripæ accolæ aquam petunt, alii certo tempore fiunt, quum aquæ ad irrigandam terram inopiâ premuntur (raro enim iis in locis imbres è cœlo cadunt) quo fit ut in aquam non omnino magnam, & vadosam alioqui, Euphrates desinat. Alexander circumvectus mari, quidquid spatii inter Eulæum amnem & Tigrim Persici sinus littus continet, per Tigrim ad castra navigavit, ubi Hephæstion cum omnibus copiis consederat. Inde rursus Opim, urbem ad Tigrim sitam, profectus est, atque inter navigandum cataractas omnes tolli amnemque exæquari jubet. quas quidem cataractas Persæ confecerant, ne quis è mari potens navali classe in eorum regionem penetraret. atque ita confectæ erant à Persis, quod rei nauticæ periti non essent, & cataractarum frequentia difficilem admodum per Tigrim navigationem faceret. Alexander hujusmodi inventa esse dicebat hominum qui armis parum valerent. Neque vero eam munitionem sibi obtinendam

ab isto id actum, ut haberet codices electioris & magis conspicuæ vel fidei vel manus, quam passim circumferebantur. Quippe Arrianus Assyriam non aliam novit, nisi quæ ultra Tigrim versus orientem patet, ut quidem illi debebant collegisse ex loco libri III cap. 8, quem illic selegimus, non quæ inter eos interjecta est. Non igitur Eustathius tanti, ut idcirco discedam à MSto Optimo, hoc est, verissimo calami Arrianæi custode, in primis quum nulla sit Assyria Mesopotamia, quod debuit cogitare tam Eustathius, quam isti Geographici citatores. Accedit jam ipsum vocabulum, quo quondam incolæ eam partem fluviis interjacentem appellaverunt, non Assyriæ literas exprimens, sed Syriæ, quæ vox generalis fuit & multis plagæ istius tractibus indita, nempe *Aram Nabaraim*. Scripsit auctor, ut docet ille codex fidissimus, Συρίαν, & ipse Arrianus, qui id confirmat pag. 367. καὶ Συρία ἥτε Κοίλη, καὶ ἡ μέση τῶν ποταμῶν. & VII, 9 ἥτε Κοίλη Συρία, καὶ ἡ Παλαιστίνη, καὶ ἡ μέση τῶν ποταμῶν. III, 8, Σύρους δὲ τούς τε ἐκ τῆς Κοίλης, καὶ ὅσοι τῆς μεταξὺ τῶν ποταμῶν Συρίας. Plane sic Mela.

31 Ἄρδεσθαί τε ἀφ' αὐτοῦ] Id ejus, qui Vulcanianæ editioni præfuit, inventum haud dubie, ut ostenderet eas voculas aliter nunc adhiberi, quam paulo post ἀπ' αὐτοῦ, quomodo etiam hoc loco edebant Basileenses, quodque in uno scripto invenio. Cæteri vero MSSti vel ἀπὸ vel αὐτοῦ, vel prout ex V. C. notavit Vulcanius ἄρδεσθαί τε αὐτοῦ, addito, *al. deest* αὐτοῦ. Vides turbas, quas sedabis scribendo ex Optimo ἀπὸ οὗ *ab se*. Sic enim dedit Arrianus. Eadem mutationis temeritas adhuc later VII, 12 ubi legitur, διαφόρους ἐκείνας αὐτὸ λαβεῖν. At omnes MSSti illic αὐτὸ δ', ubi Vulcanius pro duobus illis vocabulis notavit *al.* παῖδ. Et ibidem contraria significatione παρὰ οἱ. Sic III, 9 παρακαλέσας πρὸς οἱ *à se*. Idem codex statim πανταχοῦ habet, non πανταχῇ.

32 Τὰ τοιαῦτα σοφίσματα] MS. Optimus ταῦτα τὰ σοφίσματα. quum reliqui conspirent in illam discessionem ab hoc optimo exemplari, quod mireris.

33 Οὔκουν πρὸς αὐτοῦ] Tam longe abit ab Arriani sententia Vulcanius, ut illam nec attigisse videatur, &

λάφαι, ἵνα ἔργῳ οὐδὲ λόγου ἀξίαν ἀποφήνῃ, οὐ χαλεπῶς διακόψας τῶν Περσῶν τὰ σπουδάσματα. 8 Ὡς δὲ ἐς τὴν Ὦπιν ἀφίκετο, ξυναγαγὼν τοὺς Μακεδόνας, προεῖπεν, ὅτι τοὺς ὑπὸ γήρως ἢ πηρώσεως τοῦ σώματος ἀχρείους ἐς τὰ πολέμια ὄντας παραλύειν μὲν τῆς στρατιᾶς, ἀποπέμπειν δὲ ἐς τὰ σφέτερα ἤθη· ἐπιδώσειν δὲ μένουσιν, ὅσα αὐτούς τε ζηλωτοτέρους ποιήσειν τοῖς οἴκοι, καὶ τοὺς ἄλλους Μακεδόνας ἐξορμήσειν ἐς τὸ θέλειν τῶν αὐτῶν κινδύνων τε καὶ πόνων μετέχειν. Ἀλέξανδρος μὲν, ὡς χαριούμενος δῆθεν τοῖς Μακεδόσι, ταῦτα ἔλεγεν· οἱ δὲ, ὡς ὑπερορώμενοί τε ἤδη πρὸς Ἀλεξάνδρου, καὶ ἀχρεῖοι πάντῃ ἐς τὰ πολέμια νομιζόμενοι, οὐκ ἀλόγως αὖ τῷ λόγῳ[14] ἠχθέσθησαν τῷ πρὸς Ἀλεξάνδρου λεχθέντι κατὰ τὴν στρατιὰν ταύτην πᾶσαν· πολλοῖς καὶ ἄλλοις ἀχθεσθέντες, ὅτι πολλάκις ἤδη ἐλύπει αὐτοὺς ἥ, τε ἐσθὴς ἡ Περσικὴ ἐς τοῦτο φέρουσα, καὶ τῶν Ἐπιγόνων τῶν βαρβάρων τὰ Μακεδονικὰ ἤθη· κόσμησις καὶ ἀνάμιξις τῶν ἀλλοφύλων ἱππέων ἐς τὰς τῶν ἑταίρων τάξεις. Οὔκουν σιγῇ ἔχοντες ἐκαρτέρησαν, ἀλλὰ πάντας γὰρ ἀπαλλάττειν τῆς στρατιᾶς ἐκέλευον, αὐτὸν δὲ μετὰ τοῦ πατρὸς στρατεύεσθαι· τὸν Ἄμμωνα δὴ τῷ λόγῳ ἐπικερτομοῦντες. Ταῦτα ἀκούσας Ἀλέξανδρος (ἦν γὰρ δὴ ὀξύτερός τε ἐν τῷ τότε, καὶ ἀπὸ τῆς βαρβαρικῆς θεραπείας οὐκέτι ὡς πάλαι ἐπιεικὴς ἐς τοὺς Μακεδόνας) καταπηδήσας σὺν τοῖς ἀμφ' αὐτὸν ἡγεμόσιν ἀπὸ τοῦ βήματος, ξυλλαβεῖν τοὺς ἐπιφανεστάτους τῶν ταραξάντων τὸ πλῆθος κελεύει· αὐτὸς τῇ χειρὶ δεικνύων[15] τοῖς ὑπασπισταῖς, οὕστινας χρὴ ξυλλαμβάνειν· καὶ ἐγένοντο οὗτοι ἐς τρεισκαίδεκα. Τούτους μὲν δὴ ἀπάγειν κελεύει τὴν ἐπὶ θανάτῳ. Ὡς δὲ κατεσιώπησαν οἱ ἄλλοι ἐκπλαγέντες, ἀναβὰς αὖθις ἐπὶ τὸ βῆμα, ἔλεξεν ὧδε. 9 Οὐχ ὑπὲρ τοῦ καταπαῦσαι ὑμῶν τὴν οἴκαδε ὁρμὴν, ὦ Μακεδόνες, λεχθήσεταί μοι ὁ λόγος[16], (ἔξεστι γὰρ ὑμῖν ἀπιέναι ὅποι βούλεσθε, ἐμοῦ γε ἕνεκα) ἀλλ' ὡς γνῶναι ὑμᾶς πρὸς ὁποίους τινὰς ὑμᾶς ὄντας ὁποῖοί τινες αὐτοὶ γενόμενοι ἀπαλλάσσεσθε[17].

Καὶ

dam putavit, quam reverà nullius momenti esse statuebat, Persarumque molitiones parvo negotio delevit. 8 Opim quum venit, convocatis Macedonibus pronunciavit, se omnes eos qui vel ætate vel membrorum mutilatione inutiles ad pugnam facti essent missos ab exercitu facere, & in domos suas redeundi potestatem dare: qui vero voluntarie manerent, tantum se largiturum, ut merito aliis qui domi desideant, invidiosi sint futuri, aliosque Macedones excitaturi, ut libenter una cum eis pericula ac labores adeant. Atque hæc quidem Alexander animo gratificandi Macedonibus dicebat: ipsi, ita interpretati, ac si ab Alexandro despicerentur inutilesque ad res bellicas judicarentur, vehementer eâ oratione commoti sunt, quâ Alexander ad universum exercitum usus fuerat. Accedebant & aliæ indignationis causæ, quod jam sæpenumero eos offenderat Persica vestis eodem pertinens, & ornatus Macedonicus barbaris adolescentibus, quos Posteros suos vocabat, concessus; deinde peregrini equites, amicorum cohortibus accensi & permisti. Non igitur jam amplius silentium tenuerunt, sed omnes militiæ sacramento absolvi petierunt, adjicientes, ut cum patre suo bellum gereret, Hammonem iis verbis sugillantes. Quæ quum audisset Alexander (erat enim jam magis solito ad iram proclivis, atque ob barbaricum comitatum non ita atque olim erga Macedonas facilis atque humanus) confestim cum ducibus qui cum circumstabant de tribunali desiliens, præcipuos eorum qui multitudinem ad seditionem concitabant comprehendi jubet, scutatis manu designans quosnam capi vellet: tredecim hi fuère. quos statim ad supplicium rapi jubet. Quo facto quum reliqui attoniti silentium fecissent, conscenso rursus tribunali, in hunc modum disseruit, 9 „Non sum facturus verba, Macedones, „ut vos ab istâ domum redeundi cupidita„te demoveam (siquidem per me integrum „vobis est quo libuerit abire) sed ut intel„ligatis, quid ego vobis præstiterim, & „qualem vos mihi vicem rependentes dis-

„ce-

vix præstet Facio, qui penitus omisit, nisi quod *eas vero molitiones Alexander & irrisit & facile delevit.* Vertendum: *Neque igitur sibi utilem futuram eam munitionem statuebat, quam re ipsa nullius momenti esse ostenderat.* Non difficulter concisis disjectisque Persarum cautelis, nempe subjugando Persas præliis per alias regiones factis, quando istam felicitatem hic quoque sic subornatus Tigris sequi debuit.

14 Οὐκ ἀλόγως αὖ τῷ λόγῳ] Edidi, ut editum in Vulcanii & Basileensi editionibus, quod nescio cur nuperus voluerit mutare in αὐτῷ, & temere conjungere, quod discerptum affert efficaciam æquiorem, præsertim quum etiam illud αὖ sæpe interponant dicis causâ, aut blandimenti in pronunciando.

15 Δεικνύων] MSSti ἐπιδεικνύων. Cæterum in hoc loco postea scrupulus enatus est Vulcanio. Nam quum, ut scribit, in V.C. sic distinctum invenisset οὐκέτι ὡς πάλαι ἐπιεικὴς, ἐς τοὺς Μακεδόνας καταπηδήσας, &c. interpretationem repente sic mutavit *non ita atque olim facilis atque humanus) confestim cum ducibus qui cum circumstabant è solio in Macedonas prosiliens.*

16 Λεχθήσεταί μοι ὁ λόγος] Lege ex MSStis μοι ὅδε ὁ λόγος. In Indicis cap. 10, ὁ δὲ λόγος ὅδε τοῦ παρ' αὐτῶν μοι ἀφήγησις ἔστω. Et ibidem. Νεάρχῳ λέλεκται ὅδε ὁ λόγος. I, 17 λέγουσι τόνδε τὸν λόγον. III, 2 λέγεται δέ τις καὶ τοιόσδε λόγος.

17 Πρὸς ὁποίους τινὰς ὑμᾶς ὄντας ὁποῖοί τινες αὐτοὶ γενόμενοι ἀπαλλάσσεσθε] Vulcanius: *quid ego vobis præstiterim,*

Καὶ πρῶτά γε ἀπὸ Φιλίππου τοῦ πατρὸς, ᾗπερ καὶ εἰκὸς, τοῦ λόγου ἄρξομαι. Φίλιππος γὰρ παραλαβὼν ὑμᾶς πλανήτας καὶ ἀπόρους, ἐν διφθέραις τοὺς πολλοὺς νέμοντας ἀνὰ τὰ ὄρη πρόβατα ὀλίγα[38], καὶ ὑπὲρ τούτων κακῶς μαχομένους Ἰλλυριοῖς τε καὶ Τριβαλλοῖς, καὶ τοῖς ὁμόροις Θρᾳξὶ, χλαμύδας μὲν ὑμῖν ἀντὶ τῶν διφθερῶν φορεῖν ἔδωκε, κατήγαγε δὲ ἐκ τῶν ὀρῶν ἐς τὰ πεδία, ἀξιομάχους καταστήσας τοῖς προσχώροις τῶν βαρβάρων, ὡς μὴ χωρίων ἔτι ὀχυρότητι πιστεύοντας μᾶλλον ἢ τῇ οἰκείᾳ ἀρετῇ σώζεσθαι· πόλεών τε οἰκήτορας ἀπέφηνε, καὶ νόμοις καὶ ἔθεσι χρηστοῖς ἐκόσμησεν· αὐτῶν δὲ ἐκείνων τῶν βαρβάρων, ὑφ᾽ ὧν πρόσθεν ἤγεσθε καὶ ἐφέρεσθε αὐτοί τε καὶ τὰ ὑμέτερα, ἡγεμόνας κατέστησεν ἐκ δούλων καὶ ὑπηκόων· καὶ τῆς Θρᾴκης τὰ πολλὰ τῇ Μακεδονίᾳ προσέθηκε, καὶ τῶν ἐπὶ τῇ θαλάττῃ χωρίων τὰ ἐπικαιρότατα καταλαβόμενος, τὴν ἐμπορίαν τῇ χώρᾳ ἀνεπέτασε[39], καὶ τῶν μετάλλων τὴν ἐργασίαν ἀδεᾶ παρέσχε. Θεσσαλῶν δὲ ἄρχοντας, οὓς πάλαι ἐτεθνήκειτε τῷ δέει[40], ἀπέφηνε· καὶ τὸ Φωκέων ἔθνος ταπεινώσας, τὴν ἐς τὴν Ἑλλάδα πάροδον πλατεῖαν καὶ εὔπορον ἀντὶ στενῆς τε καὶ ἀπόρου ὑμῖν ἐποίησεν. Ἀθηναίους τε καὶ Θηβαίους ἐφεδρεύοντας ἀεὶ τῇ Μακεδονίᾳ ἐς τοσόνδε ἐταπείνωσεν, ἤδη ταῦτά γε καὶ ἡμῶν αὐτῷ ξυμπονούντων, ὡς ἀντὶ τοῦ φόρους τελεῖν Ἀθηναίοις καὶ ὑπακούειν Θηβαίων, παρ᾽ ἡμῶν ἐν τῷ μέρει ἐκεί-

„cedatis. Ac primum à Philippo patre „(ut par est) ordiar. Philippus enim vos „incertis sedibus errantes atque inopes, & „plerosque sub pellibus degentes, exiguosque ovium greges in montibus pascentes, „ac pro iis parum feliciter adversus Illyrios, Triballos, & finitimos Thracas „bellum gerentes, pro pastoriis pellibus chlamydes gestandas dedit, ex montibus in planitiem deduxit, paresque vicinis barbaris ad „pugnandum effecit, ut non tam in locorum „munitione deinceps, quam in vestrâ virtute salutem collocaretis: urbes vobis habitandas dedit, optimisque legibus atque „institutis ornavit. Idem vobis in eos ipsos „barbaros qui vos assiduis populationibus „lacessebant, imperium acquisivit, & dominos è servis effecit: magnam Thraciæ „partem Macedoniæ adjecit, oppidisque ad „maritimam oram peropportunis in potestatem suam redactis, commerciorum facultatem aperuit, & tutas metallorum fodinas suppeditavit. Thessalos præterea, quorum metu olim exanimati eratis, vestro „imperio subjecit: gente Phocensium afflictâ, aditum in Græciam amplum & expeditum pro angusto & difficili vobis patefecit. Athenienses vero & Thebanos, „qui vobis insidiabantur, sic afflixit, nobis jam secum una militantibus, ut quum „antea vectigal Atheniensibus penderemus, „Thebanis pareremus, jam vice versâ utran-„que

rim, *& qualem vos mihi vicem rependentes discedatis.* Querela satis urgens, sed cujus nulla pars est in Græcis. Gemina est Facii interpretatio: *quasve ipsi contra nobis gratias immaturo discessu vestro referatis.* Ubi mentio vicis aut gratiæ? ubi rependendi aut referendi vel minima nota? Immò est comparatio hujus temporis cum præterito vel status ipsorum rei familiaris, quales nempe ante Alexandrum fuerint, quales nunc revertantur. Hoc enim notat nunc particula πρὸς. Verte: *quantum mutati ab illis, qui nuper eratis, abeatis;* quales nunc facti ad illos, qui quondam eratis. Et hæc non minus frequens commemoratio. Livius 34, 50. *commonitosque in quo statu rerum accepisset eos, & in quo relinqueret.* Et ipse Alexander hæc verba explicat apud Curtium 8, 8. *Totum exercitum aspicite, qui paulo ante nihil præter arma habebat, nunc aureis cubat lectis.* Pomponius in Pannuceatis: *sarculum hinc illò profectus, illinc redisti rutrum.* Liv. 37, 25. *Regulos se acceptos in fidem in Hispania reges reliquisse.* Ovidius V Fast. 460. *Cernite, sim qualis; qui modo qualis eram!* quem versum citat opportune Casaubonus hanc sententiam illustrans ad Theophrasti characterem λογοποιίας: alibi, *quid fuerim, quid simque vide.* Achilles Tatius l. 1, p. 47. Οἷος ἀπ᾽ ἐμοῦ προελθὼν, οἷος ἐπανέρχῃ μοι τέκνον; Appianus tom. 1 pag. 358. οἷος ἀνθ᾽ οἵων προεῖπας ἐπιλέγοντε. Heliodorus lib. 4. p. 178. οἷος γάρ με πολλῶν ὄντων, τίνων μὲν γενομένων, τίνων ἐστερήθην.

38 Πρόβατα ὀλίγα] MS. Opt. πρόβατα κατὰ ὀλίγα. Præcipuam ad efficaciam. Sed utrum defendi debet, ut notet divisa per exiguos greges, an corrigi κάρτα? In Indicis c. 4 πλωτὸς δὲ ἐς καὶ κάρτα ὀλίγος. Et 40 κάρτα ὀλίγων ὄντων ἀλλήλοις.

39 Τὴν ἐμπορίαν τῇ χώρᾳ ἀνεπέτασε] Magnifice ad mores nostros Vulcanius *commerciorum facultatem aperuit.* Magnificentior Facius, *quo vobis apud exteras gentes negotiandi facultas esset.* Sed, o boni, an ita proclives ad mercaturam fuere Macedones? Hoc videlicet erat, quo sub prioribus regibus illi questi sunt se carere. An non Philippus his maritimis portubus usus est non ad frequentanda commercia, sed ad piraticam & latrociniorum suorum ὁρμητήρια? Sed fecerit Macedonas mercatores Philippus. Non improbo tamen, quod habet MS. Optimus, τὴν εὐπορίαν τῇ χ. Neque possum spernere, imo non anteferre vulgato, quum plus notet, nempe facultatem opportunitatemque omnium rerum, quæ optari possunt. Ideo sumitur generaliter, ut cap. 19 specialiter τούτων μόνων τῶν ξύλων εὐπορίαν εἶναι.

40 Ὧν πάλαι ἐτεθνήκειτε τῷ δέει] Plane dictum ad exemplum hujus Liviani XXXII, 22 *cujus crudelitatis metu obmutuistis omnes.* Omnis tamen MSStorum copia hic legit οὓς πάλαι; quin etiam editio Basileensis, & notavit ipse deinde Vulcanius ex V. C. ut omnino videas immutationem plenam temeritatis in editione Vulcanii exortam, præsertim quum videatur, retineri posse indulgendo libertati infinitæ Græcorum in collocando isto & relativo & accusativo, de quo in principio libri III. Et tamen cautelam huic loco adhiberi oportet. Nam quum in indiculo ante editionem Vulcanii notatum esset [Codex V. Manuscr. habet ὧν πάλαι ἐτεθνήκειτε δέει] nuperus homo sustinuit inde subjicere [scripti, ὧν πάλαι ἐτεθνήκειτε δέει] ita mutans illum singularem Stephani numerum in pluralem, quum nullus scriptus codex ab eo foret inspectus, & quicunque possunt inspici, non aliter habeant quam οὓς, & sive Stephanus sive Vulcanius nunquam ostenderint illum codicem, scriptum scilicet, in quo ab vetere manu extet ὧν.

ἐκείνοις τὴν ἀσφάλειαν σφίσι πρᾶξαι. Ἐς Πελοπόννησον δὲ παρελθὼν, τὰ ἐκεῖ αὖ ἐκόσμησε· καὶ ἡγεμὼν αὐτοκράτωρ συμπάσης τῆς ἄλλης Ἑλλάδος ἀποδειχθεὶς τῆς ἐπὶ τὸν Πέρσην στρατιᾶς, οὐχ ἑαυτῷ μᾶλλον ἢ τὴν δόξαν τήνδε ἢ τῷ κοινῷ τῶν Μακεδόνων προσέθηκε. Ταῦτα μὲν τὰ ἐκ τοῦ πατρὸς τοῦ ἐμοῦ ἐς ὑμᾶς ὑπηργμένα, ὡς μὲν αὐτὰ ἐφ' ἑαυτῶν σκέψασθαι, μεγάλα· μικρὰ δὲ, ὥς γε δὴ πρὸς τὰ ἡμέτερα ξυμβαλεῖν. Ὃς παραλαβὼν παρὰ τοῦ πατρὸς χρυσᾶ μὲν καὶ ἀργυρᾶ ἐκπώματα ὀλίγα, τάλαντα δὲ οὐδὲ ἑξήκοντα ἐν τοῖς θησαυροῖς, χρεῶν δὲ ὀφειλόμενα ὑπὸ Φιλίππου ἐς πεντακόσια τάλαντα, δανεισάμενος ἐπὶ τούτοις αὐτὸς ἄλλα ὀκτακόσια, ὁρμηθεὶς ἐκ τῆς χώρας τῆς γε οὐδὲ ὑμᾶς αὐτοὺς βοσκούσης καλῶς, εὐθὺς μὲν τοῦ Ἑλλησπόντου ὑμῖν τὸν πόρον, θαλασσοκρατούντων ἐν τῷ τότε Περσῶν, ἀνεπέτασα· κρατήσας δὲ τῇ ἵππῳ τοὺς σατράπας τοῦ Δαρείου, τήν τε Ἰωνίαν πᾶσαν τῇ ὑμετέρᾳ ἀρχῇ προσέθηκα, καὶ τὴν Αἰολίδα πᾶσαν, καὶ Φρύγας ἀμφοτέρους, καὶ Λυδοὺς, καὶ Μίλητον εἷλον πολιορκίᾳ· τὰ δὲ ἄλλα πάντα ἑκόντα προσχωρήσαντα λαβὼν, ὑμῖν καρποῦσθαι ἔδωκα. Καὶ τὰ ἐξ Αἰγύπτου καὶ Κυρήνης ἀγαθὰ, ὅσα ἀμαχεὶ ἐκτησάμην, ὑμῖν ἔρχεται· ἥ τε κοίλη Συρία, καὶ ἡ Παλαιστίνη, καὶ ἡ μέση τῶν ποταμῶν, ὑμέτερον κτῆμά εἰσι· καὶ Βαβυλὼν, καὶ Βάκτρα, καὶ Σοῦσα, ὑμέτερα· καὶ ὁ Λυδῶν πλοῦτος, καὶ οἱ Περσῶν θησαυροὶ, καὶ τὰ Ἰνδῶν ἀγαθὰ, καὶ ἡ ἔξω θάλασσα, ὑμέτερα· ὑμεῖς σατράπαι, ὑμεῖς στρατηγοὶ, ὑμεῖς ταξιάρχαι· ὡς ἔμοιγε αὐτῷ τί περίεστιν ἀπὸ τούτων τῶν πόνων, ὅτι μὴ αὕτη ἡ πορφύρα, καὶ τὸ διάδημα τοῦτο· κέκτημαι δὲ ἴδια οὐδὲν, οὐδὲ ἔχει τις ἀποδεῖξαι θησαυροὺς ἐμοὺς, ὅτι μὴ ταῦτα ὑμέτερα κτήματα, ἢ ὅσα ἕνεκα ὑμῶν φυλάττεται· ἐπεὶ οὐδέ ἐστιν ἴδια μοι ἐς ὅ, τι φυλάξω αὐτοὺς, σιτουμένῳ τε τὰ αὐτὰ ὑμῖν σιτία, καὶ ὕπνον τὸν αὐτὸν αἱρουμένῳ· καίτοι οὐδὲ σιτία ἐμοὶ δοκῶ τὰ αὐτὰ τοῖς τρυφῶσιν ὑμῶν σιτεῖσθαι· προαγρυπνῶν δὲ ὑμῶν οἶδα, ὡς καθεύδειν ἔχοιτε ὑμεῖς. Ἀλλὰ ταῦτα γὰρ, ὑμῶν πονούντων καὶ ταλαιπωρουμένων, ἐκτησάμην αὐτὸς ἀπόνως καὶ ἀταλαιπώρως ἐξηγούμενος. καὶ τίς ὑμῶν ἢ πονήσας οἶδεν ἐμοῦ μᾶλλον ἢ ἐγὼ ὑπὲρ ἐκείνου· ἄγε δὴ καὶ ὅτῳ τραύματα ὑμῶν ἐστι, γυμνώσας αὐτὰ ἐπιδειξάτω, καὶ ἐγὼ τὰ ἐμὰ ἐπιδείξω ἐν μέρει· ὡς ἔμοιγε οὐκ ἔστιν ὅ, τι τοῦ σώματος τῶν γε δὴ ἔμπροσθεν μερῶν ἄτρωτον ὑπολέλειπται· οὐδὲ

„que illam civitatem in fide ac tutelâ nostrâ habeamus. In Peloponnesum etiam ingressus, res illic constituit. Imperator denique totius Græciæ designatus expeditionis adversus Persas, gloriam ejus rei non sibi magis quam genti & nomini Macedonum adjecit. Atque hæc sunt patris mei erga vos beneficia, magna illa quidem, si ipsa in se spectentur: parva, si cum nostris conferantur. Nam ego patri succedens, aurea quædam pauca argenteaque pocula nactus, talenta vero ne sexaginta quidem in patriis thesauris: quanquam ære alieno pressus, quod mihi pater ad quingenta talenta reliquerat, tamen contracto novo ære alieno talentûm octingentorum, ex Macedoniâ, quæ vos solos vix alere poterat, castra movi: ac protinus transitum Hellesponti vobis patefeci, Persis licet illo tempore imperium maris tenentibus: devictis deinde Darii ducibus equestri prælio totam Ioniam, Æoliam, utranque Phrygiam, Lydiam quoque imperio Macedonum adjeci, Miletum obsidione cepi: cæteras gentes & nationes, quæ voluntariam fecerunt deditionem, vobis subjeci, stipendiariasque feci. Ægypti Cyrenesque opes, quibus potiti sumus sine vi, eæ quoque ad vos accesserunt. Cœlesyria, Palæstina, Mesopotamia, possessiones vestræ sunt: Babylon, Bactra, Susa, in vestrâ potestate sunt: opes Lydorum vestræ sunt: thesauri Persarum, opes Indorum, vester denique oceanus est: vos satrapæ, vos duces, vos ordinum principes & ductores. Nam mihi ipsi ex tot laboribus quid aliud superest quam ista purpura, & istud diadema? privatim enim nihil habeo: neque est qui meos demonstrare possit thesauros, præter ea quæ vos tenetis, vel quæ servantur vestri causâ. quandoquidem non habeo ad quid eos reservem in privatum usum, quippe qui iisdem utor cibis atque vos, & æque somnum capio atque vos. Quin vilioribus etiam cibis utor quam vos, quicunque vivitis deliciosius: ac pro vobis vigilare me certo scio, ut ipsi nimirum placide quieteque dormiatis. Sed fortasse hæc omnia, vobis labores & pericula subeuntibus, ipse vester imperator laborum & periculorum omnium immunis, adeptus sum. Et quisnam vestrûm ausit dicere se plures pro me labores, quâm me pro illo subiisse? Age etiam quicunque vestrûm habet vulnera, denudet corpus, ostendat cicatrices: ostendam ipse quoque vicissim meas. Nam nulla est adversa corporis pars quæ cicatrice careat: neque

οὐδὲ ὅπλον τί ἐστιν ἢ ἐκ χειρὸς, ἢ τῶν ἀφιεμένων, οὗ γε οὐκ ἴχνη ἐν ἐμαυτῷ φέρω· ἀλλὰ καὶ ξίφει ἐκ χειρὸς τέτρωμαι, καὶ τετόξευμαι ἤδη, καὶ ἀπὸ μηχανῆς βέβλημαι· καὶ λίθοις πολλαχῇ καὶ ξύλοις παιόμενος ὑπὲρ ὑμῶν καὶ τῆς ὑμετέρας δόξης καὶ τοῦ ὑμετέρου πλούτου, νικῶντας ὑμᾶς ἄγω διὰ πάσης γῆς καὶ θαλάσσης, καὶ πάντων ποταμῶν καὶ ὀρῶν καὶ πεδίων πάντων· γάμους τε ὑμῖν τοὺς αὐτοὺς γεγάμηκα, καὶ πολλῶν ὑμῶν οἱ παῖδες συγγενεῖς ἔσονται τοῖς παισὶ τοῖς ἐμοῖς· ἔτι τε ὅτῳ χρέα ἦν, οὐ πολυπραγμονήσας ἐφ' ὅτῳ ἐγένετο, τοσαῦτα μὲν μισθοφορούντων, τοσαῦτα δὲ ἁρπαζόντων, ὁπότε ἐκ πολιορκίας ἁρπαγὴ γίγνοιτο, διαλέλυμαι ταῦτα· στέφανοί τε χρυσοῖ τοῖς πλείστοις ὑμῶν εἰσι, μνημεῖα τῆς τε ἀρετῆς τῆς ὑμετέρας καὶ τῆς ἐξ ἐμοῦ τιμῆς ἀθάνατα. Ὅστις δὲ δὴ καὶ ἀπέθανεν, εὐκλεὴς μὲν αὐτῷ ἡ τελευτὴ ἐγένετο, περιφανὴς δὲ ὁ τάφος· χαλκαῖ δὲ αἱ εἰκόνες τῶν πλείστων οἴκοι ἑστᾶσιν, οἱ γονεῖς δ' ἔντιμοί εἰσι, λειτουργίας τε ξυμπάσης καὶ εἰσφορᾶς ἀπηλλαγμένοι· οὐ γάρ τίς γε φεύγων ὑμῶν ἐτελεύτα, ἐμοῦ ἄγοντος. Καὶ νῦν τοὺς ἀπολέμους ὑμῶν, ζηλωτοὺς τοῖς οἴκοι ἀποπέμψειν ἔμελλον· ἀλλ' ἐπειδὴ πάντες ἀπιέναι βούλεσθε, ἄπιτε πάντες, καὶ ἀπελθόντες οἴκοι ἀπαγγείλατε, ὅτι τὸν βασιλέα ὑμῶν Ἀλέξανδρον, νικῶντα μὲν Πέρσας καὶ Μήδους καὶ Βακτρίους καὶ Σάκας, καταστρεψάμενον δὲ Οὐξίους τε καὶ Ἀραχώτους καὶ Δράγγας, κεκτημένον δὲ καὶ Παρθυαίους καὶ Χορασμίους καὶ Ὑρκανίους ἔστε ἐπὶ τὴν θάλασσαν τὴν Κασπίαν· ὑπερβάντα δὲ τὸν Καύκασον ὑπὲρ τὰς Κασπίας πύλας, καὶ περάσαντα Ὄξον τε τὸν ποταμὸν καὶ Τάναϊν, ἔτι δὲ τὸν Ἰνδὸν ποταμὸν οὐδενὶ ἄλλῳ ὅτι μὴ Διονύσῳ περαθέντα· καὶ τὸν Ὑδάσπην, καὶ τὸν Ἀκεσίνην, καὶ τὸν Ὑδραώτην, καὶ τὸν Ὕφασιν διαπεράσαντα ἄν [41], εἰ μὴ καὶ ὑμεῖς ἀπωκνήσατε· καὶ

„ ullum sane teli genus est, quod cominus „ tractetur, vel eminus jaciatur, cujus in „ meo corpore aliqua vestigia non extent: „ sed & gladio cominus sauciatus sum, & „ sagittis vulneratus, & catapultis male ha- „ bitus. Quanquam vero & lapidibus & „ lignis passim pro vobis, vestraque gloriâ „ & opibus, fuerim appetitus, tamen vos „ duco victores per omnes terras, omnia- „ que maria, per flumina, per montes, „ per loca plana. Nuptias etiam perinde at- „ que vos celebravi, ut liberi bonæ partis „ vestrûm futuri sint cognati meis liberis. „ Præterea æs alienum, quo quis vestrûm „ premebatur, non curiosius exquirens quâ „ de re fuerit contractum, ipse dissolvi: „ quanvis & stipendium militare ingens „ persolverem, & vos ex urbium direptio- „ ne quæstus ingentes faceretis. Adde quod „ plerosque vestrûm coronis aureis donavi, „ quæ vestræ virtutis, & honorum quos „ vobis tribui, æterna monumenta futuræ „ essent. Quod sicui fortiter pugnanti con- „ tigit occumbere, is præter mortis hone- „ statem & gloriam quam adeptus est, mo- „ numento insigni decoratus est. plerisque „ domi æneæ statuæ sunt erectæ: parenti- „ bus eorum honores tributi sunt, & im- „ munitas à publicis muneribus atque tribu- „ tis concessa. nam nemo adhuc vestrûm „ sub meis auspiciis fugiens cecidit: jam- „ que mecum constitueram domum remit- „ tere quicunque vestrûm militiæ oneribus „ sustinendis pares non sunt, honoribus & „ præmiis ita decoratos, ut sui cives eos for- „ tunatos & beatos essent existimaturi. Sed „ posteaquam idem abeundi animus omni- „ bus est, abite omnes, ac domum renun- „ tiate vos regem vestrum Alexandrum, „ qui Persas, Medos, Bactrianos, Sacas „ vicit, qui Uxios, Arochotos & Drangas „ subegit, qui tenet Parthos, Chorasmios, „ Hyrcanos, ad mare usque Caspium: qui „ Caucasum montem superavit, portasque „ Caspias, qui Oxum flumen Tanaimque „ transmisit, Indum etiam à nullo antea ni- „ si à Dionyso superatum: qui etiam Hydaspen, Acesinem, & Hydraoten transmisit, „ Hyphasinque trajecisset, ni per vos stetisset, qui eum sequi noluistis: qui denique „ in

41 Καὶ τὸν Ὕφασιν διαπεράσαντα ἄν] Nullatenus necessaria est voculæ (sic vocat verbum *transmisit*) unius subjectio, qua nuper versionis vitio conati sunt occurrere: & si Græcis attendas, plane vana, quum in illis non habeatur. Potius aliquid ex ea delendum, & distinguendo ita adjuvandus fuerat Arrianus: Περάσαντα Ὄξον τε τὸν ποταμὸν καὶ Τάναϊν, ἔτι δὲ τὸν Ἰνδὸν ποταμὸν (οὐδενὶ ἄλλῳ ὅτι μὴ Διονύσῳ περαθέντα) καὶ τὸν Ὑδάσπην, καὶ τὸν Ἀκεσίνην καὶ τὸν Ὑδραώτην· καὶ τὸν Ὕφασιν διαπεράσαντα ἄν &c. *qui Oxum flumen Tanaimque transmisit, Indum etiam à nullo nisi Baccho superatum, etiam Hydaspen, Acesinem & Hydraoten. Hyphasinque trajecerat.* Par hujus aoristi usus est in Indicis cap. 9. Ἀλλὰ Ἀλέξανδρος γὰρ ἐλθών τε καὶ κρατήσας πάντων τοὺς ἄλλους, ὅσους γε δὴ ἐπῆλθε· καὶ ἂν καὶ πάντων κρατήσειεν, εἰ ὁ στρατὸς ἤθελεν. *Ac ceteros omnes subegerat.* Non enim potest commodiori ratione hoc tempus transferri in Latinum, ut perpulchre ostendit exemplum Senecæ in consol. ad Marciam. *Detrimentum respublica ceperat, si illum non eruisses:* quod & similia collegit ad Curtium 5, 11, 9 Freinshemius. Sed & ipsum præteritum perfectum isto sensu adhiberi videas. Sic enim intelligi quoque potest illud Curtii 7, 8, 19. *Indos petisti*, hoc est, exiisti ut peteres, ut sit species prolepseos. 1x, 2, 16 *Pervenimus ad solis ortum & oceanum, nisi obstat ignavia.* Casaubonus quidem hanc loquutionem dignam habuit, quam bis illustraret in Suetonio, nempe in Jul. c. 51, & Galb. c. 10, ita ut immemor eorum quæ notaverat, eundem locum Hegesippi utrobique allegaverit. Insignis ille Anacreon ode VII. Κραδίη δὲ ῥινὸς ἄχρις ἀνέβαινε· κἂν ἀπέσβην. Hæc quod ad histo-

καὶ εἰς τὴν μεγάλην θάλασσαν, καὶ ἀμφότερα τοῦ Ἰνδοῦ τὰ στόματα ἐμβαλόντα, καὶ διὰ τῆς Γαδρωσίας τῆς ἐρήμου ἐλθόντα, ᾗ οὐδείς πω πρόσθεν ξὺν στρατιᾷ ἦλθε· καὶ Καρμανίαν ἐν παρόδῳ προσκτησάμενον, καὶ τὴν Ὠρειτῶν γῆν· περιπεπλευκότος δὲ ἤδη αὐτῷ τοῦ ναυτικοῦ τὴν ἀπ' Ἰνδῶν γῆς εἰς Πέρσας θάλασσαν, ὡς εἰς Σοῦσα ἐπανηγάγετε· ἀπολιπόντες οἴχεσθε, παραδόντες φυλάσσειν τοῖς νενικημένοις βαρβάροις. Ταῦτα ὑμῖν καὶ πρὸς ἀνθρώπων ἴσως εὐκλεᾶ, καὶ πρὸς θεῶν ὅσια δήπου ἔσται ἀπαγγελθέντα· ἄπιτε. 11 Ταῦτα εἰπὼν, κατεπήδησέ τε ἀπὸ τοῦ βήματος ὀξέως, καὶ ἐς τὰ βασίλεια παρελθὼν, οὔτε ἐθεράπευσε τὸ σῶμα, οὔτέ τῳ ὤφθη τῶν ἑταίρων· ἀλλ' οὐδὲ ἐς τὴν ὑστεραίαν ὤφθη· τῇ τρίτῃ δὲ καλέσας εἴσω τῶν Περσῶν τοὺς ἐπιλέκτους, τάς τε ἡγεμονίας αὐτοῖς τῶν τάξεων διένειμε· καὶ ὅσους συγγενεῖς ἀπέφηνε, τούτοις δὲ νόμιμον ἐποίησε φιλεῖν αὐτὸν μόνοις. Οἱ δὲ Μακεδόνες ἔν τε τῷ παραυτίκα ἀκούσαντες τῶν λόγων ἐκπεπληγμένοι, σιγῇ ἔμενον αὐτοῦ πρὸς τῷ βήματι· οὐδέ τις ἠκολούθησε τῷ βασιλεῖ ἀπαλλαττομένῳ, ὅτι μὴ οἱ ἀμφ' αὐτὸν ἑταῖροί τε καὶ οἱ σωματοφύλακες· οἱ δὲ πολλοὶ, οὔτε μένοντες ὅ, τι πράττωσιν ἢ λέγωσιν εἶχον, οὔτε ἀπαλλάσσεσθαι ἤθελον. Ὡς δὲ τὰ Περσῶν τε καὶ Μήδων αὐτοῖς ἐξηγγέλλετο, αἵ τε ἡγεμονίαι Πέρσαις διδόμεναι, καὶ ἡ στρατιὰ ἡ βαρβαρικὴ ἐς λόχους τε καταλεγομένη, καὶ τὰ Μακεδονικὰ ὀνόματα ἄγημά τι Περσικὸν καλούμενον, καὶ πεζέταιροι Πέρσαι, καὶ πεζέταιροι ἄλλοι, καὶ ἀργυρασπίδων τάξις Περσικὴ, καὶ ἡ τῶν ἑταίρων ἵππος, καὶ ταύτης ἄλλο ἄγημα βασιλικὸν, οὐκέτι καρτεροὶ σφῶν ἦσαν· ἀλλὰ ξυνδραμόντες ὡς πρὸς τὰ βασίλεια, τὰ μὲν ὅπλα αὐτοῦ πρὸ τῶν θυρῶν ἐρρίπτουν, ἱκετηρίας ταύτας τῷ βασιλεῖ· αὐτοὶ δ' ἐβόων πρὸ τῶν θυρῶν ἑστηκότες, δεόμενοι παρελθεῖν εἴσω· τούς τε αἰτίους τῆς ἐν τῷ τότε ταραχῆς, καὶ τοὺς ἄρξαντας τῆς βοῆς ἐκδιδόναι ἐθέλειν· οὔκουν ἀπαλλαγήσεσθαι τῶν θυρῶν, οὔτε ἡμέρας οὔτε νυκτὸς, εἰ μή τινα οἶκτον σφῶν ἕξει Ἀλέξανδρος. Ταῦτα ὡς ἀπηγγέλλετο αὐτῷ, ὁ δὲ σπουδῇ ἐξέρχεται [42]· καὶ ἰδών τε ταπεινῶς διακειμένους, καὶ ἀκούσας σὺν οἰμωγῇ τῶν πολλῶν βοώντων, καὶ αὐτῷ προχεῖται δάκρυα. Καὶ

„ in oceanum per utrunque Indi ostium „ ingressus, per desertam & sterilem Ga„ drosiam (quo nemo ante eum cum ex„ ercitu venit) iter habuit, & Carmaniam „ ex itinere atque Oritas subegit: quem, „ classe jam ejus circumvectâ mare ex fini„ bus Indorum ad Persas, victorem Susa „ reduxistis: eum (inquam) civibus vestris „ renuntiate vos deseruisse, atque discessis„ se, & fidei barbarorum qui ab eo sunt „ devicti, commisisse. Hæc scilicet renun„ tiata gloriam apud homines, opinionem „ pietatis apud deos sunt vobis adjunctura. „ Jam itaque abite. Hæc proloquutus, de- 11 siluit celeriter de tribunali, regiamque ingressus neque corpus curavit, neque amicorum quenquam eo die admisit. sed ne postridie quidem. Tertio autem die vocatis ad se Persarum principibus ducatus agminum inter eos partitus est, & quotquot cognatos effecerat, iis solis ut deosculari ipsum liceret sanxit. At Macedones regis oratione commoti, attonitis similes apud tribunal taciti consistebant. neque quisquam regem discedentem comitatus est, præterquam qui circa eum erant amici & custodes corporis. plerique vero eorum qui manserant, neque quid dicerent, neque quid facerent sciebant: neque discedere volebant. Postquam vero quid de Medis ac Persis statuisset cognoverunt, ducatus nimirum Persis datos esse, barbarosque per varios ordines distributos, & Macedonico nomine Persicum agema vocari, & peditum amicorum agmen ex Persis constitutum, aliosque pedites amicos, argyraspidum etiam agmen Persicum, & amicorum equitatum, aliudque hujus agema regium, non amplius sese continere potuerunt: sed concursu ad regiam facto, arma ante januam projecerunt, quæ regi suppliciorum loco essent. Ipsi pro foribus stantes clamorem tollebant, intromitti postulantes, autores tumultus quique clamandi initium fecerant dedituri: neque à januâ interdiu vel noctu discessuri, nisi Alexander eorum commiseratione tangeretur. Quæ ut Alexandro nuntiata sunt, confestim ad eos egreditur, humilesque ac demissos conspicatus, & communi omnium mœrore atque ejulatu commotus collacrymatus est. Quum-

historiæ veritatem & Arriani relationem sunt certa ac firma. Video tamen ab eodem Arriano obiter dici Hyphasim ultra perrexisse Alexandrum, sed velut ex persona satraparum hujus lib. cap. 4 ὑπὲρ τὸν Ἰνδόν τε καὶ τὸν Ὑδάσπην, καὶ τὸν Ἀκεσίνην καὶ τὸν Ὕφασιν φθεγγόμενοι. Inspice & considera, an non hic aliquid abundet. Etiam non prætereundum videtur in MSto Optimo pro illis εἰ μὴ καὶ ὑμεῖς ἀπανιστάτε, legi εἰ μὴ ἡμεῖς ἀπανιστάμεθα, & eodem modo supra pro βασιλέα ὑμῶν esse ἡμῶν, quasi ipse eos verba apud cognatos & populares dicenda præiret.

41 Ὡς ἀπηγγέλλετο αὐτῷ, σπουδῇ ἐξέρχεται] Vere & ad Arriani morem habent omnes (nam & ex V. C. notavit Vulcanius) MSSti ὁ δὲ σπουδῇ. Id enim non modo ejus perpetuum & quavis pagina obvium, quod constat, sed aliquoties restitutum à nobis est, ut nunc quoque restitui fas est. Adde ad 11, 12.

Καὶ ὁ μὲν ἀνήγετο, ὡς ἐξιών· οἱ δὲ ἔρημοι λιπαροῦντες. Καί τις αὐτῶν καθ' ἡλικίαν τε καὶ ἱππαρχίαν τῆς ἵππου τῆς ἑταιρικῆς οὐκ ἀφανής, Καλλίνης ὄνομα, τοιαῦτα εἶπεν, Ὦ βασιλεῦ, τὰ λυποῦντά ἐστι Μακεδόνας, ὅτι σὺ Περσῶν μέν τινας ἤδη πεποίησαι σαυτῷ συγγενεῖς, καὶ καλοῦνται Πέρσαι συγγενεῖς Ἀλεξάνδρου, καὶ φιλοῦσί σε· Μακεδόνων δὲ οὔπω τις γέγευται ταύτης τῆς τιμῆς. Ἔνθα δὴ ὑπολαβὼν Ἀλέξανδρος, Ἀλλ' ὑμᾶς τε (ἔφη) ξύμπαντας ἐμαυτῷ τίθεμαι συγγενεῖς, καὶ τό γε ἀπὸ τούτου οὕτω καλέσω. Τοιαῦτα εἰπόντα[43] προσελθὼν ὁ Καλλίνης τε ἐφίλησεν αὐτόν, καὶ ὅστις ἄλλος φιλῆσαι ἤθελε· καὶ οὕτω δὴ ἀναλαβόντες τὰ ὅπλα, βοῶντές τε καὶ παιανίζοντες, ἐς τὸ στρατόπεδον ἀπῄεσαν. Ἀλέξανδρος δὲ ἐπὶ τούτοις θυσίαν τε ἐποίησε[44] τοῖς θεοῖς οἷς αὐτῷ νόμος, καὶ θοίνην δημοτελῆ ἐποίησε· καθήμενός τε αὐτός[45], καὶ πάντων καθημένων ἀμφ' αὐτὸν μὲν Μακεδόνων, ἐν δὲ τῷ ἐφεξῆς τούτων, Περσῶν· ἐπὶ δὲ τούτοις, τῶν ἄλλων ἐθνῶν ὅσοι κατ' ἀξίωσιν, ἤ τινα ἄλλην ἀρετὴν πρεσβευόμενοι, καὶ ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ κρατῆρος αὐτός τε καὶ οἱ ἀμφ' αὐτὸν ἀρυόμενοι, ἔσπενδον τὰς αὐτὰς σπονδάς, καταρχομένων τῶν τε Ἑλλήνων μάντεων καὶ τῶν μάγων. Εὔχετο δὲ τά τε ἄλλα ἀγαθά, καὶ ὁμόνοιάν τε καὶ κοινωνίαν τῆς ἀρχῆς, τοῖς τε Μακεδόσι καὶ Πέρσαις. Εἶναι δὲ κατέχει λόγος τοὺς μετασχόντας τῆς θοίνης ἐνακισχιλίους[46], καὶ τούτους πάντας μίαν τε σπονδὴν σπεῖσαι, καὶ

 ἐπ' αὐτῇ παιανίσαι[47]. Ἔνθα δὴ ἐθελονταὶ ἤδη αὐτῷ ἀπῄεσαν τῶν Μακεδόνων, ὅσοι διὰ γῆρας ἤ τινα ἄλλην ξυμφορὰν ἀπόλεμοι ἦσαν· καὶ οὗτοι αὐτῷ ἐγένοντο ἐς τοὺς μυρίους. Τούτοις δὲ τήν τε μισθοφορὰν οὐ τοῦ ἐξήκοντος ἤδη χρόνου ἔδωκεν Ἀλέξανδρος μόνον, ἀλλὰ καὶ τοῦ ἐς τὴν ἀπονόστησιν τὴν οἴκαδε ξυμβαίνοντος[48]. Ἐπέδωκε

Quumque aliquantum veluti aliquid dicturus constitisset, ipsi supplices permanserunt. Tum Callines quidam & ætate & præfecturâ in amicorum equitatu non obscurus, ita loquutus est. „Hoc est, ô rex, „quod Macedonum animos male habet, „quod jam nonnullos Persarum tibi cognatos effecisti, quodque Persæ cognati Alexandri appellantur. hos te deosculari sinis, Macedonibus ab hujuscemodi honore exclusis. Tum Alexander ejus orationem interrumpens, Omnes vos, inquit, „cognatos mihi facio, ac deinceps ita vocabo. His dictis Callines progressus eum deosculatus est, aliique quibus id cordi fuit. atque ita receptis armis clamantes & pæana canentes ad castra redierunt. Post hæc Alexander sacrificium diis quibus consueverat fecit, epulumque publicum curavit, accumbente ipso pariter, omnibusque circa eum quidem Macedonibus, deinde Persis ac deinceps reliquis gentibus, prout quisque aut dignitate aut virtute bellicâ illustris esset. Tum ex eodem cratere & rex & qui una accumbebant libârunt, Græcis vatibus & Magis vota nuncupantibus, & Macedonibus Persisque cum alia fausta ac prospera, tum concordiam imperiique societatem precantibus. Novem millia convivarum huic epulo adfuisse memorant, eosque omnes eandem libationem fecisse, eundemque pæanem cecinisse. Dehinc Macedones voluntarii ab eo dimissi sunt, qui aut per ætatem aut aliquam membrorum mutilationem inutiles bello erant: decem circiter millia fuêre. Quibus quidem non exacti tantum temporis stipendia persolvit, sed etiam viatico quod ad reditum sufficeret est prosequutus.

43 Τοιαῦτα εἰπόντα] Sane jam dixit paulo ante Καλλίνης τοιαῦτα εἶπεν. Attamen hoc loco Optimus ταῦτα. Deinde αὐτὸν aberat ab eodem ac duobus aliis MSS. & Augustano, & cui tandem bono illa vox?

44 Θυσίαν τε ἐποίησε] MS. Opt. & tres iidem θυσίας τε θύει, quod tanto pronius ad fidem & antiquitatem est, quod & ipsum verbum ἐποίησε mox repetitum moveat nauseam, atque etiam sequatur ἔσπενδον τὰς αὐτὰς σπονδάς.

45 Καθήμενός τε αὐτός] Maluit Vulcanius attendere Facio interpretanti, *in quo primi circa ipsum honoris gratia accubuere*, ut & ipse maluerit interpretari *accumbente ipso pariter, omnibusque Macedonibus*, vel prout postea interpretationem mutavit, *accumbente ipso pariter, omnibusque accumbentibus: Macedonibus quidem circa ipsum*, quam cogitare non utique hoc esse Europæum convivium Romani aut Græci moris, sed & Macedonicum & militare & ex Asiæ intimæ convivis mixtum; & ab auctore dici convivas sedisse.

46 Μετασχόντας τῆς θοίνης ἐνακισχιλίους] Optimus θοίνης ἐς ἐνακ.

47 Καὶ ἐπ' αὐτῇ παιανίσαι] *Eundemque pæanem cecinisse*. Immo: *& post illam io pæan cecinisse*, haud dubie variis cantibus, pro varietate gentium.

48 Ἀλλὰ καὶ τὸν τοῦ ἐς ἀπονόστησιν τὴν οἴκαδε ξυμβαίνοντος] Vulcanius: *viatico quod ad reditum sufficeret, est prosecutus.* Facius vero: *sed etiam pecuniam in viaticum præbuit talento singulis dato.* Hinc quoque Raderus ad Curt. 10, 2, 10 *Arrianus 7, 2, dimissis tantum in viaticum tot ait talenta donata, singulis nempe singula*, connivente etiam acriculo illo Freinshemio. Neuter bene. Neque enim ulla viatici mentio habetur in Græcis, nedum ejus quod sufficeret ad reditum. Debuerant: *sed etiam connumerato* (eo tempore) *quod ad reditum in Macedoniam requirebatur.* Vox enim ξυμβαίνοντος non potest ad aliud referri quam ad vocem χρόνου. Quia nempe tum quoque laborem sustinebant expeditionis cum Alexandro inchoatæ, propterea judicavit Rex tamdiu eis stipendia procedere debere, donec quisque in suam domum reversus fuisset. Ipsa hæc verba sunt, quæ ita proferuntur à Justino: *stipendia revertentibus quasi militantibus data.* Ξυμβαίνειν enim Arriano placuit mirabiliter, ut de mensuris ac numeris usurparetur. Sic v, 20 Poti μέγεθος ὑπὲρ πέντε πήχεις μάλιστα ξυμβαίνειν. VI, 27. Διέτεμον, ὅπως τὸ πλῆθος τῶν ὑποζυγίων τε καὶ καμήλων αὐτῷ ξυνέβαινεν. Indicis c. 3 Τοῦτο μὲν αὐτῷ πλάτος τῆς Ἰνδῶν γῆς συμ-

δῶκε δὲ καὶ τάλαντον ἑκάστῳ ὑπὲρ τὴν μισθοφοράν· παῖδες δὲ εἴ τῳ ἦσαν ἐκ τῶν Ασιανῶν γυναικῶν, παρὰ οἱ καταλιπεῖν ἐκέλευσε, μηδὲ στάσιν κατάγειν ἐς Μακεδονίαν, ἀλλοφύλους τε καὶ ἐκ τῶν βαρβάρων γυναικῶν παῖδας τοῖς οἴκοι ὑπολελειμμένοις παισί τε καὶ μητράσιν αὐτῶν· αὐτὸς δὲ ἐπιμελήσεσθαι, ὡς ἐκτρέφοιντο Μακεδονικῶς, τά τε ἄλλα καὶ ἐς τὰ πολέμια κοσμούμενοι· γενομένους δὲ ἄνδρας ἄξειν αὐτὸς ἐς Μακεδονίαν, καὶ παραδώσειν τοῖς πατράσι. Ταῦτά τε ἀπαλλαττομένοις ἀστάθμητα καὶ ἀτέκμαρτα ἐπηγγέλλετο· καὶ ὅπως ἔχει φιλίας τε καὶ πόθου ἐς αὐτοὺς, τὸ ἀτρεκέστατον τεκμήριον ἐκεῖνο ποιεῖσθαι ἠξίου, ὅτι τὸν πιστότατόν τε αὐτῷ, καὶ ὅντινα ἴσον τῇ ἑαυτοῦ κεφαλῇ[49] ἄγει, Κρατερὸν ξυμπέμπει αὐτοῖς φύλακά τε καὶ ἡγεμόνα τοῦ στόλου[50]. Οὕτω δὴ ἀσπασάμενος ξύμπαντας, αὐτός τε δακρύων καὶ δακρύοντας ἐκείνους ἀπὸ οὗ ἀπήλλαξε[51]. Κρατερῷ δὲ τούτους τε ἄγειν ἐκέλευε, καὶ ἀπαγαγόντι Μακεδονίας τε καὶ Θρᾴκης καὶ Θετταλῶν ἐξηγεῖσθαι καὶ τῆς Ἑλλήνων τῆς ἐλευθερίας· Ἀντίπατρον δὲ διαδόχους τοῖς ἀποπεμπομένοις ἄγειν Μακεδόνας τῶν ἀκμαζόντων ἐκέλευσεν. Ἔστειλε δὲ καὶ Πολυσπέρχοντα ὁμοῦ τῷ Κρατερῷ, δεύτερον δὲ ἀπὸ Κρατεροῦ ἡγεμόνα, ὡς εἴ τι κατὰ τὴν πορείαν Κρατερῷ συμπίπτοι (ὅτι καὶ μαλακῶς τὸ σῶμα ἔχοντα ἀπέπεμπεν αὐτὸν) μὴ ποθῆσαι στρατηγὸν τοὺς ἰόντας. Λόγος δέ τις οὗτος[52] ἐφοίτα ἀφανὴς παρὰ τοῖς τὰ βασιλικὰ πράγματα, ὅσῳ ἐπικρύπτεται, τοσῷδε φιλοτιμότερον ἐξηγουμένοις, καὶ τὸ πιστὸν ἐς τὸ χεῖρον μᾶλλον (ᾗ τὸ εἰκός τε καὶ ἡ αὐτῶν μοχθηρία ἄγει[53]) ἢ πρὸς τὸ ἀληθὲς ἐκτρέπουσιν, ἐξηττώμενον Ἀλέξανδρον ἤδη τῆς μητρὸς τῶν διαβολῶν τῶν ἐς Ἀντίπατρον, ἀπαλλάξαι ἐθέλειν ἐκ Μακεδονίας Ἀντίπατρον. Καὶ τυχὸν οὐκ ἐς ἀτιμίαν τὴν Ἀντιπάτρου ἡ μετάπεμψις αὐτοῦ ἔφερεν, ἀλλ' ὡς μή τι ἐκ τῆς διαφορᾶς αὐτοῖς γένοιτο ἄχαρι ἐς ἀλλήλους, οὐδὲ αὐτῷ ἰάσιμον[54]· ἐπεὶ οὐδὲ ἐπαύοντο Ἀλεξάνδρῳ γρά-

quutus. Singulis etiam talentum ultra stipendium numeravit. Si quibus autem filii ex Asiaticis mulieribus essent, apud se relinqui jussit, ne seditionem aliquam in Macedoniâ excitarent barbararum mulierum liberi, pueris domi relictis matribusque permisti; Macedonicis eos moribus imbui bellicâque disciplinâ instrui curaturus: quumque jam in viros excrevissent, in Macedoniam ipse ducturus & parentibus redditurus. Atque hæc quidem discedentibus incerta inexplorataque promisit: illud vero certissimum amoris benevolentiæque erga eos suæ documentum edere voluit, quod Craterum, quem fidelissimum sibi habebat, & æque ac caput suum amabat, custodem & ducem itineris eis adjunxerit. Ita tandem salutatos omnes, lacrymans lacrymantes etiam ipsos dimisit, Craterumque eos ducere, deinde Macedoniæ, Thraciæ & Thessaliæ ac libertati Græcorum præesse jubet: Antipatrum vero, in eorum qui dimissi essent locum alios Macedones ætate ac viribus florentes adducere jubet. Polysperchontem etiam cum Cratero misit, qui secundus à Cratero dux esset, ne, siquid Cratero in itinere accideret, (quippe qui quum mitteretur corpore erat parum firmo) ducem itineris desiderarent. Porro obscurus quidam rumor spargebatur ab iis qui regum negotia, quo magis occultantur, eo magis evulgare concupiscunt, & id quod verum in illis fidumque est semper in deteriorem partem potius quam in saniorem scelerate inclinant, Alexandrum jam tum matris suæ calumniis quibus Antipatrum onerarat victum, Antipatrum Macedoniâ amovere voluisse. Sed fortasse hæc Antipatri evocatio nequaquam ad ejus ignominiam spectabat, sed potius nequid ex illorum dissensione mali oriretur, cui ne ipse quidem mederi posset. Frequentes enim literæ ad Alexandrum adfereban-

συμβαίνοι. Et c. 9. Καὶ τῇσι γυναιξὶν ἄρα τοῦ γάμου κατὰ λόγον ἂν οὕτω ἐς τὰ ἔτεα ἤτοι ξυμβαίνοι. Quia tamen & hic vulgo MSti turbant, aliis καὶ τὸν omittentibus, aliis tantummodo voculam τὸν, non faciendum, ut ignoretur in MSto optimo legi ἀλλὰ καὶ τοῦ ἐς τὸν αἰῶνα. etsi vulgatum quoque se commode habeat, tamen posterius hoc ut caste Arrianæum præferendum videtur, tanto magis, quod sic quoque habeat editio Basileensis ac Veneta, unde patet meram esse confusionem postremarum editionum, ut restitui oportuerit.

49 Ἴσον τῇ ἑαυτοῦ κεφαλῇ] Atque adeo ἰσόψυχον, quem glossaria interpretantur *animæquum*. Sed quem Plutarchus scribit parum fuisse tunc acceptum Hephæstioni, ita ut in India ferrum quoque contra illum strinxerit.

50 Ἡγεμόνα τοῦ στόλου] Ut sæpe ἡγεμόνες τῶν θηρίων vel ἐλεφάντων, aut ὁδοῦ. Nunc tamen MS. Optimus ἡγεμόνα, ut αὐτὸς ἐγὼ ἡγέμονος, dicit de se Alexander libro v.

51 Ἀπὸ οὗ ἀπήλλαξε] Sic edidi, & rationem dedi ad caput 7.

52 Λόγος δέ τις οὗτος] Pene necessum est, ut cum Opt. scribas λόγος δέ τις καὶ οὗτος.

53 Ἢ τὸ εἰκός τε καὶ ἡ αὐτῶν μοχθ. ἄγει] Ergo debent accurate perspexisse codicem Gandensem, quum illic viderentur sibi colligere literas .ι..ιον, quæ nunquam illic scriptæ fuerunt: unde & ipsi colligunt εἶναι. Quæ vox mirificum hoc loco sensum & plane spurium pareret. Immo abundat hîc aliquid. Nam si illud, quo isti inclinant, est εἰκὸς, non culpari potest aliorum μοχθηρία; quæ si locum hic habet, illa verò τὸ εἰκὸς obscurabit, ut pejus quidquam supponat. Plane ergo abundat copula καὶ, ut docet liber Optimus. Sed & videtur mihi abundare particula τε, & scripsisse auctor ᾗ τὸ εἰκὸς ἡ αὐτῶν μοχθηρία ἄγει, *quo verisimile ab ipsorum malitia detorquetur*, quum videlicet id ipsum in meliorem ac mitiorem partem accipi & intelligi posset.

54 Οὐδὲ αὐτῷ ἰάσιμον] Efficacius in libro Opt. καὶ οὐδὲ αὐτῷ ἰᾶν. Deinde MSS. Florentini omnes ὥστε δὲ τῷ Ἀλεξ. ubi male secundam voculam omisit Vulcanius.

γράφοντες, ὁ μὲν, τὴν αὐθάδειαν τε τῆς Ὀλυμπιάδος καὶ ὀξύτητα καὶ πολυπραγμοσύνην, ἥκιστα δὴ Ἀλεξάνδρου μητρὶ εὐσχήμονα· ὥστε καὶ λόγος τις τοιόσδε ἐφέρετο Ἀλεξάνδρου, ἐφ' οἷς ὑπὲρ τῆς μητρὸς αὐτῷ ἐξηγγέλλετο, βαρὺ δὴ τὸ ἐνοίκιον τῶν δέκα μηνῶν εἰσπράττεσθαι αὐτὸν τὴν μητέρα· ἡ δὲ, ὑπέρογκον εἶναι τῇ τε ἀξιώσει καὶ τῇ ἄλλῃ θεραπείᾳ Ἀντίπατρον, οὐδὲ μεμνῆσθαι τοῦ καταστήσαντος ἔτι· ἀλλ' αὐτὸν γὰρ ἀξιοῦντα πρωτα [55] φέρεσθαι ἐν τοῖς ἄλλοις Μακεδόσι τε καὶ Ἕλλησι. Καὶ ταῦτα μᾶλλόν τι ἰσχύειν παρ' Ἀλεξάνδρῳ ἐφαίνετο, ὅσα ἐς τοῦ Ἀντιπάτρου τὴν διαβολὴν φέροντα ἦν, οἷα δὴ καὶ φοβερώτερον ἐν βασιλείᾳ ὄντα [56]· οὐ μέντοι καταφανές γέ τι, ἢ ἔργον ἢ λόγος ἐξηγγέλλετο Ἀλεξάνδρου, ἐφ' ὅτου ἄν τις συνέθηκεν οὐχ ὡσαύτως εἶναι αὐτῷ πρὸς θυμοῦ.

* * *

bantur, quibus hic Olympiadis arrogantiam, acerbitatem, curiositatemque incusabat, quæ Alexandri matrem parum decerent: adeo ut hujusmodi quid ab Alexandro dictum fuisse narrent, Grave decem mensium habitationis pretium à matre exigi. Olympias vero Antipatrum ut insolentem ex imperio & popularium observantiâ, neque jam amplius meminisse ejus à quo tantam potestatem accepisset: sed dignum se judicare qui inter Macedones & Græcos primas obtineat. Atque Alexandri fides magis in eam partem inclinabat quæ ad Antipatri calumniam pertinebat, utpote quod regno magis extimescendum erat. Nullum tamen Alexander vel dictum vel factum edidit, è quo quispiam suspicari posset, eum alieniore ab Antipatro animo esse.

* * *

Ἡφαιστίων.

13 Τούτῳ τῷ λόγῳ ἀποπλήξαντα [57] Ἡφαιστίωνα, συναλλαγῆναι Εὐμενεῖ, οὐχ ἑκόντα ἑκόντι. Ἐν ταύτῃ τῇ ὁδῷ καὶ τὸ πεδίον λέγεται ἰδεῖν Ἀλέξανδρον [58] τὸ ἀνειμένον ταῖς ἵπποις ταῖς βασιλικαῖς· αὐτό τε πεδίον Νυσαῖον καλούμενον· καὶ αἱ ἵπποι ὅτι Νυσαῖαι καλοῦνται, λέγει Ἡρόδοτος· εἶναι δὲ πάλαι μὲν ἐς πεντεκαίδεκα μυριάδας τῶν ἵππων· τότε δὲ Ἀλέξανδρον οὐ πολὺ πλείονας τῶν πέντε καταλαβεῖν· πρὸς λῃστῶν γὰρ διαρπαγῆναι τὰς πολλὰς αὐτῶν. Ἐνταῦθα λέγουσιν ὅτι Ἀτροπάτης ὁ τῆς Μηδίας σατράπης γυναῖκας ἑκατὸν αὐτῷ ἔδωκε, ταύτας φάσκων εἶναι τῶν Ἀμαζόνων· καὶ ταύτας σκευῇ ἀνδρῶν ἱππέων ἐσταλμένας, πλήν γε

Hoc sermone deterritum Hephæstionem non libenter Eumeni, ejus rei cupido, reconciliatum fuisse. In hoc ipso itinere fertur Alexander vidisse campum in quo equæ regiæ pasci solent, quem quidem campum Herodotus Nysæum, equasque Nysæas vocatas fuisse ait: fuisseque olim in his campis equarum circiter CL millia: tunc vero Alexandrum non multo plures quinquaginta millibus reperisse: plerasque enim à prædonibus furto sublatas. Eo loci Atropates Mediæ satrapa centum ei mulieres dedit, quas Amazones esse dicebat, habitu virorum equitum ornatas, præter-

55 Ἀλλ' αὐτὸν γὰρ ἀξιοῦντα πρῶτα] Vulcanius ex Augustano annotavit ἀξιοῦν τὰ πρῶτα.

56 Φοβερώτερον ἐν βασ. ὄντα] MSS. Flor. φοβερώτερα. Neque enim Antipater in regno erat magis timendus, sed ea quæ de ipso vitia significabantur, suspectiora erant & in regno alterius parum tuta ac ferenda. Lacuna quæ mox sequitur, enimvero & conspicua est in omnibus codicibus antiquis spatio satis amplo vacuo relicto, etsi in nullo detur aliqua originis ejus notitia. Cæterum graviter dolenda vel ob ipsam Arriani præstantissimi manum deperditam, ex qua aliquid disceremus & in illo miraremur; tum quia controversiæ & quidem geminæ inter Eumenem & Hephæstionem, quam nunc non nisi ex brevi compendio Plutarchi novimus, rationem causamque novi itineris & tanti, ex his solis, quæ defecerunt, late descriptam discere habebamus. Nihil sperabam firmius, quam, quum versare exemplar optimum hujus historiæ inciperem, fore, ut & hæc lacuna nunc suppleretur. Sed ubi ad locum veni, post has voces & hunc earum ordinem (sane ideo notabilem, quia diversus ostenditur in vulgari turba veterum codicum, etiam accentu in frusto voculæ αὐτῷ, quem gravem habent editi, quem Facius in suo exemplari talem quoque habuisse videtur, idcirco jam tunc interpretatus *ipsum ab Antipatro abalienatum esse.*) εἶναι πρὸς θυμοῦ αὐτῷ αὐτὸν duas paginas cum dimidia relictas vidi vacuas, tanquam iste librarius speraverit aliunde sibi eventuram copiam supplendi; attamen simile spatium vacat, ut dixi, & in reliquis MSS. ut omnino appareat ex primævo exemplari, unde pleraque quæ hodie exstant, descripta sunt, folium fuisse deperditum, cujus initium fuit ab literis πατρο, & idcirco pro non recuperandis haberi oporteat quæ interciderunt; sive id fortuito contigerit, sive interspersa nonnulla, quæ Christianam mentem offenderent, coegerint possessorem effringere; & utinam tamen aliunde restituantur!

57 Τούτῳ τῷ λόγῳ ὑπεκπλήξαντα] Verbum commodum. Tamen honori Hephæstionis magis conveniet scriptura codicis Optimi ὑπείξαντα.

58 Λέγεται ἰδεῖν Ἀλέξανδρον] Sic edere libuit ex fide Optimi exemplaris, quam probavi in principio libri primi. Quod quum in varietate multâ, qua alii hærent inter Νυσαῖον & Νισαῖον (utrumque enim in MSS. notavi) exhibeat quoque Νυσαῖον, existimavi id quidem nobis placere debere, & idcirco elegi. Non enim Herodotus, primus eorum laudator, Græca voce sic eas memorari notat, sed in ipsa Asia, sed ab Medis & Persis ita nominatos esse, ut illic sit sedes & proprietas vocis Νισαῖον vel Νυσαῖον, non apud Græcos in voce νῆσος, tanquam campus instar insulæ per circumfluam aquam abscissus appellationem acceperit ex situ, ut videntur lascivire voluisse quidam juniores, à quibus accepit Hesychius & Suidas. Certe Nysæi vel Nisæi equi videntur dicti fuisse, antequam Græca vox νῆσος vel innotuit istis regionibus. Equidem & Vulcanius margini adscripsit *De equabus Nysæis*. Auctorum enim ista nomina, quæ nuper hic subjecta fuerunt, omnia sunt hausta ex libro tertio Barn. Brissonii de Regno Persarum pag. 302.

γε δὴ ὅτι πελέκεις[59] ἀντὶ δοράτων ἐφόρουν, καὶ ἀντὶ ἀσπίδων πέλτας· οἱ δὲ καὶ τὸν μαστὸν λέγουσιν ὅτι μείονα εἶχον τὸν δεξιόν, ὃν δὴ καὶ ἔξω εἶχον ἐν ταῖς μάχαις· ταύτας μὲν δὴ ἀπαλλάξαι τῆς στρατιᾶς Ἀλέξανδρον, μή τι νεωτερισθείη[60] κατ᾽ αὐτὰς ἐς ὕβριν πρὸς τῶν Μακεδόνων, ἢ βαρβάρων· κελεῦσαι δὲ ἀπαγγεῖλαι πρὸς τὴν βασίλισσαν σφῶν, ὅτι αὐτὸς ἥξει πρὸς αὐτὴν παιδοποιησόμενος. Ταῦτα δὲ οὔτε Ἀριστόβουλος, οὔτε Πτολεμαῖος, οὔτε τις ἄλλος ἀνέγραψεν, ὅστις ἱκανὸς ὑπὲρ τῶν τηλικούτων[61] τεκμηριῶσαι· οὐδὲ δοκεῖ μοι ἐν τῷ τότε σώζεσθαι τὸ γένος τῶν Ἀμαζόνων, οὐδέ τις πρὸ Ἀλεξάνδρου ἢ Ξενοφῶν.[62] ἀνεμνήσθη αὐτῶν, Φασιανῶν τε μνησθεὶς καὶ Κόλχων, καὶ ὅσα ἄλλα ἀπὸ Τραπεζοῦντος ὁρμώμενοι, ἢ πρὶν ἐς Τραπεζοῦντα κατελθεῖν οἱ Ἕλληνες ἐπῆλθον ἔθνη βαρβαρικά· ἵναπερ καὶ ταῖς Ἀμαζόσιν ἐντετυχήκεσαν, εἴπερ οὖν ἔτι ἦσαν Ἀμαζόνες· μὴ γενέσθαι μὲν γὰρ παντελῶς τὸ γένος τούτων τῶν γυναικῶν[63], οὐ πιστὸν δοκεῖ ἔμοιγε, πρὸς τοσούτων καὶ τοιούτων ὑμνηθέν, ὡς Ἡρακλέα τε ἐπ᾽ αὐτὰς λόγος κατέχει ὅτι ἐστάλη, καὶ ζωστῆρά τινα Ἱππολύτης τῆς βασιλίσσης αὐτῶν ὅτι ἐς τὴν Ἑλλάδα ἐκόμισε· καὶ οἱ ξὺν Θησεῖ Ἀθηναῖοι ὅτι ἐπιούσας τὰς γυναῖκας ταύτας τὴν Εὐρώπην πρώτῃ μάχῃ νικήσαντες ἀπέστειλαν[64]· καὶ γέγραπται[65] ἡ Ἀθηναίων καὶ Ἀμαζόνων μάχη πρὸς Κίμωνος, οὐ μεῖον ἤπερ ἡ Ἀθηναίων καὶ Περσῶν· καὶ Ἡροδότῳ πολλάκις περὶ τῶν γυναικῶν τούτων πεποίηται, καὶ ὅσοι Ἀθηναίων τοὺς ἐν πολέμῳ τελευτήσαντας λόγῳ ἐκόσμησαν, καὶ τοῦ πρὸς Ἀμαζόνας ἔργου Ἀθηναίων ἐν τοῖς μάλιστα μνήμην ἐποιήσαντο.

Εἰ

terquam quod secures pro lanceis gestabant, & peltas pro scutis. Sunt qui dicant eas etiam dextras mammas minores habuisse, easque in præliis exeruisse. Has Alexander ab exercitu remisit, nequid à Macedonibus aut barbaris probri paterentur. Jussit autem ut reginæ nuntiarent, se ad eam generandæ prolis causâ profecturum. Verum hæc neque Aristobulus, neque Ptolemæus, neque alius quisquam fidedignus autor tradidit. Mihi vero non videtur Amazonum gens eâ tempestate superfuisse. Sed nec ante Alexandri tempora Xenophon earum meminit, qui tamen & Colchorum & Phasiorum mentionem fecit, cæterarumque barbararum gentium, quas Græci Trapezunte profecti, aut etiam priusquam Trapezunta venirent, percurrerunt. quibus in locis etiam in Amazones incidissent, siqua adhuc iis temporibus earum soboles extitisset. Neque enim mihi credibile videtur hoc mulierum genus nunquam extitisse: quum sint à tam multis & claris autoribus celebratæ. quandoquidem & Herculem in eas missum fuisse fama est, atque Hippolytes reginæ baltheum in Græciam reportasse: & Athenienses Theseo duce has mulieres Europam invadentes primo prælio superatas repulisse. Scripta etiam est à Cimone Atheniensium cum Amazonibus pugna, non minus accurate quam Atheniensium & Persarum. Præterea & Herodotus frequenter harum mulierum mentionem facit, & quotquot Athenienses scriptores eos qui in bello mortui sunt scriptis ornârunt, bellum ab Atheniensibus adversus Amazonas gestum in primis

59 Πλήν γε δὴ ὅτι πελέκεις &c.] Citat hunc locum Pet. Petitus in libro de Amazonibus cap. 21 pag. 130. Sed & mox pag. 159 reprehendit, quia in monumentis etiam cernuntur cum hastis. Id vero nihil facit ad Arrianum, qui has utique fæminas notat fuisse securigeras, & in illa parte diversas exstitisse ab equitibus, quibuscum eas comparaverat, quum equites semper gestaverint δόρατα, quæ non adfuerunt his fæminis. De omnibus autem seu veris Amazonibus nunc non loquitur, nisi quatenus forsan Atropates voluerit eas venditare.

60 Μή τι νεωτερισθείη] Opt. νεωτερισθῇ. Quod autem ad interpretationem attinet, infulsit in eam Vulcanius verba Facii paulum immutata, *ne quid probri in castris paterentur, demum remisit*. In quibus ut fatear apparere sententiæ summam, ita nihil minus quam Græcæ vocis expressit efficaciam, quæ est, *ne quidquam preceps & audax committeretur in illis probri causa ab Macedonibus aut barbaris*.

61 Ὑπὲρ τῶν τηλικούτων] Opt. τοιούτων.

62 Οὐδέ τις πρὸ Ἀλεξάνδρου ἢ Ξενοφῶν] Etiam Florentini tres οὐδέ τι, prout Basileenses. Quis autem præ eo sensus melior sit in scriptura Stephaniani libri οὐδ᾽ ἔτι πρὸ, quod nuper hic pro castigatione adfictum est, parum video, quum utrumque non possit non esse aliquo modo truncatum. Illa enim ἢ Ξενοφῶν ostendunt simile quid aut in antecedentibus aut sequentibus fuisse, quum ea sic sola poni nequeant, sed vel ἀνταπόδοτον requirant vel sint ἀνταποδοτικά, aut contemnenda est particula ἤ, quod videntur fecisse tam Vulcanius, quam Facius interpretans *neque is qui fuit ante Alexandri tempora Xenophon*. Unde quum utraque hæc scriptura sit corrupta à librariis, etiam bonitas utriusque censeatur eadem; & commodam necessariamque tandem recipiamus ex Optimo MS. οὐδέ τις πρὸ Ἀλεξάνδρου ἢ Ξενοφ. Plane eodem modo loquitur in historia Indica cap. 7 Ἠ᾽ ἐκ ἐλάσαντος Τριπτόλεμον, ἢ πρὸ Τριπτολέμου τις ἔτος Διόνυσος ἐπῆλθεν. Unde sic contextum supplevi.

63 Τὸ γένος τούτων τῶν γυναικῶν] MS. Opt. τοῦτο.

64 Ἀπέστειλαν] Sic quidem editi & scripti. Legendum tamen ἀνέστειλαν, nec aliud videntur secuti interpretes. Quod autem præcedit πρώτῃ μάχῃ νικήσαντες, fateor intelligi posse; longe tamen commodius legitur in Optimo libro πρῶτοι, inprimis quum de aliis pugnis nihil dicat historia, & rursus eadem dicat de Atheniensibus, non item de aliis populis, qui eas repulerint, etsi non paucos transire debuerint, priusquam Græciæ appropinquarent.

65 Καὶ γέγραπται] *Scripta etiam est*. Sic post Facium Vulcanius. Non tamen puto contemnendam versionem Freinshemii *picta est*. Vide ipsum ad Curt. VI, 5, 24.

Εἰ δὲ ἱππικάς δή τινας γυναῖκας Ἀτροπάτης ἔδειξεν Ἀλεξάνδρῳ, βαρβάρους τινὰς ἄλλας γυναῖκας ἱππεύειν ἠσκημένας δοκῶ ὅτι ἔδειξεν, ἐς τὸν λεγόμενον δὴ τῶν Ἀμαζόνων κόσμον ἐσταλμένας. 14 Ἐν Ἐκβατάνοις δὲ θυσίαν τε ἔθυσεν Ἀλέξανδρος (ὥσπερ αὐτῷ ἐπὶ ξυμφοραῖς ἀγαθαῖς νόμος) καὶ ἀγῶνα ἐπετέλει γυμνικόν τε καὶ μουσικόν· καὶ πότοι αὐτῷ ἐγίγνοντο παρὰ τοῖς ἑταίροις. Καὶ ἐν τούτῳ Ἡφαιστίων ἔκαμε τὸ σῶμα· ἑβδόμη τε ἡμέρα ἤδη ἦν αὐτῷ τῆς νόσου, καὶ λέγουσι τὸ μὲν στάδιον πλῆρες εἶναι (παίδων γὰρ ἀγὼν ἦν[66] ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ γυμνικός) ἐπεὶ δὲ ἐξηγγέλλετο Ἀλεξάνδρῳ ὅτι κακῶς ἔχει Ἡφαιστίων, ὁ δὲ παρ' αὐτὸν ἐλθὼν σπουδῇ, οὐκέτι ζῶντα κατέλαβεν. Ἔνθα δὴ καὶ ἄλλοι ἄλλα ἀνέγραψαν ὑπὲρ τοῦ πένθους τοῦ Ἀλεξάνδρου. Μέγα μὲν γενέσθαι αὐτῷ τὸ πένθος, πάντες τοῦτο ἀνέγραψαν· τὰ δὲ πραχθέντα ἐπ' αὐτῷ, ἄλλοι ἄλλα, ὡς ἕκαστος ἢ εὐνοίας πρὸς Ἡφαιστίωνα, ἢ φθόνου εἶχεν, ἢ καὶ πρὸς αὐτὸν Ἀλέξανδρον. Ὧν οἱ τὰ ἀτάσθαλα ἀναγράψαντες, οἱ μὲν ἐς κόσμον φέρειν μοι δοκοῦσιν οἰηθῆναι Ἀλεξάνδρῳ ὅσα ὑπεραλγήσας ἔδρασεν ἢ εἶπεν, ἐπὶ τῷ πάντων δὴ ἀνθρώπων φιλτάτῳ· οἱ δὲ ἐς αἰσχύνην μᾶλλόν τι, ὡς οὐ πρέποντα οὔτ' οὖν βασιλεῖ οὔτε Ἀλεξάνδρῳ· οἱ μέν, τὸ πολὺ μέρος τῆς ἡμέρας ἐκείνης ἐρριμμένον ἐπὶ τοῦ σώματος τοῦ ἑταίρου ὀδύρεσθαι, οὐδ' ἐθέλειν ἀπαλλαγῆναι, πρίν γε δὴ πρὸς βίαν ἀπηνέχθη πρὸς τῶν ἑταίρων· οἱ δέ, τήν τε ἡμέραν ὅλην καὶ τὴν νύκτα ὅλην ἐρρῖφθαι ἐπὶ τῷ σώματι· οἱ δέ, καὶ τὸν ἰατρὸν Γλαυκίαν ὅτι ἐκρέμασε, καὶ τοῦτον ὡς ἐπὶ φαρμάκῳ κακῶς δοθέντι· οἱ δέ, ὅτι οἴνου περιεῖδεν ἐμπλησθέντα θεωρῶν αὐτός· καὶ κείρασθαι Ἀλέξανδρον ἐπὶ τῷ νεκρῷ τὴν κόμην, τά τε ἄλλα οὐκ ἀπεικότα τίθεμαι, καὶ κατὰ ζῆλον τὸν Ἀχιλλέως, πρὸς ὅντινα ἐκ παιδὸς φιλοτιμία ἦν αὐτῷ· οἱ δὲ καὶ τὸ ἅρμα, ἐφ' ὅτῳ τὸ σῶμα ἐφέρετο, αὐτὸς ἔστιν ὅτε ἡνιόχει τοῦτο· οὐδαμῇ πιστὸν ἔμοιγε λέγοντες· ἄλλοι δέ, ὅτι καὶ τοῦ Ἀσκληπιοῦ τὸ ἕδος ἐν Ἐκβατάνοις κατασκάψαι ἐκέλευσε· βαρβαρικὸν δὴ τοῦτο[67], καὶ οὐδαμῇ Ἀλεξάνδρῳ πρόσφορον· ἀλλὰ τῇ Ξέρξου

primis celebrârunt. Si vero equestres quasdam mulieres Atropates Alexandro exhibuit, aliud quoddam barbararum mulierum genus fuisse crediderim, quæ equitandi peritæ, & eo quem diximus Amazonum more armatæ fuerint. In Ecbatanis Alexan- 14 der (ut pro felici successu rerum ei moris erat) sacrificium fecit, ludosque gymnicos & musicos edidit, conviviaque cum amicis curavit. Inter hæc Hephæstion in morbum incidit: eratque is dies ab initio morbi septimus. Atque Alexander quidem statim ac de ejus morbo certior factus est, jamfrequenti stadio (habebantur enim eo die à pueris certamina gymnica) excessisse dicitur. quumque magnâ celeritate ad eum se contulisset, mortuum reperit. Hîc alii alia de Alexandri luctu scripserunt: omnes tamen in eo consentiunt incredibili eum mœrore affectum fuisse. Quibus autem rebus dolorem suum testatus sit, alii aliter narrant, prout cujusque animus aut benevolentia aut invidia erga Hephæstionem, aut erga Alexandrum ipsum occupatus erat: quorum qui indecentiora scripserunt, videntur mihi censuisse ad Alexandri laudem referenda esse, quæcunque ex ingenti mœrore ob amici, quem præ reliquis mortalibus charum habebat, mortem vel dixerit vel fecerit: alii potius vitio vertebant immoderatum luctum, & regi & Alexandro parum decorum. alii Alexandrum magnâ diei parte ejulantem super amici corpus procubuisse narrant, neque recedere voluisse, donec ab amicis avelleretur: alii diem integrum noctemque integram corpori exanimi incubuisse ajunt: alii Glauciam medicum ob potionem non recte datam, in crucem tolli jussisse: alii quod quum eum liberalius bibisse cerneret, curam ejus omisisset. Cæterum quod ipse super mortui corpus prostratus comam præsciderit, aliaque luctus signa ediderit non indecorum existimaverim, exemplo Achillis, quem à puero æmulabatur: alii currus quo corpus Hephæstionis vehebatur, ipsummet rectorem aurigamque fuisse: quod quidem mihi nequaquam verisimile verisimile videtur: alii quod in Ecbatanis ædem Æsculapio sacram subverti jusserit. Sed & hoc barbaricum est, neque Alexandro ullâ ratione conveniens:

66 Τὸ μὲν στάδιον πλῆρες εἶναι (παίδων γὰρ ἀγὼν ἦν &c.] Mirifica sunt, quæ hic notari video. Quum Vulcanius scripsisset locum sibi vehementer suspectum, arripit hæc verba nuperus, dicitque Vulcanio hæc, velut nullo haberi loco deberent, inexplicata prætermissa. Quæ sunt illa prætermissa? utique nihil nisi vocem πλῆρες. Sed quomodo ipse nos consolatur? nempe ait, atqui sensu non carent, etsi minus apte suffulciantur, & subito legit ac distinguit, πλῆρες εἶναι παίδων (ἀγὼν γὰρ ἦν &c. At qua tamen in parte minus apte suffulcitur oratio, si retineatur prior distinctionis & vocum ordo, quam si ita ut vult mutetur? Quasi vero nulli alii spectatores fuerint præterquam pueri. At vero omnia plana sunt in Arriano, qui satis dat intelligendum, fuisse certamen puerorum crebertimum in Græcia, cujus memoria toties servatur in Inscriptionibus, ubi modo occurrit Ακαμαντις παιδων νικα, modo Οινεις φυλη παιδων νικα, modo Ιπποθοντις παιδων νικα, prout hæc præbentur ab Sponio. Nihil ergo tentandum.

67 Βαρβαρικὸν δὴ τοῦτο] MSS. omnes βαρβαρικὸν τοῦτό γε. Deinde quoque Optimus καὶ ἐκεῖνον ἐν ἴσῳ τοῦ πένθους. Et rursum, ὡς ἐπὶ Βαβυλῶνος ᾔει Ἀλέξ.

ξῃ μᾶλλόν τι ἀτασθαλίᾳ τῇ ἐς τὸ θεῖον, καὶ ταῖς πέδαις ἃς λέγουσιν εἰς τὸν Ἑλλήσποντον καθεῖναι Ξέρξην, τιμωρούμενον δῆθεν τὸν Ἑλλήσποντον. Ἀλλὰ καὶ ἐκεῖνο οὐ πάντῃ ἔξω τοῦ εἰκότος ἀναγεγράφθαι μοι δοκεῖ· ὡς ἐπὶ Βαβυλῶνος ἤλαυνεν Ἀλέξανδρος, ἐντυχεῖν αὐτῷ κατὰ τὴν ὁδὸν πολλὰς πρεσβείας ἀπὸ τῆς Ἑλλάδος, εἶναι δὲ δὴ ἐν τούτοις Ἐπιδαυρίων [68] πρέσβεις· καὶ τούτους ὧν τε ἐδέοντο ἐξ Ἀλεξάνδρου τυχεῖν, καὶ ἀνάθημα δοῦναι αὐτοῖς Ἀλέξανδρον κομίζειν τῷ Ἀσκληπιῷ, ἐπειπόντα ὅτι, Καίτοι οὐκ ἐπιεικῶς κέχρηταί μοι ὁ Ἀσκληπιός, οὐ σώσας μοι τὸν ἑταῖρον, ὅντινα ἴσον τῇ ἐμαυτοῦ κεφαλῇ ἦγον. Ἐναγίζειν τε ὅτι ἀεὶ ὡς ἥρωι ἐκέλευεν Ἡφαιστίωνι, τοῦτο μὲν πρὸς τῶν πλείστων ἀναγέγραπται. Οἱ δὲ λέγουσιν ὅτι καὶ εἰς Ἄμμωνος ἔπεμψεν, ἐρησομένους τὸν θεόν, εἰ καὶ ὡς θεῷ θύειν συγχωρεῖ Ἡφαιστίωνι· τὸν δὲ οὐ συγχωρῆσαι. Ἐκεῖνα δὲ πρὸς πάντων ξυμφωνούμενα, ἐς τρίτην ἀπὸ τοῦ θανάτου τοῦ Ἡφαιστίωνος ἡμέραν, μήτε σίτου γεύσασθαι Ἀλέξανδρον, μήτε τινὰ θεραπείαν ἄλλην θεραπεῦσαι τὸ σῶμα· ἀλλὰ κεῖσθαι γὰρ ἢ ὀδυρόμενον, ἢ πενθικῶς σιγῶντα· καὶ πυρὰν κελεῦσαι αὐτῷ ἑτοιμάζεσθαι ἐν Βαβυλῶνι ἀπὸ ταλάντων μυρίων· οἱ δὲ καὶ πλειόνων ἀνέγραψαν· καὶ ὅτι πένθος ποιεῖσθαι περιηγγέλη κατὰ πᾶσαν τὴν χώραν τὴν βάρβαρον· καὶ ὅτι πολλοὶ τῶν ἑταίρων τῶν Ἀλεξάνδρου ἐς θεραπείαν τὴν ἐκείνου σφᾶς τε αὐτοὺς καὶ τὰ ὅπλα Ἡφαιστίωνι ἀνέθεσαν ἀποθανόντι· πρῶτον δὲ Εὐμένη ἄρξαι τοῦ σοφίσματος, ὅντινα ὀλίγῳ πρόσθεν ἔφαμεν ὅτι διηνέχθη πρὸς Ἡφαιστίωνα· καὶ τοῦτο δὲ δρᾶσαι τῷ Ἀλεξάνδρῳ, ὡς μὴ ἐφήδεσθαι δοκοίη τελευτήσαντι Ἡφαιστίωνι. Οὔκουν οὐδὲ ἄλλον τινὰ ἔταξεν ἀντὶ Ἡφαιστίωνος χιλίαρχον ἐπὶ τῇ ἵππῳ τῇ ἑταιρικῇ Ἀλέξανδρος, ὡς μὴ ἀπόλοιτο τὸ ὄνομα τοῦ Ἡφαιστίωνος ἐκ τῆς τάξεως· ἀλλὰ Ἡφαιστίωνός τε ἡ χιλιαρχία ἐκαλεῖτο, καὶ τὸ σημεῖον αὐτῆς ἡγεῖτο ἐξ Ἡφαιστίωνος πεποιημένον· ἀγῶνά τε ἐπενόει ποιῆσαι γυμνικόν τε καὶ μουσικόν, πλήθει τε τῶν ἀγωνιζομένων, καὶ τῇ εἰς αὐτὸν χορηγίᾳ πολύ τι τῶν ἄλλων τῶν πρόσθεν ἀριδηλότερον. Τρισχιλίους γὰρ ἀγωνιστὰς τοὺς ξύμπαντας παρεσκεύασε, καὶ οὗτοι ὀλίγον ὕστερον ἐπ' Ἀλεξάνδρου τῷ τάφῳ λέγουσιν [69] ὅτι ἠγωνίσαντο. Χρόνος τε ἦν συχνὸς τῷ

niens: sed Xerxis potius in deos impietate dignum, & compedibus quas illum in Hellespontum vindictæ causâ demisisse ferunt. Cæterum hoc non dissentaneum vero judicaverim, quod à nonnullis memoriæ traditum est: eunti versus Babylonem Alexandro multas Græcorum legationes in itinere obviam venisse, inter quos etiam Epidauriorum legati erant. quibus quum postulata concessisset, donarium dedisse quod Æsculapio suffigerent, his verbis adjectis, „Etsi Æsculapius parum mihi æquus „fuit, qui amicum, quem ego tanquam „caput meum amabam, non servârit. Hephæstioni etiam semper ut heroi parentari jussisse à plerisque scriptum est. Alii addunt misisse illum ad Hammonis templum, qui deum consulerent, an Hephæstioni ut deo sacrificari permitteret. idque Jovem negasse. In his vero scriptores omnes inter se conveniunt, Alexandrum totum triduum ab Hephæstionis obitu neque cibum degustasse, neque ullam aliam corporis curam tenuisse, sed aut lamentantem, aut tacite dolorem prementem jacuisse, mandasseque illi funus parari Babylone x. м talentûm: alii plura adscribunt. quodque per universam barbarorum regionem publicum luctum indixerit. ad hæc multos ex amicis Alexandri ad levandum dolorem, & se & arma Hephæstioni devovisse: ac primum quidem omnium Eumenem illius consilii autorem fuisse, quem paulo ante simultatem cum Hephæstione gessisse diximus. Is id officii mortuo præstabat, ne Alexander illum lætitiam ex Hephæstionis obitu percepisse suspicaretur. Præter hæc Alexander neminem chiliarcham in Hephæstionis locum, qui equitatui amicorum præesset, sufficit, ne Hephæstionis nomen ex agmine interiret, sed Hephæstionis chiliarchiam vocari voluit: signumque ei præferri in agmine & prælio quod Hephæstion confecerat. Ludos præterea gymnicos & musicos, cum certantium multitudine, tum sumptuum præmiorumque magnitudine longe prioribus omnibus illustriores instituit. Tria namque certantium millia in id præparaverat, quos quidem non multo post ad ipsius tumulum certasse ferunt. Et jam multo

68 Ἐν τούτοις Ἐπιδαυρίων] Recte Optimus ἐν τούτοις καὶ Ἐπιδαυρ.

69 Ἐπ' Ἀλεξάνδρου τῷ τάφῳ λέγουσιν &c.] Vide sodes, quam vana hic allinantur. Quum Vulcanius fateretur se legere Ἡφαιστίωνος, alter nescio quibus velamentis longe absurdissimis obtegere conatus est si quod hic lateret ulcus; quod inde suspicatur, quia nusquam legit id factum, neque scit, quid dicat aut quid conjectet. O bone, est quod dicas, si inspicias Arrianum, satis magni roboris. Quid tibi arrogas, ut omnia velis alicubi legere, quæ de Alexandro fabulati sunt veteres? Ne Arrianus quidem asseverat id fuisse factum. Sed clare dicit λέγουσι. Quid mirum, si in paucis, quos habemus, scriptoribus nullum ejus famæ vestigium manserit? Sufficiat id relictum ab Arriano, quosdam dixisse.

τῷ πένθει· καὶ αὐτός τε αὑτὸν ἤδη μετεκάλει ἀπ' αὐτοῦ, καὶ οἱ ἑταῖροι μᾶλλόν τι ἐν τῷ τοιῷδε ἤνυτον· ἔνθα δὴ ἐξέλασιν ποιεῖται ἐπὶ Κοσσαίους, ἔθνος πολεμικὸν, ὅμορον τῷ Οὐξίων. Εἰσὶ δὲ ὄρειοι οἱ Κοσσαῖοι, καὶ χωρία ὀχυρὰ κατὰ χώρας νέμονται[70]· ὁπότε προσάγοι δύναμις ἐς τὰ ἄκρα τῶν ὀρῶν ἀποχωροῦντες ἀθρόοι, ἢ ὅπως ἂν προχωρῇ ἑκάστοις, οὕτω διαφεύγουσιν, ἐς ἀπορίαν βάλλοντες τοὺς ξὺν δυνάμει σφίσιν ἐπιχειροῦντας· ἀπελθόντων δὲ, αὖθις εἰς τὸ λῃστεύειν τρεπόμενοι, ἀπὸ τούτου τὸν βίον ποιοῦνται. Ἀλέξανδρος δὲ ἐξεῖλεν αὐτῶν τὸ ἔθνος, καίτοι χειμῶνος στρατεύσας· ἀλλ' οὔτε χειμὼν ἐγένετο ἐμποδὼν αὐτῷ, οὔτε αἱ δυσχωρίαι, οὔτε αὐτῷ οὔτε Πτολεμαίῳ τῷ Λάγου, ὃς μέρος τῆς στρατιᾶς ἐπ' αὐτοὺς ἦγεν. Οὕτως οὐδὲν ἄπορον Ἀλεξάνδρῳ τῶν πολεμικῶν ἦν, ἐς ὅ, τι ὁρμήσειε. Κατιόντι δὲ αὐτῷ εἰς Βαβυλῶνα, Λιβύων τε πρεσβεῖαι ἐνετύγχανον, ἐπαινούντων τε καὶ στεφανούντων ἐπὶ τῇ βασιλείᾳ τῆς Ἀσίας. Καὶ ἐξ Ἰταλίας Βρέττιοί τε καὶ Λευκανοὶ καὶ Τυρρηνοὶ ἐπὶ τῷ αὐτῷ ἐπρέσβευον[71]. Καὶ Καρχηδονίους τότε πρεσβεῦσαι λέγεται, καὶ ἀπὸ Αἰθιόπων πρέσβεις ἐλθεῖν, καὶ Σκυθῶν τῶν ἐκ τῆς Εὐρώπης, καὶ Κελτοὺς, καὶ Ἴβηρας, ὑπὲρ φιλίας δεησομένους· ὧν τά τε ὀνόματα καὶ τὰς σκευὰς τότε πρῶτον ὀφθῆναι πρὸς Ἑλλήνων τε καὶ Μακεδόνων. Τοὺς δὲ καὶ ὑπὲρ τῶν εἰς ἀλλήλους διαφορῶν λέγουσιν ὅτι Ἀλεξάνδρῳ διακρῖναι ἐπιτρέπειν[72], καὶ τότε μάλιστα αὐτόν τε αὑτῷ Ἀλέξανδρον[73] καὶ τοῖς ἀμφ' αὐτὸν φανῆναι γῆς τε ἁπάσης καὶ θαλάσσης κύριον. Ἄριστος δὲ καὶ Ἀσκληπιάδης[74] τῶν τὰ Ἀλεξάνδρου ἀναγραψάντων, καὶ Ῥωμαίους λέγουσιν ὅτι ἐπρέσβευσαν· καὶ ἐντυχόντα ταῖς πρεσβείαις Ἀλέξανδρον ὑπὲρ Ῥωμαίων τι τῆς ἐσομένης ἐς τὸ ἔπειτα δυνάμεως μαντεύσασθαι, τόν τε κόσμον τῶν ἀνδρῶν ἰδόντα καὶ τὸ φιλόπονόν τε καὶ ἐλευθέριον, καὶ περὶ τοῦ πολιτεύματος ἅμα διαπυνθανόμενον. Καὶ τοῦτο οὔτε ὡς ἀτρεκὲς, οὔτε ὡς ἄπιστον πάντη ἀνέγραψα· πλήν γε δὴ οὔτε τις Ῥωμαίων ὑπὲρ τῆς πρεσβείας ταύτης, ὡς παρὰ Ἀλέξαν-

multo tempore luctus continuatus erat, ipseque se à mœrore revocare cœperat, multumque eam ad rem amicorum consolationes juvabant: quum rursum expeditionem in Cossæos gentem bellicosam, Uxiis finitimam, suscipit. Sunt hi montani populi, oppidaque munita inhabitant: ubi se valido aliquo exercitu peti vident in montium cacumina confertim sese recipiunt, aut quâ cuique integrum est diffugiunt in loca quæ ab exercitu adiri non possint: deinde discedentibus hostibus rursus ad latrocinia conversi, vitam hoc pacto tuentur. Alexander nihilominus illos, quantumvis hyems esset, sedibus suis ejecit. Cæterum neque bruma, neque difficultas locorum, aut ipsi aut Ptolemæo Lagi, qui partem exercitus ducebat, impedimento fuit. adeo nihil ejus virtuti bellicæ inaccessum erat. Dehinc Babyloniam petenti Alexandro Afrorum legati occurrerunt gratulantes, Asiæ coronam illi deferentes. Ex Italiâ quoque Brutii, Lucani ac Tusci eadem de causâ legatos miserunt. Idem & Carthaginienses fecisse dicuntur: ab Æthiopibus quoque venerunt, & à Scythis Europam incolentibus: à Celtis etiam & Iberis, omnes amicitiam petentes: quorum nomina ac cultum tum primum Græci & Macedones cognoverunt. Nonnullos etiam ut controversias quæ inter eos incidissent dirimeret, venisse ferunt. Ac tum primum Alexandrum sibiipsi & qui cum eo erant universæ terræ ac maris dominum visum esse. Aristus autem & Asclepiades, ex iis qui de Alexandri rebus gestis scripserunt, dicunt Romanos etiam legatos misisse: & Alexandrum, auditâ eorum legatione, jam tum de futurâ Romanorum potentiâ aliquid auguratum esse, quum & illorum cultum & diligentiam ac generositatem animadvertisset, eorumque mores atque instituta cognovisset. Cæterum hoc, ut neque omnino certum, neque prorsus incredibile, commemoravi: tametsi nullus Romanarum rerum scriptor hujus legationis ad

70 Χωρία ὀχυρὰ κατὰ χώρας νέμονται· ὁπότε προσάγοι δύναμις ἐς τὰ ἄκρα τῶν ὀρῶν ἀποχωροῦντες] Aut mire involuta his est veritas, aut narrationem continent plenam turbarum. Si enim habent munita oppida seu castella, cur veniente hoste fugiunt in montes aut montium cacumina? Id quidem etiam minime videtur convenire populo bellicoso. An vero hæc ipsa vocantur ab Arriano χωρία ὀχυρὰ, quæ mox vocat ἄκρα τῶν ὀρῶν? Quod quidem non videtur, quia oppositio est inter κατὰ χώρας & ἄκρα. Certe sententia sana dictat excidisse negativam, quum scripserit Arrianus καὶ χωρία ὀχυρὰ κατὰ χώρας οὐ νέμονται, vertendumque, *vicos per regionem munitos non incolunt*. Adhibe Diodorum Siculum XIX, 19, ubi id videtur confirmari.

71 Ἐπὶ τῷ αὐτῷ ἐπρέσβευον] Optimus & alii scripti ἐπὶ τοῖς αὐτοῖς, rectissime.

72 Ἀλέξανδρον διακρῖναι ἐπιτρ.] MS. Opt. Ἀλεξάνδρῳ, & sic quoque alius clare, alius Ἀλεξάνδρῳ.

73 Αὐτόν τε αὑτῷ Ἀλέξανδρον] Nomen proprium abest ab Opt. & prorsus non opinor Arriani esse. Quin & ipse situs id subindicat, quo temere interrumpuntur illa αὑτῷ καὶ τοῖς ἀμφ' αὐτόν.

74 Ἄριστος δὲ καὶ Ἀσκληπιάδης] In duobus Flor. sed illis non optimis, copulam abesse ipse etiam notavi. Etiam Vulcanius ex V. C. notat non id solum abesse, sed & statim scribit pro λέγουσιν in eo exstare λέγει. Sed posthabendum tamen id omne quidquid est, uni Optimo codici, qui retinet.

ξάνδρου σταλείσης, μνήμην ἐποιήσατό τινα, οὐδὲ τῶν τὰ Ἀλεξάνδρου γραψάντων (οἷστισι μᾶλλον ἐγὼ ξυμφέρομαι) Πτολεμαῖος ὁ Λάγου καὶ Ἀριστόβουλος· οὐδὲ τῷ Ῥωμαίων πολιτεύματι ἐπεικὲς ἦν, ἐλευθέρῳ δή τότε ἐς τὰ μάλιστα ὄντι, παρὰ βασιλέα ἀλλόφυλον, ἄλλως τε καὶ ἐς τοσόνδε ἀπὸ τῆς οἰκείας πρεσβεῦσαι, οὔτε φόβου ἐξαναγκάζοντος, οὔτε κατ᾽ ἐλπίδα ὠφελείας, μίσει τε, εἴπερ τισὶν ἄλλοις, τοῦ τυραννικοῦ γένους τε καὶ ὀνόματος κατεχομένους. 16 Ἐκ τούτου δὴ Ἡρακλείδην τὸν Ἀργαίου ἐκπέμπει ἐς Ὑρκανίαν, ναυπηγοὺς ἅμα οἱ ἄγοντα, κελεύσας ὕλην τεμόντα ἐκ τῶν ὀρῶν τῶν Ὑρκανίων, ναυπηγεῖσθαι ναῦς μακράς, ἀφράκτους τε καὶ πεφραγμένας, ἐς τὸν κόσμον τὸν Ἑλληνικόν. Πόθος γὰρ εἶχεν αὐτὸν καὶ ταύτην ἐκμαθεῖν τὴν θάλασσαν, τὴν Κασπίαν τε καὶ Ὑρκανίαν καλουμένην[75], ποίᾳ τινὶ ξυμβάλλει θαλάσσῃ· πότερα τῇ τοῦ πόντου τοῦ Εὐξείνου, ἢ ἀπὸ τῆς ἕω τῆς κατ᾽ Ἰνδοὺς ἐκπεριερχομένη ἡ μεγάλη θάλασσα ἀναχεῖται εἰς κόλπον τὸν Ὑρκάνιον· (καθάπερ οὖν καὶ τὸν Περσικὸν ἐξεῦρε, τὴν ἐρυθρὰν δὴ καλουμένην θάλασσαν, κόλπον οὖσαν τῆς μεγάλης θαλάσσης) οὐ γάρ πω ἐξεύρηντο[76] αἱ ἀρχαὶ τῆς Κασπίας θαλάσσης, καίτοι ἐθνῶν τε αὐτὴν οἰκούντων οὐκ ὀλίγων, καὶ ποταμῶν πλοΐμων ἐμβαλλόντων εἰς αὐτήν. Ἐκ Βάκτρων μὲν Ὄξος μέγιστος τῶν[77] Ἀσιανῶν ποταμῶν, πλήν γε δὴ τῶν Ἰνδῶν, ἐξίησιν ἐς ταύτην τὴν θάλασσαν· διὰ Σκυθῶν δὲ, Ὀξυάρτης. Καὶ τὸν Ἀράξην δὲ, τὸν ἐξ Ἀρμενίων[78] ῥέοντα, ἐς ταύτην ἐσβάλλειν ὁ πλείων λόγος κατέχει. Μέγιστοι μὲν οὗτοι. Πολλοὶ δὲ δὴ καὶ ἄλλοι ἐς τούτους ἐμβάλλοντες, καὶ αὐτοὶ ἐπὶ σφῶν ἐς τὴν θάλασσαν ταύτην ἐξίασιν· οἱ μὲν, καὶ γινωσκόμενοι πρὸς τῶν ἀμφ᾽ Ἀλέξανδρον, ἐπελθόντων τὰ ἔθνη ταύτῃ· οἱ δὲ, κατὰ τὰ ἐπέκεινα τοῦ κόλπου ὡς εἰκὸς ἐς τοὺς Σκύθας[79] τοὺς Νομάδας, ὃ δὴ ἄγνωστον πάντῃ ἐστίν. Ἀλέξανδρος δὲ, ὡς τὸν Τίγρητα ποταμὸν ξὺν τῇ στρατιᾷ διέβη, ἐλαύνων ἐπὶ Βαβυλῶνος,

ad Alexandrum missæ mentionem fecit: neque ex iis qui Alexandri res gestas conscripserunt (quos quidem ego præcipue sequor) Ptolemæus Lagi & Aristobulus. Neque vero Romanæ reipublicæ conveniens videtur, quæ liberrima tum temporis erat, ad regem exterum, quique alioqui tam procul domo aberat, legatos misisse. præsertim quum neque metus urgeret, neque ulla utilitatis spes eos moveret: quumque, siqui alii, odio tyrannicum & genus & nomen prosequerentur. Post hæc 16 Alexander Heraclidem Argæi filium cum navium architectis in Hyrcaniam mittit, qui excisâ è montibus Hyrcaniæ materiâ naves oblongas conficiat; partim apertas, partim tectas, Græcarum navium instar. Cupiebat enim etiam illud mare, quod Caspium simul & Hyrcanium appellatur, cui mari committatur cognoscere: utrum ponto Euxino, an ab orientali mari Indos versus circunductus oceanus in sinum Hyrcanium refundatur (quemadmodum etiam Persicum, rubrum mare alii vocant, sinum oceani esse compererat) Neque enim adhuc inventa erant Caspii maris initia, quamvis multæ gentes circum ipsum incolerent, multique amnes navigabiles in illud mare ferrentur. Nam ex Bactris Oxus maximus Asiæ fluminum, Indicis exceptis, in Caspium mare fluit: per Scythas, Oxyartes. Araxem quoque, qui ab Armeniis fluit, in hoc mare ferri plerique tradunt: atque hi quidem maximi amnes sunt. multi vero præterea alii illabentes in hos fluvios, & ipsi seorsum in istud mare exeunt: partim ab iis qui cum Alexandro gentes illas obierunt cogniti, partim ultra sinum (ut verisimile est) in Scythas, Nomadas dictos, labentes, in universum nobis incogniti. Alexander quum per Tigrim flumen exercitum trajecisset, Babylonem proficiscens,

75 Θάλασσαν τὴν Κασπίαν τε καὶ Ὑρκανίαν καλουμένην] Castigavit versionem Vulcanii Freinshemius in Curtianis 6, 4, 18, unde nuperus fuit edoctus, licet agnoscere noluerit.

76 Οὐ γάρ πω ἐξεύρηντο] MS. Optimus ἐξεύρητο.

77 Ὄξος μέγιστος τῶν] MS. Opt. Ὄξος ποταμὸς μέγιστος.

78 Ἐξ Ἀρμενίων] Opt. Ἀρμενίας ut in Indicis c.41. Τίγρης, ὃς ῥέει ἐξ Ἀρμενίης. Idem κατίησιν pro ἐξίησιν. Mirum vero cur sic obscure voluerit interpretari Vulcanius. *Multi vero præterea alii in hos fluvios illabentes, & ipsi seorsum in istud mare exeunt.* Si enim seorsum exeunt in mare, utique non illabuntur in nominatos fluvios. Et quam manifeste Facius? *partim qui in superiores exeunt, partim qui seorsum fluunt.* Id ut clare constet voluisse Arrianum, persuadeor scripsisse ἐς τε τούτους ἐμβάλλοντες, ut vidi in Optimo & aliis duobus MSS. *tam illabentes in hos fluvios, quam ipsi seorsum.* scilicet hæc particula hinc debuit abigi, ut supra infulciretur alia, sed ubi nihil prodesset, πολλοὶ δὲ δὴ καὶ ἄλλοι. Nam illud δὴ non exstat in Optimo, & nulli bono est.

79 Ἐς τοὺς Σκύθας] Omnino aliquid turbæ. Neque enim hic agitur, an quidam fluvii ultra sinum in Scythas Nomadas labantur (quæ locutio nugatoria est) sed an per Scythas illos labantur in mare Caspium. Negari non potest duntaxat hoc verum esse, quod notavi in MSto Optimo legi κατὰ τοὺς Σκύθας, ut aut id ipsum retineri debeat duplicante frequenter Arriano eandem præpositionem & iterante in vario sensu, aut forsan transpositio particularum sic facienda sit, οἱ δὲ ἐς τὰ ἐπέκεινα τοῦ κόλπου, ὡς εἰκὸς κατὰ τοὺς Σκύθας, *partim in alteram sinus partem, nempe apud Nomadas Scythas, quæ gens plane incognita.*

τῷ πένθει· καὶ αὐτός τι αὑτὸν ἤδη μετεκάλει ἀπ' αὐτοῦ, καὶ οἱ ἑταῖροι μᾶλλόν τι ἐν τῷ τοιῷδε ἤνυτον· ἔνθα δὴ ἐξέλασιν ποιεῖται ἐπὶ Κοσσαίους, ἔθνος πολεμικὸν, ὅμορον τῷ Οὐξίων. Εἰσὶ δὲ ὄρειοι οἱ Κοσσαῖοι, καὶ χωρία ὀχυρὰ κατὰ χώρας νέμονται[70]· ὁπότε προσάγοι δύναμις ἐς τὰ ἄκρα τῶν ὀρῶν ἀποχωροῦντες ἀθρόοι, ἢ ὅπως ἂν προχωρῇ ἑκάστοις, οὕτω διαφεύγουσιν, ἐς ἀπορίαν βάλλοντες τοὺς ξὺν δυνάμει σφίσιν ἐπιχειροῦντας· ἀπελθόντων δὲ, αὖθις εἰς τὸ λῃστεύειν τρεπόμενοι, ἀπὸ τούτου τὸν βίον ποιοῦνται. Ἀλέξανδρος δὲ ἐξεῖλεν αὐτῶν τὸ ἔθνος, καίτοι χειμῶνος στρατεύσας· ἀλλ' οὔτε χειμὼν ἐγένετο ἐμποδὼν αὐτῷ, οὔτε αἱ δυσχωρίαι, οὔτε αὐτῷ οὔτε Πτολεμαίῳ τῷ Λάγου, ὃς μέρος τῆς στρατιᾶς ἐπ' αὐτοὺς ἦγεν. Οὕτως οὐδὲν ἄπορον Ἀλεξάνδρῳ τῶν πολεμικῶν ἦν, ἐς ὅ, τι ὁρμήσειε. Κατιόντι δὲ αὐτῷ εἰς Βαβυλῶνα, Λιβύων τε πρεσβεῖαι ἐνετύγχανον, ἐπαινούντων τε καὶ στεφανούντων ἐπὶ τῇ βασιλείᾳ τῆς Ἀσίας. Καὶ ἐξ Ἰταλίας Βρέττιοί τε καὶ Λευκανοὶ καὶ Τυρρηνοὶ ἐπὶ τοῦ αὐτοῦ ἐπρέσβευον[71]. Καὶ Καρχηδονίους τότε πρεσβεῦσαι λέγεται, καὶ ἀπὸ Αἰθιόπων πρέσβεις ἐλθεῖν, καὶ Σκυθῶν τῶν ἐκ τῆς Εὐρώπης, καὶ Κελτοὺς, καὶ Ἴβηρας, ὑπὲρ φιλίας δεησομένους· ὧν τά τε ὀνόματα καὶ τὰς σκευὰς τότε πρῶτον ὀφθῆναι πρὸς Ἕλληνάς τε καὶ Μακεδόνας. Τοὺς δὲ καὶ ὑπὲρ τῶν εἰς ἀλλήλους διαφορῶν λέγουσιν ὅτι Ἀλέξανδρον διακρῖναι ἐπέτρεπον[72], καὶ τότε μάλιστα αὐτόν τε αὑτῷ Ἀλέξανδρον[73] καὶ τοῖς ἀμφ' αὐτὸν φανῆναι γῆς τε ἁπάσης καὶ θαλάσσης κύριον. Ἄριστος δὲ καὶ Ἀσκληπιάδης[74] τῶν τὰ Ἀλεξάνδρου ἀναγραψάντων, καὶ Ῥωμαίους λέγουσιν ὅτι ἐπρεσβεύσαντο· καὶ ἐντυχόντα ταῖς πρεσβείαις Ἀλέξανδρον ὑπὲρ Ῥωμαίων τι τῆς ἐσομένης ἐς τὸ ἔπειτα δυνάμεως μαντεύσασθαι, τόν τε κόσμον τῶν ἀνδρῶν ἰδόντα καὶ τὸ φιλόπονόν τε καὶ ἐλευθέριον, καὶ περὶ τοῦ πολιτεύματος ἅμα διαπυνθανόμενον. Καὶ τοῦτο οὔτε ὡς ἀτρεκὲς, οὔτε ὡς ἄπιστον πάντη ἀνέγραψα· πλήν γε δὴ οὔτε τις Ῥωμαίων ὑπὲρ τῆς πρεσβείας ταύτης, ὡς παρὰ Ἀλέξαν-

multo tempore luctus continuatus erat, ipseque se à mœrore revocare cœperat, multumque eam ad rem amicorum consolationes juvabant: quum rursum expeditionem in Cossæos gentem bellicosam, Uxiis finitimam, suscipit. Sunt hi montani populi, oppidaque munita inhabitant: ubi se valido aliquo exercitu peti vident in montium cacumina confertim sese recipiunt, aut quâ cuique integrum est diffugiunt in loca quæ ab exercitu adiri non possint: deinde discedentibus hostibus rursus ad latrocinia conversi, vitam hoc pacto tuentur. Alexander nihilominus illos, quantumvis hyems esset, sedibus suis ejecit. Cæterum neque bruma, neque difficultas locorum, aut ipsi aut Ptolemæo Lagi, qui partem exercitus ducebat, impedimento fuit. adeo nihil ejus virtuti bellicæ inaccessum erat. Dehinc Babyloniam petenti Alexandro Afrorum legati occurrerunt gratulantes, Asiæ coronam illi deferentes. Ex Italiâ quoque Brutii, Lucani ac Tusci eadem de causâ legatos miserunt. Idem & Carthaginienses fecisse dicuntur: ab Æthiopibus quoque venerunt, & à Scythis Europam incolentibus: à Celtis etiam & Iberis, omnes amicitiam petentes: quorum nomina ac cultum tum primum Græci & Macedones cognoverunt. Nonnullos etiam ut controversias quæ inter eos incidissent dirimeret, venisse ferunt. Ac tum primum Alexandrum sibiipsi & qui cum eo erant universæ terræ ac maris dominum visum esse. Aristus autem & Asclepiades, ex iis qui de Alexandri rebus gestis scripserunt, dicunt Romanos etiam legatos misisse: & Alexandrum, auditâ eorum legatione, jam tum de futurâ Romanorum potentiâ aliquid auguratum esse, quum & illorum cultum & diligentiam ac generositatem animadvertisset, eorumque mores atque instituta cognovisset. Cæterum hoc, ut neque omnino certum, neque prorsus incredibile, commemoravi: tametsi nullus Romanarum rerum scriptor hujus legationis ad

70 *Χωρία ὀχυρὰ κατὰ χώρας νέμονται· ὁπότε προσάγοι δύναμις ἐς τὰ ἄκρα τῶν ὀρῶν ἀποχωροῦντες*] Aut mire involuta his est veritas, aut narrationem continent plenam turbarum. Si enim habent munita oppida seu castella, cur veniente hoste fugiunt in montes aut montium cacumina? Id quidem etiam minime videtur convenire populo bellicoso. An vero hæc ipsa vocantur ab Arriano *χωρία ὀχυρὰ*, quæ mox vocat *ἄκρα τῶν ὀρῶν*? Quod quidem non videtur, quia oppositio est inter *κατὰ χώρας* & *ὄρη*. Certe sententia sana dictat excidisse negativam, quum scripserit Arrianus *καὶ χωρία ὀχυρὰ κατὰ χώρας οὐ νέμονται*, vertendumque, *vicos per regionem munitos non incolunt*. Adhibe Diodorum Siculum XIX, 19, ubi id videtur confirmari.

71 *Ἐπὶ τοῦ αὐτοῦ ἐπρέσβευον*] Optimus & alii scripti *ἐπὶ τοῖς αὐτοῖς*, rectissime.

72 *Ἀλέξανδρον διακρῖναι ἐπετρ.*] MS. Opt. *Ἀλεξάνδρῳ*, & sic quoque alius clare, alius *Ἀλεξάνδρῳ*.

73 *Αὐτόν τε αὑτῷ Ἀλέξανδρον*] Nomen proprium abest ab Opt. & prorsus non opinor Arriani esse. Quin & ipse situs id subindicat, quo temere interrumpuntur illa *αὑτῷ καὶ τοῖς ἀμφ' αὐτόν*.

74 *Ἄριστος δὲ καὶ Ἀσκληπιάδης*] In duobus Flor. sed illis non optimis, copulam abesse ipse etiam notavi. Etiam Vulcanius ex V. C. notat non id solum abesse, sed & statim scribit pro *λέγουσιν* in eo exstare *λέγει*. Sed posthabendum tamen id omne quidquid est, uni Optimo codici, qui retinet.

ξανδρον σαλείσης, μνήμην ἐποιήσατό τινα, οὐδὲ τῶν τὰ Ἀλεξάνδρου γραψάντων (οἷστισι μᾶλλον ἐγὼ ξυμφέρομαι) Πτολεμαῖος ὁ Λάγου καὶ Ἀριστόβουλος· οὐδὲ τῷ Ῥωμαίων πολιτεύματι ἐπεοικὸς ἦν, ἐλευθέρῳ δὴ τότε ἐς τὰ μάλιστα ὄντι, παρὰ βασιλέα ἀλλόφυλον, ἄλλως τε καὶ ἐς τοσόνδε ἀπὸ τῆς οἰκείας πρεσβεῦσαι, οὔτε φόβου ἐξαναγκάζοντος, οὔτε κατ' ἐλπίδα ὠφελείας, μίσει τε, εἴπερ τινὰς ἄλλους, τοῦ τυραννικοῦ γένους τε καὶ ὀνόματος κατεχομένους.

16 Ἐκ τούτου δὴ Ἡρακλείδην τὸν Ἀργαίου ἐκπέμπει ἐς Ὑρκανίαν, ναυπηγοὺς ἅμα οἱ ἄγοντα, κελεύσας ὕλην τεμόντα ἐκ τῶν ὀρῶν τῶν Ὑρκανίων, ναυπηγεῖσθαι ναῦς μακράς, ἀφράκτους τε καὶ πεφραγμένας, ἐς τὸν κόσμον τὸν Ἑλληνικόν. Πόθος γὰρ εἶχεν αὐτὸν καὶ ταύτην ἐκμαθεῖν τὴν θάλασσαν, τὴν Κασπίαν τε καὶ Ὑρκανίαν καλουμένην[75], ποίᾳ τινὶ ξυμβάλλει θαλάσσῃ· πότερα τῇ τοῦ πόντου τοῦ Εὐξείνου, ἢ ἀπὸ τῆς ἑώας τῆς κατ' Ἰνδοὺς ἐκπεριερχομένη ἡ μεγάλη θάλασσα ἀναχεῖται εἰς κόλπον τὸν Ὑρκάνιον· (καθάπερ οὖν καὶ τὸν Περσικὸν ἐξεῦρε, τὴν ἐρυθρὰν δὴ καλουμένην θάλασσαν, κόλπον οὖσαν τῆς μεγάλης θαλάσσης) οὐ γάρ πω ἐξεύρηντο[76] αἱ ἀρχαὶ τῆς Κασπίας θαλάσσης, καίτοι ἐθνῶν τε αὐτὴν οἰκούντων οὐκ ὀλίγων, καὶ ποταμῶν πλοΐμων ἐμβαλλόντων εἰς αὐτήν. Ἐκ Βάκτρων μὲν Ὄξος μέγιστος τῶν[77] Ἀσιανῶν ποταμῶν, πλήν γε δὴ τῶν Ἰνδῶν, ἐξίησιν ἐς ταύτην τὴν θάλασσαν· διὰ Σκυθῶν δέ, Ὀξυάρτης. Καὶ τὸν Ἀράξην δέ, τὸν ἐξ Ἀρμενίων[78] ῥέοντα, ἐς ταύτην ἐσβάλλειν ὁ πλείων λόγος κατέχει. Μέγιστοι μὲν οὗτοι. Πολλοὶ δὲ δὴ καὶ ἄλλοι ἐς τούτους ἐμβάλλοντες, καὶ αὐτοὶ ἐπὶ σφῶν ἐς τὴν θάλασσαν ταύτην ἐξιᾶσιν· οἱ μέν, καὶ γιγνωσκόμενοι πρὸς τῶν ἀμφ' Ἀλέξανδρον, ἐπελθόντων τὰ ἔθνη ταῦτα· οἱ δέ, κατὰ τὰ ἐπέκεινα τοῦ κόλπου ὡς εἰκὸς ἐς τοὺς Σκύθας[79] τοὺς Νομάδας, ὃ δὴ ἄγνωστον πάντη ἐστίν. Ἀλέξανδρος δέ, ὡς τὸν Τίγρητα ποταμὸν ξὺν τῇ στρατιᾷ διέβη, ἐλαύνων ἐπὶ Βαβυλῶνος,

ad Alexandrum missæ mentionem fecit: neque ex iis qui Alexandri res gestas conscripserunt (quos quidem ego præcipue sequor) Ptolemæus Lagi & Aristobulus. Neque vero Romanæ reipublicæ conveniens videtur, quæ liberrima tum temporis erat, ad regem exterum, quique alioqui tam procul domo aberat, legatos misisse. præsertim quum neque metus urgeret, neque ulla utilitatis spes eos moveret: quumque, siqui alii, odio tyrannicum & genus & nomen prosequerentur. Post hæc 16 Alexander Heraclidem Argæi filium cum navium architectis in Hyrcaniam mittit, qui excisâ è montibus Hyrcaniæ materiâ naves oblongas conficiat; partim apertas, partim tectas, Græcarum navium instar. Cupiebat enim etiam illud mare, quod Caspium simul & Hyrcanium appellatur, cui mari committatur cognoscere: utrum ponto Euxino, an ab orientali mari Indos versus circunductus oceanus in sinum Hyrcanium refundatur (quemadmodum etiam Persicum, rubrum mare alii vocant, sinum oceani esse compererat) Neque enim adhuc inventa erant Caspii maris initia, quamvis multæ gentes circum ipsum incolerent, multique amnes navigabiles in illud mare ferrentur. Nam ex Bactris Oxus maximus Asiæ fluminum, Indicis exceptis, in Caspium mare fluit: per Scythas, Oxyartes. Araxem quoque, qui ab Armeniis fluit, in hoc mare ferri plerique tradunt: atque hi quidem maximi amnes sunt. multi vero præterea alii illabentes in hos fluvios, & ipsi seorsum in istud mare exeunt: partim ab iis qui cum Alexandro gentes illas obierunt cogniti, partim ultra sinum (ut verisimile est) in Scythas, Nomadas dictos, labentes, in universum nobis incogniti. Alexander quum per Tigrim flumen exercitum trajecisset, Babylonem proficiscens,

75 Θάλασσαν τὴν Κασπίαν τε καὶ Ὑρκανίαν καλουμένην] Castigavit versionem Vulcanii Freinshemius in Curtianis 6, 4, 18, unde nuperus fuit edoctus, licet agnoscere noluerit.

76 Οὐ γάρ πω ἐξεύρηντο] MS. Optimus ἐξεύρητο.

77 Ὄξος μέγιστος τῶν] MS. Opt. Ὄξος ποταμὸς μέγιστος.

78 Ἐξ Ἀρμενίων] Opt. Ἀρμενίας ut in Indicis c. 41. Τίγρης, ὃς ῥέει ἐξ Ἀρμενίας. Idem κατίησιν pro ἐξίησιν. Mirum vero cur sic obscure voluerit interpretari Vulcanius. *Multi vero præterea alii in hos fluvios illabentes, & ipsi seorsum in istud mare exeunt.* Si enim seorsum exeunt in mare, utique non illabuntur in nominatos fluvios. Et quam manifeste Facius? *partim qui in superiores exeunt, partim qui seorsum fluunt.* Id ut clare constet voluisse Arrianum, persuadeor scripsisse ἐς τε τούτους ἐμβάλλοντες, ut vidi in Optimo & aliis duobus MSS. *tam illabentes in hos fluvios, quam ipsi seorsum.* Scilicet hæc particula hinc debuit abigi, ut supra insulciretur alia, sed ubi nihil prodesset, πολλοὶ δὲ δὴ καὶ ἄλλοι. Nam illud δὴ non exstat in Optimo, & nulli bono est.

79 Ἐς τοὺς Σκύθας] Omnino aliquid turbæ. Neque enim hic agitur, an quidam fluvii ultra sinum in Scythas Nomadas labantur (quæ locutio nugatoria est) sed an per Scythas illos labantur in mare Caspium. Negari non potest duntaxat hoc verum esse, quod notavi in MSto Optimo legi κατὰ τοὺς Σκύθας, ut aut id ipsum retineri debeat duplicante frequenter Arriano eandem præpositionem & iterante in vario sensu, aut forsan transpositio particularum sic facienda sit, οἱ δὲ ἐς τὰ ἐπέκεινα τοῦ κόλπου, ὡς εἰκὸς κατὰ τοὺς Σκύθας, *partim in alteram sinus partem, nempe apud Nomadas Scythas, quæ gens plane incognita.*

λῶνος, ἐνταῦθα ἐντυγχάνουσιν αὐτῷ Χαλδαίων οἱ λόγιοι[80]· καὶ ἀπαγαγόντες ἀπὸ τῶν ἑταίρων, ἐδέοντο ἐπισχεῖν τὴν ἐπὶ Βαβυλῶνος ἔλασιν. Λόγιον γὰρ γεγονέναι σφίσιν ἐκ τοῦ θεοῦ τοῦ Βήλου, μὴ πρὸς ἀγαθοῦ οἱ εἶναι τὴν πάροδον τὴν ἐς Βαβυλῶνα ἐν τῷ τότε· τὸν δὲ ἀποκρίνασθαι αὐτοῖς λόγῳ, ὃ Εὐριπίδου τοῦ ποιητοῦ ἔπος· ἔχει δὲ τὸ ἔπος Εὐριπίδῃ ὧδε,

Μάντις δ᾽ ἄριστος, ὅστις εἰκάζει καλῶς.

Σὺ δὲ, ὦ βασιλεῦ, ἔφασαν οἱ Χαλδαῖοι, μὴ πρὸς δυσμὰς ἀφορῶν αὐτὸς, μηδὲ τὴν στρατιὰν ταύτῃ ἐπέχουσαν ἄγων παρελθεῖν· ἀλλὰ ἐκπεριελθὼν πρὸς ἕω μᾶλλον. Τῷ δὲ οὐδὲ τοῦτο εὐμαρὲς διὰ δυσχωρίαν ξυνέβη· ἀλλὰ ἦγε γὰρ αὐτὸν ταύτῃ τὸ δαιμόνιον, ᾗ παρελθόντα ἐχρῆν ἤδη τελευτῆσαι. Καί που τυχὸν καὶ ἄμεινον αὐτῷ ἦν ἐν ἀκμῇ τῆς τε ἄλλης δόξης καὶ τοῦ πόθου τοῦ παρ᾽ ἀνθρώπων ἀπηλλάχθαι, πρίν τινα ξυμβῆναι αὐτῷ ξυμφορὰν ἀνθρωπίνην, ἧς ἕνεκα καὶ Σόλωνα Κροίσῳ παραινέσαι εἰκὸς, τέλος ὁρᾶν μακροῦ βίου, μηδὲ πρόσθεν τινὰ ἀνθρώπων ἀποφαίνειν εὐδαίμονα. Ἐπεὶ καὶ αὐτῷ Ἀλεξάνδρῳ ἡ Ἡφαιστίωνος τελευτὴ οὐ σμικρὰ ξυμφορὰ γεγένητο· ἧς καὶ αὐτὸς Ἀλέξανδρος προαπελθεῖν ἂν δοκεῖ μοι ἐθελῆσαι μᾶλλον, ἢ ζῶν πειραθῆναι· οὐ μεῖον ἢ καὶ Ἀχιλλέα δοκῶ ἂν ἑλέσθαι προαποθανεῖν Πατρόκλου μᾶλλον, ἢ τοῦ θανάτου αὐτοῦ τιμωρὸν γενέσθαι. 17 Ἦν δέ τι καὶ ὕποπτον αὐτῷ ἐς τοὺς Χαλδαίους, ὡς οὐ κατὰ μαντείαν τινὰ μᾶλλον[81], ἢ ἐς ὠφέλειαν τὴν αὐτῶν φέροι αὐτοῖς ἡ κώλυσις τῆς Ἀλεξάνδρου ἐς Βαβυλῶνα ἐν τῷ τότε ἐλάσεως. Ὁ γὰρ τοῦ Βήλου νεὼς ἐν μέσῃ τῇ πόλει ἦν τῶν Βαβυλωνίων, μεγέθει τε μέγιστος, καὶ ἐκ πλίνθου ὀπτῆς ἐν ἀσφάλτῳ ἡρμοσμένης. Τοῦτον τὸν νεὼν, ὥσπερ καὶ τὰ ἄλλα ἱερὰ τὰ Βαβυλωνίων, Ξέρξης κατέσκαψεν[82], ὅτε ἐκ τῆς Ἑλλάδος ὀπίσω ἀπενόστησεν. Ἀλέξανδρος δὲ ἐν νῷ εἶχεν ἀνοικοδομεῖν· οἱ μὲν λέγουσιν, ὅτι ἐπὶ τοῖς θεμελίοις τοῖς πρόσθεν, καὶ τούτου ἕνεκα τὸν χοῦν ἐκφέρειν ἐκέλευε τοὺς Βαβυλωνίους· οἱ δὲ, ὅτι καὶ μείζονα ἔτι τοῦ πάλαι ὄντος. Ἐπεὶ δὲ ἀποστάντος αὐτοῦ μαλθακῶς ἀνθήψαντο τοῦ ἔργου, οἷς ταῦτα ἐπιτέτραπτο· ὁ δὲ τῇ στρατιᾷ πάσῃ ἐπενόει τὸ ἔργον ἐργάσασθαι[83]· εἶναι δὲ

τῷ

scens, Chaldæos vates obvios habuit, qui cum ab amicis sevocatum rogârunt ut profectioni Babylonicæ supersederet. Oraculo enim sese Beli dei monitos, ingressum in Babylonem nequaquam ei tum temporis faustum ac felicem fore. Ipse Euripidis versum eis objiciebat, qui ita habet,

Qui conjicit bene, augur est is optimus.

„Tum illi, Atqui, ô rex, ne occidentem „versus respicias, neque exercitum hac „ducens ingrediare, sed potius circuma„ctum agmen in orientem ducito. Sed ob difficultatem viæ id præstare non potuit: fortuna sive fato eum in viam propellente, cujus transitus ipsi exitio futurus erat. Et fortasse satius ei fuit, in summo felicitatis fastigio, summoque hominum desiderio vitam cum morte commutare, priusquam ei calamitas aliqua humano more accideret. Cujus rei causâ Solonem Crœso suasisse verisimile est ut longæ vitæ exitum spectaret, neque prius quemquam mortalium felicem judicaret. quandoquidem & Hephæstionis obitus non exigui infortunii loco Alexandro accidisse videtur, quem meâ sententiâ prævenire ipse quam vivus experiri maluisset: non secus atque Achilli jucundius fuisset Patrocli mortem suâ ipsius morte antevertisse, quam necis ejus ultor relinqui. Inciderat autem Alexandro suspicio quædam de Chaldæis, quod se non 17 tam oraculi quam privatæ ipsorum utilitatis causâ per id tempus ab ingressu Babylonis deterrerent. Nam Beli templum in mediâ Babyloniorum urbe situm erat, magnitudine præclarum, atque ex latere coctili, bitumine interlito, coagmentatum. quod templum, quemadmodum & cætera Babyloniorum loca sacra, Xerxes subverterat, quum ex Græciâ reverteretur. Alexander vero in animo habebat templum instaurare, atque, ut quidam scribunt, è veteribus fundamentis exædificare, eamque ob causam rudera exportare Babylonios jusserat; ut vero alii, augustius quam antea fuerat efficere statuerat. Quumque ipso absente segnius quam vellet operi instarent, ipse cum universo exercitu opus aggredi cogitabat.

80 Χαλδαίων οἱ λόγιοι] Nihil est, quod in his vituperes. Et tamen MS. Optimus videtur velle Χαλδαίων ὀλίγοι.

81 Κατὰ μαντείαν τινὰ μᾶλλον] MSSti omnes τι μᾶλλον, quod retinuit quoque Basileensis editio.

82 Ξέρξης κατέσκαψεν] Istum certe regem contaminari se sacrilegio circa hoc sacrum non recusavisse patet etiam ex Herodoto 1, 183. ut idcirco non assentiar illis, qui opinantur ab Arriano commissum fuisse errorem, dum destructionem hujus templi refert ad Xerxem, quod dirutum fuisse ante eum aliunde constet; errorem vero obortum fuisse ex communi nomine regum Persicorum. Quod qualecunque sit, potest antea destructum quoque non diu post fuisse restitutum, more regum hac in parte dissidentium, ut tempore Xerxis utique steterit integrum, prout probat sane simulacrum divinum in Herodoto. Vide Freinshemiana ad Curtium 5, 1, 24.

83 Ἐπενόει τὸ ἔργον ἐργ.] Istud sane non plus est, quam quod præmisit ἐν νῷ εἶχεν, qui fuit motus animi ejus ante expeditionem versus Indiam. Cui quum non fuerit obsecundatum, alium motum nunc induisse videtur,

τῷ θεῷ τῷ Βήλῳ πολλὴν μὲν τὴν χώραν ἀνειμένην ἐκ τῶν Ἀσσυρίων βασιλέων· πολὺν δὲ χρυσόν, καὶ ἀπὸ[84] τοῦ πάλαι μὲν τὸν νεὼν ἐπεσκευάζεσθαι, καὶ τὰς θυσίας τῷ θεῷ θύεσθαι· τότε δὲ τοὺς Χαλδαίους τὰ τοῦ θεοῦ νέμεσθαι, οὐκ ὄντος ἐς ὅ, τι ἀναλωθήσεται τὰ περιγιγνόμενα. Τούτων δὴ εἵνεκα ὕποπτοι Ἀλεξάνδρῳ ἦσαν, οὐκ ἐθέλειν παρελθεῖν εἴσω Βαβυλῶνος Ἀλέξανδρον, ὡς μὴ δι' ὀλίγου τὸν νεὼν ἐπιτελεσθέντα ἀφελέσθαι αὐτοὺς τὰς ἐκ τῶν χρημάτων ὠφελείας. Ὅμως δὲ τά γε τῆς ἐπιστροφῆς τῆς κατὰ τὴν εἴσοδον τὴν ἐς τὴν πόλιν, ἐθελῆσαι αὐτοῖς πεισθῆναι λέγει Ἀριστόβουλος, καὶ τῇ πρώτῃ μὲν παρὰ τὸν ποταμὸν τὸν Εὐφράτην καταστρατοπεδεῦσαι· ἐς δὲ τὴν ὑστεραίαν ἐν δεξιᾷ ἔχοντα τὸν ποταμόν, παρ' αὐτὸν πορεύεσθαι, θέλοντα ὑπερβάλλειν τῆς πόλεως τὸ μέρος τὸ ἐς δυσμὰς τετραμμένον, ὡς ταύτῃ ἐπιστρέψαντα πρὸς ἕω ἄγειν· ἀλλὰ οὐ γὰρ δυνηθῆναι ὑπὸ δυσχωρίας οὕτως ἐξελάσαι[85] ξὺν τῇ στρατιᾷ, ὅτι τὰ ἀπὸ δυσμῶν τῆς πόλεως εἰσιόντι, εἰ ταύτῃ πρὸς ἕω ἐπέστρεφεν, ἑλώδη τε καὶ τεναγώδη[86] ἦν, καὶ οὕτω καὶ ἑκόντα καὶ ἄκοντα ἀπειθῆσαι τῷ θεῷ.

18 Ἐπεὶ καὶ τοιόνδε τινὰ λόγον Ἀριστόβουλος ἀναγέγραφεν, Ἀπολλόδωρον τὸν Ἀμφιπολίτην, τῶν ἑταίρων τῶν Ἀλεξάνδρου, στρατηγὸν τῆς στρατιᾶς, ἣν παρὰ Μαζαίῳ τῷ Βαβυλῶνος σατράπῃ ἀπέλιπεν Ἀλέξανδρος, ἐπειδὴ δὲ συνέμιξεν ἐπανιόντι αὐτῷ ἐξ Ἰνδῶν, ὁρῶντα πικρῶς τιμωρούμενον τοὺς σατράπας ὅσοι ἐπ' ἄλλῃ καὶ ἄλλῃ χώρᾳ τεταγμένοι ἦσαν, ἐπιστεῖλαι Πειθαγόρᾳ τῷ ἀδελφῷ (μάντιν γὰρ εἶναι τὸν Πειθαγόραν τῆς ἀπὸ σπλάγχνων μαντείας) μαντεύσασθαι καὶ ὑπὲρ αὐτοῦ τῆς σωτηρίας[87]. ἀντεπιστεῖλαι δὲ

tabat. Erat autem Belo multum agri ab Assyriis regibus consecratum; multo etiam auro jam olim templum instructum erat, ad sacrificia deo faciendum. Tum vero quum in nullos usus conferrentur annui reditus, Chaldæis id omne quod Belo sacrum erat cedebat. Quamobrem suspicari cœpit Alexander nolle eos ipsum Babylonem ingredi, ne parvo temporis spatio exædificato templo ipsi tantis pecuniarum commodis privarentur. Aristobulus tamen autor est, Alexandrum Chaldæorum consilio de circumagendo itinere in urbem acquiescere voluisse, ac primo quidem die ad Euphratem fluvium castra posuisse: postridie vero quum flumen ei ad dextram esset, juxta ipsum processisse, cupientem prætergredi eam urbis partem, quæ occasum spectabat, ut inde orientem versus se converteret: sed ob difficultatem locorum ita cum exercitu ingredi non potuisse: quod nimirum quum ab occidentali urbis parte in orientalem sese convertere vellet, paludosis limosisque locis impediretur: atque ita partim volentem partim nolentem Beli oraculo non paruisse. Porro Aristobulus 18 aliud quippiam hujuscemodi narrat: Apollodorum Amphipolitem, ex amicis Alexandri, prætorem exercitus quem Alexander Mazæo Babyloniorum satrapæ reliquerat, quum ad Alexandrum ex Indis reversum convenisset, vidissetque eum in satrapas qui aliis atque aliis provinciis præfuerant, severius animadvertentem, Pithagoræ fratri suo scripsisse (vatem enim fuisse Pithagoram, ex eorum genere qui exta consulunt) & de salute sua eum consuluisse:

detur, non ut ipse cum universo exercitu opus aggredi cogitaret, ut vertit ex Facio Vulcanius, quum ea sententia in Græcis non sit, sed nempe ut injunxerit statim fieri, & quidem opere militari; unde quod mireris, habes plane in Optimo καλεῖν, & mox quum omnes τῷ θεῷ τῷ Βήλῳ habeant, non intelligo, cur priores duas voces omittant.

84 *Πολὺν δὲ τὸν χρυσόν, καὶ ἀπὸ &c.*] Prava distinctio in vulgatis non solum Græca reddidit languida, sed & versiones fecit contortas & remotas ab eo quod voluit Arrianus, scribente Facio *agri & auri modus, ex quibus templi ornamenta comparabantur fiebantque Belo sacrificia*, Vulcanio *olim templum instructum* præter Græcorum mentem imaginante, quum videantur ea sic restituenda. *Πολὺν δὲ χρυσόν. Καὶ ἀπὸ τοῦ πάλαι μὲν τὸν νεὼν ἐπεσκευάζεσθαι, καὶ τὰς θυσίας τῷ θεῷ θύεσθαι· τότε δὲ τοὺς Χαλδαίους &c. multum quoque auri. Et ex eo olim quidem templum reficiebatur, & sacrificia Deo offerenda comparabantur; tunc vero &c.* In verbis enim ἀπὸ τοῦ posterior vocula ponitur pro τούτου, ut facere Arrianum docent exempla collata ad I, 11. Certe enim si id quod interpretes afferunt voluisset Arrianus, potuerat simpliciter καὶ πάλαι μέν: sed singularis in illis ἀπὸ τοῦ sententia est.

85 *Οὕτως ἐξελάσαι*] Convenientius ἐλάσαι, quod est in Optimo ac duobus aliis, & idem notavit Vulcanius.

86 *Ἑλώδη καὶ τεναγώδη*] Nempe per stagnum Nagragam, in quod inquisivit Cl. Bochartus in *Phaleg* fine capitis VIII libri primi.

87 *Μαντεύσασθαι καὶ ὑπὲρ αὐτοῦ τῆς σωτηρίας*] Itaque hoc est exemplum vaticinii ex haruspicina privati, quod tolerari & permitti debere negabat Æneas in *Poliorcetico*: *Μηδὲ θύεσθαι μάντιν ἰδίᾳ καὶ ἄνευ τοῦ ἄρχοντος.* Et tamen omittere aut vane curiosi aut ambitiosi mortales nequiverunt. Unde apud Herodotum I, 132 de Persis. *Ἑωυτῷ μὲν δὴ τῷ θύοντι ἰδίῃ μούνῳ οὔ οἱ ἐγγίνεται αἰτέεσθαι ἀγαθά.* Ubi vides quam firmi sint viri docti, quasi intelligatur *non pro se solo privatimque vota nuncupans*, aut *non licere sibi privatim precari bona*, (unde & Brissonius explanat lib. II regn. Pers. p. 172 *Quisquis autem rem divinam faciebat, non pro se privatim sed pro populo faciebat; nec à Diis ut sibi speciatim bona tribuerent, petebat*) quum ἰδίῃ construi debeat cum verbo θύοντι, dicatque Herodotus *sibi autem ille qui privatim sacrificat, soli non licet precari bona*, ut scilicet Græcorum plerique semper fere faciebant, raro facturi hanc impensam, nisi pro se & suorum salute, quum apud hos sufficeret id fieri in sacrificio publico: de quo loqui non putavit necesse, quoniam ibi Græci perinde ut Persæ civitati & populo salutaria vovebant; sed in illis, qui privatim sacrificabant, ita diversi erant Græci & Persæ, ut laudabilior foret Persarum disciplina, sive publice, sive privatim sacrificaretur, patriam commendantium

δὲ αὐτῷ Πειθαγόραν, πυνθανόμενον τίνα μάλιστα φοβούμενος χρήσασθαι ἐθέλοι τῇ μαντείᾳ· τὸν δὲ γράψαι αὖθις, ὅτι τόν τε βασιλέα αὐτὸν καὶ Ἡφαιστίωνα. θύεσθαι δὴ τὸν Πειθαγόραν πρῶτα μὲν ἐπὶ τῷ Ἡφαιστίωνι· ὡς δὲ ἐπὶ τοῦ ἥπατος τοῦ ἱερείου ὁ λοβὸς ἀφανὴς ἦν, οὕτω δὴ ἐγγράψαντα καὶ κατασημηνάμενον τὸ γραμμάτιον, πέμψαι παρὰ τὸν Ἀπολλόδωρον ἐκ Βαβυλῶνος εἰς Ἐκβάτανα, δηλοῦντα μηδέν τι δεδιέναι Ἡφαιστίωνα· ἔσεσθαι γὰρ αὐτοῖς ὀλίγου χρόνου ἐκποδών [88]. καὶ ταύτην τὴν ἐπιστολήν [89] λέγει Ἀριστόβουλος κομίσασθαι Ἀπολλόδωρον μιᾷ πρόσθεν ἡμέρᾳ ἢ τελευτῆσαι Ἡφαιστίωνα. αὖθις δὲ θύεσθαι τὸν Πειθαγόραν ἐπὶ τῷ Ἀλεξάνδρῳ, ἄλοβον τὸ ἧπαρ τοῦ ἱερείου. καὶ Πειθαγόραν τὰ αὐτὰ καὶ ὑπὲρ Ἀλεξάνδρου γράψαι Ἀπολλοδώρῳ. Ἀπολλόδωρον δὲ οὐ κατασιωπῆσαι, ἀλλὰ φράσαι γὰρ πρὸς Ἀλέξανδρον τὰ ἐπεσταλμένα, ὡς εὔνοιαν μᾶλλόν τι ἐπιδειξόμενον τῷ βασιλεῖ, εἰ φυλάττεσθαι παραινέσειε μή τις αὐτῷ κίνδυνος ἐν τῷ τότε ξυμπέσοι. καὶ Ἀπολλόδωρόν τε λέγει ὅτι Ἀλέξανδρος ἐπῄνεσε· καὶ τὸν Πειθαγόραν, ἐπειδὴ παρῆλθεν εἰς Βαβυλῶνα, ἤρετο ὅτου γενομένου αὐτῷ σημείου ταῦτα ἐπέστειλε πρὸς τὸν ἀδελφόν· τὸν δὲ εἰπεῖν, ὅτι ἄλοβόν οἱ τὸ ἧπαρ ἐγένετο τοῦ ἱερείου· ἐρομένου δὲ ὅ, τι νοεῖ τὸ σημεῖον, μέγα εἰπεῖν εἶναι χαλεπόν. Ἀλέξανδρον δὲ τοσούτου δεῆσαι χαλεπῆναι τῷ Πειθαγόρᾳ, ὡς καὶ δι' ἐπιμελείας ἔχειν αὐτὸν πλείονος, ὅτι ἀδόλως τὴν ἀλήθειάν οἱ ἔφρασε. Ταῦτα αὐτὸς Ἀριστόβουλος λέγει παρὰ Πειθαγόρου πυθέσθαι, καὶ Περδίκκᾳ δὲ αὐτὸν μαντεύσασθαι λέγει, καὶ Ἀντιγόνῳ ὕστερον [90]· καὶ τοῦ αὐτοῦ σημείου ἀμφοῖν γενομένου, Περδίκκαν τε ἐπὶ Πτολεμαῖον στρατεύσαντα ἀποθανεῖν, καὶ Ἀντίγονον ἐν τῇ μάχῃ τῇ πρὸς Σέλευκον καὶ Λυσίμαχον τῇ ἐν Ἰψῷ γενομένῃ. Καὶ μὲν δὴ καὶ ὑπὲρ Καλάνου τοῦ σοφιστοῦ τοῦ Ἰνδοῦ τοιόσδε τις ἀναγέγραπται λόγος· ὁπότε ἐπὶ τὴν πυρὰν ᾔει ἀποθανούμε-

se: Pithagoram ejus literis respondisse, rogasseque cujus potissimum metu vaticinio uti vellet: qui quum respondisset, se ab Alexandro & Hephæstione sibi metuere, Pithagoram primum pro Hephæstione exta inspexisse. quumque jecinori fibræ deessent, literas rursum scripsisse, easque obsignatas ad Apollodorum ex Babylone in Ecbatana misisse, quibus monebat ne quicquam ab Hephæstione metueret. propediem enim è vivis sublatum iri. quam quidem epistolam ait Aristobulus Apollodorum accepisse pridie quam Hephæstio exiret è vitâ. Tum Pithagoram quum rursus pro Alexandro exta consuluisset, fibrasque jecinori deesse reperisset, idem fratri suo de Alexandro scripsisse. Apollodorum vero id non subticuisse, sed Alexandro quæ acceperat indicasse, ut benevolo erga regem animo esse videretur, monens ut imminens periculum caveret. Atque Alexandrum quidem Apollodorum collaudasse narrat, quumque Babylonem venisset, percontatum esse Pithagoram quo signo edoctus fratri suo talia de se scripsisset: qui quum respondisset, quod hostiæ jecinora absque fibris inventa essent, Alexandrum rursus interrogasse quid hoc portenderet; & Pithagoram, magnum malum portendi dixisse. Alexandrum vero tantum abfuisse ut Pithagoræ succensuerit, ut eum deinceps chariorem habuerit, quod citra dolum simpliciter ei rem ipsam dixisset. Hæc Aristobulus se à Pithagora audisse testatur: ac postea Perdiccæ atque Antigono eadem vaticinatum esse. Eodem enim prodigio edito Perdiccam adversus Ptolemæum bellantem mortuum esse: Antigonum vero in pugnâ adversus Seleucum & Lysimachum ad Ipsum commissâ. Atqui de Calano sophista Indo etiam hujuscemodi quippiam scriptum est: Quum moriturus ad

dantium & omnes Persas, non domum suam. Id quod latere non poterat, quum sacrificio deberet vates adesse, perinde ut in Indicis c. 12. *Καὶ ὅστις δὲ ἰδίῃ θύει, ἐξηγητὴς αὐτῷ τῆς θυσίης τῶν τις σοφιστέων τούτων γίνεται.* Livius 11, 42. *Moti ira numinis publice privatimque nunc extis, nunc per aves consulti.* v, 15. *Causatus de privati portenti procuratione consulere velle, ad colloquium vatem elicuit.* Adde 1, 56. Huc quoque referas oportet augurii privati libros, quos ab Nigidio Figulo scriptos testantur.

88 *Ἔσεσθαι γὰρ αὐτοῖς ὀλίγου ἐκποδών*] An ipsa hæc verba sic studiose retulit Arrianus, quæ vel apud Ptolemæum vel apud Aristobulum invenerat, ut ea mutare aliis nequiverit; aut hos duos testari putabimus fuisse hæc ipsa Pithagoræ verba, unde retineri etiam ab Arriano interetat? Certe videtur ex tali quadam causa venisse, ut eadem recensuerit Appianus in fine libri secundi *Civilium*, ubi comparat Alexandrum & Julium Cæsarem, incidensque in hanc historiam scribit, *θαρρεῖν μὴ δεδιέναι, ἐκποδὼν γὰρ ἀμφοτέρους αὐτίκα ἔσεσθαι.*

89 *Καὶ ταύτην τὴν ἐπιστολήν*] Vox secunda repellitur ab codice Optimo, & nihil affert. Sed & mox idem codex *καὶ Πειθαγόραν τὰ αὐτὰ ὑπὲρ*, non, ut vulgo, *καὶ ὑπὲρ*.

90 *Ἀντιγόνῳ ὕστερον*] Interjicit Opt. *χρόνῳ*, & Scalius, idque observabis aliquoties poni in Indicis. Dum vero sic voces & inde sententiam ordinat Arrianus *& Perdiccæ autem ipsi vaticinatum esse dicit, & Antigono postea*, an meliores auctore sunt interpretes, quum illud *postea* transferunt, Facius quidem *& postea Perdiccæ atque Antigono eadem prædixisse*, Vulcanius vero *ac postea Perdiccæ atque Antigono eadem vaticinatum esse*. Immo Arrianus non intentus est ordini rerum inter Alexandrum & hos duces, ut his postea id contigerit, sed tantum inter Perdiccam & Antigonum, ex quibus illi priori perire contigit *καὶ Ἀντιγόνῳ χρόνῳ ὕστερον*. Hæc mens Arriani. Mox etiam codex Optimus *Περδίκκαν μὲν ἐπὶ Πτολ.* Quin etiam deinde idem *Ἀλέξανδρον δὲ οὐκ ἐθελῆσαι προσελθεῖν ἀσπασόμενον*, non *Ἀλεξάνδρῳ*, ut vulgo.

ἡγεμὼν, τότε τοὺς μὲν ἄλλους ἑταίρους ἀσπάζεσθαι αὐτόν· Ἀλεξάνδρῳ δὲ οὐκ ἐθελῆσαι προσελθεῖν ἀσπασόμενον, ἀλλὰ φάναι γὰρ ὅτι ἐν Βαβυλῶνι αὐτῷ ἐντυχὼν ἀσπάσεται· καὶ τοῦτον τὸν λόγον ἐν μὲν τῷ τότε ἀμεληθῆναι· ὕστερον δὲ ἐπειδὴ ἐτελεύτησεν ἐν Βαβυλῶνι Ἀλέξανδρος, ἐς μνήμην ἐλθεῖν τῶν ἀκουσάντων, ὅτι ἐπὶ τῇ τελευτῇ ἄρα τῇ Ἀλεξάνδρου ἐθειάσθη.

19 Παρελθόντι δ' αὐτῷ ἐς Βαβυλῶνα πρεσβεῖαι παρὰ τῶν Ἑλλήνων ἐνέτυχον· ὑπὲρ ὅτου μὲν ἕκαστοι πρεσβευόμενοι, οὐκ ἀναγέγραπται. Δοκεῖν δ' ἔμοιγε, αἱ πολλαὶ στεφανούντων τε αὐτὸν ἦσαν, καὶ ἐπαινούντων ἐπὶ ταῖς νίκαις, ταῖς τε ἄλλαις καὶ μάλιστα ταῖς[91] Ἰνδικαῖς· καὶ ὅτι σῶος ἐξ Ἰνδῶν ἐπανήκει, χαίρειν φασκόντων. Καὶ τούτους δεξιωσάμενός τε καὶ τὰ εἰκότα τιμήσας, ἀποπέμψαι ὀπίσω λέγεται. Ὅσους δὲ ἀνδριάντας ἢ ὅσα ἀγάλματα[92], ἢ εἰ δή τι ἄλλο ἀνάθημα ἐκ τῆς Ἑλλάδος Ξέρξης ἀνεκόμισεν ἐς Βαβυλῶνα, ἢ ἐς Πασαργάδας, ἢ ἐς Σοῦσα, ἢ ὅπη ἄλλῃ τῆς Ἀσίας, ταῦτα δοῦναι ἄγειν τοῖς πρέσβεσι· καὶ τὰς Ἁρμοδίου καὶ Ἀριστογείτονος εἰκόνας τὰς χαλκᾶς οὕτω λέγεται ἀπενεχθῆναι ὀπίσω ἐς Ἀθήνας, καὶ τῆς Ἀρτέμιδος τῆς Κερκαίας[93] τὸ ἕδος. Κατέλαβε δὲ ἐν Βαβυλῶνι, ὡς λέγει Ἀριστόβουλος, καὶ τὸ ναυτικὸν, τὸ μὲν κατὰ τὸν Εὐφράτην ποταμὸν ἀναπεπλευκὸς ἀπὸ θαλάσσης τῆς Περσικῆς, ὅπερ σὺν Νεάρχῳ ἦν· τὸ δὲ ἐκ Φοινίκης ἀνακεκο-

ad rogum iter, reliquos quidem amicos osculatum fuisse: ad Alexandrum vero osculandi illum causâ accedere noluisse, sed dixisse Babylone se illum reperturum, ibique osculum daturum esse. Quæ quidem ejus verba tum temporis neglecta parumque animadversa fuisse: postea vero mortuo apud Babylonem Alexandro memoriâ repetita, illi qui audierant Alexandri mortem vaticinatum fuisse compererunt. Alexandro Babylonem ingresso legationes Græcorum obviam venerunt. quibus vero de rebus singulæ missæ fuerint, non constat. Meâ vero sententiâ, pleræque eo spectabant ut eum coronarent, utque cum ob alias victorias, tum ob Indicas ei gratularentur, lætitiamque publicam ob felicem ex Indis reditum testarentur. Quos quidem humaniter exceptos debitisque honoribus ornatos domum remisisse dicitur. Quotquot autem clarorum virorum statuas, aut deorum simulacra, aut aliud quidvis deis consecratum Xerxes Babylonem, vel in Pasargadas, vel Susa aut quamvis aliam Asiæ partem ex Græciâ deportaverat, ea legatis reportanda dedit. Atque ita Harmodii & Aristogitonis æneas statuas Athenas relatas fuisse dicitur, simulque Dianæ Cerceæ simulacrum. Recepit autem apud Babylonios (ut Aristobulus ait) classem navalem, quæ partim per Euphratem fluvium è Persico mari subvecta erat Nearcho duce: partim ex Phœnice appu-

91 Νίκαις ταῖς τε ἄλλαις καὶ ταῖς] Quod notari meretur, voces illæ ταῖς τε ἄλλαις non agnoscuntur in libro Optimo, nec sunt necessariæ.

92 Ἢ ἀγάλματα] MSS. omnes ἢ ὅσα ἀγαλ. Sed voculam excidisse reor ex editione Vulcanii, quum exstet in Basileensi, unde reposui.

93 Ἀρτέμιδος τῆς Κερκαίας] In cognomento hujus Divæ aliquid monstri hærere jam olim quibusdam creditum, aliis non persuasum. Hinc quum Basileenses ediderent, ut nunc vulgo legitur, & Facius interpretaretur *Cerceæ*, margini ab aliis appositum [*τῆς Κελκαίας in Græco legebatur.*] Id non modo repetivit, sed auxit quoque Vulcanius *pro Κερκαίας legi etiam Κελκαίας & Κελαίας* testatus. At vero Jo. Meursius adeo non credidit aliquid hic suspectum esse, ut in *Athenis Atticis*, tum in argumento capitis III libri tertii, tum in contextu & simul in indice, tribus adeo locis, tantundem proferat, summa huc redeunte, ut occentet verba Arriani, ex quibus adfirmare audet alibi Athenis fuisse statuam vel signum Dianæ. Quod concedimus ingenio viri solidissimi ad excerpendum, non ad laudabiliter commentandum. Itaque ecce monstrat hanc Dianam, sed non Athenis, Palmerius à Grentemesnil, nempe in urbecula ad Euripum Euboicum sita non longe ab Aulide, quæ Κερκαι, ut ait, vocabatur, de qua Suidas in Ἀνθηδών. Sic est. Ex illo Suidæ loco notavit Ortelius suo ordine hanc urbem, unde facile potuit vir doctus ad illam pervenire, verum non Κερκαι, ab ipso sic formatur, ut commode ita fieret Κερκαῖος gentile, sed Cercas, unde scribit è *Cercade urbe*, & Suidas plane ἀπὸ Κερκάδος πόλεως, unde istud gentile derivari nequit: quam prope autem accesserit ad Euripum Euboicum, ipse viderit. Post hos accessit nuperus, qui ut castigationis mensuram extenderet, multa dicens præmittit, ab ipso dein rejecta, donec deveniret ad Ἀγροτέρας, quo cognomine illa censebatur in agro Attico. Quid dicimus? an credidit, si priores tantum sibi licere putavissent, non simile quid exsculpere potuisse, aut posterorum quenquam adeo sævæ mutationi adsensurum? Litera K præbuit initium isti appellationi teste universa antiquitate: hanc ille susque deque habere sustinet. Quando legitur imago hujus Dianæ ab loco sacro absuisse? spuria & notha sunt omnia, multaque & longe probabiliora adferri possent. Quod unum hic agendum est, investigari oportet, unde ortum sit nunc vocabulum Κερκαίας, nunc superius citatæ duæ lectiones, ex quibus illud Κελκαίας in Optimo & altero uno legi, alterum in tribus aliis. Vulcanius notat ex V. C. καλκαίας τὸ εἶδος, scilicet ne qua depravationis species desit. Hæc constans in MSStis varietas evincit, ut floccipendere oporteat vulgatum Κερκαίας, quod nulla fide confirmatur, & pro litera canina liquidum λ omnino supponi debeat, si Arriani manum recuperare in animo est. Id quod non potest videri mirum, quum sic contrario modo in Solino editus fuerit *Telchius* auriga Castoris, qui in MSStis est *Cercius*. Nihil equidem mihi propius occurrit, quam Κελεαίας. Notus per omnes Athenarum memorias est Celeus rex, & præsertim Cereris hospitio. Is videtur consecravisse imagunculam quandam Dianæ, ob quamcunque causam, & quocunque loco illa steterit, quod describere non possumus. Dii autem cognomentum nacti ab hominibus, à quibus primum reperti aut ficti aut culti. Tacitus III. ann. 63. *Post filius ejus Amathus delubrum posuisset Veneri Amathusiæ.* Sed tu, docte lector, consideres velim.

κεκομισμένον, πεντήρεις μὲν δύο τῶν ἐκ Φοινίκων, τετρήρεις δὲ τρεῖς, τριήρεις δὲ δώδεκα, τριακοντόρους δὲ ἐς τριάκοντα· ταύτας ξυντμηθείσας κομισθῆναι ἐπὶ τὸν Εὐφράτην ποταμὸν ἐκ Φοινίκης ἐς Θάψακον πόλιν· ἐκεῖ δὲ ξυμπηχθείσας αὖθις καταπλεῦσαι ἐς Βαβυλῶνα. Λέγει δὲ ὅτι καὶ ἄλλος αὐτῷ ἐναυπηγεῖτο στόλος, τέμνοντι τὰς κυπαρίσσους τὰς ἐν τῇ Βαβυλωνίᾳ[94]· τούτων γὰρ μόνων τῶν δένδρων εὐπορίαν εἶναι ἐν τῇ χώρᾳ τῶν Ἀσσυρίων, τῶν δὲ ἄλλων ὅσα ἐς ναυπηγίαν, ἀπόρως ἔχειν τὴν γῆν ταύτην. Πληρώματα δὲ ἐς τὰς ναῦς καὶ τὰς ἄλλας ὑπηρεσίας, πορφυρέων τε πλῆθος, καὶ τῶν ἄλλων ὅσοι ἐργάται τῆς θαλάσσης, ἀφῖχθαι αὐτῷ ἐκ Φοινίκης τε καὶ τῆς ἄλλης παραλίας· λιμένα τε ὅτι πρὸς Βαβυλῶνα ἐποίει ὀρυκτόν, ὅσον χιλίαις ναυσὶ μακραῖς ὅρμον εἶναι, καὶ νεωσοίκους ἐπὶ τοῦ λιμένος· καὶ Μίκκαλος ὁ Κλαζομένιος μετὰ πεντακοσίων ταλάντων ἐπὶ Φοινίκης τε καὶ Συρίας ἐστέλλετο, τοὺς μὲν μισθῷ πείσων, τοὺς δὲ καὶ ὠνησόμενος[95], ὅσοι θαλάσσιοι ἄνθρωποι· τήν τε γὰρ παραλίαν τὴν πρὸς τῷ κόλπῳ τῷ Περσικῷ κατοικίζειν ἐπενόει, καὶ τὰς νήσους τὰς ταύτῃ· ἐδόκει γὰρ αὐτῷ οὐ μεῖον Φοινίκης εὐδαίμων ἡ χώρα αὕτη γενέσθαι. Ἦν δὲ αὐτῷ τοῦ ναυτικοῦ[96] ἡ παρασκευὴ ὡς ἐπὶ Ἄραβας τοὺς πολλούς· πρόφασιν μὲν ὅτι μόνοι τῶν ταύτῃ βαρβάρων οὔτε πρεσβείαν ἀπέστειλαν, οὔτε τι ἄλλο ἐπιεικὲς ἢ ἐπὶ τιμῇ ἐπέπρακτο Ἀράβων ἐς αὐτόν· τὸ δὲ ἀληθές, ὥς γέ μοι δοκεῖ, ἄπληστος ἦν τοῦ κτᾶσθαί τι ἀεὶ Ἀλέξανδρος. Λόγος δὲ κατέχει, ὅτι ἤκουεν Ἄραβας δύο μόνον τιμᾶν θεούς, τὸν Οὐρανόν τε καὶ τὸν Διόνυσον· τὸν μὲν Οὐρανὸν τε αὐτὸν ὁρώμενον[97], καὶ τὰ ἄστρα ἐν οἷ ἔχοντα τά τε ἄλλα καὶ τὸν ἥλιον, ἀφ᾽ ὅτου μεγίστη καὶ φανοτάτη ὠφέλεια ἐς πάντα ἥκει τὰ ἀνθρώπεια· Διόνυσον δὲ, κατὰ δόξαν τῆς ἐς Ἰνδοὺς στρατιᾶς· οὔκουν ἀπαξιοῦν καὶ αὐτὸν τρίτον ἂν νομισθῆναι πρὸς Ἀράβων θεόν, οὐ φαυλότερα ἔργα Διονύσου ἀποδειξάμενον. Εἴπερ οὖν καὶ Ἀράβων κρατήσας ἐπιτρέψειεν αὐτοῖς, καθάπερ Ἰνδοῖς, πολιτεύειν κατὰ τὰ σφῶν νόμιμα· τῆς τε χώρας ἡ εὐδαιμονία ὑπεκίνει αὐτόν, ὅτι ἤκουεν ἐκ μὲν τῶν λιμνῶν τὴν κασίαν γίγνεσθαι αὐτοῖς, ἀπὸ δὲ τῶν δένδρων τὴν σμύρναν τε καὶ τὸν λιβανωτόν, ἐκ δὲ

20

appulerat; Phœnicum quidem quinqueremes duas, quadriremes tres, triremes XII, triginta remorum naves XXX. Hæ in partes dissectæ ex Phœnice ad Euphratem in Thapsacum urbem delatæ sunt, ibique rursus compaginatæ Babylonem navigârunt. Dicit idem Alexandrum aliam quoque classem construxisse, cæsis in Babyloniâ cupressis. Harum enim arborum tantum in Assyriâ copiam esse, reliquarum quæ conficiendis navibus aptæ sint inopiâ laborare. Supplementa etiam in naves aliaque ministeria, & purpuras piscantium aliorumque marinorum operariorum multitudinem ex Phœnice atque universâ maritimâ orâ ad eum venisse. portum præterea apud Babylonios effodi curavit, qui mille naves oblongas caperet: navalia etiam portui adjunxit. Misitque Miccalum Clazomenium cum quingentis talentis in Phœnicen & Syriam, qui quoscunque maritimos posset mercede alliceret vel conduceret. siquidem in maritimam Persici sinus oram ejusque insulas colonias deducere statuerat. Æque enim opulenta sibi ea regio atque Phœnice fore videbatur. Classem vero in Arabas populosam gentem parabat, eâ occasione quod soli ex barbaris illius regionis neque legationes ad eum misissent, neque quidquam officii aut honoris sibi detulissent: sed reverâ, (ut mihi quidem videtur) quod nulla cum conquirendi ditiones satietas capiebat. Fama autem tenuit, id causæ fuisse quod audisset Arabas duos tantum deos colere, Cœlum scilicet & Bacchum. Cœlum quidem, quod cum reliqua astra, tum solem in se continere videretur, à quo quamplurima manifestissimaque ad omnes humanos usus commoda manarent: Bacchum vero ob famam ducti in Indos exercitus. Quapropter non indignum censebat se, qui pro tertio deo apud Arabas haberetur: quippe qui rebus gestis Baccho nequâquam inferior esset: & certe devictis Arabibus, suis legibus vivendi potestatem, ut Indis, fecisset. Invitabat eum præterea opulentia regionis, quod audisset casiam palustribus locis apud eos nasci, ex arboribus myrrham &

20

94 Τὰς κυπαρίσσους τὰς ἐν τῇ Βαβυλωνίᾳ] Has vero eximie illustrandi occasionem sumsit & præclare exsecutus fuit Cl. Bochartus in *Phaleg* capite 4 libri 1.

95 Μισθῷ πείσων, τοὺς δὲ καὶ ὠνησόμενος] *Mercede alliceret vel conduceret.* At conducere nil est aliud nisi mercede allicere, dare pecuniam ut promittant operam. Arrianus autem dicit ὠνησόμενος, id est, ut emeret, ut pro ipsis corporibus expenderet nummos, eaque sui juris ac mancipii faceret. Thucydides lib. 1 pag. 12. Recte Facius, *qui vel mercede conduceret vel coemeret.*

96 Ἦν δὲ αὐτῷ τοῦ ναυτικοῦ] MS. Opt. αὐτοῦ.

97 Τὸν μὲν Οὐρανόν τε αὐτὸν ὁρώμενον] Nequaquam expletur Arriani mens ab versionibus. Vulcanius *cœlum, quod cum reliqua astra, tum solem in se continere videretur.* Primo non dicit Arrianus cœlum videri ea continere, sed plane continet. Unde & Facius *cœlum quod astra contineat, tum cætera, tum solem.* Vidit ergo Vulcanius in Faciana desiderari interpretationem vocis ὁρώμενον, quam male is supplevit. Nam ea vox notat *liquidum*, ut describit Ovidius, *& liquidum spisso secrevit*

δὲ τῶν θάμνων[98] τὸ κινάμωμον τέμνεσθαι· οἱ λειμῶνες δὲ ὅτι νάρδον αὐτόματοι ἐκφέρουσι. Τὸ μέγεθος δὲ τῆς χώρας, ὅτι οὐκ ἐλάττων ἡ παράλιος τῆς Ἀραβίας ἤπερ ἡ τῆς Ἰνδικῆς, αὐτῷ ἐξηγγέλλετο, καὶ νῆσοι αὐτῇ προσκεῖσθαι πολλαί, καὶ λιμένες πανταχοῦ τῆς χώρας ἐνεῖναι, οἷοι παρασχεῖν μὲν ὅρμους τῷ ναυτικῷ, παρασχεῖν δὲ καὶ πόλεις ἐνοικισθῆναι, καὶ ταύτας γενέσθαι εὐδαίμονας. Δύο δὲ νῆσοι κατὰ τὸ στόμα τοῦ Εὐφράτου πελάγιαι ἐξηγγέλλοντο αὐτῷ· ἡ μὲν πρώτη οὐ πρόσω τῶν ἐκβολῶν τοῦ Εὐφράτου, εἰς ἑκατὸν καὶ εἴκοσι σταδίους ἀπέχουσα ἀπὸ τοῦ αἰγιαλοῦ τε καὶ τοῦ στόματος τοῦ ποταμοῦ, μικροτέρα αὕτη, καὶ δασεῖα ὕλῃ παντοίᾳ· εἶναι δὲ ἐν αὐτῇ καὶ ἱερὸν Ἀρτέμιδος[99], καὶ τοὺς οἰκήτορας αὐτῆς ἀμφὶ τὸ ἱερὸν τὴν δίαιταν ποιεῖσθαι· νέμεσθαι δὲ αὐτὴν αἰξί τε ἀγρίαις καὶ ἐλάφοις, καὶ ταύτας ἀνεῖσθαι ἀφέτους τῇ Ἀρτέμιδι· οὐδὲ εἶναι θέμις θήραν ποιεῖσθαι ἀπ' αὐτῶν, ὅτι μὴ θῦσαί τινα τῇ θεῷ ἐθέλοντα, ἐπὶ τῷδε θηρᾶν μόνον· ἐπὶ τῷδε γὰρ οὐκ εἶναι ἀθέμιτον. Καὶ ταύτην τὴν νῆσον λέγει Ἀριστόβουλος ὅτι Ἴκαρον ἐκέλευσε καλεῖσθαι Ἀλέξανδρος, ἐπὶ τῆς νήσου[1] τῆς Ἰκάρου τῆς ἐν τῷ Αἰγαίῳ πόντῳ, ἐς ἥντινα Ἴκαρον τὸν Δαιδάλου, τακέντος τοῦ κηροῦ ᾧ προσήρτητο τὰ πτερὰ, πεσεῖν ὁ λόγος κατέχει· ὅτι οὐ κατὰ τὰς ἐντολὰς τοῦ πατρὸς πρὸς τῇ γῇ ἐφέρετο, ἀλλὰ μετέωρος γὰρ ὑπὸ ἀνοίας φερόμενος[2], παρέσχε τῷ ἡλίῳ θάλψαι τε καὶ ἀνεῖναι τὸν κηρὸν, καὶ ἀπὸ ἑαυτοῦ τὸν Ἴκαρον τῇ τε νήσῳ καὶ τῷ πελάγει τὴν ἐπωνυμίαν ἐγκαταλιπεῖν, τὴν μὲν Ἴκαρον καλεῖσθαι, τὸ δὲ Ἰκάριον. Ἡ δὲ ἑτέρα νῆσος ἀπὸ τοῦ στόματος τοῦ Εὐφράτου ἐλέγετο ἀπέχειν ὅσον[3] πλοῦν ἡμέρας καὶ νυκτὸς, κατ' οὖρον θεούσῃ νηΐ. Τύλος δὲ αὐτῇ εἶναι ὄνομα. Μεγάλη δὲ εἶναι, καὶ οὔτε τραχεῖα ἡ πολλὴ, οὔτε ὑλώδης, ἀλλ' οἵα καρπούς τε ἡμέρους ἐκφέρειν καὶ πάντα ὡραῖα. Ταῦτα ἀπηγγέλθη Ἀλεξάνδρῳ, τὰ μὲν πρὸς Ἀρχίου, ὃς ξὺν τριακοντόρῳ ἐκπεμφθεὶς ἐπὶ κατασκοπὴν τοῦ παράπλου τοῦ ὡς ἐπὶ τοὺς Ἄραβας, ἔστε μὲν ἐπὶ τῆς νήσου τῆς Τύλου ἦλθε, τὸ πρόσω δὲ οὐκέτι περαιωθῆναι ἐτόλμησεν. Ἀνδροσθένης δὲ ξὺν ἄλλῃ τριακοντόρῳ σταλεὶς, καὶ τῆς χερρονήσου τι τῶν Ἀράβων παρέπλευσε[4]. Μακροτάτω δὲ τῶν ἐκπεμφθέντων προὐχώρησεν Ἱέρων ὁ Σολεὺς ὁ κυβερνήτης, λαβὼν καὶ οὗτος παρ' Ἀλε-

& thura legi: ex fruticibus cinamomum rescindi: prata suâ sponte nardum gignere. Quod ad magnitudinem regionis attinet, Arabiam maritimam Indiâ minorem non esse acceperat, multasque ei insulas adjacere: frequentes præterea portus ac stationes receptui classis idoneas in eâ regione esse: multas urbes ad habitandum commodas opulentasque habere. Duæ vero insulæ in mari sitæ ad Euphratis ostia nuntiabantur: quarum altera non procul inde ubi Euphrates in mare exit, cxx stadiis à littore fluviique faucibus distabat. atque hanc quidem minorem, & sylvis densam esse, ac Dianæ templum habere: circum templum indigenas habitare, & capras feras & cervos, eaque animalia Dianæ sacra relinqui, neque fas esse ea capere, nisi ad sacrificium deæ faciendum. in hunc enim usum occidi nefas non esse. Hanc insulam ait Aristobulus Icarum ab Alexandro vocari jussam, ab insulâ Icaro in Ægæo mari sitâ, in quam Icarum Dædali filium, liquatâ cerâ quâ alas sibi affixerat, procidisse ajunt; quod non, prout pater ei imperârat, vicinus terræ volasset, sed stolide sublimem aëris regionem petens, liquata à solaribus radiis cera, nomen insulæ & mari à suo nomine dedisset. Illam enim, Icarum; mare vero, Icarium dictum fuisse. Altera insula ab Euphratis ostio unius diei ac noctis navigatione distare dicitur, secundo vento puppim afflante. Tylus insulæ nomen est. quæ & magna, neque omnino aspera sylvosaque est: sed mitibus maturisque fructibus gignendis idonea. Hæc per Archiam Alexandro nuntiata sunt: qui cum nave triginta remorum ad explorandam navigationem in Arabiam emissus, ad Tylum insulam usque pervenit: ulterius procedere non ausus. Androsthenes vero cum alia nave xxx remorum missus, multam etiam cherronesi oram prætерlegit. Omnium autem qui emissi sunt longissime processit Hieron Solensis, gubernator, cui etiam data nave xxx remorum

vit *ab aere cælum*, & quod conspectum admitteret vel permitteret. Verte, *cælum quidem, quod & ipsum conspiceretur, & in se contineret sidera, tum alia, tum solem.*

98 Κα δὲ τῶν θάμνων] Opt. θαμνίσκων. Paulo ante MSSti omnes ἐκ μὲν τῶν λειμώνων. Quod justissimum duxi ut reponeretur, tum MSS. Opt. μακροτέρα δὲ αὕτη.

99 Ἱερὸν Ἀρτέμιδος] Id igitur erit, in quo pro statua habuit lignum indolatum, ut Arnobius lib. VI interpretatur verba Clementis Alex. ἐν Ἰκάρῳ τῆς Ἀρτέμιδος τὸ ἄγαλμα ξύλον ἦν οὐκ εἰργασμένον.

1 Ἐπὶ τῆς νήσου] Nulla difficultas hîc nos moratur. Attamen nequeo vel celare vel contemnere, quod in Optimo legitur ἐπὶ τιμῇ τῆς νήσου, quomodo ait in fine lib. VII χρυσοῖ ἐπὶ τῇ τιμῇ αὐτοῦ χρυσοῦς.

2 Ὑπὸ ἀνοίας φερόμενος] Optimus & alii πετόμενος, sane meliori varietate. Itaque notavit etiam Vulcanius.

3 Ἐλέγετο ἀπέχειν ὅσον] Alia vocum series & amplior in Optimo & duobus aliis: ἡ δὲ ἑτέρα νῆσος ἀπέχειν μὲν ἀπὸ τοῦ στόματος τοῦ Εὐφράτου ἐλέγετο ὅσον &c.

4 Καὶ τῆς χερρονήσου τι παρέπλευσε] Opt. προσέπλευσε, quod sane opportunum ad notandam longiorem in navigando continuationem, non ut notet *adnavigavit*, sed *aliquam Chersonesi Arabum partem insuper navigavit.*

Ἀλεξάνδρου τριακόντορον. Ἦν μὲν γὰρ αὐτῷ προστεταγμένον περιπλεῦσαι τὴν χερρόνησον τὴν Ἀράβων πᾶσαν, ἔστε ἐπὶ τὸν κόλπον τὸν πρὸς Αἰγύπτῳ τὸν Ἀράβιον, τὸν καθ' Ἡρώων πόλιν· οὐ μὴν ἐτόλμησέ γε τὸ πρόσω ἐλθεῖν, καίτοι ἐπὶ τὸ πολὺ περιπλεύσας τὴν Ἀράβων γῆν· ἀλλ' ἀναστρέψας γὰρ παρ' Ἀλέξανδρον, ἐξήγγειλε τὸ μέγεθός τε τῆς χερρονήσου θαυμαστόν τι εἶναι, καὶ ὅσον οὐ πολὺ ἀποδέον τῆς Ἰνδῶν γῆς· ἄκραν τε ἀνέχειν ἐπὶ πολὺ τῆς μεγάλης θαλάσσης· ἣν δὴ καὶ τοὺς ξὺν Νεάρχῳ[5] ἀπὸ τῆς Ἰνδικῆς πλέοντας, πρὶν ἐπικάμψαι ἐς τὸν κόλπον τὸν Περσικόν, οὐ πόῤῥω ἀνατείνουσαν, ἰδεῖν τε καὶ παρ' ὀλίγον ἐλθεῖν διαβαλεῖν ἐς αὐτήν· καὶ Ὀνησικρίτῳ τῷ κυβερνήτῃ ταύτῃ δοκοῦν· ἀλλὰ Νέαρχος λέγει ὅτι αὐτὸς διεκώλυσεν, ὡς ἐκπεριπλεύσας τὸν κόλπον τὸν Περσικὸν ἔχοι ἀπαγγεῖλαι Ἀλεξάνδρῳ, ἐφ' οἷστισι πρὸς αὐτοῦ ἐστάλη· οὐ γὰρ ἐπὶ τῷ πλεῦσαι τὴν μεγάλην θάλασσαν ἐστάλθαι, ἀλλ' ἐπὶ τῷ καταμαθεῖν τὴν χώραν τὴν προσεχῆ τῇ θαλάσσῃ, καὶ τοὺς κατοικοῦντας αὐτὴν ἀνθρώπους, ὅρμους τε ἐν αὐτῇ καὶ ὕδατα, καὶ τὰ νόμαια τῶν ἀνδρῶν, καὶ εἴ τις ἀγαθὴ καρποὺς ἐκφέροι, ἢ εἴ τις κακή[6]· καὶ οὖν καὶ τοῦτο αἴτιον γενέσθαι ἀποσωθῆναι Ἀλεξάνδρου τὸν στρατόν· οὐ γὰρ ἂν σωθῆναι πλεύσαντας ὑπὲρ τῆς Ἀραβίας τὰ ἔρημα, ἐφ' ὅτῳ καὶ ὁ Ἱέρων ἐπιστρέψαι ὀπίσω λέγεται. 21 Ἐν ᾧ δὲ αὐτῷ ἐναυπηγοῦντο μὲν αἱ τριήρεις, ὁ λιμὴν δὲ πρὸς Βαβυλῶνι ὠρύσσετο, ἐκπλεῖ ἐκ Βαβυλῶνος κατὰ τὸν Εὐφράτην, ὡς ἐπὶ τὸν Παλλακόπαν καλούμενον ποταμόν[7]. Ἀπέχει σταδίους ὅσον ὀκτακοσίους, καὶ ἔστι διῶρυξ αὐτῇ ὁ Παλλακόπας ἐκ τοῦ Εὐφράτου, οὐχὶ δὲ ἐκ πηγῶν τις ἀνίσχων ποταμός. Ὁ γὰρ Εὐφράτης ποταμὸς ῥέων ἐκ τῶν Ἀρμενίων ὀρῶν, χειμῶνος μὲν ὥρᾳ προχωρεῖ κατὰ τὰς ὄχθας, οἷα δὴ οὐ πολλοῦ ὄντος αὐτῷ τοῦ ὕδατος· ἦρος δὲ ὑποφαίνοντος, καὶ πολὺ δὴ μάλιστα ὑπὸ τροπάς, ἅστινας τοῦ θέρους ὁ ἥλιος ἐπιστρέφει, μέγας τε ἐπέρχεται[8], καὶ ὑπερβάλλει ὑπὲρ τὰς ὄχθας ἐς τὴν γῆν τὴν Ἀσσυρίαν. Τηνικαῦτα γὰρ αἱ χιόνες αἱ ἐπὶ τοῖς ὄρεσι τοῖς Ἀρμενίοις κατατηκόμεναι, αὔξουσιν αὐτῷ τὸ ὕδωρ ἐπὶ μέγα· ὅτι ἐπιπολῆς ἐστιν αὐτῷ καὶ ὑψηλὸς ὁ ῥοῦς ὑπερβάλλει ἐς τὴν χώραν, εἰ μή τις ἀναστομώσας

rum mandarat Alexander ut universam Arabiæ cherronesum circumnavigaret, donec ad Arabicum sinum Ægypto vicinum ad urbem Heroum pervenisset. Sed neque is ulterius progredi ausus est, quum alioqui totam fere Arabum regionem circumnavigasset. Nam ad Alexandrum reversus, ingentem cherronesi magnitudinem esse nuntiavit, neque India multo minorem: ejusque promontorium esse longe in oceanum porrectum. quod & ii qui cum Nearcho ex India navigabant, priusquam in sinum Persicum flecterent, non procul abs se remotum viderant: parumque abfuerat quin eo appellerent. Ita enim Onesicrito gubernatori visum fuerat. At Nearchus scribit se id prohibuisse, ut enavigato per circuitum sinu Persico, ea quorum gratiâ ab Alexandro missus erat, renuntiare posset. Neque enim ad navigandum oceanum missum esse, sed ut regionem mari adjacentem cognosceret, & qui homines ea loca inhabitarent, quique in eâ portus & aquæ essent, utque incolarum mores atque instituta exploraret: & quæ terra bonos, quæ malos fructus gignat. quam quidem rem exercitui saluti fuisse asserit. Neque enim incolumes fuisse reversuros, si ultra desertam Arabiæ oram navigassent. Quâ de causâ Hieron quoque retro cursum flexisse fertur. 21 Interea vero dum triremes parantur, portusque apud Babylonem effoditur, Alexander ex urbe Babylone ad Pallacopam amnem per Euphratem devectus est. Distat is à Babylone stadiis ferme DCCC. Porro Pallacopas hic ex Euphrate alveus est perfossus, non ex fontibus exoriens fluvius. Euphrates enim ex montibus Armeniis fluens, hyberno tempore intra ripas labitur, utpote non multum aquæ trahens: ineunte autem vere, multoque magis sub solstitium æstivum, grandis incedit, ripisque superatis Assyriorum campos inundat. Tunc enim nives in Armeniis montibus liquatæ aquas ejus mirum in modum augent. atque ita in magnam altitudinem elatus universam circumjectam regionem obruat, nisi quis cum

5 Τοὺς ξὺν Νεάρχῳ] Itaque id diserte signavit etiam in Indicis cap. 32.

6 Εἴ τις ἀγαθὴ καρποὺς ἐκφέροι ἢ εἴ τις κακή] MSSti omnes ἐκφέρειν. Duo etiam ἥτις ἀγ. tum quoque omnes κακά. Ut videri queat auctor scripsisse εἴ τις ἀγαθὰ καρποὺς ἐκφέρειν ἢ εἴ τις κακά, quod sic integrum notavit ex V. C. Vulcanius.

7 Παλλακόπαν καλούμενον ποταμόν] Vox media non est in MS. Optimo.

8 Μέγας τε ἐπέρχεται] Id rebus ostenditur in Tacito VI ann. 37 *Euphraten nulla imbrium vi sponte & immensum attolli.* Id occurrit aut intelligi debet in Floro III, 11. *Rapta subitis signa turbinibus hausit Euphrates.* Sed apertissime explicat in Tigri fluvio Ammianus Marcellinus XXV, 7 militibus, flagitantibus dari sibi copiam transeundi ejus. *Quibus oppositus cum rectoribus Imperator, tumentemque jam canis exortu sideris amnem ostendens, ne se periculosis committerent gurgitibus exorabat.* Itaque sic etiam Libanius post voces mox citandas addit: Μέγιστος δ' αὐτὸς αὐτοῦ γίγνεται τῶν ἠρινῶν ὡρῶν λυθεῖσαν εἰς ὕδωρ τὴν ἐν Ἀρμενίᾳ χιόνα τοῦ χειμῶνος οἰκοδομηθεῖσαν· ὁ δὲ περὶ αὐτὸν γεωργὸς διάγει ἴσον καὶ ἴσον κατατιμῶν, ὥσπερ Αἰγύπτιοι τῷ Νείλῳ χρῶνται καὶ οὗτοι τῷ ποταμῷ.

ὡς αὐτὸν[9] κατὰ τὴν Παλλακόπαν ἐς τὰ ἕλη τε ἐκτρέψειε καὶ τὰς λίμνας, αἳ δὴ δεχόμεναι ἀπὸ ταύτης τῆς διώρυχος, ἔστε ἐπὶ τὴν ξυνεχῆ τῇ Ἀράβων γῇ, καὶ ἔνθεν μὲν ἐς τέναγος ἐπὶ πολύ, ἐκ δὲ τοῦ ἐς θάλασσαν κατὰ πολλά τε καὶ μάλιστα ἀφανῆ[10] στόματα ἐκδίδωσι. Τετηκυίας δὲ τῆς χιόνος ἀμφὶ Πλειάδων μάλιστα δύσιν, ὀλίγος τε ὁ Εὐφράτης ῥεῖ[11], καὶ οὐδὲν μεῖον τὸ πολὺ αὐτοῦ κατὰ τὴν Παλλακόπαν ἐκδιδοῖ ἐς τὰς λίμνας. Εἰ δή τις μὴ ἀποφράξειε[12] τὴν Παλλακόπαν αὖθις, ὡς κατὰ τὰς ὄχθας ἐκτραπὲν φέρεσθαι τὸ ὕδωρ κατὰ πόρον[13], ἐκένωσεν ἂν τὸν Εὐφράτην ἐς αὐτόν, ὡς μηδ' ἐπάρδεσθαι ἀπ' αὐτοῦ τὴν Ἀσσυρίαν γῆν. ἀπεφράσσοντο γὰρ αἱ ἐς τὸν Παλλακόπαν τοῦ Εὐφράτου ἐκβολαὶ πρὸς τοῦ σατράπου τῆς Βαβυλωνίας πολλῷ πόνῳ (καίπερ οὐ χαλεπῶς ἀνοιγόμεναι) ὅτι ἰλυώδης τε ἡ ταύτῃ γῆ, καὶ πηλὸς ἡ πολλὴ αὐτῆς, οἵα δεχομένη τὸ ὕδωρ τοῦ ποταμοῦ, μὴ εὐμαρῆ τὴν ἀποστροφὴν αὐτοῦ παρέχειν· ἀλλὰ καὶ ἐς τρίτον μῆνα Ἀσσυρίων ἄνδρες ὑπὲρ τοὺς μυρίους ἐν τῷδε τῷ πόνῳ ξυνείχοντο. Ταῦτα ἀπαγγελθέντα ἐπήγαγεν Ἀλέξανδρον ὠφελῆσαί τι τὴν χώραν τὴν Ἀσσυρίαν[14]. Ἔνθεν μὲν δὴ ἐς τὸν Παλλακόπαν ἐτρέπετο τοῦ Εὐφράτου ὁ ῥοῦς, ταύτῃ δὲ ἔγνω βεβαίως ἀποκλεῖσαι τὴν ἐκβολήν. Προελθόντι δὲ ὅσον σταδίους τριάκοντα ὑπόπετρος ἡ γῆ ἐφαίνετο, οἵα διακοπεῖσα εἰ ξυναφὴς ἐγένετο[15] τῇ πάλαι διώρυχι τῇ κατὰ τὸν Παλλακόπαν, οὔτ' ἂν διαχεῖσθαι παρέχειν τὸ ὕδωρ ὑπὸ στερρότητος τῆς γῆς, τήν τε ἀποστροφὴν αὐτοῦ τῇ τεταγμένῃ ὥρᾳ μὴ χαλεπῶς γίγνεσθαι. Τούτων ἕνεκα, ἐπί τε τὸν Παλλακόπαν ἔπλευσε, καὶ κατ' αὐτὸν καταπλεῖ ἐς τὰς λίμνας, ὡς ἐπὶ τὴν Ἀράβων γῆν. Ἔνθα χῶρόν τινα ἐν καλῷ ἰδών, πόλιν ἐξῳκοδόμησέ τε καὶ ἐτείχισε, καὶ ἐν ταύτῃ κατῴκισε τῶν Ἑλλήνων τινὰς τῶν μισθοφόρων, ὅσοι τε ἑκόντες καὶ ὅσοι ὑπὸ γήρως ἢ κατὰ πήρωσιν ἀπόλεμοι ἦσαν. 22 Αὐτὸς δὲ ὡς ἐξελέγξας δὴ τὴν Χαλδαίων μαντείαν[16], ὅτι οὐδὲν πεπόνθοι[17] ἐν Βαβυλῶνι ἄχαρι, καθάπερ

eum diducens per Pallacopam in lacus ac paludes eum exoneret. quæ quidem ab hoc alveo initio facto usque ad regionem Arabiæ contiguam & inde quidem in stagnosa loca ac tandem per multos & occultos meatus in mare feruntur. Resolutis vero nivibus, præcipue circa Vergiliarum occasum, Euphrates exiguus labitur: at nihilominus magna ejus pars per Pallacopam in paludes derivatur. Nisi igitur quis rursus Pallacopæ alveum obstruat, ita ut juxta ripas repulsa manet aqua per alveum, Euphratem sane in eum evacuet, ut adeo Assyriorum campi ab eo irrigari nequeant. Quapropter Babyloniæ satrapa magno labore Euphratis in Pallacopam exitus obstruebat. (quanvis non magnâ cum difficultate aperiantur) quod limosa iis in partibus terra, & pleraque sit cænum, quippe quæ quum fluminis aquâ perluatur, minime facilem aquæ retorsionem præbeat: adeo ut ultra x. M Assyriorum tres integros menses in hoc opere consumpserint. Quæ Alexandro enarrata, incitârunt eum, ut aliquid in utilitatem Assyriæ meditaretur. Itaque qua in Pallacopam Euphratis fluxus derivatur, ejus exitum firme obstruere instituit. Quumque ad stadia triginta progressus esset, petrosa terra videbatur, quæ intercisa si ad veterem Pallacopæ alveum perduceretur, nequaquam propter terræ firmitatem permissura erat, ut aqua diffunderetur, & emissionem ejus stato anni tempore non difficulter peragi posse. Idcirco Alexander & ad Pallacopam navigavit, & per illum ad lacus descendit in Arabum regionem: Ibi commodum quendam locum contemplatus, urbem ædificavit mœnibusque cinxit, & coloniam eo deduxit ex Græcis mercenariis, voluntariis, & qui aut senectute aut debilitate aliqua inepti bello facti erant. 22 Ipse, tanquam vanitatis convicto Chaldæorum oraculo, quod nihil adversi, quemadmodum vaticinati erant, ei in urbe eve-

9 Εἰ μή τις ἀναστομώσειε αὐτόν) Nescio cur Vulcanius intelligat *nonnihil diducere*, quum prioris vocis nulla ratio in Græcis; neque periculum est, ut quis intelligat de universa ripa protuenda. Est id utique verbum proprium in perfodienda alicubi parte ripæ. Strabo VIII, 389. Τούτων δ' ἐμφραχθέντων ἔσθ' ὅτε ὑπερχεῖσθαι τὸ ὕδωρ εἰς τὰ πεδία· πάλιν δ' ἀναστομουμένων, ἀθρόον ἐκ τῶν πεδίων [illegible], εἰς τὸν Λάδωνα ἐμβάλλειν, de voraginibus prope Pheneum. Delevi igitur supervacuum.

10 Καὶ μάλιστα ἀφανῆ] Jam alia mihi fuit occasio indicandi istud adverbium non exstare in Optimo libro, & videtur in aliis temere iteratum ex illis quæ statim sequuntur. Sed de hoc Pallacopa agetur post finem Indicæ historiæ.

11 Ὀλίγος τε ὁ Εὐφράτης ῥεῖ] Et quidem ita, ut transiri pedibus possit, prout fecit Lucullus, quod ita testatur Memnon in Excerptis. Λούκολλος δὲ εἰς τὴν Καππαδοκίαν ἐλθὼν, καὶ φίλον ἔχων τὸν ἐπάρχοντα αὐτῆς Ἀριοβαρζάνην, διέβη τε παρὰ δόξαν πεζῇ τὸν Εὐφράτην, καὶ [illegible] τῇ πόλει. Sic vera historia: quum tamen Libanius rhetorica magnificentia tom. II, pag. 313 scribat: Πολὺς ὢν ὁ ποταμὸς Εὐφράτης καὶ πολλῶν ποταμῶν ἀντίῤῥοπος, μικρὸς μὲν ὤφθη.

12 Εἰ δέ τις μὴ ἀποφράξειε] Opt. cum alio ἀποφράξῃ.

13 Κατὰ πόρον] Opt. κατὰ τὸν πόρον, qui etiam mox habet ὅτι ἰλυώδης ἡ ταύτῃ absque vocula τε.

14 Τὴν χώραν τὴν Ἀσσυρίαν] Opt. τῶν Ἀσσυρίων.

15 Εἰ ξυναφὴς ἐγένετο] MS. Opt. γίνοιτο.

16 Ἐξελέγξας τὴν Χαλδαίων μαντείαν] Vulcanius *contempto oraculo*, velut ex Facio, qui *spretis Ch. monitis*. Imo *falsi convicto*.

17 Ὅτι οὐδὲν πεπόνθοι] Opt. πεπονθὸς εἴη, pro πεπονθώς;

θάτερ' ἐκεῖνοι ἐμαντεύσαντο (ἀλλ' ἔφθη γὰρ ἐλάσας ἔξω Βαβυλῶνος πρίν τι παθεῖν) ἀνέπλει αὖθις κατὰ τὰ ἕλη θαρρῶν, ἐν ἀριστερᾷ ἔχων τὴν Βαβυλῶνα· ἵνα δὴ καὶ ἐπλανήθη αὐτῷ μέρος τοῦ ναυτικοῦ κατὰ τὰ στενὰ, ἀπειρίᾳ ἡγεμόνος· πρίν γε δὴ αὐτὸς πέμψας τὸν ἡγησόμενον, ἐπανήγαγεν αὐτοὺς ἐς τὸν πόρον. Λόγος δὲ λέγεται τοιόσδε. Τῶν βασιλέων τῶν Ἀσσυρίων τοὺς τάφους ἐν ταῖς λίμναις τε εἶναι τοὺς πολλοὺς καὶ ἐν τοῖς ἕλεσι δεδομημένους. Ὡς δὲ ἔπλει Ἀλέξανδρος κατὰ τὰ ἕλη (κυβερνᾶν γὰρ αὐτὸν λόγος τὴν τριήρη) πνεύματος μεγάλου ἐμπεσόντος αὐτῷ ἐς τὴν καυσίαν, καὶ τὸ διάδημα αὐτῇ συνεχόμενον, τὴν μὲν δὴ βαρυτέραν πεσεῖν ἐς τὸ ὕδωρ, τὸ διάδημα δὲ ἀπενεχθὲν πρὸς τῆς πνοῆς, σχεθῆναι ἐν καλάμῳ· τὸν κάλαμον δὲ τῶν ἐπιπεφυκότων εἶναι τάφῳ τινὶ τῶν πάλαι βασιλέων. Τοῦτό τε οὖν αὐτὸ πρὸ τῶν μελλόντων σημῆναι, καὶ ὅτι τῶν τις ναυτῶν ἐκνηξάμενος ὡς ἐπὶ τὸ διάδημα, ἀφελὼν τοῦ καλάμου αὐτὸ, μετὰ χεῖρας μὲν οὐκ ἤνεγκεν, ὅτι νηχομένου ἂν αὐτοῦ ἐβρέχετο, περιθεὶς δὲ τῇ κεφαλῇ τῇ αὐτοῦ, οὕτω διήνεγκε[18]. Καὶ οἱ μὲν πολλοὶ τῶν ἀναγραψάντων τὰ Ἀλεξάνδρου, λέγουσιν ὅτι τάλαντον μὲν ἐδωρήσατο αὐτῷ Ἀλέξανδρος, τῆς προθυμίας ἕνεκα· ἀποτεμεῖν δὲ ὅτι ἐκέλευσε τὴν κεφαλὴν, τῶν μάντεων ταύτῃ ἐξηγησαμένων, μὴ περιιδεῖν σῶαν ἐκείνην τὴν κεφαλὴν, ἥτις τὸ διάδημα ἐφόρησε τὸ βασίλειον. Ἀριστόβουλος δὲ τάλαντον μὲν ὅτι ἔλαβεν οὐ λέγει αὐτὸν[19], ἀλλὰ πληγὰς λαβεῖν τῆς περιθέσεως ἕνεκα τοῦ διαδήματος. Ἀριστόβουλος μὲν δὴ τῶν τινα Φοινίκων τῶν ναυτῶν λέγει, ὅτι τὸ διάδημα τῷ Ἀλεξάνδρῳ ἐκόμισεν· εἰσὶ δὲ οἳ Σέλευκον λέγουσι· καὶ τοῦτο τῷ τε Ἀλεξάνδρῳ σημῆναι τὴν τελευτὴν, καὶ τῷ Σελεύκῳ τὴν βασιλείαν τὴν μεγάλην. Σέλευκον γὰρ μέγιστον τῶν μετὰ Ἀλέξανδρον (διαδεξάμενον τὴν ἀρχὴν τὴν μεγάλην[20]) βασιλέα γενέσθαι, τήν τε γνώμην βασιλικώτατον, καὶ πλείστης γῆς ἐπάρξαι μετά γε αὐτὸν Ἀλέξανδρον, οὔ μοι δοκεῖ ἰέναι ἐς ἀμφίλογον. 23 Ἐπανελθὼν δὲ εἰς Βαβυλῶνα, καταλαμβάνει Πευκέσταν

evenisset (jam enim Babylone excesserat nullo infortunio accepto) fiduciâ plenus rursum per paludes navigat, Babylonem à sinistrâ habens. Quumque in iis angustiis pars exercitus inopiâ ducis erraret, præmisso duce qui viam monstraret, in alveum eos reduxit. Hujuscemodi vero quiddam narrant: Pleraque esse Assyriorum regum sepulcra in iis paludibus ac stagnis exstructa. Quumque Alexander navigando pergeret (ipsum enim suæ triremis gubernatorem fuisse ajunt) obortum ingentem ventum, dum navigaret, regium capitis ornamentum & diadema ei alligatum abripuisse, atque illud quidem utpote gravius, in aquam procidisse: istud vero vento abreptum arundini cuidam, ex iis quæ monimentis regum adnatæ erant, hæsisse. idque ab eo futuri casus prodigium habitum. dehinc nautam quendam enatasse, qui diadema ab arundine avelleret. idque receptum non manu gestasse, ne natans madefaceret, sed capiti impositum attulisse. Atqui plerique eorum qui res Alexandri scripserunt, cum diligentiæ suæ causâ talento donatum ab Alexandro: deinde capite plecti jussum ajunt: Chaldæis monentibus, caput illud quod diadema regium gestasset, salvum relinqui negligique non debere. Aristobulus vero non recenset quidem eum talentum accepisse, sed plagis affectum, quod diadema capiti imposuisset. Eum autem quendam ex Phœnicibus nautis fuisse ait, qui Alexandro diadema retulit: nonnulli Seleucum fuisse affirmant: idque Alexandro interitum, Seleuco magnum imperium portendisse. Seleucum enim maximum post Alexandrum (suscepto magno imperio) regem fuisse, animoque maxime regio præditum, & plurimis regnis post Alexandrum imperasse, minime dubium mihi videtur. Alexander Babylonem reversus, 23 Peu-

18 Οὕτω δὲ ἤνεγκε.) Omnes MSSti διήνεγκε, quod quum jam adhibeatur in Basileensi editione, nulla mora fuit, quin revocarem.

19 Οὐ λέγει αὐτὸν) Quos aliis codices videre licuerit, meum non est præstare. Hoc scio in nullo eorum, quos vidi ipse, ne in Optimo quidem, negativam apparuisse. Neque etiam Vulcanius omisit notare eam *al. deesse*. Id vero miror, cur in narratione tam perspicua maluit vaticinari, quam sine offensione & crimine eam sequi. Dicit enim Arrianus, esse qui portitorem istum talento donatum narrent, (forte is est ipse Ptolemæus) sed ita, ut postea caput ei sit amputatum. Procedit ad historiam Aristobuli, hunc etiam de talento affirmare, sed pœnam minuere, nec capite amputato, sed verberibus honorem impositi diadematis luisse. Huc usque de re & facto ipso. Nunc dispicit de homine, quis fuerit, ac de eo rursus primum Aristobulum adhibet, qui eum Phœnicem nautam vocavit: ab aliis Seleucum referri; & hic rursus fortasse Ptolemæum innuit. Quantæ temeritatis res est, audere nomen Aristobuli ab omnibus vetustis libris agnitum defensumque exterminare, idque etiam mendacio nequissimo circumvestire, quasi auctoribus libris ita constituant, quorum nullum possunt dare testem auctoremve?

20 Τὴν ἀρχὴν τὴν μεγάλην] Nunc erat tempus auctoribus libris aliquid ejiciendi. Proculdubio enim duæ ultimæ voces sunt spuriæ utpote ex præcedentibus revocatæ; neque ab Optimo ac duobus aliis MSStis agnoscuntur. Sed & Vulcanius ita notat ex V. C. *μέγιστον τῶν μετὰ Ἀλέξανδρον διαδεξαμένων τὴν ἀρχὴν, βασιλέα γενέσθαι.*

σταν ἥκοντα ἐκ Περσῶν, ἄγοντα στρατιὰν Περσῶν ἐς δισμυρίους· ἦγε δὲ καὶ Κοσσαίων καὶ Ταπούρων οὐκ ὀλίγους, ὅτι καὶ ταῦτα ἔθνη τῶν προσχώρων τῇ Περσίδι μαχιμώτατα εἶναι ἐξηγγέλλετο. Ἧκε δὲ αὐτῷ καὶ Φιλόξενος, στρατιὰν ἄγων ἀπὸ Καρίας, καὶ Μένανδρος ἐκ Λυδίας ἄλλους· καὶ Μενίδας τοὺς ἱππέας ἄγων τοὺς αὐτῷ ξυνταχθέντας. Καὶ πρεσβεῖαι δὲ ἐν τούτῳ ἐκ τῆς Ἑλλάδος ἧκον, καὶ τούτων οἱ πρέσβεις, αὐτοί τε ἐστεφανωμένοι Ἀλεξάνδρῳ προσῆλθον, καὶ ἐστεφάνουν αὐτὸν στεφάνοις χρυσοῖς, ὡς θεωροὶ δῆθεν ἐς τιμὴν θεοῦ ἀφιγμένοι. Τῷ δὲ οὐ πόρρω ἄρα ἡ τελευτὴ ἦν. Ἔνθα δὴ τούς τε Πέρσας ἐπαινέσας τῆς προθυμίας, ὅτι πάντα Πευκέστᾳ ἐπείθοντο, καὶ αὐτὸν Πευκέσταν τῆς ἐν κόσμῳ αὐτῶν ἐξηγήσεως, κατέλεγεν αὐτοὺς ἐς τὰς Μακεδονικὰς τάξεις; δεκαδάρχην[21] μὲν τῆς δεκάδος ἡγεῖσθαι Μακεδόνα, καὶ ἐπὶ τούτῳ διμοιρίτην Μακεδόνα καὶ δεκαστάτηρον, οὕτως ὀνομαζόμενον ἀπὸ τῆς μισθοφορᾶς, ἣν τινα μείονα μὲν τοῦ διμοιρίτου, πλείονα δὲ τῶν οὐκ ἐν τιμῇ στρατευομένων ἔφερεν· ἐπὶ τούτοις δὲ δώδεκα Πέρσας, καὶ τελευταῖον τῆς δεκάδος Μακεδόνα, δεκαστάτηρον καὶ τοῦτον· ὥστε ἐν τῇ δεκάδι τέσσαρας μὲν εἶναι Μακεδόνας, τοὺς μὲν τρεῖς τῇ μισθοφορᾷ προὔχοντας, τὸν δὲ τῇ ἀρχῇ τῆς δεκάδος· δώδεκα δὲ Πέρσας· τοὺς μὲν Μακεδόνας, τὴν πάτριον ὅπλισιν ὡπλισμένους· τοὺς δὲ Πέρσας, τοὺς μὲν τοξότας, τοὺς δὲ καὶ μεσάγκυλα ἔχοντας. Ἐν τούτῳ δὲ πολλάκις μὲν τοῦ ναυτικοῦ ἀπεπειρᾶτο, πολλαὶ δὲ ἔριδες αὐτῷ τῶν τριηρῶν, καὶ ὅσαι τετρήρεις κατὰ τὸν ποταμὸν ἐγίγνοντο[22], καὶ ἀγῶνες τῶν τε ἐρετῶν καὶ τῶν κυβερνητῶν, καὶ στέφανοι τῶν νικώντων. Ἧκον δὲ καὶ παρὰ Ἄμμωνος οἱ θεωροί, οὕς τινας ἐστάλκει ἐρησομένους, ὅπως θέμις αὐτῷ τιμᾶν Ἡφαιστίωνα; οἱ δὲ ὡς ἥρωϊ ἔφησαν ὅτι θύειν θέμις ὁ Ἄμμων λέγει. Ὁ δὲ ἔχαιρέ τε τῇ μαντείᾳ, καὶ τὸ ἀπὸ τοῦδε ὡς ἥρωα ἐγέραιρε. Καὶ Κλεομένει ἀνδρὶ κακῷ, καὶ πολλὰ ἀδικήματα ἀδικήσαντι ἐν Αἰγύπτῳ, ἐπιστέλλει ἐπιστολήν· καὶ ταύτην, τῆς μὲν ἐς Ἡφαιστίωνα καὶ ἀποθανόντα φιλίας ἕνεκα καὶ μνήμης, οὐ μέμφομαι ἔγωγε· ἄλλων δὲ πολλῶν ἕνεκα, μέμφομαι. Ἔλεγε γὰρ ἡ ἐπιστολὴ κατασκευασθῆναι Ἡφαιστίωνι ἡρῷον ἐν Ἀλεξανδρείᾳ τῇ Αἰγυπτίᾳ, ἔν τε τῇ πόλει αὐτῇ

Peucestam cum XX. M Persarum reversum è Perside reperit. is magnam quoque Cossæorum manum & Tapurorum non paucos adduxerat: quod & hæ gentes Persidi finitimæ inprimis bellicosæ esse dicebantur. Venerat item Philoxenus, è Cariâ exercitum ducens, & Menander è Lydiâ. Menidas quoque cum equestribus copiis. Inter hæc legati è Græcia venerunt, iique ipsi coronati Alexandrum accesserunt, cumque coronis aureis coronavere, qui nimirum ut eum tanquam deum colerent venerant. non longe interim ipse ab interitu aberat. Tum Persarum studio collaudato, quod Peucestæ per omnia paruissent, simulque Peucesta ipso qui moderate sapienterque gubernasset, Macedonicis ordinibus eos accensuit. Decurionem quidem Macedonem singulis decuriis præfecit, adhæc duplarium Macedonem & decastaterum, ita vocatum à stipendio, quod quidem minus accipiebat quam duplarius, majus vero quam gregarii milites. Secundum hos duodecim Persas. ita tamen ut extremus decastater Macedo etiam esset. Singulæ itaque decuriæ quatuor Macedones habebant. è quibus tres ampliora quam reliqui stipendia accipiebant: quartus vero toti decuriæ præerat. Persæ vero XII erant. Et Macedones quidem patriâ armaturâ utebantur: Persæ partim sagittis, partim amentatis jaculis. Interea Alexander classem crebro ad remum exercebat. magna erat inter triremes & quadriremes, quæ in fluvio erant, contentio, acre remigum & gubernatorum certamen. victoribus coronæ dabantur. Per hos dies venerunt etiam ab Hammone ii quos sciscitatum miserat, quosnam honores Hephæstioni tribuere fas esset. qui quidem Hammonem respondisse nuntiabant, fas esse ut heroi sacrificare. Quo oraculo lætatus, deinceps eum ut heroëm coluit. Post hæc Cleomeni homini improbo, qui Ægyptios multis injuriis affecerat, epistolam scripsit. quam quidem, memoriæ benevolentiæque erga Hephæstionem mortuum causâ, haud reprehenderim: multis vero aliis de causis non probo. Jubebat enim ea epistola templum Hephæstioni exædificari in Alexandriâ Ægyptiacâ, cum in ipsâ urbe,

21 *Δεκαδάρχην*] Optimus *δεκάρχην*. Quod etsi nulla parte videatur esse eminentius vulgato, quum *δεκάδες* passim dicantur, unde producta est illa appellatio; tamen est oppido notabile, quod videas in locis ab B. Brissonio lib. III Regn. Pers. pag. 326 citatis poni ex Herodoto *Δεκάρχης* & *Μυριάρχης*, quum tamen ex Xenophonte producat *δεκαδάρχην*. Tu porro inquire. In Græcis bibliis tantum præbent *δεκάρχης*, eosque Sigonius sæpe vocat *decadarchos*.

22 *Τῶν τριηρῶν καὶ ὅσαι τετρήρεις κ. τ. π. ἐγίγνοντο*] Nec hoc satis assequor, cur aut intra geminum hunc numerum consistat, & non etiam aut grandioris aut minoris fabricæ vocabula addiderit, aut cur ille Optimus codex ne hanc quidem largitatem admittens proferat *καὶ ὅσαι τε τριήρεις*.

αὐτῇ, καὶ ἐν τῇ νήσῳ τῇ Φάρῳ, ἵνα ὁ πύργος ἐστὶν ὁ ἐν τῇ νήσῳ μεγέθει τε μέγιστος, καὶ πολυτελείᾳ ἐκπρεπέστατος· καὶ ὅπως ἐπικρατήσῃ ἐπικαλεῖσθαι[23] ἀπὸ Ἡφαιστίωνος· καὶ τοῖς συμβολαίοις, καθ' ὅσα οἱ ἔμποροι ἀλλήλοις ξυμβάλλουσιν, ἐγγράφεσθαι τὸ ὄνομα Ἡφαιστίωνος. Ταῦτα μὲν οὖν οὐκ ἔχω μέμψασθαι, πλήν γε δὴ ὅτι οὐκ ἐπὶ μεγάλοις[24] μεγάλως διεσπουδάζετο· ἐκεῖνα δὲ καὶ πάνυ μέμφομαι, Ἢν γὰρ καταλάβω ἐγὼ (ἔλεγε τὰ γράμματα) τὰ ἱερὰ τὰ ἐν Αἰγύπτῳ καλῶς κατεσκευασμένα, καὶ τὰ ἡρῷα τὰ Ἡφαιστίωνος, εἴτε τι πρότερον ἡμάρτηκας, ἀφήσω σε τούτου, καὶ τὸ λοιπὸν, ὁπηλίκον ἂν ἁμάρτῃς[25], οὐδὲν πείσῃ ἐξ ἐμοῦ ἄχαρι. Τοῦτο ἀνδρὶ ἄρχοντι πολλῆς μὲν χώρας, πολλῶν δὲ ἀνθρώπων, ἐκ βασιλέως μεγάλου ἐπεσταλμένον, ἄλλως τε καὶ κακῷ ἀνδρὶ, οὐκ ἔχω ἐπαινέσαι. 24 Ἀλλὰ γὰρ αὐτῷ ἤδη Ἀλεξάνδρῳ ἐγγὺς ἦν τὸ τέλος. Καί τι καὶ τοιόνδε πρὸ τῶν μελλόντων σημῆναι λέγει Ἀριστόβουλος· καταλοχίζειν μὲν αὐτὸν τὴν στρατιὰν τὴν ξὺν Πευκέστᾳ τε ἐκ Περσῶν, καὶ ἀπὸ θαλάσσης ξὺν Φιλοξένῳ καὶ Μενάνδρῳ ἥκουσαν, ἐς τὰς Μακεδονικὰς τάξεις· διψήσαντα δὲ, ἀποχωρῆσαι ἐκ τῆς ἕδρας, καταλιπόντα ἔρημον τὸν θρόνον τὸν βασίλειον. Εἶναι δὲ κλίνας ἑκατέρωθεν τοῦ θρόνου ἀργυρόποδας, ἐφ' ὧν οἱ ἀμφ' αὐτὸν ἑταῖροι ἐκάθηντο. Τῶν τινα οὖν ἠμελημένων ἀνθρώπων (οἱ δὲ καὶ τῶν ἐν φυλακῇ ἀδέσμῳ ὄντα λέγουσιν) ἔρημον ἰδόντα τὸν θρόνον καὶ τὰς κλίνας, περὶ τῷ θρόνῳ δὲ ἑστηκότας τοὺς εὐνούχους (καὶ γὰρ καὶ οἱ ἑταῖροι ξυνανέστησαν τῷ βασιλεῖ ἀποχωροῦντι) διελθόντα διὰ τῶν εὐνούχων, ἀναβῆναί τε ἐπὶ τὸν θρόνον καὶ καθέζεσθαι· τοὺς δὲ οὐκ ἀναστῆσαι μὲν αὐτὸν ἐκ τοῦ θρόνου, κατά δή τινα νόμον Περσικόν· περιρρηξαμένους δὲ τύπτεσθαι τά τε στήθη καὶ τὰ πρόσωπα[26], ὡς ἐπὶ μεγάλῳ κακῷ. Ταῦτα ὡς ἐξηγγέλθη Ἀλεξάνδρῳ, κελεῦσαι στρεβλωθῆναι τὸν καθίσαντα, μήποτε ἐξ ἐπιβουλῆς ξυντεταγμένον τοῦτο ἔδρασε, γνῶναι θέλοντα· τὸν δὲ οὐδὲν ἄλλο κατειπεῖν[27], ὅτι μὴ ἐπὶ νοῦν οἱ ἐλθὸν οὕτω πρᾶξαι· ᾗ δὴ καὶ μᾶλλον ἐπ' οὐδενὶ ἀγαθῷ ξυμβῆναι αὐτῷ οἱ μάντεις ἐξηγοῦντο. Ἡμέραι τε οὐ πολλαὶ ἐπὶ τούτῳ ἐγένοντο, καὶ τεθυκὼς τοῖς θεοῖς τάς τε νομι-

be, tum in insulâ Pharo, in quâ turris erat & magnitudine & sumptu operis excellens: & hoc juris obtineret ut de Hephæstionis nomine appellaretur. Adhæc tabulis contractuum, quoscunque negotiatores inter se conficerent, Hephæstionis nomen inscribi. Atque hæc quidem eo tantum nomine reprehendo, quod in rebus non magnis nimis magnam operam posuit: illa vero in universum damno, „Si enim „ego (ita scribebat) in Ægyptum veniens, „templa & fana rite abs te Hephæstioni „exstructa invenero, non solum siquid ante hac commisisti, ignoscam, sed quantuncunque deinceps deliqueris, nihil incommodi tibi à me accidet. Hoc certe ad hominem improbum, multis & terris & viris imperantem, à magno rege scriptum nullâ ratione probare possum. Sed 24 jam Alexandri interitus imminebat, quem vel hoc maxime prodigio significatum fuisse Aristobulus scribit. Copias enim quæ cum Peucesta ex Perside, & à mari cum Philoxeno & Menandro venerant, in Macedonicos ordines distribuisse, quumque sitim sentiret, nonnihil à sellâ recessisse, regiumque solium vacuum reliquisse. Fuisse porro ab utraque solii parte lectos argenteis pedibus innixos, quibus amici circa eum insidebant. Quendam vero obscurum hominem (sunt qui aliquem qui in custodiâ citra vincula habebatur, fuisse dicant) quum regiam sellam lectosque vacuos videret, & eunuchos utrinque thronum circumstantes (nam & amici regem discedentem comitati erant) per medios eunuchos transisse, soliumque conscendisse & in eo consedisse. Eos vero è solio eum detrahere non ausos, Persicâ quadam lege prohibitos: laceratis tantum vestibus pectora faciemque contudisse, magnum aliquod malum ominatos. Quæ ubi Alexandro nuntiata sunt, eum qui solio insederat in quæstionem dari jussisse, num forte ex compositis insidiis id fecisset exploraturum: nihil vero confessum, præterquam quod levitate quadam animi impulsus id fecisset; tantoque majus malum vates inde portendisse. Paucis post diebus quum diis consuetas sibi pro

23 Ἐπικρατήσῃ ἐπικαλεῖσθαι] Optimus recte καλεῖσθαι.

24 Οὐκ ἐπὶ μεγάλοις] MS. idem οὐκ ἐν μεγάλοις, qui & paulo ante probabat tantum ταῦτα μὲν οὐκ ἔχω, abjecta voce οὖν: & mox τὰ ἡρῷα τὰ Ἡφαιστίωνος, non τοῦ.

25 Ὁπηλίκον ἂν ἁμάρτῃς] Ea lectio primum orta in editione Vulcanii. antea Basileæ fuit editum ἁμάρτῃ, quod non solum probatur ab Optimo, sed omni copia codicum veterum: & qua parte id est vilius?

26 Καὶ τὰ πρόσωπα] Nescio an de industria interpretetur Vulcanius *faciemque*, tanquam in isto homine intellexisset: quam suspicionem vitare debuit. Recte Facius: *ora pectoraque fœdare*.

27 Οὐδὲν ἄλλο κατειπεῖν] Præter expectationem plane est, quod in verbo huic materiæ tam destinato ita refragetur unus ille codicum Optimus, exhibendo ἐξειπεῖν. Et sane videtur esse differentia: nam vulgatum κατειπεῖν sæpe usurpat auctor, sed ut significet nominare aliquem in tormentis; hic vero desideratur, confiteri aliquid & prodere naturam rei, de qua quæritur.

νομιζομένας θυσίας ἐπὶ ξυμφοραῖς ἀγαθαῖς, καί τινας καὶ ἐκ μαντείας, εὐωχεῖτο [28] ἅμα τοῖς φίλοις, καὶ ἔπινε πόῤῥω τῶν νυκτῶν. Δοῦναι δὲ λέγεται καὶ τῇ στρατιᾷ ἱερεῖα, καὶ οἶνον κατὰ λόχους καὶ ἑκατοστύας [29]. Ἀπὸ δὲ τοῦ πότου, αὐτὸν μὲν ἀπαλλάττεσθαι ἐθέλειν ἐπὶ κοιτῶνα, εἰσὶν οἳ ἀνέγραψαν· Μήδιον δὲ αὐτῷ ἐντυχόντα, τῶν ἑταίρων ἐν τῷ τότε τὸν πιθανώτατον, δεηθῆναι κωμάσαι παρ' οἷ· γενέσθαι γὰρ 25 ἂν ἡδὺν τὸν κῶμον. Καὶ αἱ βασίλειοι ἐφημερίδες [30] ὧδε ἔχουσι, πίνειν παρὰ Μηδίῳ αὐτὸν κωμάσαντα [31]· ἔπειτα ἐξαναστάντα, καὶ λουσάμενον, καθεύδειν τε, καὶ αὖθις δειπνεῖν παρὰ Μηδίῳ, καὶ αὖθις πίνειν πόῤῥω τῶν νυκτῶν· ἀπαλλαχθέντα δὲ τοῦ πότου, λούσασθαι· καὶ λουσάμενον, ὀλίγον τι ἐμφαγεῖν, καὶ καθεύδειν αὐτοῦ, ὅτι ἤδη ἐπύρεσσεν· ἐκκομισθέντα δὲ ἐπὶ κλίνης πρὸς τὰ ἱερὰ, θῦσαι ὡς νόμος ἐφ' ἑκάστῃ ἡμέρᾳ· καὶ τὰ ἱερὰ ἐπιθέντα, κατακεῖσθαι ἐν τῷ ἀνδρῶνι ἔστε ἐπὶ κνέφας· ἐν τούτῳ δὲ τοῖς ἡγεμόσι παραγγέλλειν ὑπὲρ τῆς πορείας, καὶ τοῦ πλοῦ· τοὺς μὲν, ὡς πεζῇ ἰόντας, παρασκευάζεσθαι ἐς τετάρτην ἡμέραν· τοὺς δὲ ἅμα οἷ πλέοντας, ὡς εἰς πέμπτην πλευσομένους· ἐκεῖθεν δὲ κατακομισθῆναι ἐπὶ κλίνης ὡς ἐπὶ τὸν ποταμόν· καὶ πλοίου ἐπιβάντα, διαπλεῦσαι πέραν τοῦ ποταμοῦ ἐς τὸν παράδεισον· κἀκεῖ αὖθις λουσάμενον, ἀναπαύεσθαι. Ἐς δὲ τὴν ὑστεραίαν, λούσασθαί τε αὖθις, καὶ θῦσαι τὰ νομιζόμενα· καὶ εἰς τὴν καμάραν εἰσελθόντα, κατακεῖσθαι διαμυθολογοῦντα πρὸς Μήδιον· παραγγεῖλαι δὲ καὶ τοῖς ἡγεμόσιν, ἀπαντῆσαι ἕωθεν. Ταῦτα πράξαντα, δειπνῆσαι ὀλίγον· κομισθέντα δὲ αὖθις ἐς τὴν καμάραν, πυρέσσειν ἤδη ξυνεχῶς τὴν νύκτα ὅλην· τῇ δὲ ὑστεραίᾳ λούσασθαι, καὶ λουσάμενον θῦσαι. Νεάρχῳ δὲ καὶ τοῖς ἄλλοις ἡγεμόσι παραγγεῖλαι τὰ ἀμφὶ τὸν πλοῦν, ὅπως ἔσται ἐς τρίτην ἡμέραν· τῇ δὲ ὑστεραίᾳ λούσασθαι αὖθις, καὶ θῦσαι τὰ τεταγμένα· καὶ τὰ ἱερὰ ἐπιθέντα, οὐκέτι ἐλινύειν πυρέσσοντα [32], ἀλλὰ

pro felicibus successibus hostias sacrificasset, nonnullasque ex vatum monitu adjecisset, cum amicis epulatus est, conviviumque in multam noctem produxit. Hostias etiam exercitui dedisse, vinumque per decurias & centurias distribuisse dicitur. A convivio sunt qui scribant eum in cubiculum concedere voluisse: sed Medium, unum ex amicis tum temporis ei maxime charum, obviam factum rogasse ut secum comessatum veniret: fore enim jucundam comessationem. Et quidem diaria regia ita habent: 25 ipsum apud Medium comessatum bibisse. deinde quum surrexisset seque abluisset, dormivisse: rursumque edisse apud Medium & in multam noctem bibisse, quumque è convivio discessisset, lavisse, lotum nonnihil mandisse, ibique cubuisse, quod jam febricitaret: deinde lecticâ ad sacrificia delatum sacrificasse uti consueverat per singulos dies. sacrificiisque peractis in androne jacuisse in vesperum usque. Inter hæc iter navigationemque ducibus pronuntiasse, & quidem eos qui pedites profecturi erant, in quartum diem: qui vero secum navigaturi essent, ut in quintum diem parati essent jussisse. Post hæc in lecto delatum flumen versus, conscensaque nave flumen trajecisse in hortum amœnissimum: ibique rursus lotum requievisse. Postridie denuo lotum consueta sacrificia diis fecisse. ingressumque cubiculum, jacuisse cum Medio colloquentem, imperasseque ducibus ut mane adessent. His peractis cœnasse modice, rursusque in cubiculum delatum continue per totam noctem febricitasse: postridie lavisse, lotumque sacrificasse, & Nearcho reliquisque ducibus navigationem in tertium diem indixisse: postero quoque die lotum rursus consueta sacrificia diis fecisse. sacrificiisque factis febrim non cessasse. Nihilominus

28 Εὐωχεῖτο] Optimus in præsenti εὐωχεῖται.

29 Κατὰ λόχους καὶ ἑκατοστύας] Unde nuperus acceperit Vulcanium male reddere *per cohortes*, hasque fuisse quingenarias, patebit inspicienti Salmasiana ad Solinum pag. 717.

30 Αἱ βασίλειοι ἐφημερίδες] Insigne testimonium disciplinæ sive Græcæ seu veterum omnium etiam in aulis, unde non omisit animadvertere Casaubonus ad Suetonii Augustum cap. 64 & infiniti alii, etiam annotandis nominibus eorum, qui leguntur ea confecisse. Hoc miror, cur sic maluerint Græculi vitiosam inde partem excerpere, quam aliquid felicioris diei, ut inde pateret, quomodo eum rex vere maximus disposuerit.

31 Αὐτὸν κωμάσαντα] Recte; id enim est, de quo potissimum volebat probare. Interim hæc comessatio apud Medium jam satis erat ostensata, nec commentarii regii debuerunt omittere, quod annotarunt alii, nempe κωμάσαντα. Hoc enim fuit alterum lutum, in quo hæsit Alexander, præter τὸ πίνειν. Hinc κωμῶν μετ' ἑταίρων vituperantur apud Plutarchum lib. II *de fortuna Alexandri*, in quo etiam peculiariter scribitur ἐκώμαζον ἐς πρὸς Μήδιον πυρέττων. Verum optime ista conveniunt & ultro satis patet vix fuisse κῶμον, quem πότοι non comitarentur. Unde junguntur ista duo apud Plutarchum in libello de *liberis educandis*: οἱ δ' ἐς τοὺς πότους καὶ κώμους ἐξοκέλλουσι. Et rursus: ἀμετρία γαστρὸς, καὶ κλοπαὶ πατρῴων χρημάτων, καὶ κύβοι, καὶ κῶμοι, καὶ πότοι, καὶ παρθένων ἔρωτες.

32 Ἐλινύειν πυρέσσοντα] Quum prius verbum illustraverit jam doctissimus Leopardus lib. I Emend. c. 24, & illic ne Arriani quidem nostri mentionem neglexerit, ut qui aliquoties eo utatur, censui non supprimendum Scholion, quod in codice III ad marginem reperi. Ἐλινύειν πυρέσσοντα ταῦτα βούλεται λέγειν, ὅτι πυρέσσων οὐκ ἠρέμει, ἀλλὰ τῆς φύσεως ἐξέστη, ὅτι ὁ πυρετὸς οὐκ ἠρέμει. Ἐλινύειν γὰρ τὸ βραδύνειν λέγεται. Sed & ex codice Grammatici cujusdam inter Barocciana Oxoniensia legebam ἐλινύειν (sic uno ν) ἀργεῖν, σχολάζειν.

ἀλλὰ καὶ ὡς τοὺς ἡγεμόνας εἰσκαλέσαντα, παραγγέλλειν τὰ πρὸς τὸν ἔκπλουν ὅπως αὐτῷ ἔσται ἕτοιμα· λούσασθαί τε ἐπὶ τὴν ἑσπέραν, καὶ λουσάμενον ἔχειν ἤδη κακῶς. Τῇ δὲ ὑστεραίᾳ μετακομισθῆναι ἐς τὴν οἰκίαν τὴν πρὸς τῇ κολυμβήθρᾳ, καὶ θῦσαι μὲν τὰ τεταγμένα. Ἔχοντα δὲ πονήρως, ὅμως εἰσκαλέσαι τῶν ἡγεμόνων τοὺς ἐπικαιριωτάτους, καὶ ὑπὲρ τοῦ πλοῦ αὖθις παραγγέλλειν. Τῇ δ' ἐπιούσῃ μόγις ἐκκομισθῆναι πρὸς τὰ ἱερὰ, καὶ θῦσαι, καὶ μηδὲν μεῖον ἔτι παραγγέλλειν ὑπὲρ τοῦ πλοῦ τοῖς ἡγεμόσι. Ἐς δὲ τὴν ὑστεραίαν κακῶς ἤδη ἔχοντα, ὅμως θῦσαι τὰ τεταγμένα. Παραγγεῖλαι δὲ, τοὺς μὲν στρατηγοὺς διατρίβειν κατὰ τὴν αὐλήν· χιλιάρχας δὲ καὶ πεντακοσιάρχας, πρὸ τῶν θυρῶν· ἤδη δὲ παντάπασι πονήρως ἔχοντα, διακομισθῆναι ἐκ τοῦ παραδείσου εἰς τὰ βασίλεια. Εἰσελθόντων δὲ τῶν ἡγεμόνων, γνῶναι μὲν αὐτοὺς, φωνῆσαι δὲ μηδὲν ἔτι, ἀλλ' εἶναι ἄναυδον· καὶ τὴν νύκτα πυρέσσειν κακῶς καὶ τὴν ἡμέραν [33], καὶ τὴν ἄλλην νύκτα καὶ τὴν ἡμέραν· οὕτως ἐν ταῖς ἐφημερίσι ταῖς βασιλείοις 26 ἀναγέγραπται. Καὶ ἐπὶ τούτοις, ὅτι οἱ στρατιῶται ἐπόθησαν ἰδεῖν [34] αὐτόν· οἱ μὲν, ὡς ζῶντα ἴδοιεν· οἱ δὲ, ὅτι τεθνηκέναι ἤδη ἐξηγγέλλετο, ἐπικρύπτεσθαι δὲ αὐτοῦ ἐτόπαζον πρὸς τῶν σωματοφυλάκων τὸν θάνατον, ὡς ἔγωγε δοκῶ, τοὺς πολλοὺς δὲ ὑπὸ πένθους καὶ πόθου τοῦ βασιλέως, βιάσασθαι ἰδεῖν Ἀλέξανδρον. Τὸν δὲ ἄφωνον μὲν εἶναι λέγουσι παραπορευομένης τῆς στρατιᾶς· δεξιοῦσθαι δὲ ὡς ἑκάστους [35], τήν τε κεφαλὴν ἐπαίροντα μόγις, καὶ τοῖν ὀφθαλμοῖν ἐπισημαίνοντα. Λέγουσι δὲ αἱ ἐφημερίδες αἱ βασίλειοι, ἐν τῷ τοῦ Σεράπιδος ἱερῷ Πύθωνά τε ἐγκοιμηθέντα, καὶ Ἄτταλον, καὶ Δημοφῶντα, καὶ Πευκέσταν· πρὸς δὲ, Κλεομένην τε καὶ Μενίδαν καὶ Σέλευκον ἐπερωτᾷν τὸν θεὸν, εἰ λῷον καὶ ἄμεινον Ἀλεξάνδρῳ, εἰς τὸ ἱερὸν τοῦ θεοῦ κομισθέντα, καὶ ἱκετεύσαντα θεραπεύεσθαι πρὸς τοῦ θεοῦ· καὶ γενέσθαι φήμην τινὰ ἐκ τοῦ θεοῦ, μὴ κομίζεσθαι εἰς τὸ ἱερὸν, ἀλλ' αὐτοῦ μένοντι ἔσεσθαι ἄμεινον· ταῦτά τε ἀπαγγεῖλαι τοὺς ἑταίρους, καὶ Ἀλέξανδρον οὐ πολὺ ὕστερον ἀποθανεῖν, ὡς τοῦτο ἄρα ἤδη ὂν τὸ ἄμεινον. Οὐ πόρρω δὲ τούτων οὔτε Ἀριστοβούλῳ οὔτε Πτολεμαίῳ ἀναγέγρα-

minus tamen convocatis ducibus præcepisse ut omnia ad navigationem parata essent. lotumque sub vesperum pejus habuisse. Sequenti luce in ædes balneis vicinas translatum esse, consuetaque sacrificia peregisse. Quumque jam vis morbi invaluisset, primarios tamen duces evocasse, deque navigatione rursus mandata dedisse. Altero die difficulter admodum ad sacrificia delatum sacrificasse, nihiloque secius navigationem imperasse. postridie, quum jam pessime haberet, tamen à consuetis sacrificiis non destitisse. Jussisse vero ut duces circa aulam versarentur: & eos qui mille, quique quingentis militibus præfecti essent pro foribus obversarentur; quumque jam plane langueret, ex horto in regiam translatum. Ingressisque ad eum ducibus, agnovisse quidem eos, alloqui tamen non potuisse, nullamque vocem edidisse, & totâ illâ nocte ac sequenti die gravissimâ febri correptum fuisse, sed & sequenti nocte & die. Ita in diariis regiis scriptum inveni. Inter hæc milites desiderio 26 ejus videndi captos esse. & nonnullis vivum cernere cupientibus, nonnullis, quod jam mortuus esse diceretur, mortemque ejus à custodibus corporis celari (meâ sententiâ) suspicantibus, plerosque præ dolore ac desiderio regis, vi ad illum videndum irrupisse. Sed jam regem ingrediente exercitu vocem defecisse: capite tantum ægre sublevato atque oculis indicium aliquod animi facientibus, singulis dextram præbuisse. Iisdem diariis regiis continetur, in Serapidis æde pernoctasse Pythonem, Attalum, Demophontem, & Peucestam; præterea Cleomenem & Menidam, ac Seleucum, & percontantibus deum, an melius satiusque esset Alexandrum in templum suum, ut à se curaretur, deferri, oraculum redditum, non opertere eo deferri: sed melius ei si ibi maneat fore, idque amicos Alexandro renuntiasse, neque multo post Alexandrum decessisse quasi id magis in rem ipsius esset. Ptolemæus & Aristobulus non multum ab his dissentiunt. Sunt qui

33 Καὶ τὴν ἡμέραν] Etiam in Optimo & aliis scriptis subjuncta vidi καὶ τὴν ἄλλην νύκτα καὶ τὴν ἡμέραν. Quin & Vulcanius adscripsit etiam exstare in Augustano: nec ut ejicerentur ex editis alia causa fuit, nisi nasutia eorum, qui tam familiare scribendi genus non potuerunt capere. Plane gemino eventu actum est cum Arriano VI, 9 ἄλλον δὲ πελάζοντα λίθῳ βαλὼν ἔσχε, καὶ ἄλλον λίθῳ. Ita reliquerunt quidem in Græcis, sed nemo illorum Rhamnium, qui hunc auctorem in cura habuerunt, versione postremas voces dignatus est, & unum modò percussum saxo memorant, quum Arrianus diligenter laudateque indigitare voluerit non modò duos saxo percussos, sed etiam quo ordine res processerit. Et in ultimo capite hujus libri. Καὶ φάρμακα ἄλλα ἄλλοις γενόμενα, καὶ ἐνύπνια φανέντα, ἀλλ' ἄλλοις. Ubi tamen posterius ἄλλα abest ab Opt. Hinc ausus fui redintegrare.

34 Ἐπόθησαν ἰδεῖν] Mirum quantum ipsa hæc verba retinuit Lucianus in *Pseudomanti*, ubi pariter edocet, quæ prætereundi ratio hic fuerit observata: nempe ἐπεποίητο δὲ κατὰ τὸ ἀντίθυρον ἄλλη ἔξοδος, οἷόν τι τοὺς Μακεδόνας ἐν Βαβυλῶνι ποιῆσαι ἐπ' Ἀλεξάνδρῳ νοσοῦντι λέγουσιν, ὅτε ὁ μὲν ἤδη πονήρως εἶχεν, οἱ δὲ περιστάντες τὰ βασίλεια ἐπόθουν ἰδεῖν αὐτὸν, καὶ προσειπεῖν τὸ ὕστατον.

35 Δεξιοῦσθαι δὲ ὡς ἑκάστους] Opt. majore efficacia δεξιοῦσθαι δὲ καὶ ὡς ἑκάστους.

γενέσθαι. Οἱ δὲ καὶ τάδε ἀνέγραψαν, ἐρέσθαι μὲν τοὺς ἑταίρους αὐτόν, ὅτῳ τὴν βασιλείαν ἀπολείπει· τὸν δὲ ἀποκρίνασθαι, ὅτι τῷ κρατίστῳ. Οἱ δέ, προσθεῖναι πρὸς τούτῳ τῷ λόγῳ[36], ὅτι μέγαν ἐπιτάφιον ἀγῶνα[37] ὁρᾷ ἐπ᾽ αὐτῷ ἐσόμενον.

27 Πολλὰ δὲ καὶ ἄλλα οἶδα ἀναγεγραμμένα ὑπὲρ τῆς Ἀλεξάνδρου τελευτῆς· καὶ φάρμακον ὅτι ἐπέμφθη παρὰ Ἀντιπάτρου Ἀλεξάνδρῳ, καὶ ἐκ τοῦ φαρμάκου ὅτι ἀπέθανε· καὶ τὸ φάρμακον ὅτι Ἀριστοτέλης μὲν Ἀντιπάτρῳ ἐξεῦρε, δεδιὼς ἤδη Ἀλέξανδρον Καλλισθένους ἕνεκα. Κάσανδρος δὲ ὁ Ἀντιπάτρου ἐκόμισεν· οἱ δέ, καὶ ὅτι ἐν ἡμιόνου ὁπλῇ ἐκόμισε, καὶ τοῦτο ἀνέγραψαν· δοῦναι δὲ αὐτὸ Ἰόλλαν τὸν ἀδελφὸν τοῦ Κασάνδρου τὸν νεώτερον· εἶναι γὰρ οἰνοχόον βασιλικὸν τὸν Ἰόλλαν, καί τι λελυπῆσθαι[38] πρὸς Ἀλεξάνδρου ὀλίγῳ πρόσθεν τῆς τελευτῆς. Οἱ δέ, καὶ Μήδιον μετασχεῖν τοῦ ἔργου, ἐραστὴν ὄντα τοῦ Ἰόλλα· καὶ αὐτὸν γὰρ εἶναι τὸν εἰσηγητὴν γενόμενον Ἀλεξάνδρῳ τοῦ κώμου· ὀδύνην τε αὐτῷ ἐπὶ τῇ κύλικι γενέσθαι ὀξεῖαν, καὶ ἐπὶ τῇ ὀδύνῃ ἀπαλλαγῆναι ἐκ τοῦ πότου. Ἤδη δέ τις οὐκ ᾐσχύνθη ἀναγράψαι, ὅτι αἰσθόμενος οὐ βιώσιμον ὄντα αὑτὸν Ἀλέξανδρος, ἐς τὸν Εὐφράτην ποταμὸν ᾔει ἐμβαλῶν, ὡς ἀφανὴς ἐξ ἀνθρώπων γενόμενος[39], πιστοτέραν τὴν δόξαν παρὰ τοῖς ἔπειτα ἐγκαταλείποι, ὅτι ἐκ θεοῦ τε αὐτῷ ἡ γένεσις ξυνέβη, καὶ παρὰ θεοὺς ἡ ἀποχώρησις· Ῥωξάνην δὲ τὴν γυναῖκα οὐ λαθεῖν ἐξιόντα, ἀλλὰ εἰργόμενον γὰρ πρὸς αὐτῆς[40], ἐπιμώξαντα εἰπεῖν, ὅτι ἐφθόνησεν ἄρα δόξης αὐτῷ τῆς ἐς ἅπαν, ὡς θεῷ δὴ γεγενημένῳ. Καὶ ταῦτα ἐμοί, ὡς μὴ ἀγνοεῖν δόξαιμι μᾶλλον ὅτι λεγόμενά ἐστιν, ἢ ὡς πιστὰ ἐς ἀφήγησιν, ἀναγεγράφθω.

28 Ἐτελεύτα μὲν δὴ Ἀλέξανδρος τῇ τετάρτῃ καὶ δεκάτῃ καὶ ἑκατοστῇ Ὀλυμπιάδι, ἐπὶ Ἡγησίου ἄρχοντος Ἀθήνησιν· ἐβίω δὲ δύο καὶ τριάκοντα ἔτη, καὶ τοῦ τρίτου μῆνας ἐπέλαβεν ὀκτώ, ὡς λέγει Ἀριστόβουλος· ἐβασίλευσε δὲ δώδεκα ἔτη, καὶ τοὺς ὀκτὼ μῆνας τούτους· τό, τε σῶμα κάλλιστος, καὶ φιλοπονώτατος, καὶ ὀξύτατος γενόμενος, καὶ τὴν γνώμην ἀνδρειότατος, καὶ φιλοτιμότατος, καὶ φιλοκινδυνότατος, καὶ

qui hoc etiam addant: Interrogatum ab amicis, cuinam regnum relinqueret: respondisse, Optimo. Alii adjecisse eum ad hæc verba ajunt, cernere se ingens certamen funebre post suam mortem futurum.

27 Neque vero me præterit multa alia præter hæc de Alexandri obitu scripta esse: quodque venenum ei ab Antipatro missum fuerit, quo interiit. Aristotelemque id Antipatro confecisse, Alexandrum ob Callisthenis necem metuentem: idque à Casandro Antipatri filio allatum. alii in mulæ ungula allatum scribunt: & per Iollam minorem Casandri fratrem regi traditum. Fuisse enim Iollam regi à poculis, eique ab Alexandro paulo ante mortem acerbi aliquid accidisse. Alii Medium, quod Iollæ amator esset, sceleris conscium fuisse scribunt. Nam & hunc Alexandro autorem comessationis fuisse, statimque post haustum poculum vehementem dolorem sensisse, ita ut convivio excedere sit coactus. Quidam etiam scribere non erubuit, Alexandrum quum jam de salute desperaret, ad Euphratem se contulisse conjiciendi se in flumen animo, uti sublatus ex hominum oculis, certiorem apud posteros fidem faceret, se ex deorum genere ortum, ad deos rediisse. Roxanen vero conjugem, consilio ejus intellecto, inhibuisse, plorantemque ipsum dixisse: Invidere illam sibi divinitatis partæ gloriam. Quæ quidem ideo potius à me commemorantur, ne ignorasse videar ea tum sparsa fuisse, quam quod fide digna existimem.

28 Decessit autem Alexander Olympiade CXIIII, archonte Athenis Hegesia. Vixit annos XXXII, menses VIII, ut autor est Aristobulus. Regnavit annos XII, menses VIII. Staturâ corporis pulcherrima fuit, diligentissimus & vehementissimus, magnâ animi fortitudine præditus, honoris & gloriæ appetentissimus, periculorum amantissimus, divini cultus ob-

36 *Προσθεῖναι τούτῳ τῷ λόγῳ*] MSS. omnes *προσθεῖναι πρὸς τούτῳ*. Sicut antea usurpavit *προπεπομένου πρό τινος* & *προβαλόμενοι πρὸ σφῶν ἁμάξας*. Et jam habent Veneti pariter ac Basileenses.

37 *Μέγαν ἐπιτάφιον ἀγῶνα*] Nihil ad dignitatem harum vocum interpretes. Vulcanius *cernere se ingens certamen inter eos post ejus mortem futurum*. Facius, *quasi ingens certamen de regni possessione mox inter illos præsageret*. An sic projecte ac viliter Justinus quoque hæc Græca verba interpretatur? non certe. Sed ad mentem & Alexandri & ipsarum harum vocum justissime, *quantis cædibus, quo cruore, mortuo sibi parentatura Macedonia*.

38 *Καί τι λελυπῆσθαι*] Lege ex Opt. *καί τι καὶ λελυπ.*

39 *Ὡς ἀφανὴς ἐξ ἀνθρώπων γενόμενος*] Si tam stolida potest supponi opinio intravisse pectus gloriosi juvenis, ut instar Trophonii reddere posteritati sese voluerit; certe ita hanc rem proponit Arrianus, ut neget sine crimine impudentiæ ne narrari quidem illud posse. Quo magis miror Freinshemium in Curtianis 4, 7, 25 hoc ipsum vanitatis meræ plenum proferre non modo, ut cognitu dignum justæque & legitimæ historiæ partem, sed ex Zonara, quasi is narratiunculam exsequeretur singularem, quam tot sæculis ante perstringendam tantopere judicavit sapientissimus Arrianus, confirmationis cujusdam robur ad talia petere conari.

40 *Ἀλλ᾽ εἰργόμενον πρὸς αὐτῆς*] Quam sancte conservavit nobis manum Arriani codex Opt. *ἀλλ᾽ εἰργόμενον γὰρ πρὸς*! Sic habet Arrianus lib. I. *Ἀλλ᾽ ἐκπεσόντα γὰρ ἐκ Καρίας* &c.

καὶ τοῦ θείου ἐπιμελέστατος· ἡδονῶν δὲ τῶν μὲν[41] τοῦ σώματος ἐγκρατέστατος, τῶν δὲ τῆς γνώμης, ἐπαίνου μόνου ἀπληστότατος· ξυνιδεῖν δὲ τὸ δέον ἔτι ἐν τῷ ἀφανεῖ ὂν δεινότατος, καὶ ἐκ τῶν φαινομένων τὸ εἰκὸς ξυμβαλεῖν ἐπιτυχέστατος, καὶ τάξαι στρατιὰν καὶ ὁπλίσαι τε καὶ κοσμῆσαι δαημονέστατος· καὶ τὸν θυμὸν τοῖς στρατιώταις ἐπᾶραι, καὶ ἐλπίδων ἀγαθῶν ἐμπλῆσαι, καὶ τὸ δεῖμα ἐν τοῖς κινδύνοις τῷ ἀδεεῖ τῷ αὐτοῦ ἀφανίσαι, ξύμπαντα ταῦτα γενναιότατος. Καὶ οὖν καὶ ὅσα ἐν τῷ ἀφανεῖ πρᾶξαι, ξὺν μεγίστῳ θάρσει ἔπραξεν· ὅσα τε φθάσας ὑφαρπάσαι τῶν πολεμίων, πρὶν καὶ δεῖσαί τινα αὐτὰ ὡς ἐσόμενα, προλαβεῖν δεινότατος· καὶ τὰ μὲν ξυντεθέντα ἢ ὁμολογηθέντα φυλάξαι βεβαιότατος· πρὸς δὲ τῶν ἐξαπατώντων μὴ ἁλῶναι ἀσφαλέστατος· χρημάτων δὲ ἐς μὲν ἡδονὰς τὰς αὑτοῦ, φειδωλότατος· ἐς δὲ εὐποιίαν τῶν πέλας, ἀφθονώτατος. 29 Εἰ δέ τι ἐπλημμελήθη Ἀλεξάνδρῳ δι' ὀξύτητα, ἢ ὑπ' ὀργῆς, ἢ εἴ τι ἐς τὸ ὑπερογκότερον προήχθη βαρβαρίσαι, οὐ μεγάλα τίθεμαι ἔγωγε, εἰ τήν τε νεότητά τις τὴν Ἀλεξάνδρου μὴ ἀνεπιεικῶς ἐνθυμηθείη, καὶ τὸ διηνεκὲς τῆς εὐτυχίας, καὶ τοὺς πρὸς ἡδονὴν οὐκ ἐπὶ τῷ βελτίστῳ τοῖς βασιλεῦσι ξυνόντας τε καὶ ἐπὶ κακῷ ξυνεσομένους, ἀλλὰ μεταγνῶναί γε ἐφ' οἷς ἐπλημμέλησε, μόνῳ οἶδα τῶν πάλαι βασιλέων Ἀλεξάνδρῳ ὑπάρξαι ὑπὸ γενναιότητος. Οἱ δὲ πολλοί, εἰ καί τι ἔγνωσαν πλημμελήσαντες, οἱ δὲ τῷ προηγορεῖν[42] αὐτοῦ ὡς καλῶς δὴ πραχθέντος, ἐπικρύψειν οἴονται τὴν ἁμαρτίαν, κακῶς γιγνώσκοντες. Μόνη γὰρ ἔμοιγε δοκεῖ ἴασις ἁμαρτίας, ὁμολογεῖν τε ἁμαρτόντα[43], καὶ δῆλον εἶναι ἐπ' αὐτῷ μεταγιγνώσκοντα· ὡς τοῖς παθοῦσίν τι ἄχαρι οὐ πάντη χαλεπὰ τὰ παθήματα φαινόμενα, εἰ ὁ δράσας

observantissimus: circa corporis voluptates moderatissimus: circa eas quæ ad animum pertinent, solâ laude inexplebilis, summâ consilii dexteritate quid in rebus obscuris facto esset opus cernebat: & ex verisimilibus felicissime eventus rerum conjectabat: ordinandi exercitus, armandi, gubernandique peritissimus; idem ad militum animos excitandos & bonâ spe replendos, & metum periculorum privatæ constantiæ exemplo profligandum, eximius. Res dubias summâ audaciâ aggrediebatur: ad anticipandos hostes eosque corripiendos, priusquam quod eventurum erat timerent, solertissimus, promissi pactique religiosissimus observator: neve aliorum fraudibus caperetur, instructissimus: pecunias in privatas voluptates parcissime convertebat: in amicos summâ cum liberalitate erogabat. 29 Siquid vero ab Alexandro iræ vehementiâ rapiditateque commissum est, aut si insolentius barbarorum fastum imitatus est, equidem non tanti faciendum censuerim, si quis juvenilem Alexandri ætatem non inique æstimet, si perpetuum felicitatis cursum, si assentatores, qui voluptatis causâ cum regibus magno eorum malo versantur, animadvertat. Cæterum delicti pœnitentiâ duci, id ego soli ipsi inter veteres reges tanquam eximium ac genuinum quiddam adscribo. Plerique enim, tametsi alicujus delicti conscii sibi sint, tuentes id ut recte factum obtegere se culpam suam putant: inique statuentes. Unicam enim peccati medicinam esse censeo, peccati agnitionem & confessionem, manifestumque pœnitentiæ documentum edere. Nam qui injuriam accepit, non ita graviter læsum sese judicat,

41 Ἡδονῶν δὲ τῶν μὲν] Opt. ἡδονῶν μὲν, τῶν μεν. Itaque vides præclarum specimen in geminanda particula ista μὲν, quod quum alii tolerare non potuerint, sic repeti tam suaviter particulam μὲν placuit inconsulte ac violente mutari. Id vero promiseram 1, 23 in fine.

42 Τῷ προηγορεῖν] Hic est alter locus, quem promisi ex hoc libro in notis ad 11, 12, ubi quum olim his verbis præmissa fuerunt οἱ δὲ, ut patet ex editione Basileensi & omnibus MSS. Vulcanii editio tamen inique illas voces delevit, quas ideo restitui.

43 Ὁμολογεῖν τε ἁμαρτάνοντα] Optimus & alii ἁμαρτόντα. Ut innuat contrahi vocem debere, merito sane; nam si ita concisa fuisset lecta in editionibus, non deduxisset grandem interpretem Juliani Cæsarum pag. 476 ut delitaret ad ἁμαρτήματα. Quomodo autem ἴασιν ἁμαρτίας hoc loco dicat auctor, exponit in sequentibus, nimirum respectu aliorum, ut alii credant eum non ultra teneri isto vitio & morbo, & sine suspicione ac metu similis atrocitatis cum illo possint vivere, & contra sperare non admissurum posthac pares errores. Talis quædam sanatio affertur peccato per pœnitentiam, quum tamen ipse nequaquam excusetur aut liberetur vel infamiâ vel culpâ, quippe ἐπλημμελήθη, quod infectum fieri nequit, ut ante dixit auctor, manet συμφορὰ, manet πάθημα, ut alibi vocavit. Hoc illi injustum est, etsi de eo ex rerum variarum occasione alius aliter judicare possit, & sive μεγάλα τίθεσθαι τὰ πλημμελήματα, sive ad minora redigere existimando; ut mihi nequaquam placeat scribere *c'est aussi par où Arrian pretend d'excuser le meurtre de Clitus, s'il y a quelque chose qui l'excuse, c'est son soudain repentir. C'est par où ce même Historien excuse ailleurs les emportemens d'Alexandre.* Profecto licet pœnituerit Alexandrum, non desinit Arrianus scribere in Clito eum ostendisse se ἐνδεχόμενον δυοῖν κακοῖν ὀργῆς τε καὶ παροινίας, nec ulla excusatione removet eum ab cædis temerariæ reatu. Quod vero ad pœnitentiam attinet, eatenus bis scribit libro IV Arrianus se ἐπαινεῖν Ἀλέξανδρον, quum tamen prior vituperii causâ non aboleatur, unde hæc ἴασις non consistit nisi in molliendo dedecore, ut in Nerone appellat Tacitus ex codice Mediceo, & ut Appianus scribit libro IV Ἐμφυλ. ἀτυχήματα ἀτυχήμασιν ἰώμενος, non ut tanquam medicina tollat penitus morbum, qui antea occupaverat, nec sicut ille desinit esse ægrotus, ita hic nominari cessat homicida & sævus, licet exprobratio exolescat. Quin immo videtur auctor per hanc ἴασιν alludere ad factum Alexandri & verba sua de Musicano velateum negligente, sed quem mox, quum irrumperet Alexander, pœnituit, dicente Arriano ὁμολογοῦντα ἀδικεῖν, ὅπερ μέγιστον παρ' Ἀλεξάνδρῳ ἦν ἐς τὸ τυχεῖν ὧν τις δέοιτο.

σας αὐτὰ ξυγχωροίη ὅτι οὐ καλὰ ἔδρασεν· αὐτῷ τέ τινι ἐς τὸ μέλλον ταύτην ἐλπίδα ἀγαθὴν ὑπολειπομένην, μή ποτε ἂν παραπλήσιόν τι ἁμαρτεῖν, εἰ τοῖς πρόσθεν πλημμεληθεῖσιν ἀχθόμενος φαίνοιτο. Ὅτι δὲ εἰς θεὸν τὴν γένεσιν τὴν αὑτοῦ ἀνέφερεν, οὐδὲ τοῦτο ἐμοὶ δοκεῖ εἶναι μέγα [44] αὐτῷ τὸ πλημμέλημα, εἰ μὴ καὶ σόφισμα ἦν τυχὸν ἐς τοὺς ὑπηκόους τοῦ σεμνοῦ ἕνεκα. Οὔκουν δοκεῖ ἔμοιγε ἢ Μίνωος γενέσθαι βασιλεὺς ἀφανέστερος, ἢ Αἰακοῦ, ἢ Ῥαδαμάνθυος· οἷς δὴ ἐς Δία ἀνενεχθεῖσα ἡ γένεσις πρὸς τῶν πάλαι ἀνθρώπων, οὐδεμίαν αὐτῶν ὕβριν προστίθεται· οὐδὲ Θησέως [45] τοῦ Ποσειδῶνος, οὐδὲ Ἴωνος τοῦ Ἀπόλλωνος. Ὡς ἔμοιγε καὶ ἡ Περσικὴ σκευὴ σόφισμα εἶναι δοκεῖ, πρός τε τοὺς βαρβάρους, ὡς μὴ πάντη ἀλλότριον αὐτῶν φαίνεσθαι τὸν βασιλέα· καὶ πρὸς τοὺς Μακεδόνας, ὡς ἀποστροφήν τινα εἶναι αὐτῷ ἀπὸ τῆς ὀξύτητός τε καὶ ὕβρεως τῆς Μακεδονικῆς. Ἐφ' ὅτῳ δὴ καὶ ἐγκαταμῖξαι μοι δοκεῖ ταῖς τάξεσιν αὐτῶν τοὺς Πέρσας τοὺς μηλοφόρους, καὶ τοῖς ἀγήμασι τοὺς ὁμοτίμους· καὶ οἱ πότοι δέ, ὡς λέγει Ἀριστόβουλος, οὐ τοῦ οἴνου ἕνεκα μακροὶ αὐτῷ ἐγίγνοντο (οὐ γὰρ πίνειν πολὺν οἶνον Ἀλέξανδρον) ἀλλὰ φιλοφροσύνης τῆς εἰς τοὺς ἑταίρους. Ὅστις δὲ κακίζει Ἀλέξανδρον, μὴ μόνον ὅσα ἄξια κακίζεσθαί ἐστι προσφερόμενος, κακιζέτω, ἀλλὰ ξύμπαντα Ἀλεξάνδρου εἰς ἓν χωρίον ξυναγαγών, οὕτω δὴ ἐκλογιζέσθω, ὅστις τε ὢν αὐτὸς [46], καὶ ὁποίᾳ τύχῃ κεχρημένος, ὅντινα γενόμενον ἐκεῖνον καὶ ἐς ὅσον εὐτυχίας τῆς ἀνθρωπίνης ἐλθόντα, βασιλέα τε ἀμφοῖν τοῖν ἠπείροιν ἀναμφιλογώτατα γενόμενον, καὶ ἐπὶ πᾶν ἐξικόμενον τῷ αὐτοῦ ὀνόματι κακίζει· σμικρότερός γε ὢν αὐτὸς [47], καὶ ἐπὶ σμικροῖς πονούμενος, καὶ οὐδὲ ταῦτα ἐν κόσμῳ τιθέμενος. Ὡς ἔγωγε δοκῶ ὅτι οὔτε τι ἔθνος ἀνθρώπων, οὔτε τις πόλις ἐν τῷ τότε ἦν, οὔτε τις εἷς ἄνθρωπος, εἰς ὃν οὐ πεφοιτήκει τὸ Ἀλεξάνδρου ὄνομα. Οὔκουν οὐδ' ἐμοὶ ἔξω τοῦ θείου φῦναι ἂν δοκεῖ ἀνήρ, οὐδενὶ ἄλλῳ ἀνθρώπων ἐοικώς· καὶ ταῦτα χρησμοί τε ἐπισημῆναι ἐπὶ τῇ τελευτῇ τῇ Ἀλεξάνδρου λέγονται, καὶ φάσματα ἄλλα ἄλλοις γενόμενα, καὶ ἐνύπνια φανέντα ἄλλα ἄλλοις· καὶ ἡ ἐς τοῦτο ἐξ ἀνθρώπων τιμή τε αὐτοῦ καὶ μνήμη οὐκ ἀνθρωπίνη οὖσα· καὶ νῦν

si is qui læsit perperam sese fecisse fateatur: & bona alicui spes sit, se non amplius injuriâ affectum iri, si eum qui affecit pœnitentiam facti sui præ se ferre appareat. Quod vero ad deum generis sui originem referebat, ne hoc quidem atrox delictum fuisse censuerim: quippe qui nihil aliud fortassis sibi propositum habuerit, quam ut eo commento majorem autoritatem apud subjectos sibi conciliaret. Neque vero mihi videtur Alexander fuisse Minoe aut Æaco aut Rhadamantho minus clarus, quorum genus ad Jovem à veteribus relatum, nullo ipsis vitio versum fuit: sed neque Theseo Neptuni, nec Ione Apollinis filio inferior. Verum & Persicus habitus arte quadam mihi à rege assumtus videtur, ne in universum alienus ab eis rex esse videretur: utque refugium quoddam adversus Macedonum insolentiam contumeliamque haberet. Quâ etiam de causâ eum Macedonum ordinibus Persas melophoros immiscuisse arbitror, & agematibus, qui pari cum eis honore essent, accensuisse. Longas etiam potationes, ut ait Aristobulus, non vini causâ amabat (neque enim multum vini potabat) sed ut benevolentiam cum amicis foveret. Quapropter quisquis Alexandrum incusat ac vituperat, is non ea solum quæ vituperatione digna sunt proferens vituperet, sed omnia ejus facta in unum cumulum congerens, ita demum secum reputet, quis ipse & quali fortuna usus, ad cujus ac quanti principis accusationem accedat, qui ad tantum humanæ felicitatis fastigium evasit, ut utriusque continentis rex citra ullam controversiam fuerit, nomenque suum per universum terrarum orbem propagarit: cogitetque iste quisquis est accusator, quam exilis ipse sit, quamque in exilibus parvique momenti rebus laboret, ac ne illas quidem ipsas decorè conficiat. Ita enim sentio, nullam ea tempestate gentem, nullam urbem, nullum denique hominem fuisse, ad quem non Alexandri nomen pervenerit. Quocirca non absque numine ejuscemodi hominem terris datum existimaverim, cui nemo omnium mortalium par fuit; quod quidem etiam oracula in Alexandri morte testata sunt, diversaque aliis atque aliis hominibus spectra & insomnia oblata, & continuata in hunc usque diem inter homines memoria & gloria, major quam quæ in hominem cadat, tum

44 Οὐδὲ τοῦτο ἐμοὶ δοκεῖ εἶναι μέγα] Vulcanius notat ex Augustano μέγα εἶναι. Sed Optimus codex ignorat verbum substantivum.

45 Οὐδὲ Θησέως] *Quemadmodum nec Thesei ortus ad Neptunum, neque Ionis ad Apollinem relatus.* Hæc futilia; sed apparet petita ex Facio: *nec vero Theseus aut Apollo carpitur, quod ille sibi Neptunum patrem, hic Jovem finxerit.* Leopardus vero: *neque quam vel Theseus Neptuni filius, vel Ion Apollinis filius*, scil. minus clarus. Hæc vera sententia. Quin etiam recte tandem Arriani mentem percepit Vulcanius, cujus hæc ultima est mutatio, quam supposui.

46 Ὅστις τε ὢν αὐτὸς] Opt. τίς τε ὢν αὐτός. Statim in sequentibus his ἐς ὅσον εὐτυχίας τῆς ἀνθρωπίνης ἐλθόντα, primam particulam non habet Opt.

47 Σμικρότερός γε ὢν αὐτὸς] Vox ultima abest ab Optimo.

νου διὰ τοσούτου ἄλλοι χρησμοὶ ἐπὶ τῇ τιμῇ αὐτοῦ τῷ ἔθνει τῷ Μακεδόνων χρησθέντες· ἐπεὶ καὶ αὐτὸς ἐμεμψάμην ἔστιν ἃ ἐν τῇ ξυγγραφῇ τῶν Ἀλεξάνδρου ἔργων, ἀλλ' αὐτόν γε Ἀλέξανδρον οὐκ αἰσχύνομαι θαυμάζων· τὰ δὲ ἔργα ἐκεῖνα ἐκάκισα, ἀληθείας τε ἕνεκα τῆς ἐμῆς, καὶ ἅμα ὠφελείας τῆς ἐπ' ἀνθρώπους[48]· ἐφ' ὅτῳ ὡρμήθην, οὐδὲ αὐτὸς ἄνευ θεοῦ, ἐς τήνδε τὴν ξυγγραφήν.

tum denique alia post tantum temporis spatium oracula Macedonum genti de ejus honore edita. Ego vero, tametsi nonnulla Alexandri facta in historia rerum ab ipso gestarum reprehendi, Alexandri tamen ipsius admiratorem esse meipsum citra pudorem profiteor; facta vero nonnulla improbavi, & veritatis meæ & publicæ utilitatis causâ: in cujus gratiam hujus historiæ scriptionem, non absque numine etiam, aggressus sum.

48 ὠφελείας τῆς ἐπ' ἀνθρώπους] Optimus ἐς ἀνθρ. quod certe præferendum. 1,21 ὡς καὶ ἀπὸ τῶν παντων πολλὴν ὠφέλειαν γίγνεσθαι ἐς τὰ ἔργα.

ΑΡΡΙΑΝΟΥ ΙΝΔΙΚΗ.

ARRIANI HISTORIÆ INDICÆ LIBER.

ΚΕΦ. Α.

Τὰ ἔξω Ἰνδοῦ ποταμοῦ τὰ πρὸς ἑσπέρην ἐπὶ τὸν ποταμὸν Κωφῆνα, Ἀστακηνοὶ καὶ Ἀσσακηνοί, ἔθνεα Ἰνδικά, ἐπικέουσι. Ἀλλ' οὔτε μεγάλοι τὰ σώματα, καθά-

CAP. I

QVAE extra Indum amnem occidentem versus sunt regiones ad Cophenem fluvium usque, Astaceni atque Assaceni, Indicæ gentes, incolunt. Sunt vero hi Indis intra Indum amnem

In auctore tam afflicte corrupto & tam invenustis interpretationibus deformato facilis venia est, si, quo loco hæc pars scriptorum Arriani ponenda esset, certum clarumque nonnulli in principio renatæ humanitatis vix habuerunt; rem quæ tanto tempore nescio utrum inter doctos magis an vero scribas & librarios fluctuavit, ut demonstrant libri veteres. Nam post amissam veram hujus libelli inscriptionem, quum ab Arriano septem tantum libri de Alexandro compositi agnoscerentur, & tamen in plerisque exemplaribus hic reliquis annexus reperiretur, certatim huic difficultati remedium quæsitum est. Unde etiam in illis MSStis quos ipse evolvi, nulla erat distinctio inter librum sextum & septimum, ut ita duobus conjunctis hic demum, qui Indica continet, fieret septimus; sic ut primo & tertio Florentino codici ita sit præscriptum Ἀῤῥιανοῦ ἀναβάσεως Ἀλεξάνδρου ἕβδομον, secundo autem Ἀῤῥιανοῦ Ἀλεξάνδρου ἀναβάσεως Ἱστοριῶν ἕβδομον. Nec aliter editio Veneta etiam curata est ab illo, qui præfuit, sive ille est Joannes Baptista Egnatius, qui certe dedicationem scripsit, sive alius, ut libris VI & VII conjunctis huic libro præscribat Ἀῤῥιανοῦ Ἀλεξάνδρου Ἀναβάσεως Ἱστοριῶν ἕβδομον. Ut mirari subeat, unde Facio ea perspicacia exstiterit, ut illo, qui in MSStis vulgaribus est liber unus, discerpto in duos, hunc vocaret librum octavum Arriani de rebus gestis Alexandri, quod Græce sustinuerunt etiam imitari Basilenses præfixo titulo Ἀῤῥιανοῦ Ἀλεξάνδρου Ἀναβάσεως Ἱστοριῶν ὀγδόη & in ipsa fronte voluminis Ἀῤῥιανοῦ περὶ Ἀλεξάνδρου Ἀναβάσεως Ἱστοριῶν Βιβλία ὀκτώ. Itaque octo libros Alexandri Ἀναβάσεως jactat Nicol. Gerbelius in dedicatione. Immo quod monstri simile est, quum ita, prout dixi, curetur editio Veneta, tamen post verba Suidæ Latine reddita, sic ibidem subjicitur [*sed quæ hodie extant de rebus ab Alexandro gestis libros octo* &c.] Sic igitur deceptis omnibus etiam Stuckium fuisse abreptum minus mireris, quem corrigit Gerh. Jo. Vossius omnino hac in parte laudandus. Adeo obscurata fuit distinctio libri sexti & septimi, ut non in primo, non in secundo, non in tertio, quos totos contuli, ulla nota ejus appareret. Sed egregie in Optimo codice scriptum mansit Ἀῤῥιανοῦ Ἀλεξάνδρου Ἀναβάσεως Βιβλίον ἕβδομον. Ex quo rursus nunc opem Arriano ferri oportet. Neque enim etiamnum res in salvo est. Cur enim in vero indice hujus operis restituendo tam incuriose huc usque fuit actum? Ipse enim ille Vossius in jactando *Indica* & *Indicorum* totus illic est, ubi rejicit Stuckium. Et est ita, ut Stephanus in *Μαίοτικα* citet Arrianum ἐν Ἰνδικοῖς, & Strabo dicat aliquoties οἱ τὰ Ἰνδικὰ συγγράψαντες, quippe & ante Strabonem de India multi potuerunt scribere quibuscunque titulis factis, unde amant Græci sæpe per neutrum citare. Itaque & iste Strabo ante, & post Arrianum Stephanus non id agebant, ut in isto vocabulo fatigarentur; & facile Stephanus dimitti potuit, quum ex Arriano ipso & Photio melius edoceri possemus. Hic enim diserte hunc librum Ἰνδικὴ vocat; & ad ejus explicationem plenius ipsi auctori Ἰνδικὴ συγγραφὴ alibi nominatur. Ex quibus licet mutatio nostra satis abundeque auctoritatis mutuari queat, tamen instar omnium & amplius videtur esse, quod in MSto quem tot tantisque experimentis

κατάπερ οἱ ἐντὸς τοῦ Ἰνδοῦ ᾠκισμένοι, οὔτε ἀγαθοὶ ὡσαύτως τὸν θυμόν, οὐδὲ μέλανες ὡσαύτως τοῖς πολλοῖς Ἰνδοῖσιν. Οὗτοι πάλαι μὲν Ἀσσυρίοις ὑπήκοοι ἦσαν· ἐπεὶ δὲ Μῆδοι Περσέων[2] ἤκουον, καὶ φόρους ἀπέφερον Κύρῳ τῷ Καμβύσου ἐκ τῆς γῆς σφῶν, ὡς ἔταξε Κῦρος. Νυσσαῖοι δὲ οὐκ Ἰνδικὸν γένος ἐστίν, ἀλλὰ τῶν ἅμα Διονύσῳ ἐλθόντων ἐς τὴν γῆν τὴν Ἰνδῶν· τυχὸν μὲν καὶ Ἑλλήνων, ὅσοι ἀπόμαχοι αὐτῶν ἐγένοντο ἐν τοῖς πολέμοις, οὓς ἐκεῖνος πρὸς Ἰνδοὺς Διόνυσος ἐπολέμησε· τυχὸν δὲ καὶ τῶν ἐπιχωρίων τοὺς ἐθέλοντας τοῖς Ἕλλησι συνῴκισε· τήν τε χώρην Νυσσαίην ὠνόμασεν ἀπὸ τοῦ ὄρεος τοῦ Νύσσης Διόνυσος, καὶ τὴν πόλιν αὐτὴν[3] Νῦσαν. Καὶ τὸ ὄρος τὸ πρὸς τῇ πόλει, ὅτου ἐν τῇσιν ὑπωρείῃσιν ᾤκισται ἡ Νῦσα, Μηρὸς κληΐζεται, ἐπὶ τῇ συμφορῇ ᾗτινι ἐχρήσατο εὐθὺς γενόμενος[4]. Ταῦτα μὲν οἱ ποιηταὶ ἐπὶ Διονύσῳ ἐποίη-

amnem habitantibus & corporum magnitudine & animorum præstantiâ inferiores: neque ita, ut plerique Indi, fusci. Hi olim Assyriis parebant: postquam vero Medi in Persarum potestatem venerunt, tributa etiam Cyro Cambysis filio ex suis regionibus pependerunt. Nyssæi vero Indorum gens non sunt, sed ex iis originem ducunt, qui olim cum Libero patre in Indiam venerant, Græcis quidem etiam fortasse, qui in bellis quæ Liber cum Indis gessit, inutiles bello facti fuerant. Fortassis autem etiam indigenas voluntarios in eandem cum Græcis coloniam deduxit, regionemque Nyssæam à monte Nyssâ vocavit, urbemque ipsam Nyssam. Mons vero urbi vicinus, ad cujus radices sita est Nyssa, Merus. i. *femur* vocatus est, ab infelici eventu qui Dionyso acciderat statim quum nasceretur. Atque hæc quidem poëtæ de Dionyso finxerunt:

tis Optimum spectavimus, plane legatur Ἀῤῥιανοῦ Ἰνδική. Sive sub hoc vocabulo subintelligi placet συγγραφή, ut notavi ab Arriano factum esse, sive χώρη, ut sit sensus de India, quomodo Harpocrationi in ἐγγυθήκη citatur Δαΐμαχος Πλαταιεὺς ἐν δευτέρῳ περὶ Ἰνδικῆς, quem novimus Athenæo citari Δαΐμαχος ἐν τοῖς Ἰνδικοῖς. Quod si ad rem facere aliquid potest, ecce & apud Lucianum in libello πῶς δεῖ ἱστορίαν συγγράφειν pag. 688 ἀλλὰ καὶ τὸ προοίμιον τῆς Ἰνδικῆς ὧδε συνῆπτεν. Sed palmarium est, quod Eustathius ad Ἰλιάδ. Δ p. 474 explicans aciem ab Nestore ordinatam scribat: Καὶ τοῦτό ἐστι τὸ ἐπὶ τριῶν ταχθεῖσαν τὴν φάλαγγα ὅ δή φησιν Ἀῤῥιανὸς ἐν τῇ Ἰνδικῇ. Quod ne quidem egregius ille Feithius enarrare potuit, nisi diceret *Arrianum in Indicis*. Unde igitur fieri potuit, ut præclarus modo amicus noster scriberet ad Luciani Solœcistam pag. 104?, *Arrianus in* VIII *expeditionis Alexandri, qui liber solus Ionice scriptus est*. Etiam post titulum, quem ex primo annotavi, additum erat interjecto spatio Ἰνδική.

1 Ἐπὶ τὸν ποταμόν] Opt. ἐς τε ἐπί.

2 Ἐπεὶ δὲ Μῆδοι Περσέων] Merito suspectum. Nam quod habent Basileenses Μῆδοι, idem in tribus codicibus offendi, etiam in Augustano Vulcanius. Sed & in uno erasa erat prima scriptura vocis ἐπεί. Ut transitus bene ducatur, omniaque conveniant, lego. Ἔπειτα Μήδων, ἐπεὶ δὲ Μῆδοι &c. Non intelligo autem, cur Vulcanius voluerit interpretationem suam ita mutari, *vectigalia etiam Cyro Cambysæ filio ex suis ditionibus pependerunt, quæ Cyrus imperavit*.

3 Τὴν πόλιν αὐτῶν] MSSti αὐτὴν, vere.

4 Ἐπὶ τῇ συμφορῇ ᾗτινι ἐχρήσατο αὖθις γενόμενος] Florentini omnes, etiam Optimus ille εὐθὺς, ut mirer unde exstiterit unus ille Richelianus, qui hoc loco habet αὖθις. At nostri δεξιμωτατοσοφοι Luciliani rident hoc vetus & ab editis scriptisque confirmatum albis dentibus. At (præterquam quod faciant quoque simii, & quod ab illis nihil uspiam præstitum sit præter βαρβαρίζειν.) sciant Nigritæ illi se sibi fallam facere & ridere risum Sardonium, adeoque mendacem esse illam vocis αὖθις scripturam, quam verum est octo ipsorum libros animadversionum ex aliorum scriniis esse compilatos, quod quidem est verissimum; & sic quoque ψυχροτέρως ἐκλέγων, quemadmodum ipsius hujus disputationis plurima pars Freinshemio in Curtianis 8, 10, 12 adscribenda; qui solus, opinor, est ille liber Richelianus. Nempe noster nescire voluit, quod sciebat: ideo sic scripsit. Et cur non iteratur iste Richelianus cap. 37, ubi eadem pugna? Et quid? an quum Vulcanius ita vertit *ob infortunium quod ipsi statim ac natus esset accidit*; vel quum Raderus, *ob infortunium, quod illi statim ac natus est, accidit*; vel quum Facius *ex eo quod sibi accidit protinus cum esset natus*, an credibile est ulli horum trium historiam fabularem de bimatre hoc numine ignotam fuisse, ut tam grandi nota ad id docendum defungi debuerint? Ne quæso tam ingrate judicemus. At non quæritur de illa, non etiam an isti eam docendi sint; sed quid Arrianus potissimum videatur scripsisse. Quis autem *infortunium* aut *infelicem eventum* in Baccho reputabit istum, quod pro Semele & utero mortalis feminæ adeptus sit Jovem, Deorum Deum, & caput ejus? Dico igitur primo non esse modum loquendi, qui historiam deceat aut Arrianum historicum, *infelix eventus Dionyso accidit, ut denuo nasceretur*: paradoxum id est in historia & ποιητικώτερον; neque si poetæ Bacchum vocent bis genitum, ideo historia quoque tantas delicias factura est: deinde illos ignorare istud tempus, quo Bacchus dicitur εὐθὺς γενόμενος. Hoc enim non est id, quo ex femore Jovis exivit (tunc enim secunda vice non quidem genitus, etsi sic loquantur poëtæ, sed tantum productus fuit) sed quo ex Semele genitus fuit. Nempe natus ex Semele statim femori Jovis insutus fuit, ut maturesceret; hæc est συμφορὴ & casus ille (non enim hic notatur aut infortunium aut infelix eventus) quo usus est Bacchus εὐθὺς γενόμενος, quod est pulcherrimum. Neque aliter se explicat ipse Arrianus, quum lib. 5 ait montem ab eo sic appellatum ὅτι ἐν μηρῷ τῷ τοῦ Διὸς ηὐξήθη. Non ait, quod ex femore Jovis genitus sit (id tamen impudentissima fronte nuperus quod ille hinc trahit, ut sic ostendat per hæc verba Arrianum contradicere palam vulgatæ & veræ lectioni hujus loci) sed quod femur Jovis habuerit quasi pro cunabulis, in quibus prima incrementa caperet, in femore Jovis convaluit, crevit & auctus est. Quid quod idem ostendant verba Curtiana, *sita est Nysa sub radicibus montis, quem Meron incolæ appellant. Inde Græci mentiendi travere licentiam, Jovis femine Liberum patrem esse celatum*. Non dicit genitum & prognatum, & inde montem sic dictum fuisse, sed quod eo fuerit absconditus, nempe postquam esset genitus ex Semele, plane ut Arrianus. Et si eam lectionem ista nequeunt tueri, tuebitur Herodotus, unde proculdubio Arrianus hæc commodavit, in Euterpe cap. 146. νῦν δὲ Διόνυσόν τε λέγουσι οἱ Ἕλληνες, ὡς αὐτίκα γενόμενον ἐς τὸν μηρὸν ἐνερράψατο ὁ Ζεύς. Αὐτίκα γενόμενος, non est aliud quam εὐθὺς γενόμενος, ut patet ex lib. 1 cap. 17. Menander apud Ammian. Marcell. 21, 14 Ἅπαντι δαίμων ἀνδρὶ συμπαρίσταται εὐθὺς γενομένῳ. Æschines epist. pag. 129 εὐθέως γενόμενοι ἀφῄρηνται *statim ut nati sunt privati fuerunt*. Denique etiamsi mordicus illud αὖθις tenendum foret, id nullo modo explicari Latine potest,

ἐποίησαν· καὶ ἐξηγήσαντο αὐτὰ ὅσοι λόγιοι Ἑλλήνων ἢ βαρβάρων. Ἐν Ἀσσακηνοῖσι δὲ Μάσσακα, πόλις μεγάλη, ἵναπερ καὶ τὸ κράτος τῆς γῆς ἐστι τῆς Ἀσσακίης· καὶ ἄλλη πόλις Πευκέλα, ἔτι μεγάλη καὶ αὐτή[5], οὐ μακρὰν τοῦ Ἰνδοῦ. Ταῦτα μὲν ἔξω τοῦ Ἰνδοῦ ποταμοῦ ᾤκισται πρὸς ἑσπέρην, ἔστε ἐπὶ τὸν Κωφῆνα.

2 Τὰ δὲ ἀπὸ τοῦ Ἰνδοῦ πρὸς ἕω[6], τοῦτό μοι ἔστω ἡ τῶν Ἰνδῶν γῆ, καὶ Ἰνδοὶ οὗτοι ἔστωσαν. Ὅροι δὲ τῆς Ἰνδῶν γῆς, πρὸς μὲν βορέου ἀνέμου ὁ Ταῦρος τὸ ὄρος. Καλέεται δὲ ὁ Ταῦρος ἔτι ἐν τῇ γῇ ταύτῃ· ἀλλ' ἄρχεται μὲν ὁ Ταῦρος ἀπὸ θαλάσσης τῆς κατὰ Παμφύλους τε καὶ Λυκίην καὶ Κίλικας· παρατείνει τε ἔστε τὴν πρὸς ἕω θάλασσαν, τέμνων τὴν Ἀσίην πᾶσαν· ἄλλη δὲ ἄλλο καλέεται τὸ ὄρος, τῇ μὲν Παραπαμισός, τῇ δὲ Ἠμωδός· ἄλλῃ δὲ Ἴμαον κληίζεται· καὶ τυχὸν ἄλλα καὶ ἄλλα ἔχει οὐνόματα. Μακεδόνες δὲ οἱ ξὺν Ἀλεξάνδρῳ στρατεύσαντες Καύκασον αὐτὸ ἐκάλεον· ἄλλον τοῦτον Καύκασον, οὐ τὸν Σκυθικόν· ὡς καὶ τὰ ἐπέκεινα τοῦ Καυκάσου λόγον κατέχειν ὅτι ἦλθεν Ἀλέξανδρος. Τὰ πρὸς ἑσπέρην δὲ τῆς Ἰνδῶν γῆς ὁ ποταμὸς ὁ Ἰνδὸς ἀπείργει, ἔστε ἐπὶ τὴν μεγάλην θάλασσαν, ἵναπερ αὐτὸς κατὰ δύο στόματα ἐκδιδοῖ, οὐ συνεχέα ἀλλήλοισι τὰ στόματα, κατάπερ τὰ πέντε τοῦ Ἴστρου ἐστὶ συνεχέα· ἀλλ' ὡς τὰ τοῦ Νείλου, ὑπὸ τῶν τὸ Δέλτα ποιέεται τὸ Αἰγύπτιον· ὧδέ τι καὶ τῆς Ἰνδῶν γῆς Δέλτα ποιέει ὁ Ἰνδὸς ποταμός, οὐ μεῖον τοῦ Αἰγυπτίου· καὶ τοῦτο Πάτταλα τῇ Ἰνδῶν γλώσσῃ καλέεται. Τὸ δὲ πρὸς νότου τε ἀνέμου καὶ μεσημβρίης, καὶ αὐτὴ ἡ μεγάλη θάλασσα ἀπείργει τὴν Ἰνδῶν γῆν, καὶ τὰ πρὸς ἕω αὐτὴ ἡ θάλασσα ἀπείργει. Τὰ μὲν πρὸς μεσημβρίην[7], καὶ τὰ Πάτταλά τε καὶ τοῦ Ἰνδοῦ τὰς ἐκβολάς, ὤφθη πρός τε Ἀλεξάνδρου καὶ Μακεδόνων καὶ πολλῶν Ἑλλήνων· τὰ δὲ πρὸς ἕω Ἀλέξανδρος μὲν οὐκ ἐπῆλθε, τὰ δὲ πρόσω ποταμοῦ Ὑφάσιος. Ὀλίγοι δὲ ἀνέγραψαν τὰ μέχρι ποτα-

xerunt: idem omnes, quotquot vel apud Græcos vel apud barbaros fabulosas historias scripserunt, narrarunt. Apud Assacenos est Massaca, ingens oppidum, quod Assaceni regni caput est. Alia præterea urbs Peucela, magna etiam hæc, non procul ab Indo. hæc regio extra Indum amnem habitatur occidentem versus, usque ad Cophenem fluvium.

2 Quæ vero regio ab Indo orientem versus est, eam ego Indiam appello, quique eas partes incolunt, Indi sunt. Terminatur autem India à septentrione, Tauro monte: qui quidem adhuc in eâ regione nomen hoc retinet. Incipit vero Taurus à mari circa Pamphyliam & Lyciam ac Ciliciam, tenditque perpetuo dorso ad orientalem oceanum, totam Asiam intersecans. Alibi vero aliam appellationem accipit hic mons. quibusdam enim in locis Parapamisus, aliis Emodus, aliis Emaon dicitur. fieri autem potest, ut alias atque alias appellationes habeat. Macedones vero qui cum Alexandro militarunt Caucasum eum vocarunt, diversum ab eo qui in Scythiâ est: unde fama tenuit, Alexandrum Caucasum transcendisse. Occidentalem vero Indiam Indus amnis distinguit ad oceanum usque, ubi ipse per duo ostia in eum fertur, neque ea quidem inter se propinqua, quemadmodum quinque illa Istri ostia; sed sicut ista Nili, à quibus Delta Ægyptium efficitur: hoc pacto etiam Indus amnis Indiæ Delta facit, neque id minus Ægyptio, quod quidem Indorum linguâ Pattala vocatur. Qua vero ad austrum & meridiem vergit India, oceano clauditur: orientales etiam ejus partes oceanus terminat. Ac meridialis quidem tractus, & Pattala Indique fluminis ostia ab Alexandro & Macedonibus ac multis Græcis perlustrata sunt: orientalem autem Alexander non adiit; is ultra Hyphasin amnem est. Pauci vero scripserunt de iis quæ ad Gangem

ut denuo nasceretur: duntaxat enim oporteret legi γενέσεως. Contumeliose & injuste agit Freinshemius, quum addit non ex priore partu, si ita vocandus est abortus, mons ille nomen accepit, sed ex sequenti. Quasi ullus ex omnibus vel verbum movisset priorem partum ad appellationem montis μηρὸς pertinere: quum diserte dicatur eam contigisse, postquam jam prior partus esset consummatus, & tum ei aliquid accidisse, unde nomen μηρὸς illi monti est datum. Probet Freinshemius montem illum creditum veteribus nomen accepisse potius ab exitu Bacchi ex femore, quam ex illius introitu in illud & prima, ut sic dicam, insutione. Certe enim Bacchum ab Strabone Μηροτραφῆ appellari scio, non Μηρογενῆ, quo cognomine alluditur ad primam ejus in femore occultationem, non nativitatem ex eo. Denique quum hodierni Brachmanes montem Meropurbateum celebrant, nonne in hoc vocabulo clara sunt vestigia ἐκβαίνος ἐκ πυρὸς εἰς Μηρὸν? An vero placet interpretari statim ac conceptus fuit, *vix conceptus*, ut quidem posset, si fabula pateretur. Appianus 2 Civ. 816 de M. Bruto. Καὶ γὰρ αὐτῷ καὶ παῖς ἐνομίζετο εἶναι, Σερβιλίας τῆς Κάτωνος ἀδελφῆς ἐρασθείσης τῷ Καίσαρος, ὅτε ὁ Βροῦτος ἐγίγνετο. Inepte enim transtulerunt *genitus*, quum appareat pater ex conceptu. Quidquid sit, jure videor suspectissimam novitatem exosus restituisse veterem scripturam.

5 Ἔτι μεγάλη καὶ αὐτή] Vocula prima ignoratur ab Optimo.

6 Ἰνδοῦ πρὸς ἕω] MS. Opt. ὡς ἕω.

7 Τὰ μὲν πρὸς μεσημβρίην] Non vidi exemplar MStum, in quo non legeretur μεσημβρίης. Et licet probe videam, vulgatum placuisse editoribus, quoniam quoque sequitur Πάτταλα & τὰς ἐκβολάς, tamen prorsus inducor hoc quoque adscribendum esse mirifico & propensissimo Arriani genio ad captandas omne genus variationes. Lepida autem in sequentibus occurrit interpretatio, quæ dicit orientalem tractum esse ultra Hyphasin amnem. At cur non ultra vel Indum vel Hydraoten vel Gangem? Non id dicit Arrianus, qui sic erat vertendus; *partes versus orientem non adiit Alexander, eas videlicet, quæ sunt ultra Hyphasin amnem.*

ποταμοῦ Γάγγεω, καὶ ἵνα τοῦ Γάγγεω αἱ ἐκβολαί, καὶ πόλις Παλίμβοθρα μεγίστη Ἰνδῶν πρὸς τῷ Γάγγῃ. 3 Ἐμοὶ δὲ Ἐρατοσθένης ὁ Κυρηναῖος πιστότερος ἄλλου ἔστω, ὅτι τῆς περιόδου πέρι ἔμελεν Ἐρατοσθένει. Οὗτος ἀπὸ τοῦ ὄρεος τοῦ Ταύρου, ἵνα τοῦ Ἰνδοῦ αἱ πηγαί, παρ᾽ αὐτὸν Ἰνδὸν ποταμὸν ἰόντι ἔστε ἐπὶ τὴν μεγάλην θάλασσαν, καὶ τοῦ Ἰνδοῦ τὰς ἐκβολάς, μυρίους σταδίους καὶ τρισχιλίους τὴν πλευρὴν λέγει ἐπέχειν τῆς γῆς τῆς Ἰνδῶν. Ταύτῃ δὲ ἀντίπορον πλευρὴν ποιέει τὴν ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ ὄρεος παρὰ τὴν ἑῴην θάλασσαν, οὐκέτι ταύτῃ τῇ πλευρῇ ἴσην· ἀλλὰ ἄκρην γὰρ ἀνέχειν ἐπὶ μέγα εἴσω εἰς τὸ πέλαγος, ἐς τρισχιλίους σταδίους μάλιστα ἀνατείνουσαν τὴν ἄκρην· εἴη ἂν ὦν αὐτῷ ἡ πλευρὴ τῆς Ἰνδῶν γῆς πρὸς ἕω, μυρίους καὶ ἑξακισχιλίους σταδίους ἐπέχουσα· τοῦτο μὲν αὐτῷ πλάτος τῆς Ἰνδῶν γῆς συμβαίνει. Μῆκος δὲ τὸ ἀφ᾽ ἑσπέρης ἐπὶ ἕω, ἔστε μὲν ἐπὶ πόλιν Παλίμβοθρα, μεμετρημένον σχοίνοισι λέγει ἀναγράφειν (καὶ εἶναι γὰρ ὁδὸν βασιληίην) τοῦτο ἐπέχειν ἐς μυρίους σταδίους· τὰ δὲ ἐπέκεινα οὐκέτι ὡσαύτως ἀτρεκέα. Φήμας δὲ ὅσοι ἀνέγραψαν, ξὺν τῇ ἄκρῃ τῇ ἀνεχούσῃ ἐς τὸ πέλαγος, ἐς μυρίους σταδίους μάλιστα ἐπέχειν λέγουσιν· εἶναι δὲ ἄνω τὸ μῆκος τῆς Ἰνδῶν γῆς, σταδίων μάλιστα δισμυρίων [8]. Κτησίης δὲ ὁ Κνίδιος τὴν Ἰνδῶν γῆν ἴσην τῇ ἄλλῃ Ἀσίῃ λέγει, οὐδὲν λέγων. Οὐδὲ Ὀνησίκριτος [9] τρίτην μοῖραν τῆς πάσης Ἀσίης. Νέαρχος δὲ μηνῶν τεσσάρων ὁδὸν τὴν δι᾽ αὐτοῦ τοῦ πεδίου [10] τῆς Ἰνδῶν γῆς. Μεγασθένει δέ, τὸ ἀπὸ ἀνατολέων ἐς ἑσπέρην πλάτος ἐστὶ τῆς Ἰνδῶν γῆς, ὅ, τι περ οἱ ἄλλοι μῆκος ποιέουσι· καὶ λέγει Μεγασθένης, μυρίων καὶ ἑξακισχιλίων σταδίων εἶναι, ἵνα-

gem sunt; aut ubi Gangis ostia, maximaque ad Gangem Indorum urbs Palimbothra. 3 Mihi certe Eratosthenes Cyrenæus majore fide dignus videtur, quoniam illi curæ erat de circuitu Indiæ scribere. Is à monte Tauro, ubi Indi fontes sunt, secus Indum amnem eunti ad oceanum & Indi ostia, Indiæ latus stadia XIII. M continere ait. Latus vero huic oppositum statuit ab eodem monte præter mare orientale, nequaquam huic lateri æquale: sed longo tractu promontorium ad III M stadiorum in mare protendi: ut ei æstimetur hoc Indiæ latus obtinere XVI. M stadiorum. Atque hæc quidem Indiæ latitudo illi colligitur. Longitudinem vero ab occidente in orientem usque ad urbem Palimbothra, dicit schœnis dimensum scribere. (esse enim viam regiam) eamque esse stadiorum X. M. ulteriora non amplius similiter certa esse. Quotquot vero communem opinionem in scribendo secuti sunt, cum promontorio in mare porrecto, X. M stadiorum continere dicunt: superius, esse longitudinem stadiorum XX. M. Ctesias Cnidius Indiam reliquæ Asiæ æqualem esse magnitudine affirmat: sed errat. Onesicritus vero eam tertiam partem ejusdem Asiæ esse perhibet. Nearchus quatuor mensium iter per ejusdem plana esse dicit. Megasthenes vero Indiæ spatium ab oriente in occidentem latitudinem esse vult, quam alii longitudinem faciunt. Idem Megasthenes autor est, ubi brevissimum ejus spatium est,

8 *Εἶναι δὲ ἄνω τὸ μῆκος τῆς Ἰνδῶν γῆς σταδ. μ. δισμ.*] Hæc verba nescio quemadmodum consideravit Casaubonus, dum scribit ad Strabonem pag. 145 ita [Arrianus vero ab Indo ad Palimbothra stadia numerari ait CCIↃↃ. inde ad fines Indiæ orientales ξὺν τῇ ἄκρῃ τῇ ἀνεχούσῃ ἐς τὸ πέλαγος alia CCIↃↃ. Itaque totius Indiæ longitudinem esse stadiorum XX M.] Ex quibus illa postrema verba videntur ab eo posita, ut compensent sententiam Græcarum vocum, quas posui, in quibus tamen non colligitur summa utraque præcedens; sed postquam notavit Arrianus summas Indiæ ad mare, pergit de superiore Indiæ & mediterranea latitudine, & illic sane esse XX millia stadiorum, quæ longitudinem constituant; etsi certe ea summa plane conveniat cum duobus numeris, quos separat ac dividit ad oceanum. Hanc collectionis rationem videtur Casaubonus indigne ex Facio petiisse, qui interpretatur; *Atque ita Indiæ longitudinem vicena maxime millia stadiorum esse.* Cæterum non debuit Vulcanius μεμετρημένον σχοίνοισι interpretari *funibus*, (etsi à funibus veniat origo) aut quasi Eratosthenes scripserit *se dimensum funibus*, sed & Strabo habet σχοίνοις, ubi vertunt *schœnis*. Certe enim in terris metandis σχοῖνοι adhibentur, non funes, sed σχοῖνοι γεωμέτρικοί, arvipendia in Glossis dicta, sed mensura certum stadiorum numerum designans, ut notum est. Sed Vulcanius nimium indulsit Facio, quippe quem describit.

9 *Οὐδὲ Ὀνησίκριτος*] Sane in MSStis legitur *ὁ δὲ Ὀνησ.* Unde non erat apparandum *οὐδὲν δὲ ὁ Ὀνησίκ.* ut tam multa subintelligantur aliena ab facilitate Arriani. Facius videtur legisse *οὐχ ὡς Ὀνησικρ.* *Non ut Onesicritus qui eam.* Sed scripsisse auctorem patet: *ἴσην τῇ ἄλλῃ Ἀσίῃ λέγει, οὐδὲν λέγων, οὐδὲ ὁ Ὀνησ.* ut istud *οὐδὲν λέγων* sic subintelligatur, quasi in proximo inde subaudiri posset *λέγων τι.* De Onesicriti autem sententia quidquid nuper dictum fuit, dixit ante Casaubonus in notis ad Strabonem pag. 145, quod minus decet. Mutare vero Arrianum ad nutum Casauboni nec ego sustineo, licet videri posset facillime scripsisse *τῆς πάσης ἄλλης*, sed non temere ita loquuntur, & *πάσης Ἀσίης* mox sequitur.

10 *Νέαρχος δὲ μηνῶν τεσσάρων ὁδὸν τὴν δι᾽ αὐτοῦ τοῦ πεδίου*] Quum hæc ipsa verba ex Nearcho sive alio descripserit ita Strabo, & interpres ejus reddiderit *Nearchus quatuor mensium iter per campum*, queritur Casaubonus eum non expressisse vim vocis *αὐτοῦ*, quæ videatur esse, ut si Latine dicas, etiam per campum: voluisse enim intelligi quatuor istos menses non absumi τῇ ὁδοιπορίᾳ, ut quum per montes iter est. Nescio igitur an expresserit ex ejus sententia Vulcanius *per ejusdem campum*, Facius *per Indorum plana*. Verum Nearchi sententia est quatuor mensium viam esse, quæ ducit per solum campum regionis Indorum, ut majorem esse velit isto spatio, & quidem in quantum montes illum campum finientes porriguntur ac patent. Id enim notat *αὐτοῦ*, ut lib. VII cap. dicit Alexander de Macedonia *χώρας τῆς γε οὐδὲ ὑμᾶς αὐτοὺς ἀρκοῦντας καλῶς*, quod in Latinis fœde erat similiter omissum.

Fluviorum copia & magnitudo.

ἵναπερ τὸ βραχύτατον αὐτῆς. Τὸ δὲ ἀπὸ ἄρκτου[11] πρὸς μεσημβρίην (τοῦτο δὲ αὐτῷ μῆκος γίγνεται) καὶ ἐπέχει τριηκοσίους καὶ δισχιλίους καὶ δισμυρίους, ἵναπερ τὸ στεινότατον αὐτῆς. Ποταμοὶ δὲ τοσοίδε εἰσὶν ἐν τῇ Ἰνδῶν γῇ, ὅσοι οὐδὲ ἐν τῇ πάσῃ Ἀσίῃ· μέγιστοι μὲν, ὁ Γάγγης τε καὶ ὁ Ἰνδὸς, ὅτου καὶ ἡ γῆ ἐπώνυμος· ἄμφω, τοῦ τε Νείλου τοῦ Αἰγυπτίου καὶ τοῦ Ἴστρου τοῦ Σκυθικοῦ, καὶ εἰ ἐς ταυτὸ συνέλθοι αὐτοῖσι τὸ ὕδωρ, μέζονες· δοκέειν δὲ ἔμοιγε, καὶ ὁ Ἀκεσίνης μέζων ἐστὶ τοῦ τε Ἴστρου καὶ τοῦ Νείλου, ἵναπερ παραλαβὼν ἅμα τόν τε Ὑδάσπεα καὶ τὸν Ὑδραώτεα καὶ τὸν Ὕφασιν, ἐμβάλλει ἐς τὸν Ἰνδὸν, ὡς καὶ τριάκοντα αὐτῷ στάδια τὸ πλάτος ταύτῃ εἶναι· καὶ τυχὸν, καὶ ἄλλοι πολλοὶ μέζονες ποταμοὶ ἐν τῇ Ἰνδῶν γῇ ῥέουσιν. Ἀλλὰ οὔ μοι ἀτρεκὲς, ὑπὲρ τῆς ἐπέκεινα Ὑφάσιος ποταμοῦ ἰσχυρίσασθαι, ὅτι οὐ πρόσω τοῦ Ὑφάσιος ἦλθεν Ἀλέξανδρος. Αὐτοῖν δὲ τοῖν μεγίστοιν ποταμοῖν, τοῦ τε Γάγγεω καὶ τοῦ Ἰνδοῦ, τὸν Γάγγεα μεγέθει πολύ τι ὑπερφέρειν Μεγασθένης ἀνέγραψεν, καὶ ὅσοι ἄλλοι μνήμην τοῦ Γάγγεω ἔχουσιν· αὐτόν τε γὰρ μέγαν ἀνίσχειν ἐκ τῶν πηγέων, δέχεσθαί τε ἐς αὐτὸν τόν τε Καΐναν ποταμὸν, καὶ τὸν Ἐραννοβόαν, καὶ τὸν Κοσσόανον, πάντας πλωτούς· ἔτι δὲ Σῶνόν τε ποταμὸν, καὶ Σιττόκατιν[12], καὶ Σολόματιν· καὶ τούτους πλωτούς. Ἐπὶ δὲ Κονδοχάτην τε, καὶ Σάμβον, καὶ Μάγωνα, καὶ Ἀγόρανιν, καὶ Ὤμαλιν· ἐμβάλλουσι δὲ ἐς αὐτὸν Κομμενάσης τε μέγας ποταμὸς καὶ Κάκουθις καὶ Ἀνδώματις ἐξ ἔθνεος Ἰνδικοῦ τοῦ Μανδιαδινῶν ῥέων· καὶ ἐπὶ τούτοισιν, Ἄμυστις παρὰ πόλιν Καταδούπην, καὶ Ὀξύμαγις ἐπὶ Παζάλαις καλεομένοισι, καὶ Ἐρινέσις[13] ἐν Μάθαις, ἔθνει Ἰνδικῷ, ξυμβάλλει τῷ Γάγγῃ. Τούτων λέγει Μεγασθένης οὐδένα τοῦ Μαιάνδρου[14] ἀποδέοντα, ἵναπερ ναυσιπο-

est, XVI. M stadiorum continere. A septentrione in meridiem (hæc autem illi longitudo est) distans, ubi angustissima est, XXII. M & CCC. stadiis. Flumina tot sunt in Indiâ, quot in reliquâ Asiâ: in his maximi sunt Ganges, & Indus, à quo & regio nomen accepit: uterque & Nilo Ægyptio & Istro Scythico, etiamsi in unum alveum confluerent, major est: at meâ sententiâ Acesines ipse Nilum & Istrum magnitudine superat, ubi Hydaspe, Hydraote & Hyphasi in suum alveum receptis, in Indum fertur. adeo ut ejus latitudo triginta stadia efficiat. Fortassis autem etiam alia multa majora flumina Indiam secant. Cæterum ultra Hyphasin amnem nihil explorati habeo, quod affirmare possim; neque enim ultra Hyphasin progressus est Alexander. Ex his vero duobus maximis fluviis Gange atque Indo, Megasthenes Gangem Indo longe majorem esse scribit. Idem sentiunt alii omnes qui Gangis mentionem in scriptis suis faciunt. Nam & grandem jam inde ab ipsis fontibus oriri, & alios complures fluvios, Cainam nimirum, Erannoboam, Cossoanum, Sonum, Sittocatim, & Solomatim, atque hos quidem navigabiles in se recipere. Præter hos, Condochatem, Sambum, Magonem, Agoranim, & Omalim. Feruntur etiam in eum Commenases grandis fluvius, & Cacuthis atque Andomatis ex Mandiadinis Indicâ gente fluens. ad hæc, Amystis juxta urbem Catadupam, & Oxymagis apud Pazalas, atque Erineses apud Mathas, Indiæ gentem, etiam in Gangem fluunt. Horum omnium fluviorum Megasthenes nullum Mæandro minorem qua maxime navi-

11 Τὸ δὲ ἀπὸ ἄρκτου &c.] Miror quid nuperus potuerit gloriari, quum nihil nos doceat. Nam distinctionem hanc & lectionem Vulcaniana editio posuit in margine, unde ille debuit sumsisse, & de hoc loco scribit Casaubonus ad Strabonis librum 1 pag. 46 [Quem Arriani locum ejus interpres mire perturbavit; quod ille de latitudine dicebat, de longitudine accipiens, crasso admodum errore.] Nec scio quem respiciat. Vulcanium videmus. Facius ita fuit interpretatus: *At Megasthenes Indiæ spatium, quod ab oriente in occidentem pertinet, quod alii longitudinem esse volunt, latitudinem esse dicit: atque ubi angustissimum, XVI millium stadiorum esse. A septentrione vero in meridiem, qua magis extenditur, longitudinem esse, eamque ubi brevissima* &c. Habes in his distinctionem, quam hodie vides jactabunde venditari, quasi ille sol fuerit, quum mera fuerit luna, nihilque habuerit lucis, nisi quod ab aliis foret accensum.

12 Σιττόκατιν] Opt. Σιττίκατιν. Sed & in præcedentibus τὸν Γάγγεα μεγέθει πολύ τι ὑπερφέρειν carebat voce tertia MS. Optimus.

13 Ἐρινέσις] MSS. duo Ἐρίνεσις. Opt. Ἐῤῥένεσις.

14 Οὐδένα τοῦ Μαιάνδρου] Indecenti more tractatus hic locus. Primo enim MSSti omnes, etiam ille Optimus, etiam editio Basileensis habent οὐδένα εἶναι τοῦ Μαι. Cur id verbum ejecerunt boni viri? Nimirum quod pro secundo agnosces, quia id ipsum mox sequebatur, ubi video ita Vulcanium distinxisse, ἵνα περ ναυσίπορος ὁ Μαίανδρος, εἶναι, ἐν τὸ ἴσον, quum Basileenses Μαιάνδρος εἶναι, ἐν. Quod miror sic ab eo præstitum fuisse in Græcis, quum in Latinis illud *maxime navigabilis* tam molliter sublegere potuerit ex Facio. Sed neque illa mutatio vel distinctionis vel spiritus contigit alio fine, quam ut sic in præcedente quidem hac periodo bis occurrat verbum substantivum, in sequente autem ne semel quidem; quod satis ridiculum. At vero facile notavi vitium, & nunquam aliter legi, quam hoc modo; οὐδένα εἶναι τοῦ Μαιάνδρου ἀποδέοντα, ἵναπερ ναυσίπορος ὁ Μαίανδρος. εἶναι ἐν τὸ ἴσον. Neque enim hic de latitudine fluviorum comparationem instituit, ut ferri possit illud ἐν: sed notat ab Megasthene statui nullum ex nominatis fluviis esse Mæandro minorem, ubi ille navigabilis. *Esse igitur Gangi latitudinem, ubi angustissimus est, ad centum stadiorum.* Sed ut omnibus rebus, ita huic veritati opperienda fuit sua opportunitas; ut quod prorsus admirabile ad fidem & spectationem præstantiæ pertinet Optimi codicis, ex eo solo produceretur, aliis in caligine ad falsum projectis. Nempe MStus ille habet οἰ-

ον

σπορος ὁ Μαίανδρος. Εἴη δ' ἂν τὸ εὖρος τοῦ Γάγγη, ἵνα περ αὐτὸς ἑωυτοῦ στεινότατος, ἐς ἑκατὸν σταδίους· πολλαχῇ δὲ καὶ λιμνάζειν, ὡς μὴ ἄποπτον εἶναι τὴν πέρην χώρην, ἵνα περ χθαμαλή τέ ἐστι, καὶ οὐδαμῇ γηλόφοισιν ἀνεστηκυῖα. Τῷ δὲ Ἰνδῷ ἐς ταὐτὸν ἔρχεται Ὑδραώτης μὲν ἐν Καμβισθόλοις, παρειληφὼς τόν τε Ὕφασιν ἐν Ἀστρύβαις[15], καὶ τὸν Σαράγγην ἐκ Μηκέων, καὶ τὸν Νεῦδρον ἐξ Ἀττακηνῶν, ἐς Ἀκεσίνην ἐμβάλλει. Ὑδάσπης δὲ ἐν Ὀξυδράκαις ἄγων ἅμα οἷ τὸν Σίναρον, ἐν Ἀρίσπαις ἐς τὸν Ἀκεσίνην ἐκδιδοῖ καὶ οὗτος. Ὁ δὲ Ἀκεσίνης ἐν Μαλλοῖς ξυμβάλλει τῷ Ἰνδῷ· καὶ Τούταπος δὲ μέγας ποταμὸς ἐς τὸν Ἀκεσίνην ἐκδιδοῖ. Τούτων ὁ Ἀκεσίνης ἐμπλησθεὶς, καὶ τῇ ἐπικλήσει ἐκνικήσας αὐτὸς τῷ ἑωυτοῦ ἤδη ὀνόματι ἐσβάλλει ἐς τὸν Ἰνδόν· Κωφὴν δὲ, ἐν Πευκελαΐτιδι ἅμα οἷ ἄγων Μαλάμαντόν τε[16] καὶ Σόαστον, καὶ Γαροίαν, ἐκδιδοῖ ἐς τὸν Ἰνδόν. Καθύπερθεν δὲ τουτέων, Πτάρενος[17] καὶ Σαπαρνὸς, οὐ πολὺ διέχοντες, ἐμβάλλουσιν ἐς τὸν Ἰνδόν. Σόαμος δὲ, ἐκ τῆς ὀρεινῆς τῆς Σαβίσσα ῥέων[18], ἔρημος ἄλλου ποταμοῦ, ἐκδιδοῖ ἐς αὐτόν. Καὶ τουτέων τοὺς πολλοὺς Μεγασθένης λέγει, ὅτι πλωτοί εἰσιν. Οὔκουν ἀπιστίην χρὴ ἔχειν ὑπέρ τε τοῦ Ἰνδοῦ καὶ τοῦ Γάγγεω, μηδὲ συμβλητοὺς εἶναι αὐτοῖσι τόν τε Ἴστρον καὶ τοῦ Νείλου τὸ ὕδωρ. Ἐς μέν τοι τὸν Νεῖλον οὐδένα ποταμὸν ἐκδιδόντα ἴσμεν, ἀλλ' ἀπ' αὐτοῦ διώρυχας τετμημένας κατὰ τὴν χώρην τὴν Αἰγυπτίην. Ὁ δὲ γε Ἴστρος, ὀλίγος μὲν ἀνίσχει ἀπὸ τῶν πηγέων, δέχεται δὲ πολλοὺς ποταμοὺς, ἀλλ' οὔτε πλήθει οὔτε μεγέθει[19] ἴσους τοῖς Ἰνδῶν ποταμοῖσιν, οἳ ἐς τὸν Ἰνδὸν καὶ τὸν Γάγγην ἐκδιδοῦσι· πλωτοὺς δὲ δὴ καὶ κάρτα ὀλίγους, ὧν τοὺς μὲν αὐτὸς ἰδὼν οἶδα, τὸν Ἔνον τε, καὶ τὸν Σάον. Ἔνος μὲν ἐν μεθορίῳ τῆς Νωρικῶν καὶ Ῥαιτῶν[20] γῆς μίγνυται τῷ Ἴστρῳ· ὁ δὲ Σάος, κατὰ Παίονας.

Ὁ δὲ

navigabilis Mæander est, esse asseverat. Vere autem patere Gangen, qua maxime angustus est, ad centum stadia; multis vero in locis stagnare, ita ut ulterior terra conspici non possit, quà parte humilis est, nullosque colles habet. In Indum autem illabitur Hydraotes quidem in Cambistholis: qui Hyphasin in Astrobis, Sarangem ex Meccis, Neudrum ex Attacenis in se recipiens, in Acesinem fluit. Hydaspes vero in Oxydracis Sinarum in se recipiens, in Arispis etiam in Acesinem fertur. Acesines apud Mallos cum Indo committitur: & vero Tutapus ingens fluvius in Acesinem exit. Quibus amnibus Acesines grandior factus, suumque victor nomen retinens, in Indum fertur. Cophen in Peucelaitide ducens secum Malamantum, Soastum, & Garœam amnes, & ipse Indo miscet. Vltra hos Ptarenus & Saparnus, non multum inter se distantes, in Indum fluunt. Soamus quoque ex montanis Sabissæ fluens absque alterius fluvii societate in eundem se ingerit. Horum plerosque Megasthenes navigabiles esse affirmat. Nequaquam igitur incredibile fuerit, Istrum & Nilum si conjunctis in unum alveum aquis fluant, Indo vel Gangi comparari non posse. Nam in Nilum nullum flumen illabi scimus, sed alios ex eo alveos per Ægyptum duci. Ister vero exiguus à fontibus oritur: & multos quidem fluvios in se recipit, sed neque multitudine neque magnitudine Indicis fluminibus, qui in Indum & Gangem feruntur, pares; navigabiles tamen etiam valde paucos, ex quibus ipse Enum vidi ac Saum. Atque Enus quidem in confinio Noricorum & Rhætorum Istro se immiscet: Saus autem, apud Pæonas. Locus

vero

εἴη ἂν τὸ εὖρος. Et sane nescio, an non sit eadem abundantia, quæ superius notata ad VI, 9. An vero putas abesse posse illud εἴη, & illa ἂν τὸ εὖρος esse absolute posita, ut supra quoque notavi? Sed verum quod prius posui, idque secutus sum in contextu, & εἴη ἂν dicitur, ut τυγχάνειν ἐὸν passim alii Græci. Etiam MS. Optimus ὅκως χθαμαλή.

15 Ἀστρύβαις] Opt. Ἀστρόβαις, & dein Κηκέων pro Μηκέων, ubi alii Κηκέων. Cæterum quum noster homo tam diligenter annotet, quomodo in his vocabulis habeant antiqua typis descripta exemplaria, hoc est, unica editio Basileensis: miror cur non etiam notet in iis haberi non ἐμβάλλει, sed ἐμβάλλουσι, ut sane illic legitur. Neque ego vidi ullum MS. exemplar, in quo non legeretur ἐμβάλλουσι. Sed neutrum ullo modo potest ferri. neque video quid ex MS. lectione convenientius exoriatur, nisi Arriano, etsi mutaverit constructionem, placuisse tamen sic accipere, quasi Hydraotes & Hyphasis & Saranges & Neudrus in Acesinen ἐμβάλλουσιν. Etiam Facius *intrant*.

16 Μαλάμαντόν τε] Opt. Μαλαντόν τε. & paulo ante κηίτας, non ικηνείτας, & Πευκελαΐτιδι. Sed & mox Γαρβίας.

17 Πτάρενος] Opt. Πάρενος, & mox idem Σάανος.

18 Ἐκ τῆς ὀρεινῆς τῆς Σαβίσσα ῥέων] Quæ his subjecit nuperus, furatus est omnia ab Salmasio ad Solinum pag. 1174. Sed Facius hic verterat *ex montanis Sabissareorum*. Neque hic illud ῥέων magis desideratur, quam in tot præcedentibus, ubi omittitur. Immo quod apud me momenti gravioris, habet MS. Optimus ἐκ τῆς ὀρεινῆς τῆς Βησσαρέων.

19 Οὔτε πλήθει οὔτε μεγέθει] Qui sint isti libri scripti, qui magno consensu ita legunt, sane nescio. In omnibus enim Florentinis, etiam Optimo, duo postrema verba aberant. Et absint sane. Tantummodo enim nunc agit de numero & multitudine fluviorum Istro se miscentium: unde & postea ait ἄλλοι δὲ πολλοὶ ποιεῦσι, ubi non addit quoque καὶ μεγάλους.

20 Καὶ Ῥατῶν] Quod mirum, sic habent tres editiones omnes, atque etiam universus MSStorum grex. Unicus ille Optimus Ῥαιτῶν verissime; sed & mox videtur scribendum κατὰ Παίονας, quos sane intelligit, etsi has appellationes sæpe misceri videamus & quisque noverit.

Ὁ δὲ χῶρος, ἵνα περ συμβάλλουσιν οἱ ποταμοὶ, Ταυροῦνος καλέεται. Ὅστις δὲ καὶ ἄλλον οἶδε ναυσίπορον τῶν ἐς τὸν Ἴστρον ἐκδιδόντων, ἀλλὰ οὐ πολλούς που οἶδε. Τὸ δὲ αἴτιον ὅστις ἐθέλει φράζειν τοῦ πλήθεός τε καὶ μεγέθεος τῶν Ἰνδῶν ποταμῶν, φραζέτω· ἐμοὶ δὲ καὶ ταῦτα ὡς ἀκοὴ ἀναγεγράφθω. Ἐπεὶ καὶ ἄλλων πολλῶν [21] ποταμῶν ὀνόματα Μεγασθένης ἀνέγραψεν, οἳ ἔξω τοῦ Γάγγεώ τε καὶ τοῦ Ἰνδοῦ ἐκδιδοῦσιν ἐς τὸν ἑῷόν τε καὶ μεσημβρινὸν τὸν ἔξω πόντον· ὥστε τοὺς πάντας ὀκτὼ καὶ πεντήκοντα λέγει ὅτι εἰσὶν Ἰνδοὶ ποταμοὶ ναυσίποροι πάντες. Ἀλλ' οὐδὲ Μεγασθένης πολλὴν δοκέει μοι ἐπελθεῖν τῆς Ἰνδῶν χώρης, πλήν γε ὅτι πλεῦνα ἢ οἱ ξὺν Ἀλεξάνδρῳ τῷ Φιλίππου ἐπελθόντες. Ξυγγενέσθαι γὰρ Σανδρακότῳ [22] λέγει, τῷ μεγίστῳ βασιλεῖ τῶν Ἰνδῶν· καὶ Πώρῳ, ἔτι τούτου μέζονι. Οὗτος ὦν ὁ Μεγασθένης λέγει, οὔτε Ἰνδοὺς ἐπιστρατεῦσαι οὐδαμοῖσιν ἀνθρώποισιν, οὔτε Ἰνδοῖσιν ἄλλους ἀνθρώπους· ἀλλὰ Σέσωστριν μὲν τὸν Αἰγύπτιον, τῆς Ἀσίας καταστρεψάμενον τὴν πολλὴν, ἔστε ἐπὶ τὴν Εὐρώπην σὺν στρατιῇ ἐλάσαντα, ὀπίσω ἀπονοστῆσαι· Ἰνδάθυρσιν [23] δὲ τὸν Σκύθεα ἐκ Σκυθίης ὁρμηθέντα, πολλὰ μὲν τῆς Ἀσίης ἔθνεα καταστρέψασθαι, ἐπελθεῖν δὲ καὶ τὴν Αἰγυπτίων γῆν κρατέοντα· Σεμίραμιν δὲ τὴν Ἀσσυρίην ἐπιχειρέειν μὲν στέλλεσθαι εἰς Ἰνδοὺς, ἀποθανεῖν δὲ πρὶν τέλος ἐπιθεῖναι τοῖσι βουλεύμασιν· ἀλλὰ Ἀλέξανδρον γὰρ στρατεῦσαι ἐπὶ Ἰνδοὺς μοῦνον. Καὶ πρὸ Ἀλεξάνδρου, Διονύσου πέρι πολλὸς λόγος κατέχει, ὡς καὶ τούτου στρατεύσαντος ἐς Ἰνδοὺς, καὶ καταστρεψαμένου Ἰνδούς· Ἡρακλέους δὲ πέρι, οὐ πολλός. Διονύσου μέν γε καὶ Νῦσα πόλις μνῆμα οὐ φαῦλον τῆς στρατηλασίης, καὶ ὁ Μηρὸς τὸ ὄρος, καὶ ὁ κισσὸς ὅτι ἐν τῷ ὄρει τούτῳ φύεται· καὶ αὐτοὶ οἱ Ἰνδοὶ ὑπὸ τυμπάνων τε καὶ κυμβάλων στελλόμε-

vero is ubi hæc duo flumina inter se committuntur, Taurunus vocatur. Siquis alium præterea fluvium navigabilem fluentem in Istrum norit, at non multos eos esse novit. Quisquis autem causam multitudinis & magnitudinis horum Indiæ fluminum explicare velit, per me hoc illi integrum sit: mihi vero satis fuerit quæ de his accepi, conscripsisse. Nanque & aliorum complurium fluminum nomina Megasthenes commemorat, quæ extra Gangem atque Indum feruntur in orientale & meridiale externum mare; ita ut LVIII in universum sint Indiæ fluvii, omnes navigabiles. Sed nec ipse Megasthenes mihi videtur multum Indiæ peragrasse: plus tamen certe quam qui cum Alexandro Philippi F. militarunt. Sandracotæ enim se adfuisse scribit, maximo Indorum regi; & Poro, qui vel Sandracota potentior fuit. Scribit itaque hic Megasthenes, neque Indos cum ullis hominibus bellum gessisse, neque ullos Indis bellum intulisse. Cæterum Sesostrim Ægyptium, magnâ Asiæ parte subactâ, quum in Europam usque cum exercitu processisset, retrocessisse, pedemque retulisse, Indathyrsim autem Scytham è Scythiâ profectum, multas Asiæ gentes debellasse: Ægyptum etiam victorem adiisse: ac Semiramidem quidem Assyriam tentasse exercitum in Indos ducere, sed mortem ejus consilia conatusque fregisse. Solum vero Alexandrum in Indos expeditionem fecisse. Atqui ante Alexandrum fama tenet Liberum etiam Indos subegisse: de Hercule, infirmior fama est. At vero expeditionis à Libero factæ non leve documentum est Nyssa urbs & Meros mons, quodque hedera in hoc monte nascatur: quod præterea Indi ipsi tympana ac cymbala pulsantes pugnas

21 Καὶ ἄλλων πολλῶν.] Vox postrema non est in MS. Optimo, ac deinde idem cum duobus aliis λέγει.

22 Σανδρακότῳ] Opt. Σανδροκόττῳ. Videtur Sandrocottas ut Sisicottus; terminatio enim plerumque à Græcis fingitur. MSSti alii Σανδρακόττῳ.

23 Ἰνδάθυρσιν] Etiam ipse in duobus inveni Ἰνδάθυρσιν, in uno, ut ediderunt Basileenses Ἰνδὰ. Θύρσιν δὲ. Ergo scribit noster tolerari posse, si scribatur Ἰνδάθυρσιν. Et quare sane? An non tolerari potest Ἰνδάθυρσιν, si & Richeliani & Gandenses codices illud confirment? Certe quum nullam varietatem ex MS. Optimo in hac voce notaverim, unius illius auctoritas gravior mihi videtur, quam si mille editores Herodoti in *Musa quarta* aliquoties cum aliter vocent. Est autem hoc nomen in variis auctoribus valde controversum. Hic audimus Ἰνδάθυρσιν, sed quia nimia primarum syllabarum repetitio hic frequens est, opinor ex eo vocabulo nihil statui firmum posse, & potius inhærere vitium. Justino Tanaus dicitur initio libri I. ubi Is. Vossius, quum præmisisset se affirmare non posse quem Justinus sic vocet, decurrit ad Targitaum in Herodoto primum Scytharum regem, & forte eundem esse dicit. Sed unica mihi ad veram Justini manum instaurandam & hanc Scythicam appellationem videntur esse scrinia Photii, testantis Arrianum in *Parthicis* prodidisse Πάρθυας ἐπὶ Σεσώστριδος τοῦ Αἰγυπτίων βασιλέως καὶ Ἰανδύσου τοῦ Σκυθῶν in Asiam migrasse. Ἰάνδυσος vocatur Arriano, haud dubie terminatione ad Græcam dialectum ficta, & ideo syllaba ος adjecta, quum verum vocabulum fuerit *Iandus* vel *Iandys*. Id considera, erudite lector, quam prope ad Justini calamum veniat, qui etiam plane scripsit, ut opinor, *& Scythiæ rex Iandus*. Agnoscis vocem nulla vel syllaba vel litera auctiorem, easdem quoque literarum formas. Quæ sanctissimæ Photii & Justini reliquiæ quum sic consentiant conspirentque; quid gravamur reliquos etiam auctores sic scripsisse opinari? Utique non alienatus fuit ab sese Arrianus, diligentissimus auctor; & si postremam syllabam adspiciamus ut accessionem proprietatis Græcæ, ex residuis illis τ' ἰνδάθυρσ quam facilis transitus paratur ad Ἰάνδυν vel Ἰάνδυον, ut hic quoque videatur scripsisse Ἰάνδυσον. Nonne novimus sic ex παῖς factum παράδεισος? nonne sic vocem Μεγάβυζος explicuit præclarus ille Herbelotus?

λόμενοι ἐς τὰς μάχας· καὶ ἐσθῆτι αὐτοῖσι κατάστικτοι ἔασι, κατάπερ τοῦ Διονύσου τοῖσι βάκχοισιν. Ἡρακλέους δὲ οὐ πολλὰ ὑπομνήματα. Ἀλλὰ τὴν Ἄορνον γὰρ πέτρην, ἥντινα Ἀλέξανδρος βίῃ ἐχειρώσατο, ὅτι Ἡρακλέης οὐ δυνατὸς ἐγένετο ἐξελεῖν, Μακεδονικὸν δοκέει μοι τὸ κόμπασμα, κατάπερ ὦν[24] καὶ τὸν Παραπάμισον, Καύκασον ἐκάλεον Μακεδόνες, οὐδέν τι προσήκοντα τοῦτον τῷ Καυκάσῳ. Καί τι καὶ ἄντρον ἐπιφρασθέντες ἐν Παραπαμισάδῃσι, τοῦτο ἔφασαν ἐκεῖνο εἶναι τοῦ Προμηθέως τοῦ Τιτῆνος τὸ ἄντρον, ἐν ὅτῳ ἐκρέματο ἐπὶ τῇ κλοπῇ τοῦ πυρός. Καὶ δὴ καὶ ἐν Σίβαισιν, Ἰνδικῷ γένει, ὅτι δορὰς ἀμπεχομένους εἶδον τοὺς Σίβας, ἀπὸ τῆς Ἡρακλέους στρατηλασίης ἔφασκον τοὺς ὑπολειφθέντας εἶναι τοὺς Σίβας· καὶ γὰρ καὶ σκυτάλην φορέουσί[25] τε οἱ Σίβαι, καὶ τῇσι βουσὶν αὐτῶν ῥόπαλον ἐπικέκαυται· καὶ τοῦτο ἐς μνήμην ἀνέφερον τοῦ ῥοπάλου τοῦ Ἡρακλέους. Εἰ δέ τῳ πιστὰ ταῦτα, ἄλλος ἂν οὗτος Ἡρακλέης εἴη, οὐχ ὁ Θηβαῖος, ἢ ὁ Τύριος οὗτος, ἢ ὁ Αἰγύπτιος, ἤ τις καὶ κατὰ ἄνω χώρην οὐ πόρρω τῆς Ἰνδῶν γῆς ᾠκισμένην μέγας βασιλεύς.

6 Ταῦτα μέν μοι ἐκβολὴ ἔστω τοῦ λόγου, ἐς τὸ μὴ πιστὰ φαίνεσθαι, ὅσα ὑπὲρ τῶν ἐπέκεινα τοῦ Ὑφάσιος ποταμοῦ Ἰνδῶν μετεξέτεροι ἀνέγραψαν· ἔστε γὰρ ἐπὶ τὸν Ὕφασιν, οἱ τῆς Ἀλεξάνδρου στρατηλασίης μετασχόντες, οὐ πάντη ἄπιστοι εἰσίν. Ἐπεὶ καὶ τόδε λέγει Μεγασθένης ὑπὲρ ποταμοῦ Ἰνδικοῦ, Σίλαν μὲν εἶναί οἱ οὔνομα, ῥέειν δὲ ἀπὸ κρήνης ἐπωνύμου τοῦ ποταμοῦ[26] διὰ τῆς χώρης τῆς Σιλέων, καὶ τούτων ἐπωνύμων τοῦ ποταμοῦ τε καὶ τῆς κρήνης· τὸ δὲ ὕδωρ παρέχεσθαι τοιόνδε· οὐδὲν εἶναι ὅτῳ ἀντέχει τὸ ὕδωρ, οὔτε τι νήχεσθαι ἐπ' αὐτοῦ, οὔτε τι ἐπιπλεῖν, ἀλλὰ πάντα γὰρ ἐς βυσσὸν[27] δύνειν· οὕτω τοι ἀμενηνότερον πάντων εἶναι τὸ ὕδωρ ἐκεῖνο καὶ ἠεροειδέστερον. Ὕεται δὲ ἡ Ἰνδῶν γῆ τὸ θέρος, μάλιστα μὲν τὰ ὄρεα Παραπάμισός τε καὶ ὁ Ἠμωδὸς, καὶ τὸ Ἰμαϊκὸν ὄρος, καὶ ἀπὸ τούτων μεγάλοι καὶ θολεροὶ οἱ ποταμοὶ ῥέουσιν. Ὕεται δὲ τοῦ θέρεος καὶ τὰ πεδία τῶν Ἰνδῶν, ὥστε λιμνάζειν τὰ πολλὰ αὐτέων· καὶ ἔφυγεν ἡ Ἀλεξάνδρου στρατιὴ ἀπὸ τοῦ Ἀκεσίνου ποταμοῦ μέσου θέρεος, ὑπερβαλόντος τοῦ ὕδατος εἰς τὰ πεδία· ὥστε ἀπὸ τῶνδε ἔξεστι τεκμηριοῦσθαι καὶ τοῦ Νείλου τὸ πάθημα τοῦτο, ὅτι ἐοικὸς εἶναι ὕεσθαι τὰ Αἰθιόπων ὄρεα τοῦ θέρεος, καὶ ἀπ' ἐκείνων ἐμπιπλάμενον τὸν Νεῖλον ὑπερβάλλειν ὑπὲρ τὰς ὄχθας ἐς τὴν γῆν τὴν Αἰγυπτίην, θολε-

gnas adeunt, itemque veste distinctâ maculis, Libero patri bacchantium more, utantur. Herculis autem non multa monimenta extant. Cæterum quod Aornon petram, quam Alexander vi cepit, Hercules expugnare non potuerit, Macedonica quædam jactantia mihi videtur: quemadmodum & Parapamisum montem Caucasum vocarunt Macedones, quum nihil cum Caucaso commune habeat. Antrum quoque illud quod apud Parapamisadas esse acceperant, Promethei Titanis esse dixerunt, in quo ille ob ignem furto sublatum in crucem actus fuerat. Apud Sibas quoque, Indicam gentem, quod eos pellibus amictos conspexerant, ab Herculis expeditione relictos esse Sibas differebant. Siquidem & clavam gestant Sibæ, & bubus clavæ notam inurunt: atque hoc ad memoriam clavæ Herculis retulerunt. Si cui vero hæc credibilia videntur, alius certe hic Hercules fuerit quam aut Thebanus, aut Tyrius, aut Ægyptius, aut aliquis ex superiori regione non procul ab Indis habitatâ magnus rex. Atque hæc quidem per excessum hujus historiæ dicta sint, ne omnino credibilia videantur, quæ de iis qui ultra Hyphasin degunt nonnulli conscripserunt: nam ad Hyphasin amnem usque non sunt prorsus indigni fide qui expeditioni Alexandri interfuerunt. Siquidem etiam hoc Megasthenes de flumine quodam Indico, cui Silas nomen est, commemorat: fluere ex fonte ejusdem cum flumine nominis per regionem Silorum, qui etiam eandem, quam fons & fluvius, appellationem acceperunt. Ejus aquam ejuscemodi esse, ut nihil omnino sustinere possit, neque quicquam ei innatare, neque supernavigare, sed omnino in fundum demergi. ita reliquis omnibus hanc aquam magis evanidam atque aeream esse. Porro India per æstatem pluviâ madet: præcipue vero Parapamisus, & Emodus, atque Himacus mons, & ab his magni ac turbulenti amnes fluunt. Perfunduntur etiam pluviâ æstate campi Indiæ, ita ut plerique stagnent, fugitque aliquando Alexandri exercitus ab Acesine fluvio, quum mediâ æstate ejus aqua campos obrueret. Ex quibus licet similem Nili naturam colligere, quod verisimile sit Æthiopum montes æstate complui, atque iis pluviis impletum Nilum limosumque factum superatis ripis Ægyptum inundare:

24 Κατάπερ ὦν] Reliqui MSSti κατάπερ ὦν. Sed Optimus simpliciter κατάπερ. Nunc tamen MS. Opt. ἐς [illegible], & pro voce [illegible] mox [illegible] melius, & jam patet nugari nuperum: unde nec suspensam ulterius jactari scripturam Arriani patior, restituto contextu.

25 Σκυτάλην φορέουσι] Optimus φέρουσι.

26 Ἐπωνύμου τοῦ ποταμοῦ] MS. Opt. τῷ ποταμῷ.

27 Ἐς βυσσὸν] Cap. 30 dicit τῷ πέτρῳ ἐς βυθὸν δύνει.

καὶ τοῦ θείου ἐπιμελέστατος· ἡδονῶν δὲ τῶν μὲν[41] τοῦ σώματος ἐγκρατέστατος, τῶν δὲ τῆς γνώμης, ἐπαίνου μόνου ἀπληστότατος· ξυνιδεῖν δὲ τὸ δέον ἔτι ἐν τῷ ἀφανεῖ ὂν δεινότατος, καὶ ἐκ τῶν φαινομένων τὸ εἰκὸς ξυμβαλεῖν ἐπιτυχέστατος, καὶ τάξαι στρατιὰν καὶ ὁπλίσαι τε καὶ κοσμῆσαι δαημονέστατος· καὶ τὸν θυμὸν τοῖς στρατιώταις ἐπᾶραι, καὶ ἐλπίδων ἀγαθῶν ἐμπλῆσαι, καὶ τὸ δεῖμα ἐν τοῖς κινδύνοις τῷ ἀδεεῖ τῷ αὐτοῦ ἀφανίσαι, ξύμπαντα ταῦτα γενναιότατος. Καὶ οὖν καὶ ὅσα ἐν τῷ ἀφανεῖ πρᾶξαι, ξὺν μεγίστῳ θάρσει ἔπραξεν· ὅσα τε φθάσας ὑφαρπάσαι τῶν πολεμίων, πρὶν καὶ δεῖσαί τινα αὐτὰ ὡς ἐσόμενα, προλαβεῖν δεινότατος· καὶ τὰ μὲν ξυντεθέντα ἢ ὁμολογηθέντα φυλάξαι βεβαιότατος· πρὸς δὲ τῶν ἐξαπατώντων μὴ ἁλῶναι ἀσφαλέστατος· χρημάτων δὲ ἐς μὲν ἡδονὰς τὰς αὐτοῦ, φειδωλότατος· ἐς δὲ εὐποιίαν τῶν πέλας, ἀφθονώτατος. 29 Εἰ δέ τι ἐπλημμελήθη Ἀλεξάνδρῳ δι' ὀξύτητα, ἢ ὑπ' ὀργῆς, ἢ εἴ τι ἐς τὸ ὑπερογκότερον προήχθη βαρβαρίσαι, οὐ μεγάλα τίθεμαι ἔγωγε, εἰ τὴν νεότητά τέ τις τὴν Ἀλεξάνδρου μὴ ἀνεπιεικῶς ἐνθυμηθείη, καὶ τὸ διηνεκὲς τῆς εὐτυχίας, καὶ τοὺς πρὸς ἡδονὴν οὐκ ἐπὶ τῷ βελτίστῳ τοῖς βασιλεῦσι ξυνόντας τε καὶ ἐπὶ κακῷ ξυνεσομένους, ἀλλὰ μεταγνῶναί γε ἐφ' οἷς ἐπλημμέλησε, μόνῳ οἶδα τῶν πάλαι βασιλέων Ἀλεξάνδρῳ ὑπάρξαι ὑπὸ γενναιότητος. Οἱ δὲ πολλοί, εἰ καί τι ἔγνωσαν πλημμελήσαντες, οἱ δὲ τῷ προσηγορεῖν[42] αὐτοῦ ὡς καλῶς δὴ πραχθέντος, ἐπικρύψειν οἴονται τὴν ἁμαρτίαν, κακῶς γιγνώσκοντες. Μόνη γὰρ ἔμοιγε δοκεῖ ἴασις ἁμαρτίας, ὁμολογεῖν τε ἁμαρτόντα[43], καὶ δῆλον εἶναι ἐπ' αὐτῷ μεταγινώσκοντα· ὡς τοῖς παθοῦσί τι ἄχαρι οὐ πάντῃ χαλεπὰ τὰ παθήματα φαινόμενα, εἰ ὁ δράσας

observantissimus: circa corporis voluptates moderatissimus: circa eas quæ ad animum pertinent, solâ laude inexplebilis, summâ consilii dexteritate quid in rebus obscuris facto esset opus cernebat: & ex verisimilibus felicissime eventus rerum conjectabat: ordinandi exercitus, armandi, gubernandique peritissimus; idem ad militum animos excitandos & bonâ spe replendos, & metum periculorum privatæ constantiæ exemplo profligandum, eximius. Res dubias summâ audaciâ aggrediebatur: ad anticipandos hostes eosque corripiendos, priusquam quod eventurum erat timerent, solertissimus, promissi pactique religiosissimus observator: neve aliorum fraudibus caperetur, instructissimus: pecunias in privatas voluptates parcissime convertebat: in amicos summâ cum liberalitate erogabat. 29 Siquid vero ab Alexandro iræ vehementiâ rapiditateque commissum est, aut si insolentius barbarorum fastum imitatus est, equidem non tanti faciendum censuerim, siquis juvenilem Alexandri ætatem non inique æstimet, si perpetuum felicitatis cursum, si assentatores, qui voluptatis causâ cum regibus magno eorum malo versantur, animadvertat. Cæterum delicti pœnitentiâ duci, id ego soli ipsi inter veteres reges tanquam eximium ac genuinum quiddam adscribo. Plerique enim, tametsi alicujus delicti conscii sibi sint, tuentes id ut recte factum obtegere se culpam suam putant: inique statuentes. Unicam enim peccati medicinam esse censeo, peccati agnitionem & confessionem, manifestumque pœnitentiæ documentum edere. Nam qui injuriam accepit, non ita graviter læsum sese judicat,

41 Ἡδονῶν δὲ τῶν μὲν] Opt. ἡδονῶν μὲν, τῶν μεν. Itaque vides præclarum specimen in geminanda particula ista μὲν, quod quum alii tolerare non potuerint, sic repeti tam suaviter particulam μὲν placuit inconsulte ac violente mutari. Id vero promiseram 1, 13 in fine.

42 Τῷ προσηγορεῖν] Hic est alter locus, quem promisi ex hoc libro in notis ad 11, 12, ubi quum olim his verbis præmissa fuerunt οἱ δὲ, ut patet ex editione Basileensi & omnibus MSS. Vulcanii editio tamen inique illas voces delevit, quas ideo restitui.

43 Ὁμολογεῖν τε ἁμαρτάνοντα] Optimus & alii ἁμαρτόντα. Ut innuat contrahi vocem debere, merito sane; nam si ita concisa fuisset lecta in editionibus, non deduxisset grandem interpretem Juliani Cæsarum pag. 476 ut delitaret ad ἁμαρτήματα. Quomodo autem ἴασιν ἁμαρτίας hoc loco dicat auctor, exponit in sequentibus, nimirum respectu aliorum, ut alii credant eum non ultra teneri isto vitio & morbo, & sine suspicione ac metu similis atrocitatis cum illo possint vivere, & contra sperare non admissurum posthac pares errores. Talis quædam sanatio affertur peccato per pœnitentiam, quum tamen ipse nequaquam excusetur aut liberetur vel infamiâ vel culpâ, quippe ἐπλημμελήθη, quod infectum fieri nequit, ut ante dixit auctor, manet συμφορὰ, manet πάθημα, ut alibi vocavit. Hoc illi inustum est, etsi de eo ex rerum variarum occasione alius aliter judicare possit, & sive μεγάλα τίθεσθαι τὰ πλημμελήματα, sive ad minora redigere existimando; ut mihi nequaquam placeat scribere *c'est aussi par où Arrian pretend d'excuser le meurtre de Clitus, s'il y a quelque chose qui l'excuse, c'est son soudain repentir. C'est par où ce même Historien excuse ailleurs les emportemens d'Alexandre.* Profecto licet pœnituerit Alexandrum, non desinit Arrianus scribere in Clito eum ostendisse se ἠλῶσθαι δυοῖν κακοῖν ὀργῇ τε καὶ παροινίᾳ, nec ulla excusatione removet eum ab cædis temerariæ reatu. Quod vero ad pœnitentiam attinet, eatenus bis scribit libro IV Arrianus se ἐπαινεῖν Ἀλέξανδρον, quum tamen prior vituperii causa non aboleatur, unde hæc ἴασις non consistit nisi in molliendo dedecore, ut in Nerone appellat Tacitus ex codice Mediceo, & ut Appianus scribit libro IV Ἐμφυλ. ἀντίχαρμα ἀτυχήματι ἰώμενος, non ut tanquam medicina tollat penitus morbum, qui antea occupaverat, nec sicut ille desinit esse ægrotus, ita hic nominari cessat homicida & sævus, licet exprobratio exolescat. Quin immo videtur auctor per hanc ἴασιν alludere ad factum Alexandri & verba sua de Musicano veluteum negligente, sed quem mox, quum irrumperet Alexander, pœnituit, dicente Arriano ὁμολογῶν ἀδικεῖν, ὅπερ μέγιστον παρ' Ἀλεξάνδρῳ ὂν ἐς τὸ τυχεῖν ἄν τις δέοιτο.

σας αὐτὰ ξυγχωροίη ὅτι οὐ καλὰ ἔδρασεν· αὐτῷ τέ τινι ἐς τὸ μέλλον ταύτην ἐλπίδα ἀγαθὴν ὑπολειπομένην, μή ποτε ἂν παραπλήσιόν τι ἁμαρτεῖν, εἰ τοῖς πρόσθεν πλημμεληθεῖσιν ἀχθόμενος φαίνοιτο. Ὅτι δὲ εἰς θεὸν τὴν γένεσιν τὴν αὐτοῦ ἀνέφερεν, οὐδὲ τοῦτο ἐμοὶ δοκεῖ εἶναι μέγα [44] αὐτῷ τὸ πλημμέλημα, εἰ μὴ καὶ σόφισμα ἦν τυχὸν ἐς τοὺς ὑπηκόους τοῦ σεμνοῦ ἕνεκα. Οὔκουν δοκεῖ ἔμοιγε ἢ Μίνω γενέσθαι βασιλεὺς ἀφανέστερος, ἢ Αἰακοῦ, ἢ Ῥαδαμάνθυος· οἷς δὴ ἐς Δία ἀνενεχθεῖσα ἡ γένεσις πρὸς τῶν πάλαι ἀνθρώπων, οὐδεμιᾷ αὐτῶν ὕβρει προστίθεται· οὐδὲ Θησέως [45] τοῦ Ποσειδῶνος, οὐδὲ Ἴωνος τοῦ Ἀπόλλωνος. Ὡς ἔμοιγε καὶ ἡ Περσικὴ σκευὴ σόφισμα εἶναι δοκεῖ, πρός τε τοὺς βαρβάρους, ὡς μὴ πάντῃ ἀλλότριον αὐτῶν φαίνεσθαι τὸν βασιλέα· καὶ πρὸς τοὺς Μακεδόνας, ὡς ἀποστροφήν τινα εἶναι αὐτῷ ἀπὸ τῆς ὀξύτητός τε καὶ ὕβρεως τῆς Μακεδονικῆς. Ἐφ' ὅτῳ δὴ καὶ ἐγκαταμῖξαι μοι δοκεῖ ταῖς τάξεσιν αὐτῶν τοὺς Πέρσας τοὺς μηλοφόρους, καὶ τοῖς ἀγήμασι τοὺς ὁμοτίμους· καὶ οἱ πότοι δὲ, ὡς λέγει Ἀριστόβουλος, οὐ τοῦ οἴνου ἕνεκα μακροὶ αὐτῷ ἐγίγνοντο (οὐ γὰρ πίνειν πολὺν οἶνον Ἀλέξανδρον) ἀλλὰ φιλοφροσύνης τῆς εἰς τοὺς ἑταίρους. Ὅστις δὲ κακίζει Ἀλέξανδρον, μὴ μόνον ὅσα ἄξια κακίζεσθαί ἐστι προσφερόμενος, κακιζέτω, ἀλλὰ ξύμπαντα τὰ Ἀλεξάνδρου εἰς ἓν χωρίον ξυναγαγὼν, οὕτω δὴ ἐκλογιζέσθω, ὅστις τε ὢν αὐτὸς [46], καὶ ὁποίᾳ τύχῃ κεχρημένος, ὅντινα γενόμενον ἐκεῖνον καὶ ἐς ὅσον εὐτυχίας τῆς ἀνθρωπίνης ἐλθόντα, βασιλέα τε ἀμφοῖν τοῖν ἠπείροιν ἀμφιλογώτατα γενόμενον, καὶ ἐπὶ πᾶν ἐξικόμενον τῷ αὐτοῦ ὀνόματι κακίζει· σμικρότερός γε ὢν αὐτὸς [47], καὶ ἐπὶ σμικροῖς πονούμενος, καὶ οὐδὲ ταῦτα ἐν κόσμῳ τιθέμενος. Ὡς ἔγωγε δοκῶ ὅτι οὔτε τι ἔθνος ἀνθρώπων, οὔτε τις πόλις ἐν τῷ τότε ἦν, οὔτε εἷς ἄνθρωπος, εἰς ὃν οὐ πεφοιτήκει τὸ Ἀλεξάνδρου ὄνομα. Οὔκουν οὐδ' ἐμοὶ ἔξω τοῦ θείου φῦναι ἂν δοκεῖ ἀνὴρ, οὐδενὶ ἄλλῳ ἀνθρώπων ἐοικώς· καὶ ταῦτα χρησμοί τε ἐπισημῆναι ἐπὶ τῇ τελευτῇ τῇ Ἀλεξάνδρου λέγονται, καὶ φάσματα ἄλλα ἄλλοις γενόμενα, καὶ ἐνύπνια φανέντα ἄλλα ἄλλοις· καὶ ἡ ἐς τοῦτο ἐξ ἀνθρώπων τιμή τε αὐτοῦ καὶ μνήμη οὐκ ἀνθρωπίνη οὖσα· καὶ νῦν

si is qui læsit perperam sese fecisse fateatur: & bona alicui spes fit, se non amplius injuriâ affectum iri, si eum qui affecit pœnitentiam facti sui præ se ferre appareat. Quod vero ad deum generis sui originem referebat, ne hoc quidem atrox delictum fuisse censuerim: quippe qui nihil aliud fortassis sibi propositum habuerit, quam ut eo commento majorem autoritatem apud subjectos sibi conciliaret. Neque vero mihi videtur Alexander fuisse Minoe aut Æaco aut Rhadamantho minus clarus, quorum genus ad Jovem à veteribus relatum, nullo ipsis vitio versum fuit: sed neque Theseo Neptuni, nec Ione Apollinis filio inferior. Verum & Persicus habitus arte quadam mihi à rege assumtus videtur, ne in universum alienus ab eis rex esse videretur: utque refugium quoddam adversus Macedonum insolentiam contumeliamque haberet. Quâ etiam de causâ eum Macedonum ordinibus Persas melophoros immiscuisse arbitror, & agematibus, qui pari cum eis honore essent, accensuisse. Longas etiam potationes, ut ait Aristobulus, non vini causâ amabat (neque enim multum vini potabat) sed ut benevolentiam cum amicis foveret. Quapropter quisquis Alexandrum incusat ac vituperat, is non ea solum quæ vituperatione digna sunt proferens vituperet, sed omnia ejus facta in unum cumulum congerens, ita demum secum reputet, quis ipse & quali fortuna usus, ad cujus ac quanti principis accusationem accedat, qui ad tantum humanæ felicitatis fastigium evasit, ut utriusque continentis rex citra ullam controversiam fuerit, nomenque suum per universum terrarum orbem propagarit: cogitetque iste quisquis est accusator, quam exilis ipse sit, quamque in exilibus parvique momenti rebus laboret, ac ne illas quidem ipsas decorè conficiat. Ita enim sentio, nullam ea tempestate gentem, nullam urbem, nullum denique hominem fuisse, ad quem non Alexandri nomen pervenerit. Quocirca non absque numine ejuscemodi hominem terris datum existimaverim, cui nemo omnium mortalium par fuit; quod quidem etiam oracula in Alexandri morte testata sunt, diversaque aliis atque aliis hominibus spectra & insomnia oblata, & continuata in hunc usque diem inter homines memoria & gloria, major quam quæ in hominem cadat, tum

44 Οὐδὲ τοῦτο ἐμοὶ δοκεῖ εἶναι μέγα] Vulcanius notat ex Augustano μέγα εἶναι. Sed Optimus codex ignorat verbum substantivum.

45 Οὐδὲ Θησέως] *Quemadmodum nec Thesei ortus ad Neptunum, neque Ionis ad Apollinem relatus.* Hæc futilia, sed apparet petita ex Facio: *nec vero Theseus aut Apollo carpitur, quod ille sibi Neptunum patrem, hic Jovem finxerit.* Leopardus vero: *neque quam vel Theseus Neptuni filius, vel Ion Apollinis filius*, scil. minus clarus. Hæc vera sententia. Quin etiam recte tandem Arriani mentem percepit Vulcanius, cujus hæc ultima est mutatio, quam supposui.

46 Ὅστις τε ὢν αὐτὸς] Opt. τίς τε ὢν αὐτός. Statim in sequentibus his ἐς ὅσον εὐτυχίας τῆς ἀνθρωπίνης ἐλθόντα, primam particulam non habet Opt.

47 Σμικρότερός γε ὢν αὐτὸς] Vox ultima abest ab Optimo.

νῦν διὰ τοσούτου ἄλλοι χρησμοὶ ἐπὶ τῇ τιμῇ αὐτοῦ τῷ ἔθνει τῷ Μακεδόνων χρησθέντες· ἐπεὶ καὶ αὐτὸς ἐμεμψάμην ἔστιν ἃ ἐν τῇ ξυγγραφῇ τῶν Ἀλεξάνδρου ἔργων, ἀλλ' αὐτόν γε Ἀλέξανδρον οὐκ αἰσχύνομαι θαυμάζων· τὰ δὲ ἔργα ἐκεῖνα ἐκάκισα, ἀληθείας τε ἕνεκα τῆς ἐμῆς, καὶ ἅμα ὠφελείας τῆς ἐπ' ἀνθρώπους[48]· ἐφ' ὅτῳ ὡρμήθην, οὐδὲ αὐτὸς ἄνευ θεοῦ, ἐς τήνδε τὴν ξυγγραφήν.

tum denique alia post tantum temporis spatium oracula Macedonum genti de ejus honore edita. Ego vero, tametsi nonnulla Alexandri facta in historia rerum ab ipso gestarum reprehendi, Alexandri tamen ipsius admiratorem esse meipsum citra pudorem profiteor; facta vero nonnulla improbavi, & veritatis meæ & publicæ utilitatis causâ: in cujus gratiam hujus historiæ scriptionem, non absque numine etiam, aggressus sum.

48 Ὠφελείας τῆς ἐπ' ἀνθρώπους] Optimus ἐς αὐτήν. quod certe præferendum. 1,21 ὡς καὶ ἀπὸ τοῦ παντὸς πολλὴν ὠφέλειαν γίγνεσθαι ἐς τὰ ἔργα.

ΑΡΡΙΑΝΟΥ ΙΝΔΙΚΗ.

ARRIANI HISTORIÆ INDICÆ LIBER.

ΚΕΦ. Α.

ΤΑ δὲ ἔξω Ἰνδοῦ ποταμοῦ τὰ πρὸς ἑσπέρην ἐπὶ τὸν ποταμὸν Κωφῆνα, Ἀστακηνοὶ καὶ Ἀσσακηνοί, ἔθνεα Ἰνδικά, ἐποικέουσι. Ἀλλ' οὔτε μεγάλοι τὰ σώματα, καλά-

CAP. I

QVAE extra Indum amnem occidentem versus sunt regiones ad Cophenem fluvium usque, Astaceni atque Assaceni, Indicæ gentes, incolunt. Sunt vero hi Indis intra Indum amnem

In auctore tam afflicte corrupto & tam invenustis interpretationibus deformato facilis venia est, si, quo loco hæc pars scriptorum Arriani ponenda esset, certum clarumque nonnulli in principio renatæ humanitatis vix habuerunt; rem quæ tanto tempore nescio utrum inter doctos magis an vero scribas & librarios fluctuavit, ut demonstrant libri veteres. Nam post amissam veram hujus libelli inscriptionem, quum ab Arriano septem tantum libri de Alexandro compositi agnoscerentur, & tamen in plerisque exemplaribus hic reliquis annexus reperiretur, certatim huic difficultati remedium quæsitum est. Unde etiam in illis MSStis quos ipse evolvi, nulla erat distinctio inter librum sextum & septimum, ut ita duobus conjunctis hic demum, qui Indica continet, fieret septimus; sic ut primo & tertio Florentino codici ita sit præscriptum Ἀρριανοῦ ἀναβάσεως Ἀλεξάνδρου ἕβδομον, secundo autem Ἀρριανοῦ Ἀλεξάνδρου ἀναβάσεως Ἰνδικῶν ἕβδομον. Nec aliter editio Veneta etiam curata est ab illo, qui præfuit, sive ille est Joannes Baptista Egnatius, qui certe dedicationem scripsit, sive alius, ut libris VI & VII conjunctis huic libro præscribat Ἀρριανοῦ Ἀλεξάνδρου Ἀναβάσεως Ἰνδικῶν ἕβδομον. Ut mirari subeat, unde Facio ea perspicacia exstiterit, ut illo, qui in MSStis vulgaribus est liber unus, discerpto in duos, hunc vocaret librum octavum Arriani de rebus gestis Alexandri, quod Græce sustinuerunt etiam imitari Basileenses præfixo titulo Ἀρριανοῦ Ἀλεξάνδρου Ἀναβάσεως Ἰνδικῶν ὄγδοον & in ipsa fronte voluminis Ἀρριανοῦ περὶ Ἀλεξάνδρου Ἀναβάσεως Ἰνδικῶν Βιβλία ὀκτώ. Itaque octo libros Alexandri Ἀναβάσεως jactat Nicol. Gerbelius in dedicatione. Immo quod monstri simile est, quum ita, prout dixi, curetur editio Veneta, tamen post verba Suidæ Latine reddita, sic ibidem subjicitur [*sed quæ hodie extant de rebus ab Alexandro gestis libros octo &c.*] Sic igitur deceptis omnibus etiam Stuckium fuisse abreptum minus mireris, quem corrigit Gerh. Jo. Vossius omnino hac in parte laudandus. Adeo obscurata fuit distinctio libri sexti & septimi, ut non in primo, non in secundo, non in tertio, quos totos contuli, ulla nota ejus appareret. Sed egregie in Optimo codice scriptum mansit Ἀρριανοῦ Ἀλεξάνδρου Ἀναβάσεως Βιβλίον ἕβδομον. Ex quo rursus nunc opem Arriano ferri oportet. Neque enim etiamnum res in salvo est. Cur enim in vero indice hujus operis restituendo tam incuriose huc usque fuit actum? Ipse enim ille Vossius in jactando *Indica* & *Indicorum* totus illic est, ubi rejicit Stuckium. Et est ita, ut Stephanus in Μάσσανα citet Arrianum ἐν Ἰνδικοῖς, & Strabo dicat aliquoties οἱ τὰ Ἰνδικὰ συγγράψαντες, quippe & ante Strabonem de India multi potuerunt scribere quibuscunque titulis factis, unde amant Græci sæpe per neutrum citare. Itaque & iste Strabo ante, & post Arrianum Stephanus non id agebant, ut in isto vocabulo fatigarentur; & facile Stephanus dimitti potuit, quum ex Arriano ipso & Photio melius edoceri possemus. Hic enim diserte hunc librum Ἰνδικὴν vocat; & ad ejus explicationem plenius ipsi auctori Ἰνδικὴ συγγραφὴ alibi nominatur. Ex quibus licet mutatio nostra satis abundeque auctoritatis mutuari queat; tamen instar omnium & amplius videtur esse, quod in MSto quem tot tantisque experimentis

κατὰ τὰ οἱ ἐντὸς τοῦ Ἰνδοῦ ᾠκισμένοι, οὔτε ἀγαθοὶ ὡσαύτως τὸν θυμὸν, οὐδὲ μέλανες ὡσαύτως τοῖς πολλοῖς Ἰνδοῖσιν. Οὗτοι πάλαι μὲν Ἀσσυρίοις ὑπήκοοι ἦσαν· ἐπεὶ δὲ Μῆδοι Περσέων[2] ἦρχον, καὶ φόρους ἀπέφερον Κύρῳ τῷ Καμβύσεω ἐκ τῆς γῆς σφῶν, ὡς ἔταξε Κῦρος. Νυσσαῖοι δὲ οὐκ Ἰνδικὸν γένος ἐστὶν, ἀλλὰ τῶν ἅμα Διονύσῳ ἐλθόντων ἐς τὴν γῆν τὴν Ἰνδῶν· τυχὸν μὲν καὶ Ἑλλήνων, ὅσοι ἀπόμαχοι αὐτῶν ἐγένοντο ἐν τοῖς πολέμοις, οὓς ἴσως πρὸς Ἰνδοὺς Διόνυσος ἐπολέμησε· τυχὸν δὲ καὶ τῶν ἐπιχωρίων τοὺς ἐθέλοντας τοῖς Ἕλλησι συνῴκισε· τήν τε χώρην Νυσσαίην ὠνόμασεν ἀπὸ τοῦ ὄρεος τῆς Νύσσης Διόνυσος, καὶ τὴν πόλιν αὐτὴν[3] Νύσσαν. Καὶ τὸ ὄρος τὸ πρὸς τῇ πόλει, ὅτευ ἐν τῇσιν ὑπωρείῃσιν ᾤκισται ἡ Νύσσα, Μηρὸς κληΐζεται, ἐπὶ τῇ συμφορῇ ἥτινι ἐχρήσατο εὐθὺς γενόμενος[4]. Ταῦτα μὲν οἱ ποιηταὶ ἐπὶ Διονύσῳ ἐποίη-

amnem habitantibus & corporum magnitudine & animorum præstantiâ inferiores: neque ita, ut plerique Indi, fusci. Hi olim Assyriis parebant: postquam vero Medi in Persarum potestatem venerunt, tributa etiam Cyro Cambysis filio ex suis regionibus pependerunt. Nyssæi vero Indorum gens non sunt, sed ex iis originem ducunt, qui olim cum Libero patre in Indiam venerant, Græcis quidem etiam fortasse, qui in bellis quæ Liber cum Indis gessit, inutiles bello facti fuerant. Fortassis autem etiam indigenas voluntarios in eandem cum Græcis coloniam deduxit, regionemque Nyssæam à monte Nyssâ vocavit, urbemque ipsam Nyssam. Mons vero urbi vicinus, ad cujus radices sita est Nyssa, Merus. i. *femur* vocatus est, ab infelici eventu qui Dionyso acciderat statim quum nasceretur. Atque hæc quidem poëtæ de Dionyso finxerunt:

tis Optimum spectavimus, plane legatur Ἀρριανοῦ Ἰνδική. Sive sub hoc vocabulo subintelligi placet συγγραφὴ, ut notavi ab Arriano factum esse, sive χώρα, ut sit sensus de India, quomodo Harpocrationi in ἐγγυθήκη citatur Δαίμαχος Πλαταιεὺς ἐν δευτέρῳ περὶ Ἰνδικῆς, quem novimus Athenæo citari Δαίμαχος ἐν τοῖς Ἰνδικοῖς. Quod si ad rem facere aliquid potest, ecce & apud Lucianum in libello πῶς δεῖ ἱστορίαν συγγράφειν pag. 688 ἀλλὰ καὶ τὸ προοίμιον τῆς Ἰνδικῆς ἤδη συνεπέπακτο. Sed palmarium est, quod Eustathius ad Ἰλιάδ. Δ p. 474 explicans aciem ab Nestore ordinatam scribat: Καὶ τοῦτο ἐστι τὸ ἐπὶ τρεῖς ταχθεῖσαν τὴν φάλαγγα ὃ δὲ φησιν Ἀρριανὸς ἐν τῇ Ἰνδικῇ. Quod ne quidem egregius ille Feithius enarrare potuit, nisi diceret *Arrianum in Indicis*. Unde igitur fieri potuit, ut præclarus modo amicus noster scriberet ad Luciani Solœcistam pag. 104? *Arrianus in VIII expeditionis Alexandri, qui liber solus Ionice scriptus est.* Etiam post titulum, quem ex primo annotavi, additum erat interjecto spatio Ἰνδική.

1 Ἐπὶ τὸν ποταμὸν] Opt. ἐς τὰ ἐπί.

2 Ἐπεὶ δὲ Μῆδοι Περσέων] Merito suspectum. Nam quod habent Basileenses Μήδων, idem in tribus codicibus offendi, etiam in Augustano Vulcanius. Sed & in uno erasa erat prima scriptura vocis ἐπεί. Ut transitus bene ducatur, omniaque conveniant, lego. Ἔπειτα Μήδοισι, ἐπεὶ δὲ Μῆδοι &c. Non intelligo autem, cur Vulcanius voluerit interpretationem suam ita mutari, *vectigalia etiam Cyro Cambysæ filio ex suis ditionibus pependerunt, quæ Cyrus imperavit.*

3 Τὴν πόλιν αὐτὴν] MSSti αὐτήν, vere.

4 Ἐπὶ τῇ συμφορῇ ἥτινι ἐχρήσατο αὐθὶς γενόμενος] Florentini omnes, etiam Optimus ille αὐθὶς, ut mirer unde exstiterit unus ille Richelianus, qui hoc loco habet εὐθὺς. At nostri δοξοματαιοτεχνῖται Luciliani rident hoc vetus & ab editis scriptisque confirmatum albis dentibus. At (præterquam quod faciant quoque simii, & quod ab illis nihil uspiam præstitum sit præter βαμβαίνειν.) sciant Nigritæ illi se sibi fallam facere & ridere risum Sardonium, adeoque mendacem esse illam vocis αὐθὶς scripturam, quam verum est octo ipsorum libros animadversionum ex aliorum scriniis esse compilatos, quod quidem est verissimum; & sic quoque ψυχροτέρων ἐκλέγεσθαι, quemadmodum ipsius hujus disputationis plurima pars Freinshemio in Curtianis 8, 10, 12 adscribenda; qui solus, opinor, est ille liber Richelianus. Nempe noster nescire voluit, quod sciebat: ideo sic scripsit. Et cur non iteratur iste Richelianus cap. 37, ubi eadem pugna? Et quid? an quum Vulcanius ita vertit *ob infortunium quod ipsi statim ac natus esset accidit*; vel quum Rader-

rus, *ob infortunium, quod illi statim ac natus est, accidit*; vel quum Facius *ex eo quod sibi accidit protinus cum esset natus*, an credibile est ulli horum trium historiam fabularem de bimatre hoc numine ignotam fuisse, ut tam grandi nota ad id docendum defungi debuerint? Ne quæso tam ingrate judicemus. At non quæritur de illa, non etiam an isti eam docendi sint; sed quid Arrianus potissimum videatur scripsisse. Quis autem *infortunium* aut *infelicem eventum* in Baccho reputabit istum, quod pro Semele & utero mortalis feminæ adeptus sit Jovem, Deorum Deum, & caput ejus? Dico igitur primo non esse modum loquendi, qui historiam deceat aut Arrianum historicum, *infelix eventus Dionyso accidit, ut denuo nasceretur*: paradoxum id est in historia & ποιητικώτερον; neque si poetæ Bacchum vocent bis genitum, ideo historia quoque tantas delicias factura est: deinde illos ignorare istud tempus, quo Bacchus dicitur αὐθὶς γενόμενος. Hoc enim non est id, quo ex femore Jovis exivit (tunc enim secunda vice non quidem genitus, etsi sic loquantur poëtæ, sed tantum productus fuit) sed quo ex Semele genitus fuit. Nempe natus ex Semele statim femori Jovis insutus fuit, ut maturesceret; hæc est συμφορὴ & casus ille (non enim hîc notatur aut infortunium aut infelix eventus) quo usus est Bacchus εὐθὺς γενόμενος, quod est pulcherrimum. Neque aliter se explicat ipse Arrianus, quum lib. 5 ait montem ab eo sic appellatum ὅτι ἐν μηρῷ τῷ τοῦ Διὸς ηὐξήθη. Non ait, quod ex femore Jovis genitus sit (id tamen impudentissima fronte nuperus quod ille hinc trahit, ut sic ostendat per hæc verba Arrianum contradicere palam vulgatæ & veræ lectioni hujus loci) sed quod femur Jovis habuerit quasi pro cunabulis, in quibus prima incrementa caperet, in femore Jovis convaluit, crevit & auctus est. Quid quod idem ostendant verba Curtiana, *sita est* Nysa *sub radicibus montis, quem Meron incolæ appellant. Inde Græci mentiendi traxere licentiam, Jovis femine Liberum patrem esse celatum.* Non dicit genitum & prognatum, & inde montem sic dictum fuisse, sed quod eo fuerit absconditus, nempe postquam esset genitus ex Semele, plane ut Arrianus. Et si eam lectionem ista nequeunt tueri, tuebitur Herodotus, unde proculdubio Arrianus hæc commodavit, in Euterpe cap. 146. νῦν δὲ Διόνυσόν τε λέγουσι οἱ Ἕλληνες, ὡς αὐτίκα γενόμενον ἐς τὸν μηρὸν ἐνερράψατο ὁ Ζεύς. Αὐτίκα γενόμενος, non est aliud quam εὐθὺς γενόμενος, ut patet ex lib. 1 cap. 27. Menander apud Ammian. Marcell. 21, 14 Ἅπαντι δαίμων ἀνδρὶ συμπαρίσταται εὐθὺς γενομένῳ. Æschines epist. pag. 119 εὐθέως γενόμενοι ἀφῄρηνται *statim ut nati sunt privati fuerunt.* Denique etiamsi mordicus illud αὐθὶς tenendum foret, id nullo modo explicari Latine potest,

 ut

ἐποίησαν· καὶ ἐξηγείσθων αὐτὰ ὅσοι λόγιοι Ἑλλήνων ἢ βαρβάρων. Ἐν Ἀσσακηνοῖσι δὲ Μάσσακα, πόλις μεγάλη, ἵνα περ καὶ τὸ κράτος τῆς γῆς ἐστι τῆς Ἀσσακίης· καὶ ἄλλη πόλις Πευκέλα, ἔτι μεγάλη καὶ αὐτή[5], οὐ μακρὰν τοῦ Ἰνδοῦ. Ταῦτα μὲν ἔξω τοῦ Ἰνδοῦ ποταμοῦ ᾤκισται πρὸς ἑσπέρην, ἔστε ἐπὶ τὸν Κωφῆνα.

2 Τὰ δὲ ἀπὸ τοῦ Ἰνδοῦ πρὸς ἕω[6], τοῦτό μοι ἔστω ἡ τῶν Ἰνδῶν γῆ, καὶ Ἰνδοὶ οὗτοι ἔστωσαν. Ὅροι δὲ τῆς Ἰνδῶν γῆς, πρὸς μὲν βορέην ἄνεμον ὁ Ταῦρος τὸ ὄρος. Καλέεται δὲ ὁ Ταῦρος ἔτι ἐν τῇ γῇ ταύτῃ· ἀλλ᾽ ἄρχεται μὲν ὁ Ταῦρος ἀπὸ θαλάσσης τῆς κατὰ Παμφύλους τε καὶ Λυκίην καὶ Κίλικας· παρατείνει τε ἔστε τὴν πρὸς ἕω θάλασσαν, τέμνων τὴν Ἀσίην πᾶσαν· ἄλλη δὲ ἄλλο καλέεται τὸ ὄρος, τῇ μὲν Παραπαμισὸς, τῇ δὲ Ἠμωδός· ἄλλῃ δὲ Ἴμαον κλήζεται· καὶ τυχὸν ἄλλα καὶ ἄλλα ἔχει ὀνόματα. Μακεδόνες δὲ οἱ ξὺν Ἀλεξάνδρῳ στρατεύσαντες Καύκασον αὐτὸ ἐκάλεον· ἄλλον τοῦτον Καύκασον, οὐ τὸν Σκυθικόν· ὡς καὶ τὰ ἐπέκεινα τοῦ Καυκάσου λόγον κατέχειν ὅτι ἦλθεν Ἀλέξανδρος. Τὰ πρὸς ἑσπέρην δὲ τῆς Ἰνδῶν γῆς ὁ ποταμὸς ὁ Ἰνδὸς ἀπείργει, ἔστε ἐπὶ τὴν μεγάλην θάλασσαν, ἵνα περ αὐτὸς κατὰ δύο στόματα ἐκδιδοῖ, οὐ συνεχέα ἀλλήλοισι τὰ στόματα, καθάπερ τὰ πέντε τοῦ Ἴστρου ἐστὶ συνεχέα· ἀλλ᾽ ὡς τὰ τοῦ Νείλου, ὑφ᾽ ὅτων τὸ Δέλτα ποιέεται τὸ Αἰγύπτιον· ὧδε καὶ τῆς Ἰνδῶν γῆς Δέλτα ποιεῖ ὁ Ἰνδὸς ποταμὸς, οὐ μεῖον τοῦ Αἰγυπτίου· καὶ τοῦτο Πάτταλα τῇ Ἰνδῶν γλώσσῃ καλέεται. Τὸ δὲ πρὸς νότου τε ἀνέμου καὶ μεσημβρίης, καὶ αὐτὴ ἡ μεγάλη θάλασσα ἀπείργει τὴν Ἰνδῶν γῆν, καὶ τὰ πρὸς ἕω αὐτὴ ἡ θάλασσα ἀπείργει. Τὰ μὲν πρὸς μεσημβρίην[7], καὶ τὰ Πάτταλά τε καὶ τοῦ Ἰνδοῦ τὰς ἐκβολὰς, ὤφθη πρός τε Ἀλεξάνδρου καὶ Μακεδόνων καὶ πολλῶν Ἑλλήνων· τὰ δὲ πρὸς ἕω Ἀλέξανδρος μὲν οὐκ ἐπῆλθε, τὰ δὴ πρόσω ποταμοῦ Ὑφάσιος. Ὀλίγοι δὲ ἀνέγραψαν τὰ μέχρι ποτα-

xerunt: idem omnes, quotquot vel apud Græcos vel apud barbaros fabulosas historias scripserunt, narrarunt. Apud Assacenos est Massaca, ingens oppidum, quod Assaceni regni caput est. Alia præterea urbs Peucela, magna etiam hæc, non procul ab Indo. hæc regio extra Indum amnem habitatur occidentem versus, usque ad Cophenem fluvium. Quæ vero regio ab Indo 2 orientem versus est, eam ego Indiam appello, quique eas partes incolunt, Indi sunt. Terminatur autem India à septentrione, Tauro monte: qui quidem adhuc in eâ regione nomen hoc retinet. Incipit vero Taurus à mari circa Pamphyliam & Lyciam ac Ciliciam, tenditque perpetuo dorso ad orientalem oceanum, totam Asiam intersecans. Alibi vero aliam appellationem accipit hic mons. quibusdam enim in locis Parapamisus, aliis Emodus, aliis Emaon dicitur. fieri autem potest, ut alias atque alias appellationes habeat. Macedones vero qui cum Alexandro militarunt Caucasum cum vocarunt, diversum ab eo qui in Scythiâ est: unde fama tenuit, Alexandrum Caucasum transcendisse. Occidentalem vero Indiam Indus amnis distinguit ad oceanum usque, ubi ipse per duo ostia in eum fertur, neque ea quidem inter se propinqua, quemadmodum quinque illa Istri ostia; sed sicut ista Nili, à quibus Delta Ægyptium efficitur: hoc pacto etiam Indus amnis Indiæ Delta facit, neque id minus Ægyptio, quod quidem Indorum linguâ Pattala vocatur. Qua vero ad austrum & meridiem vergit India, oceano clauditur: orientales etiam ejus partes oceanus terminat. Ac meridialis quidem tractus, & Pattala Indique fluminis ostia ab Alexandro & Macedonibus ac multis Græcis perlustrata sunt: orientalem autem Alexander non adiit; is ultra Hyphasin amnem est. Pauci vero scripserunt de iis quæ ad Gangem

ut denuo nasceretur: duntaxat enim oporteret legi γενησόμενος. Contumeliose & injuste agit Freinshemius, quum addit non ex priore partu, si ita vocandus est abortus, mons ille nomen accepit, sed ex sequenti. Quasi ullus ex omnibus vel verbum movisset priorem partum ad appellationem montis μηρῷ pertinere: quum diserte dicatur eam contigisse, postquam jam prior partus esset consummatus, & tum ei aliquid accidisse, unde nomen μηρῷ illi monti est datum. Probet Freinshemius montem illum creditum veteribus nomen accepisse potius ab exitu Bacchi ex femore, quam ex illius introitu in illud & prima, ut sic dicam, insutione. Certe enim Bacchum ab Strabone Μηροῤῥαφῆ appellari scio, non Μηρογενῆ, quo cognomine alluditur ad primam ejus in femore occultationem, non nativitatem ex eo. Denique quum hodierni Brachmanes montem Meropurbateum celebrant, nonne in hoc vocabulo clara sunt vestigia ἐκβάσεως ἐκ τοῦ εἰς Μηρὸν? An vero placet interpretari statim ac conceptus fuit, *vix conceptus*, ut quidem posset, si fabula pateretur. Appianus 2 Civ. 816 de M. Bruto. *Καὶ γὰρ αὐτῷ καὶ παῖς ἐνομίζετο εἶναι, Σερβιλίας τῆς Κάτωνος ἀδελφῆς ἐρασθέντος τοῦ Καίσαρος, ὅτε ὁ Βροῦτος ἐγίγνετο.* Inepte enim transtulerunt *genitus*, quum appareat patet ex conceptu. Quidquid sit, jure videor suspectissimam novitatem exosus restituisse veterem scripturam.

5 Ἔτι μεγάλη καὶ αὐτή] Vocula prima ignoratur ab Optimo.

6 Ἰνδοῦ πρὸς ἕω] MS. Opt. ὡς ἕω.

7 Τὰ μὲν πρὸς μεσημβρίην] Non vidi exemplar MStum, in quo non legeretur μεσημβρίης. Et licet probe videam, vulgatum placuisse editoribus, quoniam quoque sequitur Πάτταλα & τὰς ἐκβολὰς, tamen prorsus inducor hoc quoque adscribendum esse mirifico & propensissimo Arriani genio ad captandas omne genus variationes. Lepida autem in sequentibus occurrit interpretatio, quæ dicit orientalem tractum esse ultra Hyphasin amnem. At cur non ultra vel Indum vel Hydraoten vel Gangem? Non id dicit Arrianus, qui sic erat vertendus; *partes versus orientem non adiit Alexander, eas videlicet, quæ sunt ultra Hyphasin amnem.*

ποταμοῦ Γάγγεω, καὶ ἵνα τοῦ Γάγγεω αἱ ἐκβολαί, καὶ πόλις Παλίμβοθρα μεγίστη Ἰνδῶν πρὸς τῷ Γάγγῃ. 3 Ἐμοὶ δὲ Ἐρατοσθένης ὁ Κυρηναῖος πιστότερος ἄλλου ἔστω, ὅτι τῆς περιόδου πέρι ἔμελεν Ἐρατοσθένει. Οὗτος ἀπὸ τοῦ ὄρεος τοῦ Ταύρου, ἵνα τοῦ Ἰνδοῦ αἱ πηγαί, παρ᾽ αὐτὸν Ἰνδὸν ποταμὸν ἰόντι ἔστε ἐπὶ τὴν μεγάλην θάλασσαν, καὶ τοῦ Ἰνδοῦ τὰς ἐκβολάς, μυρίους σταδίους καὶ τρισχιλίους τὴν πλευρὴν λέγει ἐπέχειν τῆς γῆς τῆς Ἰνδῶν. Ταύτῃ δὲ ἀντίπορον πλευρὴν ποιεῖ τὴν ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ ὄρεος παρὰ τὴν ἑῴην θάλασσαν, οὐκέτι ταύτῃ τῇ πλευρῇ ἴσην· ἀλλὰ ἄκρην γὰρ ἀνέχειν ἐπὶ μέγα εἴσω εἰς τὸ πέλαγος, ἐς τρισχιλίους σταδίους μάλιστα ἀνατείνουσαν τὴν ἄκρην· εἴη ἂν ὦν αὐτῷ ἡ πλευρὴ τῆς Ἰνδῶν γῆς πρὸς ἕω, μυρίους καὶ ἑξακισχιλίους σταδίους ἐπέχουσα. Τοῦτο μὲν αὐτῷ πλάτος τῆς Ἰνδῶν γῆς συμβαίνει. Μῆκος δὲ τὸ ἀφ᾽ ἑσπέρης ἐπὶ ἕω, ἔστε μὲν ἐπὶ πόλιν Παλίμβοθρα, μεμετρημένον σχοίνοισι λέγει ἀναγράφειν (καὶ εἶναι γὰρ ὁδὸν βασιληΐην) τοῦτο ἐπέχειν ἐς μυρίους σταδίους· τὰ δὲ ἐπέκεινα οὐκέτι ὡσαύτως ἀτρεκέα. Φήμας δὲ ὅσοι ἀνέγραψαν, ξὺν τῇ ἄκρῃ τῇ ἀνεχούσῃ ἐς τὸ πέλαγος, ἐς μυρίους σταδίους μάλιστα ἐπέχειν λέγουσιν· εἶναι δὲ ἄνω τὸ μῆκος τῆς Ἰνδῶν γῆς, σταδίων μάλιστα δισμυρίων[8]. Κτησίης δὲ ὁ Κνίδιος τὴν Ἰνδῶν γῆν ἴσην τῇ ἄλλῃ Ἀσίῃ λέγει, οὐδὲν λέγων. Ὁ δὲ Ὀνησίκριτος[9] τρίτην μοῖραν τῆς πάσης Ἀσίης. Νέαρχος δὲ μηνῶν τεσσάρων ὁδὸν τὴν δι᾽ αὐτοῦ τοῦ πεδίου[10] τῆς Ἰνδῶν γῆς. Μεγασθένει δὲ, τὸ ἀπὸ ἀνατολῶν ἐς ἑσπέρην πλάτος ἐστὶ τῆς Ἰνδῶν γῆς, ὅ, τι περ οἱ ἄλλοι μῆκος ποιέουσι· καὶ λέγει Μεγασθένης, μυρίων καὶ ἑξακισχιλίων σταδίων εἶναι, ἵνα-

gem sunt; aut ubi Gangis ostia, maximaque ad Gangem Indorum urbs Palimbothra. Mihi certe Eratosthenes Cyrenæus 3 majore fide dignus videtur, quoniam illi curæ erat de circuitu Indiæ scribere. Is à monte Tauro, ubi Indi fontes sunt, secus Indum amnem eunti ad oceanum & Indi ostia, Indiæ latus stadia XIII. M continere ait. Latus vero huic oppositum statuit ab eodem monte præter mare orientale, nequaquam huic lateri æquale: sed longo tractu promontorium ad III M stadiorum in mare protendi: ut ei æstimetur hoc Indiæ latus obtinere XVI. M stadiorum. Atque hæc quidem Indiæ latitudo illi colligitur. Longitudinem vero ab occidente in orientem usque ad urbem Palimbothra, dicit schœnis dimensum scribere. (esse enim viam regiam) eamque esse stadiorum X. M. ulteriora non amplius similiter certa esse. Quotquot vero communem opinionem in scribendo secuti sunt, cum promontorio in mare porrecto, X. M stadiorum continere dicunt: superius, esse longitudinem stadiorum XX. M. Ctesias Cnidius Indiam reliquæ Asiæ æqualem esse magnitudine affirmat: sed errat. Onesicritus vero eam tertiam partem ejusdem Asiæ esse perhibet. Nearchus quatuor mensium iter per ejusdem plana esse dicit. Megasthenes vero Indiæ spatium ab oriente in occidentem latitudinem esse vult, quam alii longitudinem faciunt. Idem Megasthenes autor est, ubi brevissimum ejus spatium est,

8 *Εἶναι δὲ ἄνω τὸ μῆκος τῆς Ἰνδῶν γῆς σταδ. μ. δισμ.*] Hæc verba nescio quemadmodum consideravit Casaubonus, dum scribit ad Strabonem pag. 245 ita [Arrianus vero ab Indo ad Palimbothra stadia numerari ait CCIↃↃ. inde ad fines Indiæ orientales *ξὺν τῇ ἄκρῃ τῇ ἀνεχούσῃ ἐς τὸ πέλαγος* alia CCIↃↃ. Itaque totius Indiæ longitudinem esse stadiorum XX M.] Ex quibus illa postrema verba videntur ab eo posita, ut compensent sententiam Græcarum vocum, quas posui, in quibus tamen non colligitur summa utraque præcedens; sed postquam notavit Arrianus summas Indiæ ad mare, pergit de superiore Indiæ & mediterranea latitudine, & illic sane esse XX millia stadiorum, quæ longitudinem constituant, etsi certe ea summa plane conveniat cum duobus numeris, quos separat ac dividit ad oceanum. Hanc collectionis rationem videtur Casaubonus indigne ex Facio petiisse, qui interpretatur; *Atque ita Indiæ longitudinem vicena maxime millia stadiorum esse.* Cæterum non debuit Vulcanius *μεμετρημένον σχοίνοισι* interpretari *funibus*, (etsi à funibus veniat origo) aut quasi Eratosthenes scripserit *se dimensum funibus*, sed & Strabo habet *σχοίνοις*, ubi vertunt *schœnis*. Certe enim in terris metandis *σχοῖνοι* adhibentur, non funes, sed *σχοῖνοι γεωμετρικοί*, arvipendia in Glossis dicta, sed mensura certum stadiorum numerum designans, ut notum est. Sed Vulcanius nimium indulsit Facio, quippe quem describit.

9 *Ὁ δὲ Ὀνησίκριτος*] Sane in MSStis legitur *ὁ δὲ Ὀνησ.* Unde non erat apparandum *οὐδὲν δὲ ὁ Ὀνησ.* ut tam multa subintelligantur aliena ab facilitate Arriani. Facius videtur legisse *οὐχ ὡς Ὀνησικρίτ.* *Non ut Onesicritus qui eam.* Sed scripsisse auctorem patet: *Ἴσην τῇ ἄλλῃ Ἀσίῃ λέγει, οὐδὲν λέγων, οὐδὲ ὁ Ὀνησ.* ut istud *οὐδὲν λέγων* sic subintelligatur, quasi in proximo inde subaudiri posset *λέγων τι*. De Onesicriti autem sententia quidquid nuper dictum fuit, dixit ante Casaubonus in notis ad Strabonem pag. 255, quod minus decet. Mutare vero Arrianum ad nutum Casauboni nec ego sustineo, licet videri posset facillime scripsisse *τῆς πάσης ἄλλης*, sed non temere ita loquuntur, & *πάσης Ἀσίης* mox sequitur.

10 *Νέαρχος δὲ μηνῶν τεσσάρων ὁδὸν τὴν δι᾽ αὐτοῦ τοῦ πεδίου*] Quum hæc ipsa verba ex Nearcho sive alio descripserit ita Strabo, & interpres ejus reddiderit *Nearchus quatuor mensium iter per campum*, queritur Casaubonus eum non expressisse vim vocis *αὐτοῦ*, quæ videatur esse, ut si Latine dicas, etiam per campum: voluisse enim intelligi quatuor istos menses non absumi τῇ κοιλοπορίᾳ, ut quum per montes iter est. Nescio igitur an expresserit ex ejus sententia Vulcanius *per ejusdem campum*, Facius *per Indorum plana*. Verum Nearchi sententia est quatuor mensium viam esse, quæ ducit per solum campum regionis Indorum, ut majorem esse velit isto spatio, & quidem in quantum montes illum campum finientes porriguntur ac patent. Id enim notat *αὐτοῦ*, ut lib. VII cap. dicit Alexander de Macedonia *χώρας τῆς γε οὐδὲ ὑμᾶς αὐτοὺς βοσκούσης καλῶς*, quod in Latinis fœde erat similiter omissum.

ἵναπερ τὸ βραχύτατον αὐτῆς. Τὸ δὲ ἀπὸ ἄρκτου[11] πρὸς μεσημβρίην (τοῦτο δὲ αὐτῷ μῆκος γίγνεται) καὶ ἐπέχει τριηκοσίους καὶ δισχιλίους καὶ δισμυρίους, ἵναπερ τὸ στεινότατον αὐτῆς. Ποταμοὶ δὲ τοσοίδε εἰσὶν ἐν τῇ Ἰνδῶν γῇ, ὅσοι οὐδὲ ἐν τῇ πάσῃ Ἀσίῃ· μέγιστοι μὲν, ὁ Γάγγης τε καὶ ὁ Ἰνδὸς, ὅτου καὶ ἡ γῆ ἐπώνυμος, ἄμφω, τοῦ τε Νείλου τοῦ Αἰγυπτίου καὶ τοῦ Ἴστρου τοῦ Σκυθικοῦ, καὶ εἰ ἐς ταυτὸ συνέλθοι αὐτοῖσι τὸ ὕδωρ, μέζονες· δοκέειν δὲ ἔμοιγε, καὶ ὁ Ἀκεσίνης μέζων ἐστὶ τοῦ τε Ἴστρου καὶ τοῦ Νείλου, ἵναπερ παραλαβὼν ἅμα τόν τε Ὑδάσπεα καὶ τὸν Ὑδραώτεα καὶ τὸν Ὕφασιν, ἐμβάλλει ἐς τὸν Ἰνδὸν, ὡς καὶ τριάκοντα αὐτῷ στάδια τὸ πλάτος ταύτῃ εἶναι· καὶ τυχὸν, καὶ ἄλλοι πολλοὶ μέζονες ποταμοὶ ἐν τῇ Ἰνδῶν γῇ ῥέουσιν. 4 Ἀλλὰ οὔ μοι ἀτρεκὲς, ὑπὲρ τῆς ἐπέκεινα Ὑφάσιος ποταμοῦ ἰσχυρίσασθαι, ὅτι οὐ πρόσω τοῦ Ὑφάσιος ἦλθεν Ἀλέξανδρος. Αὐτοῖν δὲ τοῖν μεγίστοιν ποταμοῖν, τοῦ τε Γάγγεω καὶ τοῦ Ἰνδοῦ, τὸν Γάγγεα μεγέθει πολύ τι ὑπερφέρειν Μεγασθένης ἀνέγραψε, καὶ ὅσοι ἄλλοι μνήμην τοῦ Γάγγεω ἔχουσιν· αὐτόν τε γὰρ μέγαν ἀνίσχειν ἐκ τῶν πηγέων, δέχεσθαί τε ἐς αὐτὸν, τόν τε Καΐναν ποταμὸν, καὶ τὸν Ἐραννοβόαν, καὶ τὸν Κοσσόανον, πάντας πλωτούς· ἔτι δὲ Σῶνόν τε ποταμὸν, καὶ Σιττόκατιν[12], καὶ Σολόματιν· καὶ τούτους πλωτούς. Ἐπὶ δὲ Κονδόχατίν τε, καὶ Σάμβον, καὶ Μάγωνα, καὶ Ἀγόρανιν, καὶ Ὤμαλιν· ἐμβάλλουσι δὲ ἐς αὐτὸν Κομμενάσης τε μέγας ποταμὸς καὶ Κάκουθις καὶ Ἀνδώματις ἐξ ἔθνεος Ἰνδικοῦ τοῦ Μανδιαδινῶν ῥέων· καὶ ἐπὶ τούτοισιν, Ἄμυστις παρὰ πόλιν Καταδούπην, καὶ Ὀξύμαγις ἐπὶ Παζάλαις καλουμένοισι, καὶ Ἐρινέσης[13] ἐν Μάθαις, ἔθνει Ἰνδικῷ, ξυμβάλλει τῷ Γάγγῃ. Τούτων λέγει Μεγασθένης οὐδένα τοῦ Μαιάνδρου[14] ἀποδέοντα, ἵναπερ ναυσίπο-

est, XVI. M stadiorum continere. A septentrione in meridiem (hæc autem illi longitudo est) distans, ubi angustissima est, XXII. M & CCC. stadiis. Flumina tot sunt in Indiâ, quot in reliquâ Asiâ: in his maximi sunt Ganges, & Indus, à quo & regio nomen accepit: uterque & Nilo Ægyptio & Istro Scythico, etiamsi in unum alveum confluerent, major est: at meâ sententiâ Acesines ipse Nilum & Istrum magnitudine superat, ubi Hydaspe, Hydraote & Hyphasi in suum alveum receptis, in Indum fertur. adeo ut ejus latitudo triginta stadia efficiat. Fortassis autem etiam alia multa majora flumina Indiam secant. Cæterum ultra Hyphasin amnem nihil explorati habeo, quod affirmare possim; neque enim ultra Hyphasin progressus est Alexander. 4 Ex his vero duobus maximis fluviis Gange atque Indo, Megasthenes Gangem Indo longe majorem esse scribit. Idem sentiunt alii omnes qui Gangis mentionem in scriptis suis faciunt. Nam & grandem jam inde ab ipsis fontibus oriri, & alios complures fluvios, Cainam nimirum, Erannoboam, Cossoanum, Sonum, Sittocatim, & Solomatim, atque hos quidem navigabiles in se recipere. Præter hos, Condochatem, Sambum, Magonem, Agoranim, & Omalim. Feruntur etiam in eum Commenases grandis fluvius, & Cacuthis atque Andomatis ex Mandiadinis Indicâ gente fluens. ad hæc, Amystis juxta urbem Catadupam, & Oxymagis apud Pazalas, atque Erineses apud Mathas, Indiæ gentem, etiam in Gangem fluunt. Horum omnium fluviorum Megasthenes nullum Mæandro minorem qua maxime navi-

11 Τὸ δὲ ἀπὸ ἄρκτου &c.] Miror quid nuperus potuerit gloriari, quum nihil nos doceat. Nam distinctionem hanc & lectionem Vulcaniana editio posuit in margine, unde ille debuit sumsisse, & de hoc loco scribit Casaubonus ad Strabonis librum 1. pag. 46 [Quem Arriani locum ejus interpres mire perturbavit; quod ille de latitudine dicebat, de longitudine accipiens, crasso admodum errore.] Nec scio quem respiciat. Vulcanium videmus. Facius ita fuit interpretatus: *At Megasthenes Indiæ spatium, quod ab oriente in occidentem pertinet, quod alii longitudinem esse volunt, latitudinem esse dicit: atque ubi angustissimum*, XVI *millium stadiorum esse. A septentrione vero in meridiem, qua magis extenditur, longitudinem esse, eamque ubi brevissima* &c. Habes in his distinctionem, quam hodie vides jactabunde venditari, quasi ille sol fuerit, quum mera fuerit luna, nihilque habuerit lucis, nisi quod ab aliis foret accensum.

12 Σιττόκατιν] Opt. συττόκατιν. Sed & in præcedentibus τὸν Γάγγεα μεγέθει πολύ τι ὑπερφέρειν carebat voce tertia MS. Optimus.

13 Ἐρινέσης] MSS. duo Ἐρινέσις. Opt. Ἐῤῥένεσις.

14 Οὐδένα τοῦ Μαιάνδρου] Indecenti more tractatus hic locus. Primo enim MSSti omnes, etiam ille Optimus, etiam editio Basileensis habent οὐδένα εἶναι τοῦ Μαι. Cur id verbum ejecerunt boni viri? Nimirum quod pro secundo agnosces, quia id ipsum mox sequebatur, ubi video ita Vulcanium distinxisse, ἵνα περ ναυσίπορος ὁ Μαίανδρος, εἶναι, ἀν τὸ εὖρος, quum Basileenses Μαίανδρος εἶναι, ἀν. Quod miror sic ab eo præstitum fuisse in Græcis, quum in Latinis illud *maxime navigabilis* tam molliter sublegere potuerit ex Facio. Sed neque illa mutatio vel distinctionis vel spiritus contigit alio fine, quam ut sic in præcedente quidem hac periodo bis occurrat verbum substantivum, in sequente autem ne semel quidem; quod satis ridiculum. At vero facile notavi vitium, & nunquam aliter legi, quam hoc modo, οὐδένα εἶναι τοῦ Μαιάνδρου ἀποδέοντα, ἵναπερ ναυσίπορος ὁ Μαίανδρος. εἶναι ἂν τὸ εὖρος. Neque enim hic de latitudine fluviorum comparationem instituit, ut ferri possit illud ἂν: sed notat ab Megasthene statui nullum ex nominatis fluviis esse Mæandro minorem, ubi ille navigabilis. *Esse igitur Gangi latitudinem, ubi angustissimus est, ad centum stadiorum.* Sed ut omnibus rebus, ita huic veritati opperienda fuit sua opportunitas; ut quod prorsus admirabile ad fidem & spectationem præstantiæ pertinet Optimi codicis, ex eo solo produceretur, aliis in caligine ad falsum projectis. Nempe MStus ille habet εἶ-ναι

σιμος ὁ Μαίανδρος. Εἴη ὦν τὸ εὖρος τῷ Γάγγῃ, ἵνα περ αὐτὸς ἑωυτοῦ στεινότατος, ἐς ἑκατὸν σταδίους· πολλαχῆ δὲ καὶ λιμνάζειν, ὡς μὴ ἄποπτον εἶναι τὴν πέρην χώρην, ἵνα περ χθαμαλή τέ ἐστι, καὶ οὐδαμῆ γηλόφοισιν ἀνεστηκυῖα. Τῷ δὲ Ἰνδῷ ἐς ταὐτὸν ἔρχεται Ὑδραώτης μὲν ἐν Καμβισθόλοις, παρειληφὼς τόν τε Ὕφασιν ἐν Ἀστρύβαις[15], καὶ τὸν Σαράγγην ἐκ Μηκέων, καὶ τὸν Νεῦδρον ἐξ Ἀττακηνῶν, ἐς Ἀκεσίνην ἐμβάλλει. Ὑδάσπης δὲ ἐν Ὀξυδράκαις ἄγων ἅμα οἷ τὸν Σίναρον, ἐν Ἀρίσπαις ἐς τὸν Ἀκεσίνην ἐκδιδοῖ καὶ οὗτος. Ὁ δὲ Ἀκεσίνης ἐν Μαλλοῖς ξυμβάλλει τῷ Ἰνδῷ· καὶ Τούταπος δὲ μέγας ποταμὸς ἐς τὸν Ἀκεσίνην ἐκδιδοῖ. Τούτων ὁ Ἀκεσίνης ἐμπλησθεὶς, καὶ τῇ ἐπικλήσει ἐκνικήσας αὐτὸς τῷ ἑωυτοῦ ἤδη ὀνόματι ἐσβάλλει ἐς τὸν Ἰνδόν. Κωφὴν δὲ, ἐν Πευκελαΐτιδι ἅμα οἷ ἄγων Μαλάμαντόν τε[16] καὶ Σόαστον, καὶ Γαρροίαν, ἐκδιδοῖ ἐς τὸν Ἰνδόν. Καθύπερθε δὲ τούτων, Πτάρενος[17] καὶ Σάπαρνος, οὐ πολὺ διέχοντες, ἐμβάλλουσιν ἐς τὸν Ἰνδόν. Σόαμος δὲ, ἐκ τῆς ὀρεινῆς τῆς Σαβίσσης ῥέων[18], ἔρημος ἄλλου ποταμοῦ, ἐκδιδοῖ ἐς αὐτόν. Καὶ τούτων τοὺς πολλοὺς Μεγασθένης λέγει, ὅτι πλωτοί εἰσι. Οὔκουν ἄπιστον χρὴ ἔχειν ὑπέρ τε τοῦ Ἰνδοῦ καὶ τοῦ Γάγγεω, μηδὲ συμβλητοὺς εἶναι αὐτοῖσι τόν τε Ἴστρον καὶ τοῦ Νείλου τὸ ὕδωρ. Ἐς μέν τοι τὸν Νεῖλον οὐδένα ποταμὸν ἐκδιδόντα ἴδμεν, ἀλλ' ἀπ' αὐτοῦ διώρυχας τετμημένας κατὰ τὴν χώρην τὴν Αἰγυπτίην. Ὁ δὲ γε Ἴστρος, ὀλίγος μὲν ἀνίσχει ἀπὸ τῶν πηγέων, δέχεται δὲ πολλοὺς ποταμοὺς, ἀλλ' οὔτε πλήθει οὔτε μεγέθει[19] ἴσους τοῖς Ἰνδῶν ποταμοῖσιν, οἳ ἐς τὸν Ἰνδὸν καὶ τὸν Γάγγην ἐκδιδοῦσι· πλωτοὺς δὲ δὴ καὶ κάρτα ὀλίγους, ὧν τοὺς μὲν αὐτὸς ἰδὼν οἶδα, τὸν Ἔνον τε, καὶ τὸν Σάον. Ἔνος μὲν ἐν μεθορίῳ τῆς Νωρικῶν καὶ Ῥαιτῶν[20] γῆς μίγνυται τῷ Ἴστρῳ· ὁ δὲ Σάος, κατὰ Παίονας. Ὁ δὲ

navigabilis Mæander est, esse asseverat. Vere autem patere Gangen, qua maxime angustus est, ad centum stadia; multis vero in locis stagnare, ita ut ulterior terra conspici non possit, quà parte humilis est, nullosque colles habet. In Indum autem illabitur Hydraotes quidem in Cambistholis: qui Hyphasin in Astrobis, Sarangem ex Meceis, Neudrum ex Attacenis in se recipiens, in Acesinem fluit. Hydaspes vero in Oxydracis Sinarum in se recipiens, in Arispis etiam in Acesinem fertur. Acesines apud Mallos cum Indo committitur: & vero Tutapus ingens fluvius in Acesinem exit. Quibus amnibus Acesines grandior factus, suumque victor nomen retinens, in Indum fertur. Cophen in Peucelaitide ducens secum Malamantum, Soastum, & Garœam amnes, & ipse Indo miscet. Vltra hos Ptarenus & Saparnus, non multum inter se distantes, in Indum fluunt. Soamus quoque ex montanis Sabissæ fluens absque alterius fluvii societate in eundem se ingerit. Horum plerosque Megasthenes navigabiles esse affirmat. Nequaquam igitur incredibile fuerit, Istrum & Nilum si conjunctis in unum alveum aquis fluant, Indo vel Gangi comparari non posse. Nam in Nilum nullum flumen illabi scimus, sed alios ex eo alveos per Ægyptum duci. Ister vero exiguus à fontibus oritur: & multos quidem fluvios in se recipit, sed neque multitudine neque magnitudine Indicis fluminibus, qui in Indum & Gangem feruntur, pares; navigabiles tamen etiam valde paucos, ex quibus ipse Enum vidi ac Saum. Atque Enus quidem in confinio Noricorum & Rhætorum Istro se immiscet: Saus autem, apud Pæonas. Locus vero

εἶναι ἐν τὸ ὄρος. Et sane nescio, an non sit eadem abundantia, quæ superius notata ad VI, 9. An vero putas abesse posse illud εἶναι, & illa ἐν τὸ ὄρος esse absolute posita, ut supra quoque notavi? Sed verum quod prius posui, idque secutus sum in contextu, & εἶναι ἐν dicitur, ut τυγχάνειν ὄντα passim alii Græci. Etiam MS. Optimus ὕπατος χθαμαλή.

15 Ἀστρύβαις] Opt. Ἀστρίβαις, & dein Κηκέων pro Μηκέων, ubi alii Κηκέων. Cæterum quum noster homo tam diligenter annotet, quomodo in his vocabulis habeant antiqua typis descripta exemplaria, hoc est, unica editio Basileensis: miror cur non etiam notet in iis haberi non ἐμβάλλει, sed ἐμβάλλουσιν, ut sane illic legitur. Neque ego vidi ullum MS. exemplar, in quo non legeretur ἐμβάλλουσιν. Sed neutrum ullo modo potest ferri. neque video quid ex MS. lectione convenientius exoriatur, nisi Arriano, etsi mutaverit constructionem, placuisse tamen sic accipere, quasi Hydraotes & Hyphasis & Saranges & Neudrus in Acesinen ἐμβάλλουσιν. Etiam Facius *intrant.*

16 Μαλάμαντόν τε] Opt. Μαλανδόν τε. & paulo ante νικήσας, non ἐκνικήσας, & Πευκελαιώτιδι. Sed & mox Γαρροίας.

17 Πτάρενος] Opt. Πάρενος, & mox idem Σάμος.

18 Ἐκ τῆς ὀρεινῆς τῆς Σαβίσσης ῥέων] Quæ his subjecit nuperus, furatus est omnia ab Salmasio ad Solinum pag. 1174. Sed Facius hic verterat *ex montanis Sabisarcorum.* Neque hic illud ῥέων magis desideratur, quam in tot præcedentibus, ubi omittitur. Immo quod apud me momenti gravioris, habet MS. Optimis ἐκ τῆς ὀρεινῆς τῆς Βασαρίων.

19 Οὔτε πλήθει οὔτε μεγέθει] Qui sint isti libri scripti, qui magno consensu ita legunt, sane nescio. In omnibus enim Florentinis, etiam Optimo, duo postrema verba aberant. Et absint sane. Tantummodo enim nunc agit de numero & multitudine fluviorum Istro se miscentium: unde & postea ait ἀλλὰ οἱ πολλοὺς πλωτοὺς, ubi non addit quoque καὶ μεγάλους.

20 Καὶ Ῥαιτῶν] Quod mirum, sic habent tres editiones omnes, atque etiam universus MSStorum grex. Unicus ille Optimus Ῥαιτῶν verissime; sed & mox videtur scribendum κατὰ Παίονας, quos sane intelligit, etsi has appellationes sæpe misceri videamus & quisque noverit.

Ὁ δὲ χῶρος, ἵνα περ συμβάλλουσιν οἱ ποταμοί, Ταυρουνὸς καλέεται). Ὅστις δὲ καὶ ἄλλον οἶδε ναυσίπορον τῶν ἐς τὸν Ἴστρον ἐκδιδόντων, ἀλλὰ οὐ πολλούς τινας οἶδε. Τὸ δὲ αἴτιον ὅστις ἐθέλει φράζειν τοῦ πλήθεός τε καὶ μεγέθεος τῶν Ἰνδῶν ποταμῶν, φραζέτω· ἐμοὶ δὲ καὶ ταῦτα ὡς ἀκοὴν ἀναγεγράφθω. Ἐπεὶ καὶ ἄλλων πολλῶν [21] ποταμῶν ὀνόματα Μεγασθένης ἀνέγραψεν, οἳ ἔξω τοῦ Γάγγεώ τε καὶ τοῦ Ἰνδοῦ ἐκδιδοῦσιν ἐς τὸν ἑῷόν τε καὶ μεσημβρινὸν τὸν ἔξω πόντον· ὥστε τοὺς πάντας ὀκτὼ καὶ πεντήκοντα λέγουσιν ὅτι εἰσὶν Ἰνδοὶ ποταμοὶ ναυσίποροι πάντες. Ἀλλ' οὐδὲ Μεγασθένης πολλὴν δοκέει μοι ἐπελθεῖν τῆς Ἰνδῶν χώρης, πλήν γε ὅτι πλεῦνα ἢ οἱ ξὺν Ἀλεξάνδρῳ τῷ Φιλίππου ἐπελθόντες. Ξυγγενέσθαι γὰρ Σανδρακόττῳ [22] λέγει, τῷ μεγίστῳ βασιλεῖ τῶν Ἰνδῶν, καὶ Πώρῳ, ἔτι τούτου μέζονι. Οὗτος ὦν ὁ Μεγασθένης λέγει, οὔτε Ἰνδοὺς ἐπιστρατεῦσαι οὐδαμοῖσιν ἀνθρώποισιν, οὔτε Ἰνδοῖσιν ἄλλους ἀνθρώπους· ἀλλὰ Σέσωστριν μὲν τὸν Αἰγύπτιον, τῆς Ἀσίας καταστρεψάμενον τὴν πολλήν, ἔστε ἐπὶ τὴν Εὐρώπην σὺν στρατιῇ ἐλάσαντα, ὀπίσω ἀπονοστῆσαι· Ἰνδάθυρσιν [23] δὲ τὸν Σκύθεα ἐκ Σκυθίης ὁρμηθέντα, πολλὰ μὲν τῆς Ἀσίης ἔθνεα καταστρέψασθαι, ἐπελθεῖν δὲ καὶ τὴν Αἰγυπτίων γῆν κρατέοντα· Σεμίραμιν δὲ τὴν Ἀσσυρίην ἐπιχειρέειν μὲν στέλλεσθαι εἰς Ἰνδούς, ἀποθανεῖν δὲ πρὶν τέλος ἐπιθεῖναι τοῖσι βουλεύμασιν· ἀλλὰ Ἀλέξανδρον γὰρ στρατεῦσαι ἐπὶ Ἰνδοὺς μοῦνον. Καὶ πρὸ Ἀλεξάνδρου, Διονύσου πέρι πολλὸς λόγος κατέχει, ὡς καὶ τούτου στρατεύσαντος ἐς Ἰνδούς, καὶ καταστρεψαμένου Ἰνδούς· Ἡρακλέους δὲ πέρι, οὐ πολλός. Διονύσου μέν γε καὶ Νῦσα πόλις μνῆμα οὐ φαῦλον τῆς στρατηλασίης, καὶ ὁ Μηρὸς τὸ ὄρος, καὶ ὁ κισσὸς ὅτι ἐν τῷ ὄρει τούτῳ φύεται· καὶ αὐτοὶ οἱ Ἰνδοὶ ὑπὸ τυμπάνων τε καὶ κυμβάλων στελλόμε-

vero is ubi hæc duo flumina inter se committuntur, Taurunus vocatur. Siquis alium præterea fluvium navigabilem fluentem in Istrum norit, at non multos eos esse novit. 5 Quisquis autem causam multitudinis & magnitudinis horum Indiæ fluminum explicare velit, per me hoc illi integrum sit: mihi vero satis fuerit quæ de his accepi, conscripsisse. Nanque & aliorum complurium fluminum nomina Megasthenes commemorat, quæ extra Gangem atque Indum feruntur in orientale & meridiale externum mare; ita ut LVIII in universum sint Indiæ fluvii, omnes navigabiles. Sed nec ipse Megasthenes mihi videtur multum Indiæ peragrasse: plus tamen certe quam qui cum Alexandro Philippi F. militarunt. Sandracotæ enim se adfuisse scribit, maximo Indorum regi; & Poro, qui vel Sandracota potentior fuit. Scribit itaque hic Megasthenes, neque Indos cum ullis hominibus bellum gessisse, neque ullos Indis bellum intulisse. Cæterum Sesostrim Ægyptium, magnâ Asiæ parte subactâ, quum in Europam usque cum exercitu processisset, retrocessisse, pedemque retulisse, Indathyrsim autem Scytham è Scythiâ profectum, multas Asiæ gentes debellasse: Ægyptum etiam victorem adiisse: ac Semiramidem quidem Assyriam tentasse exercitum in Indos ducere, sed mortem ejus consilia conatusque fregisse. Solum vero Alexandrum in Indos expeditionem fecisse. Atqui ante Alexandrum fama tenet Liberum etiam Indos subegisse: de Hercule, infirmior fama est. At vero expeditionis à Libero factæ non leve documentum est Nysia urbs & Meros mons, quodque hedera in hoc monte nascatur: quod præterea Indi ipsi tympana ac cymbala pulsantes pugnas

21 Καὶ ἄλλων πολλῶν.] Vox postrema non est in MS. Optimo, ac deinde idem cum duobus aliis λέγει.

22 Σανδρακόττῳ] Opt. Σανδροκόττῳ. Videtur Sandrocottas ut Sisicottus; terminatio enim plerumque à Græcis fingitur. MSSti alii Σανδρακόττῳ.

23 Ἰνδάθυρσιν] Etiam ipse in duobus inveni Ἰνδάθυρσιν, in uno, ut ediderunt Basileenses Ἰνδά. θύρσιν δέ. Ergo scribit noster tolerari posse, si scribatur Ἰνδάθυρσιν. Et quare sane? An non tolerari potest Ἰνδάθυρσιν, si & Richeliani & Gandenses codices illud confirment? Certe quum nullam varietatem ex MS. Optimo in hac voce notaverim, unius illius auctoritas gravior mihi videtur, quam si mille editores Herodoti in *Musa quarta* aliquoties eum aliter vocent. Est autem hoc nomen in variis auctoribus valde controversum. Hic audimus Ἰνδάθυρσιν, sed quia nimia primarum syllabarum repetitio hic frequens est, opinor ex eo vocabulo nihil statui firmum posse, & potius inhærere vitium. Justino Tanaus dicitur initio libri I. ubi Is. Vossius, quum præmisisset se affirmare non posse quem Justinus sic vocet, decurrit ad Targitaum in Herodoto primum Scytharum regem, & forte eundem esse dicit. Sed unica mihi ad veram Justini manum instaurandam & hanc Scythicam appellationem videntur esse scrinia Photii, testantis Arrianum in *Parthicis* prodidisse Πάρθους ἐπὶ Σεσώστριδος τοῦ Αἰγυπτίων βασιλέως καὶ Ἰανδύσου τοῦ Σκυθῶν in Asiam migrasse. Ἰάνδυσος vocatur Arriano, haud dubie terminatione ad Græcam dialectum ficta, & ideo syllaba ος adjecta, quum verum vocabulum fuerit *Iandus* vel *Iandys*. Id considera, erudite lector, quam prope ad Justini calamum veniat, qui etiam plane scripsit, ut opinor, *& Scythiæ rex Iandus*. Agnoscis vocem nulla vel syllaba vel litera auctiorem, easdem quoque literarum formas. Quæ sanctissimæ Photii & Justini reliquiæ quum sic consentiant conspirentque; quid gravamur reliquos etiam auctores sic scripsisse opinari? Utique non alienatus fuit ab sese Arrianus, diligentissimus auctor; & si postremam syllabam adspiciamus ut accessionem proprietatis Græcæ, ex residuis illis ινδαθυρ quam facilis transitus paratur ad Ἴανδυρ vel Ἴανδυρ, ut hic quoque videatur scripsisse Ἰάνδυσον. Nonne novimus sic ex παρὰ factum παραδείσους? nonne sic vocem Μεγάνδρος explicuit præclarus ille Herbelotus?

λόμενοι ἐς τὰς μάχας· καὶ ἐσθῆς αὐτοῖσι κατάστικτός ἐστι, κατάπερ τοῦ Διονύσου τοῖσι βάκχοισιν. Ἡρακλέους δὲ οὐ πολλὰ ὑπομνήματα. Ἀλλὰ τὴν Ἄορνον γὰρ πέτρην, ἥντινα Ἀλέξανδρος βίῃ ἐχειρώσατο, ὅτι Ἡρακλέης οὐ δυνατὸς ἐγένετο ἐξελεῖν, Μακεδονικὸν δοκέει μοι τὸ κόμπασμα, κατάπερ ὦν[24] καὶ τὸν Παραπάμισον, Καύκασον ἐκάλεον Μακεδόνες, οὐδέν τι προσήκοντα τοῦτον τῷ Καυκάσῳ. Καί τι καὶ ἄντρον ἐπιφρασθέντες ἐν Παραπαμισάδῃσι, τοῦτο ἔφρασαν ἐκεῖνο εἶναι τοῦ Προμηθέως τοῦ Τιτῆνος τὸ ἄντρον, ἐν ὅτῳ ἐκρέματο ἐπὶ τῇ κλοπῇ τοῦ πυρός. Καὶ δὴ καὶ ἐν Σίβαισιν, Ἰνδικῷ γένει, ὅτι δορὰς ἀμπεχομένους εἶδον τοὺς Σίβας, ἀπὸ τῆς Ἡρακλέους στρατηλασίης ἔφασκον τοὺς ὑπολειφθέντας εἶναι τοὺς Σίβας· καὶ γὰρ καὶ σκυτάλην φορέουσί[25] τε οἱ Σίβαι, καὶ τοῖς βουσὶν αὐτῶν ῥόπαλον ἐπικέκαυται· καὶ τοῦτο ἐς μνήμην ἀνέφερον τοῦ ῥοπάλου τοῦ Ἡρακλέους. Εἰ δέ τῳ πιστὰ ταῦτα, ἄλλος ἂν οὗτος Ἡρακλέης εἴη, οὐχ ὁ Θηβαῖος, ἢ ὁ Τύριος οὗτος, ἢ ὁ Αἰγύπτιος, ἤ τις καὶ κατὰ ἄνω χώρην οὐ πόρρω τῆς Ἰνδῶν γῆς ᾠκισμένην μέγας βασιλεύς.

6 Ταῦτα μέν μοι ἐκβολὴ ἔστω τοῦ λόγου, ἐς τὸ μὴ πιστὰ φαίνεσθαι, ὅσα ὑπὲρ τῶν ἐπέκεινα τοῦ Ὑφάσιος ποταμοῦ Ἰνδῶν μετεξέτεροι ἀνέγραψαν· ἔστε γὰρ ἐπὶ τὸν Ὕφασιν, οἱ τῆς Ἀλεξάνδρου στρατηλασίης μεταλαχόντες, οὐ πάντῃ ἄπιστοι εἰσίν. Ἐπεὶ καὶ τόδε λέγει Μεγασθένης ὑπὲρ ποταμοῦ Ἰνδικοῦ, Σίλαν μὲν εἶναί οἱ οὔνομα, ῥέειν δὲ ἀπὸ κρήνης ἐπωνύμου τοῦ ποταμοῦ[26] διὰ τῆς χώρης τῆς Σιλέων, καὶ τούτων ἐπωνύμων τοῦ ποταμοῦ τε καὶ τῆς κρήνης· τὸ δὲ ὕδωρ παρέχεσθαι τοιόνδε· οὐδὲν εἶναι ὅτῳ ἀντέχει τὸ ὕδωρ, οὔτε τι νήχεσθαι ἐπ' αὐτοῦ, οὔτε τι ἐπιπλεῖν, ἀλλὰ πάντα γὰρ ἐς βυσσὸν[27] δύνειν· οὕτω τοι ἀμενηνότερον πάντων εἶναι τὸ ὕδωρ ἐκεῖνο καὶ ἠεροειδέστερον. Ὕεται δὲ ἡ Ἰνδῶν γῆ τὸ θέρος, μάλιστα μὲν τὰ ὄρεα Παραπάμισός τε καὶ ὁ Ἠμωδὸς, καὶ τὸ Ἰμαϊκὸν ὄρος, καὶ ἀπὸ τούτων μεγάλοι καὶ θολεροὶ οἱ ποταμοὶ ῥέουσιν. Ὕεται δὲ τοῦ θέρεος καὶ τὰ πεδία τῶν Ἰνδῶν, ὥστε λιμνάζειν τὰ πολλὰ αὐτέων· καὶ ἔφυγεν ἡ Ἀλεξάνδρου στρατιὴ ἀπὸ τοῦ Ἀκεσίνου ποταμοῦ μέσου θέρεος, ὑπερβαλόντος τοῦ ὕδατος εἰς τὰ πεδία· ὥστε ἀπὸ τῶνδε ἔξεστι τεκμηριοῦσθαι καὶ τοῦ Νείλου τὸ πάθημα τοῦτο, ὅτι ἐοικὸς εἶναι ὕεσθαι τὰ Αἰθιόπων ὄρεα τοῦ θέρεος καὶ ἀπ' ἐκείνων ἐμπιπλάμενον τὸν Νεῖλον ὑπερβάλλειν ὑπὲρ τὰς ὄχθας ἐς τὴν γῆν τὴν Αἰγυπτίην, θολε-

gnas adeunt, itemque veste distinctâ maculis, Libero patri bacchantium more, utantur. Herculis autem non multa monimenta extant. Cæterum quod Aornon petram, quam Alexander vi cepit, Hercules expugnare non potuerit, Macedonica quædam jactantia mihi videtur: quemadmodum & Parapamisum montem Caucasum vocarunt Macedones, quum nihil cum Caucaso commune habeat. Antrum quoque illud quod apud Parapamisadas esse acceperant, Promethei Titanis esse dixerunt, in quo ille ob ignem furto sublatum in crucem actus fuerat. Apud Sibas quoque, Indicam gentem, quod eos pellibus amictos conspexerant, ab Herculis expeditione relictos esse Sibas differebant. Siquidem & clavam gestant Sibæ, & bubus clavæ notam inurunt: atque hoc ad memoriam clavæ Herculis retulerunt. Si cui vero hæc credibilia videntur, alius certe hic Hercules fuerit quam aut Thebanus, aut Tyrius, aut Ægyptius, aut aliquis ex superiori regione non procul ab Indis habitatâ magnus rex.

6 Atque hæc quidem per excessum hujus historiæ dicta sint, ne omnino credibilia videantur, quæ de iis qui ultra Hyphasin degunt nonnulli conscripserunt: nam ad Hyphasin amnem usque non sunt prorsus indigni fide qui expeditioni Alexandri interfuerunt. Siquidem etiam hoc Megasthenes de flumine quodam Indico, cui Silas nomen est, commemorat: fluere ex fonte ejusdem cum flumine nominis per regionem Silorum, qui etiam eandem, quam fons & fluvius, appellationem acceperunt. Ejus aquam ejuscemodi esse, ut nihil omnino sustinere possit, neque quicquam ei innatare, neque supernavigare, sed omnino in fundum demergi. ita reliquis omnibus hanc aquam magis evanidam atque aeream esse. Porro India per æstatem pluviâ madet: præcipue vero Parapamisus, & Emodus, atque Himacus mons, & ab his magni ac turbulenti amnes fluunt. Perfunduntur etiam pluviâ æstate campi Indiæ, ita ut plerique stagnent, fugitque aliquando Alexandri exercitus ab Acesine fluvio, quum mediâ æstate ejus aqua campos obrueret. Ex quibus licet similem Nili naturam colligere, quod verisimile sit Æthiopum montes æstate complui, atque iis pluviis impletum Nilum limosumque factum superatis ripis Ægyptum inundare:

24 Κατάπερ ὦν] Reliqui MSSti κατάπερ ὦν. Sed Optimus simpliciter κατάπερ.
25 Σκυτάλην φορέουσι] Optimus φέρουσι.
26 Ἐπωνύμου τοῦ ποταμοῦ] MS. Opt. τῷ ποταμῷ.
27 Ἐς βυσσὸν] Cap. 30 dicit τὰ κῆτεα ἐς βυθὸν δύνει. Nunc tamen MS. Opt. ἐς ἄδυνατον, & pro voce δύνειν mox ὑπαίειν melius, & jam patet nugari nuperum: unde nec suspensam ulterius jactari scripturam Arriani patior, restituto contextu.

θολερὸς ὤν· καὶ οὔπω ῥέει ἐν τῇδε τῇ ὥρῃ, ὡς οὔτε ἂν ἀπὸ χιόνος τηκομένης ἔρρεεν, οὔτε εἰ πρὸς τῆς ὥρης θέρεος πνεόντων ἐτησίων ἀνέμων ἀνεκόπτετό οἱ τὸ ὕδωρ· ἄλλως τε οὐδὲ χιονόβατα εἴη ἂν τὰ Αἰθιόπων ὄρεα ὑπὸ καύματος. Ὕεσθαι δὲ κατάπερ τὰ Ἰνδῶν, οὐκ ἔξω ἐστὶ τοῦ εἰκότος, ἐπεὶ καὶ τἄλλα ἡ Ἰνδῶν γῆ οὐκ ἀπέοικε τῆς Αἰθιοπίας· καὶ οἱ ποταμοὶ οἱ Ἰνδοὶ, ὁμοίως τῷ Νείλῳ τῷ Αἰθιοπίῳ τε καὶ Αἰγυπτίῳ, κροκοδείλους τε φέρουσι, ἔστι δὲ οἳ αὐτῶν καὶ ἰχθύας, καὶ ἄλλα κήτεα ὅσα ὁ Νεῖλος, πλὴν ἵππου τοῦ ποταμίου· Ὀνησίκριτος δὲ καὶ τοὺς ἵππους τοὺς ποταμίους λέγει ὅτι φέρουσι. Τῶν τε ἀνθρώπων αἱ ἰδέαι οὐ πάντη ἀπᾴδουσιν αἱ Ἰνδῶν τε καὶ Αἰθιόπων· οἱ μὲν πρὸς νότου ἀνέμου Ἰνδοὶ τοῖς Αἰθίοψι μᾶλλόν τι ἐοίκασι, μέλανές τε ἰδέσθαι εἰσὶ, καὶ ἡ κόμη αὐτοῖς μέλαινα· πλήν γε δὴ ὅτι σιμοὶ οὐχ ὡσαύτως, οὐδὲ οὐλόκρανοι ὡς Αἰθίοπες· οἱ δὲ βορειότεροι τούτων, κατ' Αἰγυπτίους μάλιστα ἂν εἶεν τὰ σώματα. 7 Ἔθνεα δὲ Ἰνδικὰ εἴκοσι καὶ ἑκατὸν τὰ ἅπαντα[28] λέγει Μεγασθένης, δυοῖν δέοντα. Καὶ πολλὰ μὲν εἶναι ἔθνεα Ἰνδικὰ, καὶ αὐτὸς ξυμφέρομαι Μεγασθένει· τὸ δὲ ἀτρεκὲς οὐκ ἔχω εἰκάσαι ὅπως ἐκμαθὼν ἀνέγραψεν, οὐδὲ πολλοστὸν μέρος τῆς Ἰνδῶν γῆς ἐπελθὼν, οὐδὲ ἐπιμιξίης πᾶσι τοῖς γένεσιν ἐούσης ἐς ἀλλήλους· Πάλαι μὲν δὴ νομάδας εἶναι Ἰνδοὺς[29], καθάπερ Σκυθέων τοὺς οὐκ ἀροτῆρας, οἳ ἐπὶ τῇσιν ἁμάξῃσι πλανώμενοι, ἄλλοτε ἄλλην τῆς Σκυθίης ἀμείβουσιν, οὔτε πόλιας οἰκέοντες, οὔτε ἱερὰ θεῶν σέβοντες· οὕτω μηδὲ Ἰνδοῖσι πόλιας εἶναι, μηδὲ ἱερὰ θεῶν δεδομημένα· ἀλλ' ἀμπέχεσθαι μὲν δορὰς θηρίων ὅσων κατακαίνοιεν[30]. σιτέεσθαι δὲ τῶν δενδρέων τὸν φλοιόν· καλέεσθαι δὲ τὰ δένδρεα ταῦτα τῇ Ἰνδῶν φωνῇ Τάλα· καὶ φύεσθαι ἐπ' αὐτῶν, κατάπερ τῶν φοινίκων ἐπὶ τῇσι κορυφῇσιν, οἷά περ τολύπας[31]. Σιτέεσθαι δὲ καὶ τῶν θηρίων ὅσα ἕλοιεν, ὠμοφαγέοντας, πρὶν

dare: atque ita quidem hac anni parte fluit, ut neque nive liquatâ flueret, neque si ab etesiis æstate spirantibus inhiberetur ipsi aqua: alioqui ne nive quidem conspersi essent præ calore Æthiopum montes. Pluvias vero pati quemadmodum India, nequaquam dissentaneum rationi existimaverim: nam & cæteris in rebus India haud dissimilis Æthiopiæ est; & fluvii Indici, perinde ac Nilus Æthiopicus & Ægyptius, crocodilos gignunt, nonnulli & pisces ac balænas ejusdem generis ut Nilus, excepto equo fluviatili: sed & hos etiam gignere Onesicritus tradit. At ne facie quidem ac vultu multum inter se differunt Indi & Æthiopes. Certe qui ad austrum ventum vergunt Indi Æthiopibus magis similes sunt, nigrâ facie, & nigrâ comâ, sed non æque simi, neque ita crispo capillitio, ut Æthiopes: qui vero magis ad septentrionem incolunt, Ægyptios potius corporis formâ referunt. Porro gentes Indicas centum duodeviginti in universum statuit Megasthenes. Ego vero multas quidem Indiæ gentes esse, cum Megasthene senserim: unde autem certi aliquid cognoverit, conjecturâ assequi non possum, quum exiguam quandam Indiæ partem peragrârit, neque omnes ejus gentes commercia inter se agitent. Olim quidem Indi pastores fuêre, quemadmodum & Scythæ qui arationem non exercent, sed in plaustris degentes incertis sedibus vagantur, neque urbes incolunt, neque templa deorum colunt. Ita neque Indis urbes sunt, neque templa diis exstructa, sed ferarum quas cædunt exuviis se vestiunt: arborum corticibus vescuntur; vocantur autem eorum linguâ eæ arbores Tala: innascuntur iis quemadmodum in summitatibus palmarum, veluti glomi lanarum carptarum. Vescebantur & feris quas venatu capiebant, crudis, priusquam

28 Εἴκοσι καὶ ἑκατὸν τὰ ἅπαντα] Editio Basil. ἑκατόν τε τὰ ἅπαντα. Id caste tuentur MSSti omnes, cur igitur mutaverunt?

29 Πάλαι μὲν δὴ νομάδας εἶναι Ἰνδούς] Facius *Antiquitus Indi pastores fuere.* Vulcanius *Olim quidem Indi pastores fuere.* Et quæso qua ratione id probant? videlicet quia sic & Scytharum illi fuerunt, qui non exercebant arationem. Quid ergo? an Scythæ pastores? immo sane, quum habeant pecora, tamen vagi & sedibus incertis; & ubi pabula pecoribus inveniunt, ibi ad tempus viventes, non ut pascant & pastores sint, sed ut permittant ibi pascere. An νομάδες sunt pastores? imo infra cap. 11 dicit tertium genus Indorum esse τοὺς νομέας, τοὺς ποιμένας καὶ βουκόλους; de his id scribit, οὔτε ἄστεα οὔτε πόλιας οὔτε ἐν τῇσι κώμῃσιν οἰκέουσι. νομάδες τέ εἰσι, καὶ ἀνὰ τὰ ὄρεα βιοτεύουσι. Ergo diversi νομέες & νομάδες. Interpretatur tamen Vulcanius similiter cap. 29. de Dagaliris, & de his Cossæis cap. 40. Sed si in priore loco erant pastores, cur non ab eis petebant oves bovesque, ut necessitate carnis elephantinæ solverentur?

30 Ὅσων κατακαίνοιεν] In MSStis reperi κατακαίνοιεν, & κατακάνοιεν. Et unde ergo novit nuperus recte legere scriptos κατακαίνοιεν? An quia κατακαίνειν est ἀττικόν, atque eo utatur infra cap. 11, propterea nunc etiam eo verbo usus est Arrianus? Insignis necessitas. MS. Optimus haud dubie servavit manum Arriani κατακάνοιεν.

31 Οἷά περ τολύπας] Miseram profecto & infaustam nuperi editoris mentem, quæ se perpetua maculâ eorum, quæ præclare Salmasius fuerat commentatus, furtive descriptorum contaminare & inurere maluit, quam ingenue profiteri, quantum profecisset ex pagina 297 Plinianarum Exercitationum ad Solini Polyhistora. Habebis enim illic singula capita notæ, quæ tanquam nova ab anno 1668 venditari & obtrudi cœpit. Qua ratione perit universa illa hujus jucundi odoris suavitas ac venustas. Interim Facius intellexerat *circa summitates pingue quiddam in palmarum modum gignunt.* Ex τολύπῃ quoque notare offam non minus Scaliger dixit ad Varronem p. 45, quam ipse in Exercitationum p. 127.

πρὶν δὴ Διόνυσον ἐλθεῖν ἐς τὴν χώρην τῶν Ἰνδῶν. Διόνυσον δὲ ἐλθόντα, ὡς καρτερὸς ἐγένετο Ἰνδῶν, πόληάς τε οἰκίσαι, καὶ νόμους θέσθαι τῇσι πόλεσιν, οἴνου τε δοτῆρα Ἰνδοῖς γενέσθαι, κατάπερ Ἕλλησι, καὶ σπείρειν διδάξαι τὴν γῆν, διδόντα αὐτὸν σπέρματα· ἢ οὐκ ἐλάσαντος ταύτῃ Τριπτολέμου, ὅτε περ ἐκ Δήμητρος ἐστάλη σπείρειν τὴν γῆν πᾶσαν· ἢ πρὸ Τριπτολέμου τις οὗτος Διόνυσος ἐπελθὼν τὴν Ἰνδῶν γῆν, σπέρματα σφίσιν ἔδωκε καρποῦ τοῦ ἡμέρου[32]· βόας τε ὑπ᾽ ἀρότρῳ ζεῦξαι Διόνυσον πρῶτον, καὶ ἀροτῆρας ἀντὶ νομάδων ποιῆσαι Ἰνδῶν τοὺς πολλούς, καὶ ὁπλίσαι ὅπλοισι τοῖσιν ἀρηΐοισι. Καὶ θεοὺς σέβειν ὅτι ἐδίδαξε Διόνυσος ἄλλους τε, καὶ μάλιστα δὴ[33] ἑωυτόν, κυμβαλίζοντας καὶ τυμπανίζοντας· καὶ ὄρχησιν δὲ ἐκδιδάξαι τὴν σατυρικήν, τὸν κόρδακα παρ᾽ Ἕλλησι καλούμενον· καὶ κομᾶν Ἰνδοὺς τῷ θεῷ, μιτρηφορέειν τε ἀναδέξαι, καὶ μύρων ἀλοιφὰς ἐκδιδάξαι, ὥστε καὶ εἰς Ἀλέξανδρον ἔτι ὑπὸ κυμβάλων τε καὶ τυμπάνων ἐς τὰς μάχας Ἰνδοὺς καθίστασθαι[34]. 8 Ἀπιόντα δὲ ἐκ τῆς Ἰνδῶν γῆς, ὡς οἱ ταῦτα κεκοσμέατο, καταστῆσαι βασιλέα τῆς χώρης Σπαρτίμβαν, τῶν ἑταίρων ἕνα, τὸν βακχωδέστατον· τελευτήσαντος δὲ Σπαρτίμβα, τὴν βασιληΐην ἐκδέξασθαι Βουδύαν τὸν τούτου παῖδα· καὶ τὸν μὲν πεντήκοντα καὶ δύο ἔτεα βασιλεῦσαι Ἰνδῶν, τὸν πατέρα· τὸν δὲ παῖδα, εἴκοσιν ἔτεα· καὶ τούτου παῖδα ἐκδέξασθαι τὴν βασιληΐην Κραδεύαν· καὶ τὸ ἀπὸ τοῦδε, τὸ πολὺ μὲν κατὰ γένος ἀμείβειν τὴν βασιληΐην, παῖδα παρὰ πατρὸς ἐκδεχόμενον· εἰ δὲ ἐκλείποι τὸ γένος, οὕτω δὴ ἀριστίνδην καθίστασθαι Ἰνδοῖσι βασιλέας. Ἡρακλέα δέ, ὅντινα ἐς Ἰνδοὺς ἀφικέσθαι λόγος κατέχει, παρ᾽ αὐτοῖσιν Ἰνδοῖσι γηγενέα λέγεσθαι. Τοῦτον τὸν Ἡρακλέα μάλιστα πρὸς Συρασηνῶν γεραίρεσθαι, Ἰνδικοῦ ἔθνεος, ἵνα δύο πόληες μεγάλαι, Μέθορά τε καὶ Κλεισόβορα, καὶ ποταμὸς Ἰωβάρης πλωτὸς διαρρέει τὴν χώρην αὐτῶν. Τὴν σκευὴν δὲ οὗτος ὁ Ἡρακλέης ἥντινα ἐφόρεε, Μεγασθένης λέγει ὅτι ὁμοίην τῷ Θηβαίῳ Ἡρακλέϊ, ὡς αὐτοὶ Ἰνδοὶ ἀπηγέονται· καὶ τούτῳ ἄρσενας μὲν παῖδας πολλοὺς κάρτα γενέσθαι ἐν τῇ Ἰνδῶν γῇ (πολλῇσι γὰρ δὴ γυναιξὶν ἐς γάμον ἐλθεῖν καὶ τοῦτον τὸν Ἡρακλέα) θυγατέρα δὲ μουνογενέην· οὔνομα δὲ εἶναι τῇ παιδὶ[35] Πανδαίην· καὶ τὴν χώρην ἵνα τε ἐγένετο, καὶ ἧστινος ἐπέτρεψεν αὐτὴν ἄρχειν Ἡρακλέης, Πανδαίην, τῆς παιδὸς ἐπώνυμον· καὶ ταύτῃ ἐλέφαντας μὲν γενέσθαι ἐκ τοῦ πατρὸς ἐς πεντακοσίους, ἵππον δὲ ἐς τετρακισχιλίην, πεζῶν δὲ ἐς τὰς τρεῖς

quam Liber ad Indos venisset. Qui postquam venit, eosque devicit, urbes Indorum condidit, iisque leges sanxit: vini etiam usum Indis dedit, ut & Græcis. dato etiam semine, rationem serendi eos docuit: sive quod Triptolemus, quum à Cerere ad conserendam universam terram missus fuit, ad eam regionem non pervenerit; sive quod ante Triptolemum Liber iste aliquis ad Indos profectus mitium fructuum semina iis dederit. Primus etiam Liber boves aratro junxit, & plerosque Indorum ex erronibus aratores fecit, martiisque armis armavit: & cultum cum aliorum deorum, tum sui ipsius docuit, quem cymbalorum & tympanorum pulsu fieri jussit. Saltationem etiam satyricam induxit, quam Græci Cordaca vocant. Ad hæc comam deo nutrire, mitram gerere, unguentisque uti ostendit: adeo ut ad Alexandri usque tempora cum cymbalis & tympanis prælia inirint. Discedens vero ex Indiâ Liber rebus ita constitutis, regem Indis præfecit Spartembam, unum ex amicis, rerum Bacchicarum peritissimum. Quo mortuo, ad Budyam ejus filium regnum transiit. Et Spartembas quidem annos LII Indis regnavit: Budyas non plus XX. Hujus filius Cradevas in regnum successit: atque exinde per multam ætatem regnum à patribus in filios per manus est traditum. Si vero regem absque liberis decedere contingeret, delectu habito sibi reges creabant. Herculem porro, quem ad Indos pervenisse fama est, terrigenam ipsi Indi vocant. atque hic à Surasenis Indicâ gente præcipue colitur, qui quidem duas magnas urbes habent, Methoram & Clisoboram. Jobares fluvius navigabilis per eorum regionem fluit. Hic Hercules, ut autor est Megasthenes, eodem cultu corporis quo Thebanus Hercules utebatur, quod & Indi narrant; multosque admodum ei liberos mares in India fuisse: (multas enim uxores habuisse etiam hunc Herculem) filiam vero unicam, nomine Pandæam: regionem quoque in quâ nata est, & cujus imperio eam præfecit Hercules, Pandæam à filiæ nomine appellatam: eamque possedisse ab patre elephantos D. equites ad IIII M. pedites circiter C XXX M.

32 Καρποῦ τοῦ ἡμέρου] Non debuit Vulcanius interpretari *maturorum*: nam & glandes suo tempore sunt maturæ, nec tamen eas ullus dixit ἡμέρους, hoc est, mites. Nihilominus in exemplari unico legebatur ὡραίους, quod & ipsum convenit.

33 Καὶ μάλιστα δὴ] Idem καὶ μᾶλλον δὴ. Et mox ἀναδέξαι non ἐκδιδάξαι. & μίτρην φορέειν.

34 Ἰνδοὺς καθίστασθαι] Opt. cum aliis Ἰνδοὶ καθίσταντο. Mox idem Opt. Σπαρτέμβαν & Σπαρτέμβα, omissa litera duobus locis.

35 Οὔνομα δὲ εἶναι τῇ παιδὶ] Verbum substantivum non est in Optimo.

τρεῖς καὶ δέκα μυριάδας. Καὶ τάδε μετεξέτεροι Ἰνδῶν περὶ Ἡρακλέους λέγουσιν· ἐπελθόντα αὐτὸν πᾶσαν γῆν καὶ θάλασσαν, καὶ καθάραντα ὅ, τι περ κακὸν, κίναιδον ἐξευρεῖν ἐν τῇ θαλάσσῃ κόσμον γυναικήϊον· ὅντινα καὶ εἰς τοῦτο ἔτι οἵ τε ἐξ Ἰνδῶν τῆς χώρης τὰ ἀγώγιμα παρ' ἡμέας ἀγινέοντες σπουδῇ ὠνεόμενοι ἐκκομίζουσι· καὶ Ἑλλήνων δὲ πάλαι καὶ Ῥωμαίων νῦν ὅσοι πολυκτέανοι καὶ εὐδαίμονες, μέζονι ἔτι σπουδῇ ὠνέονται[36] τὸν μαργαρίτην δὴ τὸν θαλάσσιον, οὕτω τῇ Ἰνδῶν γλώσσῃ καλεόμενον· τὸν γὰρ Ἡρακλέα, ὡς καλόν οἱ ἐφάνη τὸ φόρημα, ἐκ πάσης τῆς θαλάσσης ἐς τὴν Ἰνδῶν γῆν συναγινέειν τὸν μαργαρίτην δὴ τοῦτον, τῇ θυγατρὶ τῇ ἑωυτοῦ εἶναι κόσμον. Καὶ λέγει Μεγασθένης, θηρεύεσθαι τὴν κόγχην αὐτοῦ δικτύοισι, νέμεσθαι δ' ἐν τῇ θαλάσσῃ κατ' αὐτὴν πολλὰς[37] κόγχας, καθάπερ τὰς μελίσσας· καὶ εἶναι γὰρ καὶ τοῖσι μαργαρίτῃσι βασιλέα, ἢ βασίλισσαν, ὡς τῇσι μελίσσῃσι. Καὶ ὅστις μὲν ἐκεῖνον κατ' ἐπιτυχίην συλλάβοι, τοῦτον δὲ εὐπετέως περιβάλλειν καὶ τὸ ἄλλο σμῆνος τῶν μαργαριτέων· εἰ δὲ διαφύγοι σφέας ὁ βασιλεὺς, τούτῳ δὲ οὐκέτι θηρατοὺς εἶναι τοὺς ἄλλους· τοὺς ἁλόντας δὲ περιορᾶν κατασαπῆναι σφίσι τὴν σάρκα, τῷ δὲ ὀστέῳ ἐς κόσμον χρῆσθαι. Καὶ εἶναι γὰρ καὶ παρ' Ἰνδοῖσι τὸν μαργαρίτην τρισάσιον κατὰ τιμὴν πρὸς χρυσίον τὸ ἄπεφθον[38], καὶ 9 τοῦτο ἐν τῇ Ἰνδῶν γῇ ὀρυσσόμενον. Ἐν δὲ τῇ χώρῃ ταύτῃ, ἵνα ἐβασίλευσεν ἡ θυγάτηρ τοῦ Ἡρακλέους, τὰς μὲν γυναῖκας ἑπταέτιδας ἐούσας, ἐς ὥρην γάμου ἰέναι, τοὺς δὲ ἄνδρας τεσσαράκοντα ἔτεα τὰ πλεῖστα βιώσκεσθαι. Καὶ ὑπὲρ τούτου λεγόμενον λόγον εἶναι παρ' Ἰνδοῖσιν· Ἡρακλέα, ὀψιγόνου οἱ γενομένης τῆς παιδὸς, ἐπεί τε δὴ ἐγγὺς ἔμαθεν ἑωυτῷ ἐοῦσαν τὴν τελευτὴν, οὐκ ἔχοντα ὅτῳ ἀνδρὶ ἐκδῷ τὴν παῖδα ἑωυτοῦ ἐπαξίῳ, αὐτὸν μιγῆναι τῇ παιδὶ ἑπταέτιδι ἐούσῃ, ὡς γένος ἐξ οὗ τε κἀκείνης ὑπολείπεσθαι Ἰνδῶν βασιλέας[39]. Ποιῆσαι ὦν αὐτὴν Ἡρακλέα ὡραίην γάμου· καὶ ἐκ τοῦδε ἅπαν τὸ γένος τοῦτο ὅτου ἡ Πανδαίη ἐπῆρξε, ταὐτὸ τοῦτο γέρας ἔχειν παρὰ Ἡρακλέους. Ἐμοὶ δὲ δοκεῖ, εἴπερ ὦν τὰ ἐς τοσόνδε ἄτοπα Ἡρακλέης οἷός τε ἦν ἐξεργάζεσθαι, καὶ αὐτὸν ἀποφῆναι μακροβιώτερον, ὡς ὡραίῃ μιγῆναι τῇ παιδί. Ἀλλὰ γὰρ εἰ ταῦτα ὑπὲρ τῆς ὥρης τῶν ταύτῃ παίδων ἀτρεκέα ἐστὶν, ἐς ταὐτὸν φέρειν δοκεῖ

M. Sunt & Indi, qui hoc etiam de Hercule narrent. Quum universam terram ac mare peragrasset, & quidquid erat mali sustulisset, cinædos, ornatum quendam muliebrem, in mari reperisse. quem etiam in hunc diem qui merces ab Indis magno studio emptas ad nos adferunt, inde portant: sed & quotquot apud Græcos olim & nunc apud Romanos ditiores sunt, majore adhuc studio emunt margaritam marinam, ita Indorum linguâ dictam. Herculem enim cum ornatum admiratum, margaritas hujus generis ex universo mari versus Indiam colligi jussisse, quibus filia ejus ornaretur. Megasthenes concham hujus margaritæ retibus capi scribit; versari autem circa eam agmen multarum concharum, veluti apum examen. Regem enim suum etiam aut reginam margaritas habere, ut apes: ac si forte contingat regem capi, reliquum etiam margaritarum examen celeriter ab eodem circumcingi: si vero rex piscatores evadat, ne reliquas quidem conchas capi posse. Earum carnes Indos ubi eas ceperint putrescere finere: osse ad ornatum uti. Esse autem margaritas, quæ contra triplum aurum obryzum, atque id etiam in Indiâ effossum, veneant. Ad hæc in his regionibus quibus 9 Herculis filia imperitavit, fœminas ubi ad septimum ætatis annum pervenerint, viro maturas nubere: viros XL. summum annos vivere. Atque hac de re hujuscemodi sermonem apud Indos jactari: Quum Herculi jam seni hæc filia nata esset, neque procul abesse vitæ suæ finem suspicaretur, nec inveniret virum tali sponsâ dignum, ipsum cum filiâ septem annos natâ coiisse, ut sobolem ex se & illâ sufficeret reges Indiæ. Herculem itaque illam nubilem fecisse. atque exinde universam eam gentem cui Pandæa imperavit idipsum beneficii ab Hercule accepisse. Mea vero sententia est: si Hercules par erat rei adeo absurdæ perpetrandæ, diuturnioris etiam se ipsum vitæ facturum fuisse; ut cum filiâ maturâ rem habere posset. Si enim illa de puellarum ad nuptias maturitate vera sunt, eodem

36 *Μέζονι ἔτι σπουδῇ ὠνέονται*] Secunda & postrema vox absunt ab Optimo, & prorsus neutra indigeo. Pendent enim omnia ab prioribus.

37 *Κατ' αὐτὴν πολλὰς*] In duobus vidi *κατ' αὐτὸ*, mirâ negligentia; & tamen ita quoque editum Venetiis. Sed MSS. duo cum Optimo *κατ' αὐτὸ*, melius scil. ipsum illud *κίναιδον*, quod hinc patet, quo genere auctor enuntiaverit.

38 *Τρισάσιον κατὰ τιμὴν πρὸς χρυσίον τὸ ἄπεφθον*] Facius modo vertit: *esse uniones apud Indos, ter tanto auri pondere æstimatos.* Sed inspice laudatas Exercitationes pag. 1114.

39 *Ἰνδῶν βασιλέας*] Quo veritatis pignore his super allini potuerit, *scripsi omnes Ἰνδῶν βασιλέας*, plane non assequor, quum testari debeam in omnibus scriptis Florentiæ legi *βασιλέας*. Id quod omnino retinendum est, quum conficiat elegantissimam frequentatamque scriptoribus appositionem: ut ex se & illa genus relinqueretur nempe Reges Indiæ. Certe id quoque est, quod ex V.C. adscribit Vulcanius, ut deeo dubitari nequeat.

δοκεῖ ἔμοιγε ἐς ὅ, τι περ καὶ ὑπὲρ τῶν ἀνδρῶν τῆς ἡλικίης ὅτι τεσσαρακοντοῦτες ἀποθνήσκουσιν οἱ πρεσβύτατοι αὐτῶν. Οἷς γὰρ τό, τε γῆρας τοσῷδε ταχύτερον ἐπέρχεται, καὶ ὁ θάνατος ὁμοῦ τῷ γήρᾳ πάντως που καὶ ἡ ἀκμὴ πρὸς λόγον τοῦ τέλεος ταχυτέρη ἐπανθέει· ὥστε τριακοντοῦτες μὲν ὠμογέροντες ἄν που εἶεν αὐτοῖσιν οἱ ἄνδρες, εἴκοσι δὲ ἔτεα γεγονότες οἱ ἔξω ἥβης νεανίσκοι· ἡ δὲ ἀκροτάτη ἥβη, ἀμφὶ τὰ πεντεκαίδεκα ἔτεα· καὶ τῇσι γυναιξὶν ὥρη τοῦ γάμου κατὰ λόγον ἂν οὕτω ἐς τὰ ἑπτὰ ἔτεα συμβαίνοι. Καὶ γὰρ τοὺς καρποὺς ἐν ταύτῃ τῇ χώρῃ πεπαίνεσθαί τε ταχύτερον μὲν τῆς ἄλλης, αὐτὸς οὗτος Μεγασθένης ἀνέγραψε, καὶ φθίνειν ταχύτερον. Ἀπὸ μὲν δὴ Διονύσου βασιλέας ἠρίθμεον Ἰνδοὶ ἐς Σανδρόκοττον τρεῖς καὶ πεντήκοντα καὶ ἑκατόν· ἔτεα δὲ, δύο καὶ τεσσαράκοντα καὶ ἑξακισχίλια· ἐν δὲ τούτοισι τρὶς τὸ πᾶν εἰς ἐλευθερίην * τὸ δὲ, καὶ ἐς τριακόσια· τὸ δὲ, εἴκοσί τε ἐτέων καὶ ἑκατόν· πρεσβύτερόν τε Διόνυσον Ἡρακλέους δέκα καὶ πέντε γενεῇσιν Ἰνδοὶ λέγουσιν· ἄλλον δὲ οὐδένα ἐμβαλεῖν ἐς γῆν τὴν Ἰνδῶν ἐπὶ πολέμῳ· οὐδὲ Κῦρον τὸν Καμβύσεω, καίτοι ἐπὶ Σκύθας ἐλάσαντα, καὶ τἄλλα πολυπραγμονέστατον δὴ τῶν κατὰ τὴν Ἀσίην βασιλέων γενόμενον τὸν Κῦρον. Ἀλλὰ Ἀλέξανδρον γὰρ ἐλθεῖν τε καὶ κρατῆσαι πάντων τοῖς ὅπλοις, ὅσους γε δὴ ἐπῆλθε· καὶ ἂν καὶ πάντων κρατῆσαι, εἰ ἡ στρατιὴ ἤθελεν. Οὐ μὲν δὴ οὐδὲ Ἰνδῶν τινα ἔξω τῆς οἰκείης σταλῆναι ἐπὶ πολέμῳ, 10 διὰ δικαιότητα. Λέγεται δὲ καὶ τάδε, μνημεῖα ὅτι Ἰνδοὶ τοῖς τελευτήσασιν οὐ ποιέουσιν, ἀλλὰ τὰς ἀρετὰς γὰρ τῶν ἀνδρῶν ἱκανὰς ἐς μνήμην τίθενται[40] τοῖσιν ἀποθανοῦσι, καὶ τὰς ᾠδὰς αἳ αὐτοῖσιν ἐπᾴδονται. Πολίων δὲ καὶ ἀριθμὸν[41] οὐκ εἶναι ἂν ἀτρεκὲς ἀναγράψαι τῶν Ἰνδικῶν, ὑπὸ πλήθεος· ἀλλὰ γὰρ ὅσαι παραποτάμιαι αὐτέων, ἢ παραθαλάσσιαι, ταύτας μὲν ξυλίνας ποιέεσθαι· οὐ γὰρ εἶναι ἐκ πλίνθου ποιεομένας διαρκέσαι ἐπὶ χρόνον, τοῦ τε ὕδατος ἕνεκα τοῦ ἐξ οὐρανοῦ, καὶ ὅτι οἱ ποταμοὶ αὐτοῖσιν ὑπερβάλλοντες ὑπὲρ τὰς ὄχθας, ἐμπιπλᾶσι τοῦ ὕδατος τὰ πεδία. Ὅσαι δὲ ἐν ὑπερδεξίοις τε καὶ μετεώροις τόποισι, καὶ τούτοισιν ὑψηλοῖσιν, ᾠκισμέναι εἰσὶ, ταύτας δὲ ἐκ πλίνθου τε καὶ πηλοῦ ποιέεσθαι· μεγίστην δὲ πόλιν Ἰνδοῖσιν εἶναι Παλίμβοθρα καλεομένην, ἐν τῇ Πρασίων γῇ[42], ἵνα αἱ συμβολαί εἰσι τοῦ τε Ἐραννοβόα ποτα-

dem mihi spectare videtur, quod de virorum ætate dicitur, quod qui quam longissime vivunt quadragesimum annum non excedant. Quibus enim senectus tanto celerius advenit, iis simul & mors omnino, & vigor ætatis, proportione quadam ad finem vitæ habitâ, citius accedat necesse est: ita ut viri triginta annos nati, jam ad primam illam viridem senectam pervenisse dicendi sint: & qui XX, juventutis: qui XV, adolescentiæ terminos excessisse, & fœminis eadem ratione maturitas ad nuptias septimo anno contingat: quippe & fructus in eâ regione citius quam in aliâ ullâ maturescere, citiusque interire idem Megasthenes scribit. A Baccho quidem ad Sandrocottum Indi reges numerabant C L III, annos vero VI. M XLII. Ex his vero omnibus ter tantum libertate usi fuerant. * deinde per annos CCC, iterum per annos CXX. Bacchum etiam Indi Hercule antiquiorem esse dicunt XV sæculis: nullumque alium belli inferendi causâ fines suos ingressum: neque Cyrum Cambysis filium, quamvis is adversus Scythas exercitum duxerit, & (quantum ad alias res attinet) multa præclare gesserit. Alexandrum vero in eas regiones venisse, omnesque armis subegisse ad quas pervenerit: ac cæteros omnes subacturum fuisse, nisi exercitus ulterius progredi recusasset. Sed neque Indorum quemquam domo ad bellum missum esse, ne injusti viderentur. Feruntur etiam hæc: Non concedere Indos monimenta mortuis; virtutes enim virorum ad perpetuandam post mortem memoriam sufficere existimant, & carmina atque odas quibus eorum virtutes decantant. Urbium etiam Indicarum numerum præ multitudine compertum non esse: eas vero quæ juxta flumina aut mare sitæ sunt, ex ligneâ materiâ constructas esse; neque enim, si ex latere confectæ essent, longo tempore duraturas, tum propter imbres, tum quod amnes superatis ripis plana passim loca aquâ repleant. Quæ vero commodioribus & suspensis, eisque sublimibus locis positæ sunt, ex lateribus & cæmento factas esse. Maximam autem apud Indos urbem esse Palimbothra in Prasiorum finibus, ad Erannoboæ & Gangis fluminum con- 10

40 Ἱκανὰς ἐς μνήμην τίθενται] Voce prima caret liber Optimus.

41 Πολίων δὲ καὶ ἀριθμὸν] Copula abest ab Opt. & Augustano.

42 Ἐν τῇ Πρασίων γῇ] Erat hic sane nodus vindice dignus, qui invalescebat contra veram Geographiam: & quum annotare sustinuisset Casaubonus velut adversariam hanc Arriani sententiam Straboni, qui eam urbem pag. 702 ponit in alia gente, veritatem unus adseruit Salmasius in eisdem Exercitationibus pag. 994 cujus ingenium & rationes in se nefarie transtulit nuperus editor, quum legeretur Γαδαρίων. Et nescio an de his Prasiis aliquid subodoratus fuerit Suffridus, dum apud Ortelium vides aliquid ab eo subjici de Fresiorum gente, quam vocem agnoscis accedere ad Πρασίοις, sed quam ridicule nimis illic porrigere dicitur.

ποταμοῦ καὶ τοῦ Γάγγεω· τοῦ μὲν Γάγγεω, τοῦ μεγίστου ποταμῶν· ὁ δὲ Ἐραννοβόας, τρίτος μὲν ἂν εἴη τῶν Ἰνδῶν ποταμῶν, μέζων δὲ τῶν ἄλλων [43] καὶ οὗτος· ἀλλὰ ξυγχωρέει αὐτὸς τῷ Γάγγῃ, ἐπειδὰν ἐμβάλῃ ἐς αὐτὸν τὸ ὕδωρ. Καὶ λέγει Μεγασθένης, μῆκος μὲν ἐπέχειν τὴν πόλιν καθ' ἑκατέρην τῶν πλευρέων, ἵνα περ μακροτάτη αὐτὴ ἑωυτῆς ᾤκισται, ἐς ὀγδοήκοντα σταδίους· τὸ δὲ πλάτος, ἐς πεντεκαίδεκα· τάφρον δὲ περιβεβλῆσθαι τῇ πόλει, τὸ εὖρος ἑξάπλεθρον, τὸ δὲ βάθος τριήκοντα πηχέων· πύργους δὲ ἑβδομήκοντα καὶ πεντακοσίους ἐπέχειν τὸ τεῖχος, καὶ πύλας τέσσαρας καὶ ἑξήκοντα. Εἶναι δὲ καὶ τόδε μέγα ἐν τῇ Ἰνδῶν γῇ, πάντας Ἰνδοὺς εἶναι ἐλευθέρους, οὐδέ τινα δοῦλον εἶναι Ἰνδόν· τοῦτο μὲν Λακεδαιμονίοισιν ἐς ταὐτὸ συμβαίνει καὶ Ἰνδοῖσιν. Λακεδαιμονίοις μέν γε οἱ εἵλωτες δοῦλοί εἰσι, καὶ τὰ δούλων ἐργάζονται· Ἰνδοῖσι δέ, οὐδὲ ἄλλος δοῦλός ἐστι, μήτοι γε Ἰνδῶν τις.

11 Νενέμηνται δὲ οἱ πάντες Ἰνδοὶ ἐς ἑπτὰ μάλιστα γενεάς· ἐν μὲν αὐτοῖσιν οἱ σοφισταί εἰσι, πλήθει μὲν μείους τῶν ἄλλων, δόξῃ δὲ καὶ τιμῇ γεραρώτατοι. Οὔτε γάρ τι τῷ σώματι ἐργάζεσθαι ἀναγκαίη σφιν προσκέεται· οὔτε τι ἀποφέρειν ἀφ' ὅτου πονέουσιν ἐς τὸ κοινόν· οὐδέ τι ἄλλο ἀνάγκης ἁπλῶς ἐπεῖναι τοῖσι σοφιστῇσιν, ὅτι μὴ θύειν τὰς θυσίας τοῖσι θεοῖσιν ὑπὲρ τοῦ κοινοῦ τῶν Ἰνδῶν· καὶ ὅστις δὲ ἰδίᾳ θύει, ἐξηγητὴς αὐτῷ τῆς θυσίης τῶν τις σοφιστῶν τούτων γίνεται, ὡς οὐκ ἂν ἄλλως κεχαρισμένα τοῖς θεοῖς θύσαντας. Εἰσὶ δὲ καὶ μαντικῆς οὗτοι μοῦνοι Ἰνδῶν δαήμονες, οὐδὲ ἐφεῖται ἄλλῳ μαντεύεσθαι, ὅτι μὴ σοφῷ ἀνδρί· μαντεύονται δὲ ὅσα ὑπὲρ τῶν ὡραίων τοῦ ἔτεος [44], καὶ εἴ τις ἐς τὸ κοινὸν συμφορὴ καταλαμβάνει· τὰ ἴδια δὲ ἑκάστοισιν οὔ σφιν μέλει μαντεύεσθαι· ἢ ὡς οὐκ ἐξικνεομένης τῆς μαντικῆς ἐς τὰ μικρότερα, ἢ ὡς οὐκ ἄξιον ἐπὶ τούτοισι πονέεσθαι. Ὅστις δὲ ἁμάρτοι ἐς τρὶς μαντευσάμενος, τούτῳ δὲ ἄλλο μὲν κακὸν γίγνεσθαι οὐδέν, σιωπᾶν δὲ εἶναι ἐπάναγκες τοῦ λοιποῦ· καὶ οὐκ ἔστιν ὅστις ἐξαναγκάσει τὸν ἄνδρα τοῦτον φωνῆσαι, ὅτου ἡ σιωπὴ κατακέκριται. Οὗτοι γυμνοὶ διαιτῶνται οἱ σοφισταί, τοῦ μὲν χειμῶνος ὑπαίθριοι ἐν τῷ ἡλίῳ, τοῦ δὲ θέρεος

ἐπὴν

confluentem : ac Gangis quidem maximi omnium fluminum. Erannoboas autem tertius est Indiæ fluminum, reliquis major, sed Gangi cedit, quum in eum aquam suam immisit. Ait porro Megasthenes longitudinem urbis esse ab utroque latere, qua longissime habitatur, stadiorum LXXX, latitudinem XV. fossamque urbi circumductam, latitudine sex jugerum, altitudine cubitorum XXX, murum turres habere D LXX, portas LXIV. Hoc etiam esse memorabile in Indiâ, Omnes Indos liberos esse, neque ullum omnino Indum servum esse. quâ quidem in re Indis cum Lacedæmoniis convenit. Lacedæmoniis quidem Helotes tantum servi sunt, serviliaque munia obeunt. Indi vero nec aliis servis utuntur ; Indo autem nemine. Distinguuntur autem Indi omnes in septem potissimum genera hominum : quorum alii sophistæ sive sapientes appellantur, numero quidem reliquis inferiores ; sed honore & gloriâ præstantissimi. Neque enim ad ulla opera quæ corpore præstantur adiguntur : neque quicquam conferunt ad publicum usum ex iis quæ labore parant ; neque (ut summatim dicam) ullius plane operis necessitas sophistis imposita est, quam ut diis pro communi salute sacrificia faciant. Et siquis privatim sacrificat, aliquis ex his sophistis interpres sacrificiorum ei adjungitur ; tanquam aliter accepta diis sacrificia futura non sint. Sunt vero etiam hi soli inter Indos divinandi periti : neque cuiquam divinatio permittitur, nisi sapienti viro. Vaticinantur autem de temporibus anni, aut si quæ publica calamitas immineat. De rebus privatis non vaticinantur, sive quod divinandi rationem ad res minores pertinere non putent : sive quod indignum credant circa minutiora hæc laborare. Quicunque autem ter divinando à vero aberrârit, huic nihil aliud pœnæ loco infligitur, quam quod ei deinceps silentium indicitur : neque cuiquam licet eum cui silentium imperatum fuerit ad loquendum cogere. Hi sophistæ nudi degunt. hyeme, sub dio

apri-

43 Τρίτος μὲν ἂν εἴη τῶν Ἰνδῶν ποταμῶν, μέζων δὲ τῶν ἄλλων] Hunc loquendi modum esse accommodatum alicui perspicuitati, nullus video. Certe enim quum dicit Erannoboam talem esse, ut tertius dicendus sit ex Indiæ fluminibus, nihil aliud inde colligi potest, quam eum duobus minorem esse, reliquis vero majorem. Quia tamen non præmittitur appellatio istorum duorum, tum quæ sint illa reliqua, etiam non exprimatur, certe pro ridiculo haberi debet hæc declaratio, dum nimis aperta esse vult, ad ineptiam vergens. Sufficit enim dicere tertium esse Indiæ fluminum ; & statim intelligimus duo esse illo majora, reliqua minora. Sed vide quid lateat, & huic garrulæ loquentiæ ansam quomodo dederit corruptela ab plerisque antiquis libris probata, sed patefacta ab uno isto Optimo codice, in quo sic legitur: μέζων δὲ τῶν ἄλλων; id vero est plenissimum. Hoc est, ut sit quidem duobus Indicis minor, Gange scilicet & Indo, tamen omnibus aliis, quæ uspiam terrarum sunt, etiam Nilo, etiam Istro major. Hanc ipsam lectionem vidi & in alio codice.

44 Ὡραίων τοῦ ἔτεος] Proculdubio cum Opt. ὡρέων, quod videtur expressisse interpres. Sed & postulat ipse Arrianus cap. 17 ὅτι αἱ ὧραι σύμμετροι εἰσὶν αὐτόθι. εἰ δὲ ἐς μέζον καταλαμβάνοιεν, τοῖσι σοφιστῇσι ἀνακοινοῦντο. In sequentibus MSSti aut habent τὰ δὲ ἴδια ἑκάστοισι, aut adversativam omittunt, quod etiam facit Optimus.

ἐπεὰν ὁ ἥλιος κατέχῃ, ἐν τοῖσι λειμῶσι καὶ τοῖσιν ἕλεσιν ὑπὸ δένδρεσι μεγάλοισιν· ὧν τὴν σκιὴν Νέαρχος λέγει ἐς πέντε πλέθρα ἐν κύκλῳ ἐξικνέεσθαι, καὶ ἂν μυρίους[45] ὑπὸ ἑνὶ δένδρεϊ σκιάζεσθαι· τηλικαῦτα εἶναι ταῦτα τὰ δένδρεα. Σιτέονται δὲ ὡραῖα, καὶ τὸν φλοιὸν τῶν δενδρέων, γλυκύν τε εἶναι τὸν φλοιὸν[46] καὶ τρόφιμον, οὐ μεῖον ἤπερ αἱ βάλανοι τῶν φοινίκων[47]. Δεύτεροι δ' ἐπὶ τούτοισιν οἱ γεωργοί εἰσιν· οὗτοι πλήθει πλεῖστοι Ἰνδῶν ἐόντες· καὶ τούτοισιν οὔτε ὅπλα ἐστὶν ἀρήια, οὔτε μέλει τὰ πολέμια ἔργα, ἀλλὰ τὴν χώρην οὗτοι ἐργάζονται· καὶ τοὺς φόρους τοῖς τε βασιλεῦσι καὶ τῇσι πόλεσιν ὅσαι αὐτόνομοι, οὗτοι ἀποφέρουσι· καὶ εἰ πόλεμος ἐς ἀλλήλους τοῖσιν Ἰνδοῖσι τύχοι, τῶν ἐργαζομένων τὴν γῆν οὐ θέμις σφιν ἅπτεσθαι, οὐδὲ αὐτὴν τὴν γῆν τάμνειν· ἀλλὰ οἱ μὲν πολεμοῦσι καὶ καταχαίνουσιν ἀλλήλους ὅπως τύχοιεν· οἱ δὲ πλησίον αὐτῶν κατ' ἡσυχίην ἀροῦσιν, ἢ τρυγῶσιν, ἢ κλαδεύουσιν, ἢ θερίζουσιν. Τρίτοι δέ εἰσιν Ἰνδοῖσιν οἱ νομέες, οἱ ποιμένες τε καὶ βουκόλοι, καὶ οὗτοι οὔτε κατὰ πόλιας, οὔτε ἐν τῇσι κώμῃσιν οἰκέουσι· νομάδες τέ εἰσι, καὶ ἀνὰ τὰ ὄρεα βιοτεύουσι· φόρον δὲ καὶ οὗτοι[48] ἀπὸ τῶν κτηνέων ἀποφέρουσι· καὶ θηρεύουσιν οὗτοι ἀνὰ τὴν 12 χώρην ὄρνιθάς τε καὶ ἄγρια θηρία. Τέταρτον δέ ἐστι τὸ δημιουργικόν τε καὶ καπηλικὸν γένος. Καὶ οὗτοι λειτουργοί εἰσι, καὶ φόρον ἀποφέρουσιν ἀπὸ τῶν ἔργων τῶν σφετέρων, πλήν γε δὴ ὅσοι τὰ ἀρήια ὅπλα ποιέουσιν· οὗτοι δὲ καὶ μισθὸν ἐκ τοῦ κοινοῦ προσλαμβάνουσιν. Ἐν δὲ τούτῳ τῷ γένει οἵ τε ναυπηγοὶ καὶ οἱ ναῦταί εἰσιν, ὅσοι κατὰ τοὺς ποταμοὺς πλώουσι. Πέμπτον δὲ γένος ἐστὶν Ἰνδοῖσιν, οἱ πολεμισταί· πλήθει μὲν δεύτερον μετὰ τοὺς γεωργούς, πλείστῃ δὲ ἐλευθερίῃ τε καὶ εὐθυμίῃ ἐπιχρεόμενον· καὶ οὗτοι ἀσκηταὶ μόνων τῶν πολεμικῶν ἔργων εἰσί. Τὰ δὲ ὅπλα ἄλλοι αὐτοῖς ποιέουσι, καὶ ἵππους ἄλλοι παρέχουσι· καὶ διακονέουσιν ἐπὶ στρατοπέδου ἄλλοι, οἳ τούς τε ἵππους αὐτοῖς θεραπεύουσι, καὶ τὰ ὅπλα ἐκκαθαίρουσι, καὶ τοὺς ἐλέφαντας ἄγουσι, καὶ τὰ ἅρματα κοσμέουσί τε καὶ ἡνιοχεύουσιν. Αὐτοὶ δέ, ἔστ' ἂν μὲν πολεμεῖν δέῃ, πολεμοῦσιν· εἰρήνης δὲ γενομένης, εὐθυμέουσι[49]· καί σφιν μισθὸς ἐκ τοῦ κοινοῦ τοσόσδε ἔρχεται, ὡς καὶ ἄλλους τρέφειν ἀπ' αὐτοῦ εὐμαρέως. Ἕκτοι δέ εἰσιν Ἰνδοῖσιν, οἱ ἐπίσκοποι κα-

apricantur: æstate quum sol fervet, in pratis & palustribus locis, sub ingentibus arboribus. quarum umbram Nearchus scribit ad quinque jugera in circuitu extendi, facileque decem millia sub unius arboris umbra delitescere; tantæ magnitudinis esse eas arbores. Fructibus vero maturis per certa anni tempora vescuntur, corticibusque arborum, quæ & dulces sunt & multi nutrimenti, perinde atque palmarum caricæ. Secundum genus hominum à sophistis sunt Agricolæ, quorum quidem inter Indos præcipua est multitudo. Hi neque arma habent quibus in bello utantur, neque bellicas res curant: sed agros colunt, & regibus liberisque urbibus tributa pendunt. Præterea si intestina inter Indos bella incidant, agricolas capere aut agrum eorum vastare nefas est. reliqui inter se bellum gerunt, seseque mutuo interficiunt prout res dat. Ipsi juxta eos tranquille aut arationi, aut vindemiæ, vel frondationi, vel messi vacant. Tertium genus Indorum, sunt Pastores, sive opiliones sive bubulci, & hi neque urbes neque pagos inhabitant, sed vagabundi in montibus degunt & tributum ex armentis & pecore pendunt, avesque & agrestes feras venantur. Quartum genus est Opificum & 12 negotiatorum. Et hi publici ministri sunt, atque ex operibus suis tributa persolvunt, iis exceptis qui arma bellica fabricantur. Ii enim etiam ex publico mercedem accipiunt. In hoc genere sunt fabri navales & nautæ quotquot flumina navigant. Quintum genus est Militantium: multitudine quidem secundum ab agricolis, sed maxime liberum atque alacre. Hi solum bellicas res administrant. Arma alii ipsis conficiunt, & equos alii suppeditant, serviuntque his apud castra alii, qui & equos curant, atque arma extergent, & elephantos ducunt, & currus instruunt ac gubernant. Ipsi vero, quum bellandum est, bellant: constituta autem pace jucundam atque alacrem vitam degunt, tantumque stipendii eis ex publico datur, ut ex eo etiam alios commode alere possint. Sextum genus est Episcopo-

45 *Καὶ ἂν μυρίους*] *Facileque mille.* Quum has voces nuper sic citasset iste Noster, annotavit [veteres vulgari addunt ἀνθρώπους, quod in altera scriptura tacite intelligitur] Agnoscis, nisi Freinshemium aut Casaubonum aut Salmasium habeat, quem compilet, eum videre non posse hic cum Facio interpretandum esse *dena hominum millia.* Cæterum non veteres vulgari hoc loco tantum addunt vocem ἀνθρώπους, sed omnes MSSti, quos adhibui; sed ut semper, ita nunc etiam præstantissime codex Optimus καὶ ἂν καὶ μυρίους ἀνθρώπους.

46 *Καὶ τὸν φλοιὸν τῶν δένδρων γλυκύν τε εἶναι τὸν φλοιόν*] Licuit opinor nunc mihi sic edere, postquam & morem Arriani in repetendo annotavi diu in dissertationibus Epistolicis, & codex Optimus has voces mihi indulsisset.

47 *Οὐ μεῖον ἤπερ αἱ βάλανοι τῶν φοινίκων*] Priores duæ voces non exstant in Optimo.

48 *Φόρον δὲ καὶ οὗτοι*] Opt. *φόρον καὶ αὐτοί.*

49 *Εὐθυμέουσι*] MSS. O. *εὐθυμέονται.* Quod haud dubie verum est, quum semper in hoc libello ista forma utatur. Etiam Optimus statim *φοῖδος ἀγγέλλει.*

καλεόμενοι. Οὗτοι ἐφορῶσι τὰ γινόμενα κατά τε τὴν χώρην, καὶ κατὰ τὰς πόλιας· καὶ ταῦτα ἀναγγέλλουσι τῷ βασιλεῖ, ἵνα περ βασιλεύονται Ἰνδοί· ἢ τοῖς τέλεσιν, ἵνα περ αὐτόνομοί εἰσι· καὶ τούτοις οὐ θέμις ψεῦδος ἀγγεῖλαι οὐδέν, οὐδέ τις Ἰνδῶν αἰτίην ἔσχε ψεύσασθαι. Ἕβδομοι δέ εἰσιν, οἱ ὑπὲρ τῶν κοινῶν βουλευόμενοι ὁμοῦ τῷ βασιλεῖ, ἢ κατὰ πόλιας ὅσαι αὐτόνομοι, σὺν τῇσιν ἀρχῇσι. Πλήθει μὲν ὀλίγον τὸ γένος τοῦτό ἐστι, σοφίῃ δὲ καὶ δικαιότητι ἐκ πάντων προκεκριμένον· ἔνθεν οἵ τε ἄρχοντες αὐτοῖσιν ἐπιλέγονται, καὶ ὅσοι νομάρχαι[50] καὶ ὕπαρχοι καὶ θησαυροφύλακές τε καὶ στρατοφύλακες, ναύαρχοί τε καὶ ταμίαι, καὶ τῶν κατὰ γεωργίην ἔργων ἐπιστάται. Γαμέειν δὲ ἐξ ἑτέρου γένεος οὐ θέμις· οἷον τοῖσι γεωργοῖσιν ἐκ τοῦ δημιουργικοῦ, ἢ ἔμπαλιν· οὐδὲ δύο τέχνας ἐπιτηδεύειν τὸν αὐτόν, οὐδὲ τοῦτο θέμις· οὐδὲ ἀμείβειν ἐξ ἑτέρου γένεος εἰς ἕτερον· οἷον, γεωργικὸν ἐκ νομέως γενέσθαι, ἢ νομέα ἐκ δημιουργικοῦ. Μοῦνόν σφισιν ἀνεῖται, σοφιστὴν ἐκ παντὸς γένεος γενέσθαι· ὅτι οὐ μαλθακὰ τοῖσι σοφιστῇσιν εἰσὶ τὰ πρήγματα, ἀλλὰ πάντων ταλαιπωρότατα. 13 Θηρῶσι δὲ Ἰνδοὶ τὰ μὲν ἄλλα ἄγρια θηρία, κατάπερ καὶ Ἕλληνες· ἡ δὲ τῶν ἐλεφάντων σφιν θήρη οὐδέν τι ἄλλῃ ἔοικεν[51]· ὅτι καὶ ταῦτα τὰ θηρία οὐδαμοῖσιν ἄλλοισι θηρίοις ἐπέοικεν. Ἀλλὰ τόπον γὰρ ἐπιλεξάμενοι ἄπεδον, καὶ καυματώδεα, ἐν κύκλῳ τάφρον ὀρύσσουσιν, ὅσον μεγάλῳ στρατοπέδῳ ἐπαυλίσασθαι. Τῆς δὲ τάφρου τὸ εὖρος ἐς πέντε ὀργυιὰς ποιέονται, βάθος τε ἐς τέσσαρας. Τὸν δὲ χοῦν ὅντινα ἐκβάλλουσιν ἐκ τοῦ ὀρύγματος, ἐπὶ τὰ χείλεα ἑκάτερα τῆς τάφρου ἐπιφορήσαντες, ἀντὶ τείχεος διαχρέονται· αὐτοὶ δὲ ἐπὶ τῷ χώματι τοῦ ἐπὶ τοῦ χείλεος τοῦ ἔξω τῆς τάφρου[52], σκηνάς

scoporum, sive inquisitorum. hi quid in urbibus, quid in agris agatur inquirunt, eaque regibus, si per reges gubernentur, aut magistratibus, si liberæ civitates sunt, denuntiant. His fas non est falsa pro veris denuntiare: neque Indorum quisquam mendacii unquam accusatus est. Septimum genus est eorum qui de rebus ad commune pertinentibus consultant: idque vel cum rege, vel per urbes quæ liberæ imperium tenent. Atque hi quidem numero pauci sunt: sed sapientiâ ac justitiâ reliquis præstant. Ex hoc genere, magistratus & regionum præsides & præfecti & quæstores ac copiarum & classium duces, ac dispensatores & rerum rusticarum exactores deliguntur. Conjugia inter hos ordines promiscua fieri nefas est. neque enim licet agricolæ ex opificum ordine uxorem ducere: nec contra. Neque uni duas artes exercere fas est, neque ex uno genere in aliud transire: utputa agricolam ex pastore, aut pastorem ex opifice fieri. Hoc tantum permittitur, sophistam ex quocunque genere fieri. neque enim mollis est sophistarum vita, sed omnium laboriosissima. Venantur 13 autem Indi reliquas feras ut Græci: sed elephantorum venatio longe diversa est. siquidem & hæ feræ nullis aliis similes sunt. Deligunt venatores locum planum & apricum. in ejus circuitu fossam ducunt magni exercitus capacem. Fossæ latitudo quinque orgyias habet, altitudo quatuor. Terram quam fodiendo eruunt utrinque ad labra fossæ congerunt, eaque pro muro utuntur. deinde in exterioris labri aggere tentoria sibi fossilia faciunt, & foramina in iis, per

50 Ὅσοι νομάρχαι] Hausta fuit periodi hujus interpretatio fere integra ab Facio, *ex hoc genere principes, legumlatores, quæstores, ac copiarum & classium duces, ædiles quique rustico operi præsunt.* Nos si quid didicimus Græce, nescimus, quomodo νομάρχαι possint intelligi legumlatores, maxime quum toties ante in Arriano occurrerit, & nuspiam sic versum. Nimis facili & credula fide illi. Ergo mutavi, & moneo, ut Cl. Leopardum lib. VII emend. cap. 18 inspicias. Scribit Scaliger ad Varron. pag. 142 de nenia cani solita in funere infantium. *A quo ut puto, quoddam genus legis puerilis dictum est* Νηνίατον. Hesych. Νηνίατον, παιδαριῶδες νόμιον. Ego verba illa in Hesychio invenio in Νηνίατος, sed quid velit lex ista puerilis, ignoro. Ex Horatio adducit puerorum neniam, non legem. Itaque si νόμιον intellexit Hesychius, non legem puerilem intelligi convenit, sed cantilenam, quæ & ipse νόμος Græce dicitur.

51 Οὐδέν τι ἄλλῃ ἔοικεν] Verterat ex libidine sua Facius, *sed elephantorum agitatio omnium jucundissima est*, quod nec Arrianus dicit, nec forsan concedent venatores vel Græci vel Indi. Ergo deseruit eum Vulcanius, & interpretari maluit *sed elephantorum venatio longe diversa est*. Quod minime intelligo. Nam venandi rationes sunt tantum non singulæ diversæ, ut non fuerit necesse id exponere diserte, & Græci venationem aliquam elephantorum non habuerunt ullam, à qua posset hæc Indorum videri diversa. Sed dicit auctor eam venationem nihil prorsus ulli venandi modo, qui apud Græcos exerceetur in quibuscunque feris, esse similem, qui sensus clarus sic est. In sequentibus vix risum teneo, quum lego, *in ejus circuitu fossam ducunt magni exercitus capacem.* Quæ unquam talis fossa descripta? Optime Facius: *Deligunt venatores loca plana & aprica, exercitus magni capacia. in ejus* (debuit igitur *locum*) *circuitum fossam perducunt.*

52 Ἐπὶ τῷ χώματι τοῦ ἐπὶ τοῦ χείλεος τοῦ ἔξω τῆς τάφρου] Ita quidem video editum in editione Vulcanii, sed qui ipse chirographo postea suo notavit secundum τοῦ deleri oportere. At tamen nuper notabant [Scripti omnes τοῦ ἐπὶ τοῦ χείλεος τοῦ ἔξω. Alii, τοῦ ἐπιχείλεος, quod non placet] Miror omnia. Quinam sunt enim isti scripti omnes? Nullus apud Florentinos certe; immo & secundum illud τοῦ ignorant scripti isti omnes, quos bona fide expresserunt Veneti & Basileenses. Cur autem istud alterum acutis illis non placet? At si scripsit ita Arrianus? At si Græci dixerunt ἐπιχειλεῖς? Quodnam autem hic esse potest labrum exterius? Labra fossæ alicujus sunt duo, non exterius & interius, sed quum utraque

σμικρὰς σφιν ὀρυκίας ποιέονται, καὶ διὰ τουτέων ὀπὰς ὑπολείπονται· δι' ὧν φῶς τε αὐτοῖς συνιστέεται, καὶ τὰ θηρία προσάγοντα καὶ ἐπελαύνοντα[53] ἐς τὸ ἕρκος σκέπτονται. Ἐνταῦθα οὖν ἐς τὸ ἕρκος καταστήσαντες τῶν τινας θηλέων τρεῖς ἢ τέσσαρας, ὅσαι μάλιστα τὸν θυμὸν χειροήθεες, μίαν εἴσοδον ἀπολιμπάνουσι κατὰ τὴν τάφρον, γεφυρώσαντες τὴν τάφρον· καὶ ταύτῃ χοῦν τε καὶ πόαν πολλὴν ἐπιφέρουσι, τοῦ μὴ ἀρίδηλον εἶναι τοῖσι θηρίοισι τὴν γέφυραν, μή τινα δόλον αἰσθάνωνται[54]. Αὐτοὶ μὲν οὖν ἐκποδὼν σφᾶς ἔωσι κατὰ τῶν σπηλαίων τῶν ὑπὸ τῇ τάφρῳ δεδυκότες. Οἱ δὲ ἄγριοι[55] ἐλέφαντες ἡμέρης μὲν οὐ πελάζουσι τοῖσιν οἰκουμένοισι, νύκτας δὲ πλανῶνταί τε πάντῃ, καὶ ἀγεληδὸν νέμονται, τῷ μεγίστῳ καὶ γενναιοτάτῳ σφῶν ἑπόμενοι, κατάπερ αἱ βόες τοῖσι ταύροισιν. Ἐπεὰν δὲ τῷ ἕρκει πελάσωσι, τήν τε φωνὴν ἀκούοντες τῶν θηλέων, καὶ τῇ ὀδμῇ αἰσθόμενοι, δρόμῳ ἵενται ὡς ἐπὶ τὸν χῶρον τὸν πεφραγμένον· ἐκπεριελθόντες δὲ τῆς τάφρου τὰ χείλεα, εὖτ' ἂν τῇ γεφύρῃ ἐπιτύχωσι, κατὰ ταύτην ἐς τὸ ἕρκος ὠθέονται. Οἱ δὲ ἄνθρωποι αἰσθόμενοι τὴν ἔσοδον τῶν ἐλεφάντων τῶν ἀγρίων, οἱ μὲν αὐτῶν τὴν γέφυραν ὀξέως ἀφεῖλον, οἱ δὲ ἐπὶ τὰς πέλας κώμας ἀποδραμόντες[56], ἀγγέλλουσι τοὺς ἐλέφαντας ὅτι ἐν τῷ ἕρκει ἔχονται· οἱ δὲ ἀκούσαντες ἐπιβαίνουσι τῶν κρατίστων τε τὸν θυμὸν καὶ τῶν χειροηθεστάτων ἐλεφάντων· ἐπιβάντες δὲ, ἐλαύνουσιν ὡς ἐπὶ τὸ ἕρκος· ἐλάσαντες δὲ, οὐκ αὐτίκα μάχης ἅπτονται· ἀλλ' ἐῶσι γὰρ λιμῷ τε ταλαιπωρηθῆναι[57] τοὺς ἀγρίους ἐλέφαντας, καὶ ὑπὸ τῇ δίψῃ δαμασθῆναι. Εὖτ' ἂν δέ σφισι κακῶς ἔχειν δοκέωσι, τηνικαῦτα ἐπιστήσαντες αὖθις τὴν γέφυραν ἐλαύνουσί τε ὡς ἐς τὸ ἕρκος, καὶ τὰ μὲν πρῶτα μάχη ἵσταται κρατερὴ τοῖσιν ἡμέροισι τῶν ἐλεφάντων πρὸς τοὺς ἑαλωκότας· ἔπειτα κρατέονται μὲν κατὰ τὸ εἰκὸς οἱ ἄγριοι, ὑπό τε τῇ ἀθυμίῃ καὶ τῷ λιμῷ ταλαιπωρούμενοι. Οἱ δὲ ἀπὸ τῶν ἐλεφάντων καταβάντες, παρειμένοισιν ἤδη

per quas lucem admittant, relinquunt: ipsique è septis feras iis appropinquantes atque ingredientes prospectant: & tres aut quatuor elephantos fœminei sexus ex mansuctioribus septo includentes, unum per fossam aditum relinquunt, fossa ponte juncta, quem multo cespite herbido sternunt, ne conspici à feris pons, aut dolus sentiri possit. Venatores procul remoti sese in cavernis suffossis continent. Porro feri elephanti loca habitata interdiu non adeunt: noctu vero passim errantes gregatim pascuntur, cumque ducem sequuntur qui & maximus sit & generosissimus: non aliter ac tauros vaccæ sequi cernuntur. Postquam septis propiores facti fœminarum vocem audierunt, easque per odoratum cognovere, protinus ad septa advolant, & fossæ labra circumeuntes, quum ad pontem pervenerint, per cum septa ingrediuntur. Venatores, ubi ingressos sentiunt, alii continuo pontem subtrahunt, alii proximos pagos petentes, elephantos septo inclusos esse nuntiant. Quo cognito, populares confestim elephantos optimos ac mansuetissimos conscendunt. Nec tamen primo statim adventu cum agrestibus elephantis pugnam aggrediuntur, sed illos aliquandiu fame macerari ac siti domari finunt: quumque jam languidiores factos vident, rursus immisso ponte septa ingrediuntur. Et primo quidem acre certamen fit inter domitos elephantos & feros captos: tandem superantur, ut par est, feri, languore & fame pressi. Tum sessores ex elephantis in terram demissi languidis illis sum-

que spectent in fluvium vel aquam, alterum est dextrum, alterum sinistrum, nisi si sermo ita instituatur, ut haberi videatur de circuitu, ut hoc loco. Et certe Arrianus non agit de exteriore labro: sed dicit, *ipso aggere partis labro propinquæ*, tam altæ scilicet, ut sit prope labrum, *quæ est extra fossam*, nec in eam prospicit, sed in agrum, unde veniunt elephanti, τῷ ἐκτὸς nempe μέρει. Nam quantus quamque densus deberet esse hic agger, in quo sibi facerent illi venatores cavernulas, ut jocose scribunt, sed correxi.

53 Ἐπελαύνοντα] MS. Opt. & alius cum primis editis ἐπελαύνοντα.

54 Μή τινα δόλον αἰσθάνωνται] Expedita est ex variis lectionibus, quæ in MSStis hærent, & plana ad inveniendam genuinam via, si ad id commodos justosque attulissent profectus ii, quibus hoc incumbebat. Οἰσθάνω vox bona est, & usurpata Arriano supra lib. 7 cap. 14, sed non exprimit illam cunctandi & suspicandi vim, quam vult nunc exprimere Arrianus; multo minus illud Richeliani codicis αὐδῶσι, quod *non male* dicunt, quum sit pessimum. Una antiquis eruditio fuit judicata Homerus. Hujus vocem velut gemmam nunc quoque captavit auctor scribendo, ut est in Florentinis (etsi appareat eorum librarios non intellexisse, quum unus habeat ἰδῶσι) δόλον εἰσίδωσι. Est id Homeri Odyss. X, 231, & eadem allusio placuit Polybio lib. 3 cap. 94. καὶ κατὰ τὸν ποιητὴν [illegible] δόλον εἰσίδῃ. Quod mireris, editio Veneta & Basileensis jam id habuerunt, ut securius reposuerim.

55 Οἱ δὲ ἄγριοι] MS. Opt. οἱ γὰρ ἄγριοι. Deinde ἐπεὰν ἂν τῷ non ἐπεάν: tum & αἰσθανόμενοι, non αἰσθόμενοι.

56 Ἀποδραμόντες] Opt. ἐκδραμόντες.

57 Λιμῷ τε ταλαιπωρηθῆναι] Opt. ταλαιπωρηθῆναι. Sed multo magis notabile, quod quum mox sequatur ὑπό τε τῇ ἀθυμίῃ καὶ τῷ λιμῷ ταλαιπωρούμενοι, possit videri mirum, cur deferat sitim, quam in præcedente loco apposuit fami. Satis prævideo spretum iri etiam hodie hanc difficultatis speciem, sicut à tot scribis per tot ætates spreta est, idcirco supponentibus vocem λιμῷ, & recte se egisse opinantibus. Sed unus ille Optimus exhibet ὑπό τε τῇ ἀθυμίῃ καὶ τῷ θυμῷ ταλαιπωρούμενοι. Ut de aliis non censeo, ita hoc elegantissimum statuo & merum Arriani, qui ἀθυμίην spectavit in famis & sitis violentia, θυμὸν in ablata potestate sui vindicandi & agnitione servitutis, quam vix capit aut concoquit.

ἤδη τοῖς τ' ἀγρίοισι τοὺς πόδας ἄκρους συνδέουσι· ἔπειτα ἐγκελεύονται τοῖσιν ἡμέροισι πληγαῖς σφᾶς κολάζειν πολλαῖς, ἔστ' ἂν ἐκεῖνοι ταλαιπωρεόμενοι ἐς γῆν πέσωσι· παραστάντες δὲ, βρόχους περιβάλλουσιν αὐτοῖσι κατὰ τοὺς αὐχένας, καὶ αὐτοὶ ἐπιβαίνουσι κειμένοισι. Τοῦ δὲ μὴ ἀποσείεσθαι τοὺς ἀμβάτας, μηδέ τι ἄλλο ἀτάσθαλον ἐργάζεσθαι, τὸν τράχηλον αὐτοῖσιν, ἐν κύκλῳ, μαχαιρίῳ ὀξεῖ ἐπιτέμνουσι, καὶ τὸν βρόχον κατὰ τὴν τομὴν περιδέουσιν, ὡς ἀτρέμα ἔχειν τὴν κεφαλήν τε καὶ τὸν τράχηλον ὑπὸ τοῦ ἕλκεος. Εἰ γὰρ περιστρέφοιντο ὑπὸ ἀτασθαλίης, τρίβεται αὐτοῖσι τὸ ἕλκος ὑπὸ τοῦ κάλω· οὕτω μὲν ἀτρέμα ἴσχουσι, καὶ αὐτοὶ γνωσιμαχέοντες ἤδη, ἄγονται κατὰ τὸν δεσμὸν πρὸς τῶν ἡμέρων. 14 Ὅσοι δὲ νήπιοι αὐτῶν, ἢ διὰ κακότητα οὐκ ἄξιοι ἐκτῆσθαι, τούτους ἐῶσιν ἀπαλλάττεσθαι ἐς τὰ σφέτερα ἤθεα. Ἄγοντες δὲ εἰς τὰς κώμας τοὺς ἁλόντας, τοῦ τε χλωροῦ καλάμου καὶ τῆς ποίας τὰ πρῶτα ἐμφαγεῖν ἔδοσαν· οἱ δὲ ὑπὸ ἀθυμίης, οὐκ ἐθέλουσιν οὐδὲν σιτέεσθαι, τοὺς δὲ περιϊστάμενοι οἱ Ἰνδοὶ, ᾠδῇσί τε καὶ τυμπάνοισι καὶ κυμβάλοισιν ἐν κύκλῳ κρούοντές τε καὶ ἐπᾴδοντες, κατευνάζουσι. Θυμόσοφοι γὰρ, εἴπερ τι ἄλλο θηρίον, ὁ ἐλέφας· καί τινες ἤδη αὐτῶν τοὺς ἀμβάτας σφῶν ἐν πολέμῳ ἀποθανόντας ἄραντες αὐτοὶ ἐξήνεγκαν ἐς ταφήν· οἱ δὲ καὶ ὑπερήσπισαν κειμένους· οἱ δὲ καὶ πεσόντων προεκινδύνευσαν· ὁ δέ τις πρὸς ὀργὴν ἀποκτείνας τὸν ἀμβάτην, ὑπὸ μετανοίης τε καὶ ἀθυμίης ἀπέθανεν. Εἶδον δὲ ἔγωγε καὶ κυμβαλίζοντα ἤδη ἐλέφαντα, καὶ ἄλλους ὀρχεομένους, κυμβάλοιν τοῦ κυμβαλίζοντος πρὸς τοῖν σκελοῖν τοῖν ἔμπροσθεν[58] προσηρτημένοιν, καὶ πρὸς τῇ προβοσκίδι καλεομένῃ ἄλλο κύμβαλον· ὁ δὲ ἐν μέρει τῇ προβοσκίδι ἔκρουε τὸ κύμβαλον ἐν ῥυθμῷ πρὸς ἑκατέροιν τοῖν σκελοῖν· οἱ δὲ ὀρχεόμενοι ἐν κύκλῳ τε ἐχόρευον, καὶ ἐπαίροντές τε καὶ ἐπικάμπτοντες τὰ ἔμπροσθεν σκέλεα ἐν τῷ μέρει, ἐν ῥυθμῷ καὶ οὗτοι ἔβαινον, καθότι ὁ κυμβαλίζων σφίσιν ὑφηγέετο. Βαίνεται δὲ ἐλέφας ἦρος ὥρῃ, κατάπερ βοῦς ἢ ἵππος, ἐπεὰν τῇσι θηλέῃσιν αἱ παρὰ τοῖσι κροτάφοισιν ἀναπνοαὶ ἀνοιχθεῖσαι ἐκπνέωσι· κύει δὲ τοὺς ἐλαχίστους μὲν, ἑκκαίδεκα μῆνας· τοὺς πλείστους δὲ, ὀκτωκαίδεκα· τίκτει δὲ ἓν, κατάπερ ἵππος· καὶ τοῦτο ἐκτρέφει τῷ γάλακτι, ἐς ἔτος ὄγδοον. Ζῶσι δὲ ἐλεφάντων οἱ πλεῖστα ἔτεα ζώοντες, ἐς διηκόσια· πολλοὶ δὲ νόσῳ προτελευτῶσιν αὐτῶν[59]· γήρᾳ δὲ ἐς τόσον ἔρχονται. Καί ἐστιν αὐτοῖσι τῶν μὲν ὀφθαλμῶν ἴαμα, τὸ βόειον γάλα ἐγχεόμενον· πρὸς δὲ τὰς ἄλλας νόσους, ὁ μέλας οἶνος πινόμενος· ἐπὶ δὲ τοῖσιν ἕλκεσι, τὰ ὕεια κρέα ὀπτώμενα καὶ κατα-

summos pedes colligant; dehinc domitis elephantis imperant, ut feros multis plagis excipiant, donec verberibus defatigati in terram procidant, tunc adstantes cervicibus eorum laqueos aptant, & ipsi prostratos inscendunt. Ne vero sessores excutiant, neve aliquid aliud damni inferant, colla acuto gladiolo in circuitum proscindunt, vulnusque laqueo circumligant, ut præ ulcere & collum & caput immotum teneant. Si enim pervicaciter reluctentur, ab fune ulcus teritur. Atque ita tandem victos sese agnoscentes ex vinculo ab domitis ducuntur. 14 Siqui vero eorum immaturæ ætatis aut inepti videantur, abire in loca ipsis consueta permittunt. Cæteros captos in pagos ducunt, ac primum eos gramine & viridibus culmis pascunt; & si præ tædio ac mœrore pabulo abstineant, Indi circumstantes tympanorum ac cymbalorum pulsu cantuque eos exhilarant ac demulcent. Intelligens enim, siquæ alia fera, est elephas. Et quidem nonnulli rectores suos in bello cæsos, sublatos ad sepulturam detulerunt: alii jacentes propugnarunt: alii pro sessoribus lapsis neci sese objecerunt; quidam quum per iram rectorem suum occidisset, pœnitentiâ & mœrore se confecit. Vidi ego aliquando elephantum cymbalum pulsantem, aliis saltantibus, duobus cymbalis ad anteriora crura appensis, alioque ad proboscidem alligato. Ipse alternatim proboscide cymbalum in numerum ad utrunque crus pulsabat: reliqui in gyrum choreas ducebant, & sublatis flexisque prioribus cruribus vicissim in numerum etiam procedebant, prout is qui cymbalum pulsabat sono præibat. Elephas venerem appetit verno tempore, quemadmodum bos aut equa, quum fœminis spiracula quædam circa tempora adaperta expirant; fertque in utero fœtum minimum XVI menses: summum, XVIII. Parit autem elephas unicum, sicut equa; atque hunc lacte suo in octavum usque annum nutrit. Vivunt elephanti, qui plurimum, annos CC. plerique ante hoc tempus morbo intereunt. Senectute vero ad hanc ætatem pertingunt. Oculorum ægritudini præsens remedium est lac bubulum: reliquis morbis vinum nigrum epotum prodest. Ulceribus autem carnes suillæ tostæ atque in-

58 Πρὸς τοῖν σκελοῖν τοῖσιν ἔμπροσθεν] Equidem sic potuerunt edere omnes. Haud dubie tamen τοῖν ἔμπροσθεν, ut ex uno Optimo nunc profero.

59 Προτελευτῶσιν αὐτῶν] Ab Optimo abest vox postrema, nec prorsus requiritur.

Tigris, formica, psittacus, quales Indorum?

καταπασσόμενα. Ταῦτα παρ' Ἰνδοῖσίν ἐστιν αὐτοῖσιν ἰάματα. Τοῦ δὲ ἐλέφαντος τὴν τίγριν πολλὸν ἀλκιμώτερον Ἰνδοὶ ἄγουσι. Τίγριος δὲ δορὴν μὲν ἰδεῖν λέγει Νέαρχος, αὐτὴν δὲ τίγριν οὐκ ἰδεῖν· ἀλλὰ τοὺς Ἰνδοὺς γὰρ ἀπηγέεσθαι, τίγριν εἶναι μέγεθος μὲν ἡλίκον τὸν μέγιστον ἵππον· τὴν δὲ ὠκύτητα καὶ ἀλκὴν, οἵην οὐδενὶ ἄλλῳ εἰκάσαι· τίγριν γὰρ ἐπεὰν ὁμοῦ ἔλθῃ ἐλέφαντι, ἐπιπηδᾶν τε ἐπὶ τὴν κεφαλὴν τοῦ ἐλέφαντος, καὶ ἄγχειν εὐπετέως. Ταύτας δὲ ὥστινας [60] καὶ ἡμεῖς ὁρέομεν καὶ τίγριας καλέομεν, θῶας εἶναι αἰόλους καὶ μέζονας ἤπερ τοὺς ἄλλους θῶας. Ἐπεὶ καὶ ὑπὲρ τῶν μυρμήκων λέγει Νέαρχος, μύρμηκα μὲν αὐτὸς οὐκ ἰδέειν, ὁποῖον δή τινα μετεξέτεροι διέγραψαν γίνεσθαι ἐν τῇ Ἰνδῶν γῇ· δορὰς δὲ καὶ τούτων ἰδεῖν πολλὰς, ἐς τὸ στρατόπεδον κατακομισθείσας τὸ Μακεδονικόν. Μεγασθένης δὲ καὶ ἀτρεκέα εἶναι ὑπὲρ τῶν μυρμήκων τὸν λόγον ἱστορέει, τούτους εἶναι τοὺς τὸν χρυσὸν ὀρύσσοντας, οὐκ αὐτοῦ τοῦ χρυσοῦ εἵνεκα, ἀλλὰ σφίσι γὰρ κατὰ τῆς γῆς ὀρύσσουσιν, ἵνα φωλεύοιεν [61]· κατάπερ οἱ ἡμέτεροι οἱ σμικροὶ μύρμηκες ὀλίγον τῆς γῆς ὀρύσσουσι· κείνους δὲ εἶναι ἀλωπέκων μέζονας, πρὸς λόγον τοῦ μεγέθεος σφῶν καὶ τὴν γῆν [62] ὀρύσσειν· τὴν δὲ γῆν, χρυσῖτιν εἶναι, καὶ ἀπὸ ταύτης γίνεσθαι Ἰνδοῖσι τὸν χρυσόν. Ἀλλὰ Μεγασθένης ἀκοὴν ἀφηγέεται· καὶ ἐγὼ ὅτι οὐδὲν τούτου ἀτρεκέστερον ἀναγράψαι ἔχω, ἀπίημι ἑκὼν τὸν ὑπὲρ τῶν μυρμήκων λόγον. Σιττακοὺς δὲ Νέαρχος μὲν ὡς δή τι θαῦμα ἀφηγέεται, ὅτι γίγνονται ἐν τῇ Ἰνδῶν γῇ, καὶ ὁποῖος ὄρνις ἐστὶν ὁ σιττακὸς, καὶ ὅπως φωνὴν ἱεῖ ἀνθρωπίνην. Ἐγὼ δὲ ὅτι αὐτός τε πολλοὺς ὄπωπα καὶ ἄλλους ἐπισταμένους οἶδα τὸν ὄρνιθα [63],

οὐδὲν

intritæ. Hæc ſunt Indorum, quibus utuntur, remedia. Tigrim vero Indi elephanto multo fortiorem eſſe cenſent. Ejus pellem ſe vidiſſe ſcribit Nearchus, feram ipſam nequaquam: Indos tamen narrare magnitudine eſſe maximi equi; tantâ vero velocitate & robore, ut nulli alteri feræ comparari poſſit. Quando cum elephanto congreditur, in caput ejus inſilire, facileque ſtrangulare; cæterum eas quas nos videmus & tigres vocamus, thoes eſſe maculoſas, majores quam ſint aliæ thoes. De formicis etiam ſcribit Nearchus, ſe quidem eas non vidiſſe, cujuſmodi nonnulli tradunt in Indiâ naſci. pelles tamen earum non paucas abs ſe viſas, in caſtra Macedonum allatas. Megaſthenes certa veraque eſſe quæ de formicis ſcribuntur dicit: eas nimirum eſſe quæ aurum è terrâ effodiunt, non quidem auri ipſius cauſâ, ſed ut ſibi antra in quibus deliteſcant parent: quemadmodum noſtræ etiam formicæ exiguæ quumſint, nonnihil terræ eruunt. Eſſe autem formicas illas vulpibus majores, ratione magnitudinis earum, terramque fodere, quæ aurum miſtum habeat, & ex eâ Indis aurum fieri; ſed Megaſthenes auditum narrat. Ego vero quum nihil habeam certius quod eâ de re ſcribere poſſim, libenter hunc de formicis ſermonem miſſum faciam. Pſittacos autem Nearchus narrat, tanquam rem miram, apud Indos naſci: & cujuſmodi avis ſit pſittacus deſcribit, ac vocem humanam exprimere ait. Ego, quoniam multas ejus generis aves vidi, & alios ſcio noſſe hanc avem,

60 *Ταῦτα δὲ ὥς τινας*] Non intelligo, quæ ſit illa conſtructio, perinde quod alii dederunt *ταῦτα δὲ ἅς τινας*. Rectiſſime MS. Opt. *ταύτας δὲ ἅστινας*, quod poſtremum eſt & in aliis, ſed quod mireris, conjurant in *ταῦτα*.

61 *Φωλεύοιεν*] Opt. *φωλεύωσιν*.

62 *Ἀλωπέκων μέζονας, πρὸς λόγον τοῦ μεγέθεος σφῶν, καὶ τὴν γ.*] Nihil ſolidum eſt vel in his Græcis, vel in Vulcanii interpretatione. Quis enim ita loquitur, *illas vulpibus majores, ratione magnitudinis earum?* Et languidiora ſunt etiam quæ ſequuntur, *terramque fodere*. De qua enim re alia agit auctor, ut id debeat addi? Satis manifeſte dixit jam eas fodere terram. Omnino autem illa *ratione magnitudinis earum* non habent bonam ſententiam aut huic loco opportunam: unde multo melius hæc in Latinis omiſſa ſunt ab Facio, certe etiam parum intelligente. Attamen & Græca certa ſunt & ſana Arriani mens. Vult enim indigitare illas formicas pro ratione magnitudinis ſuæ terram fodere; & quum omnes formicæ terram fodiant, tum ab Indicis tanto profundiores ſub terram amplioreſque etiam cavernas cavari, quanto ſunt noſtris majores. Itaque Græca vulgata ſic quondam expediebam interpretando eſſe autem formicas illas vulpibus majores, pro ratione magnitudinis ipſarum quoque terram fodere, quomodo tam Veneta quam Baſileenſis editio non diſtinguit poſt vocem *σφῶν*, ſed jungit illa recte *πρὸς λόγον τοῦ μεγ. σφῶν καὶ τὴν γῆν ὀρύσσειν*. Quæ ſic quidem cadunt apertiſſima. Sed exoſculor donum codicis Optimi, unde ita reſtituendum: *ἐκείνους δὲ, εἶναι γὰρ ἀλωπέκων μέζονας, πρὸς λόγον τοῦ μεγέθεος σφῶν καὶ τὴν γῆν ὀρύσσειν.* Hoc eſt. *Illas vero (quippe quæ ſint vulpibus majores) pro ratione earum magnitudinis quoque terram fodere.* Habes abſolutiſſimæ lenitatis periodum. Si modo res hæc labore digna fuit aut reſtituendi conatu, quum ſermo hic ab aliis in fabulis & falſis conſumi judicetur; nec obſtare auſim, niſi difficultas ſit in appellatione, quam temere forſan finxerunt, quum non oporteret ſimplices formicas intelligere, ſed genus illis noſtris, quod ad ſpeciem, ſimile, ſed haud dubie aliud animal.

63 *Καὶ ἄλλους ἐπισταμένους, οἶδα τὸν ὄρνιθα*] Fidem tuam, Arriane! quæ hæc cauſæ dictio eſt? An quia tu vidiſti multas hoc genus aves, ideo lectorem tuum de iis certum doctioremque reddere pigraris? Quid igitur aliud eſt officium *τοῦ ἱστορικοῦ*? quid profitetur ipſa vox *ἱστορία*? Et Polybius ita potuit ſcribere, quia Scipionem intime cognoverat, ideo ſeſe nolle de eo aliquid memorare? ſic Thucydides, quia interfuerat bello Peloponneſiaco? ſic Cæſar, quia Gallicis aliiſque? quid oro, nobis tunc futurum fuit, ſi nullam hiſtoriam putaviſſent ſcribendam illi, qui rebus gerendis interfuerant. Sed & ſi volantem vidiſti avem, quid inde potuiſti colligere? Certe ridiculus eſt in hac interpretatione Vulcanius. *Ego quoniam multas ejus generis aves vidi, nonnullas etiam volantes, novi avem.* Et quam lepide hæc apparantur ab Facio, dum vertit, *Ego autem, quoniam multas ejus*

gene-

οὐδὲν ὡς ἀτόπου δῆθεν ἀφηγήσομαι· οὐδὲ ὑπὲρ πιθήκων τοῦ μεγάθεος, ἢ ὅτι καλοὶ παρ' Ἰνδοῖς πίθηκοι εἰσὶν, οὐδὲ ὅπως θηρῶνται ἐρέω. Καὶ γὰρ ταῦτα γνώριμα ἐρῶ, πλήν γε δὴ, ὅτι καλοί πη πίθηκοι εἰσί. Καὶ ὄφιας δὲ λέγει Νέαρχος θηρευθῆναι αἰόλους μὲν καὶ ταχέας· μέγεθος δὲ, ὃν μὲν λέγει ἑλεῖν Πύθωνα τὸν Ἀντιγένεος, πηχέων ὡς ἑκκαίδεκα· αὐτοὺς δὲ τοὺς Ἰνδοὺς πολὺ μέζονας τούτων λέγειν εἶναι τοὺς μεγίστους ὄφιας. Ὅσοι δὲ ἰητροὶ Ἕλληνες, τούτοισιν οὐδὲν ἄκος ἐξεύρητο, ὅστις ὑπὸ ὄφεος δηχθείη Ἰνδικοῦ· ἀλλ' αὐτοὶ γὰρ οἱ Ἰνδοὶ ἰῶντο τοὺς πληγέντας. Καὶ ἐπὶ τῷδε Νέαρχος λέγει· συλλελεγμένους ἀμφ' αὐτὸν ἔχειν Ἀλέξανδρον Ἰνδῶν ὅσοι ἰητρικὴν σοφώτατοι· καὶ κεκήρυκτο ἀνὰ τὸ στρατόπεδον, ὅστις δηχθείη, ἐπὶ τὴν σκηνὴν φοιτᾶν τὴν βασιλέος. Οἱ δὲ αὐτοὶ οὗτοι καὶ τῶν ἄλλων νούσων τε καὶ παθέων ἰητροὶ ἦσαν. Οὐ πολλὰ δὲ ἐν Ἰνδοῖσι πάθεα γίνεται, ὅτι αἱ ὧραι σύμμετροι εἰσὶν αὐτόθι· εἰ δέ τι μέζον καταλαμβάνοι, τοῖσι σοφιστῇσιν ἀνεκοινοῦντο· καὶ ἐκεῖνοι οὐκ ἄνευ θεοῦ ἐδόκεον ἰῆσθαι ὅ, τι περ ἰήσιμον.

16 Ἐσθῆτι δὲ Ἰνδοὶ λινέῃ χρέονται, κατάπερ λέγει Νέαρχος, λίνου τοῦ ἀπὸ τῶν δενδρέων, ὑπὲρ ὅτευ μοι ἤδη λέλεκται[64]. Τὸ δὲ λίνον τοῦτο ἢ λαμπρότερον τὴν χροιήν ἐστιν ἄλλου λίνου παντός· ἢ μέλανες αὐτοὶ ἐόντες λαμπρότερον τὸ λίνον φαίνεσθαι ποιέουσιν. Ἔστι δὲ κιθὼν λίνεος αὐτοῖς ἔστε ἐπὶ μέσον τὴν κνήμην· εἷμα δὲ, τὸ μὲν, περὶ τοῖσιν ὤμοισι περιβεβλημένον· τὸ δὲ, περὶ τῇσι κεφαλῇσιν εἱλιγμένον. Καὶ ἐνώτια Ἰνδοὶ φορέουσιν ἐλέφαντος, ὅσοι κάρτα εὐδαίμονες· οὐ γὰρ πάντες Ἰνδοὶ φορέουσι. Τοὺς δὲ πώγωνας λέγει Νέαρχος ὅτι βάπτονται Ἰνδοὶ, χροιὴν δὲ ἄλλην καὶ ἄλλην· οἱ μὲν, ὡς λευκοὺς φαίνεσθαι, οἵους λευκοτάτους· οἱ δὲ, κυανέους· τοὺς δὲ, φοινικέους εἶναι· τοὺς δὲ, καὶ πορφυρέους· ἄλλους, πρασοειδέας. Καὶ σκιάδια ὅτι προβάλλονται τοῦ θέρεος ὅσοι οὐκ ἠμελημένοι Ἰνδῶν. Ὑποδήματα δὲ λευκοῦ δέρματος φορέουσι, περισσῶς καὶ ταῦτα ἠσκημένα· καὶ τὰ ἴχνη τῶν ὑποδημάτων αὐτοῖσι ποικίλα καὶ ὑψηλὰ, τοῦ μέζονας φαίνεσθαι. Ὁπλίσιος δὲ τῆς Ἰνδῶν, οὐκ ὡυτὸς εἷς τρόπος· ἀλλ' οἱ μὲν πεζοὶ

avem, nihilque de eâ tanquam mirum narrabo, neque de simiarum magnitudine, vel quod pulchræ apud Indos simiæ sint, vel quomodo capiantur, dicam. Nota enim omnibus dixerim: præterquam fortasse quod pulchræ sint. Scribit etiam Nearchus serpentes ibidem capi maculosos, magnæque velocitatis, & eum quem Python Antigenis F. cepit, fuisse cubitorum circiter XVI: Indos vero affirmare, multo majores his apud se nasci eos qui maximi sint. Neminem autem Græcorum medicorum remedium adversus morsum Indici serpentis invenisse: ipsos tamen Indos eos qui morsi essent curasse. Addit Nearchus Alexandrum Indos quotquot medicinæ peritissimi erant apud se habuisse, & per præconem in castris edictum fuisse, ut quisquis à serpente ictus esset, ad regis tabernaculum veniret. Porro hi ipsi medici etiam aliis morbis medebantur. Cæterum non multos in Indiâ morbos grassari, quod tempora anni temperatiora iis locis sint. Siqua vero major vis ingruat, sophistas consulere, eosque non sine divinâ quadam virtute, quicquid medicabile est curare. 16 Lineâ veste utuntur Indi, ut ait Nearchus, lino ex arboribus facto, quâ de re mihi jam dictum est: & hoc quidem linum aut reliquis omnibus linis candidius est, aut nigri ipsi quum sint, faciunt ut candidius id quam est esse videatur. Est autem ipsis subucula linea crure medio tenus: amiculum autem partim humeris circumjectum, partim capiti involutum. Inaures etiam Indi gestant ex ebore, qui admodum locupletes sunt; neque enim vulgus iis utitur. Barbas quoque variis coloribus fucare Indos Nearchus scribit: ut aliis quam maxime alba appareat, aliis fusca, aliis rubea, aliis purpurea, aliis viridis. Umbracula quoque præ se gestarę æstate, eos qui alicujus nominis sint; calceos ex corio albo gestant, eosque accurate atque eleganter confectos, ita ut altiores variisque coloribus distinctas soleas habeant, quo proceriores esse videantur. Armaturæ autem Indicæ non unus atque idem est modus.

generis aves mansuefactas vidi, aliquas etiam agrestes libero cœlo volitantes? Vix decernas, à quibusnam vaniores offuciæ nobis obtrudantur, utrum ab interpretibus, an ab vulgari turba MSStorum codicum, qui omnes in hæc prout eduntur, conspirant. At nos hîc rursus tanquam divinitus missum excipimus aureum codicem, & sic restituimus: καὶ ἄλλας ἐπισημαίνας οἶδα τῆς ἐρωδιοῦ. Hoc est, quia hæc avis satis frequens est & compluribus optime cognitam scio. Scilicet noluit auctor noctuas Athenas. Unde id omnino admisi.

64 Ὑπὲρ ὅτευ μοι ἤδη λέλεκται] Quum aperte hic genitivus ὅτευ, nequeat alio respicere, nisi ad præcedens λίνου, tum certe de lino ne verbum quidem supra factum est. Itaque licet caute interpres transtulerit *quâ de re*, Græca tamen nequaquam probant tantam amplitudinem, imo in vitio cubant. Nam Facius perquam incondite *quemadmodum prioribus libris diximus*. Et tamen potuit Salmasius hoc loco uti in Plinianis pag. 197, ut inde oggereret [Nusquam eo libro meminit lanigerarum vel linigerarum Indiæ arborum] sicut hæc quoque iterat ex eo nuperus. Atqui in his quidem verbis tale quid auctor noster haud sane supponit. Sed medeamur. MSSti tres ὅτω, propius ad veram lectionem, quæ est ἀπὸ ὅτεν sc. δένδρων, & de illis ante memoravit. Ita plane legitur in Optimo.

πεζοὶ αὐτοῖσι τόξον τε ἔχουσιν ἰσόμηκες τῷ φορέοντι τὸ τόξον· καὶ τοῦτο κάτω ἐπὶ τὴν γῆν θέντες, καὶ τῷ ποδὶ τῷ ἀριστερῷ ἀντιβάντες[61], οὕτως ἐκτοξεύουσι, τὴν νευρὴν ἐπὶ μέγα ὀπίσω ἀπαγαγόντες· ὁ γὰρ ὀϊστὸς αὐτοῖσιν ὀλίγον ἀποδέων τριπήχεος· οὐδέ τι ἀντέχει τοξευθὲν πρὸς Ἰνδοῦ ἀνδρὸς τοξικοῦ, οὔτε ἀσπὶς, οὔτε θώρηξ, οὔτε εἴ τι καρτερὸν[66] ἐγένετο. Ἐν δὲ τῇσιν ἀριστερῇσι πέλται εἰσὶν αὐτοῖσιν ὠμοβόϊναι, στεινότεραι μὲν ἢ κατὰ τοὺς φορέοντας, μήκει δὲ οὐ πολλὸν ἀποδέουσαι. Τοῖσι δὲ ἄκοντες ἀντὶ τόξων εἰσί. Μάχαιραν δὲ πάντες φορέουσι, πλατέην δὲ, καὶ τὸ μῆκος οὐ μέζω τριπήχεος· καὶ ταύτην, ἐπεὰν συστάδην κατάστῃ αὐτοῖσιν ἡ μάχη (τὸ δὲ οὐκ εὐμαρέως Ἰνδοῖσιν ἐς ἀλλήλους γίγνεται) ἀμφοῖν ταῖν χεροῖν[67] καταφέρουσιν ἐς τὴν πληγὴν, ὡς καρτερὴν τὴν πληγὴν γενέσθαι. Οἱ δὲ ἱππέες ἀκόντια δύο αὐτοῖσιν ἔχουσιν, οἷα τὰ σαύνια ἀκόντια[68]· καὶ πέλτην μικροτέρην τῶν πεζῶν. Οἱ δὲ ἵπποι αὐτοῖσιν οὐ σεσαγμένοι εἰσὶν, οὐδὲ χαλινοῦνται τοῖσιν Ἑλληνικοῖσι χαλινοῖσιν ἢ τοῖσι Κελτικοῖσιν ἐμφερέας· ἀλλὰ περὶ ἄκρῳ τῷ στόματι τοῦ ἵππου ἐν κύκλῳ ἔχουσι δέρμα ὠμοβόϊνον, ῥαπτὸν, προσηρτημένον· καὶ ἐν τούτῳ χάλκεα κέντρα ἢ σιδήρεα, οὐ κάρτα ὀξέα, ἔσω ἐστραμμένα· τοῖσι δὲ πλουσίοισιν ἐλεφάντινα κέντρα ἐστίν· ἐν δὲ τῷ στόματι σίδηρον αὐτοῖσιν οἱ ἵπποι ἔχουσιν, οἷόν περ ὀβελὸν, ἔνθεν ἐξηρτημένοι εἰσὶν αὐτοῖσιν οἱ ῥυτῆρες· ἐπεὰν ὦν ἐπαγάγωσι τὸν ῥυτῆρα, ὅ, τε ὀβελὸς κρατέει τὸν ἵππον, καὶ τὰ κέντρα, οἷα δὴ ἐξ αὐτοῦ ἠρτημένα, κεντέοντα, οὐκ ἐᾷ ἄλλο τι ἢ πείθεσθαι τῷ ῥυτῆρι.

17 Τὰ δὲ σώματα ἰσχνοί τε εἰσὶν Ἰνδοὶ καὶ εὐμήκεες, καὶ κοῦφοι πολλόν τι ὑπὲρ τοὺς ἄλλους ἀνθρώπους. Ὀχήματα δὲ τοῖς μὲν πολλοῖς Ἰνδῶν, κάμηλοί εἰσι, καὶ ἵπποι, καὶ ὄνοι· τοῖς δὲ εὐδαίμοσιν, ἐλέφαντες. Βασιλικὸν γὰρ ὄχημα ὁ ἐλέφας παρ' Ἰνδοῖς ἐστι· δεύτερον δὲ τιμῇ ἐπὶ τούτῳ, τὰ τέθριππα· τρίτον δὲ, αἱ κάμηλοι· τὸ δὲ ἐφ' ἑνὸς ἵππου ὀχέεσθαι, ἄτιμον. Αἱ γυναῖκες δὲ αὐτοῖσιν, ὅσαι κάρτα σώφρονες, ἐπὶ μὲν ἄλλῳ μισθῷ οὐκ ἄν τι διαμάρτοιεν· ἐλέφαντα δὲ λαβοῦσα γυνὴ μίσγεται τῷ δόντι, οὐδὲ αἰσχρὸν Ἰνδοὶ ἄγουσι, τὸ ἐπὶ ἐλέφαντι μιγῆναι· ἀλλὰ

dus. Pedites enim Indi arcum habent, ejusdem cum eo qui eum gestat longitudinis: atque hunc quidem ad terram obfirmantes, sinistroque pede ut eum tendant contranitentes, ita nervum longe retro adducunt. Sagittis enim utuntur trium paulo minus cubitorum: nihilque est quod non Indici sagittarii telum penetret: non scutum, non thorax, aut aliud armaturæ genus quantumvis validum. In sinistrâ peltas ex crudo corio bubulo, angustiores quam ii qui eas gestant, longitudine propemodum æquales. Hi jaculis loco sagittarum utuntur. Ensem omnes gestant, bonâ amplitudine: trium cubitorum, non ultra, longitudine. Hunc, quum cominus pugna miscetur, (quam quidem non facile Indi inter se ineunt) utraque manu demittunt, quo majorem plagam inferant. Equites duobus jaculis utuntur, quæ verutis sunt similia: peltâ minore quam pedites. Equi neque sellis insternuntur, neque frenis quæ Græcanicis aut Celticis similia sint cohibentur: sed extremam faucium partem loro, quod ex crudo corio bubulo consutum sit, circumvinciunt: ad hujus lori interiorem partem claviculos æneos aut ferreos non admodum acutos affigunt: locupletiores, eburneis utuntur. In ipsis equorum faucibus ferrum est, instar veru, cui habenæ alligantur. Quando igitur adducunt habenas, veru equum cohibet, claviculique illi appensi, pungentes, habenis morem gerere cogunt.

17 Porro Indi corporibus sunt graciles, proceri, multoque cæteris mortalibus leviores atque expeditiores. Vehuntur plerique camelis, equis & asinis: ditiores, elephantis. Regium enim apud Indos est elephanto vehi: proximus huic honor, quadrigis: tertius, camelis vehi. uno equo vehi, vile est. Mulieres apud eos, quæ castæ admodum sunt, non sane ullâ mercede, quam elephanti, corrumpi se patiuntur. Elephantum danti copiam sui faciunt. neque hoc turpitudini vertitur, si elephanti mercede adducta mulier consuetudinem cum quoquam ha-

61 Τῷ ποδὶ τῷ ἀριστερῷ ἀντιβάντες] Ad hæc verba notavit Vulcanius [Xenoph. ex editione Guarini in fol. pag. 251 τῷ ἀριστερῷ ποδὶ προβαίνοντες. ubi mire hallucinatus Lewenclaius.]

66 Οὔτε εἴ τι καρτερὸν] MSS. duo ὅτε τι καρτερόν. Sed Opt. ὅτι τι καρτερόν.

67 Ἀμφοῖν ταῖν χεροῖν] Non reprehendo. Sed MS. Optimus habebat τοῖν.

68 Οἷα τὰ σαύνια ἀκόντια] Quæ illa infelicitas publica est, ut hodiernis scriptis tot ingratæ mentis indicia infigi placeat? Scilicet quum hic perperam ederetur Δαύνια, solus codex Richelianus opem tulit. Hoc appellationis mendacium substitui debuit ingenio Casauboni, & sic nuper demum mutari contigit vulgatam lectionem & in versione apparere cœperunt veruta, quum anno jam 1620 Notæ ad Strabonem præbeant hanc doctrinam pag. 205 [Saunium est jaculi genus, verutum . . Ridiculus error in hac voce apud Arrianum, quo loco idem narrat cum Strabone . . . Velim me aliquis doceat, quænam appellet *Daunia jacula*. Interea legam οἷα τὰ σαύνια ἀκόντια. Nemo qui Strabonem legerit ita esse legendum ignorabit.] Gratias agamus sagacitati ejus, non furtivis Autolycis.

ἀλλὰ καὶ σεμνὸν δοκέει τῇσι γυναιξὶν, ἀξίῳ τὸ κάλλος φανῆναι ἐλέφαντος. Γαμέουσι δὲ οὔτε τι διδόντες, οὔτε λαμβάνοντες· ἀλλὰ ὅσαι ἤδη ὡραῖαι γάμου, ταύτας οἱ πατέρες προάγοντες ἐς τὸ ἐμφανὲς καθιστᾶσιν ἐκλέξασθαι τῷ νικήσαντι πάλην ἢ πὺξ ἢ δρόμον, ἢ κατ᾽ ἄλλην τινὰ ἀνδρίαν προκριθέντι. Σιτοφάγοι δὲ καὶ ἀροτῆρες Ἰνδοί εἰσιν, ὅσοι γε [69] μὴ ὄρειοι αὐτῶν· οὗτοι δὲ τὰ θήρεια κρέα σιτέονται. Ταῦτά μοι ἀποχρῆ δεδηλῶσθαι ὑπὲρ Ἰνδῶν, ὅσα γνωριμώτατα Νέαρχός τε καὶ Μεγασθένης δοκίμω ἄνδρε ἀνεγραψάτην· ἐπεὶ οὐδὲ ἡ ὑπόθεσίς μοι τῆσδε τῆς συγγραφῆς τὰ Ἰνδῶν νόμιμα ἀναγράψαι ἦν, ἀλλ᾽ ὅπως γὰρ παρεκομίσθη Ἀλεξάνδρῳ ἐς Πέρσας ἐξ Ἰνδῶν ὁ στόλος, ταῦτα δή μοι ἐκβολὴ ἔστω τοῦ λόγου. 18 Ἀλέξανδρος γὰρ, ἐπειδή οἱ παρεσκεύαστο τὸ ναυτικὸν ἐπὶ τοῦ Ὑδάσπεω τῇσιν ὄχθῃσιν, ἐπιλεξάμενος ὅσοι τε Φοινίκων, καὶ ὅσοι Κύπριοι ἢ Αἰγύπτιοι εἵποντο ἐν τῇ ἄνω στρατηλασίῃ, ἐκ τούτων ἐπλήρου τὰς νέας, ὑπηρεσίας τε αὐτῇσι καὶ ἐρέτας ἐπιλεξάμενος, ὅσοι τῶν θαλασσίων ἔργων δαήμονες. Ἦσαν δὲ καὶ νησιῶται ἄνδρες οὐκ ὀλίγοι ἐν τῇ στρατιῇ, οἷς ταῦτα ἔμελε, καὶ Ἴωνες, καὶ Ἑλλησπόντιοι. Τριήραρχοι δὲ αὐτῷ ἐπεστάθησαν, ἐκ Μακεδόνων μὲν Ἡφαιστίων τε Ἀμύντορος, καὶ Λεοννάτος ὁ Εὔνου [70], καὶ Λυσίμαχος ὁ Ἀγαθοκλέους, καὶ Ἀσκληπιόδωρος ὁ Τιμάνδρου, καὶ Ἄρχων ὁ Κλεινίου, καὶ Δημόνικος ὁ Ἀθηναίου, καὶ Ἀρχίας ὁ Ἀναξιδότου, καὶ Ὀφέλλας Σειληνοῦ, καὶ Τιμάνθης Παντιάδου· οὗτοι μὲν Πελλαῖοι. Ἐκ δὲ Ἀμφιπόλεως ἦγον οἵδε· ἐκ Κρήτης Νέαρχος [71] Ἀνδροτίμου, ὃς τὰ ἀμφὶ τῷ παράπλῳ ἀνέγραψε· καὶ Λαμπέδων ὁ Λαρίχου, καὶ Ἀνδροσθένης Καλλιστράτου· ἐκ δὲ Ὀρεστίδος, Κρατερός τε ὁ Ἀλεξάνδρου, καὶ Περδίκκας ὁ Ὀρόντεω. Ἐορδαῖοί τε, Πτολεμαῖός τε ὁ Λάγου, καὶ Ἀριστόνους ὁ Πεισαίου. Ἐκ Πύδνης τε, Μήτρων τε ὁ Ἐπιχάρμου, καὶ Νικαρχίδης ὁ Σίμου. Ἐπὶ δὲ Ἄτταλός τε ὁ Ἀνδρομένεος, Στυμφαῖος· καὶ Πευκέστας Ἀλεξάνδρου, Μιεζεύς· καὶ Πείθων Κρατεύα, Ἀλκομενεύς· καὶ Λεοννάτος

habeat: quin potius honorificum sibi ducunt, formæ suæ pulchritudinem elephanto dignam haberi. Nubunt nihil vel dantes vel accipientes: sed quotquot jam maturæ viro fuerint, adducuntur à parentibus in publicum, ut is qui luctâ vicerit aut pugillatu aut cursu, vel aliâ quapiam virtute reliquis antecelluerit, eam sibi quam volet deligat. Plerique vero Indi arationem exercent, & frumento vescuntur, exceptis montanis qui ferinas carnes edunt. Atque hæc quidem mihi de Indis exposuisse sufficiat, quæ tanquam præcipua Nearchus & Megasthenes viri graves de iis conscripserunt. Quum enim mihi hoc opere propositum non fuerit Indorum mores atque instituta describere, sed quo pacto Alexandro ex Indis in Persas classis prætervexerit, hæc mihi sint loco excessus in narrando. Alexander enim paratâ jam ad Hydaspis ripas classe, collectis omnibus Phœnicibus & Cypriis aut Ægyptiis qui priorem expeditionem secuti fuerant, ex iis naves implevit; delectis ministris ac remigibus, qui rerum navalium peritissimi essent. Erant vero etiam in exercitu insulares non pauci iis in rebus bene versati, Ionesque ac Hellespontii. Triremium itaque ductores constituit: ex Macedonibus quidem Hephæstionem Amyntoris filium, Leonnatum Euni, Lysimachum Agathoclis, Asclepiodorum Timandri, Archontem Cliniæ, Demonicum Athenæi, Archiam Anaxidoti, Ophellam Sileni, Timanthem Pantiadis; hi Pellæi erant. Ex Amphipoli hi duces fuerunt: Ex Cretâ, Nearchus Androtimi filius, qui Paraplum conscripsit: Lampedon Larichi F. Androsthenes Callistrati. Ex Orestide, Craterus Alexandri filius, Perdiccas Orontis. Eordæi, Ptolemæus Lagi F. Aristonus Pisæi. Ex Pydnâ, Metron Epicharmi F. & Nicarchides Simi. Præterea Attalus Andromenis F. Stymphæus: & Peucestas Alexandri, Miezæus: Pithon Crateæ, Alcomenæus: & Leonnatus Antipa-

69 Ἀροτῆρες Ἰνδοί εἰσιν, ὅσοι γε] Verbum substantivum improbat codex Optimus & omittit.

70 Λεοννάτος ὁ Εὔνου] Ita habebant priores editi, sed nuper id mutare placuit, quia prætexitur emendasse ex scriptis Ἀῤῥιανοῦ. Crederem, si in ullo exemplari id reperissem. Sed quum ista prior lectio mihi sine ullo scrupulo obvenerit omnino in omnibus MSS. probent illi, quos scriptos viderint. Equidem Freinshemius ad Curtium 10, 10, 1, ubi digerit divisionem provinciarum imperii Macedonici, pergit eum vocare Leonnatum Euni filium Pellæum. Et quæso an Leonnatus hic ad classem vocatus est idem illi, qui in libro VI custos corporis describitur cum Hephæstione, sed ita, ut huic præponatur, contra quam fit hoc loco? Ex eo ipso ordine oportet cautiorem fieri, quod aliorum judicio relinquo.

71 Ἐκ Κρήτης Νέαρχος] Monstrum sane hic fovet respublica literaria immedicabile de patria hujus tam illustris Nearchi, Arriano mordicus eam ostentante Cretam, non in his modo verbis, sed acrius in sequentibus, quum etiam exponit quomodo Cretensis viveret in urbe Amphipoli. Huic obviam directa fronte venit Stephanus, & ex urbe Macedoniæ Lete satis nota Geographiæ eundem deducit, siquidem in nomine Νεάρχου opinemur cum doctissimis & mihi nuper dum vivebant amicissimis Viris Th. Pinedo & Henr. Valesio statuamus latere Νέαρχον. Libri veteres quos inspexi, nullam huic incerto opem ferunt, & ipse sum infirmior ad eos spernendos, unde aliis lampadem trado. De sequentibus consule Freinshemiana ad Curtium 3, 13, 1.

κάτος Ἀντιπάτρου, Αἰγαῖος· καὶ Παντάυχος Νικολάου, Ἀλωρίτης· καὶ Μυλλέας Ζωΐλου, Βεροιαῖος· οὗτοι μὲν οἱ ξύμπαντες Μακεδόνες. Ἑλλήνων δὲ, Μήδιος μὲν Ὀξυνθέμιδος, Λαρισαῖος, Εὐμενὴς δὲ Ἱερωνύμου, ἐκ Καρδίης, Κριτόβουλος δὲ Πλάτωνος, Κῷος, καὶ Θόας Μηνοδώρου, καὶ Μαίανδρος Μανδρογένους, Μάγνητες. Ἄνδρων δὲ Καβήλεω, Τήϊος. Κυπρίων δὲ, Νικοκλέης Πασικράτεος, Σόλιος· καὶ Νιθάδων[72] Πνυταγόρεω, Σαλαμίνιος. Ἦν δὲ δὴ καὶ Πέρσης αὐτῷ τριήραρχος, Μαγώας ὁ Φαρνούχεω[73]· τῆς δὲ αὐτοῦ Ἀλεξάνδρου νεὼς κυβερνήτης ἦν Ὀνησίκριτος Ἀστυπαλαιεύς· γραμματεὺς δὲ τοῦ στόλου παντὸς, Εὐαγόρας Εὐκλέωνος, Κορίνθιος. Ναύαρχος δὲ αὐτοῖσιν ἐπετάχθη Νέαρχος Ἀνδροτίμου, τὸ γένος μὲν Κρὴς, ὁ Νέαρχος· ᾤκει δὲ ἐν Ἀμφιπόλει τῇ ἐπὶ Στρυμόνι. Ὡς δὲ ταῦτα ἐκεκόσμητο Ἀλεξάνδρῳ, ἔθυε τοῖς θεοῖσιν ὅσοι τε πάτριοι ἢ μαντευτοὶ αὐτῷ, καὶ Ποσειδῶνι, καὶ Ἀμφιτρίτῃ, καὶ Νηρηΐσι, καὶ αὐτῷ τῷ Ὠκεανῷ, καὶ τῷ Ὑδάσπῃ ποταμῷ, ἀπὸ οὗ ὡρμᾶτο· καὶ τῷ Ἀκεσίνῃ, ἐς ὅντινα ἐκδιδοῖ ὁ Ὑδάσπης· καὶ τῷ Ἰνδῷ, ἐς ὅντινα ἄμφω ἐκδιδοῦσιν· ἀγῶνές τε αὐτῷ μουσικοὶ καὶ γυμνικοὶ ἐποιοῦντο, καὶ ἱερεῖα τῇ στρατιῇ πάσῃ κατὰ τέλεα ἐδίδοτο. 19 Ὡς δὲ πάντα ἐξήρτυτο αὐτῷ ἐς ἀναγωγὴν, Κρατερὸν μὲν τὰ ἐπὶ θάτερα τοῦ Ὑδάσπεω ἰέναι σὺν τῇ στρατιῇ ἐκέλευσε πεζικῇ τε καὶ ἱππικῇ[74]· ἐς τὸ ἐπὶ θάτερα δὲ Ἡφαιστίων αὐτῷ παρεπορεύετο, σὺν ἄλλῃ στρατιῇ πλείονι ἔτι τῆς τῷ Κρατερῷ συντεταγμένης. Καὶ τοὺς ἐλέφαντας Ἡφαιστίων αὐτῷ ἦγεν, ὄντας ἐς διηκοσίους. Αὐτὸς δὲ τοὺς ὑπασπιστὰς καλεομένους ἅμα οἷ ἦγε, καὶ τοὺς τοξότας πάντας, καὶ τῶν ἱππέων τοὺς ἑταίρους καλεομένους· τοὺς πάντας ἐς ὀκτακισχιλίους. Τοῖσι μὲν δὴ ἀμφὶ Κρατερὸν καὶ Ἡφαιστίωνα ἐτέτακτο, ἵνα προπορευθέντες[75] ἀπομένοιεν τὸν στόλον. Φίλιππον δὲ, ὃς αὐτῷ σατράπης τῆς χώρης ταύτης ἦν, ἐπὶ τοῦ Ἀκεσίνου ποταμοῦ τὰς ὄχθας πέμπει, ἅμα στρατιῇ πολλῇ καὶ τοῦτον· ἤδη γὰρ καὶ δώδεκα μυριάδες αὐτῷ μάχιμοι εἵποντο, σὺν οἷς ἀπὸ θαλάσσης τε αὐτὸς ἀνήγαγε· καὶ αὖθις οἱ ἐπὶ

tipatri, Ægæus: & Pantauchus Nicolai, Alorites: & Mylleas Zoili, Berœensis: hi quidem omnes Macedones. Ex Græcis vero Medius Oxynthemidis F. Larisſæus: Eumenes Hieronymi, Cardianus: Critobulus Platonis, Cous: Thoas Menodori F. & Mæander Mandrogenis, Magnesii: Andron Cabelei, Teius: ex Cypriis, Nicocles Pasicratis F. Solius: & Nithadon Pnytagoræ, Salaminius. Erat autem etiam Persa quidam triremi præfectus Magoas Pharnuchis F. Ipsius vero Alexandri triremis gubernator erat Onesicritus Astypalæensis. Scriba totius classis Euagoras Eucleonis F. Corinthius. Navarchum eis constituit Nearchum Androtimi F. Erat hic Nearchus Cres genere: habitabat autem Amphipoli quæ ad Strymonem fluvium sita est. His rebus ita constitutis, Alexander diis patriis, & quibus vates monebant, sacrum fecit: Neptuno etiam, & Amphitritæ, ac Nereïdibus, ipsique Oceano. Hydaspi quoque, unde solvebat: Acesini præterea, in quem Hydaspes influit: Indo, in quem uterque fertur. Certamina quoque musica & gymnica proposuit, victimis per singula agmina & turmas distributis. Omnibus itaque rebus ad navigandum paratis, Craterum ad alteram Hydaspis ripam cum exercitu equestri ac pedestri iter facere jubet. 19 Ab alterâ vero parte Hephæstion cum majore adhuc quam Craterus exercitu processerat. Elephantos etiam ducebat Hephæstion numero CC. Ipse scutatos dictos secum ducebat, & sagittarios omnes, & equites, quos amicos vocant, ad VIII millia. Atqui Cratero & Hephæstioni in mandatis dat uti præeant, classemque præstolentur. Philippum vero, quem in eâ regione præsidem constituerat, ad Acesinis fluvii ripas mittit, magnas etiam hunc copias ducentem. Jam enim CXX M. militum eum sequebantur, cum iis quos ex maritimis oris adduxerat. Accesserunt etiam mox ii quos

72 Νιθάδων] Sic habent omnes scripti, etiam Optimus, etiam V. C. apud Vulcanium.

73 Μαγώας ὁ Φαρνούχεω] MS. Opt. Βαγώας, quod certe novimus nomen Persicum esse, & eo vocabulo Plutarchus in Bacchico luxu Alexandri vocat τὸν ἐρώμενον Βαγώαν alium quendam. Unde etiam Heliodorus lib. 8 pag. 362 fingit Βαγώαν τινὰ τῶν ἐκτετμημένων εὐνοῦχον. Est idem nomen, quod ante hæc tempora lib. 1 vel 3 Esdræ cap. 5 ℣. 14 dicitur Βαγοί. Imo jam supra nominare id nomen in epistola dignatus fuit Alexander.

74 Σὺν τῇ στρατιῇ ἐκέλευσε πεζικῇ τε καὶ ἱππικῇ] Vides nuper reprehendi in Basileensibus, quod post vocem tertiam vitiose inserant πεζοί. Sit sane ita, quid tamen illi peccaverunt, si edant MSStam lectionem? Et in duobus MSS. sic inveni. Itaque legitur etiam in Veneta. At in Optimo & in altero, ut & in Augustano legitur πεζῇ. Videtur utique latere aliquid, quod apparet, postquam intelligis particulam adversativam δὲ post sequens θάτερα in iisdem MSS. non esse. Nempe, Κρατερὸν μὲν τὰ ἐπὶ θάτερα τοῦ Ὑδάσπεω ἰέναι σὺν στρατιῇ πεζῇ ἐκέλευσε. Πεζικῇ τε καὶ ἱππικῇ ἐς τὸ ἐπὶ θάτερα Ἡφαιστίων αὐτῷ παρεπορεύετο &c. Hinc igitur & versionem mutabis. *Craterum quidem ad alteram Hydaspis ripam iter facere cum copia pedestri jussit: sed pedestri & equestri ad alteram partem Hephæstion incedebat cum alia manu majore &c.* Potuerat sane auctor paucioribus verbis defungi.

75 ἵνα προπορευθέντες &c.] Optimus tantum πορευθέντες. Possis vero etiam sic interpretari: *assignatum erat, ubi profecti classem præstolarentur.*

Numerus navium. Æstus Alexandri de præfecto, quem legit Nearchus.

ἐπὶ συλλογὴν αὐτῷ στρατιᾶς πεμφθέντες ἧκον, ἄγοντες παντοῖα ἔθνεα βαρβαρικὰ ἅμα οἱ ἄγοντι[76], καὶ πᾶσαν ἰδέην ὡπλισμένα. Αὐτὸς δὲ ἄρας ταῖς ναυσὶ, κατέπλει κατὰ τὸν Ὑδάσπεα ἔστε ἐπὶ τοῦ Ἀκεσίνου τε καὶ τοῦ Ὑδάσπεω τὰς συμβολάς. Νῆες δὲ αἱ σύμπασαι αὐτῷ ὀκτακόσιαι ἦσαν, αἵτε μακραὶ καὶ ὅσα στρογγύλα πλοῖα, καὶ ἄλλα ἱππαγωγὰ, καὶ σιτία ἅμα τῇ στρατιῇ ἄγουσαι. Ὅπως μὲν δὴ κατὰ τοὺς ποταμοὺς κατέπλευσεν αὐτῷ ὁ στόλος, καὶ ὅσα ἐν τῷ παράπλῳ ἔθνεα κατεστρέψατο, καὶ ὅπως διὰ κινδύνου αὐτὸς ἐν Μαλλοῖς ἦκε· καὶ τὸ τρῶμα ὃ ἐτρώθη ἐν Μαλλοῖς, καὶ Πευκέστας τε καὶ Λεοννάτος ὅπως ὑπερήσπισαν αὐτὸν πεσόντα· πάντα ταῦτα λέλεκταί μοι ἤδη ἐν τῇ ἄλλῃ τῇ Ἀττικῇ ξυγγραφῇ. Ὁ δὲ λόγος ὅδε τοῦ παράπλου μοι ἀφήγησίς ἐστιν, ὃν Νέαρχος σὺν τῷ στόλῳ παρέπλευσεν, ἀπὸ τοῦ Ἰνδοῦ τῶν ἐκβολέων ὁρμηθεὶς, κατὰ τὴν θάλασσαν τὴν μεγάλην ἔστε ἐπὶ τὸν κόλπον τὸν Περσικὸν, ἣν δὴ ἐρυθρὴν θάλασσαν μετεξέτεροι καλέουσι. Νεάρχῳ δὲ λέλεκται ὑπὲρ τούτων ὅδε ὁ λόγος· πόθον μὲν εἶναι Ἀλεξάνδρῳ ἐκπεριπλῶσαι τὴν θάλασσαν τὴν ἀπὸ Ἰνδῶν ἔστε ἐπὶ τὴν Περσικήν· ὀκνέειν δὲ αὐτὸν τοῦ τε πλόου τὸ μῆκος, καὶ μή τινι ἄρα χώρῃ ἐρήμῳ ἐγκύρσαντες, ἢ ὅρμων ἀπόρῳ, ἢ οὐ ξυμμέτρως ἐχούσῃ τῶν ὡραίων, οὕτω δὴ διαφθαρῇ αὐτῷ ὁ στόλος· καὶ οὐ φαύλη κηλὶς αὕτη τοῖς ἔργοισιν αὐτοῦ τοῖς μεγάλοισιν ἐπιγενομένη, τὴν πᾶσαν εὐτυχίην αὐτῷ ἀφανίσει· ἀλλὰ ἐκνικῆσαι γὰρ αὐτῷ τὴν ἐπιθυμίην τοῦ καινόν τι αἰεὶ καὶ ἄτοπον ἐργάζεσθαι. Ἀπόρως δὲ ἔχειν, ὅντινα οὐκ ἀδύνατόν τε ἐς τὰ ἐπινοεύμενα ἐπιλέξαιτο· καὶ ἅμα τῶν ἐν τοῖς ἀνδράσιν, ὡς καὶ τὸν τοιοῦτον στόλον στελλομένοισιν ἀφελεῖν τὸ δεῖμα, τοῦ δὴ ἠμελημένως αὐτοὺς ἐς προὖπτον κίνδυνον ἐκπέμπεσθαι. Λέγει δὴ ὁ Νέαρχος, ἑωυτῷ ξυννώσασθαι[77] τὸν Ἀλέξανδρον, ὅντινα προχειρίσηται ἐξηγέεσθαι τοῦ στόλου· ὡς δὲ ἄλλου καὶ ἄλλου ἐς μνήμην ἰόντα, τοὺς μὲν ὡς οὐκ ἐθέλοντας κινδυνεύειν ὑπὲρ οὗ ἀπολέγειν, τοὺς δὲ ὡς μαλακοὺς τὸν θυμὸν, τοὺς δὲ ὡς πόθῳ τῶν οἰκηίων κατεχομένους· τοῖς δὲ ἄλλο καὶ ἄλλο ἐπικαλέοντα. Τότε δὴ αὐτὸν ὑποστάντα[78] εἰπεῖν, ὅτι Ω

quos passim ad conscribendum exercitum miserat, & barbaras omnis generis nationes variis armis instructas adducebant. Ipse inde oram solvens per Hydaspem ad Acesinis & Hydaspis confluentes navigavit. Erant ei in universum naves DCCC, simul longæ, simul onerariæ, aliæque vehendis equis & commeatui exercitus idoneæ. Quonam vero pacto classis per hæc flumina navigârit, & quot in eâ navigatione gentes subjugârit, quodque periculum in Mallis incurrerit, & quomodo ibidem vulnus acceperit, quomodo etiam Peucestas & Leonnatus eum prostratum scutis suis protexerint: omnia hæc à nobis in aliâ historiâ, quam Atticâ linguâ conscripsimus, commemorata sunt. In hoc autem libro id tantum narro: quomodo Nearchus ab Indi ostiis solvens, per oceanum in sinum Persicum navigârit, quem quidem nonnulli mare rubrum appellant. Nearchus de hac re ita scribit: Alexandri desiderium fuisse universum mare quod ab Indis in Persiam usque patet enavigare: Cæterum illum navigationis longinquitate deterritum fuisse, simulque veritum, ne in aliquam desertam regionem aut portus difficiles frugibusque carentes delatus, classem amitteret, ingensque aliqua macula rebus præclare abs se gestis offusa omnem felicitatis gloriam obliteraret: vicisse tamen ingentem quandam sibi innatam inusitatæ alicujus ac magnæ rei gerendæ cupiditatem. Dubitasse autem quem perficiendis cogitationibus suis parem deligeret: simulque iis qui tam longinquam expeditionem adirent, metum adimeret, sese neglectos in manifestum periculum mitti. Nearchus autor est Alexandrum secum communicasse, quem potius classis ducem ac præfectum designaret: quumque diversorum meminisset, alios periculi metu, alios præ mollitie animi, alios patriæ desiderio occupatos recusasse. atque Alexandrum eos aliis atque aliis verbis increpasse. Tum se operam suam pollicitum dixisse, Ego,

76 Ἔχοντες παντοῖα ἔθνεα βαρβαρικὰ ἅμα οἱ ἄγοντες] Scire velim, quomodo auctores hujus scripturæ eam intellexerint: quum nec duo ista participia sic conjuncta tolerari queant; tanto indecentius, quia memini supra occurrisse, ubi ne alterutri quidem locum reliquerant nunc nimis copiosi. Sed neque vocula *οἱ* ad alium quam Alexandrum respicere potest, utpote singulare. Conflavit tamen eam Vulcanius aut editio ejus, quum Basileenses & Veneti dederint *ἄγοντα*. Quod & ipsum æque idoneum est, licet à tribus MSStis Flor. etiam chirographo Vulcanii signatum ex nescio quibus *al. ἄγοντα.* affirmari sciam. Necessario legendum *οἱ ἄγοντι καὶ πᾶσαν ἰδέην ὁπλίσεων*, hoc est, *accesserunt habentes omne genus barbaricarum gentium, quum ipse interim secum duceret vel omnem armaturarum speciem.* Dativus ille *ἄγοντι* est beneficium codicis Optimi. Sed *ὁπλίσεων* est quod ipse conari debui alioquin non extricans sententiæ integritatem: sin; retine *ὡπλισμένα*, & intellige sicut barbaras gentes illi habebant, ita ipse omni varietate armatas ducebat.

77 Ἑωυτῷ ξυννώσασθαι] Bene interpretantur *secum communicasse.* Si tamen Arrianus verbo tam poëtico delectatus est. Sed & MS. Optimus *κοινῶσθαι*. Sic lib. II. *ἵνα κοινώσηται ὑπὲρ τοῦ θείου παρὰ τοὺς Τελμισσέας.* Et lib. I. *ἀνακοινοῦσθαι Ἀριστάνδρῳ.*

78 Τότε δὴ αὐτὸν ὑποστάντα] Concinne satis, ut ideo nihil potuerit viris doctis suspectum esse. Sed mirabili-

cus

Ὦ βασιλεῦ, ἐγώ τοι ὑποδέχομαι ἐξηγήσασθαι τὸν στόλον, καὶ (εἰ τὰ ἀπὸ τοῦ θεοῦ ξυνεπιλαμβάνοι) περιάξω τοι σόας τὰς νέας καὶ τοὺς ἀνθρώπους, ἔστε ἐπὶ τὴν Περσίδα γῆν, εἰ δὴ πλωτός τε ἐστὶν ὁ ταύτης πόντος, καὶ τὸ ἔργον οὐκ ἄπορον γνώμῃ ἀνθρωπίνῃ. Ἀλέξανδρον δὲ λόγῳ μὲν οὐ φάναι ἐθέλειν ἐς τοσόνδε ταλαιπωρίην καὶ τοσόνδε κίνδυνον τῶν τινα ἑωυτοῦ φίλων ἐμβάλλειν· αὐτὸν δὲ ταύτῃ δὴ καὶ μᾶλλον οὐκ ἀνιέναι, ἀλλὰ λιπαρέειν· οὕτω δὴ ἀγαπῆσαί τε Ἀλέξανδρον τοῦ Νεάρχου τὴν προθυμίην, καὶ ἐπιστῆσαι αὐτὸν ἄρχειν τοῦ στόλου παντός· καὶ τότε δὴ ἔτι μᾶλλον τὸ στρατιῆς ὅ, τι περ ἐπὶ τῷδε τῷ περίπλῳ[79] τεταγμένον ἦν, καὶ τὰς ὑπηρεσίας ἵλεω ἔχειν τὴν γνώμην, ὅτι δὴ Νέαρχόν γε οὔποτε ἂν Ἀλέξανδρος προήκατο ἐς κίνδυνον καταφανέα, εἰ μὴ καί σφι σωθήσεσθαι ἔμελλον· λαμπρότης τε πολλὴ τῇ παρασκευῇ ἐπεοῦσα, καὶ κόσμος τῶν νεῶν, καὶ σπουδαὶ τῶν τριηράρχων ἀμφὶ τὰς ὑπηρεσίας τε καὶ τὰ ἐκπληρώματα[80] ἐκπρεπέες, καὶ τοὺς πάντῃ δὴ πάλαι κατοκνέοντας ἐς ῥώμην ἅμα καὶ ἐλπίδας χρηστοτέρας ὑπὲρ τοῦ παντὸς ἔργου ἐπηρκότα ἦν· πολὺ δὲ δὴ συνεπιλαβέσθαι ἐς εὐθυμίην τῇ στρατιῇ, τὸ δὴ αὐτὸν Ἀλέξανδρον ὁρμηθέντα κατὰ τοῦ Ἰνδοῦ τὰ στόματα ἀμφότερα ἐκπλῶσαι ἐς τὸν πόντον, σφάγιά τε τῷ Ποσειδῶνι ἐντεμεῖν, καὶ ὅσοι ἄλλοι θεοὶ θαλάσσιοι, καὶ δῶρα μεγαλοπρεπέα τῇ θαλάσσῃ χαρίσασθαι. Τῇ τε ἄλλῃ τῇ Ἀλεξάνδρου παραλόγῳ εὐτυχίῃ πεποιθότας, οὐδὲν ὅ, τι οὐ τολμητόν τε ἐκείνῳ καὶ ἐργαστὸν ἐξηγέεσθαι.

21 Ὡς δὲ τὰ ἐτήσια πνεύματα ἐκοιμήθη (ἃ δὴ τοῦ θέρεος τὴν ὥρην πᾶσαν κατέχει ἐκ τοῦ πελάγεος ἐπιπνέοντα ἐπὶ τὴν γῆν, καὶ ταύτῃ ἄπορον τὸν πλοῦν ποιέοντα) τότε δὴ ὥρμηντο, ἐπὶ ἄρχοντος Ἀθήνησι Κηφισοδώρου, εἰκάδι τοῦ Βοηδρομιῶνος μηνός, καθότι Ἀθηναῖοι ἄγουσιν· ὡς δὲ Μακεδόνες τε καὶ Ἀσιανοὶ ἦγον, τὸ ἑνδέκατον βασιλεύοντος[81] Ἀλεξάνδρου. Θύει δὲ καὶ Νέαρχος πρὸ τῆς ἀναγωγῆς Διὶ Σωτῆρι, καὶ ἀγῶνα ποιέει γυμνικὸν[82] καὶ οὗτος. Ἄραντες δὲ

Ego, ô rex, classis gubernationem suscipiam, & (si deus cœpta secundârit) classem simul & militem sospites in Persidem ducam, si omnino ejus regionis mare navigabile fuerit, aut si id ullâ ratione ab humano ingenio præstari possit. Alexandrum vero verbo negasse velle se in tantos labores tantaque pericula aliquem amicorum suorum conjicere: se vero nequaquam ideo languidiorem effectum esse, sed obnixe orasse; ac tum demum Alexandrum Nearchi animum adeo promptum atque alacrem collaudasse, eumque universæ classi præfecisse: & exercitum qui ad hanc navigationem destinatus erat, & nautas quietiore animo fuisse, quod persuasum haberent Alexandrum nulla ratione ad manifesta pericula Nearchum missurum, nisi & ipsi quoque servandi essent. Præterea summa apparatus magnificentia, & navium ornatus, studiaque præfectorum erga ministros & supplementa, omnium animis qui antea metu debilitati fractique erant, robur bonamque spem ad opus conficiendum addebant. Multum præterea de metu ipsorum adimebat, quod Alexander ipse per utraque Indi ostia in mare navigasset: quod Neptuno cæterisque diis marinis hostias mactasset, eximiaque dona mari dedisset. Perpetua quoque & inusitata Alexandri felicitas fiduciam eorum augebat, quod nihil ejus auspiciis ductuque infeliciter tentaretur.

21 Quo igitur tempore etesiæ sive anniversarii venti spirare desierant (qui quidem per integram æstatem ex mari in terram flantes navigationem impediunt) oram solverunt, archonte Athenis Cephisodoro, xx die mensis Augusti, quemadmodum Athenienses computant: ut vero Macedones & Asiatici, undecimo ex quo Alexander regnabat anno. Sacrificavit autem & Nearchus antequam navigationem susciperet Jovi Servatori, ludosque gymnicos etiam is edidit. Primo itaque die quum e sta-

---

...ret codex Optimus, αὐτὸν δὲ δὴ ταύτῃ δὴ οὐκ. Nec concursus ille particularum abigi ab Arriano potest, nec sic aptata series vocum nec ipsæ voces illæ.

79 Ὅτι περ ἐπὶ τῷ περίπλῳ] Opt. ἐν τῷ. Et mox εἰ μή σφι.

80 Καὶ τὰ ἐκπληρώματα] Opt. τὰ πληρώματα, idque sufficit. Nec enim aliter dicunt vel Græci vel ipse Arrianus, atque etiam notavit ex V.C. Vulcanius.

81 Ὡς δὲ Μακεδόνες τε καὶ Ἀσιανοὶ ἦγον τὸ ἑνδέκατον βασιλ.] Dolendum est ita corripi hunc locum potuisse, ut deleretur & nomen mensis & numerus diei ex ratione Macedonica & Asiana. Non enim sufficit notatio de mense regni Alexandri. Hunc undecimum esse perinde Athenienses computabant ac Macedones & Asiani, nec enim poterant aliter. Itaque certe excidit, quod dico. Unde accuratissimus Usserius in capite 1 de *solari anno Macedonum* citans hunc locum, verbum ἦγον omittens, asteriscos interponit duos, statuens Arrianum scripsisse τοῦ Α' μηνὸς ὀγδόῃ ἱσαμένου. Quod quum librarius non adsequeretur, hæsitans Apellæusne an Audynæus, aut Artemisius designari deberet, totum hoc comma neglexit. Conatus egregius, sed ambigo, an felix. Nam si statui debet Arrianus ita scripsisse, statui similiter potest etiam alios scripsisse, id quod eo verget ac procedet, ut nuspiam nomen istius mensis integre explanatum scribendo extiterit, & fere ipsum totum sic ex libris antiquis deleatur. Sed quum & aliis in libris exstet, sane & scriba Arriani posuisset, siquidem à principio scripsisset ipse auctor; cui sane sufficeisse videtur nomen mensis universe per Græciam satis cogniti apposuisse, ut inde non necessarium duxerit etiam Macedonice appellatum mensem addere.

82 Ποιεῖ γυμνικὸν] Quod notat Vulcanius Vet. cod. post ποιεῖν habere καὶ ἀγῶνα, in id consentiunt omnes MSS. Florentini; adscripsitque Vulcanius, ut debuerit tamdem contextus ita integrari.

δὲ ἀπὸ τοῦ ναυστάθμου τῇ πρώτῃ ἡμέρῃ κατὰ τὸν Ἰνδὸν ὁρμίζονται ποταμὸν πρὸς διώρυχι μεγάλῃ, καὶ μένουσιν αὐτοῦ δύο ἡμέρας· Στοῦρα δὲ ὄνομα ἦν τῷ χώρῳ· στάδιοι ἀπὸ τοῦ ναυστάθμου ἐς ἑκατόν. Τῇ τρίτῃ δὲ ἄραντες, ἔπλεον ἔστε ἐπὶ διώρυχα ἄλλην σταδίους τριάκοντα, ἁλμυρὴν ἤδη ταύτην τὴν διώρυχα· ἀνῄει γὰρ ἡ θάλασσα ἐς αὐτὴν, μάλιστα μὲν ἐν τῇσι πλημμυρῇσιν· ὑπέμενε δὲ καὶ ἐν τῇ ἀμπώτῃ[83] τὸ ὕδωρ μεμιγμένον τῷ ποταμῷ· Καύμανα[84] δὲ ὄνομα ἦν τῷ χώρῳ. Ἔνθεν δὲ εἴκοσι σταδίους καταπλώσαντες, ἐς Κορέατιν ὁρμίζονται, ἔτι κατὰ τὸν ποταμόν. Ἔνθεν δὲ ὁρμηθέντες, ἔπλεον οὐκ ἐπὶ πολλόν· ἕρμα γὰρ ἐφάνη αὐτοῖσι κατὰ τὴν ἐκβολὴν τὴν ταύτῃ τοῦ Ἰνδοῦ, καὶ τὰ κύματα ἐρρόχθει πρὸς τῇ ἠϊόνι[85], καὶ ἡ ἠϊὼν αὐτὴ τρηχεῖα ἦν. Ἀλλὰ ἵνα περ μαλθακὸν ἦν τοῦ ἕρματος, ταύτῃ διώρυχα ποιήσαντες[86] ἐπὶ σταδίους πέντε, διῆγον τὰς νέας, ἐπειδὴ ἡ πλημμυρὰ ἐπῆλθεν ἡ ἐκ τοῦ πόντου. Ἐκπεριπλώσαντες δὲ σταδίους πεντήκοντα καὶ ἑκατὸν, ὁρμίζονται ἐς Κρόκαλα[87] νῆσον ἀμμώδεα, καὶ μένουσιν αὐτοῦ τὴν ἄλλην ἡμέραν· προσοικέει δὲ ταύτῃ ἔθνος Ἰνδικὸν, οἱ Ἀράβιες καλεόμενοι, ὧν καὶ ἐν τῇ μέζονι ξυγγραφῇ μνήμην ἔσχον· καὶ ὅτι εἰσὶν ἐπώνυμοι ποταμοῦ Ἀράβιος, ὃς διὰ τῆς γῆς αὐτῶν ῥέων, ἐκδιδοῖ ἐς θάλασσαν, ὁρίζων τήν τε τούτων χώρην καὶ τῶν Ὠρειτέων. Ἐκ δὲ Κροκάλων ἐν δεξιᾷ μὲν ἔχοντες ὄρος τὸ καλεόμενον αὐτοῖσιν Εἶρον, ἐν ἀριστερᾷ δὲ νῆσον ἁλιτενέα ἔπλεον· ἡ δὲ νῆσος παρατεταμένη τῇ ἠϊόνι, κόλπον στεινὸν ποιέει. Διεκπλεύσαντες δὲ ταύτην, ὁρμίζονται ἐν λιμένι εὐόρμῳ· ὅτι δὲ μέγας τε καὶ καλὸς ὁ λιμὴν, Νεάρχῳ ἔδοξεν ἐπονομάζειν αὐτὸν[88] Ἀλεξάνδρου λιμένα. Νῆσος δὲ ἐστὶν ἐπὶ τῷ στόματι τοῦ λιμένος ὅσον σταδίους δύο ἀπέχουσα· Βίβακτα ὄνομα

τῇ

è statione solvissent, per fluvium Indum ad amplum quendam alveum appulerunt (loco Sturæ nomen est) distantem à statione stadiis circiter C. biduoque ibi commorati sunt. Tertio die inde moventes, ad alium alveum XXX stadiis inde remotum pervenerunt, cujus aqua salsedinem maris referebat: mare enim in eam accedente æstu se ingerit, aquaque flumini permista etiam recedente æstu manet. Caumana is locus dicitur. Inde XX stadia provecti ad Coreatim etiamnum in flumine pervenerunt. Hinc rursum moventes non multum navigarunt, scopulum conspicati eâ parte quâ Indus illic in mare fertur, & fluctus littori illidebantur, littusque ipsum asperum erat. Cæterum qua scopulus mollior videbatur, fossa quinque stadiorum perducta, naves traduxerunt æstu marino accedente. Inde stadia CL circumnavigando emensi in Crocala arenosam insulam pervenerunt, ibique alterum diem commorati sunt. Vicina huic insulæ loca incolunt Arabii Indica gens, quorum etiam in majori opere mentionem feci: quodque id nominis à fluvio Arabi acceperint, qui per ipsorum regionem fluens in mare fertur, eorumque fines ab Oritarum finibus dividit. Ex Crocalis, ad dextram habentes montem Irum; ad sinistram vero insulam vadosam, ulterius navigarunt: hæc insula ad littus extenta, angustum sinum efficit. Hunc emensi ad tranquillum portum delati sunt. qui quod amplus simul & pulcher esset, placuit Nearcho ut Alexandri portus appellaretur. Contra portus fauces insula adjacet, circiter duo inde stadia distans, cui Biba-

cta

83 Ἐν τῇ ἀμπώτῃ] At causa non fuit, ut hæc singulari numero efferret, cum paulo ante τῇσι πλημμυρῇσιν dixerit. Quin etiam MS. Optimus plane habebat τῇσιν ἀμπώτισι, ut levi mutatione scribendum sit τῇσιν ἀμπώτισι. In uno erat ταῖς ἀμπώτεσι.

84 Καύμανα] Opt. Καύμαρα, idemque Κορέαν habet pro Κορέατιν.

85 Τὰ κύματα ἐρρόχθει πρὸς τῇ ἠϊόνι] Reddit Vulcanius *fluctus litori illidebantur*. At id quidem nunquam non contingit, quum tamen non semper soleant ῥοχθεῖν. Facius quum ἕρμα non observavisset, procellose scripsit *visi sunt ad exitum amnis & albescentes fluctus repercussi litoribus & elisa spuma*, ut horrorem maris exprimeret, non tamen id quod proprie exigit Arrianus. Huic enim alludere magis placuit ad τὸν ἦχον τραχύτητα, quam in verbo ῥοχθεῖν exprimi fatentur Græci Grammatici, tum Etymologus appellans ῥόχθον, tum Eustathius ad Homeri notissimum locum, quem in ea parte bene lectum fuisse ab Vulcanio probat mihi chirographum, quod isti paginæ exemplaris, quo nunc ipse utor, inscripsit. Addi ergo oportuit, *cum truci & immani strepitu*.

86 Διώρυχα ποιήσαντες] Fecerunt igitur id ipsum, quod aliquis eorum intellexerat fecisse Xerxem in monte Atho, ne cogeretur eum circumnavigare. Ita quum animadverterent nunc Macedones non sine periculo fore, si flectere & superare cogerentur illud ἕρμα, intus censuere commodius fore, si transitum effoderent, quo secure ad ulterius litus naves traducerentur illo saxo ad lævam relicto. Hæc simplex Arriani mens est. Quid tamen vult Freinshemius in Curtianis IX, 9, 20, ubi post Vulcanii versionem positam annotat? [Sed cur *accedente?* Diversæ videntur fuisse fossæ: aliæ in transversam ripam actæ portuum instar, ut ibi ab accedente æstu naves tutiores forent: aliæ in altum depressæ, ut eo recedente non destituerentur in sicco.] Nonnisi unam fossam factam auctor dicit, quæ illud ἕρμα fecit insulam.

87 Εἰς Κρώκαλα] Tres scripti Κρώκαλα, Opt. Κρώκαλα & postea Κρωκάλων.

88 Νεάρχῳ ἔδοξεν ἐπονομάζειν αὐτὸν] Sententia non inconcinna, si modo afferri aliquid posset, unde amplum simul & pulchrum fuisse portum pateret ante Neandri adventum, & magna navium turba eum celebraverit. Attamen ita mox quoque laudat Γυναικῶν λιμένα, & de aliis similiter. Quid igitur? Nempe sicut in variis locis scribitur Alexandro visus fuisse locus aliquis commodus & idoneus ad urbem condendam, ita nunc quidem potuit fieri, ὅτι δὲ μέγας τε καὶ καλὸς ὁ λιμὴν Νεάρχῳ ἔδοξεν, ἐπονομάζει αὐτὸν &c. Ita certe habet codex Optimus.

τῇ νήσῳ· ὁ δὲ χῶρος ἅπας Σάγγαδα· ἡ δὲ νῆσος καὶ τὸν λιμένα, προκειμένη πρὸ τοῦ πελάγεος, αὐτὴ ἐποίησεν. Ἐνταῦθα πνεύματα μεγάλα ἐκ τοῦ πόντου ἔπνεε καὶ συνεχέα, καὶ Νέαρχος δείσας τῶν βαρβάρων μή τινες συνταχθέντες ἐφ' ἁρπαγὴν τοῦ στρατοπέδου τράποιντο, ἐκτειχίζει τὸν χῶρον λιθίνῳ τείχει. Τέσσαρες δὲ καὶ εἴκοσιν ἡμέραι τῇ μονῇ ἐγένοντο· καὶ λέγει, ὅτι μύας τε ἐθήρων τοὺς θαλασσίους οἱ στρατιῶται, καὶ ὄστρεα δὲ, τοὺς σωλῆνας[89] καλεομένους, ἄτοπα τὸ μέγεθος, ὡς τοῖσιν ἐν τῇδε τῇ ἡμετέρῃ θαλάσσῃ συμβαλέειν· καὶ ὕδωρ ὅτι 22 ἁλμυρὸν ἐπίνετο. Ἅμα τε ὁ ἄνεμος ἐπαύσατο, καὶ οἱ ἀνήγοντο· καὶ περαιωθέντες σταδίους ἐς ἑξήκοντα, ὁρμίζονται πρὸς αἰγιαλῷ ψαμμώδει· νῆσος δὲ ἐπῆν τῷ αἰγιαλῷ ἐρήμη. Ταύτην δὲ πρόβλημα ποιησάμενοι ὡρμίσθησαν· Δόμαι οὔνομα τῇ νήσῳ· ὕδωρ δὲ οὐκ ἦν ἐν τῷ αἰγιαλῷ· ἀλλὰ προελθόντες ἐς τὴν μεσογαίην[90] ὅσον εἴκοσι σταδίους, ἐπιτυγχάνουσιν ὕδατι καλῷ· τῇ δὲ ὑστεραίῃ ἐς νύκτα αὐτοῖς ὁ πλόος ἐγίνετο ἐς Σάραγγα σταδίους τριηκοσίους, καὶ ὁρμίζονται πρὸς αἰγιαλῷ, καὶ ὕδωρ ἦν ἀπὸ τοῦ αἰγιαλοῦ ὅσον ὀκτὼ σταδίους. Ἔνθεν δὲ πλώσαντες, ὁρμίζονται ἐν Σακάλοισι, τόπῳ ἐρήμῳ· καὶ δὴ ἐκπλώσαντες σκοπέλους δύο, οὕτω τι ἀλλήλοις πελάζοντας, ὥστε τοὺς ταρσοὺς τῶν νεῶν ἅπτεσθαι ἔνθεν καὶ ἔνθεν τῶν πετρέων, καθορμίζονται ἐν Μοροντοβάροις[91], σταδίους διελθόντες ἐς τριηκοσίους· ὁ δὲ λιμὴν μέγας, καὶ εὔκυκλος, καὶ βαθὺς, καὶ ἄκλυστος· ὁ δὲ ἔσπλους ἐς αὐτὸν στεινός· τοῦτον τῇ γλώσσῃ τῇ ἐπιχωρίῃ Γυναικῶν λιμένα ἐκάλεον, ὅτι γυνὴ τοῦ χώρου τούτου πρώτη ἐπῆρξεν. Ὡς δὲ διὰ τῶν σκοπέλων διεξέπλεον, κύμασί τε μεγάλοισιν ἐνέκυρσαν, καὶ τῇ θαλάσσῃ ῥοώδεϊ· ἀλλὰ ἐκπεριπλῶσαι γὰρ ὑπὲρ τοὺς σκοπέλους, μέγα ἔργον ἐφαίνετο. Ἐς δὲ τὴν ὑστεραίην ἔπλεον, νῆσον ἐς ἀριστερὰ ἔχοντες πρὸ τοῦ πελάγεος, οὕτω τι τῷ αἰγιαλῷ συναφέα, ὥστε εἰκάσαι ἂν διώρυχα εἶναι τὸ μέσον τοῦ τε αἰγιαλοῦ καὶ τῆς νήσου· στάδιοι οἱ πάντες ἑβδομήκοντα τοῦ διέκπλου· καὶ ἐπὶ τε τοῦ αἰγιαλοῦ δένδρεα ἦν πολλὰ καὶ δασέα, καὶ ἡ νῆσος ὕλῃ παντοίῃ σύσκιος. Ὑπὸ δὲ τὴν ἕω ἔπλεον ἔξω τῆς νήσου, κατὰ ῥηχίην στεινήν[92]· ἔτι γὰρ ἀνάπωτις κατεῖχε. Πλώσαντες δὲ ἐς ἑκατὸν καὶ εἴκοσι σταδίους, ὁρμίζονται ἐν τῷ στόματι τοῦ Ἀράβιος ποταμοῦ· καὶ λιμὴν μέγας καὶ καλὸς πρὸς

τῷ

cta nomen est: omnis vero adjacens regio Sangada dicitur. hæc insula mari opposita suapte naturâ portum efficit; hic ingentes continuique venti spirabant. Nearchus veritus ne qua barbarorum manus collecta castra diriperet, lapideo muro locum cingit, & XXIIII dies ibi moratus est: dicitque milites per id tempus myes marinos cepisse, & ostrea, quæ solenes vocantur, inusitatæ magnitudinis, si cum nostri maris ostreis conferantur. Aquam etiam salsam potasse narrat. Sedato autem vento, vela fecerunt, 22 ac stadia circiter LX progressi, in sabulosum littus appulerunt. Insula adjacebat littori deserta: hæc suo objectu portum ipsis efficiebat: Domæ nomen insulæ erat. Quumque in littore aquam non haberent, in planiora loca ad viginti circiter stadia progressi dulcem aquam repererunt. Postridie quum ad vesperum usque navigassent, in Saranga, CCC inde stadia, ad littus appulerunt. Ibi aqua octo ferme à littore stadia aberat. Illinc repetitâ navigatione, ad Sacala locum desertum appulsi sunt. Inde superatis duobus scopulis adeo inter se propinquis ut palmulæ remorum utrinque cautes stringerent, emensi stadia CCC in Morontobaris constiterunt. Ibi portus est amplissimus, & rotundus, ac profundus, minimeque procellosus. Cæterum fauces ejus angustæ; hunc patriâ linguâ Portum fœminarum vocabant: quod mulier quædam prima illi loco imperârit. Trajectis scopulis, in mare majores undas volvens pervenerunt. Cæterum scopulos transisse res magna videbatur. ita in posterum diem navigârunt, insulam quandam à sinistrâ pelago objectam habentes, quæ quidem ita propinqua littori erat, ut medius alveus inter insulam & littus esse effossus videretur; LXX in universum stadiorum ea navigatio fuerat. Multæ erant densæque in littore arbores, insulaque ipsa variis sylvis umbrosa. Sub lucem per angusta quædam loca ex eâ insulâ navigârunt; adhuc enim recessus maris obtinebat: continuataque navigatione ad CXX stadia, apud fauces Arabis amnis constiterunt; & portum quidem ibi amplum &

com-

89 Καὶ ὄστρεα δὲ τοὺς σωλῆνας] Opt. καὶ ὄστρεα καὶ τούς. Utique ostrea sunt sui generis, & solenes, licet testam habeant vel tubum, etiam ipsi sui generis, quod satis notum est, & ἄτοπα referri potest ad omnia tria. Μύας θαλασσίους perperam verti mures docuit Salmasius in *Plinianis* p. 1129, quem astute noster non nominat.

90 Προελθόντες ἐς τὴν μεσογ.] Opt. ἐπὶ τήν.

91 Μοροντοβάροις] Opt. Μοροντοβαρβάροις.

92 Κατὰ ῥηχίην τινά] *Per angusta quædam loca*, ait Vulcanius, quæ accepit ab Facio reddente *per angustias quasdam*. Nec dubitari potest de angustia, quum manifeste in Græcis exhibeatur. Mallem tamen per alveum non valde profundum & arctum: utique mox ipse vocat *rupem* perinde ex Facio, sed *asperam rupem* vertente, quum diversam mox & rursus cap. 32. dicat Auctor τραχέην ῥηχίην: quin & cap. 26 reddidit *petrosum litus*, ubi Facius dicit *quoniam ad litus accedi non poterat*.

τὸ στόμα· ὕδωρ δὲ οὐκ ἦν πότιμον· τοῦ γὰρ Ἀράβιος αἱ ἐκβολαὶ ἀναμεμιγμέναι τῷ πόντῳ ἦσαν· ἀλλὰ τεσσαράκοντα σταδίους ἐς τὸ ἄνω προχωρήσαντες, λάκκῳ ἐπιτυγχάνουσι· καὶ ἔνθεν ὑδρευσάμενοι, ὀπίσω ἀπενόστησαν. Νῆσος δὲ ἐπὶ τῷ λιμένι ὑψηλὴ καὶ ἔρημος· καὶ περὶ ταύτην ὀστρέων τε καὶ ἰχθύων παντοδαπῶν θήρα. Μέχρι μὲν τοῦδε Ἀράβιες, ἔσχατοι Ἰνδῶν, ταύτην ᾠκισμένοι[93]· τὰ δὲ ἀπὸ τοῦδε Ὠρεῖται ἐπεῖχον.

23 Ὁρμηθέντες δὲ ἐκ τῶν ἐκβολῶν τοῦ Ἀράβιος[94], παρέπλεον τὴν Ὠρειτέων τὴν χώρην· καὶ ὁρμίζονται ἐν Παγάλοισι, πλώσαντες σταδίους ἐς διηκοσίους, πρὸς ῥηχίῃ· ἀλλὰ ἀγκύρῃσι γὰρ ἐπίβολος ἦν ὁ χῶρος. Τὰ μὲν δὴ πληρώματα ἀποσάλευον[95] ἐν τῇσι νηυσίν· οἱ δὲ ἐφ' ὕδωρ ἐκβάντες, ὑδρεύοντο. Τῇ δ' ὑστεραίῃ ἀναχθέντες ἅμα ἡμέρῃ, καὶ πλώσαντες σταδίους ἐς τριηκοσίους[96], κατάγονται ἑσπέριοι ἐς Κάβανα, καὶ ὁρμίζονται πρὸς αἰγιαλῷ ἐρήμῳ· καὶ ἐνταῦθα ῥηχίη τραχείη ἦν, καὶ ἐπὶ τῷδε μετεώρους τὰς νέας ὥρμισαντο. Κατὰ τοῦτον τὸν πλόον πνεῦμα ὑπολαμβάνει τὰς νέας μέγα ἐκ πόντου, καὶ νέες δύο μακραὶ διαφθείρονται ἐν τῷ πλόῳ καὶ κέρκουρος· οἱ δὲ ἄνθρωποι σώζονται ἀπονηξάμενοι, ὅτι οὐ πόρρω τῆς γῆς ὁ πλόος ἐγίνετο. Ἀμφὶ δὲ μέσας νύκτας ἀναχθέντες πλέουσιν ἔστε ἐπὶ Κώκαλα· τοῦ αἰγιαλοῦ, ἔνθεν ὡρμήθησαν, ἀπεῖχε σταδίους διηκοσίους· καὶ αἱ μὲν νέες σαλεύουσαι ὥρμεον· τὰ πληρώματα δὲ ἐκβιβάσας Νέαρχος πρὸς τῇ γῇ ηὐλίσθη· ὅτι ἐπὶ πολλὸν τεταλαιπωρηκότες ἐν τῇ θαλάσσῃ, ἀναπαύσασθαι ἐπόθεον· στρατόπεδον δὲ περιεβάλλετο, τῶν βαρβάρων τῆς φυλακῆς ἕνεκα. Ἐν τούτῳ τῷ χώρῳ Λεονάτος, ὅτῳ τὰ Ὠρειτῶν ἐξ Ἀλεξάνδρου ἐπετέτραπτο, μάχῃ μεγάλῃ νικᾷ Ὠρείτας τε καὶ ὅσοι Ὠρείταις συνεπελάβοντο τοῦ ἔργου· καὶ κτείνει αὐτῶν ἑξακισχιλίους, καὶ τοὺς ἡγεμόνας πάντας· τῶν δὲ σὺν Λεονάτῳ ἱππεῖς μὲν ἀποθνήσκουσι πεντεκαίδεκα· τῶν δὲ πεζῶν ἄλλοι τε οὐ πολλοὶ καὶ Ἀπολλοφάνης ὁ Γαδρωσίων σατράπης[97]. Ταῦτα μὲν δὴ ἐν τῇ ἄλλῃ ξυγγραφῇ ἀναγέγραπται· καὶ ὅπως Λεονάτος ἐπὶ τῷδε ἐστεφανώθη πρὸς Ἀλεξάνδρου χρυσῷ στεφάνῳ ἐν Μακεδόσιν. Ἐνταῦθα σῖτος ἦν νενημημένος κατὰ πρόσταγμα Ἀλεξάνδρου, ἐς ἐπι-

commodum nacti sunt: aquam vero potui ineptam, quod per Arabis ostia mare se ingerat. Itaque XL. stadia adverso amne profecti ad lacum devenerunt: atque inde assumtâ aquâ reversi sunt. Insula apud portum est eminens ac vasta; circa hanc ostreorum atque omnis generis piscium piscatus erat. Atque huc quidem usque Arabium regio protenditur, qui extremi Indorum has oras habitant: ulteriora Oritæ tenent. Ab ostio itaque Arabis digressi, Ori- 23 tarum regionem præternavigantes, ad Pagala CC stadia emensi appulerunt, & ad rupem (nam ancoras vadum admittebat) substiterunt. Nautæ itaque dum naves in salo ancoris nituntur, egressi, aquam attulerunt. Postridie inde cum luce digressi, & CCC stadia emensi sub vesperum in Cabana perveniunt, classemque ad littus desertum locant, & quia littus scopulosum erat, in mari naves stationem tenuerunt. Post hanc navigationem quum ingens ventorum vis classi à mari incumberet, duæ naves longæ & cercurus perierunt: viri natatu evaserunt; neque enim procul à terrâ aberant. Inde sub mediam noctem digressi ad Cocala, CC stadiis confectis, sub littus constiterunt; ac naves quidem in salo ancoris nitebantur. Nearchus sociis navalibus in terram expositis ibi castra posuit: siquidem multo navigationis labore defatigati, refici desiderabant. Castra vallo adversus barbarorum incursum munit. Hoc in loco Leonnatus, cui Oritarum res Alexander commiserat, magno prælio Oritas vicit, & quotquot sese Oritis conjunxerant: cæsis VI M, ducibusque eorum omnibus; à Leonnati partibus, equitibus XV, peditibus non multis, & Apollophane Gadrosiorum satrapa, desideratis. Sed hæc in aliâ historia à nobis conscripta sunt; eaque de causâ Leonnatum aureâ coronâ ab Alexandro inter Macedones coronatum fuisse. Eo etiam loci frumentum ab Alexandro in commeatum exercitus procuratum

93 Ταύτην ᾠκισμένοι] Admodum vitiose. Quid enim sibi vult vox ταύτην? quo illam referemus? Utique ad νῆσον non potest, quum Arabies sint quoque in continente. Nihilominus & nuperus noster has voces ita citat pag. 49, (ea incurrit in caput 21 libri VI) ubi ut accessione numeri augeret castigationes, eadem scribebat, quæ nunc. Sed tu perinsigni emendatione rescribe ex Optimo codice ταύτῃ ᾠκισμένοι. Ita perpetuo auctor. Lib. I. τὰς Γέτας τὰς πέραν τοῦ Ἴστρου ᾠκισμένους. Et Κελτῶν τῶν ἐπὶ τῷ Ἰονίῳ κόλπῳ ᾠκισμένων.

94 Ἐκ τῶν ἐκβολῶν τοῦ Ἀράβιος] MS. Opt. ἐκ τῆς ἐκβολῆς.

95 Τὰ μὲν ἐν πληρώμασιν ἀποσάλευον] Vertendum nauta vel *remiges quidem igitur in navibus manebant; alii vero* (nempe aquatores) *aquatum egressi, aquam attulerunt.* Etiam Optimus habet τὰ ἐν πληρώμ.

96 Ἐς τριηκοσίους] Opt. ἐς τριήκοντα καὶ τετρακοσίας. Nec male, quum & cap. 25. uno die 600 stadia conficiant.

97 Ἀπολλοφάνης ὁ Γαδρωσίων σατράπης] Non quod tunc is esset, sed quondam fuisset, qui etiam ut recuperaret Alexandri gratiam, videtur hanc occasionem expeditionis Leonnati cepisse, ut illic virtutem suam probaret. Hoc ut cogitemus, dictat ipsa ratio. De quo tamen dubitabat Freinshemius, & Arrianum non concilianda scripsisse notabat ad Curtium 9, 10, 20.

ἐπισιτισμὸν τῷ στρατῷ· καὶ ἐμβάλλονται σιτία ἡμερέων δέκα ἐς τὰς νέας· καὶ τῶν νεῶν ὅσαι πεπονήκεσαν κατὰ τὸν πλόον μέχρι τοῦδε, ἐπεσκεύασαν· καὶ τῶν ναυτέων ὅσοι ἐν τῷ ἔργῳ βλακεύειν ἐφαίνοντο Νεάρχῳ, τούτους μὲν πεζῇ ἄγειν[98] Λεοννάτῳ ἔδωκεν· αὐτὸς δὲ ἀπὸ τῶν σὺν Λεοννάτῳ στρατιωτέων συμπληροῖ τὸ ναυτικόν. Ἐνθένδε ὁρμηθέντες ἔπλεον ἀκραεῖ· καὶ διελθόντες σταδίους ἐς πεντακοσίους, ὁρμίζονται πρὸς ποταμῷ χειμάρρῳ· Τόμηρος ὄνομα ἦν τῷ ποταμῷ, καὶ λίμνη ἦν ἐπὶ ταῖς ἐκβολαῖς τοῦ ποταμοῦ· τὰ δὲ βράχεα τὰ πρὸς τῷ αἰγιαλῷ ἐπῴκεον ἄνθρωποι ἐν καλύβαις πνιγηραῖς· καὶ οὗτοι ὡς προσπλέοντας εἶδον, ἐθάμβησάν τε, καὶ παρατείναντες σφᾶς[99] παρὰ τὸν αἰγιαλὸν, ἐτετάχατο ὡς ἀπομαχεύμενοι πρὸς τοὺς ἐκβαίνοντας· λόγχας δὲ ἐφόρεον παχέας, μέγεθος, ὡς ἑξαπήχεας· ἀκωκὴ δὲ οὐκ ἐπῆν σιδηρέη, ἀλλὰ τὸ ὀξὺ αὐτῇσι πεπυρακτωμένον τὸ αὐτὸ ἐποίεε· πλῆθος δὲ ἦσαν ὡς ἑξακόσιοι· καὶ τούτους Νέαρχος ὡς ὑπομένοντάς τε καὶ παρατεταγμένους κατεῖδε, τὰς μὲν νέας ἀνακωχεύειν κελεύει ἐντὸς βέλους, ὡς τὰ τοξεύματα ἐς τὴν γῆν ἀπ' αὐτῶν ἐξικνέεσθαι· αἱ γὰρ τῶν βαρβάρων λόγχαι παχέαι φαινόμεναι, ἀγχέμαχοι μὲν, ἄφοβοι δὲ ἐς τὸ ἀκοντίζεσθαι ἦσαν. Αὐτὸς δὲ τῶν στρατιωτέων ὅσοι αὐτοί τε κουφότατοι[1] καὶ κουφότατα ὡπλισμένοι, οἵ τε νέειν δαημονέστατοι, τούτους δὲ ἐκνήξασθαι κελεύει ἀπὸ ξυνθήματος· πρόσταγμα δὲ σφίσιν ἦν, ὅπως τις ἐκνηξάμενος σταίη ἐν τῷ ὕδατι[2], προσμένειν τὸν παραστάτην οἱ ἐσόμενον· μηδὲ βάλλειν πρόσθεν πρὸς τοὺς βαρβάρους, πρὶν ἐπὶ τριῶν ἐς βάθος ταχθῆναι τὴν φάλαγγα· τότε δὲ δρόμῳ ἤδη ἰέναι ἐπαλαλάξαντας. Ἅμα δὲ ἐρρίπτουν ἑωυτοὺς οἱ ἐπὶ τῷδε τεταγμένοι ἐκ τῶν νεῶν ἐς τὸν πόντον, καὶ ἐνήχοντο ὀξέως, καὶ ἵσταντο ἐν κόσμῳ, καὶ φάλαγγα ἐκ σφῶν ποιησάμενοι, δρόμῳ ἐπήεσαν αὐτοί τε ἀλαλάζοντες τῷ Ἐνυαλίῳ, καὶ οἱ ἐπὶ τῶν νεῶν ξυνεπηχέοντες· τοξεύματά τε καὶ ἀπὸ μηχανέων βέλεα ἐφέροντο ἐς τοὺς βαρβάρους· οἱ δὲ τήν τε λαμπρότητα τῶν ὅπλων[3] ἐκπλαγέντες, καὶ τῆς ἐφόδου τὴν ὀξύτητα, καὶ πρὸς τῶν τοξευμάτων τε καὶ τῶν ἄλλων βελέων βαλλόμενοι, οἷα δὴ ἡμίγυμνοι ἄνθρωποι, οὐδὲ ὀλίγον ἐς ἀλκὴν τραπέντες ἐγκλίνουσι· καὶ οἱ μὲν αὐτοῦ φεύγοντες ἀποθνήσκουσιν, οἱ δὲ καὶ ἁλίσκονται· ἔστι δὲ οἳ καὶ διέφυγον ἐς τὰ ὄρεα. Ἦ-

σαν

tum erat. In decem itaque dies frumentum in naves invehunt. Naves tempestate quassatas reficiunt; ex nautis qui segniores in opere esse videbantur, Nearchus exercitui quem Leonnatus ducebat adjunxit: militesque in nautarum supplementum ex Leonnati copiis delegit. 24 Inde secundo vento delati per quingenta stadia, ad fluvium quendam torrentem pervenerunt: Tomerus fluvio nomen est. Ad ejus exitum stagnum erat, & circa vada littori propinqua homines angusta quædam tuguria incolebant: qui ut classem appellentem viderunt, insolitæ rei spectaculo attoniti, sese ad littus extenderunt, veluti pugnam cum exscensuris commissuri. Lanceas gerebant crassas, VI cubitos longas. Cuspis ferrea non erat, sed igne tosta atque acuta eandem vim & efficaciam exserebat. Erant hi circiter DC: quos ut Nearchus subsistere instructâ acie vidit, classem ad littus intra teli jactum appelli imperat, ita ut tela è navibus in terram pervenire possent. Crassæ enim barbarorum lanceæ ad pugnam cominus conferendam aptæ erant, eminus vero parum metuendæ videbantur. Tum ex militibus qui expeditissimi levissimeque armati essent, & nandi peritissimi, signo dato enatare jubet: mandatis additis ut prout quisque enatârit, in aquâ subsistens socium exspectet: neque prius in hostem tela jaciant, quam triplici ordine acies instructa sit; tum cursim, clamoreque sublato in eos ferantur. Confestim itaque qui ad hoc designati erant sese è navibus in mare conjiciunt, celeriterque enatant. Deinde in ordinem redacti, instructâ phalange, magnis clamoribus editis cursim barbaros petunt. At qui in navibus erant etiam acclamantes tela jaculaque è machinis in eos mittebant. Barbari armorum splendore, & insultus celeritate attoniti, quum sagittis aliisque telis undique peterentur, utpote seminudi, confestim non exspectato conflictu in fugam vertuntur. Multi in eâ fugâ cæsi, multi capti: nonnulli in montes fugerunt. Erant

vero

98 Τούτους μὲν πεζῇ ἄγειν ἔδωκεν] Mire Vulcanius *peditatui quem Leonnatus ducebat adjunxit*, quum Facius modo interpretaretur *ex nautis, si quos maris tædebat, apud Leonnatum relictis*, laxe quidem, sed non ridicule, ut iste: non enim Leonnatus solummodo peditatum duxit, ipso Arriano commodum testato de ejus equitibus, & Græca dicunt illos Nearchum tradidisse Leonnato, ut terrestri itinere ducerentur.

99 Παρατείναντες σφᾶς] Adscripsit Vulcanius velut his addendam vocem αὐτὰς, nec scio unde, utique illa nuspiam mihi occurrit.

1 Ὅσοι αὐτοί τε κουφότατοι] Quum & MSS. omnes mihi subjicerent pro voce prima ὅσοι, idque ipsum postea inspectæ tres priores editiones præferrent, agnovi nuperæ editionis errorem & recorrexi.

2 Σταίη ἐν τῷ ὕδατι] Hæ quatuor voces absunt ab Optimo libro: & sane quo magis eas inspicio, eo plus videntur sordere. In uno legi ταίη.

3 Τήν τε λαμπρότητα τῶν ὅπλων] Sed MS. Optimus τότε λαμπρότατον τῶν ὅπλ.

σαν δὲ οἱ ἁλόντες τά τε ἄλλα σώματα δασέες[4], καὶ τὰς κεφαλάς, καὶ τοὺς ὄνυχας θηριώδεες· τοῖσι γὰρ δὴ ὄνυξιν ὅσα σιδήρῳ διαχρέεσθαι ἐλέγοντο, καὶ τοὺς ἰχθύας τούτοισι διαχίζοντες κατεργάζεσθαι, καὶ τῶν ξύλων ὅσα μαλακώτερα· τὰ δὲ ἄλλα τοῖς λίθοισι τοῖσιν ὀξέσιν ἔκοπτον· σίδηρος γὰρ αὐτοῖσιν οὐκ ἦν. Ἐσθῆτα δὲ ἐφόρεον δέρματα θήρεια· οἱ δὲ καὶ ἰχθύων τῶν

25 μεγάλων τὰ παχέα. Ἐνταῦθα νεωλκοῦσι τὰς νέας, καὶ ὅσαι πεπονηκυῖαι αὐτῶν ἐπισκευάζουσι. Τῇ δὲ ἕκτῃ ἡμέρῃ ἐστέλλοντο· καὶ πλώσαντες σταδίους ἐς τριηκοσίους, ἀφικνέονται ἐς χῶρον, ὃς δὴ ἔσχατος ἦν τῆς Ὠρειτῶν γῆς· Μάλανα τῷ χώρῳ ὄνομα. Ὠρεῖται δὲ ὅσοι ἄνω ἀπὸ θαλάσσης οἰκέουσιν, ἐσταλμένοι μὲν κατάπερ Ἰνδοί εἰσι, καὶ τὰ ἐς πόλεμον ὡσαύτως παρεσκευάδαται· γλῶσσα δὲ ἄλλη αὐτοῖσι καὶ ἄλλα νόμαια. Μῆκος τοῦ παράπλου, παρὰ μὲν χώρην τῶν Ἀραβίων, ἐς χιλίους μάλιστα σταδίους, ἔνθενπερ ὁρμήθησαν· παρὰ δὲ τὴν Ὠρειτῶν γῆν, ἑξακόσιοι καὶ χίλιοι. Παραπλεόντων δὲ τὴν Ἰνδῶν γῆν (τὸ ἐντεῦθεν γὰρ οὐκέτι Ἰνδοί εἰσι) λέγει Νέαρχος ὅτι αἱ σκιαὶ αὐτοῖσιν οὐ ταὐτὸ ἐποίεον· ἀλλὰ ὅπου μὲν ἐπὶ πολὺ τοῦ πόντου ὡς πρὸς μεσημβρίην προχωρήσειαν, ὧδε καὶ αὐταὶ[5] αἱ σκιαὶ πρὸς μεσημβρίην τετραμμέναι ἐφαίνοντο· ὁπότε δὲ τὸ μέσον τῆς ἡμέρης ἐπέχοι ὁ ἥλιος, ἤδη δὲ καὶ ἔρημα σκιῆς πάντα ὤφθη αὐτοῖσι· τῶν τε ἀστέρων ὅσους πρόσθεν μετεώρους κατεώρων, οἱ μὲν ἀφανέες πάντῃ ἦσαν· οἱ δὲ πρὸς αὐτῇ τῇ γῇ ἐφαίνοντο· καταδύοντές τε καὶ αὐτίκα ἀνατέλλοντες, οἱ πάλαι ἀειφανέες[6]. Καὶ ταῦτα οὐκ ἀπεικότα δοκέει μοι ἀναγράψαι Νέαρχος· ἐπεὶ καὶ ἐν Συήνῃ τῇ Αἰγυπτίῃ, ἐπεὰν τροπὰς ἄγῃ θέρεος ὥρῃ ὁ ἥλιος, φρέαρ ἀποδεδειγμένον ἐστί, καὶ τοῦτο ἄσκιον ἐν μεσημβρίῃ φαίνεται· ἐν Μερόῃ δὲ πάντα ἄσκια τῇ αὐτῇ ὥρῃ· εἰκὸς ὦν καὶ ἐν Ἰνδοῖσιν, ἅτε πρὸς μεσημβρίην ᾠκισμένοις, τὰ αὐτὰ δὴ πάθεα ἐπέχειν, καὶ μάλιστα δὴ κατὰ τὸν πόντον τὸν Ἰνδικόν, ὅσῳ μᾶλλον αὐτοῖσιν ἡ θάλασσα πρὸς μεσημβρίην κέ-

26 κλιται. Ταῦτα μὲν δὴ ὧδε ἐχέτω. Ἐπὶ δὲ Ὠρείτῃσι κατὰ μὲν μεσογαίην Γαδρώσιοι ἐπεῖχον· ὧν τὴν χώρην χαλεπῶς διεξῆλθεν ἅμα τῇ στρατιῇ Ἀλέξανδρος, καὶ κακὰ τοσαῦτα ἔπαθεν, ὅσα οὐδὲ τὰ σύμπαντα τῆς συμπάσης στρατηλασίης· καὶ ταῦτά μοι ἐν τῇ μέζονι[7] συγγραφῇ ἀναγέγραπται. Κάτω δὲ Γαδρωσίων παρὰ τὴν θάλασσαν αὐτὴν οἱ Ἰχθυοφάγοι καλεόμενοι οἰκοῦσι· παρὰ τούτων τὴν γῆν ἔπλεον· τῇ μὲν πρώτῃ ἡμέρῃ.

vero captivi tum reliquo corpore, tum etiam capite hirti; unguibus autem quasi ferinis: siquidem unguibus loco ferri uti dicebantur, piscesque iis discindentes, ligna etiam molliora iis secabant: ad duriora saxis acutis utebantur: ferrum apud eos non erat. Ferarum, aut crassioribus grandium piscium pellibus sese vestiebant. Nearchus hîc naves in littus subduci, quassatasque refici jubet. Sexto die navigationem repetunt: trecentisque stadiis emensis in locum quendam perveniunt, qui Oritarum regionis est ultimus: Malana eum locum vocant. Atqui Oritæ qui mediterranea loca incolunt, eodem habitu quo Indi utuntur, eodemque modo armantur: linguâ tamen atque institutis differunt. Longitudo hujus navigationis, præter Arabium oram, est stadiorum mille ab eo loco unde solverant: secus Oritarum regionem MDC. Porro Indorum regione circumnavigatâ (neque enim ultra Oritas Indi sunt) Nearcho autore umbræ non eadem ratione fiebant: sed ubi introrsus in mare meridiem versus procedebant, ibi ipsæ etiam umbræ in meridiem vergebant: quum vero sol medium diei spatium occupat, nullæ iis in locis umbræ conspiciuntur. Astra quoque, quæ antea sublimia cernebantur, aut jam plane non apparebant, aut depressa ad terram conspiciebantur; & jam occidere, jam oriri, quæ antea semper conspicua fuerant, videbantur. Et quidem hæc non dissentanea vero mihi videntur quæ Nearchus scripsit. Siquidem in Syene Ægyptiâ tempore solstitii æstivi puteus quidam ostenditur, qui meridie nullam umbram facit. In Meroë quoque eodem anni tempore nullæ umbræ fiunt. Consentaneum igitur est, etiam Indis qui meridianam partem habitant idem accidere: præcipue vero juxta mare Indicum, quo magis id mare ad meridiem vergit. Atque

26 hæc quidem hactenus. Post Oritas, versus mediterraneam regionem Gadrosii habitant: quorum fines difficulter cum exercitu Alexander transiit, pluraque incommoda & damna accepit, quam in totâ reliquâ expeditione. Ea in majori opere à me conscripta sunt. Infra Gadrosios loca maritima accolunt ii quos Ichthyophagos vocant; eorum oras præternavigârunt; quumque primo die

4 Τά τε ἄλλα σώματα δασέες] Quam novam versionem hîc supponi vides, ea universa est Freinshemii ad Curtium 9, 10, 8, cui propter eam dicendæ grates, non exscriptori ejus.

5 Ὧδε καὶ αὐταὶ] Liber vero Optimus αἱ δὲ καὶ αὐταί.

6 Οἱ πάλαι ἀειφανέες] Addit Optimus ἐόντες. Etiam postpaulo MSSti omnes Flor. τροπὰς ἄγῃ θέρεος ὥρη, & agnoverunt quoque Veneti ac Basileenses.

7 Καὶ ταῦτά μοι ἐν τῇ μέζονι] Vocula prima non est in MS. Opt.

ἡμέρῃ περὶ τὴν δευτέρην φυλακὴν ἀναχθέντες, καταίρουσιν ἐς Βαγίσαρα· στάδιοι δὲ τοῦ παράπλου ἑξακόσιοι. Λιμήν τε ἔνι αὐτόθι[8] εὔορμος, καὶ κώμη Πασιρὰ, ἀπέχουσα ἀπὸ θαλάσσης ἑξήκοντα σταδίους· καὶ οἱ πρόσοικοι αὐτῆς Πασιρέες. Ἐς δὲ τὴν ὑστεραίην πρωϊαίτερον τῆς ὥρης ἀναχθέντες, περιπλέουσιν ἄκρην[9] ἐπὶ πολύ τε ἀνέχουσαν ἐς τὸν πόντον, καὶ αὐτὴν ὑψηλὴν καὶ κρημνώδεα· φρέατα δὲ ὀρύξαντες, ὕδωρ οὐκ ὀλίγον καὶ πονηρὸν ἀρυσάμενοι, ταύτῃ μὲν τῇ ἡμέρῃ ἐπ' ἀγκυρέων ὥρμεον, ὅτι ῥηχίη κατὰ τὸν αἰγιαλὸν ἀνεῖχεν. Ἐς δὲ τὴν ὑστεραίην καταίρουσιν ἐς Κόλτα, σταδίους ἐλθόντες διηκοσίους. Ἔνθεν δὲ ἕωθεν πλεύσαντες σταδίους ἑξακοσίους, ἐν Καλάμοισι[10] ὁρμίζονται· κώμη πρὸς τῷ αἰγιαλῷ, φοίνικες δὲ περὶ αὐτὴν ὀλίγοι πεφύκεσαν, καὶ βάλανοι ἐπ' αὐτοῖσι χλωραὶ ἐπῆσαν· καὶ νῆσος ὡς ἑκατὸν σταδίους ἀπὸ τοῦ αἰγιαλοῦ ἀπέχουσα, Καρνίνη ὄνομα. Ἐνταῦθα ξείνια Νεάρχῳ προσφέρουσιν οἱ κωμῆται, πρόβατα καὶ ἰχθύας· καὶ τῶν προβάτων τὰ κρέα λέγει ὅτι ἦν ἰχθυώδεα, ὡς τὰ τῶν ὀρνίθων[11] τῶν πελαγίων, ὅτι καὶ αὐτὰ ἰχθύας σιτέεται· πόα γὰρ οὐκ ἔνι ἐν τῇ χώρῃ. Ἀλλὰ τῇ ὑστεραίῃ πλεύσαντες ἐς σταδίους διηκοσίους, ὁρμίζονται πρὸς αἰγιαλῷ καὶ κώμῃ ἀπὸ θαλάσσης ἐς σταδίους τριήκοντα ἀπεχούσῃ· ἡ μὲν κώμη Κύσα[12] ἐκαλέετο· Καρβὶς δὲ τῷ αἰγιαλῷ ὄνομα ἦν. Ἐνταῦθα πλοίοισιν ἐπιτυγχάνουσι σμικροῖσιν, οἷα ἁλιέων εἶναι πλοῖα οὐκ εὐδαιμόνων· αὐτοὺς δὲ οὐ καταλαμβάνουσιν· ἀλλ' ἔφυγον γὰρ καθορμιζομένας ἰδόντες τὰς νέας[13]. Σῖτός τε αὐτόθι οὐκ ἐνῆν, καὶ ἐπελελοίπει τὴν στρατιὴν ὁ πολλός· ἀλλὰ αἶγας ἐμβαλλόμενοι ἐς τὰς νέας, οὕτω δὴ ἀπέπλεον. Καὶ περιπλώσαντες ἄκρην ὑψηλὴν, ὅσον πεντήκοντα καὶ ἑκατὸν σταδίους ἀνέχουσαν ἐς τὸν πόντον, κατάγονται ἐν λιμένι ἀκλύστῳ· καὶ ὕδωρ αὐτόθι ἦν, καὶ ἁλιέες ᾤκεον· Μόσαρνα ὄνομα ἦν τῷ λιμένι. Ἔνθεν δὲ καὶ[14] ἡγεμὼν τοῦ πλόου λέγει Νέαρχος ὅτι συνέπλωσεν αὐτοῖσιν, Ὑδράκης ὄνομα, Γαδρώσιος· ὑπέστη δὲ Ὑδράκης καταστήσειν αὐτοὺς μέχρι Καρμανίης. Τὰ δὲ ἀπὸ τοῦδε οὐκέτι χαλεπὰ ἦν, ἀλλὰ μᾶλλόν τι ὀνομαζόμενα, ἔστε ἐπὶ τὸν κόλπον τὸν Περσικόν. Ἐκ δὲ Μοσάρνων νυκτὸς ἐπάραντες, πλώουσι σταδίους ἑπτακοσίους καὶ πεντήκοντα, ἐς Βάλωμον αἰγιαλόν· ἔνθεν δὲ ἐς Βάρνα κώμην, σταδίους τετρακοσίους, ἵνα φοίνικές τε πολλοὶ ἐνῆσαν, καὶ κῆπος· καὶ ἐν τῷ κήπῳ μυρρίναι ἐπεφύκεσαν, καὶ ἄλλα

die ad secundam vigiliam solvissent, DC inde stadiis ad Bagisara delati sunt. Portus iis in locis erat ad receptum classis commodus, pagusque Pasira, LX stadiis à mari distans: accolæ ejus Pasireenses. Postridie quum maturius solvissent, rupem quandam longe in mari prominentem, altamque ac præruptam circumnavigant: defossisque puteis aquam quidem multam sed salsam nacti, illum quidem diem in ancoris substiterunt, quod petrosum littus esset. Postridie in Colta venerunt, CC stadiis emensis. Inde rursum sub lucem motâ classe, DC stadia progressi ad Calama in pago quodam littori vicino constiterunt. Palmas ibi cum caricis viridibus paucas repererunt. Insula centum à littore stadiis distans, Carnine dicta. Ibi Nearcho pagi illius incolæ hospitalicia munera offerunt, pecudes & pisces. Pecudum illarum carnes ait piscosas esse, quemadmodum sunt avium marinarum, quod & ipsæ pisces edant. Gramen enim ea regio non habet. At postridie CC stadia emensi ad littus appulerunt, pagumque repererunt XXX stadiis à mari distantem; pago Cysa nomen erat: littori Carbis. Hoc loco parvulæ quædam cymbæ repertæ sunt, utpote piscatorum minime opulentorum; piscatores ipsos non repererunt; fugerant enim simulac naves appellentes viderant. Frumentum ibi nullum erat, idque exercitum deficere cœperat. Cæterum capris in naves abductis recesserunt. Inde promontorium quoddam altum ad CL stadia in mare porrectum circumvecti, in portum minime procellosum venerunt. Ibi & aqua erat, & piscatores habitabant: Mosarna portui nomen erat. Hinc scribit Nearchus ducem navigationis, 27 Hydracem nomine, Gadrusium, una cum ipsis navigasse: pollicitumque esse se illos in Carmaniam delaturum. Omnis hic ad sinum Persicum tractus non ita difficilis navigatu est: multo tamen priore celebrior. Motâ ex Mosarnis per noctem classe, DCCL stadia emensi ad Balomum littus delati sunt: atque inde in Barna vicum, stadiis abinde CCCC, in quo frequentes palmæ erant, & hortus. In horto myrti nascebantur, variique

8 Λιμήν τε ἔνι αὐτόθι] MSS. omnes ἦν αὐτόθι, quod miror quum habeat quoque editio tam Veneta quam Basileensis, ab duobus his editoribus tam temere perversum. Notavit tamen postea Vulcanius *al.* ἦν. An non statim sequitur? πόα γὰρ οὐκ ἔνι ἐν τῇ χώρῃ.

9 Περιπλέουσιν ἄκρην] MSS. omnes περιπλώουσιν, etiam utraque vetustior editio: sed primam video mutasse Vulcanianam, sequutâ nuperâ, haud dubie per errorem, ideoque mutavi.

10 Ἐν Καλάμοισι] Opt. Καλύμοισι, & Καρίνη pro Καρνίνη.

11 Ὡς τὰ τῶν ὀρνίθων] MSSti ὡς τοῖς & ἰχθύων pro ἰχθύας. Quæ sic omnia etiam exhibentur ab Venetis & Basileensibus.

12 Κύσα] Opt Κίσα.

13 Ἰδόντες τὰς νέας] MSS. duo & Opt. κατιδόντες.

14 Ἔνθεν δὲ καὶ] Vocula media non est in Optimo, ac plane vacat.

ἄλλα ἄνθεα, ἀφ' ὅτων στεφανώματα τοῖσι κωμήτῃσιν[15] ἐπλέκοντο· ἐνταῦθα πρῶτον δένδρεά τε εἶδον ἥμερα, καὶ ἀνθρώπους οὐ πάντῃ θηριώδεας ἐπανοικέοντας. Ἐνθένδε ἐς διηκοσίους σταδίους περιπλώσαντες, κατάιρουσιν ἐς Δενδρώβοσα, καὶ αἱ νέες ἐπ' ἀγκυρέων ἐσάλευσαν. Ἐνθένδε ἀμφὶ μέσας νύκτας ἄραντες ἐς Κώφαντα λιμένα ἀφίκοντο, τετρακοσίους μάλιστα σταδίους διεκπλώσαντες· ἐνταῦθα ἁλιέες τε ᾤκεον, καὶ πλοῖα αὐτοῖσιν ἦν μικρὰ καὶ πονηρά· καὶ ταῖς κώπαις οὐ κατὰ σκαλμὸν ἤρεσσον (ὡς ὁ Ἑλλήνων νόμος) ἀλλ' ὥσπερ ποταμῷ τὸ ὕδωρ ἐπιβάλλοντες[16] ἔνθεν καὶ ἔνθεν, κατάπερ οἱ σκάπτοντες τὴν γῆν· ὕδωρ δὲ πολύ τε ἦν ἐν τῷ λιμένι καὶ καθαρόν. Περὶ δὲ πρώτην φυλακὴν ἄραντες, κατάιρουσιν ἐς Κύϊζα, ἐς ὀκτακοσίους σταδίους διεκπλώσαντες· ἵνα αἰγιαλός τε ἔρημος ἦν, καὶ ῥαχίη. Αὐτοῦ ὦν ἐπ' ἀγκυρέων ὥρμεον, κατὰ ναῦν τε ἐδειπνοποιέοντο[17]. Ἐνθένδε διεκπλώσαντες σταδίους πεντακοσίους, ἀπίκοντο ἔς τινα πόλιν μικρὴν οἰκεομένην ἐπὶ γηλόφῳ, οὐ πόρρω τοῦ αἰγιαλοῦ. Καὶ Νέαρχος ἐπιφραδεὶς ὅτι σπείρεσθαι τὴν χώρην εἰκός, λέγει πρὸς Ἀρχίην (ὃς ἦν Ἀναξιδότου μὲν παῖς, Πελλαῖος, συνέπλει δὲ Νεάρχῳ, τῶν ἐν αἴνῃ ὢν Μακεδόνων) πρὸς τοῦτον λέγει, ὅτι καταληπτέον σφίσιν εἴη τὸ χωρίον· ἑκόντας τε γὰρ οὐκ ἂν οἴεσθαι δώσειν τῇ στρατιῇ σιτία· βίῃ τε οὐχ οἷόν τε εἶναι ἐξαιρέειν, πολιορκίης δὲ καὶ τριβῆς δεήσειν· σφᾶς δὲ ἐπιλελοιπέναι τὰ σιτία· ὅτι δὲ ἡ γῆ σιτοφόρος τῇ καλάμῃ τεκμαίρεσθαι, ἥντινα οὐ πόρρω τοῦ αἰγιαλοῦ ἀφεώρων βαθέην. Ταῦτα ἐπεὶ σφίσιν ἐδόκεε, τὰς μὲν ἄλλας νέας κελεύει παραρτέεσθαι ὡς ἐς πλόον· καὶ ὁ Ἀρχίης αὐτῷ ἐξήρτυε τὰ ἐς τὸν πλόον· αὐτὸς δὲ ὑπολειφθεὶς μετὰ μιῆς νεὼς, ἐπὶ θέαν δῆθεν τῆς πόλιος ᾔει. 28 Προσσχόντι δὲ αὐτῷ πρὸς τὰ τείχεα φιλίως, ξείνια ἔφερον ἐκ τῆς πόλιος, θύννους τε ἐν κριβάνοισιν ὀπτοὺς (οὗτοι γὰρ ἔσχατοι τῶν Ἰχθυοφάγων οἰκέοντες πρῶτοι σφισιν αὐτοῖσιν ὤφθησαν οὐκ ὠμοφαγέοντες) καὶ πέμματα ὀλίγα, καὶ βαλάνους τῶν φοινίκων. Ὁ δὲ ταῦτα μὲν ἀσμένως δέκεσθαι ἔφη, ἐθέλειν δὲ θεήσασθαι τὴν πόλιν· οἱ δὲ εἴων παρελθεῖν. Ὡς δὲ εἴσω πυλέων παρῆλθε, δύο μὲν τῶν τοξοτέων κατέχειν κελεύει τὴν πυλίδα· αὐτὸς δὲ μετὰ δύο ἄλλων, καὶ τοῦ ἑρμηνέως

que flores, è quibus paganæ corollas texebant. Hoc primum in loco arbores cultas, hominesque non omnino feros repererunt. Inde CC stadia provecti Dendrobosa appulerunt; naves ibi in salo substiterunt. Hinc sub mediam noctem solventes in Cophanta portum pervenerunt, CCCC circiter stadia emensi. Hic & piscatores degebant, parvisque & vilibus navigiis utebantur, & remis non per scalmos dispositis (ut Græcorum mos est) remigabant: sed hinc atque hinc flumini incumbentes, aquam fodere videbantur. In hoc portu aquam & multam & puram invenerunt. Inde ad primam noctis vigiliam solventes ad Cyiza pervenerunt, DCCC stadia emensi: quumque littus desertum ac scopulosum esset, jactis in salo ancoris substiterunt, atque in navibus corpora curârunt. Inde provecti ad quingenta stadia, in parvum quoddam oppidum venerunt, in colle non procul à littore situm. Nearchus verisimile ratus eam regionem cultam esse, Archiæ Anaxidoti filio, Pellæo, qui inter Macedones celebris, cum Nearcho navigabat, ait, videri sibi oppidum occupandum esse. Neque enim oppidanos suâ sponte frumenta exercitui daturos: vi autem capi non posse: diuturnâ enim obsidione opus fore. Se vero jam frumentis destitui. Frugiferam autem regionem esse inde colligi, quod densos culmos non procul à littore vidisset. Quum itaque id consilium eis probaretur, reliquas quidem naves, veluti ad navigationem instrui jubet, & Archiæ ejus rei negotio dato, ipse cum unâ nave ad speculandum oppidum processit. Quumque amice ad muros 28 appelleret, oppidani hospitalitatis ergo dona, thynnos nimirum in clibano tostos (hi enim extremi Ichthyophagorum erant, neque crudis piscibus ut priores illi vescebantur) aliaque nonnulla bellaria & palmarum caricas adferebant. Quæ quidem Nearchus se libenter accipere dixit; cupere vero urbem visere: quod quum nec illi recusarent, quum jam portas ingressus esset, duos sagittarios ad custodiam portulæ relinquit; Ipse, cum aliis duobus & interprete in

15 Τοῖσι κωμήτῃσι] Minimum debuerant exhibere τεῦτι. Sed euge enimvero Vulcanius, qui in his Græcis vocibus *paganas* videre potuit, quum Facius *rusticos* innueret. Ut hæc parum curo, sic statuo Arrianum scripsisse ex fide codicis Opt. κώμῃσι.

16 Ὥσπερ ποταμῷ τὸ ὕδωρ ἐπιβάλλοντες] Mirificæ interpretationes. Vulcanius *hinc atque hinc flumini incumbentes*. An ergo & fossores terræ incumbunt? Potius dixeris ligonem esse, cui innituntur. Antea igitur Facius, *sed fossoribus similes aquas hinc atque inde diverberant*. An hoc igitur faciunt fossores? Immo *sed ab utroque latere* quasi fluvio aquam ingerentes & injicientes, hoc est, latiore remi parte aquam alibi velut exhaustam in aliam fluminis partem rejicientes. Hoc scilicet faciunt fossores, ut terram alibi egestam in alium locum rejiciant. Et fit idem à nobis aliquando, quum stantes remigamus. MS. Optimus habebat ὥσπερ ἐν ποταμῷ. Ad hujus similitudinis speciem pertinet egregie locus Ionæ 1, 13, ubi notant docti interpretes in primævo sermone legi *fodere*, ubi intelligitur remigare.

17 Κατὰ ναῦν τε ἐδειπνοποιέοντο] MS. Opt. κατὰ νέας τε δεῖπνον ἐποιέοντο.

μηνύσας, ἐπὶ τὸ τεῖχος τὸ ταύτῃ ἀνελθὼν, ἐσήμηνε τοῖς ἀμφὶ τὸν Ἀρχίην ὅπως συνέκειτο· τὸν μὲν ἂν σημῆναι, τὸν δὲ συμβαλόντα ποιέειν τὸ τεταγμένον. Ἰδόντες δὲ τὸ σημήϊον οἱ Μακεδόνες, ἐπώκελλόν τε κατὰ τάχος τὰς νέας, καὶ ἐξεπήδων σπουδῇ ἐς τὴν θάλασσαν· οἱ δὲ βάρβαροι ἐκπλαγέντες τοῖς γινομένοις, ἐπὶ τὰ ὅπλα ἔθεον· ὁ δὲ ἑρμηνεὺς ὁ σὺν Νεάρχῳ, ἐκήρυσσε σῖτον διδόναι τῇ στρατιῇ, εἰ σώαν ἐθέλουσιν ἔχειν τὴν πόλιν· οἱ δὲ ἠρνέοντο εἶναί σφισι, καὶ ἅμα προσέβαλλον τῷ τείχει· ἀλλὰ ἀνέστελλον αὐτοὺς οἱ τοξόται οἱ ἀμφὶ τὸν Νέαρχον, ἐξ ὑπερδεξίου τοξεύοντες· ὡς δὲ ἔμαθον ἐχομένην τε ἤδη καὶ ὅσον οὔπω ἀνδραποδισθησομένην[18] σφίσι τὴν πόλιν, τότε δὲ δὴ ἐδέοντο τοῦ Νεάρχου, τὸν μὲν σῖτον ὅσον περ ἦν αὐτοῖσιν λαβόντα ἀπάγειν, τὴν πόλιν δὲ μὴ διαφθεῖραι. Νέαρχος δὲ τὸν μὲν Ἀρχίην κελεύει καταλαβεῖν τὰς πύλας, καὶ τὸ κατ' αὐτὰς τεῖχος· αὐτὸς δὲ συμπέμπει τοὺς κατοψομένους τὸν σῖτον, εἰ ἀδόλως δεικνύουσι. Οἱ δὲ, τὸ μὲν ἀπὸ τῶν ἰχθύων τῶν ὀπτῶν ἀληλεσμένον ἄλευρον πολὺ ἐδείκνυσαν, πυροὺς δὲ καὶ κριθὰς ὀλίγας· καὶ γὰρ καὶ ἐτύγχανον σίτῳ μὲν τῷ ἀπὸ τῶν ἰχθύων, τοῖσι δὲ ἄρτοισιν ὅσα ὄψῳ διαχρεόμενοι. Ὡς δὲ τὰ ὄντα ἐπεδείκνυον, οὕτω δὴ ἐκ τῶν παρεόντων ἐπισιτισάμενοι ἀνήγοντο, καὶ ὁρμίζονται πρὸς ἄκρην, τὴν ἱρὴν Ἡλίου ἦγον οἱ ἐπιχώριοι· οὔνομα τῇ ἄκρῃ Βάγεια. 29 Ἐνθένδε ἀμφὶ μέσας νύκτας ἄραντες, διεκπλώουσι σταδίους ἐς χιλίους ἐς Τάλμενα λιμένα εὔορμον· ἐνθένδε ἐς Κανασίδα πόλιν ἐρήμην, σταδίους ἐς τετρακοσίους· ἵνα τινὶ φρέατι ὀρυκτῷ ἐπιτυγχάνουσι, καὶ φοίνικες ἄγριοι ἐπεφύκεσαν· τούτων τοὺς ἐγκεφάλους κόπτοντες, ἐσιτέοντο· σῖτος γὰρ ἐπιλελοίπει τὴν στρατιήν· καὶ κακῶς ἤδη ὑπὸ λιμοῦ ἔχοντες, ἔπλεον τήν τε ἡμέρην καὶ τὴν νύκτα, καὶ ὁρμίζονται πρὸς αἰγιαλῷ ἐρήμῳ. Νέαρχος δὲ καταδείσας μὴ ἄρα ἐς τὴν γῆν ἐκβάντες ἀπολίπωσι τὰς νέας ὑπὸ ἀθυμίης, ἐπὶ τῷδε μετεώρους ἔσχε τὰς νέας ἐπ' ἀγκυρέων. Ἐνθένδε ἀναχθέντες, ἐς Κανάτην ὁρμίζονται, σταδίους ὡς ἑπτακοσίους καὶ πεντήκοντα διεκπλώσαντες. Ἔστι δὲ καὶ αἰγιαλὸς ἐν αὐτῷ, καὶ διώρυχες βραχεῖαι. Ἐνθένδε σταδίους ὀκτακοσίους διεκπλώσαντες[19], ἐν Τροίσιν[20] ὁρμίζονται· κῶμαι δὲ μικραὶ καὶ πονηραὶ ἐπῆσαν· καὶ οἱ μὲν ἄνθρωποι ἐκλείπουσι τὰ οἰκεῖα, αὐτοὶ δὲ σίτῳ τινὶ ὀλίγῳ ἐπιτυγχάνουσι, καὶ βαλάνοις ἐκ Φοι-

in murum qui ab eâ parte erat conscendens, Archiæ signum dat, quemadmodum inter eos convenerat: ut hic quidem signum ederet, ille statim intellectâ re id quod statutum erat faceret. Macedones conspecto signo confestim naves ad murum applicant, summaque celeritate in mare prosiliunt. Barbari hisce rebus perculsi ad arma confugiunt. Interpres vero qui Nearcho aderat proclamabat: ut frumentum exercitui darent, si salvam urbem vellent. Negabant illi primo sibi frumentum esse, simulque ad muros convolabant. Cæterum à sagittariis qui Nearcho aderant, telis ex edito loco in eos missis, facile repulsi sunt. Postquam vero captam jam esse urbem senserunt, ac direptioni proximam, tum demum Nearcho supplices facti, ut omni frumento quod in urbe esset accepto discedat, oppidoque parcat, orant. Nearchus Archiam portas & murum occupare jubet: ipse alios per urbem mittit qui explorent an citra fraudem quicquid frumenti haberent ostendissent. Atque illi quidem multam farinam ex tostis piscibus molitam ostenderunt: frumenti vero atque hordei parum. Siquidem farinâ piscium pro frumento, panibus vero pro opsonio utebantur. Postquam vero omne frumentum ostenderunt, ex eo quod exercitui sufficeret accepto, inde processerunt ad rupem quam indigenæ Soli sacram opinantes Bagiam appellant. Inde 29 sub mediam noctem solventes mille stadia emensi in Talmena tutum à ventis portum venerunt. Hinc in Canasida urbem desertam CCCC stadiis inde distantem; ubi puteum quendam effossum repererunt, cui palmæ agrestes adnatæ erant; harum summa capita præcisa ederunt. Jam enim frumentum exercitui deerat. Urgente itaque fame totum illum diem & noctem navigarunt, & ad littus desertum appelluntur. Nearchus veritus ne si in terram descenderent, præ desperatione naves desererent, in salo ancoras jaci jubet. Inde solventes in Canaten venerunt, stadia DCCL emensi. Inde, quod littus esset vadosum, etiam fossis tenuibus concisum, digressi, DCCC stadiis confectis ad Trœsos appulerunt. Ad littus pagi quidam erant exigui atque inopes. Incolæ domos suas deseruerant. Pauculum ibi frumenti & caricarum

18 Ἀνδραποδισθησομένην] Opt. ἀνδραποδισομένην. & mox διαφθεῖραι, pro quo etiam corrupte vidi in uno διαφθαρῆναι.
19 Ἐνθένδε σταδίους ὀκτακοσίους διεκπλώσαντες] Ita quidem jam aliquoties. Nunc tamen Opt. ἐνθένδε ἐς σταδίους ὀκτακοσίους πλώσαντες.
20 Ἐν Τροίσιν] Vulcanius mire: *ad Troesos*. Nuperus quoque hinc ad marginem *Troesus pagus*, ut deberet mirum nominativum finxisse. Facius *in Taiis* & marg. *ἐν τρώοισι habet exemplar Græcum*. Sane etiam hoc ipsum mihi occurrebat in libro Optimo. Non tamen illud Facianum caret auctoritate; quippe in duobus codicibus inveni ἐν Ταΐοισι, ut etiam ex Augustano Vulcanius. Cogitabam interim Ἴρεσσι, tanquam Iri quidam illic colerent.

Φοινίκων· καὶ καμήλους ἑπτὰ ὅσαι ἐγκατελείφθησαν κατακόψαντες, ἀπὸ τούτων τὰ κρέα ἐσιτέοντο. Ὑπὸ δὲ τὴν ἕω ἀναχθέντες σταδίους τριηκοσίους πλώουσι, καὶ καθορμίζονται ἐς Δαγάσειρα· ἔνθα νομάδες τινὲς ἄνθρωποι ᾤκεον. Ἔνθεν δὲ ἄραντες, τήν τε νύκτα καὶ τὴν ἡμέρην οὐδέν τι ἐλινύοντες ἔπλεον· ἀλλὰ διελθόντες γὰρ σταδίους χιλίους τε καὶ ἑκατὸν, ἐξέπλωσαν τὸ ἔθνος τῶν Ἰχθυοφάγων, πολλὰ κακὰ ταύτῃ παθόντες ἀπορίῃ τῶν ἀναγκαίων. Ὁρμίζονται δὲ οὐ πρὸς τῇ γῇ· ῥηχίη γὰρ ἦν ἐπὶ πολλὸν ἀνέχουσα, ἀλλὰ μετέωροι ἐπ' ἀγκυρέων· μῆκος δὲ παράπλου τῶν Ἰχθυοφάγων τῆς χώρης ὀλίγῳ πλεῦνες στάδιοι μύριοι[21]. Οὗτοι δὲ οἱ Ἰχθυοφάγοι σιτέονται (κατότι περ καὶ κληίζονται) ἰχθύας· ὀλίγοι μὲν αὐτῶν ἁλιεύοντες τοὺς ἰχθύας· ὀλίγοισι γὰρ καὶ πλοῖα ἐπὶ τῷδε πεποίηται, καὶ τέχνη ἐξεύρηται ἐπὶ τῇ θήρῃ τῶν ἰχθύων. τὸ πολὺ δὲ ἡ ἀνάπωτις αὐτοῖσι παρέχει· οἱ δὲ δίκτυα[22] ἐπὶ τῷδε πεποίηνται, μέγεθος καὶ ἐς δύο σταδίους τὰ πολλὰ αὐτῶν· πλέκουσι δ' αὐτὰ ἐκ τοῦ φλοιοῦ τῶν Φοινίκων, στρέφοντες τὸν φλοιὸν ὥσπερ λίνον· ἐπεὰν δὲ ἡ θάλασσα ὑπονοστήσῃ, καὶ γῆ ὑπολειφθῇ, ἵνα μὲν ξηρὴ ἡ γῆ ὑπολείπεται, ἐρήμη τὸ πολὺ ἐστὶν ἰχθύων· ἔνθα δὲ βαθέα ἐστὶν, ὑπολείπεταί τι τοῦ ὕδατος, καὶ ἐν τῷδε κάρτα πολλοὶ ἰχθύες· οἱ μὲν πολλοὶ σμικροὶ αὐτῶν, οἱ δὲ καὶ μέζονες· τούτοις περιβάλλοντες τὰ δίκτυα αἱρέουσι. Σιτέονται δὲ ὠμοὺς μὲν, ὅπως ἀνειρύουσιν ἐκ τοῦ ὕδατος, τοὺς ἁπαλωτάτους αὐτῶν[23]· τοὺς δὲ μέζονάς τε καὶ σκληροτέρους, ὑπὸ ἡλίῳ αὐαίνοντες, εὖτ' ἂν ἀφαυανθῶσιν, καταλοῦντες[24] ἄλευρα ἀπ' αὐτῶν ποιέονται καὶ ἄρτους· οἱ δὲ μάζας ἐκ τούτων τῶν ἀλεύρων πέσσουσι. Καὶ τὰ βοσκήματα αὐτοῖσι τοὺς ἰχθύας ξηροὺς σιτέονται· ἡ γὰρ χώρη ἔρημος λειμώνων, οὐδὲ ποίην φέρει. Θηρεύουσι δὲ καὶ καράβους πολλαχῇ, καὶ ὄστρεα, καὶ τὰ κογχύλια· ἅλες δὲ αὐτόματοι γίνονται ἐν τῇ χώρῃ· ἀπὸ τούτων ἔλαιον ποιέουσι. Οἱ μὲν δὴ αὐτῶν ἐρήμους τόπους οἰκέουσιν, ἄδενδροί τε τὴν χώρην καὶ ἄφοροι καρπῶν ἡμέρων, τούτοισιν ἀπὸ τῶν ἰχθύων ἡ πᾶσα δίαιτα ποιέεται[25]· ὀλίγοι δὲ αὐτῶν σπείρουσιν ὅσον τῆς χώρης, καὶ τούτῳ κατάπερ ὄψῳ χρέωνται πρὸς τοὺς ἰχθύας·

carum ex palmis nacti sunt. Camelis septem qui relicti fuerant cæsis, carnes eorum vorârunt. Sub lucem repetitâ navigatione, stadia ccc emensi in Dagasira pervenerunt; quem locum quidam pastores incolebant. Inde solventes integram noctem & diem nullâ interpositâ morâ navigarunt: stadiisque MC peractis, fines Ichthyophagorum enavigarunt, magnâ rerum necessariarum penuriâ pressi. Neque vero ad terram appulerunt; erant enim frequentes ad littus scopuli, sed jactis in salo ancoris substiterunt. Longitudo oræ Ichthyophagorum hac navigatione prætervecta, est stadiorum X M. Ichthyophagi vero dicuntur à piscium esu. Pauci ex iis piscatui student; pauci enim navigia habent, aut artem piscandi norunt: sed maximam partem recedente æstu marino captant. Nonnulli etiam retia conficiunt, tantæ magnitudinis ut ad duo stadia pertineant. Ea ex palmarum libris texunt, torquentes librum instar lini. Quum vero mare recedit, terramque deserit, ubi illa sicca relinquitur, vacua plerunque piscibus est: sed ubi terra profundiori aliquo sinu aquam retinet, ibi magnam piscium copiam reperiunt. Ex his plerique parvi, alii etiam majores sunt: hos circumjectis retibus capiunt. Et quidem teneriores eorum reti ex aquâ protractos, crudos edunt: majores vero dunioresque, ad solem torrentes, simulac penitus tosti fuerint molentes in farinam redigunt, panemque ex ea conficiunt. Sunt qui polentam ex hisce farinis coquant. Pecori etiam piscium farinam pabuli loco dant. Omnis enim illa regio pratis carens, nullam herbam gignit. Magnam etiam in his locis cancrorum, ostreorum & conchyliorum vim capiunt. Gignit quoque ea regio suapte natura salem, ex quo oleum conficiunt. Qui vero eorum loca deserta incolunt, & regionem nec arborum nec fructuum feracem, hi ex piscibus tantum vivunt; pauci serunt, atque ii panem opsonii loco cum piscibus edunt; pisces enim ipsis

21 Ὀλίγῳ πλεῦνες στάδιοι μύριοι] Voluerunt nimirum Ionicissare viri docti. Hoc enim quod hodie lectum hîc fuit, debetur editioni Vulcanii, quam quæ antecedunt, tam Veneta, quam Basileensis exhibent ὀλίγῳ πλέονες σταδίους μυρίων, idque ipsum agnoscunt quoque tum Optimus, tum omnes alii MSSti, ut videatur fuisse ὀλίγῳ πλέον ἐς σταδίους μυρίους, vel ὀλίγῳ πλέονες στάδιοι διςμύριοι, nisi quod hoc posterius videri queat nimium, si comparetur cum Strabone scribente τὸν τῶν Ἰχθυοφάγων παράπλουν εἶναι ἑπτακισχιλίων τετρακοσίων, prout ista jam contulit Casaubonus, undecunque istum numerum exemerit.

22 Οἱ δὲ δίκτυα] MS. Opt. οἱ δὴ καὶ δίκτυα, quod videtur jam expressisse interpres Latinus.

23 Τοὺς ἁπαλωτάτους αὐτῶν] Vox postrema ignoratur ab Optimo.

24 Καταλοῦντες] Opt. κατατλοῦντες. Nec notum est hoc verbum in Græcia, quæ nobis se pandit. Vulgatum quoque qui tolerari possit, vix video, licet Vulcanius interpretetur *molentes*, recte quidem si vulgatum verbum inspicias, quod ita bene Græcum. Sed quomodo molent, quibus ligna sunt nulla? & ubi saxa vel lapides? Hinc certe Facius dedit *deinde tostos conterunt*. An legit, an legi præstat καταθλῶντες aut καταναλοῦντες?

25 Δίαιτα ποιέεται] MSS. omnes ποιέονται, & postea οὗτος αὐτοῖσιν σῖτος οἱ ἰχθύες. Etiam Vulcanius ita notavit ex V.C. Sed unus Optimus σῖτος αὐτοῖσιν σῖτος ἰχθύες.

ἰχθύας· ὁ γὰρ σῖτος αὐτοῖσιν οἱ ἰχθύες. Οἰκία δὲ ποιεῦνται οἱ μὲν εὐδαιμονέστατοι αὐτῶν, ὅσα κήτεα ἐκβάλλει ἡ θάλασσα, τούτων τὰ ὀστέα ἐπιλεγόμενοι, τούτοισιν[26] ἀντὶ ξύλων χρεόμενοι· καὶ θύρας τὰ ὀστέα ὅσα πλατέα αὐτῶν ἁλίσκεται, ἀπὸ τούτων ποιέονται· τοῖσι δὲ πολλοῖσι καὶ πενεστέροισιν ἀπὸ τῶν ἀκανθῶν τῶν ἰχθύων 30 τὰ οἰκία ποιέεται. Κήτεα δὲ μεγάλα ἐν τῇ ἔξω θαλάσσῃ βόσκεται, καὶ ἰχθύες πολὺ μέζονες[27] ἢ ἐν τῇδε τῇ εἴσω· καὶ λέγει Νέαρχος, ὁπότε ἀπὸ Κυΐζων παρέπλεεν, ὑπὸ τὴν ἕω ὀφθῆναι ὕδωρ ἄνω ἀναφυσώμενον τῆς θαλάσσης, οἷα ἐκ πρηστήρων βίῃ ἀναφερόμενον· ἐκπλαγέντας δὲ σφᾶς πυνθάνεσθαι τῶν κατηγεομένων τοῦ πλόου ὅ, τι εἴη καὶ ἀπὸ τοῦ τοῦτο πάθημα[28]· τοὺς δὲ ὑποκρίνασθαι ὅτι κήτεα ταῦτα φερόμενα κατὰ τὸν πόντον ἀναφυσᾷ ἐς τὸ ἄνω τὸ ὕδωρ· καὶ τοῖσι ναύτῃσιν[29] ἐκπλαγεῖσιν ἐκ τῶν χειρῶν τὰ ἐρετμὰ ἐκπεσεῖν· αὐτὸς δὲ ἐπιὼν παρακαλεῖν τε καὶ θαρσύνειν, καὶ καθ᾽ οὕστινας παραπλέων ἐγίνετο, ἐς μέτωπόν τε κελεῦσαι καταστῆσαι ὡς ἐπὶ ναυμαχίαν τὰς νέας, καὶ ἐπαλαλάζοντας ὁμοῦ τῷ ῥοθίῳ, πυκνήν τε καὶ ὀξέαν κτύπῳ πολλῷ[30] τὴν εἰρεσίην ποιέεσθαι· οὕτως ἀναθαρσήσαντας ὁμοῦ δὴ πλέειν ἀπὸ ξυνθήματος. ὡς δὲ ἐπέλαζον ἤδη τοῖσι θηρίοισιν, ἐνταῦθα αὐτοὺς μὲν ὅσον αἱ κεφαλαὶ αὐτοῖσιν ἐχώρεον ἐπαλαλάξαι· τὰς δὲ σάλπιγγας σημῆναι, καὶ τὸν κτύπον ἀπὸ τῆς εἰρεσίης ὡς ἐπὶ μήκιστον κατέχειν· οὕτω δὴ ὁρώμενα ἤδη κατὰ τὰς πρώρας τῶν νεῶν τὰ κήτεα, ἐς βυθὸν δῦναι ἐκπλαγέντα, καὶ οὐ πολλῷ ὕστερον κατὰ τὰς πρύμνας ἀναδύντα ἀνασχεῖν, καὶ τῆς θαλάσσης αὖθις ἀναφυσῆσαι ἐπὶ μέγα· ἔνθεν κρότον τε ἐπὶ τῇ παραλόγῳ σωτηρίᾳ γενέσθαι τῶν ναυτέων, καὶ αἶνον ἐς τὸν Νέαρχον τῆς τε τόλμης καὶ τῆς σοφίης. Τούτων μετεξέτερα τῶν κητέων ἐποκέλλειν πολλαχοῦ τῆς χώρης, ἐπειδὰν ἀνάπωτις κατάσχῃ ἐν τοῖσι βράχεσιν ἐχόμενα· τὰ δὲ καὶ ὑπὸ χειμώνων σκληρῶν ἐς τὴν χέρσον ἐξωθέεσθαι· καὶ οὕτω δὴ κατασηπόμενα ἀπόλλυσθαί τε, καὶ τὰς σάρκας αὐτοῖσι περιρρεούσας ὑπολείπειν τὰ ὀστέα· χρῆσθαι δὲ τοῖσιν[31] ἀνθρώποισιν ἐς τὰ οἰκία· εἶναι ἂν

ipsis loco frumenti sunt. Domos in hunc modum ædificant. Qui ditissimi eorum sunt, balænarum quotquot mare ejicit ossa sumentes, iis loco tignorum utuntur: & ex grandioribus ossibus portas conficiunt. Plerique vero tenuioris fortunæ ex spinis piscium domos construunt. Porro cete in- 30 gentis magnitudinis in exteriore mari nascuntur, piscesque multo majores quam in hoc interiore. Scribit etiam Nearchus quum ex Cyizis navigarent, sub auroram vidisse se aquam sursum è mari efflari, & tanquam violento quodam turbine in altum efferri, perculsosque spectaculo rei nautas percontatos esse ex ducibus navigationis quidnam hoc sibi vellet, eosque respondisse, cete esse, quæ in mari volutantia aquam sursum efflent: nautisque attonitis remos è manibus excidisse. Ipse instans eos hortabatur atque animabat: & prout quasque belluas præternavigans accedebat, jussit ut naves adversis proris veluti ad navalem pugnam instructis in eas dirigerent: utque assidue valideque remigantes una cum ipso remorum sonitu ingentes etiam clamores ederent. Ita revocatis animis simul omnes signo dato remigationi incubuisse; quumque jam propiores belluis facti essent, quantum capita ferre poterant, acclamasse, tubasque clanxisse, & remorum pulsum latissimè sonitum edidisse; atque ita cete quæ jam proris navium appropinquare videbantur, exterrita in profundum sese abdidisse: neque multo post ad puppes emersisse, rursumque magnam undarum vim sursum efflasse. Tum incredibilem nautarum ob inopinatam salutem applausum factum fuisse, Nearchi audaciam pariter & prudentiam laudantium. Nonnullæ vero balænæ interdum variis locis ad littus appelluntur, quæ recedente æstu in vadis hærent: aliæ tempestatibus in terram ejiciuntur, quibus putrefactis carnibusque colliquatis ossa remanent, quibus homines ad domos ædificandas utun-

26 Ἐπιλεγόμενοι τούτοισι] MS. Opt. ἐπιλεγόμενοι καὶ τούτοισι.

27 Πολὺ μέζονες] MS. Opt. πολλῷ.

28 Καὶ ἀπὸ τοῦ τὸ πάθημα] Quid potuit commodius facere Vulcanius, quam in vertendo omittere has voces, quum sententiam expleret solum istud ὅτι εἴη, perinde ut Facius modo *quænam tantæ molis causa esset?* Sed vicissim præclare idem Vulcanius ex V. C. notavit καὶ ἀπὸ τοῦ τὸ πάθ. h. e. ἀφ᾽ οὗ, ἀπὸ τίνος, *& unde iste casus*, quod in codicibus scriptis à me observatum non est. Quum rite considero, agnosco scripsisse auctorem καὶ ἀπὸ τοῦ τοῦτο πάθημα; quod idcirco recepi, quum nihil nisi perperam fuerint divisæ literæ.

29 Τοῖσι ναύτῃσι] Nihil hîc moverim. Nihilominus vox ultima non est in Optimo, & sane quum supra dixerit ἐκπλαγέντας σφᾶς, tuto hic omitti potest. Video equidem mox rursum fieri mentionem τῶν ναυτέων. Alioquin ναῦται dici possent non satis proprie intelligi οἱ ἐρέσσοντες. Quin etiam pro vocabulo ἐρετμὰ notat Vulcanius ex V. C. ἐρίμαντα; ipse inveni modo ἐρέτμα, modo ἐρίτιμα.

30 Καὶ ὀξέαν κτύπῳ πολλῷ] Latet aliud. MS. unus καὶ ὀξέν. Lege ex Optimo καὶ ξὺν κτύπῳ. Ὀξέαν enim hinc abesse facile potest.

31 Χρῆσθαι δὲ τοῖσι] Nec in Opt. nec duobus aliis scriptis apparet adversativa. Etiam superius pro κατασηπόμενα (pro quo Basileenses αὐτὰ σηπ.) idem Optimus κατασηπόμενα. Nec videtur ibi aliud tentandum.

ὧν τὰ μὲν ἐν τῇσι πλευρῇσιν αὐτῶν ὀστέα, δοκοὺς τοῖσιν οἰκήμασιν ὅσα μεγάλα· τὰ δὲ μικρότερα, στρωτῆρας· τὰ δὲ ἐν τῇσι σιαγόσι, ταῦτα δὲ εἶναι τὰ θύρετρα, οἷα δὴ πολλῶν καὶ ἐς εἴκοσι καὶ πέντε ὀργυιὰς ἀνηκόντων τὸ μέγεθος.

31 Εὖτ᾽ ἂν δὲ παρέπλεον τὴν χώρην τῶν Ἰχθυοφάγων, λόγον ἀκούουσι περὶ νήσου τινός, ἣ κεῖται μὲν ἀπέχουσα τῆς ταύτῃ ἠπείρου σταδίους ἐς ἑκατόν[32], ἐρήμη δέ ἐστιν οἰκητόρων. Ταύτην ἱρὴν ἡλίου ἔλεγον εἶναι οἱ ἐπιχώριοι, καὶ Νόσαλα καλέεσθαι· οὐδέ τινα ἀνθρώπων[33] καταίρειν ἐθέλειν ἐς αὐτήν· ὅστις δὲ ἂν ἀπειρίῃ προσσχῇ, γίνεσθαι ἀφανέα. Ἀλλὰ λέγει Νέαρχος, κέρκουρόν σφιν ἕνα πλήρωμα ἔχοντα Αἰγυπτίων, οὐ πόρρω τῆς νήσου ταύτης γενέσθαι ἀφανέα, καὶ ὑπὲρ τούτου τοὺς ἡγεμόνας τοῦ πλόου διισχυρίζεσθαι, ὅτι ἄρα καταίραντες ὑπ᾽ ἀγνοίης ἐς τὴν νῆσον γένοιντο ἀφανέες. Νέαρχος δὲ πέμπει κύκλῳ περὶ τὴν νῆσον τριηκόντορον, κελεύσας μὴ κατασχεῖν μὲν ἐς τὴν νῆσον, ἐμβοᾶν δὲ τοὺς ἀνθρώπους, ὡς μάλιστα ἐν χρῷ παραπλέοντας, καὶ τὸν κυβερνήτην ὀνομάζοντας, καὶ ὅτευ ἄλλου οὐκ ἀφανὲς τὸ οὔνομα· ὡς δὲ οὐδένα ὑπακούειν, τότε δὲ αὐτὸς λέγει πλεῦσαι ἐς τὴν νῆσον, καὶ κατασχεῖν δὴ προσαναγκάσαι τοὺς ναύτας οὐκ ἐθέλοντας· καὶ ἐκβῆναι αὐτός, καὶ ἐλέγξαι κενὸν μῦθον ἐόντα τὸν περὶ τῇ νήσῳ λόγον· ἀκοῦσαι δὲ καὶ ἄλλον λόγον ὑπὲρ τῆς νήσου ταύτης λεγόμενον, οἰκῆσαι τὴν νῆσον ταύτην μίαν τῶν Νηρηίδων· τὸ δὲ ὄνομα οὐ λέγεσθαι τῆς Νηρηίδος. Ταύτῃ δὲ ὅστις πελάσειε τῇ νήσῳ, τούτῳ συγγίνεσθαι μέν, ἰχθὺν δὲ ἐξ ἀνθρώπου ποιήσασαν, αὐτὸν ἐμβάλλειν ἐς τὸν πόντον· ἥλιον δὲ ἀχθεσθέντα τῇ Νηρηίδι, κελεύειν μετοικίζεσθαι αὐτὴν[34] ἐκ τῆς νήσου· τὴν δὲ ὁμολογεῖν μὲν ὅτι ἐξοικισθήσεται, δεῖσθαι δέ οἱ τὸ πάθημα καὶ τὸν ἥλιον ἀποδέξασθαι[35]· τοὺς δὲ δὴ ἀνθρώπους

utuntur. Et laterum quidem ossa utpote majora in trabes ædium deligunt; minora vero in tabulas: quæ in maxillis sunt ad januas accipiunt; multæ siquidem balænæ centum cubitorum.

31 Nearchus Ichthyophagorum regionem prætervectus, cognovit insulam quandam in eo mari esse, centum fere stadiis à continente remotam, quæ habitatoribus vacua esset. Hanc indigenæ Soli sacram esse dicebant, Nosalaque vocari, neque à quoquam mortalium adiri. Siquis vero imprudens eo deferatur, eum non amplius cerni. Nearchus cercurum unum Ægyptiis nautis instructum, non procul ab hac insula evanuisse scribit, navigationisque duces affirmasse, quod imprudentes in eam insulam delati ex oculis hominum sublati fuerint. Idem navim triginta remorum in circuitum insulæ mittit, mandatis additis ut descensu quidem in insulam abstinerent: sed proxime ad insulæ oram adnavigantes hominibus acclamarent, & gubernatorem nominarent, aut alterius cujuspiam non obscurum nomen. Quumque nemo auderet, tum semet eo navigasse dicit, ac nautas compulisse vel invitos navem appellere; quumque in insulam descendisset, vanam atque inanem fabulam comperisse quæ de insulâ illâ spargebatur. Audisse vero se etiam alium de hac insulâ sermonem ait: Habitasse hanc insulam unam Nereidum; eam cum omnibus qui eo appellerent commisceri solitam; eosque in pisces conversos in mare projicere. Quâ de causâ iratum Nereidi solem jussisse ut ex eâ insulâ migraret; atque hanc quidem pollicitam esse se migraturam: cæterum rogasse ut vitium hoc ei adimeret; & homines quos ex homi-

Quod vero ad nostrum locum attinet, an illic scribendum sit χρῆσθαι δὲ τοῖσιν ἀνθρώποισιν ἐς τὰ οἰκία εἶναι ἂν τὰ μὲν &c. quod nuper hic tentatum video, vel inde apparet frustra esse, quod sic plane supervacuum veniet illud ἂν; quum in eadem periodo sit αὐτῶν, quod non sic committit Arrianus. Præterea quicquid dicat & Basileensibus & Gandensis libri vestigiis, utique particulam δὲ non inveni in Optimo, nec in duobus aliis & prorsus aliud latet. Nam ne illud quidem ὑπολείπεσθαι τὰ ὀστέα Græcum videtur, & verbum esse neutrale. Denique Arrianus scripsit, καὶ τὰς σάρκας αὐτοῖσι συντετηκυίας ὑπολείπειν, τὰ ὀστέα χρῆσθαι τοῖσι ἀνθρώποισιν ἐς τὰ οἰκία. εἶναι ἂν τὰ μὲν. Latine: *& carnes ipsis colliquatas relinquere*, (ut ibidem deficiant) *ossa utilia esse illis hominibus ad domos.* Neque vero sequentia sic intelligenda sunt, ut intellexit Vulcanius, quasi laterum ossa eis eligerentur in trabes, utpote majora, quasi causam adderet Arrianus, cur laterum ossa ad hoc usurparentur: non hoc dicit auctor: nec voces ὅσα μεγάλα vel per se notare possunt *utpote majora* (nam tunc dixisset οἷα μεγάλα) & si eum sensum voluisset saltem eas voces subjunxisset statim voci ὀστέα; sed innuit & laterum quidem ossa inserviunt ad trabes domiciliorum, quotquot ampliora & majora ædificantur. ὅσα enim *quæcunque*. Pag. 306 ὅσα ἐς τὸ ζεῦγος. Pag. 291 ὅσα ξύμφορα. Pag. 312. Strabo in indice Polybii.

32 Σταδίους ἐς ἑκατόν] Particula media non est in MS. Opt.

33 Οὐδέ τινα ἀνθρώπων] Non dissimile est, etsi in alia causa & eventu dissimili, quod in Ægæo mari fabulati sunt referente Scholiaste Apollonii Rhodii I, 831 Αἰγαῖον πέλαγος ἐκλήθη ἀπὸ νήσου Αἰγῶν καλουμένης. αὕτη γὰρ ἱερὰ Ποσειδῶνος, ἐν ᾗ μάλιστα χειμάζεσθαι λέγουσι διὰ τὰ φαντάσματα τοῦ θεοῦ, ὥς φησι Νικοκράτης. Sed & Is. Vossius ad Melam III, 7 explicare fabulam conatur ex ratione loquendi, qua & ab Aurora rapi dicebantur, qui ante tempus moriebantur. Viderit.

34 Κελεύειν μετοικίζεσθαι αὐτήν] Quod notabile, unicus ille codex pro voce postrema habet μιν, in qua non dubito residere scintillas veræ scripturæ & Arrianum reliquisse μετοικίζεσθαί μιν. Sed & paulo ante edidi ex eodem οἰκῆσαι μὲν τὴν νῆσον, unde secunda vox vulgo abest.

35 Δεῖσθαι δὲ οἱ τὸ πάθημα καὶ τὸν ἥλιον ἀποδέξασθαι] Vulcanius: *cæterum rogasse, ut vitium hoc ei adimeret.* Facius amplior: *sed rogasse, uti sibi insitus voluptatis appetitus adimeretur. solem postulatis ejus annuisse, ac deinde* quos

τους ἥλιος ἂν ἰχθύας ἐξ ἀνθρώπων πεποιήκει καταλείψαντα, ἀνθρώπους αὖθις ἐξ ἰχθύων ποιῆσαι· καὶ ἀπὸ τούτων, τῶν Ἰχθυοφάγων τὸ γένος καὶ ἐς Ἀλέξανδρον κατελθεῖν. Καὶ ταῦτα ὅτι ψευδέα ἐξελέγχει Νέαρχος, οὐκ ἐπαινῶ αὐτὸν ἔγωγε τῆς σχολῆς τε καὶ σοφίης, οὔτε κάρτα χαλεπὰ ἐξελεγχθῆναι ἐόντα· ταλαίπωρόν γε ἐπιγνώσκων τοὺς παλαιοὺς λόγους ἐπι-32 λεγόμενον ἐξελέγχειν ὄντας ψευδέας. Ὑπὲρ τοὺς Ἰχθυοφάγους Γαδρώσιοι ἐς τὸ ἄνω οἰκέουσι γῆν πονηρὴν καὶ ψαμμώδεα· ἔνθεν καὶ τὰ πολλὰ κακὰ ἡ στρατιή τε Ἀλεξάνδρῳ ἔπαθε, καὶ αὐτὸς Ἀλέξανδρος, ὥς μοι ἤδη ἐν τῷ ἄλλῳ λόγῳ ἀπήγηται. Ὡς δὲ ἐς τὴν Καρμανίην ἀπὸ τῶν Ἰχθυοφάγων κατῆρεν ὁ στόλος, ἐνταῦθα ἵνα πρῶτον τῆς Καρμανίης ὡρμίσαντο[36], ἐπ' ἀγκυρέων ἐσάλευσαν, ὅτι ῥηχίη παρετέτατο ἐς τὸ πέλαγος τρηχείη. Ἐνθένδε δὲ ὡσαύτως οὐκέτι πρὸς ἥλιον δυόμενον ἔπλεον· ἀλλὰ τὸ μεταξὺ δύσιός τε ἡλίου καὶ τῆς ἄρκτου οὕτω μᾶλλόν τι αἱ πρῷραι αὐτοῖσιν ἐπεῖχον· καὶ οὕτω ἡ Καρμανίη τῆς Ἰχθυοφάγων τῆς γῆς καὶ τῆς Ὠρειτῶν εὐδενδροτέρη τε καὶ εὐκαρποτέρη ἐστὶ, καὶ ποιώδης μᾶλλόν τι καὶ ἔνυδρος. Ὁρμίζονται δὲ ἐν Βάδει χώρῳ[37] τῆς Καρμανίης οἰκουμένῳ, δένδρεά τε πολλὰ ἥμερα πεφυκότα ἔχοντι, πλὴν ἐλαίης, καὶ ἀμπέλους ἀγαθὰς, καὶ σιτοφόρῳ. Ἔνθεν δὲ ὁρμηθέντες, καὶ διεκπλώσαντες σταδίους ὀκτακοσίους, πρὸς αἰγιαλῷ ὁρμίζονται ἐρήμῳ, καὶ καθορῶσιν ἄκρην μακρὴν, ἀνέχουσαν[38] ἐπὶ πολλὸν ἐς τὸ πέλαγος· ἀπέχειν δὲ ἐφαίνετο ἡ ἄκρη πλόον ὡς ἡμέρης. Καὶ οἱ τῶν χώρων ἐκείνων δαήμονες, τῆς Ἀραβίης ἔλεγον τὴν ἀνίσχουσαν ταύτην ἄκρην· καλέεσθαι δὲ Μάκετα[39]· ἔνθεν τὰ κιννάμωμα

hominibus pisces fecerat, rursus commiseratione ductam ex piscibus homines fecisse. Ex iis Ichthyophagorum genus ad Alexandrum usque pervenisse. Ego vero Nearchum eo nomine non laudo, quod otio & sapientiâ in re non admodum difficili refellendâ abusus fuerit; miserabile censens veteres mendacesque fabulas recensentem refutare. Supra Ichthyophagos Gadrosii in 32 mediterraneis locis terram sterilem atque arenosam colunt: ubi & Alexandri exercitus & Alexander ipse multa incommoda perpessus est; quemadmodum in alio opere narravi. Postquam vero ex Ichthyophagis in Carmaniam perventum est, primum anchoris in salo jactis constiterunt, quod aspera longe in mare petra porrecta esset. Exinde non ita directe ad occasum navigârunt, sed inter occidentem & septentrionem cursum tenuerunt; atque ita Carmania arboribus fœcundior magisque frugifera est quam Ichthyophagorum aut Oritarum regio, magis etiam herbosa, aquisque abundans. Quum in Badin cultum Carmaniæ locum appulissent, multas arbores pomiferas, exceptis oleis, repererunt. Erat & ea regio vitium & frumenti ferax. Inde ad DCCC stadia progressi, ad littus desertum appellunt. Ex eo loco promontorium ingens longe in mare porrectum conspiciunt, quod unius diei navigatione inde abesse videbatur. Periti locorum Arabiæ promontorium id esse dicebant, vocarique Macetam. Inde cinnamomum

quas illa veneficio in pisces verterat, rursum ex piscibus in homines vertisse. At Vulcanius postrema hæc non accepit de sole, sed de ipsa Nereide, ipsam *rursus commiseratione ductam ex piscibus homines fecisse*, quum tamen Græca prorsus id statuant de sole, & hunc dicant καταλείψαντα. Si sana sunt Græca (non enim videntur ita potuisse interpretes hæc reddere, nisi crediderint periisse aliquid, puta verbum ἀφελεῖν, ubi enim in Græcis habet illud *adimere*?) Si itaque sana sunt, omnino aliud notant. Existimo enim innuere, illam soli aperuisse hunc ipsi insitum affectum, cum obsecratione, ut & ipse vellet illi indulgere more eorum, qui antehac venissent ad suam insulam: solemque suscepisse, sive implendo quod petierat, seu promittendo, quum interim ille accingeretur restituere & revocare homines, quod ipsa prorsus non exspectabat, quæ sperabat in sole idem juris sibi fore, quod in aliis habuerat, ut & ipsum post concubitum mutaret in piscem.

36 Καρμανίης ὡρμίσαντο] MS. Opt. ἱδρύσαντο.

37 Βάδει χώρῳ] Apponi merentur ipsa Salmasii verba ex Plinianis Exercit. pag. 1185 [Plinius Sabin vocat Carmaniæ fluvium, à quo usque ad Ananin alterum flumen vineæ coluntur & arva. Ptolemæo Σαβὶς Carmaniæ urbs in mediterraneo sita. Arrianus Βάδιν vocat Carmaniæ locum maritimum, à quo usque ad Ananin vineæ & arva in cultu. Quod ille habet ex Nearcho, verba ejus ita legenda: ὁρμίζονται ἐν Βάδει χώρῳ τῆς Καρμανίης οἰκουμένῳ &c. Perperam legitur ἐν Βαδιχώρῳ. Et ridicule doctus interpres *Badichorum* vertit. Ab eo igitur loco versus occidentem Carmania culta esse incipit vineis & arvis. Plinius Onesicritum sequitur, Arrianus Nearchum. Ille Σαβὶν vocat fluvium, hic Βάδιν locum ubi Carmania cultior est. Forte Σαβὶν scripserat Arrianus; ἐν Σαβὶ χώρῳ. Nam ut dixi, urbs quoque ibi Σαβὶς, fortassean ad Sabin flumen sita.] Hæc quum isto tempore scripserit Vir maximus, an ille dicendus erit accessisse emendationi nuperi nostri? & non hic accessisse furto ad Salmasiana contrectanda? Tu arbitrere, qui legis. Ego nunc testor Vulcanium apposita versioni cruce decussata, notavisse in ora [*V.C.* Βάδει χώρῳ.]

38 Ἀνέχουσαν] Liber Opt. ἐξανέχουσαν. Et omnino aliquid amplius vulgato requiritur, etsi mox tamen id ipsum retineat, sicut id retinuit VII, 20 de hac ipsa re loquens.

39 Καλέεσθαι δὲ Μάκετα] Caute agit Salmasius, neque ut scribit nuperus, legit Μακίδα; sed quum dixisset promontorium ἐν Μακαις se putare esse hoc ipsum, quod Arrianus ex Nearcho appellatum scribit Μάκετα, & citasset locum Arriani, subjicit [Non dubium est esse. Nam huic ex adverso facit respondere in ora contraria locum Ἁρμόζειαν, a quo Ἁρμόζειοι populi Plinio, unde & promontorium Ἁρμόζων. Sed videretur potius legendum καλέεσθαι δὲ Μακίδα] Ita satis lente circumrodit. Interim & Bochartus in Phaleg II, 19 & Valesius ad Ammianum XXIII, 6 satis amant Μάκε-

τάμωμά τε καὶ ἄλλα τοιουτότροπα ἐς Ἀσσυρίους ἀγινέεσθαι· καὶ ἀπὸ τοῦ αἰγιαλοῦ τούτου, ἵνα περ ὁ στόλος ἐσάλευε, καὶ τῆς ἄκρης, ἥντινα καταντικρὺ ἀφεώρων ἀνέχουσαν ἐς τὸ πέλαγος, ὁ κόλπος ἐμοί τε δοκεῖ, καὶ Νεάρχῳ ὡσαύτως ἐδόκεεν, ἐς τὸ εἴσω ἀναχέεται, ὅπερ εἰκός, ἡ ἐρυθρὴ θάλασσα. Ταύτην τὴν ἄκρην ὡς κατεῖδον, Ὀνησίκριτος μὲν ἐπέχοντας ἐπ᾽ αὐτὴν πλέειν ἐκέλευεν, ὡς μὴ κατὰ τὸν κόλπον ἐλαστρέοντας ταλαιπωρέεσθαι. Νέαρχος δὲ ὑποκρίνεται[40] νήπιον Ὀνησίκριτον, εἰ ἀγνοέει ἐπ᾽ ὅτῳ ἐστάλη πρὸς Ἀλεξάνδρου ὁ στόλος. Οὐ γὰρ ὅτι ἀπορίῃ ἦν πεζῇ διασωθῆναι πάντα αὐτῷ τὸν στρατόν, ἐπὶ τῷδε ἄρα ἐκπέμψαι τὰς νέας· ἀλλὰ ἐθέλοντα αἰγιαλούς τε τοὺς κατὰ τὸν παράπλουν κατασκέψασθαι καὶ ὅρμους καὶ νησῖδας, καὶ ὅστις κόλπος ἐπέχοι[41], ἐκπεριπλῶσαι τοῦτον, καὶ πόλιας ὅσαι ἐπιθαλάσσιαι, καὶ εἴ τις ἔγκαρπος γῆ, καὶ εἴ τις ἐρήμη. Σφᾶς ὦν οὐ χρῆναι ἀφανίσαι τὸ ἔργον, πρὸς τέρματι ἤδη ἐόντας τῶν πόνων, ἄλλως τε οὐδὲ ἀπόρως ἔτι τῶν ἀναγκαίων ἐν τῷ παράπλῳ ἔχοντας· δεδιέναι τε, ὅτι ἡ ἄκρη ἐς μεσημβρίην ἀνέχει, μὴ ἐρήμῳ τε τῇ ταύτῃ γῇ καὶ ἀνύδρῳ καὶ φλογώδει ἐγκύρσωσι. Ταῦτα ἐνίκα, καί μοι δοκέει περιφανέως σῶσαι τὴν στρατιὴν τῇδε τῇ βουλῇ Νέαρχος· τὴν γὰρ δὴ ἄκρην ἐκείνην, καὶ τὴν πρὸς αὐτῇ χώρην πᾶσαν, ἐρήμην τε εἶναι λόγος κατέχει, καὶ ὕδατος ἀπο-
33 ρίῃ ἔχεσθαι. Ἀλλὰ ἔπλεον γὰρ ἀπὸ τοῦ αἰγιαλοῦ ἄραντες τῇ γῇ προσεχέες· καὶ πλώσαντες σταδίους ὡς ἑπτακοσίους, ἐν ἄλλῳ αἰγιαλῷ ὡρμίσαντο· Νεόπτανα ὄνομα τῷ αἰγιαλῷ. Καὶ αὖθις ὑπὸ τὴν ἕω ἀνήγοντο, καὶ πλώσαντες σταδίους ἑκατόν, ὁρμίζονται κατὰ τὸν ποταμὸν Ἄναμιν· ὁ δὲ χῶρος Ἁρμόζεια ἐκαλέετο. Φιλία δὲ ἤδη καὶ πάμφορα ταύτῃ ἦν, πλὴν ἐλαῖαι οὐ πεφύκεσαν. Ἐνταῦθα ἐκβαίνουσί τε ἐκ τῶν νεῶν, καὶ ἀπὸ τῶν πολλῶν πόνων ἄσμενοι ἀνεπαύοντο[42], μεμνημένοι ὅσα κακὰ κατὰ τὴν θάλασσαν πεπονθότες ἦσαν, καὶ πρὸς τῇ γῇ τῇ Ἰχθυοφάγων, τήν τε ἐρημίην τῆς χώρης, καὶ τοὺς ἀνθρώπους ὅπως θηριώδεες, καὶ τὰς σφῶν ἀπορίας ἐπιλεγόμενοι. Καί τινες αὐτῶν ἀπὸ θαλάσσης ἐς τὸ πρόσω ἀνῆλθον, ἀποσκεδασθέντες τῆς στρατιῆς κατὰ ζήτησιν ἄλλος ἄλλου[43]. Ἐνταῦθα ἄνθρωπός σφισιν ὤφθη χλαμύδα τε φορέων Ἑλληνικήν, καὶ τὰ ἄλλα ὡς Ἕλλην ἐσκευασμένος, καὶ

momum & alia ejuscemodi aromata in Assyrios vehi. Ab eo littore ubi classis ancoris in salo jactis constiterat, & promontorio quod ex adverso in mare porrectum conspexerant, sinus meo judicio, ut & Nearcho visum est, introrsum refunditur, sicut probabile est, mare Rubrum. Id promontorium ubi conspicati sunt, Onesicritus classem eo dirigi jubebat, ne per sinum navigantes calamitatibus adficerentur. Nearchus parum prudentem esse Onesicritum respondit, si nesciret quam ad rem Alexander classem misisset. Neque enim quia pedestri itinere totum exercitum traducere salvum non posset, eam ob causam naves emissas: sed quod vellet omnia littora, portusque & insulas perlustrari, omnes etiam sinus pernavigari, & urbes quæ ad mare sitæ essent: quæve regio fertilis, quæ deserta sit inquiri. Non debere itaque eos totum negotium pervertere, quum jam ad finem laborum pervenissent, præcipue quum res omnes ad navigationem necessariæ eos non deficerent: vereri etiam se, quod promontorium illud in meridiem vergeret, ne in desertam, & siticulosam torridamque regionem inciderent. Nearchi sententia vicit: & mihi quidem Nearchus hoc consilio classem universam servasse videtur. Promontorium enim illud, omnemque regionem illi circumjectam, desertam esse fama est, summaque aquarum penuriâ laborare. Motâ igitur classe, terræ adnavigantes, DCC stadia emensi, ad aliud littus, cui Neoptana nomen est appellunt: rursusque sub auroram inde solvunt, & centum stadiis enavigatis, ad fluvium Anamin perveniunt. Locus ipse Harmozia vocatur. amicam ibi omniumque rerum feracem regionem nacti sunt: oleas tantum non ferebat. Hic navibus egressi, cupide à tot tantisque laboribus conquierunt, cum jucunda tot malorum, quæ mari perpessi fuerant, recordatione. memoria etiam recolebant, quæ apud Ichthyophagos, in desertis regionibus, apud efferatos homines, in summa rerum omnium inopia pertulissent. Quidam vero interius remotiusque à mari progressi, & ab exercitu sejuncti sunt, alius aliud quærentes. Repertus hic est ab eis quidam Græcanica chlamyde reliquoque habitu Græco indutus, linguam etiam Græcam sonans, 33

40 Ὑποκρίνεται] Lege ex Opt. ἀποκρίνεται. Sic quoque cap. seq. ὑποκρινάμενοι τὸν χῶρον. Opt. ἀποκρινάμενοι, & cap. 34 ἀποκρίνεται.

41 Κόλπος ἐσέχοι] Vulcanius ex Augustano εἰσέχοι. Optimus cum alio ἐπέχοι, alius ἐς ἔχοι.

42 Ἄσμενοι ἀνεπαύοντο] MS. Opt. ἀνεπαύσαντο.

43 Κατὰ ζήτησιν ἄλλος ἄλλου] Vulcanius propere, *alius alium quærentes*. An credimus à Vulcanio potuisse dici, quis ille alius quærendus ab ipso intelligeretur? Itaque aliorsum vertit Facius *uti ea loca quo venerant explorarent*. Vulcanium huc adegerunt verba mox sequentia, τοῖς κατὰ ζήτησιν τοῦ Νεάρχου ἐσταλμένοις. Dubium mihi non est, quin ille genitivus ἄλλου debeat accipi venire ab neutro ἄλλο, non ab masculino.

ᾗ φωνῇ Ἑλλάδι ἐφώνει. Τοῦτον οἱ πρῶτοι ἰδόντες, δακρῦσαι ἔλεγον· οὕτω τι παράλογοι σφίσι φαίνεσθαι ἐκ τῶν τοσῶνδε κακῶν Ἕλληνα μὲν ἄνθρωπον ἰδεῖν, Ἑλλάδος δὲ φωνῆς ἀκοῦσαι· ἐπηρώτων τε ὁπόθεν ἥκει, καὶ ὅστις ὤν· ὁ δὲ ἀπὸ τοῦ στρατοπέδου τοῦ Ἀλεξάνδρου ἀποσκεδασθῆναι ἔλεγε, καὶ εἶναι οὐ πόρρω τὸ στρατόπεδον καὶ αὐτὸν Ἀλέξανδρον. Τοῦτον τὸν ἄνθρωπον βοῶντές τε καὶ κροτοῦντες ἀνάγουσι παρὰ τὸν Νέαρχον· καὶ Νεάρχῳ πάντα φράσει, καὶ ὅτι πέντε ἡμερέων ὁδὸν ἀπέχει τὸ στρατόπεδον καὶ ὁ βασιλεὺς ἀπὸ τῆς θαλάσσης. Τόν τε ὕπαρχον τῆς χώρης ταύτης δείξειν ἔφη Νεάρχῳ, καὶ ἔδειξε· καὶ μετὰ τούτου Νέαρχος γνώμην ποιέεται, ὅπως ἀναβήσεται παρὰ βασιλέα. Τότε μὲν δὴ ἐπὶ τὰς νέας ἀπῆλθον· ὑπὸ δὲ τὴν ἕω τὰς νέας ἀνείλκεεν, ἐπισκευῆς τε εἵνεκα, ὅσαι αὐτῶν κατὰ τὸν πλόον πεπονήκεσαν· καὶ ἅμα ὅτι ἐν τῷ χώρῳ τούτῳ καταλείπεσθαί οἱ ἐδόκεε τὸν πολλὸν στρατόν· χάρακά τε ἂν περιβάλλεται διπλοῦν ἐπὶ τῷ ναυσταθμῷ, καὶ τεῖχος γήϊνον· καὶ τάφρον βαθεῖαν, ἀπὸ τοῦ ποταμοῦ τῆς ὄχθης ἀρξάμενος, ἔστε ἐπὶ τὸν αἰγιαλόν, ἵνα αἱ νέες αὐτῷ ἀνειρυσμέναι ἦ-

34 σαν. Ἐν ᾧ δὲ ὁ Νέαρχος ταῦτα ἐκόσμεε, ὁ τῆς χώρης ὕπαρχος πεπυσμένος ὅπως ἐν μεγάλῃ φροντίδι ἔχει Ἀλέξανδρος τὰ ἀμφὶ τὸν στόλον τοῦτον, μέγα δή τι ἐξ Ἀλεξάνδρου ἀγαθὸν ἀνέχειν ἐπίστατο, εἰ πρῶτός οἱ ἀπαγγείλειε[44] τοῦ στρατοῦ τὴν σωτηρίην, καὶ τοῦ Νεάρχου, ὅτι οὐ πολλῷ ὕστερον ἀφίξεται ἐς ὄψιν τοῦ βασιλέως. Οὕτω δὴ τὴν βραχυτάτην ἐλάσας[45], ἀπαγγέλλει Ἀλεξάνδρῳ, ὅτι Νέαρχος οὗτος προσάγει ἀπὸ τῶν νεῶν. Τότε μὲν δὴ καίπερ ἀπιστέων τῷ λόγῳ Ἀλέξανδρος, ἀλλὰ ἐχάρη γε κατὰ τὸ εἰκὸς[46] τὴν ἀγγελίην. Ὡς δὲ ἡμέρη τε ἄλλη ἐξ ἄλλης ἐγίνετο, καὶ ξυντιθέντι αὐτῷ τῆς ἀγγελίης τὸν χρόνον, οὐκέτι πιστὰ τὰ ἐξηγγελμένα ἐφαίνετο[47]· πεμπόμενοί τε ἄλλοι ἐπ' ἄλλοισιν, ἐπὶ κομιδῇ[48] τοῦ Νεάρχου, οἱ μέν τινες ὀλίγον τῆς ὁδοῦ προελθόντες, κενοὶ ἐπανήεσαν οὐδενὶ ἐγκύρσαντες· οἱ δὲ πορρωτέρω ἐλθόντες καὶ διαμαρτόντες τῶν ἀμφὶ τὸν Νέαρχον, οὐδὲ αὐτοὶ ἐπανήεσαν[49]. Ἐν-

sonans, ad cujus primum conspectum collacrymatos ferunt: adeo novum atque insolens iis videbatur, post tot mala hominem Græcum cernere, & Græcam vocem audire. Interrogarunt itaque, unde veniret: & quis esset. Ille se ab exercitu Alexandri sejunctum esse respondit, castraque atque adeo ipsum Alexandrum non procul abesse. Hunc hominem ipsi confestim gaudio exultantes ad Nearchum adducunt: qui rem omnem ei retulit, castraque & regem quinque dierum itinere à mari abesse. Præsidem etiam illius regionis Nearcho ostensurum se dixit & ostendit. tum Nearchus cum eo consilium capit quo pacto ad regem reverti possit: simulque ad classem sese recipiunt. Postridie vero sub lucem subduci naves jubet, partim ut quæ istâ navigatione quassatæ erant, reficerentur: partim quod magnam exercitus partem ibi relinquere statuerat. Duplici itaque vallo & aggere terreo navale cingit, fossamque profundam à ripa fluminis ad eam littoris partem in quam naves subductæ erant, ducit. Interea dum hæc à Nearcho paran- 34 tur, præses regionis quum audisset Alexandrum vehementer de classe hac solicitum esse, magnum aliquod munus se ab Alexandro accepturum arbitratus, si primus nuntiaret exercitum salvum esse, & Nearchum propediem in conspectum regis venturum: compendio viæ inito, renuntiat Alexandro, Nearchum à navibus venire. Alexander tametsi fidem ejus verbis non haberet, magnam tamen ut par est ex eo nuntio lætitiam cepit. Quum vero alius ex alio dies traheretur, & tempus ex quo nuntium allatum fuerat conferret, non jam amplius credibile ei videbatur. quumque alii atque alii mitterentur qui Nearchum advehérent, nonnulli quidem paululum viæ progressi, vacui redierunt, quum nulli occurrissent; alii vero progressi ulterius & Nearchum non offendentes, ne ipsi quidem revertebantur. Tum

44 Εἰ πρῶτος ἀπαγγείλειε] Opt. εἰ πρῶτός οἱ ἀπαγ. quæ continua Arriani vocula non debuit diutius expelli loco suo aut hic ignorari.

45 Τὴν βραχυτάτην ἐλάσας] Accipio conditionem, quam ferunt ad scripturam Arriani stabiliendam neminem meliorem ipso Arriano. Quare quum ipse Arrianus id nunc dicat, hoc est, MS. optimus & castissimus habeat βραχυτάτην, & cum eo alii duo, male vulgo mutant, & verum est restituendum. Ipsa sententia& loquendi fama ratio id postulat. Neque si alicubi recte occurrat τὴν ἐπὶ βραχυτάτης, ubi recte id convenit, huc quoque trahidebet, ubi non convenit. Etiam postea chirographo suo notavit Vulcanius.

46 Ἀλλὰ ἐχάρη γε κατὰ τὸ εἰκὸς] Nihil molestiæ apparet in his verbis, at sana & integra queas præterire. Attamen illud alioquin jucundum ἀλλὰ in Optimo non agnoscitur.

47 Τὰ ἐξηγγελμένα ἐφαίνετο] Ita sæpius ab auctore observatum. De quo nunc tamen testatur codex Optimus scripsisse ἐφαίνετο.

48 Ὡς ἐπὶ κομιδῇ] Non potest sustineri particula ὡς, quippe quæ nunquam isti præpositioni additur, nisi etiam sequatur accusativus, prout millies id amavit Arrianus, unde etiam nunc oportebat legi ὡς ἐπὶ κομιδὴν τοῦ N. Sed egregie succurrit fides MSti Optimi, à quo illa ignoratur; quod auxilium tanto securius, quia etiam paulo post servat illud ipsum ἐπὶ κομιδῇ. Hinc denique delevi.

49 Οὐδ' αὐτοὶ ἐπανήεσαν] *Ne ipsi quidem revertebantur.* Non exiguo detrimento affectus est hic locus, licet pro sano circumferri videamus. Hæc enim verba omni modo requirunt, jam antea aliquos quæsitum progressos etiam non rediisse. Atqui in vulgata de nullis præmittitur

Minutæ & exacta relatio Nearchi adventus ad Alexandrum.

Ἐνταῦθα δὴ τὸν μὲν ἄνθρωπον ἐκεῖνον, ὡς κενά τε ἀγγείλαντα[50], καὶ λυπηρότερά οἱ τὰ πρήγματα ποιήσαντα τῇ ματαίῃ εὐφροσύνῃ, συλλαβεῖν κελεύει Ἀλέξανδρος· αὐτὸς δὲ τῇ τε ὄψει καὶ τῇ γνώμῃ δῆλος ἦν μεγάλως ἄχθει βεβλημένος. Ἐν τούτῳ δὲ τῶν τινες κατὰ ζήτησιν τοῦ Νεάρχου ἐσταλμένων, ἵππους τε ἐπὶ κομιδῇ αὐτῶν καὶ ἀπήνας[51] δὲ ἄγοντες, ἐντυγχάνουσι κατὰ τὴν ὁδὸν αὐτῷ τε τῷ Νεάρχῳ καὶ τῷ Ἀρχίῃ, καὶ πέντε ἢ ἓξ ἅμα αὐτοῖσι· μετὰ τοσούτων γὰρ ἀνῄει. Καὶ ἐντυχόντες, οὔτε αὐτὸν ἐγνώρισαν, οὔτε τὸν Ἀρχίην· οὕτω τοι κάρτα ἀλλοῖοι ἐφάνησαν, κομόωντές τε καὶ ῥυπόωντες καὶ μεστοὶ ἅλμης, καὶ ῥικνοὶ τὰ σώματα, καὶ ὠχροὶ ὑπὸ ἀγρυπνίης τε καὶ τῆς ἄλλης ταλαιπωρίης. Ἀλλὰ ἐρομένοισι γὰρ αὐτοῖς ἵνα περ εἴη Ἀλέξανδρος, ὑποκρινάμενοι τὸν χῶρον, οἱ δὲ παρήλαυνον. Ἀρχίης δὲ ἐπιφρασθεὶς λέγει πρὸς Νέαρχον, Ὦ Νέαρχε, τούτους τοὺς ἀνθρώπους δι' ἐρημίης ἐλαύνειν τὴν αὐτὴν ἡμῖν ὁδόν, οὐκ ἐπ' ἄλλῳ τινὶ συντίθημι, ἢ ὅτι μὴ κατὰ ζήτησιν ἡμετέρην ἀπεσταλμένους· ὅτι δὲ οὐ γιγνώσκουσιν ἡμέας, οὐκ ἐν θαύματι ποιέομαι. οὕτω γάρ τοι ἔχομεν κακῶς, ὡς ἄγνωστοι εἶναι· φράσωμεν ὦν αὐτοῖς[52] οἵτινες εἰμέν· καὶ τοὺς ἐρώμεθα καθ' ὅ, τι ταύτῃ ἐλαύνουσι. Ἔδοξε τῷ Νεάρχῳ ἐναίσιμα λέγειν· καὶ ἤροντο ὅποι ἐλαύνουσιν· οἱ δὲ ὑποκρίνονται, ὅτι κατὰ ζήτησιν Νεάρχου τε καὶ τοῦ στρατοῦ τοῦ ναυτικοῦ. Ὁ δέ, Οὗτος, ἔφη, ἐγώ εἰμι Νέαρχος[53], καὶ Ἀρχίης, οὗτος· ἀλλ' ἄγετε ἡμέας· ἡμεῖς δὲ τὰ ὑπὲρ τῆς στρατιῆς Ἀλεξάνδρῳ ἀπηγησόμεθα. 35 Ἀναλαβόντες ὦν[54] αὐτοὺς ἐπὶ τὰς ἀπήνας, ὀπίσω ἤλαυνον· καί τινες αὐτῶν τούτων[55] ὑποφθάσαι ἐθελήσαντες τὴν ἀγγελίην, προδραμόντες λέγουσιν Ἀλεξάνδρῳ, ὅτι οὗτός τοι Νέαρχος, καὶ σὺν αὐτῷ Ἀρχίης

Tum Alexander hominem illum tanquam mendacis nuntii autorem, quique suum mœrorem vano illo gaudio duplicarat, comprehendi jubet: ingentemque dolorem & vultu & animo præ se ferebat. Interea nonnulli qui cum equis & vehiculis ad quærendum adducendumque Nearchum missi fuerant, in ipso itinere Nearcho & Archiæ obvii facti sunt: qui quidem aliis quinque aut sex viris comitati veniebant. Neque tamen primo aspectu vel Nearchum vel Archiam agnoverunt: adeo immutati atque ab seipsis diversi erant, hirsuti & sordidi, salsugineque repleti, rugosi, squalidi, & ex multis vigiliis laboribusque pallidi. Interrogantibus enim illis ubinam esset Alexander, cognito loco, iter suum persecuti sunt. Tum Archias animadversa re ad „Nearchum conversus ait, Homines istos, „Nearche, eadem qua nos via per deserta „contendere non aliam ob causam judico, „quam quod nos quæsitum missi sint. Quod „vero non agnoscunt, equidem non miror: „ita enim squalidi maleque habiti sumus, ut „agnosci non possimus. Significemus itaque „eis quinam simus, eosque vicissim percon„temur, quam ad rem hoc itinere proficiscantur. Nearcho Archiæ consilium perquam opportunum est visum. Rogarunt itaque quonam proficiscerentur, qui respondent Nearchum se & navalem exercitum quæsitum ire: statimque Nearchum respondisse, „Hic ego sum Nearchus, & „hic Archias. at vos nobis duces itineris „estote: nos Alexandro de classe refere„mus. Illis itaque in vehicula exceptis, ad 35 regem revertuntur. Nonnulli horum, nuntium celeritate prævertere cupientes, præcurrentes Alexandro nuntiarunt Nearchum ipsum, & cum eo Archiam ac quinque alios ad-

titur tale quid. Sed & antecedentia οἱ μέν τινες ὀλίγον &c. talia sunt, quæ subsignificant requiri adhuc aliam insuper orationis partem: ad quam licet interpretes & editores non curent attendere, patet tamen fœdus satis hiatus. Ita agit versio Vulcanii, tanquam omnes illi alii atque alii missi ita aberrarint, ut nulli reverterentur. Cur autem nonnulli aliquantulum vix progressi sunt & non omnes? Itaque experiamur rursus beneficium Optimi codicis integrato ita hoc loco, qui permolliter ex auctoris chirographo processit: οἱ μέν τινες ὀλίγον τῆς ὁδοῦ προελθόντες κενοὶ ἐπανῆκαν οὐδενὶ ἐγκύρσαντες. οἱ δὲ πορρωτέρω ἐλθόντες καὶ διαμαρτόντες &c. hoc est, *alii quidem paulum viæ progressi, nemine obvio vacui reversi sunt; alii vero ulterius prodeuntes & à Nearcho aberrantes, ne quidem reversi sunt.* Commodissimam casuum variationem dicet, quisquis legerit, & animadvertet occasionem lacunæ ex similitudine vocum.

50 Ὡς κενά τε ἀγγείλαντα] MS. unus ἀπαγγείλαντα. Optimus vero, κενά οἱ ἀγγ. quod denuo est oportunissimum.

51 Καὶ ἀπήνας] Hæc ab Optimo absunt, quas tamen aperte mox fatetur illis adfuisse. Mox idem cum aliis κομόωντες.

52 Φράσωμεν ὦν αὐτοῖς] In nullo scripto legitur illud ὦν. Deinde Opt. ταύτῃ ἐλαύνουσιν.

53 Οὗτος ἰδὲ ἐγώ εἰμι Νέαρχος] Eleganter ab Opt. libro abest vox εἰμί. Libro IV. περιιόντα Ἀλέξανδρον γνῶναι Κλεῖτον ἀνακαλοῦντα, καὶ φάναι, ὅτι οὗτός σοι ἐγὼ ὁ Κλεῖτος, ὦ Ἀλέξανδρε. Apud Lucianum in *dialogis Deorum* p. 169. ait Paridi Venus, αὐτὴ μὲν ἐγὼ πλησίον. Dulcissimus ille Longus lib. II Ποιμήν. πλησίον καθίσας αὐτῶν ὅδε εἰμί, Φιλητᾶς, ὦ παῖδες, ὁ πρεσβύτης ἐγώ. Lib. IV p. 158. ὁ δὲ Λάμων, οὗτοι, εἶπε, σοι δεσπότα τῶν αἰγῶν αἰπόλοι. Simili brevitatis & tanquam certi in loquendo moris elegantia Evangelista Lucas 1, 38 Ἰδοὺ ἡ δούλη κυρίου. 2 Samuel. 15, 15. Ἰδοὺ οἱ παῖδές σου.

54 Ἀναλαβόντες ὦν] Particula ista non agnoscitur à MSS. tribus. In Optimo autem pro ea legitur δὲ. Etiam infra τοῦτο ἰδὼν omnes vetusti sine ὦν. Quæ ipsa etiam interposita rursus infauste videtur paulo infra, ubi verba sunt ἔτι μᾶλλον ἐδάκρυεν Ἀλέξανδρος, ubi posterius editi eandem particulam interposuerunt, ἔτι ὦν μᾶλλον, sed ubi sic quoque editio prima cum MS. consentit, & particulam ὦν abolet.

55 Αὐτῶν τούτων] Postrema vox non est in Opt.

Primus sermo Alexandri cum Nearcho, & tandem lætitia.

χίης καὶ πέντε ἄλλοι κομίζοιντο παρά σε[56]· ὑπὲρ δὲ τοῦ στρατοῦ παντὸς οὐδὲν εἶχον ὑποκρίνασθαι. Τοῦτο δὴ ἐκεῖνο συνθεὶς ὁ Ἀλέξανδρος, τοὺς μὲν παραλόγως ἀποσεσῶσθαι, τὴν στρατιὴν δὲ πᾶσαν διεφθάρθαι αὐτῷ, οὐ τοσόνδε τοῦ Νεάρχου τε καὶ τοῦ Ἀρχίου τῇ σωτηρίῃ ἔχαιρεν, ὅσον ἐλύπει αὐτὸν ἀπολομένη ἡ στρατιὴ πᾶσα. Οὔπω πάντα ταῦτα εἴρητο, καὶ ὁ Νέαρχός τε καὶ ὁ Ἀρχίης προσήεσαν· τοὺς δὲ μόγις καὶ χαλεπῶς ἐπέγνω Ἀλέξανδρος, ὅτι τε κομόωντας καὶ κακῶς ἐσταλμένους καθεώρα, ταύτῃ μᾶλλόν τι βεβαιότερον αὐτῷ τὸ ἄχος ὑπὲρ τῆς στρατιῆς τῆς ναυτικῆς ἐγίνετο. Ὁ δὲ τὴν δεξιὴν τῷ Νεάρχῳ ἐμβαλὼν καὶ ἀπαγαγὼν μοῦνον αὐτὸν ἀπὸ τῶν ἑταίρων τε καὶ τῶν ὑπασπιστῶν, πολλὸν ἐπὶ χρόνον ἐδάκρυεν· ὀψὲ δὲ ἀνενεγκὼν, Ἀλλὰ ὅτι σύ γε ἡμῖν ἐπανήκεις σῶς (ἔφη) καὶ Ἀρχίης οὗτος, ἔχοι ἂν ἔμοιγε ὡς ἐπὶ συμφορῇ τῇ ἁπάσῃ μετρίως· αἱ δέ τοι νέες καὶ ἡ στρατιὴ κοίῳ τινὶ τρόπῳ διεφθάρησαν; ὁ δὲ ὑπολαβὼν, Ὦ βασιλεῦ (ἔφη) καὶ αἱ νέες τοι σῶαι[57] εἰσὶ, καὶ ὁ στρατός· ἡμεῖς δὲ οὗτοι[58] ἄγγελοι τῆς σωτηρίης αὐτῶν ἥκομεν. Ἔτι ὦν μᾶλλον ἐδάκρυε Ἀλέξανδρος, καθότι ἀνέλπιστός οἱ ἡ σωτηρίη τοῦ στρατοῦ ἐφαίνετο· καὶ ὅπου ὁρμέουσιν αἱ νέες ἐπηρώτα[59]· ὁ δὲ, Αὗται (ἔφη) ἐν τῷ στόματι τοῦ Ἀνάμιδος ποταμοῦ ἀνειρυσμέναι ἐπισκευάζονται. Ἀλέξανδρος δὲ τόν τε Δία τῶν Ἑλλήνων, καὶ τὸν Ἄμμωνα τὸν Λιβύων ἐπώμνυεν, ἦ μὴν μειζόνως ἐπὶ τῇδε τῇ ἀγγελίῃ χαίρειν, ἢ ὅτι τὴν Ἀσίην πᾶσαν ἐκτημένος ἔρχεται· καὶ γὰρ καὶ τὸ ἄχος οἱ ἐπὶ τῇ ἀπωλείῃ τῆς στρατιῆς ἀντίῤῥοπον γενέσθαι τῇ ἄλλῃ πάσῃ εὐτυχίῃ. 36 Ὁ δὲ ὕπαρχος τῆς χώρης, ὅντινα συνειλήφει Ἀλέξανδρος ἐπὶ τῆς ἀγγελίης τῇ ματαιότητι, παρεόντα κατιδὼν[60] τὸν Νέαρχον, πίπτει τε αὐτῷ πρὸς τὰ γόνατα, καὶ, Οὗτός τοι (ἔφη) ἐγώ εἰμι, ὃς ἀπήγγειλα Ἀλεξάνδρῳ ὅτι σῶοι ἥκετε· ὁρᾷς ὅπως διάκειμαι. Οὕτω δὴ δεῖται Ἀλεξάνδρου Νέαρχος ἀφεῖναι τὸν ἄνδρα, καὶ ἀφίεται. Ἀλέξανδρος δὲ σωτήρια τοῦ στρατοῦ ἔθυε Διῒ Σωτῆρι, καὶ Ἡρακλεῖ, Ἀπόλλωνι Ἀλεξικάκῳ, καὶ Ποσειδῶνί τε, καὶ ὅσοι ἄλλοι θεοὶ θαλάσσιοι· καὶ ἀγῶνα ἐποίεε γυμνικόν τε καὶ μουσικὸν, καὶ πομπὴν ἔπεμπε· καὶ Νέαρχος ἐν πρώτοις ἐπόμπευε, ταινίῃσί τε καὶ ἄνθεσι πρὸς τῆς στρατιῆς βαλλόμενος. Ὡς δὲ ταῦτά οἱ τέλος εἶχε, λέγει πρὸς

adventare: de exercitu verò nihil sese explorati quod nuntiet habere. Ex hoc ipso nuntio colligebat Alexander, Nearchum quidem & Archiam præter opinionem & fortuito servatos esse, exercitum vero universum periisse. neque tantum gaudii ex Nearchi & Archiæ salute percepit, quantum ex amissa classe mœroris. Necdum hic sermo desierat, quum Nearchus & Archias adveniunt, quos Alexander difficulter admodum agnoscere potuit, quod ita hirsutos & squalidos maleque habitos cerneret: tantoque magis ejus dolor ob amissum exercitum navalem confirmabatur. Injectâ tamen Nearcho dextrâ, eoque seorsum ab amicis & scutatis abducto, multo tempore collacrymatus est. Tandem repressis lacrymis, Enimvero quod tu, inquit, Nearche & Archias sospites ac salvi redieritis, moderatius universæ classis jacturam fero: at vero naves & exercitus quonam pacto perierunt? „Tum Nearchus regis sermonem excipiens, „Salvæ sunt (inquit) tibi rex & naves & „exercitus: nos vero hujus salutis nuntii „venimus. tum uberiores Alexandro lacrymæ manarunt, quod præter omnem exspectationem ei exercitus salvus esset: simulque ubi portum ceperint rogat. Nearchus eas ad fauces Anamidis fluvii consistere ait, atque in terram subductas refici. Post hæc Alexander per Jovem Græcorum & Hammonem Libycum jurans affirmavit, gratius sibi jucundiusque id nuntii accidisse, quam quod universam Asiam subjugasset: dolorem enim ob amissum exercitum, universæ felicitati suæ parem fuisse. Præses vero provinciæ, quem ob nuntii vanitatem comprehendi jusserat, Nearchum præsentem conspicatus, ei ad genua provolutus, Ego, inquit, is sum qui Alexandro nuntiavi vos salvos rediisse. vides quo pacto exceptus sim. Tum rogatu Nearchi Alexander eum dimitti jubet. Alexander ob servatum exercitum, Jovi Servatori, atque Herculi, & Apollini Alexicaco, *sive infortuniorum propulsatori*, & Neptuno, aliisque diis marinis sacrum fecit, Ludos etiam gymnicos & musicos edidit, pompamque induxit: pompæ dux Nearchus erat, sertis ac floribus ab omni exercitu petitus. His rebus peractis Alexander

56 Κομίζοιντο παρά σε] MS. Opt. παρά σοι.

57 Νέες τοι σῶαι] Ita habet turba gregalium inter scriptos codicum. Et quis non pro bono accipiat legatque? præsertim quum etiam paulo ante dicat ἵνα σῶοι σῶς, prout legi in MSS. omnibus testor, quos vidi, idque exhibet editio utraque ante Vulcanianam, quæ nescio unde prima adsciverit illud σῶς in ea sola conspiciendum. In hoc loco nihilominus ab solo isto Optimo mutuor νέες τοι σῶαι, haud dubie plurale vocis σῶς. Unde si mutatio induci debet, hæc omnino tolerari debet, eo notabilior, quo rarior usurpatio illius pluralis exstat, quæ quidem tanta, ut fere ejus notitia nulla sit: unde videtur ab auctore provenisse, non librario.

58 Ἡμεῖς δὲ οὗτοι] Αὐτοὶ MS.

59 Ἐπηρώτα] Omnes ἠρώτα.

60 Παρεόντα κατιδὼν] Vox prior in Optimo non est. Et paulo ante idem καὶ γὰρ τὸ ἄχος &c.

πρὸς Νέαρχον, Ἐγώ σε, ὦ Νέαρχε, οὐκέτι θέλω τὸ πρόσω οὔτ' ὦν κινδυνεύειν, οὔτ' ἂν ταλαιπωρέεσθαι[61]· ἀλλὰ ἄλλος γὰρ τοῦ ναυτικοῦ ἐξηγήσεται τὸ ἀπὸ τοῦδε, ἔστε καταστῆσαι αὐτὸ ἐς Σοῦσα. Νέαρχος δὲ ὑπολαβὼν λέγει, Ὦ βασιλεῦ, ἐγὼ μέν τοι πάντα πείθεσθαι ἐθέλω τε καὶ ἀναγκαίη μοί ἐστιν· ἀλλὰ εἰ δή τι καὶ σὺ ἐμοὶ χαρίζεσθαι ἐθέλοις, μὴ ποιήσῃς ὧδε· ἀλλά με ἔασον ἐξηγήσασθαι ἐς ἅπαν τοῦ στρατοῦ[62], ἔστε σοι σώας καταστήσω ἐς Σοῦσα τὰς νέας· μηδὲ τὰ μὲν χαλεπὰ τε καὶ ἄπορα ἐμοὶ ἐπιτετραμμένα ἐκ σοῦ ἔστω· τὰ δὲ εὐπετέα τε καὶ κλέους ἤδη ἑτοίμου ἐχόμενα, ταῦτα δὲ ἀφαιρεθέντα, ἄλλῳ ἐς χεῖρας διδόσθω. Ἔτι λέγοντα παύει αὐτὸν Ἀλέξανδρος, καὶ χάριν προσωμολόγει εἰδέναι· οὕτω δὴ καταπέμπει αὐτὸν, στρατιὴν δοὺς ἐς παραπομπὴν, ὡς διὰ φιλίας ἰόντι, ὀλίγην. Τῷ δὲ, οὐδὲ ἡ ὁδὸς ἡ ἐπὶ θάλασσαν ἔξω πόνου ἐγένετο· ἀλλὰ συλλελεγμένοι γὰρ οἱ κύκλῳ βάρβαροι, τὰ ἐρυμνὰ τῆς χώρης τῆς Καρμανίης κατεῖχον, ὅτι καὶ ὁ σατράπης αὐτοῖσι τετελευτήκει[63] κατὰ πρόσταξιν Ἀλεξάνδρου· ὁ δὲ νεωστὶ καθεστηκὼς Τληπόλεμος, οὔπω βέβαιον τὸ κράτος εἶχε. Καὶ δὶς ὦν καὶ τρὶς αὐτῇ ἡμέρῃ ἄλλοισι καὶ ἄλλοισι τῶν βαρβάρων ἐπιφαινομένοισιν ἐς χεῖρας ἤεσαν· καὶ οὕτως οὐδέν τι ἐλινύσαντες, μόλις καὶ χαλεπῶς ἐπὶ θάλασσαν ἀπεσώθησαν[64]. Ἐνταῦθα θύει Νέαρχος Διὶ Σωτῆρι, καὶ ἀγῶνα ποιεῖ γυμνικόν. 37 Ὡς δὲ αὐτῷ τὰ θεῖα ἐν κόσμῳ πεποίητο, οὕτω δὴ ἀνήγοντο. Παραπλώσαντες δὲ νῆσον ἐρήμην τε καὶ τρηχείην, ἐν ἄλλῃ νήσῳ ὁρμίζονται, μεγάλῃ ταύτῃ καὶ οἰκουμένῃ, πλώσαντες σταδίους τριηκοσίους, ἔνθεν περ ὡρμήθησαν. Καὶ ἡ μὲν ἐρήμη νῆσος, Ὀργάνα ἐκαλέετο· ἐς ἣν δὲ ὡρμήθησαν, Ὀάρακτα· ἄμπελοί τε ἐν αὐτῇ ἐπεφύκεσαν, καὶ φοίνικες, καὶ σιτοφόρος· τὸ δὲ μῆκος ἦν τῆς νήσου, στάδιοι ὀκτακόσιοι. Καὶ ὁ ὕπαρχος τῆς νήσου Μαζήνης συνέπλει αὐτοῖσι μέχρι Σούσων, ἐθελοντὴς ἡγεμὼν τοῦ πλόου. Ἐν ταύτῃ τῇ νήσῳ ἔλεγον καὶ τοῦ πρώτου δυναστεύσαντος τῆς χώρης ταύτης δείκνυσθαι τὸν τάφον· ὄνομα δὲ αὐτῷ Ἐρύθρην εἶναι, ἀπ' ὅτου[65] καὶ τὴν ἐπωνυμίην

der ita Nearchum alloquitur, „Ego te, „Nearche, nulla posthac pericula aut labo„res adire volo. Sed alius classi præfectus „eam in Susa ducet. Nearchus regis ser„monem excipiens, Equidem, ô rex (in„quit) tibi per omnia morem gerere & cu„pio, & debeo. Cæterum siquâ in re mihi „gratificari volueris, hoc ne feceris: quin „potius me universo exercitui præfectum „esse patiare, donec tibi naves salvas in „Susa perduxerim; neve quum res arduæ „atque difficiles mihi abs te commissæ fue„rint, faciles, quarum gloria jam in „promptu est, aliis in manus dederis. Adhuc loquentem sedat Alexander, gratiam se illi habere professus: atque ita eum dimittit, exiguo exercitu comitatum, quippe cui per amicam regionem eundum esset. Cæterum neque ipsa ad mare profectio Nearcho expers laboris fuit. Collecti enim undequaque barbari tuta munitaque Carmaniæ loca occupârant. Nam satrapa eorum jussu Alexandri interfectus fuerat. Tlepolemus autem qui recens satrapatum inierat, nondum firmum imperium nactus erat. Bis itaque ac ter uno atque eodem die diversis in eum barbaris irruentibus pugnandum fuit. Atque ita nihil morantes ægre tandem ac difficulter ad mare salvi pervenerunt. Ibi Nearchus Jovi Servatori sacrum facit, gymnicosque ludos edidit. Rebus itaque 37 divinis rite peractis, oram solvit: hinc insulam desertam atque asperam prætervecti, ad aliam insulam grandem atque habitatam, appellunt, CCC stadia emensi ab loco, unde digressi erant. Deserta illa insula, Organa vocabatur: ubi vero constiterunt, Oaracta. Erat hæc vitium, palmarum, & frumenti ferax. Longitudo insulæ DCCC stadia efficiebat. Præses ejus loci Mazenes, suâ sponte se Nearcho & comitem & ducem navigationis Susa usque adjunxit. In hac insulâ ajebant sepulcrum ejus extare qui primus imperium regionis tenuisset, nomenque ei fuisse Erythræ. atque inde mare illud Ery-

61 Οὔτ' ἂν ταλαιπωρέεσθαι] Non tantum MS. Opt. sed & alii omnes ὅτε ταλ. & sane sufficit mediam voculam semel adesse. Paulo ante etiam codex idem ἐς πρόσω.

62 Ἀλλά με ἔασον ἐξηγήσασθαι ἐς ἅπαν τοῦ στρατοῦ] *Me universo exercitui præfectum esse patiare.* Hoc si ita est, plus nimio petit Nearchus, ut tot alios insignes duces sub se videat. Sed interpretis est, & fortasse voluit *universæ expeditioni* nimirum maritimæ. Tantum enim vult continuari in præfectura classis, ac pro στρατοῦ forsan etiam στόλου scripsit auctor. Ἐς ἅπαν frequenter de tempore VII, 27 ὅτι ἐβούλετο ἄρα δόξας αὐτὸ τὸ ἐς ἅπαν.

63 Σατράπης αὐτοῖσι τετελευτήκει] Arrianum hic arcessit nuperus editor inconvenientiæ in narrando. Hoc non à se & sua sagacitate habet; sed adsumsit, unde pleraque ista, ab Freinshemio in notis ad Curtium 9, 10, 11. Verum hallucinatur uterque. Non enim Arriani crimen illud est, sed partim ipsorum inertia, partim interpretum, qui male eum jussu Alexandri interfectum ajunt; quum tantummodo finisse eum curam muneris sui jussu Alexandri dicat. Sic enim sæpe τελευτᾶν apud auctores. Ipse Arrianus III, 2 ὡς τελευτῶν πρὸς τὸ ἀμφ' αὐτὸν ἐς τὰ ἔσχατα προδοθείς. Nec hoc est, *interfectus.* Rursum VI, 26. οἱ ἐγχώριοι τὸ ὕδωρ τελευτῶντες οὐκ ἔτι μεμενηκέναι ἔφασκον τὸ ὕδωρ.

64 Ἐπὶ θάλασσαν ἀπεσώθησαν] MS. Opt. simpliciter ἐσώθησαν, qui & statim παραπλώσαντες ἐν νήσον.

65 Ἀπ' ὅτου] Editio Veneta ἀφ' ὅτου. Opt. ἀπὸ τούτου, & Sta-

μὴν τῇ θαλάσσῃ ταύτῃ εἶναι, Ἐρυθρὴν καλέεσθαι. Ἐνθένδε ἐκ τῆς νήσου ἄραντες ἔπλεον· καὶ τὴν νῆσον αὐτῆς παραπλώσαντες ὅσον διηκοσίους σταδίους, ὁρμίζονται ἐν αὐτῇ αὖθις, καὶ καθορῶσιν ἄλλην νῆσον, ἀπέχουσαν τῆς μεγάλης ταύτης τεσσαράκοντα μάλιστα σταδίους· Ποσειδῶνος ἱρὴ ἐλέγετο εἶναι, καὶ ἄβατος. Ὑπὸ δὲ τὴν ἕω ἀνήγοντο, καὶ καταλαμβάνει αὐτοὺς ἀνάπωτις, οὕτω τι καρτερή, ὥστε τρεῖς τῶν νεῶν ἐποκείλασαι ἐν τῷ ξηρῷ ἐσχέθησαν· αἱ δὲ ἄλλαι, χαλεπῶς διεκπλώουσαι τὰς ῥηχίας, ἐς τὰ βάθεα διεσώθησαν[66]· αἱ δὲ ἐποκείλασαι, τῆς πλημμυρίδος ἐπιγενομένης, αὖθις ἐξέπλωσάν τε καὶ δευτεραῖαι κατήγοντο ἵναπερ ὁ πᾶς στόλος. Ὁρμίζονται δὲ ἐς νῆσον ἄλλην, διέχουσαν τῆς ἠπείρου ὅσον τριηκοσίους σταδίους, πλώσαντες τετρακοσίους. Ἐντεῦθεν ὑπὸ τὴν ἕω ἔπλεον, νῆσον ἐρήμην ἐν ἀριστερᾷ παραμείβοντες (ὄνομα δὲ τῇ νήσῳ Πύλωρα) καὶ ὁρμίζονται πρὸς Σιδωδώνῃ[67], πολιχνίῳ σμικρῷ, καὶ πάντων ἀπόρῳ, ὅτι μὴ ὕδατος καὶ ἰχθύων· ἰχθυοφάγοι γὰρ καὶ οὗτοι ὑπ' ἀναγκαίης ἦσαν, ὅτι πονηρὴν γῆν νέμονται. Ἐνθένδε ὑδρευσάμενοι καταίρουσιν ἐς Ταρσίην ἄκρην, ἀνατείνουσαν ἐς τὸ πέλαγος, πλώσαντες σταδίους τριηκοσίους. Ἔνθεν ἐς Καταίην, νῆσον ἐρήμην, ἀλιτενέα· αὕτη ἱρὴ Ἑρμέω καὶ Ἀφροδίτης ἐλέγετο· στάδιοι δὲ ὁ πλόος τριηκόσιοι· ἐς ταύτην ὅσα ἔτη ἀφίενται ἐκ τῶν περιοίκων πρόβατα καὶ αἶγες, ἱρὰ τῷ Ἑρμῇ καὶ τῇ Ἀφροδίτῃ· καὶ ταῦτα ἀπηγριωμένα ἦν ὁρᾷν ὑπὸ χρόνου τε καὶ ἐρημίης. 38 Μέχρι τοῦδε Καρμανίη· τὰ δὲ ἀπὸ τοῦδε, Πέρσαι ἔχουσι· μῆκος δὲ πλόου παρὰ τὴν Καρμανίην χώρην, στάδιοι τρισχίλιοι καὶ ἑπτακόσιοι· ζώουσι δὲ κατάπερ Πέρσαι, ὅτι καὶ ὅμοροι εἰσὶ Πέρσῃσι· καὶ τὰ ἐς τὸν πόλεμον ὡσαύτως κοσμέονται. Ἐνθένδε ἄραντες ἐκ τῆς νήσου τῆς ἱρῆς παρὰ τὴν Περσίδα ἤδη ἔπλεον· καὶ κατάγονται ἐς Ἴλαν χῶρον, ἵνα λιμὴν πρὸς νήσου σμικρῆς καὶ ἐρήμης γίνεται· οὔνομα τῇ νήσῳ Καΐκανδρος[68]· ὁ δὲ πλόος στάδιοι

Erythræum appellatum. Ex eo loco ad CC stadia Nearchus cum classe profectus, rursus in eadem insulâ portum cepit. Inde aliam insulam prospiciunt, XL circiter stadiis à magnâ illâ distantem, quæ Neptuno sacra & inaccessa esse dicebatur. sub auroram itaque inde solvunt. Cæterum æstus adeo vehemens in mare refusus est, ut tres naves impactæ in vado sicco hæserint, & reliquæ difficulter è rupicosis locis enavigantes in altum evadere potuerint. At vero quæ impactæ erant, accedente rursus æstu, & ipsæ deductæ postero die ad reliquam classem appulerunt. Hinc simul CCCC stadia emensi ad aliam insulam, CCC stadiis à continente distantem, portum ceperunt. Inde sub auroram solventes, insulâ quadam desertâ quæ ad lævam erat, (Pyloræ ei nomen erat) prætеritâ, ad Sidodonem urbem exiguam omniumque rerum inopem, præterquam aquæ & piscium, pervenerunt. Nam & hos quoque ichthyophagos esse, *hoc est ut piscibus vescantur*, necessitas facit. sterilem enim terram incolunt. Aquâ inde tantum sumtâ in Tarsian promontorium longe in mare porrectum deferuntur, CCC stadia emensi. Inde in Catæan insulam desertam ac vadosam. ea Mercurio & Veneri sacra esse dicebatur. navigatio CCC stadiorum fuerat. In hanc insulam singulis annis à finitimis oves & capræ mittuntur, Mercurio & Veneri sacræ. Has temporis longinquitate ac solitudine efferatas videre erat. Ad hunc usque locum Carmania pertinet: citeriora 38 Persæ tenent. Longitudo navigationis ad Carmaniæ oram est stadiorum III M. & DCC. Vivunt Carmani Persarum more. nam & Persis finitimi sunt: eodem etiam armorum & bellandi genere utuntur. Solutâ inde classe, Persidis oram circumvecti, in locum quendam Ilan dictum appulerunt, qui insulæ exiguæ ac desertæ, cui Caïcandrus nomen est, objectus, portum efficit. Navigatio est stadiorum CCCC. Sub auro-

statim ante habebat idem τὰ πρώτως ἀνασείσαντες. Sed & paulo post οὕτω τοι καρτερή, prout etiam in cap. 39 edit. οὕτω τοι ἐς βάθος ἤιεν.

66 Διασώθησαν] Optimus & omnes alii, etiam V. C. apud Vulcanium Διεσώθησαν. ut nequiverim id non restituere, præsertim quum non aliter habeat editio Veneta.

67 Σιδωδώνῃ] Duo Flor. Σιδώνῃ, unus Διδώνῃ ut Veneti & Basileenses, inque exemplari suo adscripsit Vulcanius. Hanc litem alioquin ad perpetuum vexaturam componet unus ille Optimus, in quo Σισιδώνῃ, quod vere Asiaticum. Neque ego moror Ortelium, qui in hoc nomine eundem locum denotari putat, quem Strabo lib. 16 vocat Sidoniorum insulam, quum nec Arrianus quidquam mutiat de insula, & ratio ipsa evincat, quam proxime continentem eos navigasse, & ibidem occupasse stationes.

68 Καΐκανδρος] Opt. Κάκανδρος. Paulo ante repetendum ex MSStis & editione Venet. ac Basil. πρὸς νήσου, ut feci. Vulcaniana & Amstelodamensis habent πρὸ perperam. Cæterum quomodo Vulcanius intellexerit locum Ilan, qui insulæ exiguæ ac desertæ objectus, efficere portum, difficile dictu est, quum Facius longe veracior, *ubi insula brevis apposita portum efficit*. Id certe indicat Arrianus in loco, vel regione, ut supra vocavit Βάδιν χῶρον, (cujus Græcæ vocis interpretationem mox omittit Vulcanius, dum ἐς Ἱερατιν πόλιν ἐς χῶρον οἰκέομενον reddit *ad Hieratin oppidum habitatum*) quem vocat Ilan, ab parva & inculta insula portum confieri, ut solet passim. Sed etiam Optimus statim legit σμικρῆς καὶ ἐρήμου, tum στάδια τετρακόσια, quo genere etiam ediderat paulo ante στάδια τρισχίλια καὶ ἑπτακόσια, quod vulgo efferunt in masculino. Quin & multa illa, quæ mox notabantur ad cognoscenda ἀκρόδρυα summam suam rapuerunt ex Salmasii Plinianis Exercitationibus: ibi videbis citari Epitomatorem Athenæi, ibi locum Theophrasti.

διηκόσιοι. Ὑπὸ δὲ τὴν ἠῶ ἐς ἄλλην νῆσον πλώσαντες ὁρμίζονται οἰκεομένην· ἵνα καὶ μαργαρίτην θηρᾶσθαι λέγει Νέαρχος, κατάπερ ἐν τῇ Ἰνδῶν θαλάσσῃ. ταύτης τῆς νήσου τὴν ἄκρην παραπλώσαντες σταδίους ὡς τεσσαράκοντα, ἐνταῦθα ὁρμίσθησαν. ἐνθένδε πρὸς ὄρεϊ ὁρμίζονται ὑψηλῷ (Ὦχος ὄνομα τῷ ὄρεϊ) ἐν λιμένι εὐόρμῳ· καὶ ἁλιέες αὐτοῦ ᾤκεον. Καὶ ἔνθεν πλώσαντες σταδίους τετρακοσίους καὶ πεντήκοντα, ὁρμίζονται ἐν Ἀποστάνοισι· καὶ πλοῖα πολλὰ αὐτόθι ὥρμεε, κώμη τε ἐπῆν ἀπέχουσα ἀπὸ θαλάσσης σταδίους ἑξήκοντα. Νυκτὸς δὲ ἐπάραντες ἔνθεν, ἐσπλώουσιν ἐς κόλπον συνοικεόμενον πολλῇσι κώμῃσι· στάδιοι δὲ ὁ πλόος τετρακόσιοι· ὁρμίζονται δὲ πρὸς ὑπωρείην· ταύτῃ φοίνικές τε πολλοὶ ἐπεφύκεσαν, καὶ ὅσα ἄλλα ἀκρόδρυα ἐν τῇ Ἑλλάδι γῇ φύεται. Ἔνθεν ἄραντες ἐς Γώγανα παραπλέουσι, σταδίους μάλιστα ἑξακοσίους[69], ἐς χῶρον οἰκεόμενον· ὁρμίζονται δὲ τοῦ ποταμοῦ τοῦ χειμάρρου (ὄνομα δὲ οἱ Ἀρεών) ἐν τῇσιν ἐκβολῇσιν· ἐνταῦθα χαλεπῶς ὁρμίζονται· στεινὸς γὰρ ἦν ὁ ἔσπλους κατὰ τὸ στόμα, ὅτι βράχεα τὰ κύκλῳ αὐτοῦ ἡ ἀνάπωτις ἐποίεε. Καὶ ἔνθεν αὖ ἐν στόματι ἄλλου ποταμοῦ ὁρμίζονται, διεκπλώσαντες σταδίους ὀκτακοσίους· Σιτακὸς ὄνομα τῷ ποταμῷ ἦν· οὐδὲ ἐν τούτῳ εὐμαρέως ὁρμίζονται· καὶ ὁ πλόος ἅπας οὗτος ὁ παρὰ τὴν Περσίδα, βράχεα τε ἦσαν, καὶ ῥηχίαι καὶ τενάγεα. Ἐνταῦθα σῖτον καταλαμβάνουσι πολλόν, ξυγκεκομισμένον κατὰ πρόσταξιν βασιλέος, ὡς σφίσιν εἶναι ἐπισιτίσασθαι· ἐνταῦθα ἔμειναν ἡμέρας τὰς πάσας μίαν καὶ εἴκοσι, καὶ τὰς νέας ἀνειρυσάμενοι, ὅσαι μὲν πεπονήκεσαν, ἐπεσκεύαζον· τὰς δὲ ἄλλας ἐθεράπευον. **39** Ἐνθένδε ὁρμηθέντες, εἰς Ἱέρατιν πόλιν ἀφίκοντο, ἐς χῶρον οἰκεόμενον· ἑπτακόσιοι καὶ πεντήκοντα στάδιοι ὁ πλόος· ὁρμίσθησαν δὲ ἐν διώρυχι ἀπὸ τοῦ ποταμοῦ ἐμβεβλημένῃ ἐς θάλασσαν, ᾗ ὄνομα ἦν Ἡρατέμις[70]. Ἅμα δὲ ἡλίῳ ἀνίσχοντι παραπλέουσι ἐς ποταμὸν χειμάρρουν, ὄνομα Πάδαργον[71]· ὁ δὲ χῶρος χερρόνησος ἅπας· καὶ ἐν αὐτῷ κῆποί τε πολλοί, καὶ ἀκρόδρυα παντοῖα ἐφύετο· ὄνομα τῷ χώρῳ Μεσαμβρίη. Ἐκ Μεσαμβρίης δὲ ὁρμηθέντες, καὶ διεκπλώσαντες σταδίους μάλιστα ἐς διηκοσίους, ἐς Ταόκην ὁρμίζονται ἐπὶ ποταμῷ Γράνιδι· καὶ ἀπὸ τούτου ἐς τὸ ἄνω[72] Περ-

auroram in aliam insulam habitatam delati sunt, in quâ perinde atque in mari Indico margaritam capi Nearchus scribit. Hujus insulæ promontorio prænavigato, stadia XL emensi, ibi constiterunt. Inde ad montem excelsum, Ochum dictum, appulerunt: portumque à ventis tutum, & piscatores ea loca habitantes repererunt. Inde rursum solventes, CCCCL stadiis peractis, ad Apostanos appulerunt. Complura ibi navigia in statione erant: & pagus adjacebat LX stadiis à mari remotus. Hinc, repetitâ per noctem navigatione, in sinum quendam frequentibus pagis celebrem delati sunt, CCCC stadia emensi: ibi classe ad radicem montis collocatâ, substiterunt. Loca illa palmas aliasque pomiferas arbores quotquot in Græciâ nascuntur ferebant. Inde solventes, in Gogana, regionem habitatam, DC circiter stadia emensi, navigant; classemque ad fauces fluvii cujusdam qui torrens erat (Areon ei erat nomen) collocavit, idque iniquo satis loco: quod aditus faucium angustus esset, ob vada quæ æstus marini recessus in orbem fecerat. Inde rursus ad alterius fluminis, cui Sitaco nomen est, fauces appulerunt, DCCC stadia emensi. sed ne ibi quidem commodam stationem nacti sunt: universa hæc ad Persidis oram navigatio plurima vadosa & petricosa palustriaque loca habet. Eo loci Nearchus multum frumenti quod rex ad frumentandum exercitum convehi curârat, accepit. Ibi XXI dies in universum commorati, naves quæ salo quassatæ erant in terram subductas refecerunt; alias autem curando renovarunt. **39** Inde rursum oram solventes ad Hieratin oppidum habitatum, DCCL stadia emensi, appulsi sunt, classemque in fossâ ex flumine illac in mare deducta, cui nomen Heratemis erat, collocarunt. Postero die sub auroram ad torrentem amnem, Padargum nomine, appellunt. Totus is tractus peninsula est. in eo hortos quamplurimos arboresque pomiferas omnis generis repererunt. Nomen illi tractui est Mesambria. Ex Mesambriâ digressi, & stadia circiter CC emensi in Taocen ad Granidem fluvium pervenerunt. Ab hujus fluminis ostio CC fere intror-

69 Σταδίους μάλιστα ἑξακοσίους] Optimus σταδ. μάλιστα ἐς ἑξακοσίους, vane omissa particula, quoniam mox videbant eandem iterari. Quin & mox idem cum reliquis omnibus & editione Veneta pariter & Basileensi ὄνομα δὲ Ἀρεών. non δὲ οἱ Ἀρεών.

70 Ἡ ὄνομα ἦν Ἡρατέμις] Non capio, cum Vulcanius illa verterit *in alveo fluminis Heratemis*. Facius ambigue *ad rivum à flumine, cui nomen erat Heratemis*. Utique dicit Arrianus nomen fossæ fuisse Heratemin, non flumini. Et fossas illic fuisse alio nomine, quam est flumen, apparet vel ex fossa inter Euphraten & Tigrin. Sic fossa Mariana ex Rhodano erat deducta in mare.

71 Πάδαργον] Optimus, & unus habet πάδαργον.

72 Ἐς τὰ ἄνω] MSS. omnes ἐς τὸ ἄνω, ut est & in Veneta editione, quod vanissime mutari incepit à Basileensi. Deinde etiam itidem ἐν τῇ ἔσω θαλάσσῃ, non ἴσω, quod quum primum apparuerit in editione Vulcanii, nescio ab

Περσέων βασίλεια ἦν, ἀπέχοντα τοῦ ποταμοῦ τῆς ἐκβολῆς σταδίους ἐς διηκοσίους. Κατὰ τοῦτον τὸν παράπλουν λέγει Νέαρχος ὀφθῆναι κῆτος ἐκβεβλημένον εἰς τὴν ἠϊόνα· καὶ τοῦτο προσπλώσαντας τινὰς τῶν ναυτέων ἐκμετρῆσαι, καὶ φάναι εἶναι πηχέων πεντήκοντα· δέρμα δὲ αὐτῷ εἶναι φολιδωτὸν, οὕτω τι ἐς βάθος ἧκον, ὡς καὶ ἐπὶ πῆχυν ἐπέχειν· ὄστρειά τε καὶ λοπάδας καὶ φυκία πολλὰ ἔχειν ἐπιπεφυκότα· καὶ δελφῖνας λέγει ὅτι καθορᾶν ἦν πολλοὺς ἀμφὶ τῷ κήτει, καὶ τοὺς δελφῖνας τῶν ἐν τῇ ἔσω θαλάσσῃ μέζονας. Ἔνθεν δὲ ὁρμηθέντες, κατάγονται ἐς Ῥώγονιν[73] ποταμὸν χειμάῤῥουν, ἐν λιμένι εὐόρμῳ· μῆκος τοῦ παράπλου στάδιοι διηκόσιοι. Ἐνθένδε τετρακοσίους σταδίους διεκπλώσαντες, αὐλίζονται ἐν ποταμῷ χειμάῤῥῳ· Βρίζανα τῷ ποταμῷ ὄνομα· ἐνταῦθα χαλεπῶς ὡρμίσαντο, ὅτι ῥηχίη ἦν, καὶ βράχεα, καὶ χοιράδες ἐκ τοῦ πόντου ἀνεῖχον· ἀλλ' ὅτε ἡ πλημμύρα ἐπῄει, τότε ὡρμίσαντο· ὑπονοστήσαντος δὲ τοῦ ὕδατος, ἐπὶ ξηροῦ ὑπελείφθησαν αἱ νῆες· ἐπεὶ δὲ ἡ πλημμυρὶς ἐν τάξει ἀμείβουσα ἐπῆλθε, τότε δὴ ἐκπλώσαντες ὁρμίζονται ἐπὶ ποταμῷ· ὄνομα δὲ τῷ ποταμῷ Ἄροσις[74], μέγιστος τῶν ποταμῶν, ὡς λέγει Νέαρχος, ὅσοι ἐν τῷ παράπλῳ τῷδε ἐμβάλλουσιν ἐς τὸν ἔξω πόντον. Μέχρι τοῦδε Πέρσαι οἰκέουσι· τὰ δὲ ἀπὸ τούτων, Σούσιοι. Σουσίων δὲ ἔθνος αὐτόνομον κατύπερθε προσοικέει· Οὔξιοι καλοῦνται[75]· ὑπὲρ ὅτου λέλεκταί μοι ἐν τῇ ἄλλῃ ξυγγραφῇ, ὅτι λῃσταί εἰσι. Μῆκος τοῦ παράπλου τῆς Περσίδος χώρης, στάδιοι τετρακόσιοι καὶ τετρακισχίλιοι[76]. Τὴν δὲ Περσίδα γῆν, τριχῇ νενεμῆσθαι τῶν ὡρέων, λόγος κατέχει. Τὸ μὲν αὐτῆς πρὸς τῇ ἐρυθρῇ θαλάσσῃ οἰκεόμενον, ἀμμῶδές τε εἶναι καὶ ἄκαρπον ὑπὸ καύματος· τὸ δὲ ἐπέκεινα πρὸς ἄρκτον τε καὶ Βορέην ἄνεμον ἰόντων, καλῶς κεκρᾶσθαι τῶν ὡρέων· καὶ τὴν χώρην ποιώδεά τε εἶναι, καὶ λειμῶνας ὑδρηλοὺς καὶ ἄμπελον πολλὴν φέρειν, καὶ ὅσοι ἄλλοι καρποὶ, πλὴν ἐλαίης· παραδείσοισί τε παντοίοισι τεθηλέναι, καὶ ποταμοῖσι καθαροῖσι διαῤῥέεσθαι, καὶ λίμνῃσι, καὶ ὄρνισιν ὁκόσοισιν ἀμφὶ ποταμούς τε καὶ λίμνας ἐστὶ τὰ

trorsum stadia Persarum regia est. In hac navigatione Nearchus balænam abs se visam esse scribit, quæ in littus ejecta erat: nautasque nonnullos istuc adnavigantes, eam mensos, retulisse quinquaginta cubitorum esse. pellem ejus squamosam cubiti unius crassitudine fuisse; multa etiam ostrea & lopades, multamque algam annatam ei fuisse: delphines quoque circa belluam visos multos, majores quam internum mare fert. Inde profecti ad Rogonim fluvium torrentem, in tutum portum se recipiunt, cc stadia emensi. Ab hoc flumine cccc stadia progressi ad alium similem amnem, Brizana dictum, devenerunt. Ibi difficili statione sunt usi, quod rupes & frequentia vada & scopuli ad mare essent. Accedente itaque æstu portum ceperunt: recedente, in vado hærebant. Mox reciprocante æstu enavigantes, ad Arosin fluvium constiterunt. Maximum hunc fluvium Nearchus esse scribit omnium, qui per hanc navigationem in exterius mare influunt. Ad hunc amnem usque Persæ habitant: ulterius Susii incolunt. Horum gens quædam libera, Uxii dicti, ulteriora loca tenent: quos in superiori opere latrocinia exercere diximus. Universa Persidis ora stadia IIII M, CCCC efficit. Porro totius Persicæ regionis temperaturam tripliciter dividi fama est. Nam quæ pars ejus ad mare rubrum sita est, arenosam ac sterilem ob æstum esse. Quæ vero omnino ad septentrionem & borealem plagam jacet, constitutionem cæli temperatam habere, regionemque ipsam herbosam, multa irrigua prata, multasque vites habere, atque adeo omne genus fructuum, exceptâ oleâ. Hortis enim amœnissimis florere, fluviisque & lacubus limpidissimis irrigari, omnique genere avium quæ circa flumina aut lacus versari solent, abundare: equis

ab hoc an ab Stephano subjectum debui eadem facilitate rejicere ut vitiosissimum, qua illi inseruerunt prorsus immeditate.

73 Ῥώγονιν] Quia nihil præterire placet, significo in MS. Optimo scribi Ῥώγωνιν.

74 Ἄροσις] Ita sane venditat Salmasius Arrianum vocavisse, quia nempe libros scriptos non consuluerat. Nam certe in uno legi Ἄρως, sed suppeditabat Optimus Ἄρως.

75 *Σουσίων δὲ ἔθνος αὐτόνομον κατύπερθε προσοικέει. Οὔξιοι καλοῦνται*] *Horum gens quædam libera, Uxii dicti, ulteriora loca tenent.* Tanquam Uxii essent pars Susiorum. At non id vult Arrianus, qui se magis pagina sequente aperit ita: Σουσίοις δὲ πρόσοικοι ὅτι εἰσὶν Οὔξιοι, λέλεκταί μοι. Plane ex libro III constat duas Uxiorum gentes fuisse; eam quæ planiciem habitabat, Persis paruisse: alteram montanam, eamque, αὐτόνομον: tantumque abest, ut gens Susiorum fuerint, ut hi Alexandro viam monstrarint Uxios aggressuro. Facius idcirco interpretabatur, & quidem commodius; *Qui supra eos in mediterraneis habitant, Uxii vocantur.* Sed & legebam in Optimo MS. Σουσίων δὲ ἄλλο γένος αὐτόνομον. Eandem vocem sic adhibuit cap. 7. οὐδὲ πολλοστὸν μέρος τῆς Ἰνδῶν γῆς ἐπελθεῖν, οὐδὲ ἐπιμιξίας πᾶσι τοῖς γένεσιν εἶναι ἐς ἀλλήλους. Et cap. 25. τί ἀνύσειε καὶ τὰ ἐπίκαιρα τοῦ Ὑφάσιος γίνοιτο προσθεῖναι τῇ ἀρχῇ. Ut scias ipsam Arriani manum tibi ab Optimo MS. proponi.

76 Τετρακόσιοι καὶ τετρακισχίλιοι] Non aliter existit in MSS. libris, quos versavi, ut nihil in dubium vocare queam. Sed Vulcanius adscripsit exemplari suo τριχίλιοι, & mox καὶ τὸ μὲν αὐτῆς, quum nec copulativa ista uspiam mihi obvenerit.

τὰ ἔθνεα· ἵπποισί τε ἀγαθὴν[77] εἶναι καὶ τοῖσιν ἄλλοισιν ὑποζυγίοισι νέμεσθαι, καὶ ὑλώδεά τε πολλαχῇ καὶ πολύθηρον· τὴν δὲ πρόσω ἔτι ἐπ᾽ ἄρκτον ἰόντων, χειμερίην τε καὶ νιφετώδεα· ὥστε πρέσβεις τινὰς ἐκ τοῦ Εὐξείνου πόντου λέγει Νέαρχος κάρτα ὀλίγην ὁδὸν διελθόντας, ἐντυχεῖν κατ᾽ ὁδὸν ἰόντι τὴν Περσίδα· καὶ θῶυμα γενέσθαι Ἀλεξάνδρῳ, καὶ εἰπεῖν Ἀλεξάνδρῳ τῆς ὁδοῦ τὴν βραχύτητα. Σουσίοις δὲ πρόσοικοι ὅτι εἰσὶν οἱ Οὔξιοι, λέλεκταί μοι· κατάπερ Μάρδοι μὲν Πέρσῃσι προσεχέες[78] οἰκέουσι, λῃσταὶ καὶ οὗτοι· Κοσσαῖοι δὲ, Μήδοισι. Καὶ ταῦτα πάντα τὰ ἔθνεα ἡμέρωσεν Ἀλέξανδρος, χειμῶνος ὥρῃ ἐπιπεσὼν αὐτοῖσιν, ὅτε ἄβατον σφῶν τὴν χώρην ᾔεσαν· καὶ πόλιας ἐπέκτισε, τοῦ μὴ νομάδας ἔτι εἶναι, ἀλλὰ ἀροτῆρας καὶ γῆς ἐργάτας, καὶ ἔχειν ὑπὲρ ὅτων δειμαίνοντες, μὴ κακὰ ἀλλήλους ἐργάσωνται. Ἐνθένδε τὴν Σουσίων γῆν παρήμειβε καὶ ὁ στρατός[79]. Καὶ ταῦτα οὐκέτι ὡσαύτως καὶ ἀτρεκέως λέγει Νέαρχος ὅτι ἐσὶν οἱ φράσαι, πλήν γε δὴ τοὺς ὅρμους τε καὶ τὸ μῆκος τοῦ πλόου· τὴν χώρην τε γὰρ τεναγώδεά τε εἶναι τὴν πολλὴν, καὶ ῥηχίῃσιν ἐπὶ μέγα ἐς τὸν πόντον ἐσέχουσαν[80]· καὶ ταύτην σφαλερὴν ἐγκαθορμίζεσθαι πελαγίοισιν, ὥστε σφίσι[81] τὴν κομιδὴν τὸ πολὺ γίνεσθαι· ὁρμηθῆναι μὲν δὴ ἐκ τοῦ ποταμοῦ τῶν ἐκβολέων, ἵνα περ ηὐλίσθησαν, ἐπὶ τοῖσιν οὔροισι τῆς Περσίδος· ὕδωρ δὲ ἐμβάλλεσθαι πέντε ἡμερέων. Οὐκ ἔφασκον

41 γὰρ εἶναι ὕδωρ οἱ καθηγεμόνες τοῦ πλόου. Σταδίους δὲ πεντακοσίους κομισθέντες, ὁρμίζονται ἐπὶ στόματι λίμνης ἰχθυώδεος, ᾗ οὔνομα Καταδέρβις· καὶ νησὶς ἐπῆν τῷ στόματι Μαργάστανα τῇ νησῖδι οὔνομα. Ἐνθένδε ἐπὶ τὴν ἕω[82] ἐκπλώσαντες, κατὰ βράχεα ἐκομίζοντο ἐπὶ μιῆς νεώς· πασσάλοισι δὲ ἔνθεν καὶ ἔνθεν πεπηγόσιν

equis etiam aliisque jumentis pascendis idoneam esse, sylvosam præterea esse, venatuique aptissimam. Eam autem quæ adhuc magis in septentrionem vergit, frigidam ac nivalem esse: Nearchus legatos quosdam ab Euxino ponto, brevissimo itinere profectos, Alexandro Persidem transeunti obviam venisse scribit. Idque Alexandro permirum visum fuisse, brevitate viæ ex ipsis cognitâ. Quod vero Susiis finitimi sint Uxii, antea à nobis dictum est. quemadmodum & Mardi (latrones etiam ipsi) Persas, Cossæi Medos accolunt. Quas quidem gentes omnes Alexander domuit. hyeme eas adortus, quando regionem suam adiri nullà ratione posse putabant. Urbes quoque iis condidit, ne jam amplius vagarentur, sed aratores agricolæque essent, utque quum pro quibus metuerent haberent, ab injuriâ ac vi alter alteri inferendâ abstinerent. Inde Susiorum regionem prætervectus est exercitus. Ab hoc loco Nearchus se non ita certa narrare posse scribit, præterquam portus, & longitudinem navigationis. Omnem enim illum maris tractum longe lateque vadosum ac scopulosum esse: neque citra periculum portum è mari capi posse. Idcirco hanc præcipuam eorum curam fuisse, ut ex faucibus amnis, ubi ad fines Persidis consederant, solverent, & de aquâ in quinque dies classi prospicerent. Duces enim navigationis monuerant, aquam in iis partibus non reperiri. Quumque ad quingenta

41 stadia provecti essent, ad fauces piscosi cujusdam lacus, qui Cataderbis dicebatur, constiterunt. Exigua ad hujus lacus fauces insula adjacebat, quam Margastanam vocant. Inde sub auroram solventes, per vada vix unius navis capacia navigârunt. Pali hinc inde fixi vada ostendebant, perinde atque

77 Ἵπποισί τε ἀγαθὴν] Opt. βουσί τε. quod non modo melius convenit cum ὑποζυγίοισι, sed quod Persia dici vix queat equorum ferax, quum hos Media ei suppeditet, ut notum est. Non etiam quasi Arriano harum animantium incurioso, ista scripturæ mutatio potest redargui, quum idem de Aspiorum regione lib. IV. cap. 25. in prælio captas referat, Βοῶν ὑπὲρ τὰς τρεῖς καὶ εἴκοσι μυριάδας, καὶ τούτων τὰς καλλίστας ἐπιλεξάμενον Ἀλέξανδρον, ὅτι διαφέρειν αὐτῷ κάλλει καὶ μεγέθει ἐφαίνοντο, πέμψαι ἐθέλειν ἐς Μακεδονίαν.

78 Πέρσῃσι προσεχέες] MS. Opt. Περσαίοις.

79 Παρήμειβε καὶ ὁ στρατός] MSSti omnes παρήμειβεν ὁ στρατός. Longe melius, ex quibus etiam sequente versu deleta copula scribendum est ὡσαύτως ἀτρεκέως, prout etiam notavit Vulcanius voculam καὶ in V. C. deesse. Sed & Optimus statim ὅτι ἔχοι οἱ ἐκφράσαι. Egregie.

80 Ἐς τὸν πόντον ἐσέχουσαν] Hoc loco MS. Opt. ἐπέχουσαν. Et sane hoc verbo fruitur in describendis cornubus ac promontoriis in mare prominentibus, quum ἐσέχειν usurpetur de sinu terram intrante.

81 Καὶ ταύτην σφαλερὴν ἐγκαθορμίζεσθαι πελαγίοισιν, ὥστε σφίσιν &c.] Vulcanius: *neque citra periculum portum è mari capi posse. Idcirco hanc præcipuam curam fuisse, ut ex faucibus* &c. Mirifice expositus locus. Quæ enim ista ratio? quia portus difficulter alicubi è mari potest capi, idcirco præcipua cura fuit, ut solverent ex faucibus amnis? Præclara vero. Nam Facius audientia indignus, dum vertit solummodo, *eandem esse navigantibus periculosam atque incommodam.* Vocula ὥστε nihil habet quod illam tueri queat; neque unquam dubitavi, quin ea mendose posita esset pro ὡς, quod passim in hoc libello exstat, sæpiusque corruptum apparuit. Et nunc in MS. Optimo plane legi ὡς diductis literis video. Scribe: ταύτην σφαλερὴν ἐγκαθορμίζεσθαι πελαγίοισιν· ὡς σφίσι τὴν κομιδὴν τὸ πολὺ γίνεσθαι· ὁρμηθῆναι &c. Latina sic concipienda, *& periculosum capiendo portui: Quare ipsis cursum in alto ut plurimum fuisse.* Dehinc id ita factum narrat. Solvisse se igitur ex faucibus fluvii aqua quinque dierum navibus imposita. Sic cap. 43 ὅτε παρέπλωσε ταύτῃ, εἰ μὴ τινὲς γε πελάγιοι κομιζόμενοι. Ubi miserandum in modum vertitur, *nemo ea loca praternavigavit, nisi qui mari eo delati fuerint.* Certe maritima loca nemo prænavigare potest, nisi mari. Id vel stultus norit. Debuerat, *non nisi per altum & medium mare, non juxta littus.* Facius omittit. Sic rursus cap. 43.

82 Ἐνθένδε ἐπὶ τὴν ἕω] Optimus ac duo alii ἐνθένδε δὲ ὑπὸ τὴν ἕω. Nec possum refragari.

γόσιν ἀπεδήλωτο τὰ βράχεα, κατάπερ ἐν τῷ μεσηγὺς Λευκάδος τε νήσου ἰσθμῷ καὶ Ἀκαρνανίης ἀποδέδεικται σημεῖα τοῖσι ναυτιλλομένοισι, τοῦ μὴ ἐποκέλλειν ἐν τοῖσι βράχεσι τὰς νέας· ἀλλὰ τὰ μὲν κατὰ Λευκάδα ψαμμώδεα ὄντα, καὶ τοῖσιν ἐποκείλασι ταχεῖαν τὴν ἀπονόστησιν ἐνδιδοῖ· κεῖθι δὲ πηλός ἐστιν ἐφ' ἑκάτερα τοῦ πλεομένου βαθὺς καὶ ἰλυώδης· ὥστε οὐδεμίη μηχανὴ ἐποκείλασιν ἦν ἀποσωθῆναι. Οἵ τε γὰρ κοντοὶ κατὰ τοῦ πηλοῦ δυνόντες, αὐτοὶ οὐδέν τι ἐπωφέλουν, ἀνθρώπῳ τε ἐκβῆναι τοῦ ἀπῶσαι τὰς νέας[83] ἐς τὰ πλεόμενα, ἄπορον ἐγίνετο· ἔδυνον γὰρ κατὰ τοῦ πηλοῦ ἔστε ἐπὶ τὰ στήθεα. Οὕτω δὴ χαλεπῶς διεκπλώσαντες σταδίους ἑξακοσίους, κατὰ ναῦν ἕκαστοι ὁρμισθέντες, ἐνταῦθα δείπνου ἐμνήσθησαν· τὴν νύκτα δὲ ἤδη κατὰ βάθεα ἔπλεον, καὶ τὴν ἐφεξῆς ἡμέρην ἔστε ἐπὶ βουλυτόν· καὶ ἦλθον σταδίους ἐννακοσίους καὶ καθωρμίσθησαν ἐπὶ τοῦ στόματος[84] τοῦ Εὐφράτου, πρὸς κώμῃ τινὶ τῆς Βαβυλωνίης χώρης· ὄνομα δὲ αὐτῇ Διρίδωτις· ἵνα λιβανωτόν τε ἀπὸ τῆς ἐμπορίης γῆς οἱ ἔμποροι ἀγινέουσι[85], καὶ τὰ ἄλλα ὅσα θυμιήματα ἡ Ἀράβων γῆ φέρει. Ἀπὸ δὲ τοῦ στόματος τοῦ Εὐφράτου ἔστε Βαβυλῶνα[86], πλόον λέγει Νέαρχος σταδίους εἶναι ἐς τρισχιλίους καὶ τριακοσίους. Ἐνταῦθα ἀγγέλλεται Ἀλέξανδρον ἐπὶ Σούσων στέλλεσθαι· ἔνθεν καὶ αὐτοὶ τὸ ὀπίσω ἔπλεον, ὡς κατὰ τὸν Πασιτίγριν ποταμὸν ἀναπλώσαντες, συμμῖξαι Ἀλεξάνδρῳ. Ἔπλεον δὲ τὸ ἔμπαλιν ἐν ἀριστερᾷ τὴν γῆν τὴν Σουσίδα ἔχοντες· καὶ παραπλέουσι λίμνην, ἐς ἣν ὁ Τίγρης ἐσβάλλει ποταμός· ὃς ῥέων ἐξ Ἀρμενίης[87] παρὰ πόλιν Νῖνον, πάλαι ποτὲ μεγάλην καὶ εὐδαίμονα, τὴν μέσην ἑωυτοῦ τε καὶ τοῦ Εὐφράτου ποταμοῦ (ἣν Μεσοποταμίην ἐπὶ τοῖσδε κληΐζεσθαι) ποιεῖ· ἀπὸ δὲ τῆς λίμνης ἐς αὐτὸν τὸν ποταμὸν ἀνάπλους στάδιοι ἑξακόσιοι, ἵνα καὶ κώμη τῆς Σουσίδος, ἣν καλέουσιν Ἄγινιν· αὕτη δὲ ἀπέχει Σούσων σταδίους ἐς πεντακοσίους· μῆκος τοῦ παράπλου τῆς Σουσίων γῆς ἔστε ἐπὶ στόμα τοῦ Πασιτίγριδος ποταμοῦ, στάδιοι δισχίλιοι. Ἐνθένδε κατὰ τὸν Πασιτίγριν ἄνω ἔπλεον[88] διὰ χώρης οἰκουμένης καὶ εὐδαίμονος· ἀναπλώσαντες δὲ σταδίους ἐς πεντήκοντα καὶ ἑκατόν, αὐτοῦ ὁρμί-

atque apud isthmum inter Leucadem insulam atque Acarnaniam signa quædam navigantibus exposita sunt, ne naves in vada impingant. Cæterum vada apud Leucadem sabulosa sunt. quo fit ut naves iis impactæ facile accessu æstus subducantur. Verum hic limus est ab utraque parte profundus & tenax, adeo ut naves impactæ nullo artificio evelli possint. Contis enim in limo subsidentibus nihil proficiebatur. Neque nautæ navibus egredi ad eas vadis evellendas poterant. quod limus vestigiis cedens eos pectore tenus absorberet. Atque ita difficillimâ navigatione per DC stadia usi, ad nullum portum delati in navibus corpora curârunt. Noctu vero per profundum jam navigarunt, totum etiam diem posterum in vesperum usque & DCCCC stadiis confectis, ad Euphratis ostia appulerunt, & ad pagum quendam Babylonicæ regionis, cui Diridotis nomen est, pervenerunt. è quo mercatu thus, aliaque aromata quæ fert Arabia, negotiatores adferunt. Ab ostiis Euphratis Babylonem usque Nearchus stadiorum III M CCC statuit. Eo loci de Alexandri 42 ad Susa profectione nuntium acceperunt. Ipsi etiam inde retrorsum profecti per Pasitigrim fluvium navigarunt, ut dextras cum Alexandro jungerent. Oram relegentes, à lævâ Susios habebant, lacumque prætervehuntur, in quem Tigris fluvius decurrit: qui ex Armeniâ fluens juxta Ninum, magnam olim & opulentam urbem, regionem efficit quæ inter se & Euphratem media est, idcoque Mesopotamia dicitur. A lacu ad ipsum flumen navigatio est stadiorum DC. Ibi & pagus quidam Susiorum est, quem Aginim vocant. Is à Susis distat stadiis quingentis. Susiorum ora usque ad Pasitigris ostium ad II. M stadiorum porrigitur. Inde per Pasitigrim adverso flumine per regionem bene habitatam atque opulentam vecti sunt: confectisque stadiis CL ibi consiste-

83 Τοῦ ἀπῶσαι τὰς νέας] Quis dubitet de hac scriptura, quam adeo leniter ad casum, qui narratur, torquet Vulcanius, persistens in suo *evellere*, quod illi Facius præbuerat in verbis ἀνασπάσαι δῆλοι: & jam ἀνασπάσαι quoque antecessit, ubi Facio placuit, extrahere. Credas tamen verbum hoc nimis γενικὸν esse. Quid enim? an hoc remedio utuntur nautæ, ut in vadis sistentem navem evellant? Correctissime unus MS. sed Optimus ἀνῶσαι, hoc est extrudere in partem navigationis capacem. Mox etiam διεκπλώσαντες ἐς σταδίους. Ubi vide, an non ita distingui sermo auctoris debeat: χαλεπῶς διεκπλώσαντες ἐς σταδίους ἑξακοσίους κατὰ ναῦν, ἕκαστοι ὁρμισθέντες ἐνταῦθα δειπ. ἐμν. *difficili navigatione perfecta ad stadia sexcenta per naves singulas* (ut sic angustam modo inter vada observantes viam non plures naves in eodem cursu ad latera procedere permiserint) *singuli illic stationem nacti curam cibandi receperint.*

84 Ἐπὶ τοῦ στόματος] Opt. ἐπὶ τῷ στόματι.

85 Ἵνα λιβανωτόν τε ἀπὸ τῆς ἐμπορίης γῆς οἱ ε. ἀγ.] Hæc Vulcaniana *è quo mercatu thus aliaque negotiatores adferunt*, ab his Facianis *quem quidem in locum negotiatores thura deferunt.* Plane scilicet contraria; & tamen Græcis convenientiora opinor te dicturum, ideoque apposui.

86 Ἔστε Βαβυλῶνα] Opt. ἐς τε ἐς Βαβυλῶνα.

87 Ῥέων ἐξ Ἀρμενίης] Citavi hunc locum ad libri VII capitis 36 similia verba. Sed fateri oportet in Optimo extare nunc Ἀρμενίων. Nec quidquam fatius, quam sequi scriptos olim codices.

88 Ἄνω ἔπλεον] Opt. ἄνω ἀνέπλεον, ut ita neget hoc muta-

ὁρμίζοιτο, προσμένοντες οὕστινας ἐστάλκει Νέαρχος σκεψομένους ἵνα ὁ βασιλεὺς εἴη. Αὐτὸς δὲ ἔθυε θεοῖς τοῖς σωτῆρσι, καὶ ἀγῶνα ἐποίεε, καὶ ἡ στρατιὴ ἡ ναυτικὴ πᾶσα ἐν εὐθυμίῃσιν ἦν. Ὡς δὲ προσάγων ἤδη Ἀλέξανδρος ἠγγέλλετο, ἔπλεον ἤδη αὖθις ἐς τὸ ἄνω κατὰ τὸν ποταμόν· καὶ πρὸς τῇ σχεδίῃ ὁρμίζοντο, ἐφ᾽ ᾗ τὸ στράτευμα διαβιβάσειν ἔμελλεν Ἀλέξανδρος ἐς Σοῦσα. Ἐνταῦθα ἀνεμίχθη ὁ στρατὸς, καὶ θυσίαι πρὸς Ἀλεξάνδρου ἐθύοντο ἐπὶ τῶν νεῶν τε καὶ τῶν ἀνθρώπων τῇ σωτηρίῃ, καὶ ἀγῶνες ἐποιέοντο· καὶ Νέαρχος ὅποι περιφανείη τῆς στρατιῆς, ἄνθεσί τε καὶ ταινίῃσιν ἐβάλλετο· ἔνθα καὶ χρυσῷ στεφάνῳ στεφανοῦνται ἐξ Ἀλεξάνδρου Νέαρχός τε καὶ Λεοννάτος· Νέαρχος μὲν, ἐπὶ τοῦ ναυτικοῦ τῇ σωτηρίῃ· Λεοννάτος δὲ, ἐπὶ τῇ νίκῃ, ἣν Ὠρείτας τε ἐνίκησε καὶ τοὺς Ὠρείταις προσοικέοντας βαρβάρους. Οὕτω μὲν ἀπεσώθη Ἀλεξάνδρῳ ἐκ τοῦ Ἰνδοῦ τῶν
43 ἐκβολέων ὁρμηθεὶς ὁ στρατός. Τὰ δὲ ἐν δεξιᾷ τῆς ἐρυθρῆς θαλάσσης ὑπὲρ τὴν Βαβυλωνίην, Ἀραβίη ἡ πολλή ἐστι, καὶ ταύτης τὰ μὲν κατήκει ἔστε ἐπὶ τὴν θάλασσαν τὴν κατὰ Φοινίκην τε καὶ τὴν Παλαιστίνην Συρίην· πρὸς δυομένου δὲ ἡλίου ὡς ἐπὶ τὴν εἴσω θάλασσαν Αἰγύπτιοι τῇ Ἀραβίῃ ὁμορέουσι. Κατὰ δὲ Αἴγυπτον ἐσέχων ἐκ τῆς μεγάλης θαλάσσης κόλπος, δῆλον ποιέει ὅτι ἕνεκά γε τοῦ σύρρουν εἶναι τῇ ἔξω θάλασσαν, περίπλους ἂν ἦν ἐκ Βαβυλῶνος ἐς τὸν κόλπον τοῦτον ἐσέχοντα ὡς ἐπ᾽ Αἴγυπτον. Ἀλλὰ γὰρ οὔ τις παρέπλωσε ταύτῃ οὐδαμῶς ἀνθρώπων ὑπὸ καύματος καὶ ἐρημίης, εἰ μή τινές γε πελάγιοι κομιζόμενοι. Ἀλλὰ οἱ ἀπ᾽ Αἰγύπτου γὰρ[89] ἐς Σοῦσα ἀποσωθέντες τῆς στρατιῆς τῆς Καμβύσεω, καὶ οἱ παρὰ Πτολεμαίου τοῦ Λάγου παρὰ Σέλευκον τὸν Νικάτορα[90] σταλέντες ἐς Βαβυλῶνα, διὰ τῆς Ἀραβίης χώρης, ἰσθμόν τινα διαπορευθέντες ἐν ἡμέρῃσιν ὀκτὼ ταῖς πάσῃσιν, ἄνυδρον καὶ ἐρήμην χώρην ἐπῆλθον ἐπὶ καμήλων σπουδῇ ἐλαύνοντες, ὕδωρ τέ σφιν ἐπὶ τῶν καμήλων φέροντες, καὶ νυκτοπορέοντες· τὰς γὰρ ἡμέρας ὑπαίθριοι ἀνέχεσθαι διὰ καῦμα ἀδύνατοι ἦσαν. Τοσούτου δεῖ τά γε ἐπέκεινα ταύτης τῆς χώρης (ὅντινα ἰσθμὸν ἀποφαίνομεν) ἐκ τοῦ κόλπου τοῦ Ἀραβίου κατήκοντα ἐς τὴν ἐρυθρὴν θάλασσαν, οἰκεόμενα εἶναι, ὁπότε τὰ πρὸς ἄρκτον μᾶλλον αὐτῶν ἀνέχοντα ἔρημά τέ ἐστι καὶ ψαμμώδεα. Ἀλλὰ γὰρ ἀπὸ
τοῦ

stiterunt, exspectantes reditum eorum quos Nearchus miserat sciscitaturos ubinam locorum rex esset. Ipse diis servatoribus sacrum fecit, ludosque edidit, universo exercitu navali in lætitiam effuso. Postquam vero nuntiatum est Alexandrum appropinquare, rursus adverso flumine nitentes ad pontem recens factum, per quem Alexander exercitum in Susa traducturus erat, consistunt. Eo loci exercitus conjuncti sunt: Alexander pro navibus simul & milite salvis sacrificia fecit, ludosque edidit. Nearchus quoquoversus per castra ibat, floribus ac sertis petebatur. Post hæc Alexander Nearchum & Leonnatum aureis coronis donavit: Nearchum, ob classem servatam: Leonnatum, ob victoriam quam de Oritis aliisque barbaris Oritarum vicinis reportârat. In hunc modum exercitus ab Indi amnis ostiis salvus Alexandro reductus est. Quæ vero ad 43 dextram maris Rubri partem ultra Babyloniam sita est regio, Arabia magnâ ex parte est: atque hujus quidem pars quædam pertinet ad mare Phœnicæ ac Syriæ Palæstinæ; ad occidentem vero, qua interius mare est, Ægyptii Arabiæ contermini sunt. Sinus autem qui ad Ægyptum ex Oceano fertur, manifesto indicat, ratione concursus cum exteriore mari, navigari posse ex Babylone in eum sinum qui ad Ægyptum pertendit. Cæterum nemo mortalium ea loca præternavigavit, propter ardorem solis & solitudines, nisi qui mari eo delati fuerint. Nam qui de exercitu Cambysis ex Ægypto in Susa salvi pervenerunt, quique à Ptolemæo Lagi filio ad Seleucum Nicatorem Babyloniam missi fuerunt, per Arabiam, isthmum quendam transgressi, octo integros dies per regionem desertam & aquarum inopem iter fecerunt: idque camelis celeriter vecti, aquamque super iis portantes, & noctu proficiscentes. Interdiu enim sub dio esse ob ardorem solis nequaquam potuissent: tantum abest ut regio sita ultra isthmum illum, quem diximus, ex sinu Arabico in mare Rubrum pertinens, habitabilis sit: quum ea quæ magis ad septentrionem vergit deserta sit atque arenosa. Cæterum nonnulli ex Arabico sinu

mutari debere, quod habent etiam editiones priores licet mutilæ, idque ipsum notavit ad oram libri sui Vulcanius.

89 Ἀλλὰ οἱ ἀπ᾽ Αἰγύπτου γάρ &c.] Sic quoque priores editi, quum tamen Vulcanius perinde ut Facius interpretari *ex Ægypto* ostendant se legisse ἀπ᾽ Αἰγύπτου, quod Vulcanius *ex V. C.* adscripsit, atque ideo recipiendum censui.

90 Πρὸς Σέλευκον τὸν Νικάτορα] Omnes MSS. παρὰ Σελ. τὸν Νικάτορα, etiam editio Veneta, sed Basileenses male mutasse video, unde restitui. Quin & quod ad primam voculam attinet mordicus servatam in MSS. meminimus jam monuisse de usurpatione iterata ejus præpositionis in diverso sensu, quod hic etiam fit, unde tamen turbati Stephanus aut Vulcanius mutarunt audacter in πρὸς contra veteres libros & editiones Venetam æque ac Basileensem, unde reposui.

τοῦ Ἀραβίου κόλπου τοῦ κατ' Αἴγυπτον ὁρμηθέντες ἄνθρωποι, ἐκπεριπλώσαντες τὴν πολλὴν Ἀραβίην, ἐλθεῖν ἐς τὴν κατὰ Σοῦσά τε καὶ Πέρσας θάλασσαν, ἐς τοσόνδε ἄρα περιπλώσαντες τῆς Ἀραβίης[91], ἐς ὅσον σφίσι τὸ ὕδωρ ἐπήρκεσε τὸ ἐμβληθὲν ἐς τὰς νέας, ἔπειτα ὀπίσω ἀπενόστησαν. Ἐκ Βαβυλῶνός τε οὕστινας ἔστειλεν Ἀλέξανδρος, ὡς ἐπὶ μήκιστον πλέοντας, ἐν δεξιᾷ τῆς ἐρυθρῆς θαλάσσης, γνῶναι τοὺς ταύτῃ χώρους, οὗτοι νήσους μέν τινας κατεσκέψαντο, ἐν τῷ παράπλῳ κειμένας, καί πού τι καὶ τῆς ἠπείρου τῆς Ἀραβίης προσέσχον· τὴν δὲ ἄκρην, ἥντινα καταντικρὺ τῆς Καρμανίης ἀνέχουσαν λέγει φανῆναι σφίσι Νέαρχος, οὐκ ἔστιν ὅστις ὑπερβαλὼν, ἐπικάμψαι ἐς τὸ ἐπὶ θάτερα δυνατὸς ἐγένετο. Δοκέω δὲ ὡς εἴπερ πλωτά τε ἦν καὶ βαδιστὰ ταύτῃ, ὑπ' Ἀλεξάνδρου ἂν τῆς πολυπραγμοσύνης ἐξελήλεγκτο πλωτά τε καὶ βαδιστὰ ἐόντα. Ἄννων δὲ ὁ Λίβυς ἐκ Καρχηδόνος ὁρμηθεὶς, ὑπὲρ μὲν Ἡρακλείας στήλας ἐξέπλωσεν ἔξω ἐς τὸν πόντον, ἐν ἀριστερᾷ τὴν Λιβύην γῆν ἔχων· καὶ ἔστε μὲν πρὸς ἀνίσχοντα ἥλιον ὁ πλόος αὐτῷ ἐγένετο, τὰς πάσας πέντε καὶ τριήκοντα ἡμέρας. Ὡς δὲ δὴ ἐς μεσημβρίην ἐξετράπετο, πολλῇσιν ἀμηχανίῃσιν ἐνετύγχανεν, ὕδατός τε ἀπορίῃ καὶ καύματι ἐπιφλέγοντι, καὶ ῥύαξι πυρὸς ἐς τὸν πόντον ἐμβάλλουσιν. Ἀλλ' ἡ Κυρήνη γὰρ τῆς Λιβύης ἐν τοῖς ἐρημοτέροις πεπολισμένη, ποιώδης τέ ἐστι καὶ μαλθακὴ, καὶ εὔυδρος, καὶ ἄλσεα καὶ λειμῶνες, καὶ καρπῶν παντοίων καὶ κτηνέων πάμφορος[92], ἔστε ἐπὶ τοῦ σιλφίου τὰς ἐκφύσιας· ὑπὲρ δὲ τὸ σίλφιον, τὰ ἄνω αὐτῆς ἔρημα καὶ ψαμμώδεα.

...nu qui ad Ægyptum spectat, profecti, quum magnam Arabiæ partem circumnavigassent, ut ad mare quod ad Susa & Persiam pertinet pervenirent, postquam aqua navibus imposita deficere eos cœpit retro conversi sunt. Ii vero quos Alexander ex Babylone misit ut longissima ad dextram maris Rubri partem navigatione factâ, loca illius regionis explorarent; insulas quidem nonnullas viderunt, & interdum ad Arabiæ continentem appulerunt: at promontorium illud quod ex adverso Carmaniæ oppositum visum ab se fuisse Nearchus scribit, nemo unquam navigatione in alteram ejus partem superare potuit. Et (meâ quidem sententia) si navigabilis is tractus esset, aut adiri ullâ ratione posset, Alexandri certe curiositas comprobasset utrumque, ut terris & mari possent accedere. Hanno quidem Afer Carthagine profectus, trans Herculeas columnas in Oceanum enavigavit, Libyam ad lævam relinquens, & per XXXV dies navigationis suæ cursum orientem versus tenuit. Postquam vero ad meridiem conversus est, in gravissimas difficultates incidit, summâ aquarum inopiâ pressus, summaque æstus flagrantiâ afflictus, igneis quodammodo rivis mari incumbentibus. Cyrenæ tamen, Libyæ urbs, quanquam desertioribus in locis sitæ sunt, herbosæ fertilesque & irriguæ sunt: saltus etiam frequentiaque prata habent, omnisque generis fructus & jumenta ferunt, ad ea loca usque quibus silphium gignitur. Ulteriora ejus loca deserta altisque arenis obruta sunt.

Atque

Οὗτός

91 Ἐς τοσόνδε ἄρα περιπλώσαντες τῆς Ἀραβίης] Opt. Παραπλώσαντες.

92 Καὶ ἀλσέων καὶ λειμώνων καὶ καρπῶν παντοίων καὶ κτηνέων πάμφορος] Fruamur denique spectaculo perpulchræ coronidis, quam nuperæ editioni imposuerant. Quum sic, ut testantur, tres libri manu scripti constanter gignendi casu proferrent, atque idem ex ipsorum genio firmaretur à voce subsequente πάμφορος, increpant audaculos emendatores & pro bile solita bonorum auctorum carnifices vocant, & mirati unde venerit expressa lectio quorundam exemplarium ἄλσεα καὶ λειμῶνες, nihil illos, nisi quando doctrinam nullam nobis præstare possint, ignorantiam saltem & ἀλλοτριοφαγίαν ostentasse concludunt. Agnosco verissimum & vivis coloribus depictum Leucochthona. Nemo tam audaculus in corrumpendo, quæ nescit; nemo & hujus auctoris & observationum ab viris doctis ad Arriani emendationem allatarum carnifex invenustior; nemo unquam in publico scripto doctrinam ita nullam præstitit; nemo ignorantiam tetriorem & in Græcis & in Geographicis ostentavit; nemo sceleratiore ἀλλοτριοφαγίᾳ aliorum labores & gloriam in se avertit, quam ipse ille noster decessor. Res ipsa in toto Arriano testis est clarissima. Sed & hæc quoque verba, atque ideo hoc tantum agamus. Quin igitur ostendat, quam ab voce subsequenti πάμφορος firmetur genitivus. An Græce uspiam ostentari potest descripta regio ἀλσέων καὶ λειμώνων πάμφορος? Multo minus si eum includam in scriniis Arriani nostri. Nusquam id videbis, nisi in perversitate genii hujus, qui nihil quod bonum est, aut sentire potuit aut videre, nedum Arriani delicias sapere. Dicit in tribus MSS. esse illum suum genitivum. Dicit Vulcanius in Augustano legi ἄλσεα καὶ λειμῶνες. Dico & ipse in omnibus IV Florentinis (inter quos ille purgatissimus) haberi eandem scripturam in primo casu. Itaque hæc una est vera manus Arriani, quam perspicio non tam auctoritate manuscriptorum (quæ tamen maxima est) sed quod illæ voces plane non dependent à voce πάμφορος, & nihil commune cum ea habent. Arriani enim est divellere ista, & varietate frui syntaxeos. Sic v, 3. ἰδεῖν κισσοῦ τε ἀνάπλεων καὶ δάφνης τὸ ὄρος, καὶ ἄλσεα παντοῖα &c. Cur non illic scripsit Arrianus ἀλσέων παντοίων: placet illi videlicet ἡ ποικιλία. In Indica hac cap. 40. καὶ τὴν χώρην ποιώδεά τε εἶναι, καὶ λειμῶνας ὑδρηλοὺς, καὶ ἀμπέλων πολλὴν φύσιν, παραδείσους τε παντοίων δενδρέων &c. Insigni mutatione. Hoc passim obtinet in Arriano, cui sic favemus.

Οὗτός μοι ὁ λόγος ἀναγεγράφθω, φέρων καὶ αὐτὸς ἐς Ἀλέξανδρον τὸν Φιλίππου, τὸν Μακεδόνα.

ΤΕΛΟΣ.

Atque hic quidem liber à me conscriptus sit, etiam ipse ad Alexandrum Philippi filium Macedonem pertinens.

FINIS.

EXER-

EXERCITATIO DE FOSSA EX EUPHRATE.

Cum tanta cura exsequatur Arrianus noster alveum, qui Pallacopas appellatur, ut cognoscat lector, quis sit, qualisque, & cui bono & usui illic fuerit ductus, & hinc in eruditorum hominum libris passim nominetur; non potest etiam mihi ingratus labor videri, si modo summam huic editioni manum admoturus cum lectore communicare annitar & quæ de hoc Pallacopâ scripta reperiam, & quid in illis ab Arriano, hoc est, verissimo & fidelissimo descriptore ejus digrediatur, quod ideo rejiciendum prorsus existimo. In his primum video CL. Salmasium scripsisse in Solinianis Exercit. pag. 703 his verbis opinionem suam. „Pallacopas vocabatur fossa ex Euphrate „aperta, quæ totum fere amnem exhau„riebat, & in paludes avertebat à recto „cursu & exitu suo in mare. quamdiu hæc „aperta fuit, præclusus erat Euphrates, „nec nisi per paludes & Tigrim eveheba„tur in mare. Hoc est, quod ait Plinius „longo tempore Euphraten præclusisse Or„chenos & cæteros accolas rigantes agros. „postea Satrapes quidam Babyloniæ ma„gno labore canalis hujus quo distraheba„tur Euphrates, ostia obstruere conatus „est, amnemque in alveum suum pristi„num & intra ripas suas reducere. Quod „& Alexander Magnus cum ibi esset, per„ficiendum & absolvendum curavit. Vide Arrianum lib. VII. Quæ verba sic quoque, sed mutatis nonnullis, nescio an in melius, & ordine rerum ad lubitum digesto in obscœnæ molis Lexicon retulit Joh. Jac. Hoffmannus, contra quam oportuerat fieri, utique quum Arriani descriptio optima ad manum esset, ea certe præferenda his tam exiguis Salmasii, præsertim quum ea nec passim verum dicant. Non enim quamdiu aperta erat Pallacopæ fossa, per paludes & Tigrin evehebatur in mare: illa enim vel omnem Euphratis aquam in se absorbebat, ut diserte Arrianus, & ἐκεῖνοι; & siquid tamen etiam per Tigrin veniebat in mare, certe tum non præcluserunt Euphraten Orcheni, quippe processit libera pars ejus consitente Salmasio in Tigrin; ut nequiverit tunc dici præclusus fuisse. Deinde non bene intellexit Salmasius, quod Arrianus tradit de satrapa: non enim verba περὶ τοῦ σατράπου τῆς Βαβυλωνίας percipi oportebat tanquam postea Satrapes quidam Babyloniæ conatus fuerit ostia canalis obstruere, ut sic particula τοῦ poneretur pro ὑπό. Sed quisquis erat satrapa Babyloniæ, is per singulos annos id facere cogebatur, nisi agros Mesopotamiæ & deinde ubi illa finiebat humiles Assyriæ perditos vellet & frugibus spoliatos. Non etiam quod satrapes conatus fuit facere, perficiendum & absolvendum curavit Alexander, sed hic longe aliam faciem operi huic & ripæ indidit.

Mox Isaacus Vossius instruendum antea lectorem existimans, antequam veniret ad legenda verba auctoris nostri, ita scribit in Observationibus ad Melam pag. 285. „Sciendum est inter Arabiæ desertæ inco„las & Mesopotamitas ac Babylonios æter„na fuisse ac etiamnum esse dissidia, utris„que sibi hoc flumen vindicantibus. Na„turalis quidem Euphratis alveus exit in „Tigrim. Verum Arabes latrones Euphra„tis accolæ, qui siticulosam habitant re„gionem, ut agris suis subvenirent, totum „hoc flumen suffurati sunt, obstructoque „naturali ejus alveo è paludibus quas Eu„phrates exundans facit, fossam duxere „nomine Pallacopam. Ac tum quidem „Euphrates nova ostia habere cœpit, non „in Tigrim, sed in sinum Persicum exe„untia, uti satis ex Plinio colligere est, „quamvis Arrianus cum Mela concinere „videtur, cum dicit Euphraten cæcis „meatibus aliquando in mare effluxisse. „Nec hoc mirum cuiquam videri debet, „cum tam sicca & arenosa sit terra istæc „Arabum, ut ad irrigandam universam, „ne totus quidem sufficiat Euphrates. Nus„quam invenias regionem quam potiori ju„re parvam dixeris Libyam. Porro cum „aliis, tum quoque Alexandro antequam „periret (ut gratificaretur Assyriis) animus „erat, obstructo firmiter Pallacopa, Eu„phraten in pristinum alveum reducere. „Accurate historiam narrat Arrianus lib. „VII &c. Equidem si in hac causa oculos habuit vir ille doctus intentos in Arrianum, profecto non debuit de Arabibus ita loqui. Hic enim certe isto tempore nullos ad Eu-

 phra-

phraten agnoſcit vel nominat Arabas, nedum Arabas latrones. Satrapes Babyloniæ ſub qualicunque Aſiatico imperio, quod multiplex fuiſſe conſtat, ita erat ſuccinctus, ut coercere Arabas & removere ab Euphrate poſſet, nec pateretur litem eos facere aliis de poſſeſſione ejus fluvii. Itaque undecunque habeat eam narrationem, modo non ex ſuo cerebro, non pertinet ad hæc tempora; ſed inferiora. Certe id apparet narrari tantum ab Voſſio, nihil probari auctoritate antiqua & ſatis robuſta. Supponit Arabas ob ſiticuloſam ſuam regionem totum hoc flumen ſufturatos eſſe. Supponit Arabas obſtructo naturali ejus alveo è paludibus quas Euphrates exundans facit, foſſam duxiſſe nomine Pallacopam. Sunt omnia ficta. In tota hac relatione Arrianus mentionem Arabum vel minimam non facit, niſi quod paludes poſt Pallacopam ſint ſitæ inter eum & τὴν ξυνεχῆ τὴν Ἀράβων γῆν, tum quod Alexander navigaverit ἐς τὰς λίμνας ὡς ἐπὶ τὴν Ἀράβων γῆν. Itaque quod ad Pallacopam attinet, nullam partem in eo habuerunt Arabes, nec in eo cognoſcendo ulla memoria Arabum repetenda eſt. Jam vero penitus mentitur Arabas totum hoc flumen ſuffuratos fuiſſe, quum ad id ne acceſſerint quidem. Sed neque ullus dixit agris Arabum ſubveniri per has paludes & foſſam, quum iſtæ Arabicæ arenæ prorſus ſteriles ſint etiam ex ingenio ſuo, ut illud vitium terræ irrigando molliri nequeat. Neque etiam verum eſt Euphraten exundantem facere paludes, è quibus foſſa nomine Pallacopas duci potuit. Exundat Euphrates aquis aſcendentibus ſupra ripam Meſopotamenam & orientalem, non occidentalem verſus Arabiam, & Aſſyriorum campi ab eo irrigantur, non Arabum. Id manifeſte dicit Arrianus. Et cauſa eſt, quod Meſopotamia humilior eſt, perinde ut in Rheno fuit eſtque Gallica ripa. Quid vero mendacius, quam ſcribere Pallacopam ab Arabibus factum, quum in eo occupetur ſatrapa Babylonius, & ille ſuis impenſis aperire pariter ac majoribus etiam claudere rurſus debeat? Quid hæc res ad Arabas? Itaque tandem & ipſe Voſſius agnoſcit Alexandro, ut gratificaretur Aſſyriis, animum fuiſſe, obſtructo firmiter Pallacopa, Enphraten in priſtinum alveum reducere, etſi & dubia ſint iſta omnia, & ego non intelligam. Gratificari enim vult Aſſyriis, non ut defendat contra Arabas; ſed ut illos omnes liberet ab annuis ſumtibus & moleſtiis, præbeatque unum commodum, facilem & habilem modum aperiendi Pallacopæ, quum neceſſitas urgeat, ac rurſus obturandi & obſtruendi. Itaque non obſtruit, ut obſtructus ſemper maneat, nec ex Euphrate aliquid effluere poſſit in Pallacopam, quod videntur velle iſta verba; ſed ut debito tempore poſſint omnia oportune fieri; nec enim in priſtinum ſtatum reſtituere proponit Euphraten, ſed locum cataractæ mutare & illuc transferre, ubi major foret firmitas. Itaque omnia quæ ibi ſcripta ſunt, apparet alieniſſima eſſe ab vera rei conſideratione.

Et tamen ex hac Voſſiana comminiſcendi promtitudine videtur credidiſſe P. D. Huetius egregium aliquid ſuis Gallis demonſtrare in libello de ſitu Paradiſi pag. 85, unde licet libetque excerpere hæc ejus verba: „Quand on eut remodié a ces inonda„tions par dés tranchées & par des écluſes, „les Arabes à cet exemple, pour ſe défen„dre d'un mal contraire, je veux dire de „la ſechereſſe de leur terre ſablonneuſe, „commencerent a detourner les eaux de „l'Euphrate de leur coſté: & aprés avoir „abbreuvé leur terroir, ils laiſſerent aller „le trop-plein dans la mer. Ce trop-plein fut „tari depuis par de nouvelles couppures. „Peut-eſtre auſſi que ce conduit n'eſtoit „qu'un torrent qui couloit dans la mer pen„dant l'eſté, lors que l'Euphrate ſe debor„doit. Quoy qu'il en ſoit, les Aſſyriens & „les Babyloniens, qu'une longue poſſeſſion „faiſoit regarder ces eaux comme leur pro„pre, s'oppoſerent à ce larcin des Arabes, „& il en vint de grands demeſlez entre ces „nations. Il ſemble que ce fut pour termi„ner cette querelle, & rendre aux Baby„loniens ce qui leur appartenoit, qu'Ale„xandre entreprit de remettre l'Euphrate „dans ſon ancien lit, en bouchant le canal „nommé Pallacopas, qui luy faiſoit pren„dre un autre cours. On n'avoit penſé en „creuſant cette foſſe, qu'à faire ce qu'on „avoit fait en creuſant les autres, ſavoir à „empeſcher les débordemens de ce fleuve, „qui arrivoient tous les eſtez, en condui„ſant ſes eaux dans des eſtangs & des ma„rais: mais les terres des Babyloniens de„meurant a ſec pendent le reſte de l'année, „& celles des Arabes en profitant, Alexan„dre voulut remettre les choſes en leur „premier eſtat; comme un ſatrape de Ba„bylone l'avoit voulu faire auparavant. „L'ouvrage fut commencé, mais la mort „de ce Prince empeſcha qu'il ne fuſt con„ſommé alors, comme il l'a eſté depuis. „Alexandre viſita pluſieurs de ces conduits, „les fit nettoyer, ouvrit les uns, boucha „les autres, & en fit faire quelques nou„veaux. Quæ nihil certe aliud ſunt, niſi Voſſii Latina verba in Gallicum trajecta. Hinc mentio eſt Arabum, hinc illi dicuntur incepiſſe *a detourner les eaux de l'Euphrate*, idque ad effugiendam *la ſechereſſe de*

leur

leur terre sablonneuse. Hinc illud *larcin des Arabes*, cui se opposuerint Assyrii & Babylonii, ne Latine tantum Arabes latrones legerentur suffurati. Hinc Alexander dicitur dirimere voluisse litem, quæ nulla uspiam legitur fuisse, nisi apud hos duos. Hinc idem constituit *remettre l'Euphrate dans son ancien lit*, unde nunquam fuit evolutus, aut reponere res in pristinum statum; denique hinc certus quidam satrapa voluit aliquid conari; tum & ex Strabonis sententia inspexit Macedo fossas, purgavitque & quædam ora obstruxit, alia aperuit, quæ tacet Arrianus & nescio an præstare potuerit Strabo: certe & in hoc loco multa visit ac parat Alexander, quibus ille adfuit unus, aliorum hominum nemo, utique nec Ptolemæus nec Aristobulus, unde hausit Arrianus & narrat satis simpliciter. Et sicut ille, ita & Strabo nihil novit, quod in utilitatem Arabum cesserit. Utilius est paradisum gerere in pectore, quam in tali libro, tantopere futilia aliunde sublegente astutius, quam Arabes aquam, quam mox rursum Vossius aversari eos scribit, quia videbat nihil tale unquam effectum. Itaque multo prudentior Marshamus in Canone pag. 584, nisi quod nesciam, præter id quod notavi, unde tam scæve colligat exitum hunc Euphratis ad Pallacopam olim obstructum fuisse à quodam Babyloniorum Regum præfecto, quod quotannis ab præfecto Babylonio, quicunque erat, fieri debebat & consueverat. Sed quoniam viri docti Arabas ita propinquos admovent huic fluvio Euphrati, contra quam facit Arrianus, compellor in hanc partem addere verba Strabonis mirabiliter in hac parte consentientis cum Arriano, ut Arabiam non noverit nisi demum ultra paludes ex Pallacopa aut aliis fossis ortas. Scribit igitur magnus ille Geographiæ auctor libro XVI pag. 740 postquam notaverat in Euphrate esse à mari ἀνάπλουν πλειόνων ἢ τρισχιλίων σταδίων. Tum pergit:

Ἐπεμελήθη δὲ καὶ τῶν διωρύχων. (sed MS. semper effert per χ) πλημμυρεῖ γὰρ ὁ Εὐφράτης κατὰ τὴν ἀρχὴν τοῦ θέρους, ἀπὸ τοῦ ἔαρος ἀρξάμενος, ἡνίκα τήκονται αἱ χιόνες ἀπὸ τῆς Ἀρμενίας, ὥστ' ἀνάγκη λιμνάζειν καὶ κατακλύζεσθαι τὰς ἀρούρας, εἰ μὴ διοχετεύοι τις ταφρείαις καὶ διώρυξι τὸ ἐκπῖπτον τοῦ ῥεύματος καὶ ἐπιπολάζον ὕδωρ· καθάπερ καὶ ἐν Αἰγύπτῳ τὸ τοῦ Νείλου. Ἐντεῦθεν μὲν οὖν αἱ διώρυγες γεγένηνται· χρεία δὲ ἐστὶ συνεργίας μεγάλης. Βαθεῖα γὰρ ἡ γῆ, καὶ μαλακὴ, καὶ εὐένδοτος, ὥστε καὶ ἐκσύρεται ῥᾳδίως ὑπὸ τῶν ῥευμάτων, καὶ γυμνοῖ τὰ πεδία, πληροῖ δὲ τὰς διώρυγας καὶ τὰ στόματα αὐτῶν ἐμφράττει ῥᾳδίως ἡ χοῦς· οὕτω δὲ συμβαίνει πάλιν τὴν ὑπέρχυσιν τῶν ὑδάτων εἰς τὰ πρὸς τῇ θαλάττῃ πεδία ἐκπίπτουσαν λίμνας ἀποτελεῖν καὶ ἕλη καὶ καλαμῶνας.** Τὸ μὲν οὖν παντάπασι κωλύειν τὴν τοιαύτην πλημμύραν οὐχ οἷόν τε ἴσως· τὸ δὲ τὴν δυνατὴν προσφέρειν βοήθειαν, ἡγεμόνων ἀγαθῶν ἐστίν· ἡ δὲ βοήθεια αὕτη, τὴν μὲν πολλὴν παρέκχυσιν ἐμφράξει κωλύειν, τὴν δὲ πλήρωσιν ἣν ἡ χοῦς ἐργάζεται, τοὐναντίον ἀνακαθάρσει τῶν διωρύχων, καὶ ἐξανοίξει τῶν στομάτων. Ἡ μὲν οὖν ἀνακάθαρσις, ῥᾳδία· ἡ δὲ ἔμφραξις, πολυχειρίας δεῖται. Εὐένδοτος γὰρ οὖσα ἡ γῆ καὶ μαλακὴ, τὴν ἐπιφορηθεῖσαν οὐχ ὑπομένει χοῦν, ἀλλ' εἴκουσα συνεφέλκεται (sic enim MS.) κἀκείνην, καὶ ποιεῖ δυσείσχυτον τὸ στόμα. Καὶ γὰρ καὶ τάχους δεῖ πρὸς τὸ ταχέως κλεισθῆναι (nam & ita MS.) τὰς διώρυγας, καὶ μὴ πᾶν ἐκπεσεῖν ἐξ αὐτῶν τὸ ὕδωρ· ξηρανθεῖσαι γὰρ τοῦ θέρους, ξηραίνουσι καὶ τὸν ποταμόν· ταπεινωθεὶς δὲ, τὰς ἐποχετείας οὐ δύναται παρέχεσθαι κατὰ καιρὸν, ὧν δεῖται πλεῖστον τοῦ θέρους

Fossarum quoque idem curam habuit. Exundat enim Euphrates æstatis initio, sub ver incipiens, cum jam nives in Armenia liquefiunt; ut necesse sit stagnare arva atque inundari; nisi quis ingruentem fluxum & aquarum vim per fossas & canales divertat: quemadmodum Nilum quoque coercent in Ægypto. Hinc ergo fossæ actæ sunt: sed operâ multâ opus est. Nam cum terra profunda sit, & mollis, ac facile cedat; nullo negotio ab fluentibus aquis extrahitur, & campi nudantur, ac limus fossas implet earumque ora obstruit: unde rursum aquarum eluvio fit, quæ in campos mari propinquos effusæ, lacus, & paludes efficiunt & arundineta: ** Fieri nequit, ut hæc inundatio omnino prohibeatur: afferre autem aliquod remedium, bonorum principum munus est. Remedium est, nimiam aquarum effusionem obstruendo prohibere, fossarum vero repletionem quam limus efficit, eas expurgando & ora aperiendo. Ac purgatio quidem facilis est: obstructio multarum manuum operam requirit. Nam cum terra facile cedat, & mollis sit, aggestum limum non sustinet, sed cedendo & ipsam simul subtrahit, & os obturatu difficile reddit. Quin & celeritate opus est, ut cito fossæ claudantur, & ne omnino ex eis aqua elabatur. Fossæ enim per æstatem arefactæ flumen quoque siccant, quod subsidens derivationibus non potest tempestivis sufficere, quibus regio perusta & siccitate squalens

μὲς ἔμπορος ὅσα ἡ χώρα καὶ καρματηρεῖ. διαφέρει δ' οὐδὲν ἢ τῷ πλήθει τῶν ὑδάτων κατακλύζεσθαι τοὺς καρποὺς, ἢ τῇ λειψυδρίᾳ τῇ τε δίψῃ διαφθείρεσθαι· ἅμα δὲ καὶ τοὺς ἀνάπλους πολὺ τὸ χρήσιμον ἔχοντας ἀεί· λυμαινομένους γὰρ ὑπ' ἀμφοτέρων τῶν λεχθέντων παθῶν, οὐχ οἷόν τε ἐπανορθοῦν, εἰ μὴ ταχὺ μὲν ἐξανοίγοιτο τὰ στόματα τῶν διωρύγων, ταχὺ δὲ κλείοιτο, καὶ αἱ διώρυγες ἀεὶ μετριάζοιεν, ὥστε μηδὲ πλεονάζειν ἐν αὐταῖς τὸ ὕδωρ, μήτ' ἐλλείπειν. Φησὶ δὲ Ἀριστόβουλος τὸν Ἀλέξανδρον αὐτὸν ἀναπλέοντα καὶ κυβερνῶντα τὸ σκάφος ἐπισκοπεῖν καὶ ἀνακαθαίρειν τὰς διώρυγας μετὰ τοῦ πλήθους τῶν συνακολουθησάντων· ὡς δ' αὔτως καὶ τὰ στόματα ἐμφράττειν, τὰ δ' ἀνοίγειν· κατανοήσαντα δὲ μίαν τὴν μάλιστα τείνουσαν ἐπὶ τὰ ἕλη καὶ τὰς λίμνας τὰς πρὸ τῆς Ἀραβίας, δυσμεταχείριστον ἔχουσαν τὸ στόμα, καὶ μὴ ῥᾳδίως ἐμφράττεσθαι δυναμένην διὰ τὸ εὔενδοτον καὶ μαλακόγειον, ἄλλο ἀνοῖξαι καινὸν στόμα ἀπὸ σταδίων τριάκοντα ὑπόπετρον λαβόντα χωρίον, κἀκεῖ μεταγαγεῖν τὸ ῥεῖθρον. Ταῦτα δὲ ποιεῖν προνοοῦντα ἅμα καὶ τοῦ μὴ τὴν Ἀραβίαν δυσείσβολον τελέως ὑπὸ τῶν λιμνῶν ἢ καὶ τῶν ἑλῶν ἀποτελεσθῆναι, νησιάζουσαν ἤδη διὰ τὸ πλῆθος τοῦ ὕδατος· διενοεῖτο γὰρ δὴ κατακτήσασθαι τὴν χώραν ταύτην, καὶ στόλους καὶ ὁρμητήρια ἤδη κατασκευάσασθαι· τὰ πλοῖα τὰ μὲν ἐν Φοινίκῃ τε καὶ Κύπρῳ ναυπηγησάμενον διαλυτά τε, καὶ γομφωτά, ἃ κομισθέντα εἰς Θάψακον σταδίοις ἑπτὰ, εἶτα τῷ ποταμῷ κατακομισθῆναι μέχρι Βαβυλῶνος· τὰ δ' ἐν τῇ Βαβυλωνίᾳ συμπηξάμενον τῶν ἐν τοῖς ἄλσεσι καὶ τοῖς παραδείσοις κυπαρίττων· σπάνις γὰρ ὕλης ἐνταῦθα· ἐν δὲ Κοσσαίοις καὶ ἄλλοις τισὶ μετρία τίς ἐστιν εὐπορία. *** Ταῦτά τε δὴ πραγματεύεσθαι περὶ τὰς διώρυγας τὸν Ἀλέξανδρον, καὶ τοὺς τάφους σκευωρεῖσθαι τοὺς τῶν βασιλέων καὶ δυναστῶν· τοὺς γὰρ πλείστους ἐν ταῖς λίμναις εἶναι. Ἐρατοσθένης δὲ τῶν λιμνῶν μνησθεὶς τῶν πρὸς τῇ Ἀραβίᾳ φησὶ τὸ ὕδωρ ἀπορούμενον διεξόδων ἀνοῖξαι πόρους ὑπὸ γῆς, καὶ δι' ἐκείνων ὑποφέρεσθαι μέχρι Κοιλοσύρων· ἀναθλίβεσθαι δὲ εἰς τοὺς περὶ Ῥινοκόλουρα καὶ τὸ Κάσιον ὄρος τόπους, καὶ ποιεῖν τὰς ἐκεῖ λίμνας καὶ τὰ βάραθρα. Οὐκ οἶδα δ' εἰ πιθανῶς εἴρηκεν· αἱ γὰρ τοῦ Εὐφράτου παρεκχύσεις αἱ ποιοῦσαι τὰς πρὸς τῇ Ἀραβίᾳ λίμνας καὶ τὰ ἕλη, πλησίον εἰσὶ τῆς κατὰ Πέρσας θαλάττης &c.

lens per æstatem plurimum eget: neque vero quicquam refert, aquarumne multitudine obruantur fruges, an siti depereant. Præterea cum navigationes valde utiles sunt, ab ante dictis caussis impeditæ confici recte nequeunt, nisi fossarum ora cito aperiantur, citoque claudantur: ut semper fossæ mediocritatem servent, ne in eis aqua aut redundet aut deficiat. Narrat Aristobulus, Alexandrum ipsum navigantem & gubernantem navem fossas inspexisse, easque comitantis multitudinis opera expurgasse, & ora quædam obstruxisse, nonnulla aperuisse. Cumque fossam unam maxime ad paludes & lacus, qui sunt ante Arabiam, tendentem animadverteret habere os intractabile, & obstructu difficillimam propter cedentem & mollem terram; aliud novum os aperuisse XXX à priore stadiis, capto loco petroso, atque traducto istuc alveo. Idque etiam ideo actum, ut præcaveret, ne Arabia omnino difficilis esset ingressu propter lacus & paludes; cum propter aquæ multitudinem jam tum effecta insula videretur. Habebat enim in animo regionem eam occupare, jamque ad hoc & classem & receptacula paraverat ac navigia partim in Phœnice Cyproque construxerat, tum dissolubilia, tum clavis compacta, quæ per septem stadia Thapsacum portata, postea Babylonem flumine delata sunt: partim in Babylonia ædificaverat ex lucorum & hortorum cupressis. Ibi enim materiei inopia est: apud Cossæos vero & nonnullos alios mediocris copia. *** Tum ista tradit Alexandrum circa fossas effecisse; tum regum & principum sepulturas, quarum plurimæ in lacubus erant, refodisse. Eratosthenes paludum mentionem faciens quæ apud Arabiam sint, aquam dicit, quum exitum nullum inveniret, subterraneos sibi meatus aperuisse, ac per illos usque ad Cœlesyros delatam in ea flumina erumpere, quæ circa Rhinocolura & Casium montem sunt; atque ibi & lacus & voragines efficere, quæ haud scio an verisimilia dixerit. Nam Euphratis effusiones quæ Arabiam versus faciunt lacus illos ac paludes, mari Persico proximæ sunt &c.

Sic igitur quum hæc describat Strabo, ita ut ex eo videamus quoque imitationem aut tacitam Ptolemæi aut Aristobuli expressam Arrianeam, transire sermo debet ad partem non ex ingenio suo, sed varietate interpretantium difficiliorem, unde huic exercitationi venit prima occasio, & proprie tangit emendationem huic eluviei allatam ab Alexandro rege, ab Arriano nostro sic narratam libro VII in capitis 21 fine: Ἔνθεν μὲν δὴ ἐς τὴν Παλλακόπαν ἐτρέπετο τοῦ Εὐφράτου ὁ ῥοῦς, ταύτῃ δὲ ἔγνω βεβαίως ἀποκλεῖσαι τὴν ἐκβολήν. Προελθόντι δὲ ὅσον σταδίους

θεις τελάκοντα ὑπόπετρος ἡ γῆ ἐφαίνετο, οἷα διακοπεῖσα εἰ ξυναφὴς ἐγένετο τῇ πάλαι διώρυχι τῇ κατὰ τὴν Παλλακόπαν ὑπ' ἂν διαχεῖσθαι παρέχειν τὸ ὕδωρ ὑπὸ στερρότητος τῆς γῆς, πώποτε ἀποστροφὴν αὐτῷ τῇ τεταγμένῃ ὥρᾳ μὴ χαλεπῶς γίγνεσθαι. Quæ ita vertit,

BARTHOLOMÆUS FACIUS.	BONAVENTURA VULCANIUS.	ISAACUS VOSSIUS.	JOHANNES MARSHAMUS.
Itaque qua in Pallacopam derivabat Euphrates, ejus exitum firmius obstruere instituerat. Cumque ad XXX stadia ulterius progressus esset, solum reperit lapidibus interjectis solidius, quod discissum & ad antiquam fossam (per quam Pallacopas labebatur) congestum non fineret facile aquam diffundi, propter terræ ipsius firmitatem: atque ita statis anni temporibus aquarum conversio facilis futura videbatur.	*Itaque qua in Pallacopam Euphrates derivatur, ejus exitum firmius obstruere instituit. Quumque ad stadia triginta progressus esset, petrosam terram reperit, quæ si intercisa ad veterem Pallacopæ alveum perduceretur, nequaquam, propter terræ firmitatem, aquam transmissura esse videbatur, atque ita statis anni temporibus facilem aquarum conversionem atque exundationem fore judicabat.*	*Itaque qua in Pallacopam exit Euphrates, illic firmiter ostium ejus obstruere proposuit. Quumque ad stadia triginta progressus esset, petrosa occurrit terra, quamque intercisam fuisse comparebat. Ea si continua fieret ac denuo conjungeretur, nequaquam ob sui firmitatem aquam transmissura esse videbatur ad antiquam illam Pallacopæ fossam: atque ita præstituto tempore, quandocumque Alexandro placeret, non difficile futurum fluminis divortium.*	*Qua in Pallacopam divertitur Euphrates, illic ejus exitum firmiter obstruere instituit: progresso autem ad stadia triginta occurrit terra petrosa, & quasi intercisa: quæ si clauderetur, ob terræ firmitatem, aquam per veterem Pallacopæ alveum nequaquam transmissura esset; neque tamen diversio aquæ, statis anni temporibus, esset difficilis.*

Relinquendus est prior suæ ætati. Vulcanium commode interpretatum apparet, sed Vossius eum respiciens in observationibus ad Melam pag. 285, negat sensum verborum Arriani assecutos fuisse interpretes; ita enim illa reddenda esse. Et agnoscit quisque lector diversitatem; an justam & probandam, id est, de quo agitur. Ego quum non possem huc concedere, monui Lectorem, ut videret, an hic novus interpres ullam partem veræ sententiæ esset adsequutus certius, quam alii, & movi has difficultates. Vide jam, Lector, an hic novus interpres ullam partem veræ sententiæ sit adsequutus certius, quam alii. Primo considera, unde hauriat duas illas voces *occurrit* & *comparebat*. Etenim si ἐφαίνετο ad priora jungi debet, non nisi *occurrit* significare potest; si ad posteriora, & notabit *comparebat*, unde petiit illud *occurrit?* Alterutrum certe est merum commentum cerebri Vossiani, non modo præter mentem Arriani, sed quo omnis veritas in fucum & vanum redigitur. Talis quoque est copulativa in illis *quamque intercisam fuisse apparebat.* Ubi illa in Arriano? an Græci illam non æque solent exprimere ac Latini? Deinde an οἷα διακοπεῖσα sic notat intercisam fuisse, ut jam non amplius esset intercisa? Quis doctus Græce, quis homo sanus, nedum Arriani studiosus id dicet ac talem harum duarum vocum versionem dabit? Ne dicam, quomodo comparebat intercisam esse? Atqui nunquam illic intercisa fuerat. Præterea an illud *denuo* ullum vestigium habet in Græcis? Inepte vertit ἀποστροφὴν *divortium*, quum notet repressionem & continentiam Euphratis intra ripas & aversionem ab alveo in fossam, ut apparet manifeste in præcedentibus. Divortium vel diverticulum esse ἐκτροπὴν docuit ex glossis Salmasius in eadem illa nota, in qua ille μεγάλος σοφιστὴς sic reprehensus ab nostro occurrit. Jam quæ sententiæ universæ summa est, si firmiter obstrueretur ostium, qua in Pallacopam exit Euphrates, & si quoque illa pars, quam intercisam fuisse comparebat, denuo conjungeretur, quo igitur iturus erat Euphrates? quo illud divortium fluminis ducetur, si nullum ex duabus ripæ aperturis pateret? Taceo, quod quum pateat manifeste ab Arriano junctim posita esse ξυναφὴς ἐγένετο τῇ πάλαι διώρυχι, ille hæc discerpat, & Græcismum talem nobis præscribat, ad cujus fœditatem omnia Salmasiana aurum sunt. Sed & auctores hujus fossæ facit Arabas ad irrigandam siticulosam terram suam; quod certe non facit Arrianus: ex quo perspicue constat eam factam ab Assyriis, ut ab inundationibus ex Euphrate per hanc alterius lateris aperturam suas terras liberarent. Hinc etiam tunc Alexander renovaturus eam fossam non Arabibus sed Assyriis erat gratificaturus, ut diserte testatur Arrianus.

Quæ simul vidit, non dubitavit nescio quam mentem induens, quia gravabar hoc specimen adeo notabiliter ad ostentationem prolatum, sic sua tueri, si tali appellatione licebit describere incredibilem errorum aggerationem, ut patebit. „Verba Arriani „hæc sunt; προελθόντι δὲ ὅσον σταδίους τριάκοντα „ὑπόπετρός τε ἡ γῆ ἐφαίνετο οἷα διακοπεῖσα. „Ista sic reddidi, *Quumque ad stadia tri-„ginta progressus esset petrosa occurrit terra „quamque intercisam fuisse comparebat.* Miri-„fice hic excandescit minime sui potens ju-„venis & quærit; *Unde istud occurrit &*

 „com-

,, *comparebat ? Etenim si* ἐφαίνετο *ad priora*
,, *jungi debet , non nisi occurrit significare po-*
,, *test : si ad posteriora & notabit comparebat ,*
,, *unde petiit illud* occurrit ? *Alterutrum certe*
,, *est merum commentum cerebri Vossiani* , &c.
,, Æquum sane est ut meo qualicunque con-
,, tentus sim cerebro , cum iste juvenis ,
,, etiamsi nullum habeat , adeo tamen sit
,, contentus. Si quid enim haberet , utique
,, vidisset , esse ellipsin participii , cujus in-
,, tegrum sit , ὑπάρχουσα ἡ γῆ ἐφαίνετο
,, οἷα διακοπτομένη. Ad verbum id fuerit , *Pro-*
,, *gresso vero ad stadia triginta petrosa terra*
,, *existens apparebat veluti intercisa.* Verum
,, nos eam quam dedimus præferendam
,, censuimus versionem. Quærit dein *an sic*
,, *intercisa fuerit ea fossa , ut jam non amplius*
,, *esset intercisa ?* Ineptum quæsitum , quid
,, enim clarius eo quod scribit Arrianus fos-
,, sam eam fuisse apertam ; id enim si non
,, sit , an non stultum fuisset Alexandri de
,, obstruenda ea propositum ? Post futilem
,, dein exclamationem iterum quærit , quo-
,, modo appareret fossam eam intercisam
,, fuisse ? Vel puer hoc intelligat : per tri-
,, ginta enim stadia , quod tellus esset palu-
,, stris & cœnosa , nulla poterant fossionis
,, superesse vestigia. At vero saxeo occur-
,, rente solo , jam clare ut habet Arrianus
,, intercisionis apparuere signa. Pergit ? *at-*
,, *qui nunquam intercisa fuerat.* Quomodo fos-
,, sa , quomodo διώρυξ sine intercisione po-
,, test subsistere ? Addit dein , *inepte me* ἀπο-
,, στροφὴν *vertisse divortium , cum notet repres-*
,, *sionem & continentiam Euphratis intra ripas*
,, *& aversionem ab alveo in fossam.* Quis hæc
,, intelligat aut quomodo hæc cohærent ? Si
,, ἀποστροφὴ hoc in loco significet repressio-
,, nem & continentiam Euphratis intra ri-
,, pas , quomodo potest notare aversionem
,, ab alveo in fossam , cum istæc manifeste
,, sibi invicem sint contraria ? Sed & unde
,, habet ἀποστροφὴν notare repressionem seu
,, continentiam intra ripas , ipsa vocis recla-
,, mante natura ? Quod si alteram quam
,, ponit admittat expositionem , habemus di-
,, vortium , habemus quod volumus , &
,, ipse in perniciem suam proprio miser se
,, oblinit visco. Frustra ad Salmasium pro-
,, vocat cum scribit divortia , diverticula seu
,, divergia fluminum à Ptolemæo vocari ἐκ-
,, τροπὰς , & recte quidem , cum ἀποστροφαὶ
,, & ἐκτροπαὶ subsistere nequeant , nisi à re-
,, cto cursu detorqueantur flumina , sive il-
,, la simplici decurrant alveo , sive dividan-
,, tur & partem aquarum in alium transfe-
,, rant alveum. Pergit tamen nugari & sic
,, argumentatur ; *Si firmiter obstrueretur*
,, *ostium , qua in Pallacopam exit Euphrates ,*
,, *& si quoque illa pars , quam intercisam fuisse*
,, *comparebat , denuo conjungeretur , quo igitur*
,, *iturus erat Euphrates ? Quo illud divortium*
,, *fluminis ducetur , si nullum ex duabus ripa*
,, *aperturis pateret ?* Multa quidem hic sunt
,, verba , sed multo plures ineptiæ , nec
,, Arrianum intelligit & ipse quid scribit ne-
,, scit. Ut reliqua taceam , unde demum
,, colligit duas istas obstructiones , cum de
,, uno tantum Pallacopæ Arrianus loquatur
,, ostio , quod obstruatur , ecquis dubitat ,
,, quin solo nativo contentus Euphrates fluat
,, alveo ? Ignorat quid sit ξυναφὴς ; & quid-
,, quid non intelligit monstrosum putat. A-
,, deone quis in lingua Græca hospes sit , ut
,, Græcum esse neget id quod in versione
,, posuimus , εἰ ξυναφὴς γένοιτο , τῇ πάλαι
,, διώρυχι τῇ κατὰ τὴν Παλλακόπαν οὔτ' ἂν
,, ἀποχεῖσθαι παρέχειν τὸ ὕδωρ ὑπὸ στερρότη-
,, τος τῆς γῆς , τήν τε ἀποστροφὴν αὐτοῦ τῇ τε-
,, ταγμένῃ μὴ ὥρᾳ χαλεπῶς γίγνεσθαι. De ea
,, nempe saxea & intercisâ terra dicit , si ut
,, olim , ita quoque nunc saxeo aggere con-
,, jungatur & continua fiat , non amplius in
,, antiquam Pallacopæ fossam propter solidi-
,, tatem lapidei operis aquas suas transmissu-
,, rum Euphratem , nec Alexandro difficile
,, fore quandocunque vellet Euphratem ad
,, pristinum & naturalem revocare alveum.
,, Illa tamen tam clara & manifesta non capit
,, iste juvenis , cui stulta iracundia non re-
,, ctos tantum , sed & omnes prorsus excus-
,, sit sensus. Pergit tamen ineptire & negat
,, fossam hanc Arabas habere auctores , &
,, ex Arriano perspicue constare ab Assyriis
,, eam fuisse factam , ut ab inundationibus
,, Euphratis terras suas liberarent. Itaque A-
,, lexandrum renovaturum eam fossam , non
,, Arabibus , sed Assyriis voluisse gratificari ,
,, idque diserte testari Arrianum. Facile ali-
,, quis hinc colligat istum infelicis judicii ju-
,, venem quantumvis antiquos legat scripto-
,, res , illos tamen non intelligere. Errorum
,, texit Odysseam , cum ne vel unum qui-
,, dem eorum , quæ hic affirmat , apud Ar-
,, rianum reperiatur , quin potius omnia ha-
,, beat contraria. Manifeste & pluribus ver-
,, bis docet is , nisi obstruatur alveus Palla-
,, copæ , qui totus fluit in ditione Arabum ,
,, fore ut universum exhauriat & absorbeat
,, Euphratem , adeo ut nihil aquæ supersit ,
,, qua Assyriorum irrigentur terræ. Nihil
,, ille de nimia Euphratis in campos Assyrios
,, exundatione , cum majorem inundationem
,, major ubertas & rerum consequatur co-
,, pia. Nusquam Assyrios fossæ hujus aucto-
,, res facit , sed illos ipsos laborantes inducit
,, in obturando fossæ hujus ostio. Nusquam
,, etiam apud illum de reparanda , sed ob-
,, struenda hac fossa cogitantem invenias A-
,, lexandrum. Quod si non contentus Ar-
,, riano alium quoque postulet testem , au-

„dunt Appianum, secundo Civil. Bellorum, „hæc eadem narrantem; Ἐσπλεύσας γε μὴν καὶ „πλέων κατὰ τὸν Εὐφράτην ἐπὶ τὸν ποταμὸν „Παλλακόπταν, ὃς τὸν Εὐφράτην ἀπολαμ„βάνων ἐς ἕλη καὶ λίμνας ἐκφέρει καὶ κωλύει „τὴν Ἀσσυρίδα γῆν ἄρδειν ἐπιπλέον· ἐπι„νοοῦντα δὲ τοῦτον διατειχίσαι τὸν ποταμὸν, „καὶ ἐπὶ τοῦτον ἐκπλέοντα, &c. *Navi„gans per Euphratem ad Pallacottam fluvium, „qui Euphratem excipiens in paludes & stagna „abducit, & impedit quominus* Euphrates *As„syriam terram penitus inundet. Illum fluvium* „[Pallacottam nempe] *cum muro interjecto „in animo haberet obstruere.* &c. Quem Pal„lacopam Arrianus, cum Pallacottam vo„cat Appianus, & sic fere vetera Plinii ex„emplaria. Clarum est itaque ab Arabibus „& Chaldæis, qui & ipsi fuere Arabes, du„ctam fuisse antiquam hanc Pallacopæ seu „Pallacottæ fossam, quæ totam Babyloniam „ejusque portionem Chaldæam ad sinum „pene usque Persicum irrigabat. Quod si„quis miretur quomodo in detrimentum „terrarum trans Euphratem reges Assyrio„rum fossam istam fieri permiserint, habeat „is pro responso tredecim primos Assyrio„rum reges omnes Chaldæos fuisse vel A„rabas, ut ex Beroso testatur Africanus, & „ex illo Syncellus.

Scribit Arrianus usitatum Pallacopæ ostium quum esset in terra ἰλυώδει, obstrui solitum ab satrapis, sed non nisi difficillime, & ut per tres menses operam decem millium hominum requireret. Hinc Alexandrum proposuisse aliquid facere in gratiam Assyriorum, & semel hoc ostio Pallacopæ obturato per firmiores materias, alium ex Euphrate ductum exstruere incidentem tamen huic eidem Pallacopæ, sed & cujus ostium claudi facilius & aperiri poterat tum ad exonerandum, tum ad continendum alveo suo Euphraten, prout res exigeret. Ita quum constituisset Rex, exsecutionem ejus consilii sic peragit Arrianus, ἀπελθόντι δ' ὅσον σταδίους τριάκοντα ὑπόπετρος ἡ γῆ ἐφαίνετο οἷα διακοπεῖσα. Hæc ab Vossio sumuntur velut jungenda, & explicantur nunc gemino vocum modo, etsi firmus sit in antiquiore ad Melam prolato. Quod igitur ad priora attinet, non pœnituit nec pœnitet me priorum, quæ in eo criminatus fui, quippe verissima & quæ tacite ipse agnovit. Etenim quum dicit *petrosa terra occurrit, quamque intercisam fuisse comparebat*, in iis ita se tuetur, ut ne tentet quidem excusationem audaciæ in immittenda copulativa, quæ turbat omnem sententiam. Qui enim sic Latine loquitur, in terra ista agnoscit duo, nempe petrosam esse & intercisam fuisse, quum Arrianus si & ipse hanc sententiam in animo habuit, id extulisset ἐφαίνετο καὶ διακοπεῖσα. Sic eadem duo dixisset. Sed per fidem! quæ connexio insequentium foret? Vide ipse, lector, & scies nullam esse. Cur igitur illam quam dederat præferendam censuit versionem, in qua vertit, quod non est in Arriano, atque adeo nec sit versio. Sed medio tempore legerat aliquid diversum in Chronico Canone Marshami, qui & ipse copula abutitur, quam ex meo monitu videt abesse posse si ad verbum exprimatur sententia; quod ubi potest fieri, cur non fieret? Verum ipse eam quam dedit præferendam censuit versionem. Si causam quæras, nullam dare dignatur, quia habuit nullam. Unde id quidem pro vano evici. Præterea nunc dicit quæsivisse me, *an sic intercisa fuerit ea fossa, ut jam non amplius esset intercisa?* cui respondet, *ineptum quæsitum, quid enim clarius eo quod scribit Arrianus fossam eam fuisse apertam; id enim si non sit, an non stultum fuisset Alexandri de obstruenda ea propositum? Post futilem dein interrogationem iterum quærit, quomodo appareret fossam eam intercisam fuisse? Vel puer hoc intelligat: per triginta enim stadia, quod tellus esset palustris & cœnosa, nulla poterant fossionis superesse vestigia. At vero saxeo occurrente solo, jam clare ut habet Arrianus intercisionis apparuere vestigia.* Primo igitur monstrari debuerat, ubi & quando ego quæsierim, an ea fossa intercisa fuerit. Quod indicium meæ quæstionis de fossa? Si supponeretur fuisse fossam, crediderim, supponi simul potuisse etiam fuisse intercisam. Quæsivi de petrosa terra, in quam incidit Alexander ad stadium xxx, quam statuit intercisam, & fingit fossam, quæ nulla fuit. Verba enim mea fuerunt *an οἷα διακοπεῖσα sic notat intercisam fuisse, ut jam non amplius esset intercisa.* At nec Græcas voces Arrianus alio refert, quam ad præcedentem πετρώδη γῆν, nec ego meas referre ad aliud potui. Unde apparet non sine mendacio verbis illis meis fossam affingi, ut habeat frustrare lectorem, me nigrum facere, formare interrogationes, adnectere responsiones, quæ nihil ad rem conferunt. Ne dicam, me etiam non quæsivisse, *quomodo appareret*, sed *quomodo comparebat*, quippe & id in hoc sensu sumens ab ipsa Latina Sirene. Arrianus nuspiam scribit ad xxx stadium fuisse ante Alexandrum apertam fossam, nec aliam ante Alexandrum ille novit fossam, nisi ubi tunc erat Pallacopæ usitatus ingressus, qui erat retroversus Babylonem trigesimo stadio ab petrosæ terræ loco. Sed nec Alexander de obstruenda alia fossa cogitat, nisi usurpati ante ipsum Pallacopæ, cujus os ab Babylone abesse dicit DCCC stadia. Si fuisset διακοπεῖσα, & quidem petrosa terra, & sic ut aperta emittere aquam potuerit, profecto satrapæ non

non fuissent tam cæci nec ipsi Babylonii, ut non eo transitu potius fuissent usi jam ante Alexandrum, & Pallacopæ laboriosum os semel obstructum perpetuo sic relicturi fuissent. Sed non fuit διακοπεῖσα illa ὑπόπετρος γῆ, nec Arrianus scribit apertam, nedum fossam fuisse; & quidquid ille mugiat, & futilem meam exclamationem proscribat, quasi vel puer intelligat, quomodo apparuerit fossam (nec apparere dixi, nec fossæ mentionem ullam feci) eam intercisam fuisse, nunquam probabit saxeo occurrente solo jam clare intercisionis apparuisse vestigia & sic habere Arrianum. Somnia sunt mera ac ludibria hæc omnia. Quinimmo an societas fabrorum Alexandri Magni non habebat aliud indicium cognoscendæ & detegendæ latentis petrosæ terræ, nisi ubi eam videbat intercisam? Egregios profecto oportet illos fuisse fabros, & plane tam nasutos, quam est hic in advertendo sensu Arriani & Græcarum vocum. Ille tamen satyrico risu pergit quærere, *quomodo fossa, quomodo διῶρυξ sine intercisione potest subsistere.* Sane possunt τὰ κοινὰ τῶν εἰδῶν ἔχειν. Non agnoscit Arrianus in hoc saxeo solo διώρυγα: sed τὴν πάλαι διώρυγα vocat ipsum Pallacopam ad DCCC stadium, qui vere fuit ἡ πάλαι διῶρυξ, & mansit ille quidem postea, sed initio & ostio per Alexandrum mutato. Hic ubi vox διακοπεῖσα apponitur, nihil ab eo agnoscitur, nisi ὑπόπετρος γῆ, non fossa, non διῶρυξ. Qui consulit ipsas Arriani voces, illum latere nequit clarissima hæc distinctio, & inficeta confusio. Nuspiam vel Arrianus διώρυγα vel interpretes Latini *fossam* habent ad XXX stadium. Sed universa Vossii corruptela, quæ & satis magna est, in eo consistit, quod omnes illas voces velut junctas ab Arriano & hinc jungendas ab lectore concepit, quum prorsus jungi nequeant, quod manifeste infra probabo, quum Marshamum temere his irretitum pariter videbimus. Quum porro criminarer ἀποστροφὴν inepte ab eo acceptam esse pro divortio, quum notet repressionem & continentiam Euphratis intra ripas & aversionem ab alveo in fossam, mirifice multa hic cavillatur; quasi cum ille intelligere nolit, aut non intelligat, etiam alii non intelligant, & neque ipsa cohæreant. Primo quærit, *si ἀποστροφὴ hoc in loco significet* id quod dico prius, nempe *repressionem & continentiam Euphratis intra ripas, quomodo potest notare aversionem ab alveo in fossam, cum istac manifeste sibi invicem sint contraria.* At cur sunt ista inter se contraria, repressio & continentia Euphratis intra ripas, & aversio ab alveo in fossam? nisi quod ille captando voces putat effugere posse, & egregiam mihi sic attulisse noxam; quasi quum Euphrates reprimitur & continetur intra ripas, non avertatur aqua ejus, ne possit ab alveo in Pallacopæ fossam delabi. Quis crederet adeo morosum & subtilem in deprehendendis manifeste contrariis? Ille tamen inclamat, *quis hæc intelligat aut quomodo hæc cohærent?* Scilicet quoniam hæc sunt contraria apud hunc intelligentem virum & præcipue intelligentem Latina. Ille putat, eum, qui quam maxime ad Græcam loquutionem appropinquare volens dicit *aversionem ab alveo in fossam*, dicere idem divortio, quasi aversio illa non possit aliter considerari, atque ita semper supponatur contingere immissio aquæ ex naturali alveo in appositam fossam; non etiam intelligi possit prohibitio & ratio intersepiendi, ne fiat. Hoc postremum esse hujus loci statuo, etsi non me fugiat & ab Polyæno dici Ἡρακλῆς πέτρας μεγάλας ἐμβαλὼν ἀποστρέφει τὸν ποταμὸν εἰς τὸ πεδίον; ab Scholiaste Apollonii Rhodii, ἐμφανέντα δὲ Ἡρακλέα τὸν μὲν ποταμὸν ἀποστρέψαι ἐς τὴν θάλασσαν, quod antea dixit ἐξοχετεύειν διώρυξι. Ab Luciano in Hippia ἀποστροφῇ καὶ διαιρέσει τοῦ ποταμοῦ, ab Pausania τὸν δὲ Ὄφιν ποταμὸν ἀποστρέψαι σφίσιν ἐς τὸ τεῖχος, ab Stephano in Σχερία, δεηθῆναι δὲ Ποσειδῶνος ἀποστρέψαι τὰ τοῦ ποταμοῦ ῥεύματα; & similiter *avertere* occurrat de fluvio apud Latinos. Utraque ista quum amnis ex sueto alveo per saxa & obstructiones cogitur aliam viam petere, memini satis crebro legi in Latinis Græcisque, sed ab hoc loco alienum est. Itaque jubeo illum rursus contentum esse suo cerebro, in quo solo hanc descriptionem divortii scriptam & conceptam esse deprehendet, non alibi. Quasi vero quum ego sic loquutus fui, non satis ex præcedentibus dederim intelligendam aversionem Euphratis ab alveo in fossam lapsuri. Quasi quum toties ab Latinis culpetur aliquis *avertisse pecuniam*, ille intelligi debeat rejecisse ab se, & non repressisse vel vertisse ad se; aut si his vocibus reclamet, vel hæc quoque detorqueantur a recto alveo, retinuisse apud se & repressisse, subintellectis similibus, quæ nunc subintelligimus. Quasi non & Tacitus dicat pari brevitate *terga in suos vertere.* Sed ille prout loquatur, videat, quem opinor & certe scio in hac parte sic Latine loquuturum, ut postea loquitur, quum Pallacopam totum scribit fluere *in ditione Arabum.* Sed nec illi id sufficit. Pergit enim gravibus aliis interrogationibus me urgere. *Sed & unde habet ἀποστροφὴν notare repressionem seu continentiam intra ripas, ipsa vocis reclamante natura.* Causa erat admodum dura docere senem, & talem, & qui sic velut pro auctoritate me rogando urgebat. Videlicet quoniam non ex Lexicis, quibus ille adsuerat, hausi quod habeo sermonis Græci, ideo ignarus, unde ego ad hanc explicationem veniam, audet mihi hanc interrogationem ponere, instar talpæ etiam

in

in tenebris sciscitans naturam vocis. Non existimo esse, qui dubitare possit de illa mea interpretatione, neque hactenus ille tanti mihi est, ut me in illius gratiam fatigem. Ut tamen exhibeatur plenissime, quod rei est, nempe putavit prorsus ἀποστροφὴν debere esse ἐκτροπὴν, de qua meminerat sollicite definienda scripsisse pag. 243 ad Melam; ubi tamen ego opperiebar rursus anonymos, ut solet, Grammaticos penes ipsum exstantes. Sed ipse nihilominus, quum pro contrariis illa habuisset, adsumens quod tanto vocum naturæ scrutatori placebat, sic ridet. *Quod si alteram quam ponit admittat expositionem, habemus divortium, habemus quod volumus, & ipse in perniciem suam proprio miser se oblinit visco.* Sic enim potuit ille gloriari se habere, quod nunquam acceperat; habere divortium, sed ab justa æquitate interpretandi voces alterius. Neque enim ego posui duas expositiones, ut earum alteram velut distinctam diversamque cogar admittere, neque ullo modo dixi notare divortium fluminis. Equidem satius erat manere in proposito & valere jubere hunc molestum consultorem; sed tamen mei apud alios purgandi gratia, effabor publice, unde didicerim ἀποστροφὴν non esse divortium, & prave infausteque considerari ejus naturam ab nostro sene. Ipse Arrianus paulo ante in hoc ipso digressu scribit, in Pallacopæ usitato ostio Ἰλυώδης ἡ ταύτῃ γῆ, ἢ πηλὸς ἡ πολλὴ αὐτῆς, οἵα δεχομένη τὸ ὕδωρ τοῦ ποταμοῦ μὴ εὐμαρῆ τὴν ἀποστροφὴν αὐτῷ παρέχειν. Quomodo post Facium, qui se conturbarat, *quoniam terra ipsa limosa ac plurimum lutosa est: quæ ubi in se fluminis aquam admisit, non facile reflectitur*, postremas has voces interpretatur Vulcanius? an per divortium? immo plane contrarium, *minime facilem aquæ reflexionem admittat*: aut Marshamus *quod terra illa, cum sit limosa, aquam non facile avertat.* Et recte. Nam si notaret divortium, omnino id facile in tali terræ ingenio futurum dicere debuit & dixisset; sed dicit auctor ob terram, quæ intrare aquam in se patitur & inde solubilem reddit aggerem vel obstructionem, posse difficulter reprimi & contineri aquam in Euphrate, & averti, quo minus ex alveo ejus in fossam effluat & non fiat divortium vel aversio, prout eadem ista vox aliter usurpatur, nempe ab propensione labendi in Pallacopam. Strabo lib. XVI prorsus hanc ipsam sententiam sic effert, καὶ δυσαπόχωστον τὸ στόμα, id est, facit, ut difficulter impediri divortium possit obturando. Quid igitur quærit jam ultra hic cespitans quæsitor, unde habeam? Sed dabo auctarium. Didici ex Herodoto, cujus verba sunt in Euterpe cap. 13 post jactationes narratas inter Scythas & Græcos, εἰ γὰρ δὴ σφί ἐστι ὕδατος οὐδεμίην ἄλλην ἀποστροφὴν, ὅτι μὴ ἐκ τοῦ Διὸς μοῦνον. Quod plane dicitur, ut apud Lucianum mulieres meretrices, ἄλλη μὲν γὰρ ἡμῖν ἀποστροφὴ τοῦ βίου οὐκ ἔστιν, ὦ θύγατερ. Quæ vox ibi pro custodia & conservatione ac tutela, & tantum abest, ut illic notare queat divortium vitæ, ut plane contra designet divortium mortis ac retentionem vitæ, & καταφυγὴν, prout interpretatur Harpocration in loco Demosthenis, de quo illic Valesiana vide. Opinetur ille hoc Herodoti loco intelligi divortium, quo Græci abigant ex suis terris aquam, quomodo vult ex Euphrate abigi aquam ab Assyria aliorsum. Opinetur in Luciani loco intelligi divortium vitæ, vel detorsionem vitæ ab suo cursu. Præclarum sane interpretem habebit uterque scriptor. Sed tamen negat senex ἀποστροφὰς *subsistere posse, nisi a recto cursu detorqueantur flumina, sive illa simplici decurrant alveo, sive dividantur, & partem aquarum in alium transferant alveum.* Applicet hanc pronunciationem vel Arrianeæ ἀποστροφῇ in processu aquæ Euphratis, cujus ἀποστροφὴ h. e. progressus in eodem alveo, & aversio, ne cadat in divortium, οὐκ εὐμαρὴς ob lutosam terram in ripa; vel apud Herodotum Græcæ, demonstretque nulla esse flumina, nisi detorta a recto cursu, vel Lucianeæ vitæ conservationi & modo faciendi quæstus. Nec Græcam profecto ἀποστροφὴν nec Latinam aversionem rectis oculis intueri potest. Nam quod de Græca intelleximus, idem in Latina admonemus vel ex uno Tacito, quem scribere novimus lib. IV hist. 13. *Litteris quibus avertere accita a Vitellio auxilia & retentare legiones jubebatur.* Quod ille ibi dicit pro non dimittere à Rheni ripa, plane ut ἀποστροφὴ aquæ est retentio vel non dimissio, & prorsus ut ipse junxi continentiam Euphratis intra ripas & aversionem, vel repressionem. Immo ἀποστροφὴ subsistere potest, si flumen antea divisum, nunc cogatur uno alveo delabi & intersepiatur divisionis via. Quomodo iste debuit intellexisse verba Maximi Tyrii, qui in dissertatione XXXIX bene cogitans de Leonida, etsi aliquis suasisset ei paulum Xerxi cedere, simile id scribit fore si quis Socrati suasisset se defendere. Τί τοίνυν ἄλλο ἦν ἢ Σωκράτους ἀπολογία, ἢ τούτων ἀποστροφὴ, quum si fugisset Leonidas, non aversurus fuisset Xerxi tergum, sed obversurus, prout etiam interpretatur Dan. Heinsius, & sane jam dixerat δεῖξαι τὰ νῶτα. Habemus in Virgilii Ecloga VIII. *Conjugis ut magicis sanis avertere sacris Experiar sensus*, ubi inter alias explicationes affert Servius *in me converte-re*, prout sane Euphrates in se convertitur clauso Pallacopæ ostio.

Progreditur tamen ille pessimus optimarum rerum interpres citare voces meas, in quibus ex ipsius interpretatione quæsivi, si & ostium Pallacopæ firmiter obstrueretur, & pars quæ intercisa comparebat, denuo conjungeretur, quo iturus fuerit Euphrates? & quò illud divortium fluminis ducetur, si nullum ex duabus ripæ aperturis pateret? In quibus non modo *nugari* me scribit maculosus æstimator, sed & *multa esse verba, sed multo plures ineptias, nec Arrianum intelligere & ipsum quid scribo nescire.* Pro causa tot tantorum stigmatum præbet interrogationem, *unde demum colligit duas istas obstructiones, cum de uno tantum Pallacopæ Arrianus loquatur ostio, quod obstruatur, ecquis dubitat, quin solo nativo contentus Euphrates fluat alveo?* Respondeo, non me quæsivisse ista ex Arriano, sed ex ipso: non me aliunde collegisse duas obstructiones, quam ex saxea Vossii interpretatione, quam illis non-observationibus inseruit. Loquitur enim clare ad hunc modum, & audiat se, quicum mihi res est, non Arrianum quem fingit: *qua in Pallacopam exit Euphrates, illic firmiter ostium ejus obstruere proposuit.* Habet utique unam obstructionem perspicue ab ipso nobis & publico datam. Pergit continenter. *Quumque ad stadia triginta progressus esset, petrosa occurrit terra, quamque intercisam fuisse comparebat. Ea si continua fieret ac denuo conjungeretur.* Habet secundam. Quid enim hæc postrema aliud quam obstruere? Sed si clarius significari id cupis, paret ipse Vossius & denuo explicat, *si ut olim, ita quoque nunc saxeo aggere conjungatur & continua fiat.* Videt igitur non me ad alium has quæstiones retulisse, quam ad nodosissimam istam versionem, in qua sola hæ duæ machinationes natæ & confectæ fuerunt. Ipse fatetur de uno tantum Pallacopæ ostio, quod obstruatur, loqui Arrianum, & tamen fabricatur duas; primam illic, ubi in Pallacopam exit Euphrates, quod fit ab Babylone stadiis 800; alteram in petrosa terra, quæ est stadio ultra xxx. Quæ quum sint sanequam enormia, ille tamen ut saxum furire etiam vult, objicitque me *ignorare quid sit ξυναφὴς, & quidquid non intelligo, monstrosum putare.* Teneo monstrosum. Quippe an ignorem, quid sit ξυναφὴς, res ipsa testis erit. Interea succensenti dicamus, μὴ ὢν Σύρος μὴ συρίζῃ. Quid enim facit noster? Rogat *adeone quis in lingua Græca hospes sit, ut Græcum esse neget id, quod in versione posuimus*, εἰ ξυναφὴς γένοιτο, τῇ πάλαι διώρυγι τῇ κατὰ τὴν Παλλακόπαν ὥστ' ἂν διαχεῖσθαι περιέχειν τὸ ὕδωρ ὑπὸ στερρότητος τῆς γῆς, εἰ ὅτι ἀποστροφὴν αὐτὴν τῇ τεταγμένῃ ὥρᾳ μὴ χαλεπῶς γίγνεσθαι. *De ea nempe saxea & intercisa terra dicit, si ut olim, ita quoque nunc saxeo aggere conjungatur & continua fiat, non amplius in antiquam Pallacopæ fossam propter soliditatem lapidei operis aquas suas transmissurum Euphratem, nec Alexandro difficile fore, quandocunque vellet, Euphraten ad pristinum & naturalem revocare alveum.* Equidem quum hæc ab Vossio in seris annis conscripta cogitando recenseo, nequaquam assequor, quid sibi proposuerit. Quin ista olim (ut falso supponit, fingatur tamen) intercisa terra saxeo aggere conjungatur nunc, quid ea pertinet ad Pallacopam aut fossam ejus antiquam? quum triginta stadia intervalli inter ista duo loca fuerint, cur, si in saxea terra impediatur effusio, idcirco eadem quoque erit in Pallacopa? Immo si saxeum istud obstruatur, densior aqua incumbet in Pallacopam & pertundet ejus sepimentum. Attamen hæc est gratia instructi ab Vossio tuceti, quod ille præ tædio compulsus ad vilitatem sui sibi, ut apparet, præparavit, quo enecaret famam suam. sane enim tot nugis & immunditiis hæc scatent, ut nesciam unde incipere me oporteat. Primo igitur agnoscamus distinctionem post verbum γένοιτο esse Vossianæ solertiæ, quum editiones eam non habeant nisi post Παλλακόπαν, unde noster tollit. Per quod nego puritatem Græcismi Arrianei conservatam esse, ut contra graviter peccetur in ista solitudine vocis ξυναφὴς, quæ desiderat casum ejus rei, cui contigua fieret; tum plane ostendit se ignorare, quid sit ξυναφὴς. Quod crimen non otiose & obiter dictum transibo, ut ille in me consuluit, sed rebus probatum dabo. Quid enim ille? nempe ex illa versione apparet ξυναφὴς ab illo dici quodcunque, si antea discissum per medium aliquod diversæ materiæ interjectum jungatur, ut si terra petrosa olim intercisa saxeo aggere conjungatur & continua fiat. Id falsum est. Ξυναφὴς vult abesse aliquod tale medium, & continue ipsam terram sic petrosam procedentem convenire. Sic in Astronomicis συναφῇ modo juncta, modo contigua dici videmus. Sic Dionysio Halicarnass. lib. IX dicuntur Romæ fuisse πυρσοὶ συνεχεῖς, οἷα δὴ ἐν νυκτὶ καὶ σκότῳ, διαττοί τε ὑπὸ λαμπάδων καὶ ἀπὸ τεγῶν πεμπόντων τὸ πλῆθος ἐπαιρόντων, ὥστε συναφὲς εἶναι δοκεῖν τοῖς πρόσωθεν ὁρῶσι τὸ σέλας. Certe σέλας συναφὲς non foret, si longus fulgor in medio intercisus, alio fulgore diverso jungeretur, sed continuo eodem splendore velut cohærente flamma debet procedere velut ἥλιος κατακερματίζων, ut ingeniosissimus ille Achilles Tatius. Jam vero & de Arriano agimus, quem voce illa non uti nisi addito tertio casu, qualis nunc quoque sequitur, & ideo hanc constructionem jungi debere patebit infra, & in eo plane cæcutisse nostrum senem. Itaque ξυναφῇ di-

dicit fieri, si saxea intercisa terra ut olim, ita nunc quoque saxeo aggere conjungatur & continua fiat, sed si saxea terra vel ripa intercideretur, & ab hoc ore ducta fossa injungeretur veteri Pallacopæ alveo, ut sic non ulterius fodi esset necesse ad abigendam aquam & in lacus ulteriores infundendam, quippe quo eam ductura erat fossa Pallacopæ. Denique reddo ipsi voces suas, & quæro, an possit quis adeo in lingua Græca hospes esse, qui non videat minime suffultam naturali præsidio orationem lapsare instar casabundi senis? unde pendent illi infinitivi *διαχεῖσθαι περιέχειν*? Certe universo hoc commate nihil continetur, ad quod referri possint. Immo an potuit hac in parte ferri ista distinctio, quum in paulo ante præcedentibus verbis ita loquentem Arrianum & distinctum audiamus, *πηλὸς ἡ πλείστη αὐτῆς, οἵα δεχομένη τὸ ὕδωρ ἐκ τοῦ ποταμοῦ μὴ εὐμαρῆ τὴν ἀποστροφὴν αὐτοῦ περιέχειν*? Hic quoque post voculam *οἵα* sequitur participium, sequitur infinitivus: prorsus omnia similia. An possunt ullo modo hæc distrahi? Certe non magis quam ea ipsa, quæ præ manibus habemus. Quid ergo facit Nestoris prudentia? ille Cyclopum manu in vastissimo capite cudi olim curavit accessionem, & vertit *transmissura videbatur*, ut patet in Pomponianis: sed nunc hanc omittit, ac plane adfirmat *non amplius transmissuram*. Sed nunquam efficiet, ut non videatur hians iste sermo & ab Arriano non ita conceptus. Et ubi futurum istud? Sed quid isti portento faciamus? Ita ille adsuetus est. Pejus est, quod deinde offendit. Nam construens *διαχεῖσθαι τῇ διώρυχι* interpretatur *transmissura ad fossam*, vel ut nunc *in fossam*. Quidquid tumultuetur, nunquam vel loquutionem illam Græcam probare poterit; nunquam ei hæc Latina juste respondere. Itane? *διαχεῖσθαί τινι* est transfluere ad aliquid? qua via aut ratione? Quis tam putida studia in eo fuisse suspicaretur? Ille tamen quantopere triumphat in sua calamitate? Dicit, *illa tamen tam clara & manifesta non capit iste juvenis, cui stulta iracundia non rectos tantum, sed & omnes prorsus excussit sensus.* At unusquisque scire mecum debet describi his vocibus unice tam infaustum commentatorem, qui ipse fatebatur paulo ante, se Melam auxisse observationibus tunc, quum cruda & recente etiamnum memoria injuriæ & damni, quod ab Salmasio fuerat perpessus, scriberet. Hinc optime expertus scire potuit stultæ iracundiæ efficaciam, quam mihi nunc affingit, quali me tunc auferri, quum præfationem Melæ scriberem, nec memini, nec ullam causam habui aut habuisse unquam in scribendo velim, relinquens tales gravissimæ stultitiæ stimulos istis observationibus. Ille tamen tenax in ducenda vanitatis suæ serra & hac magnopere fruens deinde scribit. *Pergit tamen ineptire & negat fossam hanc Arabas habere auctores, & ex Arriano perspicue constare ab Assyriis eam fuisse factam, ut ab inundationibus Euphratis terras suas liberarent. Itaque Alexandrum renovaturum eam fossam, non Arabibus, sed Assyriis voluisse gratificari, idque diserte testari Arrianum.* Sane hæc omnia pro meis habeo prorsus, & hic (ne detrectem bene facta) verissimus est Vossius. Ad hoc enim serviebat Pallacopas, ut ab Euphratis inundationibus intempestivis per æstatem terras & segetes Assyriorum liberaret; qui vicissim per hiemem colligebant ejus munere in Euphrate aquas ad reficiendos agros. Sed qualia sunt, quæ his subjicit? Primo quasi Spartam aut Πλατωνικαρχίαν incoleret, privilegio ætatis abruptam præmittit condemnationem, nec simplicem, sed instar loquaculæ apud Menandrum Myrtiles bigeminam, hoc modo. *Facile aliquis* (facit enim id Isaacus Vossius, qui non est aliquis, sed quidam) *hinc colligat istum infelicis judicii juvenem quantumvis antiquos legat scriptores, illos tamen non intelligere.* En aliquid novum & amplius inter mea cognomina. Fateor sane & doleo nimis sæpe id mihi evenire; sed & nullum præclarum virum video, cui non idem eveniat; & quia non intelligebam, nec ab Vossio poteram sperare auxilium, ipse enixus sum, ut viam intelligendi reperirem; & plura ad intelligendum idonea reddidi, quam hic Vossius. Sed pergit. *Errorum texit Odysseam* (utinam possem! & inprimis comminisci tales Arabum historias:) *cum ne vel unum quidem eorum, quæ hic affirmat, apud Arrianum reperiatur, quin potius omnia habeat contraria.* Crediderim libenter, si nulli oculi admoveantur Arriano, nisi solius Vossii, rem sic se habituram. Sed est Arrianus ipse clarissime se prodens; in omnibus regionibus idem per alios quoque teritur ac legitur: experiamur an illi omnes in ejusdem pronunciationis obsequium cum illo consentiant. Certe eruditi interpretes ex variis tractibus interpretatione sua testantur nugari hunc senem. Quin etiam ut de præsentibus idem sperare audeam, & quidem levi negotio ab illis futurum, præcolligo inde, quoniam deposita gravitate dignatur quoque causam castigationis suæ aperire; quæ ipsa causæ declaratio est subversura universum hoc præmissum. Nempe addit, *Manifeste & pluribus verbis docet is, nisi obstruatur alveus Pallacopæ, qui totus fluit in ditione Arabum, fore, ut universum exhauriat & absorbeat Euphratem, adeo ut nihil aquæ supersit, qua Assyriorum irrigentur terræ.* Pri-

mo intueamur illum ut bene doctum, a quo ante omnia exspectamus, ut verum scribat loquaturque. Id ita facit, ut manifestissimo mendacio utatur, dum ex sententia Arriani, quem utique nunc & solum tractamus, refert totum Pallacopam fluere in ditione Arabum. Dicit enim Arrianus his ipsis verbis, esse *λίμνας, αἳ δὴ ἀρχόμεναι ἀπὸ ταύτης τῆς διώρυχος, ἔςε ἐπὶ τὴν ξυνεχῆ τῇ Ἀράβων γῇ, καὶ ἔνθεν ἐς τέναγος ἐπὶ πολὺ, ἐκ τοῦ δὲ ἐς θάλασσαν κατὰ πολλά τε καὶ μάλιστα ἀφανῆ στόματα ἐκδίδωσι.* Hæc sunt Arriani verba. In quibus unicuique patet, ne paludes quidem, in quas emittitur Pallacopas, statui ab Arriano esse in ditione Vossiana Arabum; sed illas incipere ab hoc Pallacopa, & desinentes demum pertinere ad regionem terræ Arabum contiguam; adeo ut inter Pallacopam, immo finem Pallacopæ & Arabiæ initium adhuc intersint omnes illæ paludes ex sententia Arriani. Immo etiam ille noster Arrianus de navigatione ipsa Alexandri mox scribit, *τούτων ἕνεκα ἐπί τε τὴν Παλλακόπαν ἔπλευσε, καὶ κατ' αὐτὸν καταπλεῖ ἐς τὰς λίμνας, ὡς ἐπὶ τὴν Ἀράβων γῆν*, adeo ut nihil prorsus Pallacopæ in potestate Arabum fuerit. Denique quam sint, aut ætate Alexandri (de qua sola agit Arrianus, nec nos aliam respicere oportet) existimari debeant fuisse Arabes vicini Euphrati, patet ex eo, quod initio Arrianus dicit eum *ὑπερβάλλειν ὑπὲρ τὰς ὄχθας ἐς τὴν γῆν τὴν Ἀσσυρίαν.* Ubi hic Arabia? Nuspiam, ne ad unum quidem latus: ad utrasque ripas exspatians Euphrates venit in solum Assyrium. Quæ quum sit tam perspicua descriptio, fieri nequit, ut non omnes mecum istam cœcam *παραδοξολογίαν* viri docti rideant ac detestentur; & quum ab scriptoribus clare nominentur Assyrii, per Assyrios intelligere Arabas sinant solam mentem Vossii, semper instar pecorum apud Garamantas obliqua cervice pascentis, semper perversi. Et hæc sufficiant de illo emblemate, quod causariæ & paralyticæ suæ demonstrationi inspersit. Videamus ipsam universam. Dicit *manifeste & pluribus verbis* (id mirum non est: non enim poterat uno verbo, nec placebat ipsi paucioribus exprimere) *docere eum, nisi obstruatur alveus Pallacopa, fore ut universum exhauriat & absorbeat Euphratem, adeo ut nihil aquæ supersit, qua Assyriorum irrigentur terræ.* Quid igitur? an hoc solum est, quod Arrianus de Pallacopa narrat? an hæc talia sunt, quæ sola ad intelligentiam Pallacopæ faciunt? Certe non; nam & multo plura præmittit ac deinceps adnectit, & ipsa per se stare nequeunt, nihilque de ingenio Pallacopæ liquide intelligendum præbent. Rursus an dum hæc auctor dicit, aliquid ex illis, quæ ex me supra posuit, refutat Arrianus? Ne hoc quidem. Nam dum sic loquitur Arrianus, ostendit manifeste, quæ regio per hunc Pallacopam semper apertum aliquo damno adficeretur; scilicet Assyria. Sed quid ego hæc? per quæ *ἰξώδης* noster dicet oblini me visco meo. Nam si Assyria per hanc fossam patitur damnum, certe Assyrii nequeunt credi auctores hujus fossæ, nisi & ipsi se, & ego me nunc, se oblinere voluerint visco suo. Astuta profecto sermocinatio! Cur enim tam furtive obrepit? cur non aperto capite ambulat? cur partem dicit, & non omnia? Arrianus ita scribit nunc noceri Assyriis per aperturam Pallacopæ, ut alio tempore per eam juventur ac sentiant summam commoditatem. Nempe scribit Arrianus Euphratem per hibernos menses & sub Vergiliarum occasum parum aquæ capere, sic ut facile intra ripas labatur. At illo tempore proderat Assyriis inundari ipsorum campos. Id fieri non poterat solo naturæ beneficio; quum & ea esset humilitas ac depressio Pallacopæ, ut quamlibet minimus tunc flueret Euphrates, nihilominus magnam partem ejus aquarum hæc fossa in se auferret, adeo ut nisi obstrueretur tunc ostium Pallacopæ, hic penitus esset illum absorpturus, & plane Euphrates nequiret irrigare campos Assyriorum eo tempore, quo maximum inde capturi erant fructum. Sed idem Euphrates plurimus ferebatur verno, & præcipue circa solstitium æstivum. Tunc noxium erat Assyriis, si inundarentur ipsorum campi: & causa clara est, quum tunc jam aristæ ultra primam herbam excrevissent. Certe tamen inundabantur, nec evitare poterant vel ob humilitatem riparum vel ob multitudinem aquæ. Itaque remedium huic rei circumspicientes, invenire melius non potuerunt, nisi aperta & fracta altera, nempe occidentali, ripa, & sic evacuato per illud foramen Euphrate. Huic rei inserviit Pallacopas, ille nobilissimus ductus, non naturalis, sed manu factus. Hæc omnia videmus palam in narratione Arriani. At ille, ut semper fucum faciat, omissa temporum diversitate ab Arriano diserte annotata & prorsus necessaria, omissa ratione Assyriorum, silens & fallaciter celans præcedentia, proponit nobis pauca quædam, quæ intelligi tamen nequeunt, nisi noverimus priora. Vide igitur quam ille cuicunque lectori suo sit amicus. Nihil autem in hoc loco fit aliud, quam quod in aliis locis flumini grandiori adsitis fieri solere, si non ex quotidiano nostrorum usu, ex relatione Achillis Tatii disceremus de Ægypto lib. IV, ubi sic scribit: *ἔχει γὰρ οὕτω τὰ τοῦ Νείλου ῥεύματα· καθ' ἑκάστην διώρυχα χῶμα ἔχουσιν Αἰγύπτιοι, ὡς ἂν μὴ πρὸ καιροῦ τῆς χρείας ὑπερέχων ὁ Νεῖ-*

ὁ Νεῖλος τὴν γῆν ἐπικλύζει· ὅταν δὲ διψῶσιν ἀρδεύσαι τὸ πεδίον, ἀνέῳξαν ὀλίγον ὁ χώματος εἰς ὃ πλάσεται. Sed licet artibus adeo maleficis studeat nos deducere, dignemur tamen magniloquam confidentiam in deludendo audire. Addit enim; *Nihil ille de nimia Euphratis in campos Assyrios exundatione, cum majorem inundationem major ubertas & rerum consequatur copia.* En ipsum profecto Salondicum renatum, qui summus astu & audacia cogere nos vult, ut credamus, quam quatit, hastam cœlo missam venire! nec dubito, quin vel per suum ancharium * juraturus sit hoc verum esse, quum sit optima fide τριβολεκτράπελον Aristophanis. Quid enim agrestius? quid inficetum magis? Itane nihil? Quid ergo volunt hæc verba, μέγας τε ἐπέρχεται, καὶ ὑπερβάλλει ὑπὲρ τὰς ὄχθας ἐς τὴν τῆς Ἀσσυρίας, idque ὑπὸ τὰς ὥρας θερινάς? An qui ita loquitur, nihil dicit de nimia in campos Assyrios exundatione? Quid igitur aliud dicit, quum id unicum dicat? Deinde utrum in posteriore parte loquitur humane & ut virum rationе utentem decet, an projicit hujus Vossii proprium κεκοσμημένον adeo intortum pravumque, ut nulla regula ei apponi possit, dicens *majorem inundationem major ubertas & rerum consequitur copia?* Quo igitur lineas geometricas & illud toties aliis de Nilo, sed elegantissime Achilli Tatio dictum ἰσὶ ποταμοὶ μὴ πλημμυρίας τὸν χρόνον τηρῶν καὶ τὸ ὕδωρ μετρῶν, certissimaque prædicta, si altius insurgeret aqua Nili, perdi spem arvorum? immo quo supplicia Deûm, ne altius intumesceret Nilus certa illa mensura? Itane majorem exundationem major ubertas & rerum consequitur copia, quocunque anni tempore contingentem? Quis hoc statuere ausit, nisi unus ille, sicut alia, ita hoc negligenter & remisse scribens? nulli certe ex populis, qui sentiunt. Videt igitur quilibet, quam hæc prima ejus sint χαρίεντα. Sequitur alterum. *Nusquam Assyrios fossæ hujus auctores facit, sed illos ipsos laborantes inducit in obturando fossæ hujus ostio.* Recte hoc postremum; recte etiam prius: sed hoc quidem fallacia oblitum. Quippe jam oportet meam quoque vicem esse in rogando, ubi igitur audivit dicentem Arrianum Arabas esse auctores? Immo ubi quenquam ex antiquis? At vero Arrianus ait omnino esse διώρυχα, ἐχὶ ἐκ πηγῶν ἀνίσχοντα ποταμόν. Quis igitur διώρυχος ejus auctor constituendus & credendus est, utrum Assyrius, cui soli illa fossa serviit, an Arabs, cujus in nullum usum fuisse legitur vel apud Arrianum vel apud quemcunque probatæ fidei? nisi quod Vossius audierit alibi eam factam esse ad irrigandas siticulosas Arabum terras; quum tamen Arrianus nihil de hac irrigatione testatus, pergat affirmare, fossam eam dispergi in paludes, inde in τενάγεσιν, tum in mare provolvi. Præclara profecto irrigatio terrarum siticulosarum! Jam & quum ille ipse Arrianus laborantes eosdem Assyrios vel Babylonis satrapam, prout quisque suo tempore fuit, inducit in obturando fossæ hujus ostio, quomodo fieri potest, ut non animadvertat per id ipsum in fraudem se delabi? cur enim aliam ob causam hi id faciunt, nisi quod ad illos solos ea res pertinuerit? Et cur non inducuntur Arabes obturare ejus ostium, si totus ille in ditione Arabum fluxerit, ita ut hi fuerint domini hujus ostii? aut si respondeat Arabas non induci obturantes, quia illorum interesat apertum esse os, cur non inducuntur vel aperientes rursus, postquam alii obturaverant, vel eis qui obturant, resistentes? Immo obturantes inducit Assyrios, quoniam vana & falsa sunt omnia, quæ contentiosus ille vir garrit. Obturantes inducit Assyrios, sed certo tempore; ut certo tempore eosdem aperientes inducit ac certe supponit, quum nullos hic agnoscat Arabas. Quod igitur majoris absurditatis exemplum dari potest? Et sic tamen adnectit tertium. *Nusquam etiam apud illum de reparanda sed obstruenda hac fossa cogitantem invenias Alexandrum.* Certe invenimus in Arriano Alexandrum cogitantem de non hac fossa obstruenda, sed fossæ hujus illo ostio semel in perpetuum obstruendo, quia id fabulosum ac difficile erat ad obturandum rursus; quod tamen quotannis fieri debebat, ut circa imminentes occasui Virgilias in eo continerent ac colligerent aquam. Sed etiam invenimus Alexandrum cogitantem de alio ostio parando, quod & in petrosa terra foret, & Euphratis aquam in hunc Pallacopam deduceret, & facile esset vel ad claudendum vel ad aperiendum, prout per stata tempora exigeret necessitas rei. Hæc ipsa cogitatio evincit, ut quum Pallacopæ fossa esset vetus, potuerit hic illic collapsionibus fuisse arctata; unde si vellet fossam ab petrosæ terræ ostio illuc inducere, certe debeat facile supponi Alexandrum cogitavisse de reparanda hac fossa, cujus ostium statuerat obstruere. Hanc φυλοσοφίαν quum sic effudisset ille, eam adhuc corollario vult mactare, quasi ego *non contentus* Arriano alium quoque postulem testem. Scilicet Arrianus ita breviter obiterque hæc transcucurrit, Appianus autem ita late & particulatim singula deduxit, ut necessario is, qui Arrianum solum audivit, eo contentus esse nequeat; sed videlicet Appianum adhuc desideret, qui ut multa alia, sic hoc etiam obiter modo & defunctorie attigit. Sed cur bre-

* Ad Melam pag. 81.

brevem & exiguum nimis Appianum citat? an magna ista Pallacopæ utilitas his tam spissis noctis se condere debuit umbris? an non sunt alii, a quibus majorem lucem capere Arrianea enarratio potest? Certe nos scedis nostris diu eum qui præcipue huc usu venit, Strabonem annotaveramus. Hic est, qui vere illustrat Arrianum & Appianum: certe hujus contractam & uno in verbo positam sententiam explanat. Hic est, qui docet nos, quem nunc Arrianus in hac historia sequatur. Hic est, qui penitus mentem Alexandri producit, ac nobis aperit oculos. Hic est, qui Arriano consentiens declarat, quam Euphrates tunc non fuerit in ditione Arabum; sed hi sederint ad finem paludium. Itaque partem ex eo describere paulo latiorem supra tulit animus. Equidem ab hoc Strabone videmus integerrime referri sententiam Alexandri, plane ut fecit quoque Arrianus, quod vidimus. Nam quæ adjungit Vossius alia ad velandam fabulosam interpretationem speciosa, quæ nullus ab eo petiit, an dici oportet, qualia sint? Plane de regibus, quorum ille nihil novit, in hac epistola nunc agit, ut frequenter eum cum aliis egisse mihi significatum est, tanquam in Bibliotheca Medicea esset codex, qui proverbia Alexandrina contineret, sed ita male scriptus, ut eum legere non potuerit, quod non sine risu intellexi, quum sint mera inania. Vel Chaldæi sint origine Arabes; an id ad hanc ætatem traduci debuit, ut in Pallacopa faciendo habeat aliquid momenti? Novi etiam Σιμφλὼ dici Stephano πόλιν τὴν κατὰ Εὐφράτην Ἀραβίας. Et quid ille nunc adjecit talia, quum longe melius ea omnia inquisita norimus ab erudito Anglo Joh. Marshamo? qui in Chronici sæculo XVIII hunc excessum Arriani quoque consideravit operose, cujus interpretationem propterea in superioribus posui, & animadverti debet, quod quum in principio hujus narrationis sequatur interpretationem Vulcanii, postea & præcipue in nostris verbis non modo ab ea abit, sed etiam contraria penitus supponit, nec illa prætereunda. Quum dicit Arrianus, ὅτι ἐπιπολῆς ἐστὶν αὐτῷ ἢ ὑψηλὸς ὁ ῥοῦς ὑπερβάλλει ἐς τὴν χώραν, ille vertit tantum *ut regionem* (etiam orientalem) *obrueret*, quum & elegantius pleniusque rem indicet Arrianus, & si magis orientalem, quod fieri potuit, certe etiam occidentalem regionem invadat, ab utraque ripa exundans, non distinguente Græco scriptore, ὑπερβάλλει ὑπὲρ τὰς ὄχθας. Mox quum dicit Arrianus κατὰ πολλὰ τὰ μάλιστα ἀφανῆ στόματα; in his nec Vulcanio nec Marshamo placuit rationem habere vocis πολλὰ, quum debuissent potius negligere vocem μάλιστα, ut quæ non est in optimo codice Mediceo, & item altero. Certe potuissent simplicius Latina componere *per multos & inconspicuos meatus* vel talia ora. Difficiliora videntur eis fuisse sequentia, ὡς κατὰ τὰς ὄχθας ἐκτρέπειν φέρεσθαι τὸ ὕδωρ κατὰ τὴν. Vulcanius *ita ut in adversum nitens ripas transcendat*, quod nihil est. Marshamus, *ut aqua per canalem ad ripas usque ascendat.* Quæ ipsi exponenda relinquo. Certe & nihil in Græcis de adscensu, & neuter percepit, quid esset κατὰ ὄχθας, & verti debuit, *ut per ripas aversa*, vel riparum munimento coërcita, repulsa & retenta *aqua feratur per alveum* suum consuetum & ab natura datum. Et idem plane nunc occurrit in verbo ἐκτρέπειν, quod supra tetigimus in verbo ἀποστρέφειν: ut licet ἐκτροπὴ notet divortium, tamen ἐκτρέπειν hic sumatur non pro derivare vel devertere, sed impedire derivationem, & avertere ne accidat divortium. Et sane Facius hæc melius, licet breviter reddidit, *nisi autem Pallacopas septus intra alveum coërceretur.* Reliqua, in quibus & noster senex hæret, infandum in modum torquentur. Marshamus, *progresso autem ad stadia triginta occurrit terra petrosa, & quasi intercisa;* (videtur id accedere ad sententiam Observatoris Pomponiani, cui ita id placuit, ut hinc videatur postea concinnavisse *& veluti intercisa* ut sic collusor alter alteri mutuum præstet; certe & distinctionem eandem sequitur) *quæ si clauderetur*, (& ne dubitemus, quas voces sic interpretetur, adponit illas οἱ ξυνεχεῖς ἐγίνετο) *ob terræ firmitatem, aquam per veterem Pallacopæ alveum nequaquam transmissura esset.* In his debuit Marshamus esse curiosus & aliqua plura interponere. Nam cur si clauderetur hæc petrosa terra, id efficere aliquid poterat in vetere alveo Pallacopæ, tantum hinc, ut audivimus, distante? an ad vetus fluvii divortium pertinere aut facere quidquam potest, si stadiis inde circiter 30 ripa fluvii scindatur vel claudatur? aut an id in tantum valeret, ut per vetus divortium aut Pallacopæ alveum usitatum aqua se non immittat? Obscura est hujus conceptus ratio. Et an claudi non potuit Græce significare Arrianus, nisi per ξυνεχῆ γίνεσθαι, quum id antea multo convenientioribus verbis fecerit? Pergit, *neque tamen diversio aquæ, statis anni temporibus, esset difficilis.* Certe si clauderetur, foret difficilis: & tota clausura in saxosæ terræ firmitate removeri deberet, nisi esset instar cataractæ: aut nescio, an distinxerit Marshamus inter *obstruere*, quod de exitu Euphratis in Pallacopam usurpat, & *claudere*, quod de loco terræ petrosæ. Sic illi duo velut de compacto. In quibus quum ego reprehendissem, quod discerperentur, quæ ma-

manifesto patebat ab Arriano junctim posita esse, nempe ξυναφὴς ἐγένετο τῇ πάλαι διώρυχι, & ab iis qui id sic auderent, Græcismum induci, ad cujus fœditatem omnia Salmasiana aurum sunt, quo decurrit ferus Vossius? Dicit me ignorare, quid sit ξυναφὴς, & quidquid non intelligo, monstrosum putare. Nec vel cur sic pronunciet, causam ullam dat, nec quemadmodum vox ξυναφὴς usurpari ab Arriano soleat, me docet, ut appareat me ignorare. Sed quisquis hæc leges, certus esto imperitissimum in ea voce contemplanda fuisse illum quem omnibus monstris agrestiorem Silvanum hac in parte puto; nec ambiguum te in hoc relinquam, uter nostrum magis ignoret vocem Arrianæam, ipso disceptante Arriano, qui addi tertium casum requirit. Non enim differo ultra, quod supra memini rejecisse in hunc locum. Ecce enim vel in libro V cap. 26. Ταύτῃ δὲ, nempe τῇ Ἰνδῷ θαλάσσῃ, ξυναφὴς φανεῖται ἡ Ὑρκανία θάλασσα: vel in Indicis cap. 22 scribit. Ἐς δὲ τὴν ὑστεραίην ἔπλεον, νῆσον ἐς δεξιὴν ἔχοντες πρὸς τῷ πελάγει, οὕτω τι τῷ αἰγιαλῷ συναφέα, ὥστε εἰκάσαι ἂν διώρυχα εἶναι τὸ μέσον τοῦ τε αἰγιαλοῦ καὶ τῆς νήσου. Et ille inverecundus obtrectator nos dicet ignorare vocem Arriani, quem vix inspexisse ipsum certe scio; id quod satis testimonio horum locorum nunc evictum est. Sed & unde nunc οἷα διακοπτεῖσα verti potuit *veluti intercisa?* ubi οἷα notat *veluti?* Sane ubi pro adverbio consideratur, notat *utpote*. Et quare erat *veluti intercisa*, & non plene intercisa? Sunt hæc singularia. Porro necessarium est, ut infinitivus περιέχειν διώρυχος alicunde pendeat. Nihil autem illi residuum in hanc rem faciunt. At Arrianus eum retulit ad voculam οἷα· οἷα, διακοπτεῖσα, οὐ περιέχειν διώρυχος, solum naturæ talis, ut discissum vel si discinderetur & apertura inibi fieret, non permitteret perfluere & transmitti aquam, quod fiebat in sabuloso Pallacopæ ostio. Eadem enim est constructio, quæ paulo antecessit, οἷα δεχομένη τὸ ὕδωρ ἐκ τοῦ ποταμοῦ, μὴ εὐμαρῆ τὴν ἀποστροφὴν αὐτοῦ περιέχειν, qui infinitivus non potest ad aliud referri nisi ad primam voculam. Et pagina præcedente hunc de Pallacopa digressum ait auctor, λιμένας ποιῆσαι τῆς χώρας ἐκείνης, οἷα προσχωρεῖν μὲν ὅρμους τῷ ναυτικῷ. Plane ut in Periplo Ponti Euxini: ὁ δὲ ὅρμος οἷος δέχεσθαι καὶ πολλὰς ναῦς καὶ σκέπην περιέχειν ταῖς ἀπὸ νότου ἀνέμων. Tum præcipue libro VI, ubi agit de reditu Alexandri per Gedrosiam, quem locum contaminatissimum sic restituimus, γηλόφοις ἐπιτυγχάνειν ὑψηλοῖς, ψάμμου βαθείας οὐ νενασμένης, ἀλλ' οἵας δέχεσθαι καθάπερ ἐς πηλὸν ἢ ἔτι μᾶλλον ἐς χιόνα ἀστιβῆ ἐμβαίνοντας. ubi plura diximus. Philostratus lib. II in Hermocrate pag. 605. Καλλίαν κολακεύοντες, οἷα προσχωρεῖν καὶ κωμῳδία λόγον. Nec enim sic solus Arrianus, & apud eum crebrius in hoc peccari deprehendi. Ex his constat fieri non posse, ut Arrianus distinxerit, ut distinguunt Vossius & Marshamus, qui meras inde arenas sine calce faciunt, sed sicut Vulcanius aliique ediderunt, ut & vox ξυναφὴς habeat suum dandi casum, & vocula οἷα suum infinitivum, & vicissim ipse infinitivus suam causam, vertaturque; *Progressus autem stadia circiter triginta petrosam terram offendit* (quod fecerunt fabri ejus scrutando, ut solent mechanici, vel etiam in ipsa statim superficie & ripa id potuit apparuisse) *talem, quæ discissa si committeretur veteri fossæ Pallacopæ*, vel quæ si incisio aut fossa illic fieret ac continuaretur usque in veterem Pallacopæ cursum (quod spatium, si rectissime duceretur, minimum erat XXX stadiorum) *non concessura esset diffundi aquam propter firmitatem soli; at aversionem ejus certo tempore non difficulter fieri*, vel eadem soli firmitas, quæ impeditura erat ne diffunderetur inutiliter per fractos & repulsos imbecillos terræ obices ut in prisco Pallacopa, in contrarium concessura erat, ut aversio aquæ & obturatio ejus fossæ tempore anni necessario facile fieret, quæ alioqui tantum temporis & tot hominum operas requirebat. Nam etsi supra satis id sit probatum, tamen, ut clarissime constet ἀποστροφὴν duobus his locis non esse divortium vel excessum aquæ ex Euphratis alveo in fossam, id quoque notari velim, quod, ubi dicit ab terra ista μὴ εὐμαρῆ τὴν ἀποστροφὴν περιέχειν, ibidem in præcedentibus diserte scribat illas ἐμβολὰς τοῦ Εὐφράτου ἐς τὴν Παλλακόπαν (quæ agnoscis esse ipsum divortium significantia vocabula) οὐ χαλεπῶς ἀνασπωμένης: unde sequitur, si ostium non difficulter ad divortium aperiatur, contrarium ei esse, quod ait non facile fieri; aperto autem ostio contraria est clausura, quam non facile quoque scribit fieri, eamque plane vocat ἀποστροφήν. Hanc igitur voluit curare, ut justo opere fieret circa hoc tricesimum stadium, & veterem Pallacopæ commissionem in perpetuum obserare. Dum vero eam curat, non potest id sic accipi, quasi tantum obstruere voluerit (hæc enim petrosa terra præbebat Euphrati ripam satis firmam, nec poterat obstrui nec necesse erat) quum sic infestam æstatem daturus fuisset Assyriis, non illis gratificaturus. Itaque ἀποστροφὴν ut unam modo actionem intelligere debemus Arriano de ea tantum narrante, quoniam ἀναστόμωσις non poterat eum habere sollicitum, quam semel dixerat fieri facile posse, ut in veteri Pallacopæ fluxu, sic in hoc loco qui triginta stadiis erat superior: sed negotium omne constitit in quærendo reme-

remedio ad faciliorem rationem continendæ aquæ περὶ χωρὶς, ὅπη σφίσιν ὕδατος ἐνδεῖ ἔχει ἐς τὸ ἐπίπεδον τῆς χώρας, ut alio loco hujus libri Arrianus quoque scribit. Quo remedio semel per Alexandrum invento, etiam per insequentia tempora Mesopotamiam fertilem effecit Euphrates, in quam quotannis quasi novos agros invehebat, ut de sua ætate scribit Cicero II Nat. Deor. 52. Sed hæc satis abundeque. Ex quibus jam arbitretur lector quis ille sit, qui ab Vossio dicatur stulta iracundia perdidisse sensus, quum pateat plane eum talem describi ab Seneca: *Hinc sibi indulget, ex libidine judicat, & audire non vult, & ea quæ invasit tenet, & eripi sibi judicium suum, etiamsi pravum est, non finit.*

F I N I S.

ADDENDA AUT MUTANDA IN NOTIS.

Pag. 1 col. 2 vers. 20 figura utitur. *adde.* Cujus considerationis causam Salmasio præbuit præbuit præfatio Gellii ante eum ignorata, & pro ultimo omnium capite habita in Prolegomenis ad Solinum pag. 6.

Pag. 3 col. 2 v. 34 *lege* quod quia placuit

Pag. 35 col. 1 v. 13 recipiendi. *adde.* Et utique perinde hanc criminationem, ut priorem de *amicis*, sumsit ex notis Freinshemii ad Curtium III, XI, 27

Pag. ead. col. 2 v. 4 videtur. *adde.* Tropæum Alexandri Magni cujus generis fuerit & intelligi debeat, ostendit per verba clara egregie Herodianus lib. III de Isso. Μένει δὲ ἔτι νῦν τρόπαιον καὶ δεῖγμα τῆς νίκης ἐκείνης πόλις ἐπὶ τοῦ λόφου Ἀλεξάνδρεια. Hinc apparet, quî debeat intelligi tropæum Alexandri quum dicitur.

Pag 38. col. 2 v. penult. *lege.* πόλιν] Putavit Holstenius se defunctum fuisse notando Ortelium, quod in Melitensium regione ponat hanc urbem Exoda, quum sit Milesiorum; unde tamen scribere sustinuit ultimus editor Arriani, *siquidem urbs sit in Melitensium (Cariæ ditionis) regione*, quo rideas oportet. Porro licet eam in v. c.

Pag. 39 col. 2 v. 7 νήσους *adde.* Ex quibus duo postrema ut sunt oculis & legenti obvia, collegit quoque Grentemesnilius, ut inde mutet voces, quæ exstant pag. 42. εἰς τὸ μεταξὺ τῆς τε ἄκρης νήσου καὶ τοῦ στρατοπέδου λιμένα, & reponat Λάδης. Quod quum faciat invitis omnibus scriptis libris, tum certe Lade erat in potestate Macedonum, ut sic insinuantes inter duo hostium præsidia quid haberent sperandum? Plures illic fuerunt insulæ.

Pag. 46 col. 2. v. 8. *lege* proficisci potuit

Pag. 83 col. 1 v. 29 Μαχάτα, *adde*, quæ lectio est in omnibus editionibus, nisi quod Basileensis etiam Μαχώτα, quod.

Ibid. col. 2. v. 14. crediderim. *adde.* Nec omitte Salmasiana ad Florum II, 8 in Notis & Appendice.

Pag. 87 col. 2 v. 8 habuerit. *adde.* Norisius in Epochis Syromac. pag. 319 scribit Tyrum sub rege Azelmio obsessam. Habes igitur & sic novam nominis formam: etsi auctor ejus tantus sit, ut susque deque habeat veram pronunciationem illius nominis.

Pag. 89 col. 2 v. 28 *lege* Vulcanii aut Stephani

Pag. 91 col. 2 v. 15 portum nominare. *adde*, quum diserte ipse Mela I, 1. *Nos fretum, Græci πορθμὸν appellant.*

Pag. 123 col. 1 v. 8 *lege* Menida

Pag. 206 col. 2 v. 14 prave prorsus. *adde.* Illa immo τὰ πέρατα τῆς γεφύρας sunt, ut vocat Polybius VI, 53. Εκατ.

Pag. 297 col. 1 v. 3 ὀλίγοι, *adde*, quum edat οἱ λίγοι.

INDEX

INDEX RERUM IN ARRIANO MEMORABILIUM.

A.

INDEX RERUM

Daga-

Index Rervm in Arriano Memorabilivm.

F I N I S.

385

1.1.190

388